BIBL NAZ
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
F
11
NAPOLI

VI-1

Digitized by Google

Digitized by Google

597635
Pace Vol. F. 11.

CONSTITUTIONUM
REGNI SICILIARUM
L I B R I III.

Cum Commentariis Veterum Juriſconſultorum

ACCEDIT NUNC PRIMUM

DOMINICI ALFENI VARII J. C.

COMMENTARIUS


A D

F R I D E R I C I II.

IMPERATORIS ET REGIS CONSTITUTIONEM

De Rebus non alienandis Eccleſiis.

EDITIO ABSOLUTISSIMA.



N E A P O L I MDCCLXXIII.
SUMPTIBUS ANTONII CERVONII.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

QVOD

FORTIS . BONUSQUE . SEMPER

IOHANNES . DOMINICVS . MARIA . BERIO

PATRICIVS . GENVENSIS . SALSAE . MARCHIO

ERVDITIONI . QVA . FLORET . LECTISSIMAE

CONSVMMATAM . LEGVM . PERITIAM . COPVLARIT

NEC . MINVS . HVMANIS

QVAM . SEVERIORIBVS . MVSIS

ADIVMENTO . FVERIT . NON . MEDIOCRI

ANTONIVS . CERVONE

IN . OBSEQVIVM . PRONVS

CONSTITVTIONES . HASCE . REGNI . SICILIAE

DE . MEDIOCRITATE . SVA

PATRONO . PRAESTANTISSIMO

LVBENS . MERITO

Digitized by Google

AMPLISSIMO
STUDIOSORUM COLLEGIO
ANTONIUS CERVONIUS BIBLIOPOLA.

S.

QUam novam Constitutionum Regni Siciliarum editionem, poſt exactam Pragmaticarum Sanctionum omnibus omnino numeris abſolutiſſimam collectionem, editurum promiſeram, nunc confectam exhibeo, eamque Collegio Studioſorum gratam fore confido. Laboratum eſt hucuſque inopia exemplarium; quaeue apud Bibliopolas proſtabant, nimis care redimebantur. Vſus ſum in editione procuranda exemplari Venetiis edito anno Chriſtiano CIↃIↃXC. *cura, ac impenſa Nicolai de Bottis Neapolitani V. J. D. et Sociorum.* Id quidem ceteris vulgatis omnibus eo praeſtat (editum tamen Neapoli anno CIↃCCCCLXXV. ſemper excipio), quod praeter omnium Pragmaticorum, ſive Gloſſographorum gloſſas, et commentarios, quae in ante editis circumſerebantur, continet etiam plerorumque eorum adnotationes, quas priores omiſerant editores. Horum autem Gloſſographorum nomina ſunt haec: *Jacobus Anellus de Bottis: Joannes Angelus Piſanellus: Fabius Jordanus: Bartholomaeus Martialis: Marcus-Antonius Pulverinus.* Summa etiam cum diligentia praeſtiti, vt vocum contractiones, quas *breviationes* dicunt, quae veluti nodi faſtidio ſunt legentibus, ſoluerentur, dictioneſque extenſis litteris ponerentur. Indicem locupletiſſimum retinui: feci tamen ut ſigna, quæ mutatione paginarum distrahebantur, ſuis in locis reponerentur: quod probe curarunt diligentiſſimi viri, qui typographiam emendarunt. Ceterum quid noui accedat, quod in praeteritis editionibus deerat, dicendum reſtat. FRIDERICI II. IMPERATORIS ac REGIS Conſtitutionem *Libro III. Titulo XXIX. pagina* 380.: DE REBVS NON ALIENANDIS ECCLESIIS ex Codice bonae notae reſtitutam, et nuper a FERDINANDO IV. OPTIMO REGE inſtauratam poſui. Foede corrupta ea legebatur in vulgatis omnibus Codicibus; neque

que hucuſque interpretum quiſpiam eius emendationi conſuluerat: abſtinuere fortaſſis, quoniam ad fidem Mſs. Codicum prouocare non potuerunt; quum deperditi ii omnes eſſent, neque eorum aliquod ſupereſſet veſtigium. Dii boni! quoties incenſa tabularia! quoties compilata! Inopem commentarii, indotatam veluti priuignam, orbam parente, neque eam tuentibus agnatis, dimittere iniuſta nouerca ſolet, hanc Legem Marinus Caramanicus, et Andreas Aeſerninus reliquerunt; quos et ſequuti ſunt ceteri Gloſſographi, iique vetuſtiores, qui eam emendare, ac ſuo nitori ope Codicum Mſs. reſtituere potuiſſent, mendo etiam cubantem deſeruerunt. Vnus Matthaeus Afflictus illam commentario dignatus eſt, atque veluti e familia herctam et citam, vagantemque huc, illucque, neque certa ſede inter alias Conſtitutiones locatam traduxit. Labes in ea ſordeſque coniectas vidit, nec tamen eluit, ſed qualem acceperat, ſordidatam, illotamque reliquit. Carolus Tapia procul dubio emendauiſſet, ſi ei copia Codicum genuinae notae fuiſſet; violatam tamen fuiſſe ingenue eſt profeſſus. Donec arridentibus fatis apud Chartuſianos Patres B. Martini Neapolis Codex integer eſt compertus anno CIↃCCCCLXXV. Neapoli editus: ex eo ad veterem ac genuinam ſententiam haec Conſtitutio rediit. Eidem commentarius nunc adiicitur DOMINICI ALFENI VARII J. C. qui primus, prodito eductoque Codice Tarentino hanc noſtram ad veteres Byzantinorum Imperatorum Conſtitutiones retulit. Cogitaverat is pridem perpetuum commentarium in omnes Regni Siciliarum Conſtitutiones nunc edere; atque hoc in volumine adaucta mole ponere; namque per annos amplius octo ſatis amplam ſupellectilem eam ad rem ſummo ſtudio parauit. Sed quum feſtinaretur editio, atque paruo in tempore rem arduam, ſatiſque amplam digerere, ſuiſque locis opportune locare ille diffideret, a propoſito deſtitit; alioque in tempore, ſi vita ſuppetat, ſolos, ac ſeorſim ceteris, commentarios ſuos, ſe daturum conſtituit. Non praemiis, ſed dignitate operum (ait) felix eſſe cupio; quamobrem neque feſtinationi, neque fugae laborum, rogatu cuiuſuis, poſthac me committam. Omnium enim futurorum in Conſtitutiones commentariorum, hic qui nunc ponitur, etſi tumultuaria opera conſcriptus, ſpecimen dabit. Ampliſſimi Studioſorum Collegii erit boni conſulere. Dabam Neapoli Kal. Nouembribus Anno chriſtiano CIↃIↃCCLXXIII.

AL-

ALBVM
IVRISCONSVLTORVM
QVI IN CONSTITVTIONES REGNI SICILIARVM SCRIPSERVNT

Quorum Commentarii in hoc volumine referuntur.

MARINVS DE CARAMANICO.
ANDREAS DE ISERNIA.
NEAPODANVS SEBASTIANVS.
NICOLAVS DE NEAPOLIS
BARTHOLOMAEVS DE CAPVA.
LVCAS DE PENNA.
MATTHAEVS DE AFFLICTO.
NICOLAVS SVPERANTIVS.
PETRVS DE MONTEFORTE.
CAESAR DE PERINIS.
IOANNES GRILLVS.
NICOLAVS RVFFVS.
NICOLAVS CAPOSCROFA.
IOANNES CRISPANVS.
ARGENTINVS PANSALIVS.
PAMPHILVS MOLLVS.
DIOMEDES MARICONDA.
SERGIVS DOMINI VRSONIS.
BLASIVS DE MVRCONE.
IACOBVS RVFFVS.
PETRVS PICCOLVS.
PETRVS DE ARCAMONE.
LALLVS DE THVSCIA.
IACOBVS ANELLVS DE BOTTIS.
IOANNES ANGELVS PISANELLVS.
FABIVS IORDANVS.
BARTHOLOMAEVS MARTIALIS.
MARCVS ANTONIVS PVLVERINVS.
DOMINICVS ALFENVS VARIVS.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS RUBRICARUM
IN OMNES CONSTITUTIONES
REGNI NEAPOLITANI.

A

ACCVSATO coram Juſtitiario. 236
Accuſatore poſt litem conteſtatam publice non comparento. 220
Adhibenda fidejuſſione Dominorum, ſeu vaſallorum. 317
Adjutoriis exigendis ab hominibus. 332
Adjutoriis pro militio fratris. 338
Adminiſtrationibus rerum eccleſiaſticarum poſt mortem prælatorum. 390
Adulteriis coercendis. 424
Adulteriis, & lenociniis. 420
Advocatis ordinandis. 149
Advocatorum officio. eod.
Aleatoribus. 428
Alienationibus rerum in judicio deductarum. 281
Animalibus in paſcuis aſſignandis. 411
Animalibus inventis in damno. 414
Apoſtatis. 14
Appellationibus. 282
Apparitoribus, & eorum ſalario. 159
Arbitrio Regis, alias judicis. 16
Aſſecuratione dominorum a vaſallis. 325
Aſſignatione literarum citatoriarum. 171

B

BLASPHEMANTIBVS Deum, & Virginem Mariam. 429

C

CAVEA depoſiti. 262
Cauſis in judicio cito dicendis. 286
Celantibus teſtamenta. 418
Clericis conveniendis pro poſſeſſionibus, quas non tenent ab eccleſia. 129
Cognitione cauſæ coram Bajulis Curia Regiæ. 125
Conſervatione aeris. 406
Conſideratione cujuſcia temporis, & perſonarum. 401
Contra quem de reſtitutione agatur. 59
Contumace convento reali, ſive perſonali actione. 180
Contumacia alicujus univerſitatis. 183
Correctione poculum amatorium porrigentium. 419
Crimine ſacrilegii. 16
Cudentibus monetam adulterinam. 417
Cultu Juſtitiæ. 82
Cultu pacis, & generali pace in regno ſervanda. 21
Cuſtodia Captivorum. 158
Cuſtodibus. eod.

D

DE dandis advocatis pupillis, & aliis miſerabilibus perſonis. 83
Decimis præſtandis. 19
Defenſa injuſte impoſita. 48
Defenſis imponendis ab officialibus, & cognitione ipſarum. 40
Defenſis imponendis: & quis eas imponere poſſit, & contra quos. 35
Defenſis impoſitis, & contemptis, & de pœna contemnentium. 41
Defenſis impoſitis, & contemptis in aliquibus. 48
Deſiſtentibus ab accuſatione. 219
Detinentibus animalia aliena, & de damnis foreſteriorum. 409
Dilationibus, & exceptionibus in judicio præcidendis, & abbreviandis. 225
Diſcreta cognitione cauſarum. 119
Dotario conſtituendo in feudis, & caſtris. 316
Dotariis conſtituendis. 320
Dotibus. 318

E

ELONGANTIBVS terminum ſibi datum. 180
Eodem magiſtro Juſtitiario. 93
Eo, qui poſt crimen adulterii intentatum, uxorem recipit. 219
Exceptione Hoſtici ponenda. 231
Exceptionibus & dilationibus proponendis in judicio. 229
Exceptionibus malitioſe oppoſitis. 244
Exhibendis malefactoribus, & ſuſpectis. 204
Exordiis, & præparatoriis judiciorum. 164
Expenſis. 281

F

FALSARIIS. 416
Falſis inſtrumentis utentibus. 418
Falſitate cujuslibet in teſtibus producendis. eod.
Feriis, & ſalariis judicum, & notariorum inſtrumenta ſcribentium, & ſcribendorum, & de eorum forma ſervanda. 138
Fide, & auctoritate inſtrumentorum, & quot teſtes debeant ſubſcribere in inſtrumentis. 145
Fide inſtrumentorum & teſtium. 245
Fide inſtrumentorum factorum tempore invaſoris Regni. 246
Fide mercatorum in vendendis mercibus adhibenda. 407
Fide nobilium, & ignobilium ſuper declaratione debiti facienda. 177
Fidejuſſione domini a vaſallis. 317
Fidejuſſione dominorum a vaſallis. 327
Fidelium numero ſuper electuariis, & ſyrupis ſtatuendo. 405
Filiis clericorum. 377
Fiſco ſuccedente forjudicatis. 206
Forbannitis, & forjudicatis. 192
Forma, qualiter locanda ſunt res fiſcales. 153
Fratribus obligantibus partem feudi pro dotibus ſororum. 324
Fraude, & dolo Campionum. 270
Fure capto per Bajulum Juſtitiario aſſignando cum re furtiva. 127
Furtis, & latrociniis. 410

H

HÆRETICIS, & Patarenis. 8
His, qui debent accedere ad ordinem clericatus. 292
His, qui fidejuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur. 212
His, qui in Regno guerram moveriot ; & de preſeliis puniendis. 22
His, qui Induot ad dadus : & ſpolia mortuorum accipientibus. 428
His, qui poſt citationem ſe abſentant ſioe licentia Curia. 222
Homicidiis & damnis clandeſtinis, quorum auctores inveniri non poſſunt. 67
Homicidiis puniendis. 31
Hominibus Baroum poſſidentibus terram hominis demanii. 314
Hominibus demanii affidatis non tenendis. 306
Hominibus non tenendis ratione terræ, vel feudi. 313
Honore militari, judicis, & notarii. 415

I

ILLICITA portatione armorum, & pœna percutientium cum eis. 23
Impetrandis literis n Curia magiſtri Juſtitiarii. 90
Impoſitione defenſa. 35
Incendiariis. 427
Infra quod tempus cauſæ debeant determinari. 141
In integrum reſtitutione mulierum. 277
Injuriis Curialibus illatis. 79
Injuriis Curialibus perſonis, ſeu quibuslibet aliis irrogatis. 400
Injuriis nobilium perſonarum. 403
In jus vocando. 164
In quibus caſibus audientia teſtium committatur, & de pœna contravenire voleotium : Et de dolo ejus, cui audientia committitur. 247
In quibus caſibus pugna locum habeat? 261
In quibus rebus petatur trigeſima. 131
Inquiſitionibus faciendis. 110
Inſtrumentis conficiendis. 143
Interrogandis litigatoribus n judice. 245
Intrantibus Regnum, ut arma in Regno deponant. 27
Judicibus & notariis, & eorum numero. 142
Judicibus per Imperialem celſitudinem promovendis. 144
Judiciis. 418
Juramentis non remittendis n Bajulis. 119
Jure Balii. 387
Jure Francorum in judiciis ſublato. 224
Jure ſuo Curiæ obſervando. 292
Juribus rerum regalium, & de perſonis quibuslibet ſervilis conditionis n clericali officio removendis. 291
Juſtitiariis, aſſeſſoribus & actorum notariis ordinandis, & de officio Juſtitiariatus. 107

L

LEGIBUS & conſuetudinibus aliis antiquatis. 1
Legibus paribilibus ſublatis. 255
Lenis. 422
Lenonibus. 426
Lite non conteſtata in criminali juditio, nn poſſit actor & reus inter ſe componere, non dato tamen aliquo, vel retento. 223
Literis citatoriis. 116
Litis conteſtatiene in criminali, vel in civili ab adverſario proſequenda. 234
Litis conteſtatione non retardanda exceptionis objectu. 238
Locatione demanii. 154

M

MAGISTRO Juſtitiario. 93
Maleficiis clandeſtinis. 67
Maleficiis clandeſtinis puniendis. 64
Malis venenis, & veneficiis. 419
Mancipiis fugitivis. 393
Matribus filias ſuas exponentibus. 423
Matrimoniis contrahendis. 343
Mediis. 404
Mrecatoribus. 408
Morte Baronis nunciauda Impreatori. 349
Mutuatione & recommendatione pecuniæ. 128

N

NE filius pro patre, vel contra, vel frater pro fratre conveniatur. 117
Non opprimendis Vaſallis a Dominis. 316
Notificandis bannitis, & forjudicatis. 204
Nova militia. 415
Novis ædificiis. 390
Numero Bajulorum per loca. 131

O

OBSERVATIONE juſtitiæ. 81
Officialibus reipublicæ & de pœna peculatus. 84
Officio Bajulorum. 128
Officio Capitaneorum, & magiſtri Juſtitiarii. 95
Officio Caſtellanorum, & ſervienſium. 157
Officio judicum. 133
Officio Juſtitiariatus. 96
Officio magiſtri Camerarii. 119
Officio magiſtri Juſtitiarii, & judicum magnæ Curiæ. 85
Officio magiſtrorum Camerariorum & Bajulorum. eod.
Officio magiſtrorum Fundicariorum. 155
Officio magiſtrorum procuratorum Curiæ. 151
Officio Secreti. 121
Ordinandis judicibus & quando, de quibus rebus poſſit peti trigeſima. 133

P

PACTIONIBUS inhibitis, & de volentibus n lite diſcedere. 181
Patarenorum receptatoribus, credentibus, complicibus, & fautoribus. 11
Patreno teſtamento deleto. 418
Pecunia inventa in rebus alienis. 392
Perjuriis. 430
Percuſſione illicita cum armis. 29
Poculis amatoriis. 420
Pœna adulterii. 421
Pœna calumoiæ contra calumniantes ſtabilita. 221
Pœoa colludeotium. 222
Pœna contemptorum Curiæ Imperialis, de pœnis eorum. 137
Pœna contra mercatores. 409
Pœna contumaciæ in civilibus cauſis. 174

Pœna

Pœna contumacia in ceiminalibus cauſis. 186
Pœna contumocia poſt litem conteſtatam in civili actione. 175
Pœna ejus, qui contra aliquem tantum arma extraxerit. 28
Pœna emptoris poculi omatorii. 419
Pœna eorum, qui affidaturas infriagunt. 414
Pœaa forjudicatorum, & Balin dandu filiis eorundem. 208
Pœna hominum aliunt occidentium diverſis ex caſibus. 428
Pœna illarum, qui judices corrumpunt. 288
Pœna judicis, qui malo judicavit. 287
Pœna moriti, ubi adaltor aufugit. 424
Pœaa matris filiam publico proſtitaontis. 426
Pœua mulierum injuſte conquerentium. 55
Pœua negaatis depoſitum, vel mutuum. 128
Pœna uxoris ia adulterio deprobeaſa. 423
Ponderibus & menſuris. 409
Peaſcriptionibus. 393
Praſtouda ſacramento Bajulis, & Camerariis. 123
Praſtatiane ſocrameati ab advocatis. 149
Præſtatione ſacramenti a magiſtro Juſtitiaria & Juſtitiariis. 100
Privilegiis a Cueia Capuana revocatis. 246
Privilegiis a Curia Capuaaa tempore turbationis indultis. eod.
Privilegiis eccleſiarum. 424
Privilegiis eorum, qui eitati extra civitatem n n veniebant, & privilegiorum irritatione. 182
Probobili experirutia medicorum. 403
Probatione per inſtrumenta publica ſuper quaſtione homagii. 307
Probationibus, & teſtibus oate litem conteſtatam prodacendis. 265
Prebationibus in appellationibus producendis. 289
Proceſſa judicis. 240
Probibita ia terra Demanii conſtructione Caſtrorum. 392
Probibita officialium noſtrorum occaſione. 104 & 113.
Probibita quaſtiaue fœmina. 422
Prabibito Curialium commercio. 156
Prorogatione peaſcriptionis. 398
Pugnis ſablatis. 256

Q

QVAE probationes in cauſa homagii exigantar. 267
Quæſtionibus inter fiſcum, & privatos movendis. 125
Qualitate, & atate pugnotorum. 272
Qualitor Campiones tenentue pugnare. 269
Qualiter Juſtitiaeis ſo gerero debeoat in provincia ſibi decetta. 108
Quandn liceat Caſtellaais, & ſervientibas Caſtrorum arma deforre? 33
Qua pœna univerſitatos tencoatur, quæ creant Poteſtates, & alios officioles. 105
Quibus cauſis peimitus cognoſcatur. 83
Qui bamiuem occiſum ſpoliaveris. 431
Qui ramum do alto prajiciens, vel ſe pracipitans, bominem occiderit. 428
Quad nil poſt indemnia equitatorum paſcua de agro liceot alicai aſportare. 414
Quod nullus Pralatus, Comes, Baro, officium Juſtitiaeii gerat. 104

R

RAPTORIBVS virginum, vel viduarum. 53
Raptu, & violentia monialibus illata. 49
Raſione monsta. 417
Reaſſumptione inſtrumentorum facienda ſub nomiae juſti Regis. 246
Rebus ſtabilibus non alienandis Eccleſiis. 380
Recommendatis, vel revocatis non detinendis. 315
Redimendis captivis. 202
Rei actione & exceptione. 395
Repudiis coacedendis. 422
Repulſa officialium & pœaa eorum exceſſibus conſtituta. 401
Reſigaanda poſſeſſione, & de rei vendicatione. 178
Reſtitutioae minorum. 273
Reſtitutione mulierum. eod.
Reſtitutione poſſeſſionis. 59
Reſtitutione reipublica. 276
Revocandis tranſeuntibus ad alienam habitationem. 305
Revocatione feudorum, & rerum feudalium. 294
Revocatione privilegiorum. 246

S

SACRAMENTO præſtando a Bajulis. 130
Sacramento praſtondo a Campionibus. 269
Sacrilegio Regum. 15
Salaria advocatorum. 151
Saloria Bajalarum, judicum, & notariorum Curia. 136
Salario pro ſcripturis ſententiarum. 282
Sententiis in ſcriptis ferendis. 141
Servando honorem Comitibus, Baronibus, & militibus. 100
Servirutibus exeuntibus extra Caſtrum ſine licentia ſui Caſtellani. 158
Servis & ancillis fugitivis. 392
Si accuſator, & reas dolo vel fraude, dato ſibi termiao a judicibus, non comparueeint. 222
Si qais mulieri violeatiam patienti & clamanti non ſuccurreris. 55
Si quis pendeuto quæſtiono ante Juſtitiariam a majori vocetur. 236
Spoliantibus bomiaem abitum, vel occultum. 431
Sacceſſione filiorum Comitum, & Baronum. 352
Succeſſione nobiliam in feudis. 348, & 364
Sammaria cognitiono contra gabellatos ſervanda. 142
Submota converſatione inter bonas fœmiaa quaſtuoſæ. 422
Surripientibus aliquid de naufragiis vel incendiis. 78

T

TRACTV termini conſtitati. 180
Tranſactionibus. 117
Trigeſima, & ſalario officialium. 131

V

VASALLIS, alias de villanis non ordinandis. 291
Ubi clericus in maleficiis debeat conveniri? 99
Venditiane liberi homiais. 427
Vendeatibus venenum. 419
Veaeficiis. eod.
Violentia mereteicibus illata. 50
Violentiis circa poſſeſſiauem admiſſis. 56
Vitationo jactantiæ. 431

Digitized by Google

Uſurariis puniendis. 16
Ut Caſtellani mittant ſervientes armatos pro Curia. 33
Ut cauſæ prius inchoatæ terminentur. 84
Ut Clerici, vel judices non ſint Bajuli, & de pœna facientium contra. 131
Ut Juſtitiarii, & univerſi officiales, ſeu ipſorum familia, nihil a litigantibus recipiant. 115
Ut Juſtitiarii habeant certos advocatos. eod.
Ut Juſtitiarius alium loco ſui ordinare non poſſit. 118
Ut liceat bannito infra duos menſes redire, & ſe Juſtitiario aſſignare. 202
Ut magiſter Juſtitiarius poſſit evadere oppreſſiones officialium, & revocare. 93
Ut nullus audeat practicare, niſi in conventu publice magiſtrorum Salerni ſit comprobatus. 404
Ut nullus officialis cogat aliquem ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis. Et quod nullus occupet. 161
Ut nullus ſe intromittat de factis, ſeu conſiliis regum. 15
Ut pater foriudicati ex delicto filii non teneatur. 211
Ut poſt renunciationem infra decem dies pronuncietur in omnibus. 91
Ut queſtiones terminentur. 144
Ut univerſitas accuſata, & mulieres conjugatæ in criminalibus cauſis poſſint ordinare procuratorem. 189
Uxore non ducenda ſine permiſſione Curiæ. 345
Uxoribus forjudicatorum, & parentibus. 209

F I N I S.

CA-

C A P I T A
OMNIUM CONSTITUTIONUM
REGNI NEAPOLITANI.

A

AB *officialibus noſtris.* 161
Ab omnibus regni. 141
Accuſatorem poſt litem. 220
Accuſatorum temeritatem, 219
Ad laudem & gloriam. 431
Ad legitima pondera. 409
Ad officium Bajulorum, 128
Ad ſubjectorum noſtrorum invidiam. 315
Adulterinam monetam. 417
Advocatorum officium. 149
Advocatos tam in Curia noſtra. eod.
Amatoria pocula porrigentes. 420
Animalia in vineis, 414
Apoſtatantes a fide. 14
Appellationum tempora. 282
Apud Juſtitiarios regionum. 115
Aſcriptitios. 291
Aſperitatem veterum legum. 28
Auctoritatem etiam Bajulis. 142
Auctoritatem magiſtris procuratoribus, 154

B

BAJULI *locorum.* 130
Bajulos, & omnes judices. 138
Bajulus ſi fuerit. 127
Beneficium reſtitutionis. 276
Blaſphemantes Deum, 429

C

CAPITALEM *pœnam.* 53
Capitaneorum autem. 95
Caſtellani, & ſervientes. 157
Caſtellanis, & ſervientibus. 34
Caſtellanorum civiles exceſſus. 159
Caſtra, munitiones. 390
Cauſas alias ordinario judicio. 109
Cauſas per magiſtros Juſtitiarios. 94
Circa tamen compilationes. 133
Circa violentiarum pœnas. 60
Citationis literæ. 171
Clementiæ Imperialis. 202
Clerici quoque, quos. 131
Comes, Baro, miles. 22
Comite, vel Barone viam. 348
Comitibus, Baronibus. 338
Communiter tam Juſtitiarii. 156
Conſuetudinem pravam, & a tramite. 272
Conſuetudinem pravam hactenus. 395
Conſuetudinem, quam olim. 143
Conſtitutione præſenti. 415
Conſtitutionem divæ memoriæ. 295
Conſtitutionum prædeceſſorum. 131
Contingit interdum actorem. 180
Contingit interdum aliquem. 236
Contumacem civili. 175
Cordi nobis eſt. 204
Corruptelæ crimen. 288
Crebra noſtrorum fidelium. 119
Culpam non immerito. 158
Cultus Juſtitiæ. 82
Cum circa juſtitiæ tramites. 133
Cum conceſſiones. 246
Cum hereditarium. 347
Cum juſtitiæ copiam. 137
Cum juxta providum. 136
Cum nova noſtri nominis. 144
Cum per partes Apuliæ. 411
Cum ſatis, abundeque. 105
Cum univerſis, & ſingulis. 306
Cuſtodes, de quorum cuſtodia. 158

D

DE *Burgenſaticis.* 130
Defenſas impoſitas. 48
De perſonis clericorum. 99
De quæſtionibus. 136
Dignum fore credimus. 292
Dilationes in judiciis. 225
Diſputare de Regis judicio. 15
Divinæ Juſtitiæ conſentientes. 415
Divorum principum. 281
Dohanæ de Secretis. 121
Domini a vaſallis ſuis. 326
Dubitationem juriſperitorum. 183
Duram, & diram conſuetudinem. 393
Duram, & diram pœnam. 104

E

EADEM *pœna.* 419
Ea, quæ ad ſpeciale decus. 104
Edictorum ordinem. 166
Eorum fraudibus. 281
Eos, qui ſcienter perjurant. 430
Eos tantum officiales. 401
Errores eorum. 292
Exceptione filiationis. 238
Exceptiones dilatorias. 230

F

FIDELIUM *noſtrorum injurias.* 40
Forjudicatorum bona. 206
Fratribus ob dotes ſororum. 324

G

GENERALIA *jura.* 189
Grandis utilitas. 186

H

HAC *edictali lege in perpetuum.* 304
Hac edictali lege jubemus. 151
Hac lege in perpetuum valitura. 91
Hi, qui per inquiſitiones. 111
Homines extra Regnum. 27
Honorem debitum. 93
Honorem noſtri diadematis. 345
Hoſtici exceptionem. 231
Humanitate nobis ſuggerente. 212

IN

I

IN aliquibus Regni noſtri partibus. 352
In cauſa depoſiti. 262
In civilibus cauſis. 160
Inconſutilem tunicam. 8
In locis Demanii noſtri ubique. 142
In locis Demanii noſtri ædificia. 392
In pecuniariis litibus. 248
In quæſtionibus violentiarum. 53
Inquiſitiones generales. 110
Inſtrumenta de donationibus. 245
Inſtrumentorum robur. 145
Intentionis noſtræ ſalubre propoſitum. 23
Inter cetera capitula. 100
Inter multas & arduas. 152
In terra qualibet Regni. 406
Item dira, & dura. 113
Judex ſi accepta. 287
Judices ubique locorum. 164
Juriſgentium induxit auctoritas. 35
Juriſperitorum altercationes. 289
Juſtitiarii de cetero. 116
Juſtitiarii nomen & nomen. 96
Juſtitiarii non per Calendas. 108
Juſtitiarii per provincias. 107
Juſtitiarios, Camerarios. 85
Juſtitiarios, Camerarios, Caſtellanos. 122
Juſtitiarios regionum certis. 115
Juſtitiarios regionum, prout. 118
Juſti cultoris partes. 83

L

LEGE præſenti pietatis officio. 83
Leges, quæ a quibuſdam. 255
Legum aſperitate lenita. 420
Lenas ſollicitantes alienam. 422
Lenas ſollicitantes pudicitias. 426
Licentiam Baronibus. 318
Lite legitime conteſtata. 240
Literas de remiſſione. 90
Litigator autem, qui. 288
Locorum Bajuli. 125

M

MAGISTER *Juſtitiarius injunctiones.* 93
Magiſtri Camerarii. 124
Magiſtris procuratoribus. 154
Magiſtros Camerarios regionum. 121
Magiſtros mechanicarum artium. 407
Magiſtros noſtros funditarios. 155
Magnæ Curiæ noſtræ magiſtrum Juſtitiarium. 92
Majeſtati noſtræ, quorundam. 424
Mala & noxia medicamenta. 419
Mancipia fugitiva. 393
Maritum lenocinii pœna. 424
Matres, quæ publice. 426
Matres, virgines filias. 423
Mercatores quoslibet Regni. 408
Minoribus, qui ætatis ſuæ. 387
Minorum jura. 273
Monomachiam. 261
Mores diſſolute viventium. 429
Mulieres ad Curiam. 181
Mulieribus, ubi. 273
Mulier, quæ dotarium. 320
Multæ leges. 16

N

NIHIL *veterum principum.* 85
Non ſine grandi conſilio. 81
Nullus Campio. 269

O

OB filiorum culpas. 211
Obſcuritatem legis. 277
Obſervent diligentiſſime. 400
Occupatis nobis. 162
Officia, quæ perſonis. 118
Officiales Reipublicæ. 84
Officialis, qui ſua negligentia. 85
Officiorum periculoſa confuſio. 119
Omnes Bajuli locorum. 141
Omnes officiales noſtros. 157
Omnes noſtri regiminis ſceptro. 51

P

PACIS *cultum.* 21
Partes in judicio litigantes. 245
Patarenorum receptatores. 12
Patres pro filiis. 117
Pecuniam ſi quis invenerit. 392
Perſonas rebus aliis. 294
Pervenit ad audientiam noſtram. 390
Pervenit ad aures noſtri culminis. 410
Per univerſas provincias. 409
Peſſimam & horrendam. 56
Pœna carere volentes. 209
Pœnam calumniæ. 221
Pœnam eorum, qui. 192
Pœnam novem unciarum. 174
Pœnam præcedenti ſanctione. 428
Pœnas contra mercatores. 409
Poculum amatorium. 419
Poſt citationem emiſſam. 223
Poſt mortem Baronis. 349
Poſt mundi machinam. 1
Poſtquam citatæ partes. 117
Præcipimus offerri magiſtro Juſtitiario. 91
Prædeceſſorum noſtrorum veterum. 380
Præſenti conſtitutione decernimus. 316
Præſenti lege decernimus omnibus. 84
Præſenti lege decernimus, ut officium. 121
Præſenti lege decernimus, ut campiones. 270
Præſenti lege ſancimus. 114
Præſides provinciarum. 116
Privilegia & inſtrumenta. 246
Privilegia quibuſdam locis. 182
Probationum defectum. 267
Probationum incurſibus. 265
Pro ſcriptoris, & ſcriptoribus. 282
Proſequentes benivolum. 256
Puritatem, quam nos ipſi ſectamur. 123

Q

QUADRAGENALEM *præſcriptionem.* 398
Quæ paſſim venalem. 422
Quæſtiones juris. 177
Quæſtiones omnes inter fiſcum. 125
Qualitas perſonæ gravat. 418
Quamplurium Regni noſtri. 332
Quamvis uxorem ſuam. 422
Quanto ceteris terræ principibus. 19
Quia frequenter. 313
Quia numquam ſciri poteſt. 405
Qui coram ſpectante. 421

Quicunque mulierem clamantem. 55
Quicunque toxicum. 419
Qui de alto ſeipſum præcipitat. 428
Qui doloſe domum incenderint. 427
Qui falſitatem aſtruxerit. 418
Qui falſo inſtrumento. eod.
Qui literas regias. 416
Qui nummos aureos. 417
Qui poſt crimen. 219
Qui ſciens liberum hominem. 427
Quiſquis amodo mederi. 403
Quiſquis de Burgenſibus. 305

R

RAPINAS *eorum.* 78
Regiæ majeſtatis prudentia. 128
Rei vendicatione conventus. 178
Repudium in hac accuſatione. 422

S

SALUBRITATEM *aeris.* 406
Sancimus lege præſenti. 343
Sæpe contingit. 131
Sæpe contingit accuſatorem. 222
Scire volumus. 291
Servos, & ancillas. 392
Sic noſtra ſervitia. 160
Si civiliter agens. 234
Sicut accepimus. 378
Si damna clandeſtina. 67
Si dominus vaſallum ſuum. 317
Si dubitatio aliqua. 307
Si exceptio peremptoria. 244
Si judex fraudulenter. 207
Si maritus uxorem. 423
Si quando aliquem. 208
Si quando contigerit. 314
Si quando forte. 153
Si quando neceſſitate cogente. 414
Si quem noſtrorum fidelium. 165
Si quis aliquem cum armis prohibitis. 30
Si quis aliquem occiſum. 431
Si quis Baro, vel miles. 316
Si quis Caſtellanorum. 157
Si quis clericus de hereditate. 129
Si quis in poſterum. 41
Si quis patris teſtamentum. 418
Si quis poſt litem. 175
Si quis rapere ſacratas. 49
Si vaſallus a domino ſuo. 327
Sive reali. 180
Speciale quoddam. 224
Sponte volentibus. 181
Statuimus, ut magna Curia. 86
Statuimus, ut juxta decretum. 16
Summo periculo, quod. 270
Super inciſionibus arborum. 64

T

TERMINUM *vitæ.* 31
Teſtamentorum publicorum delator. 418

V

VARIETATES *pœnarum.* 401
Violentias ſubjectorum noſtrorum. 56
Univerſos & ſingulos. 286
Volumus & præſentis legis. 163
Uſurariorum nequitiam. 17
Ut delicti fines. 414
Ut de ſucceſſionibus Comitum. 364
Ut dignitatum gradus. 403
Utilitati ſpeciali proſpicimus. 404
Ut officialibus procuratoribus. 156
Ut participatio condecens. 79
Ut univerſis & ſingulis. 100

F I N I S.

PROŒ-

Digitized by Google

Digitized by Google

P R O OE M I U M
V. I. M O N A R C H AE
ET LEGUM EVANGELISTÆ,
D. ANDREÆ * DE ISERNIA,
Super Conſtitutionibus Regni.

CUM Conſtitutiones Regni faciat quilibet Rex monarcha in regno ſuo, ** etiam contra legem poſitivam, ut hic plene dicit gloſſa. Solet quæri, an univerſitates Terrarum, & populi poſſint conſtitutiones facere, quæ dicuntur ſtatuta: aliquando leges municipales, cum jus ſit etiam non ſcriptum, ſicut eſt conſuetudo, quæ ſcripta & non ſcripta eſt, etſi de rebus eorum vel ſuorum civium poſſint ſtatuere, & ſic circa Juſtitiam, & judicia; & qualia, & quomodo, & quando, & qualiter. Et quæ univerſitates juriſdictionem habent, ut hoc poſſint. Et an contra legem ſcriptam poſſint facere ſtatuta. Quod enim poſſint facere ſtatuta, dicitur in l. omnes populi, ff. de juſt. & ju. & Inſti. de jure natu. §. ex non ſcripto.

ADDITIO. *Adde l. exceptitia, in fi. & ibi gloſ. C. de conſti. pecu. & in l. fi. & ibi Bar. ff. de colleg. illi. & an omnes univerſitates habeant juriſdictionem? vide in l. ſi duas, in §. eſt autem, verbo decet, ff. de excuſ. tut. Bar. in l. 1. ff. de dam. infec. & per Inno. in c. cum acceſſiſſent, de conſt.*

Et quidem in rebus propriis poſſunt univerſitates ſtatuere, ſicut volunt, quia in re ſua quilibet etiam privatus eſt moderator & arbiter, ut ſibi placet. C. mand. in re mandata, & dicit Innocentius extra de conſt. c. cum acceſſiſſent, alleg. ff. quod cujuſque uni. no. l. 1. §. quibus. Dummodo ſint juſta. Quare iniqua ſtatuta non poſſent etiam in rebus propriis: & illa vocat Innocentius monopolia, quæ injuſta ſunt, & vide concordantias, quas allegat. C. de monopo. l. 1.

ADDITIO. *Adde Bar. in l. ſodales, ff. de colleg. illic. Bar. in l. ſub prætextu, ff. de extraor. cri. Inn. in c. ſignificaſti, de appel.*

Nam ſtatutum & lex municipalis, id eſt, conſuetudo paria ſunt in hoc, ut ſequitur. Conſuetudo autem irrationabilis, eſt corruptela, ut in Auth. ut nulli jud. §. 1.

ADDITIO. *Adde quod tales non ſunt ſervandæ, ſecundum Card. Zab. in c. ex parte, in 8. no. de conſuet.*

Lex carens ratione non eſt lex, ſed legis corruptio, ſecundum Auguſtinum in lib. de libero arbitrio, eo quod de ſubſtantia legis eſt, quod ſit juſta, nec lex eſt, quæ juſta non eſt, 4. diſt. erit.

ADDITIO. *Adde, an lex injuſta obliget in foro conſcientiæ? vide in c. erit autem, 4. diſtin.*

Legem ratio commendat. 1. diſt. conſuetudo. Item quia in rebus civium debet ſtatuere juſte, & in rebus alienis uti civium ſuorum & incolarum, quæ non ſunt ſuæ, ſcilicet, univerſitatis, ff. quod cujuſque uni. no. l. ſicut, nec facient ſtatuta regaliter, quia contra domini voluntatem, &c. C. de pac. l. fi. niſi eſſet eorum communis utilitas, & tunc ſuper his, ſine quibus non poſſunt vivere, *** utpote, victualibus, utenſilibus, & negociationibus ſtatuent pretium, & præcipient vendi, ut arg. ff. de off. præf. urb. l. 1. §. cura carnis, & C. de epiſ. au. l. 1. Nam caſtra & villæ habent rempublicam eorum, ut C. de diver. reſcr. l. fi. in fine de offi. ejus, qui vicem alterius gerit, l. 1. Pretium non erit vilius, quin juſtum ſit. Sic eſt intelligendum ff. ad l. Jul. de anno. l. fi. in fine. Sic ad munici. l. non debere, & de adm. rer. ad civi. perti. l. decuriones. Domos autem & prædia non cogeret judex vendere, ſic poteſt intelligi contrarium. C. de judi. l. nemo. Sed tunc ex cauſa poſſet, ff. de relig. l. ſi quis ſepulcrum. Item ſi victualia non haberet quis niſi quantum ſibi ſufficit, non cogeretur vendere, etiam juſto pretio, ſic poteſt intelligi l. nemo, præallegata, & ad l. Jul. de anno. l. fi. 2. reſpon. & Matthæi 12. dicitur, Ne forte non ſufficiat

* ADDITIO. *Andreas de Iſernia fuit Conſiliarius Caroli II. & Roberti, & Joannæ I. cujus Regni anno VIII. interemptus eſt, ut ex Regeſtis Regiæ Siclæ patet, fuit autem ex familia Rampinorum, ut ſe ſubſcribere ſolebat, quæ inter nobiles Æſerninæ civitatis primum locum obtinuit, de quo vide Afflictum in proœmio Conſtitutionum in principio, & in conſtitutione, Ut participatio, & in conſtitutione, Humanitatem in 11. not.* Fabius Jordanus.

** ADDITIO. Regno ſuo. *Adde quod Duces, Marchiones, & alii Domini perpetuo inveſtiti cenſentur Principes in ſuo regno vel ducatu, & omnia poſſunt in ſubditos eorum, quæ poſſet Imperator in toto orbe, ut per Alex. conſi. 1. vol... & Curt. jun. in conſi. 100. num. 3.* Jacobus Anellus de Bottis.

*** ADDITIO. Non poſſunt venire. *Nota, quod tempore cariſtiæ poſſunt cogi cives ad vendendum frumentum etiam viliori pretio, vide hic Mod. in 3. q. ultra quem vide in tracta. de Peſte, char. 42. ver. ſextam hujus morbi, & verſic. ſed hic occurrit.* Jacobus Anellus de Bottis.

nobis & vobis, ite potius ad vendentes, &c. Ordinata enim caritas a ſe prius eſt . C. de ſervi. & aqua. l. præſes, & in Auth. de trien. & ſe. §. 1. ibi, ne ſua erogata ad extraneas veniant largitates.

Additio. *Adde glo. fi. in cap. ex parte, il 2. de cler. non reſid. glo. in cap. licet, de ſuppl. neglig. præla. glo. in cap. petitio veſtra, de jurejur. Bar. in l. pupillum, ff. de excuſ. tuto.*

Item de aliis, quæ non erant utiles retinere, imo magis non vendere, ſibi non proficiebat, & aliis de civitate erat diſpendium, ſicut ſunt lapides orti in prædiis, ideo ſtatuit io illis l. municipalis pretium. ff. com. præd. l. venditor, §. ſi conſtat. Etiam in meo debeo ex caritate velle quod mihi non nocet, & alii prodeſt. ff. de evict. l. in creditorem. §. 1. Præter hæc utenſilia, inter quæ ſunt illa, de quibus fiunt habitationes, & lapides, ſine quibus non vivitur commode, & ſic non vivitur, arg. ff. de verb. ſign. l. Nepos Proculo, & omnes de univerſitate de re unius civis non conſentientis, ſtatuendo illi non præjudicant, dicit gloſſa quæ ſit longa conſuetudo l. 2. Nam nec Princeps poſſet re mea ſine cauſa & culpa, me privare, de quo dicitur infra, & patet ex his, quæ notantur in gloſſa C. ſi contra jus vel util. pub. l. fi. & l. quod ſi major. ff. ad munici. Quod intelligit Joannes in electionibus & contractibus rerum ſuarum, ut in illa gloſſa dicitur.

Additio. *Adde Bald. in l. qui ſe patris. C. unde libe. Pau. de Caſt. in l. Gallus, in §. & quid ſi tantum, ff. de libe. & poſthu. Et quomodo ſint intelligenda verba, omnia ſunt Principis, intelligitur, id eſt, fiſcalia, ut in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præſcrip. & per Archi. §. quamvis, 23. q. 8. Hoſti. in ſumma, tit. de præſcript. in §. quæ exigantur, verſ. & licet Spe. in ti. de feriis, in §. quoniam, verſ. 23. vide late de principis poteſtate per Lucam de Penna, in l. prædia. C. de loca. præd. civ. & fiſca. lib. 11. & maxime art. 18. 1. par.*

Dictum eſt autem res ſingulorum non eſſe ſuas, ſcilicet, univerſitatis. Non conſentientes ergo, in quorum præjudicium fit ſtatutum de rebus & juribus eorum, non ligantur, ſicut nec ignorantes, ut ff. de decr. ab or. ſac. l. fi. Nec ſufficit illum eſſe præſentem, in cujus præjudicium fit ſtatutum de rebus, & juribus: quia etiamſi ſe ſubſcriberet, non præjudicat, ut ff. de pign. actio. l. Cajus. Sed oportet, quod tunc conſentiat, & conſentiens petet pretium, ſi eo animo conſenſerit, ut pretium habeat, non aliter, ut ff. de legat. 1. l. ſi fundum per fideicommiſſum, & l. ſeq. §. 1. & de leg. 2. codicillis, in principio. Et quando in re communi, ut ſingularis quis conſentit, non ſufficit conſentire, ſicut univerſitas, ut patet ex hia, quæ notat Innocentius de conſtit. c. cum omnes. Et alias ſi univerſitate adunata, ego, in cujus præjudicium ſtatuebatur, fui præſens, ſicut unus de univerſitate, etiamſi eſſet caſus, ubi præſentia tantum domino noceret, ſine conſenſu non videretur præjudicare, niſi ſic ſinguli intereſſent in ordinatione, quia ſic & alias valet quid, ut poteſt valere, & ſi non valet, ut ago·, &c. ff. de tranſ. l. & poſt rem judicatam. §. fin. in hoc haberet locum quod potuit, ſcilicet præſtare patientiam, ut & ſinguli, noluit quod voluit, etiam fecit ſicut quilibet, ſcilicet de univerſitate non ſufficit, ſed adimplere nequivit. ff. de reb. dub. in ambiguo. & C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. multum. Conſenſus autem qualiſcunque præjudicat. Nam ſi me abſente, tamen conſentiente, rem meam vendis, conſenſus meus ſufficit ad dominii translationem in emptorem, Inſti. de re, divi. §. per traditionem. Item, quod dicitur per Innocentium, quod de rebus ſuis faciunt ſtatuta: non negatur, quod ſi in hoc decipiantur, & lædantur, quin reſtituantur etiam in alia univerſitate, quam Romana. C. lib. 11. de jure reipub. in gloſſa rubr. & in l. rempu. & quicquid ibi notatur. C. ex quibus cau. majo. Item dicit Innocentius, quod univerſitates habentes juriſdictionem faciunt ſtatuta circa juriſdictionem, & cum pœna. Sed quæ ſunt univerſitates habentes juriſdictionem, * cum Imperator ſit dominus totius mundi. ff. ad l. Rhod. de jac. l. deprecatio. Item liberi Reges & exempti ab Imperio, ut Rex Siciliæ, qui habet a Romana eccleſia, ſunt Monarchæ in regnis ſuis, arg. *6.* q. 2. ſcitote, & q. 3. c. 1. & 2. & 7. q. 1. in apibus, & ibi in gloſſa. De liberis Regibus dicitur, ff. de cap. & poſtlim. rever. l. poſtliminium, in principio. Unde io regno Siciliæ civitates non habent juriſdictionem: imo nec civitas Romana, quia tranſtulit omne jus, omnemque poteſtatem in principem, ut ff. de conſti. prin. l. 1. & de offi. præſe. præt. l. 1. §. regnum. Nec remanſit ei, ſecundum quod Joannes notat in gloſſa ff. de legibus non ambigitur. Secus in eo, qui mandat alii cauſam cognoſcendam ordinarie, vel delegat, quia ſibi retinet, ut ff. de dam. inſe. l. 1. ff. de offi. ejus cui mand. eſt juriſdict. l. 1. in fine. Et differentia eſt ioter transferre, & totaliter a ſe abdicare, & committere judici, ſeu mandare, ut argum. C. de vete. jure enucl. l. 1. §. hoc etiam, & in ſumma Hoſt. de conſt. §. quis poſſit, in fi. §. Qui transfert, non revocabit, niſi ex cauſa, ut ſi abutatur, ut ff. de orig. jur. l. 2. §. & cum placuiſſet. Tarquinius quidam fecit expellere Reges, ſic C. de vet. jure enucl. l. 1. §. cum enim l. & c. ad Apoſtolicam, de re jud. lib. *6.* de depoſitione Frederici. Qui mandat cauſam cognoſcendam, revo-

* Additio. Juriſdictionem. *Nota quod Rex Siciliæ citra & ultra Pharum non eſt ſubditus Imperio: et propter neque Imperator legitimare vaſallum talis Regis ad feuda, non citato rege, ut per Alex. conſi. 60. col. 1. vol. 2. & Catellianus Cotta in ſuis memor. in ver. legitimatio, & in ver. Imperator.* De Bottis.

vocat quando vult. ff. de judi. l. judicium ſolvitur. Reges habent Comites, & Barones, terrarum dominos, qui ſunt ordinarii, ut in Auth. de quæſto. §. ſi vero cum inſteterit. De iſtis poteſt quæri, ſi poſſuot facere ſtatuta, ſicut univerſitas quælibet, quæ legem facit municipalem. Item juriſdictionem ex conſuetudine poſſunt habere. C. de emaoc. li. l. 1. in fi. Item ille, qui habet principatum immediate a Principe, & tunc ipſi principes, qui conceſſerunt, videntur talem juriſdictionem exercere. C. de offi. præſc. præ. l. formam. C. de vet. jure enucl. l. 1. §. omnia. In hoc differt conſuetudo a ſtatuto, qood non poſſet ſibi ipſi juriſdictionem attribuere, quam non habet, & nemo quidem facit ſeipſum judicem. ff. de offi. præ. l. fi. de tut. & cura. da. ab his. l. 4. Sed ſi conſuetudo eſſet illa, cujus noo extat memoria, haberetur perinde ac ſi Princeps conceſſiſſet, patet extra de verb. ſign. c. ſuper quibuſdam. §. præterea, de aqua quo. & æſti. l. hoc jure. §. ductus aquæ.

Additio. *Adde Bar. in l. 1. §. in omnibus, ff. de Pub. Sal. in l. 2. C. no. vect. inſti. non poſ. Hoſt. in ſum. ti. de conſue. in §. obtentus, in ult. col. Jo. And. in addi. Spec. in tit. de teſti. in §. nunc videndum, verbo, item opponitur, Bal. conſi. 49. inci. In facto. in 3. volum.*

Cum ſine hujuſmodi præſcriptione, vel Principis Romanorum concaſſione Reges alii non habent aliqua regalia in terris, & regois ſuis. Nec monetæ faciendæ, dicit Hoſt. in ſum. de cenſi. §. ex qui. cau. & §. poſſunt autem, licet habeatur ioter regalia, ut io 10. collatione, quæ ſunt regalia, tamen iotelligitur de Regibus Romanorum, qui feceruot illa jura. Si ergo habent juriſdictionem, poſſuot facere ſtatuta circa juriſdictionem, & eum pœna, ſecundum Innocentium in d. c. cum acceſſiſſeot. Qualiter autem ſint ſtatuta hujuſmodi circa juriſdictionem: utrum ad decidendam litem, vel ad ordinandam, ibi plene patet. Item nota, quod ſunt ſtatuta præter legem, ſecondum legem, & contra legem. De ſtatutis præter legem non videtur dubium, quin civitas ioter ſe faciat. Quorum exemplum eſt in gloſſa C. quæ ſit lon. conſ. l. 1. Et de talibus poteſt iotelligi l. ao in totum. C. de ædiſ. pri. quæ loquitur de conſuetudioe. Et ſic idem de ſtatuto. Paria ſunt quidem quaotum ad hoc conſuetudo, ſtatutum, & lex municipalis. Et conſuetudo, expone, &, pro id eſt, prout in gloſſa ff. qood cujuſque univer. nomi. item eorum, in principio, & C. de emaoe. li. l. 1. & patet, ff. de reg. jur. l. nec ex prætorio, in gloſſa, ubi pro ſtatuto gloſſa adducit leges loquentes de conſuetudine, præcipue l. de quibus ff. de legibus. Idem in l. ſicut. C. quæ ſit lon. conſ. Moderni dicuot, quod eſt conſuetudo titolata, quando cives ſtatuuot aliquid eſſe conſuetudinem. Et quarto modo præter gloſſam dicunt conſuetudinem ſic induci, quod non poſſit oegari eſſe ſtatutum. Titulus eſt conſenſus expreſſus, de quo dicit l. prædicta, de quibus, & l. omnes populi, de juſt. & ju. etiamſi hæc conſuetudo non ſit ſcripta. Præſcripta habet conſenſum tacitum, ut l. de quibus, in fioe. Nam diotorni mores leges imitantur, d. §. ex non ſcripto. Plus autem quantum ad hoc valet expreſſus, quam tacitus conſenſus: quia io l. de quibus, argumentatio fit de expreſſo ad tacitum, ut io fine dicitur. Item de ſtatutis, ſeu legibus municipalibus præter legem ſcriptam loquitur C. de nox. l. 2. licet poſſit iotelligi de his, quæ ſecundum legem ſcriptam, ſicut ſi ſtatutum gravet pœnam legis ſcriptæ, & augmentaret, ut ſcilicet io duplum ſecundum legem ſcriptam ſtatutum diceret, quod in quadruplum, hoc coadjuvat & corroborat legem ſcriptam uſqua ad concurrentem quantitatem, & addit ad eam, & ſic uno modo poteſt intelligi l. 2. de nox. ibi, priſcæ ſeveritati accedit pœna addita, quæ non minuit pœnam legis ſcriptæ, arg. C. de ſep. viol. l. 3. Licet alii dicaot, quod tunc uſque ad quantitatem legis ſcriptæ valeat, & non plus: pro quo. ff. vi. bo. rap. l. 1. & 2. Io plus non valet ſecondum eos, quia debemus eſſe contenti pœnis legibus comprehenſis, ut ff. de ver. obl. l. ſi ita ſtipu. & tunc conſuetudo, ſeu ſtatutum eſt corroboratum. l. ſcripta. Sicut videtur eſſe una opinio, quæ narratur in l. 2. quæ ſit longa conſuetudo in gloſſa magna. Hi in hoc minus videntur bene dicere, quia etiam io plus valebit, quando ex cauſa lex municipalis pœnam augeret, ut quia multis delinquentibus illo crimine oportebat pœnam exaggerari d. l. aut facta, in fine, & de extraor. cri. l. ſaccularii §. ſunt quidam. Nam & judex ex cauſa ſeverius judicat. C. de his qui not. infam. l. & ſi ſeverior, & ff. eod. ti. l. quid ergo. §. pœna gravior. Nec eſt hoc contra legem ſcriptam, imo ſecundum legem ſcriptam. Nam quod plus eſt, utique tanri eſt. ff. de in lit. jur. l. cum furti, facit illud. ff. quemad. ſer. amit. l. is cujus. Contra legem facit, qui facit id, quod lex prohibet. Et in fraudem legis facit, qui ſervat verba, & menıom offendit. C. de legi. non dubium, ff. de legi. l. contra. Item & qui non facit quod lex jubet, facit contra id, quod debet facere, ff. de reg. jun. l. qui non facit. Negari tamen non poteſt eſſe alteram virtutem a veritate. Nam gravius peccat, qui peccata facit prohibita? hoc eſt peccatum commiſſionis, quam qui non facit juſſum: hoc eſt peccatum commiſſorium, quod eſt minus peccatum, & minus grave, ſed peccatum enmmiſſionis eſt gravius. ff. ad Sylla. l. 2. io gloſſa, & l. in lege, eo. ti. de ver. ſig. l. alienationis, unde in effectu eadem videtor eſſe virtus legis vetare & præcipere. Sed quia diſtinctius apparet, quia vetat, quod fieri oon vult: imperat quod fieri vult, commodius fuit ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui, Inſti. qui. mo. teſt. infir. §. alio quoque, & dicitur in gloſſa l. virtus, ff. de legi. Nunquid ergo civitates juriſdictionem habentes faciant ſtatuta contra legem ſcriptam? videtur quod ſic, quia juri ſcripto publico detrahere poſſunt, ut notat gloſſa in d. l. ex prætorio, pro quo l. ſi venditor, §. ſi conſtat, ff.

com. præd. Sic facit ſtatutum de eis, quod poſſunt pacto renuntiare illi, contra quos ſtatutum ſit, ut dicit gloſſa rub. li. 11. de decret. decur. Pro quo eſt, quia ſtatutum eſt lex municipalia, ut d. l. omnes populi. Et hac l. dicitur, & d. l. 2. de nox. Quod autem ſit & licet pacto, licet etiam legis auctoritate. C. de fideicom. l. fin. in fine. Hæc opinio reprobatur in gloſſa l. 2. quæ ſit lon. conſue. Nam hac ratione dicit ibi gloſſa, infantes & furioſi, qui non obligantur pacto, quia expreſſe & tacite non conſentiunt, nec poſſunt conſentire. ff. locati. qui ad certum, non tenentur conſuetudine vel ſtatuto: quod verum eſt, quia non tenentur conſuetudine, ff. de admin. tut. l. tutor. §. Lucius. Item quod hæc ratio non ſit vera multis exemplis patet, quibus poſſunt conſentire partes per pactum, non tamen etiam Princeps legem inducere poteſt. Primum exemplum eſt illius gloſſæ rub. de decr. dec. ut pater teneatur de delicto filii. Nam pater poſſet ſe obligare, quod filius debet de ſuo, ſive alias, ſcilicet de filii delicto. Quia poſſet hoc quilibet alius, quam pater. ff. de ne. ge. l. ſolvendo. Sed etiam Princeps non poſſet ſtatuere, ut quod debet ille, ſolvam ego. Quia re mea me invito ſine mea culpa me privare non poteſt, per ea quæ notantur C. ſi contra jus vel util. publ. l. fin. in gloſſa. Alias reinciderem in errorem Martini, qui dicit omnia eſſe Principis, quoad proprietatem. C. de quadrien. præſcrip. bene a Zenone.

Additio. *Adde Aug. conſi. 139. incip. viſis omnibus ſtatutis. Alexan. de Imo. conſil. 176. incip. in cauſa & lite vertente inter magnificum Albertum de Manfredis, in 2. volum. Idem Alex. conſi. 112. incip. in cauſa & lite vertente inter monaſterium Abbatiæ, in 4. vol.*

Secundum exemplum eſt, quia partes poſſunt conſentire, ut judex procedat eis abſentibus & non vocatis. ff. de arbi. l. diem. §. ſi quia litigatorum, quæ licet loquatur in arbitro, tamen idem videtur de judice: quia arbitria ſunt redacta ad modum judiciorum. C. de arb. l. t. ff. eo. ti. l. 1. Princeps autem per reſcriptum ſuum de ſua certa ſcientia hoc non poſſet. C. ſi per vim vel alio mo. l. fi. & C. unde vi. l. meminerint, extra de majo. & obed. cap. 4. & hæc ſunt exempla ad juriſdictionem. Tertium exemplum eſt, quod partes poſſunt conſentire in judicem, tanquam in arbitratorem, ut determinet ſecundum jura, & contra juris ordinem. Et valet quod dixerit arbitrator ex vi pacti, non ſententiæ, ſecundum Jo. in Auth. ut diſ. jud. in principio, & per ea quæ notantur C. com. utri. jud. l. 2. Sed ſtatutum non poſſet hoc facere, ut judex ſicut arbitrator cognoſcat contra juris ordinem, vel ſine. Nam ſtatutum non faciet me velle illud, quod nolo. Quia Princeps dicit ſe hominum voluntates audire velle, non jubere. C. de teſt. l. omnium. Et quantumcunque coactus etiam ſervus poteſt nolle. C. de here. inſt. cum proponas. Item nullus niſi Papa, aut Rex in regno ſuo poſſet cognoſcere, vel cauſam cognoſcendam mandare, nedum contra, imo nec etiam præter juris ordinem, ſcilicet ſummatie, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii: no. Moder. extra de hæret. c. ſtatutum, lib. 6. de ver. ſign. c. ſæpe contingit.

Additio. *Adde D. Mar. Soc. de Senis in repet. clemen. ſæpe, de verb. ſignific.*

Quod Legatus de latere hoc non poſſet, niſi de eo quod ad ſuum officium pertinet, facit conſtitutio extra de off. deleg. c. fin. & Summa Hoſt. de conſtitut. §. ſi qui poſſunt. Dicit Innocentius & omnes, dum tamen generali conſtitutioni non ſint contraria per l. C. de off. præf. præt. l. formam. Item quartum exemplum, poteſt quis paciſci, ut ſi non probet infra certum tempus, res, de qua litigatur, ſit adverſarii, notatur C. de tranſac. ſi de poſſeſſione, pro quo eſt. ff. de pact. l. tale pactum. §. qui provocavit. Statutum hoc non poſſet, quia bona adverſarii citra ſolemnem ordinem in alium transferri non poſſunt. C. de pacto ſi pacto quo pœnam, in fine. Quintum exemplum, poſſet quis renunciare appellationi, ubi licite poſſet provocare. C. de temp. appel. l. fina. in fine cum ſi. At ſine cauſa princeps non tolleret appellationem juſtam, & licitam: quia contra jus divinum eſſet.

Additio. *Adde Abb. in c. 1. de reſcrip. & in c. paſtoralis, de appel. & an princeps poſſit committere appellationem judici, a quo ex certa ſcientia, vide glo. ſing. in l. tot. C. de appel. quam allegat. Fel. in c. ad hæc, el. primo, in ult. col. de app.*

Ut habetur de Paulo, dicitur Actorum 25. ad Cæſarem appellaſti, & ad Cæſarem ibis. Ubi aperte colligitur, quod de jure copia defenſionum non debet negari, ubi non eſt conſuetudo Romana contraria.

Additio. *Adde quid de copia capitulorum vel articulorum, vide per Bal. in c. per tuas, de teſti. Et an copia allegationum ſit danda adverſario petenti, vide Inno. in d. cap. per tuas, & per Ludovicum Romanum ſingu. 266. fuit interrogatus, & per Papienſ. in ſua pract. in titu. de forma petendi copiam inſtrumentorum.*

Et ſic illa, quæ devolvunt ſeu divellunt, & exhauriunt jus alterius, etiam princeps ſine cauſa non poteſt facere. C. de prec. Imp. offe. quoties. Quæcunque ſcripta ſunt in canonibus Bibliæ, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut ea ſervemus, Ad Romanos 15. Publice intereſt, legum ſeu rerum adminiculo non negari. Dicitur de appellatione, ſeu ſupplicatione, quæ loco appellationis eſt. C. de ſent. præſ. præt. l. 1. alias 2. ut innocens non damnetur, & oppreſſus relevetur, 2. quæſt. 7. ſi quis noſtrum, cap. fin. & c. omnia oppreſſus.

Additio. *Adde c. ſuper hoc, de renun. & per Innocentium in c. cum ſit generale, de foro competenti.*

Contra ea quæ publica ſunt auctoritate & utilitate non valent ſtatuta etiam ad ordinandas lites, ut ibi dicitur, niſi ex cauſa princeps illud faceret. Quanquam princeps debet uti ordinaria poteſtate, alias peccat mortaliter, tamen quia poteſt tollere legem, poſſet in una cauſa revocare appellationem, puta, ſi aliter tumultus ſedari non poſſet, argum. ff. de ſicar.

l. qui

l. qui cædem. Vel quia multis graſſantibus locus eſt exemplo d. l. aut facta. ff. de pœn. in fine. Et in ſimilibus cauſam juſtam habentibus Princeps debet uti poteſtate ordinaria. Debet enim ſecundum leges vivere. C. de legibus, digna vox. Inſti. quibus modis teſta. infir. in fine.

ADDITIO. *Adde l. Princeps, ff. de legib. l. ex imperfecto, 25. q. 1. §. fi. c. juſtum eſt, 6. diſtin. Card. Alex. in c. ſi Romanorum, 19. diſtin.*

Abſolutam non debet exercere, niſi ex cauſa. Alias peccat mortaliter, dicit Innocentius extra de cenſi. cap. ignoramus. Non autem dicimur poſſe, quæ cum peccato fieri poſſunt, 22. q. 2. facit etiam ff. de cond. inſt. ſi filius.

ADDITIO. *Adde gloſſam in verbo in potentia, in c. ſciſcitatus, de reſcrip. glo. in verbo poterit, in clem. ſæpe. de ver. ſign. l. filius, qui fuit, ff. de here. inſt. Car. in c. ad audientiam, in 1. no. de eccl. benef. Abb. in c. iſta, in 1. no. de offi. ord. Pau. de Caſt. in l. conditiones, in 1. no. ff. de condi. inſti. Item verbum poſſit, denotat impotentiam, & nullitatem actus, glo. eſt in c. 1. de reg. jur. lib. 6. Bar. in l. Gallus, in prin. ubi Bal. & Moder. ff. de lib. & poſth. Bal. in l. 1. ff. de injuſ. rup. irri. teſtam. Bal. in l. 1. in fi. C. qui admitti. Item verbum (poteſt) poſitum cum negatione præciſe ſignificat neceſſitatem, quia negat potentiam conficiendi actum, ut in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. l. non poterit, ff. de fur. & in reg. beneficium, de reg. jur. lib. 6.*

Et ſic ex cauſis multis removet appellationem Imperator generaliter. C. quorum app. non reci. l. 2. Reſcripta, quæ auferunt rem alienam, non valent, quantumcunque de certa ſcientia dicta. C. ſi contra jus, vel uti. publ. l. fin. Multo magis non valent, quæ lædunt perſonam injuſte. Quia major eſt modica offenſa in perſona, quam magna in rebus, arg. ff. de pœn. l. in ſervorum, in fine. Princeps enim poſitus eſt, ut faciat juſtitiam, & judicium, ideſt juſtum judicium, 2. Reg. 10. c. Et ideo quando terminos juſtitiæ egreditur, non dicitur Rex, 2. q. 1. ſcelus, & ibi dicitur plenius, ſic ſane intelligendum eſt, ff. a quibus appel. non licet, l. 1. Ubi princeps committit cauſam remota appellatione: quia removerat non ſine cauſa, ſed cum cauſa. Idem in omnibus, in quibus contra jus diſpenſat, ut cum cauſa fiat. ff. de ſena. l. fine. Alias ſi coram eo, vel ſuperiore hoc diceretur, non valeret quod juſſit, quia coram eodem fit, ut quando eſt ordinarius. C. quomodo & quando judex. l. ſi ut proponis, de accuſ. l. 4. Alioquin & ſi jure fieret, non poſſet reſiſti. Quia Rex non habet, qui ſua facta dijudicet, ut hic dicit gloſſa ſuper illud Pſalmi: Tibi ſoli peccavi. Et jure poli apud Deum non evadit, apud quem non eſt acceptio perſonarum. Qui dixit Sap. 6. potentes potenter tormenta patientur: hoc multo fortius in civitate, quæ non audet fiſcalia ſibi, & principi competentia vendicare. C. de bonis vac. l. 1. Sed Pileus hoc intellexit, quod poſſit ſtatutum fieri, vel conſuetudo induci de omnibus, quæ poſſunt paciſci, ſeu renunciari. Sed non videtur hoc fuiſſe ejus intentio. Sed iſta patent de eo, quod ſic ſtatutum partes poſſunt paciſci, & renunciare, non autem, ut de omni, quod poſſunt renunciare fiat ſtatutum. Item ceſſat reprehenſio gloſſæ, quia qui conſentire non poſſunt, non ligarentur conſuetudine, vel ſtatuto. Item, quia de his, quibus non poteſt quis renunciare, poſſet fieri ſtatutum, ut ſi conſentiam in judicem, non ligor ante litem conteſtatam ff. de jur. om. ju. l. ſi convenerit. Statutum, ſeu conſuetudo, ut ex quo ſemel conſenſi non poſſim diſſentire, nec variare, non male diceretur valere: quia non fit injuria ei, qui ſemel voluit. ff. de aqua plu. ar. l. in diem. Item concordat tale ſtatutum cum naturali, quod dicitur. ff. de pac. l. 2. & quod dicitur grave eſſe fidem fallere. ff. de conſt. pec. l. 1. Juſtior eſt cauſa talis ſtatuti, quam cauſa legis prædictæ, ſi convenerit. Volenti quidem non fit fraus, ſeu injuria. C. de tranſ. l. cum dona. ff. de inju. l. 2. in fine. Et ſic ſtatutum juſtius prævalebit legi juſtæ, quia juſto juſtius invenitur. C. de procur. l. exigendi, pro hoc facit vera opinio narrata in gloſſa prædicta l. 2. quæ ſit longa conſuetudo, quod bona conſuetudo vincit legem, ſcilicet quæ non eſt ita bona, quia bono melius invenitur, ff. de ver. obl. l. ubi autem. §. 1. Et hæc pertinent ad ea, quæ ſunt ad litem ordinandam, ſcilicet an poſſet quis eſſe judex, vel non, ex tali conſenſu. In aliis vero, quæ tangunt negotium principale, de quo litigatur, & quæ dicuntur ad litem decidendam, id quod exhaurit & divertit jus alterius, non valet etiam a principe factum, ut ſupra dictum eſt, per l. quoties, de preci. Imper. offe. Ad litem ordinandam valent ſtatuta, ſecundum quod ibi dicitur. Dicit ergo gloſſa, quod ſtatutum civitatis habentis juriſdictionem contra jus ſcriptum Regum, vel Imperatorum non valet, etiamſi Comes, Baro, Marchio, Dominus univerſitatis, qui habent juriſdictionem cum cauſa, vel ſine cauſa ſtatutum tale fecerint. Non enim poſſunt hi commutare leges majorum, quia ſubſunt inferiores. Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris, de arb. l. nam magiſtratus, ad Treb. l. ille a quo, cum ſim. & extra de major. & obed. cum inferior, cum ſim. ibi no. & hoc eſt quod dicitur in gloſſa extra de conſue. c. fi. & in d. l. 2. quæ ſit longa conſuetudo adeo valitura momento, ut rationem vincat, aut legem.

ADDITIO. *Adde c. inferior, c. nolite, & c. denique, 21. diſtin. Arcbid. in c. ſi clericus adverſus, 11. q. 1. Card. Alex. in c. conſequens, 11. diſtin.*

Et ideo dicitur, 1. diſt. conſuetudo, quod habet locum conſuetudo, ubi lex deficit, & ibi in gloſſa extra. de conſue. c. fi. in gloſſa. Adde leges, quæ dicunt conſuetudinem tollere legem, maxime ad legem, de quibus gloſſa ibi ponit reſponſiones. Placen. dixit, quod loquuntur ſecundum ſua tempora, quibus populus conſuetudinem inducens habebat poteſtatem legis condendæ. Hodie non habet etiam Populus

Ro.

Romanus,qui omnem poteſtatem tranſtulit in principem. ff. de conſt. prin. l. 1. & ſupra dictnm eſt plene. Mar. dicit, quod lex, de quibus, loquitur de lege municipali, quæ tollitur ſimili lege, vel conſuetudine. Pileus dixit, aut poteſt pacto renunciari, aut non, quod improbatur ibi, ut ſupra plenc dictum eſt. Joannes Azo, & gloſſa dicunt, quod in l. contraria, conſuetudo erat inducta contra legem ex certa ſcientia principum, qui id patiebantur, & tunc idem in effectu dicunt, quod Pileus & Mar. quantum ad propoſitum. Et tunc ſi talis conſuetudo eſt generalis, generaliter vincit legem, nt in principio illius l. 2. dicitur, quæ ſit longa conſuetudo. Si ſpecialis, ſpecialiter in ſpeciali in illo loco vincit legem, non generaliter in fine illius l. non adeo valitura, &c. Alii dicunt, quod bona conſuetudo vincit legem, non mala. Alii aliter, quorum dictum reprobatur ibi. Et ſic vides quomodo conſuctudo, & per conſequens ſtatutum, quod lex municipalis eſt, contra legem ſcriptam nou valet. Multo fortius de expreſſo ſtatuto, quam de tacito, ut de conſuetudine dicitur hic: quia in l. de quibus ſit argumentum de expreſſo ad tacitum, & alia ratio eſt voluntatis expreſſæ, argum. ff. de verb. obligat. l. cum qui certarum, in fine. Et hoc indubitanter videtur verum, quando agitur de lite decidenda, ut ſi ſit ſtatutum, ſeu conſuetudo contra legem ſcriptam circa ea, quæ decidunt litem, & negotium, ſuper quo inducitur conſuetudo, vel ſtatutum, ut ſunt ſubſtantialia contractnnm & delictorum. Tunc quia contra legem ſcriptam rationabilem divelleretur, & exhauriretur jus alterius, non valet etiam reſcriptum principis de ſua certa ſcientia, ut dictum eſt. Multo minus valeret ſi per ſtatutum irritaretur jus civile, vel ſi eſſet oneroſum, vel diſrumperet nervum legalis diſciplinæ, ſicut dicitur de conſuetudine, extra de conſuet. cap. fin. in gloſſa, & 8. diſtin. cap. fruſtra, in gloſſa, ut ſi adultera poſſet petere donata a viro. Vel ſi vir poſſet alienare bona uxoris cum ejus conſenſu, quæ nimio amore vel timore non eſſet auſa contradicere, vel ut non poſſet agi ob res amotas, vel donatas, quibus caſibus inducitur ad delinquendum extra de conſuet. cap. penul. ff. de pact. dot. l. convenire, & breviter ubicunque lex ſcripta eſſet rationabilior conſuetudine, vel ſtatuto, & hoc eſt, quod dicitur ſecundum unam lecturam Modernorum in d. l. 2. rationem viucat, aut legem, & ibi eſt una opinio, ut ſupra dictum eſt, quod bona conſuetudo vincit legem, ſcilicet, malam, vel non ita bonam. Si ergo eſſet lex rationabilior conſuetudine, non mutaret legem. Non enim eſt ita bona conſuetudo, vel ſtatutum, quæ non eſt ita rationabilis ſicut lex ſcripta, contra quam inducitur, ſicut enim bono invenitur melius, ut d. l. nbi. §. 1. Ita quod eſt melius non eſt aliud, quam bonum, ut dicitur ſupra, per l. his autem, ff. quemadmodum ſer. ami. Et ideo de bono in melius, & de perfecto in perfectius, ut in Authen. de nupt. §. 1. ibi, de perfectionibus tam contra fidem, &c. ff. de collat. bono. nonnunquam, in principio, & ideo variatur in melius. C. de epiſco. & cler. quiſquis, ibi, confilio meliori, &c. Et tamen ratio, ſicut veritas excludit conſuetudinem, & ſtatutum per conſequens, 8. diſtin. mala. & cap. veritatia. Horum numero ſunt, ſi ſtatutum diceret, quod conſcoſu habito de vendendo ſtatim ſi non traditur, tranſiret dominium, quod alias non tranſiret. Multis vigiliis jura condita non debent tolli, quando non eſſet cauſa rationabilior in tollendo, quam in ſtatuendo argum. ff. de leg. l. in reb. novis. Item quia differentia debet eſſe inter caſus, quibus tranſit dominium ſtatim, nominatos, ſeu notatos a jure; ſicut eſt in eccleſia, & aliis privatis, ut C. de ſacroſanc. eccleſ. l. ut inter divinum, & idem in ſimilibus, maxime quando ſine cauſa & ratione, ut in proximo ſupra dictum eſt, & ibi dicitur. Si vero ſuper lite ordinanda ſibi fiat præjudicium, hoc proprie dicuntur ſtatuta juriſdictionum. Si æquiparamus univerſitatem Legato de latere, planum eſt, quod non poſſunt contra legem, & ordinem ſcriptum in judicando, ut ſupra dictum eſt de Legato. Sed in populo videtur per l. omnes populi, & ſimiles. Et ideo diſtinguendum videtur. Aut per tales ordinationes, conſuetudines, vel ſtatuta directe, vel indirecte tollitur jus publicum auctoritate, & utilitate, aut auctoritate publicum, utilitate vero privatum. Primo caſu non valebit, quia utilitas publica præfertur privatæ, ut in Auth. de reſt. & ea quæ par. §. quamobrem. C. de cadu. tollen. l. 1. circa finem.

Additio. *Adde Doct. in l. 1. ff. ſolu. matr. & per Abb. poſt alios in c. fin. de voto, ubi invenies duas fallentias, in quibus præfertur utilitas privata.*

Et ſi fieret ſtatutum, quod non juraretur do calumnia in lite, quod inductum eſt ob publicam utilitatem. C. de jura. calum. l. 2. §. ſed quia veremur. Vel ut officialis non juret contra l. rem non novam. C. de judic. & in Authen. jusjurandum, quod præſtatur ab his. Vel ut teſtis non juret contra l. jusjurandi. C. de teſtibus, qui cum juramento debent deponere, tale ſtatutum induceretur ad celandam veritatem, vel ad inſtruendum contrarium. Juramentum reſervat, ſeu refrænat a maligno, quia non ſinit eſſe jurantem æternæ ſalutis immemorem. C. ad leg. Jul. repe. l. fin. Amputat in animo juramentum teſtium formidinem. 1. quæſt. 9. alias 3. quæſt. 8. hortamur. Inducentia ad delicta ſtatuta non valent, ut ſupra proxime dictum eſt, argum. d. l. convenire. ff. de pact. dot. Item ſi ſtatueretur, ut crederetur uni teſti.

Additio. *Adde an hoc facere poſſit Papa, gl. & Doct. in l. fin. C. ſi contra jus, vel utili. publi. Abb. in cap. a nobis, & in cap. nuper, de teſtibus & in cap. ſicut, de probatio.*

Cum jua ſeu Evangelium dicit, In ore duorum, vel trium &c. ut ff. de teſti. ubi, & C. de naufrag. l. quoties.

Additio. *Adde cap. ab iſto die, 35. quæſt. 6. cap. licet, & in cap. omni negocio, de teſti-*

bus

bus cap. cum eſſet, & cap. relatum, il 1. de teſt. cap. novit, de judic. originaliter Deuter. 19. Matth. 18. & Actorum 13.

Velut non valeret excuſatio, vel defenſio pro abſente, quod publice intereſt admitti. ff. de procura. l. ſervum. §. publice, & in his ſimilibus. Ut ſi ſtatueretur, quod non poſſit probari niſi per ſcripturam, vel per veram ſpeciem probationis tantum. Cum hoc pacto non poſſet fieri, ut in Authen. ut debi. ma. §. quia vero. Sed juramentum teſtis poteſt per partem remitti, ut notatur in d. l. jurisjurandi, extra de teſtibus cap. tuis.

Additio. *Adde glo. in l. 2. §. ſed quia veremur. C. de juram. calum. glo. in l. 1. poſt prin. de feriis. Bart. in l. filiusfam. 2. colum. C. de donatio. Barto. in l. ſi quis legatum, ff. de falſis. Anto. de Butr. in repet. cap. fin. de conſuet.*

Nec ad unam ſpeciem probationis tantum, &c. ff. de teſtibus l. 3. §. ejuſdem. Publice intereſt probationes ſalvas eſſe, & non cadere, nec anguſtari. C. de hæret. qnoniam, de jurejuran. generaliter, in principin. Statutum tamen ſine ratione & ſine veritate, ſicut & conſuetudo vetuſta, eſt mater erroris. 8. diſtin. conſuetudo, Chriſtus dicit, Ego ſum veritas, non ego ſum ſtatutum, vel lex, vel conſuetudo, diſtin. 1. cap. fin. Ideo dicit Seneca in prima de clementia iu principio. Quibus non ſubeſt veritas cito decidunt, in naturam ſuam redeunt. Statuta veritate, aut ratione carentia, ut dictum eſt ſupra, dico corruptelas eſſe. Et ideo ad veritatem inveſtigandam judex procedit modis omnibus, quibus poteſt, in Authen. de tab. in principio C. de eden. l. 1. Obſtantia ergo debent rejici, & non contra veritatem & rationem promoveri. Secundo caſu ſubdiſtinguendum eſt. Aut per hæc ſtatuta jus principalis negotii, de quo eſt lis, læditur enormiter, aut divellitur, aut non. Primo caſu non valent, puta, ut uon detur defenſio, & copia reclamandi, vel ut in aliquo judicii articulo pertioente, ad hujuſmodi læſionem procedatur parte abſente. Copia reclamandi & defenſionis facultas ſemper dari debet. C. de debi. civi. l. 1. lib. 11. & ſi procedatur cauſa non cognita. C. de bonis vacantibus, l. fin. lib. 10. & C. de jure fiſci, l. facultas, eo. lib. Sic intellexit Joannes l. prolatam. C. de ſen. ſcilicet, ſi cauſa non cognita procedatur, hunc dicit eſſe ſolitum judiciorum ordinem, cum cauſa per aſſertionem partium cognoſcitur, & panditur. Et ideo non valet reſcriptum principis de certa ſcientia contra hunc indultum. C. ſi per vim vel alio modo, l. ſi. Partes poſſent conſentire, ut eis abſentibus procedatur, ut ſupra proxime dictum eſt. Pro quo quidem pervenitur ad prohibitum, ad hoc, ut perdam rem meam ſine cauſa. Unde idem debet eſſe in prohibito, & in eo,. per quod pervenitur ad prohibitum, ff. de ſponſalibus. l. oratio, cum ſimilibus. Etiam Princeps non concedit quicquam cum alterius injuria. C. de emancipa. lib. l. nec avus. Iſta carent omni ratione, & ideo dicitur ſupra, quod ſunt corruptelæ, nou ſtatuta, vel ſunt conſuetudines. Secundo caſu, aut ſuper ſubſtantialibus judicii, puta, ut lis non conteſtetur, aut non ſuper ſubſtantialibus, ut puta, quia ſtatutum erat, ut iu cauſis incipiatur a poſitionibus, & reſponſionibus, ſicut quando proceditur ſine ſtrepitu & figura judicii, gloſſa de reſcript. cap. ſtatutum lib. 6. & de appell. cordi. Si ſtatutum non eſſet, irritaretur talis proceſſus, ubi lis non eſſet conteſtata, extra de lite conteſtata cap. 1. nec de jure valeret: tamen alio modo poſſent partes conſentire, ſic procedi per judicem, ut valeret, ſicut ſententia & judicium: quia non poteſt jus publicum tolli pactis privatorum. ff. de oper. lib. l. creditorem, & ad legem Falcidiam. l. quod de bonis. §. 1. de admini. tut. l. quidam decedens. ff. de pact. l. jus publicum. Sed ſicut in arbitratorem valeret ex pacto, & vi pacti, ut dictum eſt ſupra. Et quandoque ſicut iu judicem non poſſet valere, tanquam in arbitratorem: quia ſic tanquam in judicem tantum conſenſerint. Et ideo non poteſt valere utroque modo, cum non fuit dictum, ut valeret, niſi ſicut in judicem, argum. ff. de conſtit. pec. l. 1. §. eum qui. Quandoque utroque modo poteſt valere, ſi ſimpliciter, & tunc ſatis habet locum l. & ſi poſt rem, ff. de tranſac. Si nou valet, quod ago, ut ago, valeat ut valere poteſt: pro qua ſunt l. in ambiguo, & l. multum, ſupra allegatæ. Poteſt dici, & non male, ut tale ſtatutum valeat, & conſuetudo, ſi eſſet, dummodo non negetur copia defenſionis, & illud uon exhauriret ſubſtantiam negotii, ut dictum eſt, non conteſtari litem, dummodo habeat copiam reclamandi, ut non exhauriat, &c. Et hoc modo poteſt intelligi gloſſa l. ex prætorio, de regu. jur. Per uuum uon poteſt derogari juri publico, ſed per omnes cives de illa terra, & villa ſic, ut in d. l. omnes populi. Et in ſimilibus videmus multos, ut magiſtros rationales, & dohanerios in cauſis dohanarum, & Bajulos in cauſis forenſium, & peregrinorum, ſic procedere: ſervandus eſt talis mos, argum. C. de conſtituta perun. l. 2. in fine. Item ſolemnitates circa actus judiciales, ſicut circa inſinuationes reſcriptorum, & teſtamentorum fiunt ſecundum mores locorum. C. quemadmodum teſtamenta aperiantur l. 2. Pro quo ſunt prædicta jura. ff. de teſtibus. l. 3. C. de injur. l. ſina. in fiue. C. de veteri jure enucleaudo. l. 1. §. ſed neque. Quod poteſt conſuetudo, poteſt ſtatutum regulariter, ut ſupra dictum eſt. Plus debent poſſe omnes cives, quam unus, & unius conſenſus quaſi tot oculta ſpectata, tot ſenſibus inſinuata, &c. argum. qui teſtam. facere poſſ. l. hac conſultiſſima, in fine. Legatus de latere non poteſt recedere ab eo, quod ſibi commiſſum eſt a viva, vel mortua lege, ſic ſcripta, qua cavetur, ut contra generales conſuetudines non ſtatuat, ut ſupra dicitur. Nec cavetur de eo, quod de populis, ut poſſit, ſicut dicitur in d. l. omnes populi, & ſimilibus. Licet & Legatus faciat conſtitutionem, aliter tamen dicimus in eo, quam in populo. Item facit pro prædictis Joannis opinio dicentis, quod conſuetudo rationabilis vincit legem,

Digitized by Google

legem. Rationabilitas hujus ſtatuti, ſeu conſuetudinis eſt materia dirimendarum litium, ſicut in ſimili dicitur. ff. de aqua pluvia arcenda. l. 2. in principio ad quarum finem celeriter imponendum Juriſconſultores multum elaboraverunt, argum. C. de judiciis. l. properandum, in principio cum ſimilibus. Nec obſtat l. prolatam, quia ſecundum unum intellectum Joannis non eſt contra, cum dictum ſit, datam, vel dari debere defenſionis copiam, & reclamandi facultatem, ut ſic cognoſcatur de cauſa ſecundum dictum intellectum gloſſæ. Dic, quod ſi incipias a principio, ut detur libellus, lis conteſtetur, & alia ſolemnia cœperint fieri. Si pervertatur tunc ordo cœptus, ut prius juretur, & poſtea lis conteſtetur, reddet invalidum, quod agitur. Ubi vero non intervertetur dictus ordo: quia incipit a poſitionibus, & reſponſionibus, non dicitur perverti ordo, quia non eſt, argum. nam prædio, quod non eſt, ſervitus non imponitur. ff. commu. prædiorum. l. 1. Nec dicitur rumpi, quod nullum eſt. ff. de injuſto, rupto, & irrito teſtamento l. nam & ſi. & de uſufruc. l. qui binas. Intelligitur ergo, quando inciperet agere judicium illo ordinario modo, quem ponit l. prolatam. Nulla quidem lege cavetur, quod ſine illis ſubſtantialibus, quæ ponit dicta l. prolatam, non valeat. Sed ne præpoſteretur ordo eorum ſecundum intellectum gloſſæ, ſic & in ſimili refert, an incipiatur a primo, vel ſecundo. ff. de acquir. poſſeſ. quemadmodum. C. de jure deliberandi, potuit. Et ſic videtur intelligi debere authen. offeratur. C. de litis conteſtatione in fine, ubi dicitur, quod litis conteſtatio contra hoc indultum, &c. ſcilicet, quando inceperunt ordinarie agere judicium, & illo ordine. Alias libellus poteſt remitti conſenſu partium, ut ibi notatur. Licet Innocentius & Hoſtienſis contra prædictam authenticam. Sed intelligendum eſt, ut ipſi dicunt: quando nulla interrogatio reſponſionem præceſſit, quod eſt neceſſe, ſicut in ſtipulatione, ut ff. de verborum obligatio. l. 1. §. 1. quia in judiciis quaſi contrahimus. ff. de pecu. licet, & C. ex quibus cauſis in integrum reſtitut. non eſt neceſſ. l. in minorum, hinc vero dicimus reſponſionem & interrogationem per articulos patere, & non refert an detur libellus, vel id quod tantum eſt. ff. ſi cert. petat. certum. Item licet frequenter leges dicant in judiciis ſervandos eſſe actus judiciarios, vel dationem libelli, litis conteſtationem, & alia, ut in l. prolatam, in gloſſa. C. de ſenten. & in diverſis titulis, per quod non videtur valere, ſi non ſervetur hic ordo, per l. non dubium. C. de legibus, quaſi ſufficiat enumerati, etiamſi non ſerventur numerata, non valeat quod agitur. Sicut dicitur in prohibitis, cum ſit eadem virtus legis præcipere & vetare in effectu, ut ſupra dicitur. Sed hoc non obſtat, quia lex non enumerat, quaſi velit ſic ſervari, & ſi non ſervetur, non valeat quod agitur: ſed enumerat reſpiciendo frequentiam, quia ſic frequenter fit, argum. ff. de legibus, nam ad ea. Non enim videtur arctaſſe, imo potius produxiſſe illa, quæ lites dirimunt, finem imponunt celerem certaminibus judiciorum: quia non videtur impugnare, &c. ff. de teſtamen. mili. l. ſi milites, alias, ſi miles. Secundo caſu, ſuper non ſubſtantialibus valent ſtatuta, ut non detur libellus, qui poteſt remitti etiam de conſenſu partium, ut notatur in dicta authen. offeratur. Vel ut ſtatim reſpondeat, contra authenticam prædictam, qua dantur induciæ viginti dierum, argum. l. 3. de teſtibus. C. de injuriis. l. fina. de veteri jure enuclean. l. 1. §. 1. alias, ſed neque, licet ſit rationabile reum debere habere inducias ad deliberandum, & habendum conſilium: quia quæ conſilio geruntur, &c. C. de repu. l. non dubium. Rationabilius videtur, ut quis de ſuo facto debeat eſſe certus, in quo non poteſt ignorantiam prætendere, ut ff. ad Senatuſconſultum Vellejanum. l. quanquam, & pro ſuo. l. fina. & C. de reſcind. vendi. quiſquis, ut non prolonget lites, ut ſit finis litium, dicta l. fina. in principio pro ſuo, & C. de tranſactionibus, fratres, de agricolis & cenſi. l. litibus, ff. ſi certum petatur, quidam æſtimaverunt, nam juſto juſtius invenitur. C. de procuratoribus, l. exigendi, & ſupra plene dictum eſt. Cauſa enim debet attendi ſemper, non minus quam factum, argumen. ff. de furtis, l. verum, & de tranſactionibus l. cum hi. §. ſi prætor. Cauſa eſt ratio, ſine qua non eſt lex, ut ſupra dicitur. Unde & Princeps ſine cauſa non diſpenſat, & perraro contra poſitiva, ne afferat damnum alii. ff. de ſenatoribus. l. finali. Multo minus legi Imperatoris ſui. Item ſi ſtatuerer, ut teſtis juret ſine partis præſentia, contra legem, ſi quando. C. de teſtamentis, ex qua jurat, ſufficit, & non eſt irrationabile, ut judicis teſtimonio hoc relinquatur, cujus fidei committitur totum dictum teſtis, argumento dictæ l. ſi quando, ibi, ſi enim pro toto litis certamine, &c. Et cui committitur quod plus eſt, poteſt committi quod minus. C. de pactis conventis. l. hac lege decernimus. Licet hoc pars poſſet remittere, ut ſupra dicitur, multo fortius poſſet committere judici, argum. ff. de pact. l. juriſgentium. §. adeo. & in his ſimilibus poſſet intelligi, quæ ſit longa conſuetudo l. prima, C. de ædific. privat. an in totum, licet, ut prædicitur, intelligatur, quando ſtatutum, ſeu conſuetudo erat præter legem. Ut ſi auriga ponit manum ad plauſtrum, periculum ſit ſuum, ut ibi gloſſa exemplificat. Idem de ſacramento judicis, in qualibet cauſa contra l. rem non novam, quia ſufficit ſemel jurare in introitu officii pro omnibus cauſis, ut C. de jur. calum. Authen. hodie. Multo plus de ſacramento patronorum, quod conſuetudo abolet, quia conſuetudo non habetur licet lege caveatur, ut notatur in l. rem non novam, ubi litigator jurat de calumnia advocatorum. Nam multum movebit, quia non erat immemor ſacramenti ſui. C. ad legem Juliam repetunda. l. fin. d. l. C. ad legem Juliam fin.

Additio. *Adde an hoc juramentum poſſit præſtari ante litem conteſtatam per gloſſam, in verbo*

Digitized by Google

bo finimat; *& in cap. quoniam*, §. *quod ſi ſuper, ut lite non conteſtata, & an poſſit præſtari antequam ſit in cauſa concluſum, vide per gloſſam finalem in fine c. ex litteris, de jureju. Doct. in c. 1. de juram. cal. lib. 6. Bar. in l. 1. & 2. in* §. *ſed quia veremur. C. de juram. calum. Et an poſſit poſt concluſionem in cauſa, vide per Joan. Andr. in d. c. 1. de juram. calum. lib. 6. in novella. Et quid contineat in ſe juramentum calumniæ, vide in* §. 1. *Inſti. de pœna temere litigantium. Et gloſſam in cap. 1. de juram. calum.*

Et ideo publicæ utilitati conſcribitur de juramento principali, ſcilicet, in §. ſed quia veremur. l. 2. de juram. calum. calumniæ litigantium coerceri debuerunt in principio litis, ut in Authen. de execu. & his quæ reconveniuntur, in principio Inſtit. in principio in procemium. Item in regno patroni cauſarum, quando examinantur per Curiam, & habent litteras, advocati jurant pro omnibus cauſis officium ſuum fideliter impendere. Hujua generis ſunt ilia, pro quibus ſtatuitur tempus a jure, prout exempla ſunt. ff. de legi. non omnium, dummodo publica utilitas in eia non verſetur, ut dictnm eſt. ff. de poſt. l. 1. & l. quos prohibet, & C. de appel. auth. hodie. Ut non appelletur. Et ſtatutum non valet, niſi ex cauſa, nt ſupra dictum eſt. Sed, ut non appelletur poſt tempus quatuor, vel quinque dierum, ſicut poſt 10. per authen. hodie, valet. Quia & olim infra biduum, vel triduum tantum appellabatur, in hia non eſt præjudicium grave. Multo magis in his, quæ judex ex ſe poteſt abbreviare. ff. de re jud. l. 2. & l. 4. Idem ſi ſtatueretur, nt renuncians productioni teſtium, vel alicui actui judiciali non audiretur ulterius, maxime ubi ſine ſtatnto rennnciatio non valet, ut C. de judi. auth. jubemus, & in Anthen. de exhib. §. ſi quidem actiones ſuas, &c. ff. de ædili. edic. l. quæritur. §. 2. C. de non num. pecnn. generaliter, in fine. Ubi publica ntilitas cnm privata concurrit, ſicut non poteſt renunciari pacto, ſic nec ſtatutum, vel conſuetudo valent. C. de pact. ſi quis in conſcribendo. Si vero privata tantum, cui renuntiari poteſt, tunc ſtaıntum non adimit jns, vel lædit enormiter, alias in litibus ordinandis valebit ſtatutum, præcipue quando tempore arctaret, ut ex ſupra dictis patet, dummodo ſemper detur copia reclamandi. Illa ſi adimitur reddit nullum, quod agitur, ſecundum Joannem in l. prolatam, & contra jus divinum, Actorum. 25. ſupra dicitur contra quod etiam Princeps non poteſt, nt dicit in l. ſi contra jus vel ntilitatem publicam l. finali in gloſſa. Licet plus dicatur etiam in tempore, ut Inſti. de actio. §. plus, modica præjudicialia ſervato jure in principali non vitiantur, d. l. quoties, de preci. impe. offe. Sic & ff. commo. l. in rebus, §. poſſunt, ff. de impen. l. omnino, ſicnt patet ex ſupradictis exemplis, & aliis quæ cnrioſus & juſtus judex inveſtigabit ſnbſtantialia, non offendendo publicam ntilitatem. Si vero lex ſcripta removet conſuetudinem, vel ſtatutum, planum eſſet: quia ſimpliciter removet conſuetudinem, intelligitur de futuro, & per conſequent de ſtatuto, ut C. de uſur. eos, §. ſuper his. Multo fortius ſi princeps factum ſtatutum removerit, qui poteſt legem ſcriptam tollere, cum lex ſit animata, nt in Auth. de conſuli. §. pen. & vigor juſtitiæ. C. lib. 10. de jure fiſci prohibitum, in fine. Multo fortius tollet ſtatutum, vel conſuetudinem etiam tacite per l. latam poſt conſuetudinem ff. de ſepul. viol. l. 3. quæ gloſſa non ponderat. Epilogus ſeu exiguus ſtructus iſtius magnæ gloſſæ hinc eſt, quod civitates, univerſitates, & populi de rebus poſſunt facere ſtatuta juſta, ſed non iniqua, quæ vocantur monopolia. Super rebus civium non conſentientium, licet præſentium, non valet ſtatutum, etiam ſi omnes alii de nniverſitate ſtatutum facerent, non præjudicat non conſentientibus, niſi ſuper utenſilibus, victualibua, vænalibus, negotiationibns, & aliix neceſſariis civibua, inter quæ ſunt lapides & lapidicinæ, in quibua poſſunt ponere pretium juſtnm, conſuetudo & ſtatutum qnantum ad hoc paria ſunt, ut quod in uno dicitur, in alio poteſt dici. Et l. municipalia, quæ ſtatutum dicitur, accipitur & exponitur, ideſt conſuetudo. Circa juriſdictionem faciunt ſtatura univerſitates, quæ habent jnriſdictionem. Et quæ ſnnt illæ, hic narrantur. Et ſtatuta quæ poſſunt fieri circa hoc, ſunt præter legem, ſecundum legem, contra legem ſcriptam, non quia inferior non poteſt legem ſuperioris tollere, ſive ſit ad decidendum, ſive ad ordinandum lites. Et hoc verum quando tollit & exhaurit rem, vel jua alterins, & negotium principale, de quo agitnr & litigatur. Idem ſi perveniatur ad id directe, vel indirecte: quia idem jus eſt in eo, per quod pervenitnr ad prohibitum, quod eſt in prohibito. Idem ſi vertatur ibi utilitas publica cum privata, ideſt quia publice utile erat legem publicam, aut ſcriptam ſervari. Ideo appellationem, quam introduxit jus ſcriptum ob publicam utilitatem in relevationem oppreſſorum, injuſte non tollit, etiam princeps ſine peccato abſque cauſa, ſed ex cauſa poſſet etiam univerſitas, ſi juſta eſſet. Ideo dicitur, quod Princeps debet nti poteſtate ordinaria. Abſoluta non, niſi ex cauſa, ſi ſine cauſa peccat, ideo dicitur id non poſſe.

Additio. *Adde Bald. & Pau. de Caſt. in l. teſtamentum. C. de teſtam. Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadr. præſcriptio. Inno. in c. innotuit, cir. princ. de elect. Abb. in c. ad hoc, de reſcript. Et in c. illa quotidiana, in 2. notabi. de electio. Limita hoc eſſe verum, niſi Princeps apponeret in reſcripto clauſulam, non obſtante, ut ibi per eos, & per Ante. de Butr. & Joan. de Imo. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitutio.*

Idem ſi ſtatutum, aut conſuetudo non habet cauſam rationabilem, vel veram, vel lex quam tolleret ſit rationabilior ſtatuto, vel conſuetudine. Præter hoc, ad lites dirimendas populus habens juriſdictionem faciet ſtatuta contra ſolitum judiciorum ordinem, etiam, ut lis non conteſtetur, niſi lex ſcripta, vel Princeps, quæ lex animata eſt in terris, expreſſe removeret ſtatutum, vel conſuetudinem: quia ſi poteſt le-

gem generaliter tollere, tollet ſtatutum civitatis ſuæ. Aut ſi ſimpliciter removeret conſuetudinem, quæ intelligitur etiam de futura, & etiam præcedentem tollit, etiam ſi non dicat. In prologo ad duas columnas, ex quo apparet, quod ſicut dicimus omnia eſſe Imperatoris C. de quadr. præſcrip. l. bene a Zenone.

Additio. *Adde Doct. in l. Lucius, ff. de evict. Hoſti. in ſumma in tit. de præſcrip. §. quæ exigantur, ver. & licet. Spec. in tit. de ſer. in §. quoniam, ver. 22. Archid. in §. quamvis, 23. quæſt.* 8.

Ita poſſumus dicere in Rege de rebus omnibus regni ſui. Nam libro Regum legitur 15. propter illud quod iſta dicit hic gloſſa, ut ſcilicet æquiparetur Rex in regno ſuo Imperatori in Imperio ſuo, putamus verum eſſe, ut diximus etiam in hoc prologo, inf. §. ex præmiſſis. Idem dicimus de omni Rege libero ab Imperio, ſicut eſt regnum Siciliæ, ut ff. de cap. & poſtlim. rever. poſtliminium, in principio. Rex regni ſui monarcha eſt, *6.* q. 3. ſcitote, 7. q. 1. in apibus, 23. q. 4. duo iſta, ibi, Regi regenti gentem ſuam, pro quo eſt 16. q. ult. c. nemini regum, 1. q. ult. c. filiis, in quibus de regibus dicitur. Item realia ſunt magis valida, quam perſonalia, per ea quæ dicuntur ff. de pactis. l. ſi tibi. §. pactum, & in l. juriſgentium. §. pactorum, & §. idem. §. perſonale, & de prob. l. ſi pactum. Nam perſonalia cum perſonia extinguuntur, realia non, ut ff. de cenſ. l. 3. de jure immunitat. l. 1. §. perſonis. Sed imperium eſt perſonale, quia per electionem, extra de elect. venerabilem.

Additio. *Adde Clem.* 1. *de jurejur. Auguſti. de Anch. in tract. de poteſtate Papæ, q.* 35. *arg.* 7.

Regnum reale, ut ita loquar, quia heredi datur, ut extra de vo. red. c. licet.

Additio. *Adde Bald. in l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jure diffuſe per Ant. Corſet. in tract. de Regibus q.* 106.

Unde filius Regis eſt Rex, ſicut dicit Gregorius de Hermigildo, 24. q. 1. c. ult. Item privilegium l. bene a Zenone, durum eſt pro dominis rerum, ut eas perdant ſine facto eorum, quod eſſe non debet. ff. de reg. jur. jus noſtrum. Sed inductum eſt honore & favore Imperatoris, ne accipientes inquietentur, hoc habet Rex quilibet, 12. q. 2. quicunque militum, ubi in donatione facta a quocunque de bonis eccleſiæ non præjudicat eccleſiæ, ergo in privato præjudicat. Nam alias nullum eſſet privilegium in eccleſia, ſi a Rege facta donatione privato de bonis eccleſiæ non haberet locum l. bene a Zenone, fruſtra enim precibus impetratur, quod a jure communi conceditur. C. lib. 10. de theſaur. l. arbitrii tutelæ. §. intereſt. Sic etiam ſi fiat de bonis privatorum eccleſiæ non valet, extra illud privilegium, ut ſit ſtatim ſecura, 16. q. 4. cap. placuit. Item dicimus regem ab Imperio liberum habere fiſcum, ſicut Imperator, & dicitur Tobiæ 2. quod Rex Sennacherib juſſit occidi Tobiam, & tulit ſubſtantiam ſuam omnem, contra illos, qui dicunt Regem, non infiſcare bona in criminibus. Et Eſdræ 6. a Dario Rege poſitum eſt decretum, ut qui mutaverit Regis juſſionem, configatur in ligno, & domus ejus publicetur. Et Artaxerſes Rex, qui fuit Rex Perſarum habuit Fiſcum, dicitur Eſdræ 7. quantum neceſſe eſt expendas, & dabis de theſauro Fiſco regis. Rex Angliæ Fiſcum habet, dicitur enim in Longobarda, in legenda Beati Thomæ Cantuarienſis, quod ejus & ſuorum bona fuerunt confiſcata. Reges Longobardi Fiſcum dicunt ſe habere, ut in 1. 2. 3. l. primi libri Longobar. hoc idem dicit Rex regni Siciliæ, ſcilicet Fiſcn noſtro, infra de jure re. reg. l. 3. dicitur recte regnum Siciliæ exemptum ab Imperio habere rempublicam, quia fiſcus & reſpublica Romanorum idem ſunt, ſicut Imperator & reſpublica, ut ff. de bon. poſſ. non eſt ambigendum. Rex ergo & reſpublica regni ſui idem ſunt, ſicut Imperator & reſpublica Romanorum, qui eſt in regno, ſicut caput reſpublica in ea, ſicut in capite, dicit Seneca. 1. de clementia, hoc modo. Prælatus in eccleſia & eccleſia in prælato. 7. q. 1. ſcire debes, extra de verb. ſign. cum canonici. Omnia hæc probat d. l. poſtliminium, & faciunt ad multa, quæ in hoc prologo gloſſata ſunt, & ſpecialiter contra id, quod dicit Hoſtienſis in ſumma de cenſi. alias de conſtitutione quod Rex Franciæ aut alius præter Regem Romanorum, non poteſt mutare monetam, pedagia, vectigalia concedere, cum Rex Aragonum mutet monetam, extra de jurejurando quanto diximus, plene in tit. quæ ſunt regalia ſuper verbo monetæ, per leges quæ allegantur hic & in ſequentibus per hunc gloſſatorem, quod Imperator & Rex pari paſſu ſunt, quia dicitur in l. bene a Zenone, inter regale culmen, & privatam perſonam &c., videntur probare hoc, quia loquuntur hæc jura omnia de ſe ipſis Imperatoribus qui ſunt, & dicuntur Reges Romanorum, antequam coronentur Romæ Imperatores.

Additio. *Adde cap. venerabilem, de elect. & ibi Abbas, tex. in §. dudum, & ibi Card. Zaba. in 2. no. in clem.* 1. *de jurejur. gloſ. in ver. pontificatus. ſuper data 6. libri. Specu. in tit. de renuntia, in §. ſi. ver. item quod eſt obtentum. Bart. in* 1. *conſt. Digeſto. Doctor. in l. ex ea. ff. de poſtulan. Doct. in c.* 1. *de nova forma fideli, in uſibus feudo. Bart. in extravag. ad reprim. in no. Imperatores. Oldra. conſi.* 180. *incip. quæſtio eſt utrum Imperator ante coronationem. Calder. conſi.* 7. *incip. aut Imperator, in rubr. de privilegiis.*

Sed certe antequam coronentur Romæ Imperatores ſunt Reges, & habent majeſtatem, & fiſcum, & multi fuerunt Reges Alemanniæ, & Romanorum, qui non fuerunt incoronati Imperatores, ſicut patet in Chronicis tempore Juriſconſultorum & Imperatorum, qui fecerunt leges Codicis. Imperator erat Dominus totius mundi, paucis exceptis provinciis, quas bellorum & armorum potentia ſibi ſubjugavit, ff. ad legem Rhodiam de jactu. l. deprecatio. de orig. jur. l. 2. per totum.

Additio. *Adde glo. in cap. jus Quiritum,* 1.

diſtin

diſtin. glo. in c. per venerabilem, qui filii ſint legit. glo. in cap. Adrianus, 63. diſtin. Cyn. Bart. Bal. Saly. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate. Et dicitur dominus totius mundi, quoad protectionem non quoad dominium rerum privatarum ſecundum gloſſam in proœm. Digeſt.

Licet hodie non ſic, ut diximua in opere noſtro libri feudorum, in præambulia. Sed ſi intellexit hoc gloſſa, quod bona ſubditorum ſunt Regis: quia dicit de rebus omnibus Regni ſui. Hic eſſet error magnus, qui ab omnibus communiter reprobatur. Nam non ſunt Reges, niſi quantum ad protectionem, & iuriſdictionem exercendam, & finiendam infra fines Regni ſui, ut ff. de verborum ſignificatione pupillus, §. territorium. Et de juriſdictione ſua ſunt omnia, quæ ſunt in Regno ſuo, de officin præſidis, in l. 1. §. cum urbem. 16. quæſt. 7. omnes Baſilicæ. Sed non bona eccleſiarum, nec clericorum, de quo diximus in titulo, quando vaſallus debet eſſe domino fidelis. Non ergo auferet nec vendet bona ſubditorum eia invitia, no. ff. de naturalibus reſtituendia, l. fin. in gloſſa, niſi ratione publicæ honeſtatia & utilitatia. Niſi princeps non haberet aliud, & tunc ſoluto pretin, de quo plene diximus in tit. de cap. qui cur. vendi. §. ſimiliter. Seneca fuit bonus Juriſta, & fecit ſenatuſconſultum Trebellianum: nam factum fuit a Seneca & Trebelliano Maximo Conſulibus, ff. de Trebellian. l. 1. in principio, dixit ipſe de hoc late libro de beneficiis, §. juris civilis, & dicit quod Princeps poſſidet in Imperin omnia & ſingula dominia, & quod ad Regem poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas, & ſequitur, ſub optimo Rege omnia, Rex Imperin poſſidet, ſinguli dominia, & infra. Cæſar omnia habet: Fiſcus enim privata tantum, & ſua univerſa in Imperin ſunt in patrimonin proprin. Non obſtat l. bene a Zenone, immo concordat cum prædictis, dicit enim Principis omnia intelliguntur, ſcilicet patrimonialia, & fiſcalia, quia dicit littera, ſive ex ſubſtantia ſua, ſive ex fiſcali, & hæc expoſitin approbatur ibi in gloſſa. Reges habent bona jure diverſo, hodie etiam Demania, excadentias, vectigalia, cenſus, jura, & ſimilia hæc ſua ſunt, & ſi ſic intellexit hic gloſſa tam de Imperatore, quam de Rege, bene intellexit, & ſic, quod dicit de rebus omnibus regni ſui, expone, non privatorum, ſed ſuia fiſcalibus patrimonialibus. Auctoritatem autem quam inducit hæc gloſſa de lib. Regum, 1. 8. exponit Sanctus Thomas prima ſecundæ, cap. 5. in quæſtione 1. quæ eſt in ultimo argumentn & reſponſione ad ultimum argumentum dicens, quod non declaravit ibi jus Regum ex inſtitutione divina, ſed magis pronunciatur ex uſurpatione Regum, qui jus iniquum conſtituunt in tyrannidem degenerantes, ſubditos deprædantes, & hoc patet per hoc, quod in fine ſubditur, Vos qui eritis ejus ſervi, quod proprie pertinet ad tyrannidem, quia tyranni ſuis ſubditis principantur, ut ſervis. Unde hoc dicebat Samuel ad terrendum eos, ne regem peterent. Sequitur enim; noluit audire populus vocem Samuelis. Poteſt tamen contingere, quod bonus Rex abſque tyrannide filios tollat, & conſtituat eos Tribunos, & Centuriones, & multa accipiat a ſubditia propter commune bonum procurandum, hæc verba ſunt S. Thomæ. Poteſt etiam aliter intelligi, ut plene diximus in dicto §. ſimiliter poteſt, de cap. qui cur. vend. per duas columnas, circa finem §. Licet hodie hæc omnia per capitula Regni conceſſa per eccleſiam Romanam tolluntur. Attende, quia non per omnia tolluntur per illa capitula conceſſa Regno per eccleſiam Romanam facta regi Carolo I. Regni Siciliæ. Olim præſentabant & inveſtiebant de beneficiia eccleſiaſticis, & conferebant ea per privilegia Papalia, quæ poſſunt hoc concedere laico, etiam ſine conſenſu epiſcopi ordinarii diœceſani, ſicut dicit gloſſa, hic allegata 16. q. 7. cap. placuit, in principio & in cap. nemini Regum. Quod conceſſit Papa Imperatori de Papatu etiam 63. diſtinct. Adrian. & cap. in ſynodn, & cap. finali. Unde & præſentabantur Regibus Siciliæ electiones cathedralium eccleſiarum, & hoc tollitur per dictum c. omnes inſuper eccleſiæ, &c. Servatur tamen Regi Siciliæ hoc in eccleſiis illis, in quibus ab antiquo habuerunt Reges Siciliæ jua patronatus, ut in fine illius c. Dicunt ergo quidam Moderni noſtri, quod hoc ius ab antiquo habuerunt Reges in eccleſia Capuana, ut in cap. cum intra, ergo illud non tollitur. Sed certe iſtud jus non debebatur Regibus ſicut patronia. Nam patronum faciunt dos, ædificatin fundi, & conceſſio fundi, ubi eſt ædificata eccleſia, ut ſubjicitur.

ADDITIO. *Adde glo. in cap. piæ mentis, 16. quæſt. 6. & in cap. quicunque, eo, q. & cap. dicto, in rubr. de jure patron. & quid de Judæo dotante eccleſiam, an efficiatur patronus? in cap. Frigentius, 16. quæſtio. 7. Joan. Andr. in reg. en eodem de regul. jur. lib. 6. in mer. Doct. in cap. a nobis, de jure patronatus.*

Quorum neutrum videtur in Regibus Siciliæ in eccleſia Capuana. Idcirco dicit littera, ubi Viceregia præſtemus aſſenſum, non dixit aliquid de patronatu. Nam nedum in Capuana, immo in omnibus eccleſiis Regni erat, ut Rex præſtaret aſſenſum, ſicut innuit cap. omnes Juſti. quod factum fuit ad tollendum c. cum inter & jura ſimilia. Aut ergo eſt patronus Rex in aliqua eccleſia Regni ab antiquo, ſive ſit collegiata, ſive non, & hoc non tollitur. Aut non eſt patronus, & tunc conſenſus non eſt neceſſarius per illas conventiones. Aliud eſt habere jus patronatus, aliud præſtare aſſenſum, ſicut Rex: quod ultimum tollitur. Unde ſi habent jus patronatus, quia dotaverunt Reges, vel conſtruxerunt, vel fundum ædificaverunt, ubi Eccleſia, Rex Siciliæ habebit inſtitutionem, ut concedat, & inveſtiat quem vult idoneum, & in hoc non eſt ſublatum, quod dicit dicta gloſſa de Rege Apuliæ, 16. q. 6. in principio, quod auctoritate Papæ conferebat, & habebat ex privilegio.

ADDITIO. *Adde, quod idem dicendum eſt de Rege Anglorum, ſecundum Bald. in l. reſcripta, in pen. colum. C. de precib. Impe. offe. Doct. in cap. 2. de præben. in 6. Bald. in proœ. Greg.*

Alias etiam in Regno prohibetur, cap. tamen, & cap. quando inveſtituras. Imo in hoc ſervatur cap. omnes inſuper. Sed inveſtitura Regum non dat aliquod ſpeciale. Iſtud enim conſequitur a confirmatore ordinario, vel conſtructore, alias conſecratore, vel quocunque alio miniſtro ſpirituali, ut dicit Innocentius extra de electione cap. quod ſic, circa principium. In eccleſia vero collegiata, ubi habent Reges ab antiquo jus patronatus, non intererant Reges electioni, quantuncunque non dicatur Rex mere laicus, quia conſecrationem ſuſcepit, ut hic in hac gloſſa dicitur, nam in laico profeſſione & habitu, non cadit jus ſecundum Innocentium & Hoſtienſem ut dicitur extra de inſti. cap. 2. lib. 6. & c. ex eo, in fine. Pro quo eſt extra, eo. tit. c. Meſſana, & c. ſacroſancta, niſi haberet ex privilegio Papæ. Nam Papa dare poteſt, 16. q. 1. habuit etiam, ubi datum eſt privilegium Regi & monarchis. Sed ſi habet Rex ex conſuetudine prædicta, quæ conſuetudo reprobatur in laicis, d. c. Meſſana, & c. ſacroſancta. Sed in Rege, qui eſt mere laicus, non eſt præſcripta conſuetudo forte valeret, arg. d. c. ex eo, in fine, ſed ibi de laicis loquitur, non de clericis, qui tamen erant in habitu & profeſſione, & gloſſa, in cap. nobis, dicit, quod Papa ſolus poteſt hoc, non conſuetudo. Quare ſi Rex habet jus patronatus in eccleſia cathedrali, fiet electio ſine eo, ſed præſentabitur ſibi ante confirmationem, ut poſſit excipere contra electum, de quo dic ſecundum gloſſam Ber. extra de jure patronatus c. nobis. Sed quando conſenſus Regis erat neceſſarius, ut ante dictum eſt in c. omnes inſuper, præſentabatur Regi poſt confirmationem, dicit Innocentius extra de elect. cum circa, alias, cum terra, in fine, quia non erat Rex patronus, & ſic non ſunt contraria. Antiquitus, ut dictum eſt, conceſſerant Papæ Imperatori collationes Cathedralium Eccleſiarum, 62. diſtinc. Reatina. Sed hodie ſi Rex vellet excipere contra electum in Cathedrali Eccleſia Regni ſui, dicens eum ſuſpectum ſibi de proditione, & ſua intereſſe, poteſt. Et hoc modo tollitur ſi non excipit de ſimonia, vel alio crimine ſecundum Innocentium extra de accuſatione, capit. ſuper his. Quod eſt intelligendum, quando jus patronatus non haberet, quia ſi non ab antiquo, ſed poſt datum Regnum Regi Carolo I. fundaverunt Reges aliquam Eccleſiam Cathedralem, ut in Lucerina. Dic, quod nullus haberet id, quod ſervaverat ſibi in fundatione, quæ fuit confirmata per Eccleſiaſticum ſuperiorem, ſive Papam, ſicut eſt in dicta Eccleſia Lucerina, ut dicitur in dicto capitulo nobis, in gloſſa. Item ſi Papa providerat Eccleſiæ Cathedrali, in qua Rex habet jus patronatus, puta, quia devoluta erat ad Papam ex culpa eligentium ſcienter indignum: Aut ex negligentia poſt tempus trium menſium, ut in cap. ne pro defectu, extra de electione. Aut alia cauſa, ut quia ſibi reſervavit. An præſentabitur Regi, vel alii, qui jus patronatus haberet. Item quid ſi dictum capitulum omnes inſuper, non proceſſiſſet: Aut cum Rege Siciliæ diſpenſatum eſſet, ut non obſtaret? dic quod non: quia Papæ proviſio hujus eſt confirmatio, 63. diſtinctio. in ſynodo, extra de cau. po. & prop. cum olim. C. de aucto. præſt. l. 1. Non eſt hæc electio, de qua cavetur, quod præſententur patrono: de alio, quod non eſt ſimile electioni, non dicetur, argumen. ff. de verborum obligationibus, ſi mulier, non producetur, quia eſt contra libertatem eccleſiæ, ſcilicet, ut præſentetur patrono, vel Regi, quia eſt odioſum, argumen. lib. 6. de regu. jur. quæ a jure. Imo quia non elegerunt, ideo devolvitur, ut ſuperior provideat, faciat hanc proviſionem, ſuo jure Papa, vel ſuperior, alius ſecus, ſi ut arbiter hic ſuperior eligeret data ſibi poteſtate per electores, ut ipſi viderentur eligere per alium. ff. quod cujuſque univer. no. l. item eorum, §. 1. & non eligendo ſuperior non ſuo jure, ſed ex poteſtate ſibi tradita per eligentes, oportet quod ipſe idem confirmaret: de quo dicitur plene in dicto capitulo cum circa, alias, cum terra, in fine. Per ſe tamen patronus Rex, vel quilibet, cujus intereſt, excipiet contra hunc, de quo Papa providet, ſicut contra electum confirmatum, ut in capitulo ſuper his, quia reſtat conſecratio antequam via exceptionis poſſet repelli confirmatus, ut dicit Innocentius & Hoſtienſis in capit. venerabilem, de electione. Item ſecus, ſi Regi vel alii præſcriptum eſſet in aliqua eccleſia cathedrali. Nam de novo non poſſet aſſumere, per capitulum generaliter, Gregorius XI. lib. 6. de electione. Sed quanto tempore poſſet Regi præſcribi in hoc: quia ſi eſſet præſcribens in regno contra curiam, eſſet præſcriptio centenaria per conſtitutionem regni infra de præſcrip. quadrien. Jure Romano 40. annis. C. de præſcrip. 30. annorum l. comperit, & l. omnes. ff. de diver. & tempo. præſcrip. ſi quiſquam, de uſucap. l. fin. & no. Inſtitu. de uſucap. §. res. At eccleſia præſcribit contra fiſcum, ſicut quilibet privatus. Nam & contra privatum præſcriberet eccleſia, licet 30. annis, 16. quæſt. 3. placuit, & 10. & 20. annis cum titulo & bona fide, licet contra eam tantum 40. annis de quo dic per Hoſtienſem in ſumma de præſcript. §. nunquid eccleſia poteſt rea laicorum, &c. Per quod videtur, quod ſi tenet eccleſia de publicis negotiis regni, de quibus loquitur conſtitutio quadragenaria, quod non præſcribat eccleſia niſi centum annis. Contra eccleſiam præſcribitur 40. annis ut extra de præſcript. capit. de quarta, & cap. ſi diligenti; in hoc conſideratur jus ex perſona ejus, cui præſcribitur: quia præſcriptio longiſſima 30. annorum odio non petentis contra eum inducta eſt. C. de edic. divi Adriani tollen. l. finali in fine. Præſcribitur juri illius, qui poſſet petere. Unde contra pupillum non præſcribet eccleſia, niſi poſtquam erit in ætate: quia non poſſet ante præſcribi, l. vetante, ut ff. de acquir. rer. do. bonæ fidei, & d. l. ſicut. §. ſed pupillari, & patet in d. cap. ſi diligenti, in fine, niſi contra Romanam eccleſiam, contra quam centum annis præſcribitur.

ADDITIO. *Adde cap. cum nobis, de præſcrip. & in*

& in cap. 2. eod. tit. lib. 6. glo. in ver. legitimam, in cap. cum dilecta, de confirmat. utili vel inutili. Limita dicta jura, ut procedant in juribus immediate pertinentibus ad eccleſiam Romanam, ſecus ſi ad ſubditos eccleſiæ Romanæ, tunc ſufficit tempus commune, ſecundum glo. & Doct. in c. ad audientiam, de præſcript. Et per Abbat. conſi. 18. incipien. in cauſa & quæſtione, in 2. volum.

Et ſic ex perſona ejus, contra quem præſcribitur jus intuendum eſt hoc. Alias contra aliam eccleſiam 40. annis præſcribitur: fiſcus etiam rebus divinis comparatus eſt. C. de ſacroſan. eccle. l. finali in principio. Unde ſi ante conventiones jam dictas requirebatur conſenſus Regis, vel poſt, ubi haberet Rex jus patronatus ab antiquo, vel de novo, quo deberet ſibi præſcotari electio, vel ipſe Rex intereſſe electioni ex conventione in fundatione habita confirmata per Papam, ut prædictum eſt, electio fuiſſet celebrata Rege irrequiſito, & ſi ſibi electio ſicut patrono, vel alias jus habenti non probetur præſentata, & ſic ſtetiſſet per annos 40. præſcriptum eſſet Regi. Debet quidem probari Regem feciſſe hoc, quod debuit. Et ſibi non præſentata, hoc non præſumetur tanquam extrinſecum, niſi probetur, ff. de public. quæcunque. §. finali, & incipiet præſcriptio, quando non præſentaveruot eligendo, & eligerent non præſentando. Si vero 40. annis etiam tertio electio non fuiſſet præſentata Regi, non ſufficeret: niſi quantum ad poſſeſſionem, ſeu quaſi, extra de cau. poſſeſſ. & propriet. cum eccleſia Sutrina. io fine. In hac libertate præſcribendi intervenit factum adverſarii, ideſt, præſcribentis, quia eligunt, & non præſentant Regi, non facere, facere eſt, Inſtit. de nupt. §. ſi adverſus, & ſic non obſtat. ff. de ſervit. urban. prædio. l. hæc jura, quemadm. ſer. amit. ſi quis alia. §. finali ubi oon intervenit factum adverſarii, ſcilicet, præſcribentis. Sed ſi eccleſia ſtetiſſet 100. ann. ſine prælato, vel vixiſſet 100. ann. prælatus, qui conſenſum præbuiſſet, non curreret præſcriptio contra Regem. Sed ſi facta electione non præſentaverunt præjudicando, & præjudicare volendo juribus regis, & lapſi ſunt 40. anni, quia tantum vixiſſet ille prælatus, præſcriptum foret juri regio, ut in capit. cum eccleſia. Ubi non fuerit Rex negligens, non currit præſcriptio, quæ tunc incipit currere, quando poteſt Regi imputari negligentia, quare non exegit ab eligentibus præſentationem, maxime cum non ſint potentiores eligentes rege, pro quo eſt. ff. de ſer. ruſt. præſt. Attilicinius, 26. diſtin. capit. ab exordio. Item quando utitur ſervitute, & vult præſcribere, exigitur, ſeu requiritur, quod uſus ſit jure ſuo. ff. quemadm. ſervi. amit. l. finali. Cum vero præſcribit libertatem elapſo tempore, dicet, uſus ſum libere eligendo, & non præſentando, dummodo noo vi, non clam, non precario. ff. ſi ſervi. vend. ſi quis diuturno. Decretalem illam cum intereſt, Innocentius III. qui deceſſit jam ſunt anni centum, & plus, ut patet per chronicas, quas, licet allegare 33. diſtin. in nomioe domini, & de elect. venerabilis.

ADDITIO. *Adde glo. 1. & ibi Domi. in cap. 1. 27. diſtinctio. glo. in ver. Cipriano, in capit. abſit, & ibi Dom. 50. diſtinctio. glo. in ver. forma, in §. forma, 2. quæſt. 6. glo. 2. & ibi Dom. in capit. quamvis, 21. diſtinctio. glo. in ver. magis, in capit. inter dilectos, de fide inſtrum. Dom. in cap. ſicut, 15. diſtinct. Spec. in tit. de probat. in §. videndum, verſi. 9. Archid. in proœm. lib. 6. Ægidius Bellamera deciſi. Rotæ. 70. Doct. in l. monumentorum. C. de religioſ. & ſump. fune. Bar. & Ang. in l. 1. ff. ſi cer. peta. Bart. in l. Gallus, in §. fin. ff. de liber. & poſth. Lud. Rom. conſi. 524. incip. vos eſtis lux.*

De præſcriptione quadragenaria contra regem per eccleſiam removendi eſſent anni, in quibus regnans in regno fuit, & forte excommunicatus, vel invaſor. C. de epiſco. & cler. decernimus.

IN Prologo. §. ex his autem, ibi, reſultat, &c. Sunt aliæ rationes, & allegationes, quare jura Romana ſervantur in Regno, quia facta fuerunt antequam regnum eſſet eccleſiæ, quia fuerunt facta a Ludovico jam ſunt anni quadringenti & plus, licet Conſtantinus donaverit Beato Silveſtro, poſt quem pervenit totum imperium ad Imperatores, qui tenuerunt longiſſimo tempore uſque ad Ludovicum, ut diximus io prima rubrica libri feudorum. Quando pervenit ad eccleſiam regnum Siciliæ ſervabantur io eo jura Romana, ſicut in toto Imperio. Tranſlato ergo regoo, & parte Imperii in eccleſiam, jura quæ ſervabantur ibi, & leges Romanæ non deſierunt ſervari: licet ſucceſſor poſſit eas mutare, donec mutentur cum ſua cauſa & libertate, aut ſervitute ſervandi Romanas leges tranſlatum eſt. Quod recte proceſſerat ot ex ſupervenienti alienatione non rumperetur. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 2. Nam & ſervitutes fundo debitæ, & ſi quas debet fundo alienato, ſervantur, ut ff. de ſervit. urba. præd. ſed quæ loca. §. ſi fundum, cum concor. tranſeuot enim omnia cum ſua cauſa, ff. de contrahen. empt. in modicis, de acquir. rerum domin. traditio. pro quo eſt in Authen. ut cum de appellatio. cogno. io principio. Adde quæ diximus in præambulis dicti operis noſtri, 3. quæſt. Item jura Imperatorum poſt facta, ſi ſunt rationabilia ſervantur utique tanquam rationabilia, ſicut & ſervant Gallici rationes legum, 5. q. 3. de accuſa. Omne quod ratione conſiſtit, lex eſt, omnes ligans, prima diſtinct. conſuetudo. Irrationabiles leges ante, vel poſt non debent ſervari, ut diximus plene io dicta quæſtione 3. Non obſtat. §. exactis, quia ibi dicit, quod leges illæ curiatæ, & jus civile Papyrianum exoleverunt, quia ſervatæ non fueruot. Non dicit, quod rationabile illarum legum fuerit prohibitum. Item loquitur quando conditor legis, ut Tarquinius Superbus fuit expulſus ob tyrannidem, tunc ejus facta damnantur, ſicut patet in Domitiano occiſo, cujus facta damnata ſunt. Inde eſt ſequutum, quod Evangeliſta Joannes ab eo relegatus ab exilio revocatus eſt, ut patet in legenda beati Joannis ſed bene factæ leges expulſione ſecuta condentis non revocarentur. Sicut nec conſtitutiones iſtæ

revo-

Digitized by Google

revocatæ ſunt, quia Fridericus Imperator fuit depoſitus, ut diximus in dicta 3. queſtione. Quod autem dicunt quidam moderni, crimen majeſtatia non cadere in Regem, nulla ratione defendi poteſt. Nam ſupra in 1. gloſſa hujus capi. prædictum eſt Regem habere fiſcum, & occidere maleficos & publicare bona eorum. Eſdræ 7. & 7. Tobiæ. Ad quod eſt ſciendum, quod nomen Imperatorum novum eſt reſpectu Regum, qui fuerunt omni tempore. Imperator primus fuit tempore Chriſti, ſcilicet Octavianus ille fuit primus Auguſtus, ut dicitur in gloſſa. ff. de adul. l. 1. Unde in toto veteri teſtamento non erat Imperator aliquis, ſed Reges tantum, ut patet per omnes libros Regum, maxime Julius Cæſar non fuit Imperator, ſed Cæſar, & ab eo omnes dicuntur Cæſares. Ab Octaviano omnes dicuntur Auguſti. Cœpit Imperium ab eo tempore Chriſti, quo cœpit ſacerdotium. Chriſtus fuit Rex & Sacerdos, ſicut etiam dicitur in Chronicis, ſed Conſtantinus fuit primus Imperator Chriſtianus. C. de natu. lib. l. divi. ut dicit ibi gloſſa.

. Additio. *Adde c. ſacerdotibus* 11. *q.* 1. *Et idem tenet ſupra Bernardus in quodam ſuo ſermone incip. Conſtantino. Et qui fuerint Imperatores, qui honoraverant eccleſiam? Primus fuit Conſtantinus, ut in c. Conſtantinus, 90. diſtin. Secundus, Juſtinianus, de cujus clementia patet in epiſtola, inter claras, quæ habetur in principio C. Tertius fuit Carolus Magnus, de quo in c. Adrianus, 63. diſtin.*

Poſtea fuit Antonius Pius & Theodoſius minor, ut in Auth. ut libe. de cetero. §. factum, ſed nil deinde dicit gloſſa. Littera tamen dicit, minuit Imperium in fide Chriſtianorum. Sed ante eum fuit Imperator Philippus, ut dicitur in Chronicia in legenda S. Laurentii, in teſtamento novo. De Imperio Tiberii Cæſaris dicitur, Lucæ 3. qui Cæſar dicitur in paſſione Domini. Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, & Matth. 22. reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari.

. Additio. *Adde textum in c. ſi in morte*, 23. *q.* 8. *& in c. militare*, 23. *q.* 1.

Et hoc expreſſe dicitur in Auth. ut præpo. no. Impera. Ubi diſtinguuntur tria initia temporum vetuſtiſſima in antiquam rempublicam in qua fuit Rex Æneas reipublicæ princeps, non dicit Imperator. Secundo Regum Romuli, & Numæ Pompilii. Item tertio Imperatorum, quorum primus fuit Octavianus, ut dictum eſt. Imperium pro redemptione, & donatione ponitur in multis locis veteris teſtamenti. Sed prout congruit Imperatori Romano in nullo loco, quia tunc non erant, niſi Reges, facit ſuperficialiter ad præmiſſa quæ dicta ſunt in principio hujus notulæ, quod dicitur extra de conſtitutione c. translato ſacerdotio, neceſſe eſt, ut legis translatin fiat translato Regno per Imperatorem in Eccleſiam: tranſtulit & leges Romanas, quæ ſervabantur in Regno, ut Papa, & Domini Regni eas ſervent. Sed non eſt iſte intellectus horum verborum. Nam lex, data fuit Moyſi, ut cuſtodiretur Sabbatum, & factus eſt proinde ſacerdos, & ſacerdotium populis datum fuit, ut facerent leges hujuſmodi cuſtodiri, & populus ſpopondit ſervari, ſimul data fuerunt lex & ſacerdotium maxime per legem ſervandam; deinde a Judaico populo ſacerdotium translatum eſt in Petrum Apoſtolum, poſtquam ergo Judæi perdiderant eorum culpa ſacerdotium, perdiderunt & legem & obſervantiam legis, quæ eſt apud Chriſtianos omnes. Qui ergo habent ſacerdotium, habent legem daram propter ſacerdotium ſervandum, tanquam conjunctam, argum. ff. de jur. omn. jud. l. 2. & de procu. l. ad rem, & l. ad legatum. Imperium factum eſt propter leges ſervandas, in Auth. de fid. inſtr. §. 1. ibi, Imperium de cælo Deus, &c. Si transfertur Imperium, ſive pars Imperii, transfertur poteſtas legia condendæ, quia poterit mutare, ut dictum eſt ſupra. Facit melius in tit. de not. ſeu. §. item eadem lex, ubi idem jus eſt in illo, in quem confertur feudum, quod erat in concedente, & in tit. de l. Corradi, §. profecto.

In prologo liquet igitur, &c. Dicit non appellari a Rege Siciliæ, & ſic fit vera poſitio poſita ſupra, quod Papa habeat proprietatem & poſſeſſionem in Regno, non in ſingulia rebus Regni, eadem ratione in hominibus regni ſingularibus nihil babebit Eccleſia, & ſic judicibus & litibus talibus ſingularum rerum, & ſingulorum hominum, nihil habebit Eccleſia, ſed hæc ratio non concludit, etiam ſi eſſet verum, quod Papa haberet in ſingulis, ſicut & in univerſo, quia non appellatur ad judicem ſuperiorem illa ratione, quia habet proprietatem, vel civilem poſſeſſionem de rebus, vel hominibus litigantibus, quia in extraneis, in quibus nihil habet ſuperior, aditur, ut emendet ſecundum juſtitiam, quod male judicatum eſt, ut per totum titulum de appellatione in Regno Dominus feudi non cognoſcit de feudo, ſed Juſtitiarius, ſi non eſt quaternatum, & Magiſter Juſtitiarius ſi ſit quaternatum, quando diceret quis ſe oppreſſum, videtur quod adiri poſſit Papa. Nam Papa tranſtulit Imperium totum in Germanos, alias Romanos, ut c. venerabilem, de elect.

Additio. *Adde Card. Zaba. in clem.* 1. *in* 6. *nota. de jurejur. Dom. in cap. in apibus*, 7. *queſt.* 2. *Vinc. in Speculo hiſtoriali*, 24. *cap.* 6. *Auguſt. de Ancho. in tracta. de poteſtate Papæ*, 36. *artic.* 4.

In Imperio nil temporale habet, niſi quantum Imperator ſibi concedit. Sed Regnum eſt feudum Eccleſiæ, quæ ab imperio aditur vacante Imperio, de foro competenti, licet. Vacare dicitur de facto & de jure, quando eſſet negligens, vel perperam judicatum emendare negligeret. Hæc ſunt paria non eſſe imperium, & inutile eſſe ad id, de quo agitur. Nec hoc fuit neceſſarium exprimi in donatione feudi, ſcilicet, quia debuit retinere appellationes, hæc omnia inſunt etiam ſi non dicantur, ut dixi in conſtitutione Imperialem. §. ſi inter duos, verſu quid ſi Rex Siciliæ, dic, ut ibi plene, ideo inſunt, quia ſunt de jure adire ſuperiorem, & quia non in utilitatem & commodum Papæ eſt appellatio, ſed litigantium. Item in conceſſione Regni expreſſit de appellatione ad forum eccleſiaſticum. Nam illæ ſuo jure veniunt ad Papam.

Digitized by Google

pam. Super appellatione ſecularium non habet alias ſe intromittere Papa jure ſuo. Ideo de eis non dixit, quia diſtincta eſt juriſdictio extra, de appell. duobus in fine. Sed ſi adeatur ab oppreſſo malitia, vel negligentia, vel quia vacat ſeculare judicium, poteſt appellari, ut ibi dicit gloſſa. Vacare autem dicitur, quando eſt negligens, multo fortius quando plus quam negligentia imponitur. Damnati ad mortem bene poſſunt dici opprimi, quando eſſent in aperto male damnati: Aut eſſent notorium & fama quod male judicati fuiſſent, argu. ff. de pœn. l. ult. Illa dicitur vindicta graviſſima. C. de cri. ſacri. l. finali quia mors terribiliſſimum omnium. Alias raro mali punirentur, quod eſſet contra intentionem jurium, diſtinct. cap. factæ ſunt autem, 23. quæſt. 5. non fruſtra. Nam paſſim & indiſtincte recipere debet tales appellationes Papa ad impediendam juſtitiam. Nam & latro ſuſpenſus patibulo, crudelem judicem eſſe putat, 21. quæſt. 5. non eſt. Quando ergo eſſet quæſtio de bonis, vel de majori parte, vel de uno caſtro, argu. infra de teſtibus contra Comitem, vel Baronem, l. proſequentes, & bona deberent infiſcari. Idem ſi de crimine læſæ majeſtatis contra aliquem ageretur, ubi eſt pœna mortis, & bonorum, ſatis videtur Papam adiri per appellationem. Nam ut excludatur appellatio talis, cognoſcit Magna Curia, & appellatur ad judicem appellationum. Tertio ad conſcientiam Regiam, quia ipſe in cauſa ſua nullo modo poteſt cognoſcere, ut plene dixi in d. §. ſi inter duos, & ſic non obſtat. C. de legibus l. fin. quia ibi inter partes cognitor judicabat, ſed in cauſa ſua non faceret jus ſua ſententia, quia non poteſt cognoſcere, imo ſemper ad judices, qui ſunt inter fiſcum & privatum remittit. ff. de his quæ in teſt. del. proxime. Unde committit Rex alii cauſam tertiæ appellationis. Ex quo præcluditur via recurrendi ad Eccleſiam, cum tertio provocare non poſſit. Iſtud quando commodum litis debet eſſe Regis, vel crimen tangit Regem, Papa videns litigatorem opprimi, debet occurrere. De iſtis non potuit providere, ut exprimeret in conceſſione Regni, quia præſumitur pro proceſſibus factis de Regis mandato, cujus cor in manu Dei eſt, ut in epiſt. inter claras. C. de ſum. Trini. At ſi videat, vel ſi ſit notorium Regem cupidum, vel animoſum facere contra, Papa vicarius Dei inquiret per no. Innocent. extra de offi. ordi. cap. 1. in fine, quia judicia ſine ſuſpicione debent eſſe. C. de jud. apertiſſimi.

ADDITIO. *Adde cap. quanto, de tranſlat. prælat. cap. ego Ludovic. 63. diſtin. cap. non quales, 1. q. 1. tex. in cle. 1. de jurejur. tex. in clem. paſtoralis, in §. nos tam ex ſuperioritate, de ſenten. & re judi.*

Præſumptio vincitur per majores præſumptiones. ff. de ju. perſo. filium, de in integ. reſt. divus, & hæc quæ ad oppreſſionem pertinent, non conſulit, quia committit officialibus Regis, & ſui ſubditi, quibus committit, ſicut videmus, timent judicare contra Regem. Verum tamen eſt de facto, licet non de jure ſic. ff. quod me. cau. nec timore. Licet bonus vir in dubiis contra fiſcum eſſe debeat. ff. de jure fiſ. non puto, ut plurimum omnes principes tales ſunt & inveniuntur, ſi veteres quærantur hiſtoriæ nullus princeps eſt innocens, dicit Seneca l. de clementia, circa principium. Sed an prædicta poſitio ſit vera, quod prope in ſingulis rebus nihil remanſerat. Nam Papa quando infeudavit Regem Carolum I. civiliter tenebat, licet naturaliter princeps Manfredus occupaverat, ad quam naturalem recuperandam laborat eccleſia per amicos & devotos eccleſiæ, & ideo retinebat civilem. ff. de acqui. poſſeſſ. quemadmodum, cum ſim. C. eo. tit. licet. En ergo modo, quo tunc erant res Regni, demania, & alia regalia pertinent ad Papam, & eccleſiam, quam certum fuit ea poſſediſſe etiam naturaliter, per Innocentium IV. erant apud Regem infeudatæ, dicta §. profecto. Maxime cum ſi eſſet neceſſaria traditio in univerſitate facti, ſicut eſt regnum, non ſufficeret unam rem tunc tradi, & ideo dicit traditionibus factis, quando donabat omnia bona ſua. ff. de donat. cau. mor. Seja, de quo plene diximus in titulo quid ſit inveſt. §. 1. Item Rex habet naturalem poſſeſſionem in rebus ſingulis, ut videtur, licet tradita res, ut regnum plures res diſtinctas contineat, & tenet quamlibet ut rem ſingularem, ut in l. rerum mixtura, & in fine de uſucap. & ibi dicitur, quod ſingulorum eſt poſſeſſio, & etiam uſucapio. Sed ſi feudatarius habet poſſeſſionem naturalem omnium rerum ſingularium feudi: neceſſe habet confiteri, quod res ſingulas habet in feudum. Si confiteatur hæc omnia concedens habet civilem ſuam proprietatem. Si non confitetur, non erit dominus ſingularum rerum utiliter, quia non dicit res illas eſſe feudales; Ut dominium acquiratur oportet eſſe cauſam, & titulum. C. de pact. traditionibus, & C. mand. per diverſas. ff. de acquir. rer. dom. nunquam. Unde ſecundum hoc ſi Curia Regia ageret ad rem ſingularem Regis, non poteſt dicere ad ſe pertinere jure dominii, quia non habet directum, nec quaſi dominium. Si negat habere ſingularia in feudo, ſicut in acquiſitione directi, oportet certum intervenire titulum venditionis, donationis, & ſimilium: ſic in acquiſitione utilis precarii emph. feudi, & his ſimilium. Is autem qui petit dominium, oportet quod probet. C. de rei vendic. doce. de alie. jud. l. 1. Item quod ex conceſſione generali univerſitatis facta in feudo transeat, ut illis de toto ad utrumque, ſcilicet, dominium unum, & idem efficax & directum in ſingularibus rebus, non probatur jure. Nec quod eccleſia habet directum in toto, & non in rebus ſingulis lex naturæ non videtur facere: quia eſt unum corpus ex diverſis continentibus & pluribus inter ſe cohærentibus, in quo eſt aliud jus quantum ad poſſeſ. ut l. rerum mixtura, de uſucap. & de acquir. poſſeſſ. qui univerſas. Item naves & res mobiles non poſſunt dari in feudum, de feu. cog. cap. ſciendum. Item licet non agatur de evictione, tabula evicta ex ſtipulatione, per quam promiſit de evictione navis, quia eſt ſtricti juris, quia non promiſit de parte vel de tabula. Agitur tamen ex empto, ut in l. 1. plene no. de evic. ſic loquitur. §. duobus, &

l. cum

l. cum eiſdem, & l. quod ſæpe. §. res debent, hæc jura de evictione quando ſit parte, vel re una evicta. Non dicent, quod alia jura habeat tabula quam navis, item hereditas facit ſingulas res eſſe heredis, ut in l. legatum dominium. Ideo debet tradere res hereditarias, qui vendit hereditatem, ut in l. qui filii, & l. qui tibi. Si conceſſio in feudum facit omnes res ſingulas Regni eſſe Regis: Et ſic res hereditarias habet ex illa cauſa, quo & hereditatem. Non enim dicit quod alia ex cauſa, ita Rex ex infeudatione, jura prædicta faciunt plus contra præfatam poſitionem. Eodem modo reſponde ad l. ſi quis navem, & in l. in rem, §. ſi quis ſuæ, ubi propter cohærentiam tranſeunt in dominium illius, in cujus erat navis & ædificium, in diſtantibus, & non cohærentibus aliud eſt, ut dicta l. rerum, in fine, & licet in ſingulis rebus non ſit pars, non negatur hoc. Si non concludatur, quod res ſingulæ totius in feudum habeantur alio jure, quam feudum in caſu præmiſſo circa hoc non negato quod habeat in feudum, licet ſi conveniatur actore non probante abſolvitur eo jure, quo poſſeſſorem vincere ſolent, ff. ſi uſusfruc. peta. l. uti frui, in principio. Tamen ſi petit ab aliquo, non poterit vindicari ab illo, vel a domino, contra quem ſi dicat utile habere vincet, ff. ſi ager vecti. l. 2. item dominus nudæ proprietatis vindicat etiam ab extraneo. ff. de rei vendi. fruc. §. fina. indiſtincte dicit dominum nudæ proprietatis. Sed ſi dicta poſitio poſſet jure probari, ut habeat feudum totum, non res ſingulas: Reſpondetur quod petebat directum dominium totius, vel partis, non rei ſingularis. Interpretatio communis eſt, quod affert dicta poſitio, ut aliud ſit in Rege, quam in alio feudatario, ut Regnum habeat in feudum, & illud, ſeu in partem non alienet, nam alia alienabit ſine diminutione coronæ, vel Romanæ eccleſiæ, extra de jurejuran. cap. intellecto, licet loquatur in regno Ungariæ, quod non tenetur in feudum ab eccleſia. Sed infeudatio regni Siciliæ extenditur ad id, quod datum eſt in feudum, ſcilicet, regnum & partes quotas: quod in aliis videtur concedere: Cum per regiam coronam, mitram, pomum, & ſceptrum, & alia quæ deſignant plenam poteſtatem præter in exceptis, ut. ſupra, in hoc prologo probatum, & dictum eſt per hunc gloſſatorem. Iſta videntur facere tranſire omnia, quæ non ſunt exceptuata, tamen quia in conceſſione videtur permitti. Nam dicit Papa, quod revocat conceſſiones * feudorum, & quorumcunque bonorum, factas per Fridericum Imperatorem poſt ſententiam depoſitionis ſuæ, ergo factas ante dicit tenere, ff. de ju. l. cum prætor. cum ſi. Et per hoc vitatur difficultas illa, quod ſi habet in feudo res ſingulas, ſi dabit aliquam rem, Baroniam, vel caſtrum, in feudum non dabit, niſi ea lege, qua ipſe habet pro feudo, ut d. §. profecto. Et ſi ſecundus infeudatus a primo haberet utile, primus vero feudatus, ut Rex nihil haberet, ſecundum quod plene de hoc diximus in capitulis Corradi. Sed communiter tenent Regnicolæ, quod Rex in talibus feudis ceptis ab eo, ut Curia regni tenet, quod Baro & feudatarius habet utile dominium, Rex directum, ut concedendo regni Burgenſatica, allodia quæ erant in civitatibus regni ad Curiam ſpectantibus, & feuda Baronum & feudatariorum, omnia ſunt translata per Papam, qui retinuit cenſum. Nota iſta in d. §. cum urbem, cum infeudatio reſpiciat totale, non res ſingulas, quia dicit ſe habere liberas, ſicut ſimpliciter infeudatas cum de eis nihil ſpeciale actum ſit. Voluit eccleſia, ut Rex eſſet ſubditus Papæ de regno, dum id, quod debet eccleſiæ, appelletur cenſus, qui probat ſubjectionem, extra de cenſ. c. 2. Omnia agit Rex regni ſicut dominus, infeudat, revocat, cum cauſa concedit excadentias: demania reducit, & allodia punit, quæ alius infeudatus non facit, ſicut fuit tempore Friderici, & aliorum Regum Siciliæ, hic ſolita interpretantur ſic eſſe debere. ff. de legi. l. minime, & l. ſi de interpretatione. Nunquid idem ſit in Comite, vel Barone infeudato per vexillum a Rege? Dic quod non, quia non eſt tantæ efficaciæ dignitas Comitis & Baronis, quia eſt ſub alio, ut ſub Rege, quantum eſt Regis monarchia, argu. l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcri. differentiam ponentis inter regale culmen, & privatam perſonam, & fortunam privatam, ſcilicet, a Regia dignitate. Solemnitas Comitis per vexillum, & hujuſmodi ſit propter dignitatem Comitis ex more, ut ſit Comes, non ut ſit liber ipſe, & Comitatus quem ſub alio debet tenere. Alia eſt claritas Solis, alia Lunæ, ad Corinth. 15.

Additio. *Adde gloſſam in ver. inter Solem & Lunam, c. Solitæ, de major, & obed.*

Tanto dignior Rex eſt Comite, quanto majores habet ſub ſe quam Comes, ut Authen. de defen. civi. §. 1. in fine. Sic etiam enſis, & ſtigmata collata militi faciunt, ut ſit miles. ff. qui. ex cauſ. ma. l. pen. in gloſſa. Infeudatio nobilitat, quia per hoc ad regimen trahitur, ut in titulo quis dicitur Dux, Comes, vel Marchio, & quando datur Comitatus, & Baronia, Rex diſtinguit res, terras & bona Comitatus: Et ſingularum rerum tradit poſſeſſionem, faciendo jurare homines ſibi, ſine quo non poſſet ea habere in regno, nec ſit conceſſio. Inter Comites eſt etiam differentia, quia dignior, qui antiquior eſt honore Comitatus. C. de conſuli. l. 1. lib. 12. & in ſequen. tit. l. 1. & 2. Et ſic ſtella a ſtella differt in claritate, d. c. 15. Et ſi Comes infeudat, quid remanet ſibi, diximus de cap. Corradi, §. 1. in fine.

PROŒ-

* Additio. Revocat conceſſiones. *Vide Hier. Cagnol. in l. 2. verſ. exactis deinde, de orig. jur. Carol. Roym. in conſ. 48. col. 4. vol. 4. an ſi iſta depoſitio fuiſſet ante collata, vide Jaſ. conſ. 139. nu. 2. vol. 1.* De Bottis.

PROOEMIVM
MARINI DE CARAMANICO *
IN
CONSTITUTIONES
REGNI SICILIAE.

Liber iſte ideo Conſtitutio, ſeu Conſtitutionum dicitur: quia in eo redacta ſunt Principum placita, quæ Conſtitutiones vulgo dicuntur, ut ff. de conſt. Princ. l. 1. §. hæc ſunt. Principum, inquam, utpote cujuſdam Friderici II. olim Imperatoris, tunc Regis Siciliæ, qui librum iſtum compilari, & publicari fecit, antequam Imperio privaretur, & regno, necnon aliorum præcedentium Siciliæ Regum, ut infra in fine proœmii. Hæc autem principalis conſtitutio, lex eſt, & in regno noſtro Siciliæ pro lege ſervatur, ut ff. de ori. jur. l. 2. §. itaque, in conſtit. 2. & Inſtit. de jure na. §. ſed & quod Principi. Et neminem moveat, quod præallegata Romana jura tantum in Principe, & Romanorum Imperatore obtineant: cui ſoli conceſſum eſt condere legem, ut in Authen. de rap. mul. in prioc. collatio. 9. & C. de leg. & conſti. l. ſi imperialis, & de ver. jure enucl. l. tanta. circa fin. Nam ei ſoli conceſſum eſt condera legem, ſcilicet, communem, ut in Authen. de inſtr. cau. §. quia igitur, colla. 6. In univerſa itaque ditione, & quæ aſcendentem videt & deſcendentem Solem, & quæ ex utroque latere eſt, ideſt, in Meridie & Septentrione, ut in Auth. ut omnes obedien. jud. provin. §. hoc conſiderantes, collat. 5. Et in omnibus inſulis, quæ uſque ad ipſos Oceani receſſus extenduntur, ut in Authen. ut eccleſia Romana, §. quod ergo noſtra collatio. 2. Et in terra, quam Romanorum continet lex, & Catholicæ eccleſiæ ſanctio, ut in Authent. de non alien. circa fin. collatio. 2. Sed in Rege libero, qui, ſcilicet, nullius alterius poteſtati ſubjectus eſt, idem dicimus, ut Rex ipſe poſſit condere legem, ut ff. de cap. & poſtli. rever. l. non dubito, §. liberi; qualis eſt Rex Siciliæ, ſicut infra ſubjicimus. Ideoque audacter dicimus, ut videlicet inter ſubditos regni ſui poſſit Rex conſtitutiones facere, & contrariam etiam communi Romano juri conſtituere legem, ut patet, ff. de cap. & poſtli. rever. l. poſtliminium, in principio, cum & conſtitutio dicatur, quam Rex, vel Imperator conſtituit, ut in Decre. diſtinc. 2. cap. conſtitutio. Quid enim aliud eſt lex, quam Rex, ut in l. Græca, ff. de legibus, & ſenatuſcon. l. lex eſt omnium Rex &c. Solemus enim dicere, Novus Rex, nova lex, ut infra, l. ult. hujus libri, ad laudem, &c. Unde ſicut Imperatoria, ita Regis eſt proprium condere legem. Nimirum quiſque namque populus cujuſcunque, ſcilicet, municipii, vel civitatis poteſt ſibi legem propriam facere, ſicut eſt lex illa ſaltem data: de qua fit mentio. C. de noxal. actio. l. ſervi noſtri. Quæ municipalis lex vocatur. Jus civile quaſi jus proprium civitatis ipſius, ut ff. de juſtitia & jure. l. omnes populi. Quoniam unaquæque provincia abundat in ſenſu ſuo, ut vigeſimaquinta diſtinc. capit. ulti. recte igitur idem in rege diximus, qui habet regimenta populorum ipſorum, ut patet, ff. de offic. præfec. l. unica, ubi dicitur, regimentis reipublicæ &c. Et propterea, quia Rex Deo ſervit, ſervat leges iſta præcipientes, & contraria prohibentes convenienti vigore ſanciendo, ut 23. quæſtio. 4. cap. ſi eccleſia, in fine. Et ut altius exordiamur materiam. Primum in terris, nomen Imperii Regis fuit, prout hiſtoriographus ille Salluſtius recitat in principio libri ſui, & bene: cum ex jure gentium, quod, ſcilicet, antiquitus cum ipſo genere humano eſt proditum, ut ff. de acquiren. rerum domin. l. 1. regna fuerunt condita, ut ff. de juſtia. & jure, l. ex hoc. Deinde ſi quis reſpexerit, ante Urbem conditam, ad vetuſtiſſimam hominum antiquam rempublicam inveniet, quod Æneas Trojanus noſter Rex fuit reipublicæ princeps. Poſtmodum ſi quis principia conditæ Urbis recenſeat, Reges eam conſtituerunt Romulus & Numa Pompilius: ille quidem Romulus civitatem ædificans, & iſte Numa eam legibus adornans & exornans. Poſt quos ipſam Rex Tullus Hoſtilius gubernavit: licet demum ad Imperatores, utpute Julium Cæſarem, & ſequentes deventum fuerit, ut hoc legitur in Authen. ut præp. nom. Impe. §. ſi quis enim, collat. 5. & de offic. quæſto. l. 1. Similiter & primæ leges ſæculi a Regibus proceſſerunt, tam ante Urbem conditam, ut in Decret. 7. diſt. c. Moyſes, quam condita Urbe, ut in præallega. §. ſi quis enim, & ff. de orig. jur. l. 2. in principio. Et propterea legiſlator plerumque legis regiæ meminit, ut ff. de mor. infer. l. negat. & aliis pleriſque locis. Quod vero regalis, ſicut imperialis dignitas in temporalibus præcellat, & plenitudinem habeat poteſtatis,

* Additio. *Marinus de Caramanico ſub Carolo I. fuit Judex apud Capitaneum Neapolis, anno Domini 1269. ut ex Regeſto anni prædicti in Regio Archivio apparet, de quo vide Afflictum in proœmio iſtarum Conſtitutionum, in principio.* Fabius Jordanus.

ſtatis, Jura & Decreta concordant: Nam legibus jure noſtro aoimadverſionem capitis, & omnem poteſtatem dignitati regiæ attributam eſſe conſtat, nec poſſe a Regibus appellari, ut ff. de orig. jur. l. 2. §. initio civitatis bujus, conſtat Reges, &c. & §. exactis deinde regibus Conſules, &c. Et ſcriptum eſt in Decretis, quod Regi licet in civitate, in qua regnat, jubere aliquid, quod neque ante ipſum quiſquam, neque ipſe unquam juſſerat. Et non eſt contra ſocietatem civitatis, ſi ei obtemperetur, imo contra ſocietatem eſſet, ſi ei non obtemperaretur. Generale quippe pactum eſt ſocietatis humanæ obtemperare Regibus ſuis, æt 8. diſtinc. cap. quæ contra mores. Adeo quod vir juſtus ſi ſub Rege homine forſan ſacrilego militet: recte illo jubente pugnat, ſi quod ſibi jubetur, non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt, vel utrum ſi contra Dei præceptum certum non eſt: Ita ut licet fortaſſe rerum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſerviendi, ut 23. q. 1. quid culpatur, in fine. Circa hujus obedientiam civilia jura aliter, & per aliam viam procedere videntur, ut no. ord. per Accur. ff. ad legem Aquil. l. liber homo, in gloſſa, quæ incipit, & nihilominus, in verbo, qui juſſit, &c. Sic ſimile dicitur de Juliano Imperatore Apoſtata, 11. quæſt. 3. cap. Julianus. Et alibi legitur, quod duæ ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur, regalis videlicet, & ſacerdotalis, & quod Reges præſint in cauſis ſæcularibus, ſacerdotes autem in cauſis Dei. 2. q. 7. cap. cum David. 96. diſtin. cap. 2. Sicut ſimile de Imperatoribus ponitur, quod Sacerdotium divinis miniſtrat, Imperium autem humanis præſidet, ut in authen. quomodo opor. epiſcop. & cleric. ad ordin. dedu. in principio collat. 1. Item alibi, quod res terrenæ per jura Regum poſſidentur, ideſt, jure humano, quod in poteſtate eſt Regum, & quod eſt in legibus Regum, ſive Imperatorum: quia ipſa jura bumana per Imperatores, & Reges ſæculi Deus diſtribuit humano generi, ut 13. q. 7. quicunque, & 8. diſtin. cap. quo jure. Ex quo apparet, quod ſicut dicimus omnia eſſe Imperatoris, ut C. de quadrien. præſcrip. l. bene a Zenone, ita poſſumus & in Rege dicere de rebus omnibus Regni ſui. Nam & in libro Regum legitur, hoc erit jus Regis, filios veſtros faciet ſervos ſuos, equites & præcurſores, agricolas & fabros armorum. Filias veſtras faciet unguentarias & conqueſtuarias & pacificas: Et ſervos veſtros, & ancillas ponet in opere ſuo: optima quæque veſtra dabit ſervis ſuis: Et vos eritis ei ſervi. Et ex hac militari diſciplina docetur, quod præda capta ab hoſtibus, quæ eſt in poteſtate victoris, cum ſtatim fiat jure gentium occupantis, ut ff. de acquiren. rerum dominio, l. naturale, §. ultimo, tota Regi ſervatur, & ei ceditur, licet poſtea (portione ſibi retenta) eam inter milites dividat pro qualitatibus, & laboribus perſonarum, ut 23. quæſt. 5. cap. dicat. & 1. diſtinct. cap. jus militare. Et cum hac determinatione ſunt exaudienda jura civilia, quæ videntur ſupra hoc inter ſe contraria, ut ff. de acquirendo rerum domin. l. transfuga, ubi dicitur, quod præda hujus non eſt publica, ſed occupantis, ut ff. ad legem Juliam pecalat. l. penult. ubi dicitur, quod lex Julia habet locum pro hujus præda ſurrepta, quaſi dicat, utpote, pro re facta publica, ideſt, fiſci. Alias enim prædicta lex non haberet locum, ff. ad legem Iuliam peculat. l. 1. & 3. §. ultimo. Licet Doctores juris civilis aliter & perperam in articulo iſto loquantur, ut notat gloſſa ordinaria, de jure fiſci. l. divus Commodus. Ideo etiam dicitur, quod non ſine cauſa Principes & Reges mundi gladium portant, ideſt, habent gladii poteſtatem, æt 23. q. 5. cap. ſunt quædam, & extra de majorit. & obedien. cap. ſolitæ. Reges enim debent impios de terris ſuis perdere, ut 23. quæſt. 5. cap. Rex, & Regum eſt proprium, judicium, atque juſtitiam facere, ut 23. quæſt. 5. cap. Regum. Quid plura? Papa Regi obſequitur, & ei ſe ſubeſſe fatetur, ut 25. quæſt. 1. ſatagendum. Et ipſe Chriſtus Dei filius, Regi terreno ſubditum ſe oſtendit, qui cum pro ſe ſolvi tributum faceret, ut 23. quæſt. 7. cap. tributum, ſe ſubjectum Regibus eſſe probavit, ut extra de cenſi. cap. omnis anima. Et exinde magnum atque ſpeciale traditur documentum, ne quis conſtitutionem terreni Regis putet eſſe ſolvendam, ſecundum Apoſtolum ſcribentem generaliter omnibus: Eſtote ſubditi dominis veſtris, ſive Regi, quaſi præcellenti, ſive Ducibus tanquam a Deo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, ut 11. q. 1. cap. magnum, ut extra de majorit. & obedien. cap. ſolitæ. Quinimo ante Reges & Principes erant: Nam majorum hæc erat conſuetudo, ut Rex eſſet & Sacerdos & Pontifex: unde Romani Imperatores, Pontifices dicebantur, ut 21. diſtinct. cap. cleros & clericos, circa medium. Et hoc exemplo, Reges & Imperatores unguntur, & conſecrantur, ut extra de ſacra unctione cap. unico. Et vides quando ſubditus ſcribit Regi, dicit, Sacræ Regiæ Majeſtati, &c. hæc etiam per regalia deſignantur inſignia, videlicet, chlamydem, ſive mantum, & collobium, coronam, & mitram, & ſceptrum, & pomum, quæ Regibus in coronatione ipſorum ad imitationem eandem hodie injunguntur, prout iſta lex in ſigillis Regum perpendere licet, ubi imago Regia ſedet in ſolio taliter inſignita. Per chlamydem enim Regis poteſtas intelligitur, ut 2. quæſt. 7. cap. pleriſque. Item per Saulem & per collobium, quæ eſt veſtis deteníſa uſque ad talos, qua utebantur Diaconi, ſicut hodie utuntur in Dalmatia, ſignum Sacerdotii figuratur. Et hæc ſunt forte regales Trabeæ, de quibus loquitur lex C. pu. læ. vel. conſu. nuntia. l. unica. lib. 12. Similiter corona in capite ſignum eſt Regium, ut 12. quæſt. 1. cap. duo ſunt. Et mitra Pontificis, ut extra de fide inſtrumen. cap. inter dilectos, ver. tertio quia falſum, &c. Et hæ forte ſunt inſulæ, de quibus fit mentio. C. de quadrien. præſcript. l. ult. in fine. Sceptrum vero, quod eſt virga, ſive baculus paſtoralis, in una manu more Pontificis geritur, ut 11. quæſt. 3. cap. epiſcopus, & extra de ſac. unc. ca. uno. in fine. In alia quidem manu malum geſtatur

in ſi-

Digitized by Google

in ſignum Regni. Nam malon Græce, Latine Regnum interpretatur. Vel ſignum integri & rotundi dominii, ſicut eſt malum, quod dicitur a malon Græce, Latine rotundum. Ut ita per hoc ſignificetur, quod Rex regnum, ſeu totum, & rotundum dominium ac regimen regni habet, & claudit manu. In initio enim omnia manu a Regibus gubernabantur, ut ff. de origine jur. l. 2. in principio. Et ſic per hoc bene datur intelligi, quod Reges ut ſupra diximus, rotundam & plenam habent poteſtatem. Et hæc forte ſunt ſceptra, de quibus dicitur in Authen. de conſul. in fine, collatione quarta, & in Authen. ut omnes obed. judic. provinc. §. hæc conſiderantes, collat. 5. Licet iſta duo ultima, ſcilicet, ſceptrum & malum, poſſint etiam in alia repræſentatione accipi, videlicet, quod Rex in una manu portat juſtitiam, & in alia gratiam ſive miſericordiam, ut 40. diſtinct. cap. omnis qui juſte judicat. Vigor quidem Juſtitiæ repræſentatur per ſceptrum, ideſt, virgam. 45. diſtinct. cap. diſciplinam. Et donum Gratiæ repræſentatur per malum, quod ex more inter benevolos gratis datur. Hodie vero ambæ poteſtates prædictæ, ſcilicet, Sacerdotalis ſive Pontificalis, Regalis ſive Imperialis diſcretæ ſunt, diverſis diſtinctæ officiis, & diverſis diſtributæ perſonis, ut tamen altera alterius auxilio egeat, & utatur, ut 95. diſtin. cum ad verum. Et hoc eſt, quod ſupra diximus, quod prima divinis miniſtrat, ſecunda humanis præſidet. Illo autem primo reſpectu, quo in una eademque perſona hæc duo ſic confuſa dominia conſiderantur, legitur quod ſacerdotium & imperium ex uno eodemque principio proceſſerunt, ut in prælleg. Auth. quomodo opor. in principio. Nec multum differunt ab alterutro ſacerdotium & imperium, ut in Authen. de non alienan. §. ſcimus, collat. 2. Et exinde probatur plurimorum conſuetudo regnorum, ſecundum quam Rex confert beneficia eccleſiaſtica. Et habet in certis eccleſiis regni ſui jus inveſtituræ, ſicut olim fuit, & hodie eſt in regno Siciliæ, ut notatur in cap. quod autem, 16. q. 2. in principio, in gloſſa ordin. quæ incipit, hne in 7. q. &c. ubi hoc tangitur de Rege Apulo. Et ſecundum quam regis poſtulatur aſſenſus in electionibus prælatorum regni ſui, ipſis electionibus jam canonice celebratis, ſicut ſimiliter obtinuit hactenus in regno Siciliæ, ut extra de electione cap. cum inter univerſos, ubi loquitur de eccleſia Capuana, quæ eſt de celebrioribus eccleſiis dicti regni, & c. cum terra eodem titulo. Et notat Roſredus in libellis juris Canonici, circa principium, ubi inſerit cauſas, propter quas electio vitiatur, in verbo quid ſi lacta ſuarit per ſæcularem poteſtatem &c. licet hodie per capitula conceſſionis regni tollatur. Reges non ſunt mere laici, in quos hujuſmodi ſpiritualia jura non cadunt, & ideo ea nec habere, vel conferre laici poſſunt: licet fuerunt aliquando, ſcilicet conſiderato initio, etiam ſacerdotes; & multum ab eis, ut diximus, differunt, & adhuc retinent ſigna pontificis. Unde non eſt mirum, ſi ſpiritualia ipſa ſpecialiter in Regibus acceptentur, tum quia juvantur primordio ſacerdotii, ut argum. ff. de leg. 2. l. cum filius, §. hæres meus, tum in memoriam ipſius priori ſacerdotalis dominii, ut argum. ff. de quæſtio. l. unius, §. ſervus, cum ſim, tum etiam, quia adhuc habent ejuſdem reliquias, ut argum. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. jur. l. patre furioſo. Et econverſo, paribus rationibus, illa conſuetudo multarum eccleſiarum defenditur, per quam in ipſorum vaſallos prælati habent & exercent per laicos ſubſtitutos vindictam, & judicium ſanguinis, quod eſt hodie a clericis alienum, ut extra de rap. c. in archiepiſc. & extra ne cler. vel mo. ſe im. c. clericis, ubi de hoc plene in gloſſa ord. no. & c. ſententia. Per hanc enim conſuetudinem facile reditur ad primam naturam, ut argum. ff. de pact. l. ſi unus, §. quod & in ſpecie dotis. Jam amodo ad propoſitum redeamus, & ſicut dictis declaratur prioribus non minorem * auctoritatem Regiam, quam Imperatoriam arbitramur, ſcilicet Imperatorem, ac liberum Regem indiſtincte dicimus dignitatis. C. de offi. præf. urb. l. 1. li. 12. licet ſit indiſtincte in nomine, ſimile. C. de agri. & cenſi. l. definimus, lib. 11. Et ne aliquis pertinax de nomine controverſiam faceret, ut fit. C. de codicil. l. ſi idem, legiſlator appellatione Regia indifferenter pro Imperatoria utitur, ut patet. C. nulli licere in frænia equeſtribus, ſellis, &c. l. unica. lib. 11. & C. de re mil. l. milites qui a repu. lib. 12. & aliis legibus multis. Ut ſic oſtendat has nominationes diverſas ſub una ſignificatione cenſeri, argum. ff. de verborum obligatione, l. ſi ſub una, in principio. Quandoque etiam imperialem poteſtatem plus extollere nititur ad regale vocabulum ſe convertit, ut patet. C. de donat. inter virum & uxorem, l. ult. & de leg. & conſtit. l. fin. & no. l. inter claras. Et ideo ubi de Imperatoria electione agitur, primo perſona in Regem Romanorum eligitur: in Imperatorem poſtea promovenda, ut extra de electio. cap. venerabilem. Imo ſi bene lector curioſus advertat, non ſine myſterio legiſlator, ubi recitat quomodo evenit noviſſime, ut neceſſe eſſet per unum reipublicæ conſuli, iſtum unum nominat principem, ff. de origine jur. l. 2. §. noviſſime, & ita tam. C. quam, ff. intitulat. de conſtit. princip. & in toto jure noſtro, ut plurimum eum principem vocat, quod principis nomen eſt commune tam Regi, ut patet in Authen. ut præpo. no. Imper. §. ſi quis nota. quam Imperatori, ut ff. de conſtitut. princi. l. 1. Nec non cuilibet alteri, qui eſſet monarcha quocunque nomine cenſeretur. Nam princeps per etymologiam dicitur primum caput: ſic dat intelligere quod jura omnia, quæ loquuntur de principe, intelligantur de Rege, vel Imperatore: ſeu quo-

* Additio. Non minorem. *Æqualis eſt auctoritas Imperatoris & Regis, de quo poſuit Jaſ. in auth. ex teſtamento, col. 6. in fi. de collat.* C. De Battis.

quocumque alio, qui haberet io ſubditis jure Romano viventibus mooarchiam. Obſtat tamen, ff. de excuſatio. tuto. l. ſpadonem, §. ſi civitatis princeps. Ubi principis nomen attribuitur magiſtratui parvo. Sed ibi noo ſimpliciter dicitur princeps, imo addit civitatis princeps, & ſic exponitur, ideſt magiſtratus. Hic autem antonomaſtice ponimus nomen principis, utpote, excellentis, quia alium ſuperiorem non habet; ſic aliter ſe habet Urbis & Poetæ vocabulum, Iaſtitutio. de jure naturali, circa principium. Eadem erit inſtantia, & reſponſio, quia invenimus principem agentium in rebus, ut C. de princip. agen. in rebus, lib. 12. Priocipem delicti, ut de ſervo corrup. l. 1. §. hoc judicio. Principem hæreſis in Authen. de interdict. colum. 1. Et his ſimilia multa. Similis etiam oppoſitio, & ſolutio caderet in nomine Regis, vel Imperatoris: Quoniam largo modo cum Rex dicatur a regendo, ut 11. quæſtio. 1. cap. duo ſuot genera. Epiſcopus etiam dicitur regens plebem, Pauper regens domum ſuam, Dives regens familiam ſuam, Maritus regem conjugem ſuam, Judex regens provinciam ſuam: Sic Rex regens gentem ſuam, Pater regens prolem ſuam, Abbas regens monachos ſuos, ut 23. quæſtio. 3. duo iſta. Sicut & Rex ſcaccorum dicitur Rex, vel vocatur rex. Et Rex dicitur ribaldorum. Similiter largo modo cum Imperator dicatur, quia imperat, ut in Authen. ut hi qui ſe res minorum obligatas habere perhibent, aut eis obligati ſuot, in principio collat. 6. Imperator dicitur & Conſtantinopolitanus, ut extra de majoritate & obedientia, c. ſolitæ. Et Imperator dicitur Vulgarorum. Et in hac larga ſignificatione Imperium dicitur eſſe io Proconſule, ut ff. de offic. Proconſul. & leg. l. 1. Et idem in præſide, ut ff. de offic. præſ. l. 3. & 4. Item in prætore, & in quolibet magiſtratu, ut de arb. l. nam magiſtratus, & ad Trebel. l. ille a quo, §. tempeſtivum, & de actio. & obligatio. l. obliga. quæ propriis juribus, &c. Sed qua fronte diximus Regem Siciliæ liberum, cum ab Eccleſia Romana regnum in feudum teneat? Nonne igitur ſubeſt Papæ, qui videtur ſuperior dominus, utpote, dominus feudi, & ſic forſan crederet aliquis omnia prædicta eſſe in domino Rege noſtro Siciliæ & regina? Ad quod dicimus, quod ſedes Apoſtolica cum regali faſtigio honoraverit dominum noſtrum Regem Siciliæ conferendo regnum prædictum, voluit omnes regni ſubditos io omnibus ei ſubdi, ſecundum quod eſt proprium præmium Regiæ dignitatis, ut argumen. in Authen. ut judic. ſive quoquo ſuffra. §. volumus, colum. 2. imponendo etiam ſibi regalia inſignia ſupradicta contulit ei plenitudinem Regiæ poteſtatis, ut argumen. C. de lat. lib. tollen. l. 1. §. ſed & qui domini & extra de auctoritate & uſu pall. capi. niſi, & cap. ad honorem. Et regno conceſſo, quod ad ipſam ſedem ſolam ante infeudationem, & exemptum & liberum pertinebat, intelligitur contuliſſe totam imperialem juriſdictionem, ita exemptam, & liberam, ſicut erat priuſquam infeudatio facta eſſet, ut argumen. ff. de officio præfecti urbis, l. 1. §. cum urbem, & argumen. ff. ſi ſer. ven. l. teſtatrix, §. plures, & de actionibus empti. l. creditor. io fine. Rex enim iovestiri de regno debet eiſdem legibus, & jure regoum habere, quibus haberet eccleſia, quæ ipſum exiode ioſtituit, ut in collat. 10. feud. in conſtit. Friderici, hac edictali, &c. §. idem eadem, l. io tit. de notis feud. & argumen. C. de hered. vel actio. vend. l. emp. Et maxime cum io forma conceſſionis regni certa capitula ſiot excepta, quæ ſibi eccleſia reſervavit. Et ita io omoibus aliis regula remànet de rege & regon libero magis firma, ut in Authen. de non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis immobilibus, §. ut autem lex, collat. 2. Nec credat aliquis, quod temporalis juriſdictio, utpote, res incorporalis, ſic tota non potuerit ab eccleſia ſeparari, ut ff. pro ſol. l. 3. cum ſimilibus. Nam regni conceſſio eſt quædam univerſitas facti corporalis, quæ cooſtat videlicet, ex diſtantibus corporibus plurium civitatum, caſtrorum, villarum, ſubjectorum, ut ff. de uſucapio. l. rerum mixtura, §. 3. Sicut dicitur territorium, univerſitas agrorum, & c. de verborum ſignificatione l. pupillus, §. territorium. Quæ facti univerſitas, tanquam res corporea vindicatur, poſſidetur, tranſit & traditur, ut patet, ff. de rei vindi. l. 1. §. fin. & l. 2. & 3. & l. in rem actio. §. at his corpo. l. venditor. & præalleg. l. rerum mixture, §. hoc certo genere. Et ita temporalis juriſdictio, quæ ipſi univerſitati accidit tota tranſit cum ea, licet per ſe aliter non tranſiret, ut ff. de contrahen. emptio. l. in modicis, cum eis cohæreat, ut ff. de officio ejus cui mandata eſt juriſdictio. l. fin. Poſito tamen quod diceretur Eccleſiam non temporalem juriſdictionem ſic a ſe totaliter abdicaſſe, cum directum dominium, & civilis poſſeſſio Regni apud eum remaoſerit, non eſt vis. Quia Rex, qui feudatarius eſt, utiliter dominus eſt & naturaliter poſſidet, & ſic, ſive de dominio, ſive de poſſeſſione agatur, Rex eſt potior, & præfertur, ut patet de dominio. ff. de ſuperf. l. 1. §. quod autem ait prætor, ibi, plane ſi adverſus, &c. & de poſſeſſione patet, ut ff. uti poſ. l. ſi duo, §. ceterum, ibi, ſed prætor ſuperficiarium, &c. Super hoc non inſiſtimus legibus, quia iſta Brocardica vulgaria ſunt, videlicet, quod Dominus feudi habet directum dominium, & civilem poſſeſſionem: Feudatarius vero habet utilem & oaturalem, quæ utilis & etiam oaturalis præfertur illi directo & illi civili. Et ultra procedimus, quod Eccleſia Romana habet directum dominium, & civilem poſſeſſionem univerſitatis Regni tantum videlicet, ipſius totalis corporis, ſeu quotarum partium, non autem ſingulorum corporum, * ſeu par-

* ADDITIO. Non autem ſingulorum corporum. *Utilis & naturalis præfertur directo, & quod in ſingularibus ſit vere dominus, tenet Bal. ubi Alex. & Jaſ. in l. 1. C. unde legit, ubi proprie ponunt hanc quæſtionem.* De Boitis.

partium ſingulatum, ex quibus univerſitas Regni conſtat, ut argum. ff. de evictio. l. nava. Una enim eſt Regni conceſſio per Eccleſiam facta; & unum eſt feudum, ſcilicet, univerſitatis, noo plura feuda, quamvis plura ſint corpora, ut argum. ff. de legat: 2. grege, & de verborum obligstione ſcire debemus, §. ſtipulationem, & de ædi. edicto, cum ejuſdem, & commodo in commodato, §. duob. & de contrahen. emptio. quod ſæpe, §. in his, & §. igitur ſi grex. Et ita unum eſt illud directum dominium, & una civilis poſſeſſio, utputa, univerſitatis, ut diximus, quæ ſecundum oaturam contractus feudalis apud eccleſiam remanſerunt. Et ſimiliter unum eſt dominium utile, & una naturalis poſſeſſio univerſitatis ejuſdem, ut diaimus, quæ ſecundum naturam contractus ejuſdem tranſiverunt io Regem: Non autem ſicut plura ſunt corpora, ita ſunt plura dominia utilia, & directa. Et plures poſſeſſiones naturales, & civiles, ut ff. de rei vindica. l. a. in fine, ubi dicit, grea enim ſingula, &c. Uode habendo reſpectum ad univerſiratem Regni, ſine dubio Domious Papa eſt ſuperior Dominus. Et quando de toto Regno, ſeu quota parte ejus controverſia fieret, ad ipſum cognitio pertinet. In ſingulis vero Regni corporibus apud eccleſiam nihil prorſus remanſit, ſed totum & integrum Dominium & poſſeſſio ſunt translata in Dominum Regem. Licet namque in feudatione ipſa regni univerſitas verteretur: ſiogula tamen corpora io traditionem veoerunt, ut ff. de hereditate vel actione vendita, quia filiifamilias §. hereditas, & ita per traditionem totaliter ab Eccleſia ſeparata traoſiverunt ſine aliqua reſervatione in Dominum Regem, ut bene colligi poteſt, C. de hereditate, vel actione vendita, qui tibi hereditatem. Sic & hereditas, quamvis ſit quædam univerſitas, ut patet ff. de rei vindicatione l. 1. in principio de verborum ſignificatione nihil eſt aliud, tamen facit ſingulas res heredis, ff. de legat. 2. l. legatum, ita dominium, &c. In his ergo corporibus ſingulis ſolus Rex eſt Dominus ſuperior, & ſupremus, & omnia jura majoria Domioi pertinent ſibi ſoli. Nec diſtinguimus aliter de Dominio directo, vel utili, ſeu poſſeſſione civili, vel naturali: Niſi, quod in Demaniis Regiæ Curiæ, & rebus quas Curia Regia poſſidet, Rex habet utrumque dominium, & poſſeſſionem utramque. Noo ideo dicimus utrumque, quod pooamus in eademque perſona & re ſimul duo dominia, ſeu duas poſſeſſiones, quia hoc eſſet erroneum: Sed dicimus utromque ad differentiam ſolius directi, quod non habet Eccleſia, & ſolius utilis, quod ſolum Rex non habet: Sed Rex habet utrumque, ideſt, unum, & idem, & directum & efficaa. Et idem in poſſeſſione, quia nec Eccleſia habet civilem, nec Rex oaturalem ſolam: Sed habet utramque, ideſt, unam & eamdem babentem prædictam duplicem formam. In feudis autem, quæ alii teoent a Curia Regia, utpote Comitatibus, Baroniis, & aliis feudis quaternatis, Rex habet dominium directum, & poſſeſſionem civilem: & Comites & Barones, ſeu alii feudatarii tenentes, utilem & naturalem, ut plene notabimus infra in 3. lib. de probatione per inſtrumentum publicum ſuper quæſtio. hom. l. ſi dubitatio, ubi hanc materiam plenius proſequimur, quod eſt utile & ſubtile. Nec mireris, quod diximus Eccleſiam, quæ in univerſitate, ſeu quotis partibus habet directum dominium, & poſſeſſionem civilem, hoc in rebus ſingulis non habere: ſic enim jura loquuntur in dominio, ut ff. de rei vindicatiooe l. in rem actio §. ſi quis rei ſuæ, & §. fina. & l. mutus, alias incipit, ſi quis navem, & etiam in poſſeſſione, ut ff. de acquirenda poſſeſſione l. qui uoiverſas, in principio, & ff. de uſucapio. l. cum qui ædes. Et iſtud generaliter obtinet, quod quicquid in univerſitate conſtituitur, non eſt ad ſiogula corpora referendum, ff. de do. præle. l. 1. §. ſed quod diximus. Nam in ſingularibus rebus ooo intelligitur eſſe aliqua pars, ut ff. ſi quis omiſſa cauſa, l. quamvis. Et ita recte dictum eſt, quod juris eſt in toto Regno, idem eſt in parte, ut ff. de acquiren. heredit. l. ſi ſervus ejus. Cum pars ſit in toto, * & totius appellatione contineatur, ut ff. de regulis juris, l. in toto & pars, de verborum ſignificatione l. appellatione rei. Non autem idem eſt in ſingulis rebus, ut patet. C. de ſententiam paſſis, l. ſi debitor, cum in ipſis non ſit ioveniri, vel cenſeri partem, ut ff. de heredibus inſtitueodis, ſi alterius. Similiter non mireris, quod diximus Comitatum eſſe tanquam rem ſingularem, qui ſine dubio cum ex pluribus conſtat corporibus, univerſitatem eſſe negari non poteſt, ſicut ſupra de Regno notavimus. Et ſic noo videtur res eadem poſſe duplici jure cenſeri, ut ff. de uſucapio. cum qui, in fioe. Hoc namque hic contingit diverſis reſpectibus, ut ſit tanquam res ſiogularis, quantum ad Regnum, & ſit tamquam uoiverſitas quantum ad res ſingulares, in quibus conſiſtit, ſic ff. de pecu. hic quæritur, §. poteſt. Vel adhuc poſſet aliter reſponderi, quia licet Eccleſia juriſdictionem temporalem non a ſe penitus abdicaverit, ut arg. ff. de officio proconſul. & leg. l. legatus. Sicut etiam dicitur de poteſtate in principem a populo Romano translata, quod dic, ut io ſum. Azon. de lega. & conſti. §. a quo debeant. Eaercitium tamen juriſdictionis habet ſolus Rex, non autem Eccleſia, cui Regni proprietas nuda remanſit, ut io collat. 10. feud. in quibus cauſis feudalis amittatur, l. Obertus, ad finem. Simile eſt reperiri alias, quod duo habent actionem communem, ſed unus eorum taotum habet exercitium actionis ipſius, quod dic, ut ootat in ſumma Azon. C. de rei uxoriæ actione, l. 1. §. item ſi dicatur, & ff. ſol. mat. l. 3. in glo. ordina. ibi ſignata. Ad hoc de ſecoodo io præmiſſis objicitur: Quomodo Regnum Siciliæ dici poteſt exemptum, & liberum, cum Imperator

---

* Additio. Sit in toto. *Nota per And. in c. Imperialem, dum loquitur de aſſenſu.* De Bottis.

tor * præſideat univerſis, ut in Authen. conſtitutio. quæ de dig. circa princ. col. 6. Et in temporalibus ſolus ſit mundi dominus, ut in Authentica quomodo oporteat Epiſcopos, in princ. coll. 1. & ff. ad legem Rhodiam de jactu, l. deprecatio, cui ſubſunt univerſi Reges & Principes orbis terræ, ut in decre. 7. q. 1. c. in apib. Cum etiam inter provincias capta Sicilia ſpecialiter in ditionem Romanam venerit, ut ff. de orig. jur. l. 2. §. capta. Sed primo reſpondeat qui taliter objicit, quomodo Populus Romanus qui Imperatorem conſtituit, & ipſe Imperator orbem ſibi conquiſivit, & Regna, cum longe ante Imperium & Romanorum genus ex antiquo, ideſt jure gentium, quod cum ipſo humano genere proditum eſt, fuerunt regna condita, & diſtincta dominia, ut ſupra in principio diximus. Et certe quicunque Romanorum in geſta revolvat non inveniet, quod aliter, quam per armorum fortitudinem ſolam, & ſic de facto potius, quam de jure, ut in Auth. ut om. obe. ju. pro. coll. 5. Romani cives & Imperatores ſibi regna & gentes ſubjugaverunt, ut patet, ff. de cap. & poſtli. re. l. poſtlimin. §. filius autem, ibi, quia diſciplina caſtrorum, &c. & C. de Juſti. Co. confi. l. 1. in prin. ibi, merito igitur ad primam, &c. & in proœm. Inſtit. in princ. Opprimendo, videlicet, alios, qui ſua imbecillitate eorum ditioni cœperunt eſſe ſubjecti, ut argum. in diſtin. 6. c. non eſt peccatum. Unde amodo reſponſio eſt in promptu ad objectionem prædictam, quod ſcilicet Romanorum Imperium tam in Regno Siciliæ quam in multis Regnis, & partibus aliis, eſt de facto hodie diminutum. Nec ſine optima ratione. Nam Romanus Populus quod fecit paſſus eſt, ut ff. quod metus cauſa, ſed & partus, §. primo. Imo quod injuſte fecit, juſte ſuſtinet, ut in Authen. de ſanctiſſim. Epiſ. §. omnibus autem epiſcopis, colla. 11. Et adhuc quod fecit ſemper expectet, ut patet. C. de epiſco. audien. l. 3. Et ita diminutio ac exceptio antedicta ſummam habet æquitatem, & ſine cujuſquam indignatione juſtitiam. Quis enim aſpernabitur idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dicit, vel dixit, vel dici fecit? imo quod quis æquum in aliis credidit, in ſe valere patiatur, ut ff. quod quiſquis ju. in alium ſta. in l. 1. in princ. §. ſi quis jux. illud poeticum: Nec lex eſt æquior illa. Quam necis artifices arte perire ſua. Et ſi forte quis diceret, quod utrumque injuſtum fuerit, tam videlicet, conquiſitio Romanorum, quam diminutio ditionis Romanæ. Non debet reprehenſibile judicari, ſi Romanus Populus in ſe ſentiat novitatem, quam nixus eſt in aliis facere, ut in Authen. de non alie. §. ſi quis autem per donationem, colla. 2. ut ſic in ipſum, qui fecit injuſtitiam, convertatur, ut in Authen. ſent. non ſolum ſi fide. pri. circa medium, in verbis ideoque, &c. collatione quinta. Et hujus exceptio favorabiliter tolleretur, per quam homines ad libertatem & naturam reducuntur, cum libertatis favor ſæpe & alias benigniores ſententias exprimat, ut ff. ad legem Fal. l. pœnales, in fine. Pro qua multa contra rigorem juris ſunt conſtituta, ut ff. de fideicommiſſariis liber. l. generaliter, §. ſi quis ſervo. Si ergo nos impugnet imperium, quod vi, aut clam, vel dolo ſubtraximus nos ab eo: Recte ipſum repelleremus per exceptionem eandem, quod vim, vel dolum commiſerit, ut argumentum pulchrum, ff. quod vi, aut clam, l. ſi alius, §. belliſſime, & l. ultima, §. ſi ad januam. Nec dabitur ſibi doli replicatio adverſus noſtram exceptionem doli, ut ff. de doli excep. l. apud Celſum, §. Marcellus. Quia ipſe idem populus Romanus illicitam rem amiſit, ut ff. de dam. infe. l. qui bona, §. ſi quis juxta, & ſic paria delicta mutua compenſatione tolluntur, ff. ſolv. matr. l. viro. Imo nec videmur hanc exceptionem dolo feciſſe, cum fraudem excluſerimus, ut ff. de lega. 2. cum pater, §. Titio fratri ſuo. Ex his autem reſultat tertia oppoſitio, quare quidem in regno noſtro uteremur Romanis legibus, ſi imperio non ſubeſſet: Sicut nec in Francia, & aliis nonnullis provinciis, quæ Imperatori non ſubſunt, ut extra de privile. & excep. pri. capite, ſuper ſpecula. Imo poſtquam ſupponimus Romanorum Imperium in Regno deficere, pariter & Romanorum jura in Regno deſinere ſupponamus, ſicut tempore olim Tarquinii exactis ab Urbe Regibus, Omnes quoque Regiæ leges exoleverunt in Urbe, ff. de origine juris, l. 2. §. 1. Licet vero Regnum deſierit ſubeſſe Imperio, tamen jura Romana in Regno per annos plurimos convenientia Regum, qui fuerunt pro tempore ſervata diutius conſenſu tacito remanſerunt, ut argumen. ff. de legibus & ſenatuſconſ. ſed ea, quod immo expreſſim ſervantur & corroborantur in compilatione Conſtitutionum iſtarum, ubi neque Conſtitutiones hæ, ſeu approbatæ Regni conſuetudines non obſiſtunt, ut infra de ſacramento a Bajulis & Camerariis præſtando, l. puritatem, & infra de officio Vicar. l. cum circa, & infra, de ſerva. ju. co. & ba. l. ut univerſis, & ita perinde ſunt habenda, tamquam eſſent ex his profecta Conſtitutionibus, & per ora ipſorum Regum Siciliæ promulgata, ut C. de ve. jure enuc. l. 1. §. ſed neque. Ex præmiſſis itaque ſine titubatione ſentimus Regem Siciliæ liberum, ipſumque proprie appellamus Monarcham, ſive Principem Regni hujus. Et quicquid de Principe Romano cavetur legibus ut diximus, conſtitutio, vel conſuetudo regni non obviat: recte in Rege Siciliæ coaptamus, ut ſic ad ipſum omnia in regno pertineant, quæ ad Imperatorem Romæ quomodolibet pertine-

* ADDITIO. Cum Imperator. *Imo Imperator non eſt dominus mundi, alias omnium, l. non dubito, l. poſthumum, in princ. no. in gl. magna, l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. rever. & ubique Imperator ſe limitat ad ſubditos ſuos, l. 1. C. de ſum. Trin. & fide* Cath. *Nec obſtat l. deprecatio. quia dicit mundi, ſed non totius, nec ſit contraria, l. auth. aliter etiam reſpondet hic apoſtilla ad Andream, vide ibi*. De Bottis.

tinerent, ſicut legitur ſimile, ff. de offi. proconſ. ſolent, §. fi. ff. de offi. præſi. l. ex omnibus, & l. ſeq. Capitulis nihilominus ſemper ſalvis, quæ in conceſſione regni ſibi eccleſia Romana reſervat. Et hæc ſententia multas dirimit quæſtiones, de quibus vidimus in fori diſputationibus diſceptari. Jam enim amodo liquet, quod crimen læſæ majeſtatis & perduellionis committitur in Regem Siciliæ, quamvis quidam nimia ſubtilitate tenti tentaverint contrarium dicere, allegantes majeſtatem tantum eſſe in Imperatore, ut patet. C. ad l. Juliam majeſtatis, l. meminiſſe, & in proœ. Inſti. in prin. Dicit etiam Imperatoriam majeſtatem, & non dicit regiam. Sed ipſi perperam ſunt locuti. Nam & in Rege dicitur majeſtas, ut C. ut nemo privatus tit. prædiis ſuis, vel aliis imponat, l. Regiæ majeſtatis. C. de leg. & conſtit. l. digna. ubi dicit majeſtate regnantis, &c. Et lex vocat eam non Imperatoriam tantum, ſed alicubi publicam, & alicubi principalem, ut ff. ad l. Juliam maje. l. 3. §. lex. & l. famoſi. §. hoc tamen crimen, non quod propterea dicere moveamur crimen perduellionis in regem committi, quia pari ratione poſſet idem dici de parvo prætore, in quo ſimiliter dicitur eſſe majeſtas, ut ff. de juriſdictione omnium judicum, ſi familia, & ff. de juſtit. & ju. l. penul. in fine. Nihil enim ſonat aliud majeſtas, quam majoritas. Et ideo etiam populus, qui eſt ſuperior, dicitur habere majeſtatem, ut de captivis & poſtlimi. rever. l. non dubito, §. 1. Alibi etiam dicitur majeſtas in alia republica, quam Romanorum, ut ff. de inju. quod reipublicæ. Sed inde movemur, quia cum, ſicut dictum eſt, Rex Siciliæ ſit princeps in regno, & homines regni vivant Romanis legibus, ubi eis Regni conſtitutio, vel conſuetudo non derogat, lex Romana quæ lata eſt de prædicto crimine, ut ff. ad legem Juliam majeſtatem, l. ult. in fine, non ſe ad Imperatorem Romanorum reſtringat, ſed ſic loquatur largiter, quando quis eſſet contra Principem hoſtili animo animatus. Nec illi legi ulla Regni conſuetudo, vel conſtitutio obviat. Neque illius legis capitulum ſibi Romana eccleſia reſervaverit. Probabiliter exaudimus eam nedum in Imperatore inter ſubditos Romani Imperii: ſed etiam in Rege Siciliæ inter ſubditos Regni ſui. Ad quod concordant Longobardæ leges, quæ in Regno ſimiliter obtinent, & expreſſe de rege loquuntur in crimine ſupradicto, ut in Longob. de eo, qui contra animum regis aliquid machinatus fuerit, l. ſi quis contumax, ubi de hoc notatur ſecundo reſponſo. Liquet etiam amodo per rationes præmiſſas, quod Rex Siciliæ poteſt inter homines regni ſui legitimare baſtardos, ſicut legitur de Rege Franciæ qui de Imperio eſt exemptus, ut extra qui fil. ſint legi. c. per venerabilem, circa finem. Hoc enim proprie dicit eſſe Principis donum, ut in Auth. quib. mod. natu. efficiun. ſui. §. ſi vero is qui ſolummodo, collat. 6. Rex ergo Siciliæ, qui totius Regni ſui obtinet principatum, indubitanter confert hujus beneficium principale, ut argumen. bonum. C. de natu. libe. l. ſi quis, §. quod ſi alterutra, & §. ult. Liquet etiam amodo per rationes eaſdem, quod a rege Siciliæ appellari non poteſt: * nam cum ſit princeps, ſtultum eſt, ideſt, ſupervacuum dicere, fas eſſe a principe appellari, ut ff. a qui. appel. non lic. l. 1. in princ. Et quod proprium eſt Regis non appellari ab eo expreſſim dicitur, ff. de orig. jur. l. 2. §. exactis deinde Regibus, conſules, &c. Cum interponatur appellatio de minori judice ad majorem, ut in Auth. de appel. & inter quæ §. illo videlicet, colum. 4. Rex Siciliæ ut ſupra probavimus, ſuperiorem non habet. Videmus etiam quod a præfecto prætorio, qui ſubeſt principi, & procul dubio minor eſt rege, appellari non poteſt, ut C. de ſententiis præfectorum prætorio. l. 1. & ff. de officio præfecti prætorio. l. 1. §. his cunabulis. Et quod minor ſit rege probatur, quoniam præfectus prætorio inſtitutus eſt vice magiſtri equitum, qui olim adjungebatur Dictatoribus ſecundam poteſtatem poſt eos gerens ad inſtar Tribunorum Celerum, qui in toto adjungebantur Regalibus, & veluti ſecundum locum a regibus obtinebant, ut ff. de origine juris. l. 2. §. initio civitatis hujus. §. populo deinde aucto. & ff. de offi. præf. præt. l. 2. in principio. Nec appellatur etiam a ſenatu, ut ff. a quib. appel. non li. l. 1. §. ſciendum. Et prædicti alii cum poſſint conſtitutionem, ſeu legem facere, ut de rege probatum eſt ſupra, & de præfecto prætorio patet, ut C. de officio præfec. l. forma, & de leg. & ſena. conſ. l. non ambigitur, intelliguntur quando in cauſa pronuntiat, ſaltem quantum ad cauſam illam condere legem, ut C. de legi. & conſtitutio. l. fina. in principio. Unde non poteſt appellari. Quia de eo quod lege cavetur, provocatio non eſt, ut ff. de verborum ſignificatione, l. ſi qua pœna eſt. Hoc etiam manifeſte arguitur ex tenore conceſſionis regni factæ per Romanam Eccleſiam domino noſtro regi, ubi inter alia contine-

Majeſtas ideſt majoritas.

---

* Additio. A Rege Siciliæ appellari non poteſt *Quantum ad temporalia Rex habet in regno plenitudinem poteſtatis, ut ſupra eſt concluſum. ſed quod ab eo non appelletur, non procedit, gravatus enim per eum poſſet hodie appellare ad Papam, cum ab Imperatore poſſet ſimiliter: quamquam enim olim Imperator & Rex ſuperiorem non haberent, & ſic appellari non poterat ab eis ceſſante regula, quæ ſumitur in §. de eo quod not. in Authen. quom. opor. epiſc. in principio. Dico quod non eſt verum: imo, quod poſſit appellari ad Papam, expreſſe dicitur 2. quæſt. 6. ad Romanam, il ſecundo, & 9. quæſt. ult. capi. cuncta per mundum. Et ſi opponitur de cap. ſi duobus §. fin. de appell. dic quod de conſuetudine eſt factus. Vel melius, quod ibi non deficiebat judex temporalis. Nec obſtat de præſcrip. ex ſenatu, nam potuit Imperator id facere in præjudicium ſui, ad quem devoluta fuiſſet appellatio. Præterea tales gravati receſſerunt ab aula, unde de eis nulla fit mentio, argu. C. de pact. pig. l. fin. per Luc. de Penna in l. prædia, col. 34. in fi. de præd. loca. civi. C. lib. 11.*

An a Rege Regni poſſit appellari ad Papam, vide Luc. de Pen. in l. fin. verſ. quinto ex his, C. de locat. præd. civil. lib. 11. De Bottis.

tinetur, quod ſi ſuper cauſis ad forum eccleſiaſticum pertinentibus contingat ad ſedem Apoſtolicam appellari, tam appellantes, quam appellati ad eandem venire ſedem pro appellationum executionibus libere & abſque inhibitione aliqua permittat: Sic ergo regulantur, quod appellatio hujuſmodi ſuper cauſis ad judicium pertinentibus ſæculare tollatur, quia quod in uno permittitur in ceteris prohibetur, & e contra vt ff. de judic. cum prætorio in principio cum ſim. ibi nota. Liquet etiam ex præmiſſis quod Rex Siciliæ fiſcum ſeu ærarium habeat. Et quid plura? fortiter in regno jura regalia, nec non privilegia, & jura omnia, quæ Romanis legibus principis tam circa privatam, quam circa fiſcalia indulgentur, ubi, videlicet, aliquid ſicut regni conſuetudo, vel conſtitutio non immutat. Neque in conceſſione Regni ſibi eccleſia Romana reſervat. Quæ cum certa capitula in conceſſione ipſa facta domino noſtro regi ſibi excipit, non poteſt modo videri de ceteria omnibus in eadem conceſſione ſenſiſſe, ut ff. de fun. inſtruc. & inſtrum. leg. l. quæſitum. §. idem reſpondit, domo inſtructa. Dicitur autem fiſcus, ſive ærarius ipſa Camera Regia, de qua fit mentio infra de rebus feud. l. quiſquis. Sicut etiam fiſcus ſive ærarium dicitur ipſa Camera Imperialis, ut no. C. de jure fiſ. lib. 10. in gloſſa ordin. ipſius rubr. quæ incipit, occaſione criminum, &c. cujus nomen ex eo deſcendit, quod Romanus Populus, & Romanorum princeps ab initio conſuevit pecuniam, quæ ſibi applicabatur, reponere in fiſco, ideſt in ſacco. Sic accipitur fiſcus. ff. loca. & conduc. l. ſed addes §. illud vero fiſcus. Et poſtmodum excreſcente pecunia publica, cum non ſufficeret hujuſmodi fiſcus, deventum fuit ut reponeretur in domo, quæ vocata fuit ærarium, ex eo quod æs tunc ibi reponebatur, quo tempore appellatio æris omnem pecuniæ ſpeciem continebat, ut eſt notatum. C. lib. 12. de numerariis & actua. l. in provinciis. in gloſſa ordin. quæ incipit, fiſcalis autem. Et ita iſta tria nomina Regia Camera, fiſcus, & ærarium, ſunt quaſi ſynonyma, ideſt, plura nomina, quibus legiſlator in hoc libro ſub una ſignificatione promiſcue utitur, ut infra in multis caſibus & locis hujus libri lector inveniet curioſus. His itaque prælibatis, de excellentia regis Siciliæ, cujus auctoritate liber iſte fulcitur, cum hæc multum faciant ad multorum notitiam pleniorem, quæ in multis hujus libri partibus notabuntur. Incipiamus in Dei nomine, qui ſit nobis principium, medium, & terminus, ut in Authen. de privilegiis dotis, hered. milit. præſtan. in principibus collatio. 8. Non quod circa litteram quæ plana eſt, & facilis, multos conamur commentarios facere, quos & Romanæ leges fieri noluerunt, ut C. de veteri jure enucleando. l. 1. §. penult. & l. 2. circa fin. ſed quia his conſtitutionibus latis cœpit, ut naturaliter evenire ſolet, maxime fori diſputationes eſſe neceſſarias, & quod interpretatio deſideret prudentum auctoritatem. Nec conſtare poteſt jus, niſi ſit aliquis ritus, per quem poſſet quotidie in melius produci, ut ff. de origine juris. l. 2. §. his legibus, & §. poſt hoc deinde. Et præſertim, quoniam in quibuſdam conſtitutionum iſtarum legibus nihil obſcuritatis habentibus motæ ſunt quæſtiones ab aliquibus ex ſtudio, & ad ſuam intentionem eis obſcuritatem introducentibus. Sicut ſimile legitur in Authen. conſtitut. quæ ex aſcrip. & libe. mulie. na. in princip. collatio. 5. Providimus diſputationes, & deciſiones per judices & advocatos Magnæ Curiæ Regiæ factas in cauſis: Nec non notas alias, quod in quotidiano cauſarum uſu utiles ex nobis advenire poterimus, hoc opere ad commemorationem noſtram, & ſociorum fidelium compilare, imitando Herennium Modeſtinum, qui notando & diſputando bene optima ratione decrevit, ut ff. de muneribus & honoribus, l. ult. §. mixta ut its quæſtiones facti, quas in Regno variæ reſponſiones peritorum confuſas & ambiguas reddiderunt, erigamus in conſonantiam luculentam.

CON.

CONSTITVTIONES REGNI SICILIAE,

PER EXCELLENTISSIMVM V. I. D. D. ANDREAM DE ISERNIA, ET ALIOS DOCT. COMMENTATÆ.

De Legibus, & Conſuetudinibus aliis antiquatis, Conſtitutio.

IMPERATOR (1) FREDERICVS II.

Romanorum Cæſar ſemper Auguſtus (2): Italicus, Siculus, Hieroſolymitanus, Arelatenſis, felix, Victor ac Triumphator.

DOMINI FREDERICI IMPERATORIS

Incipit Liber Primus.

De Legibus & Conſuetudinibus aliis antiquatis, Conſtitutio. (*)

Ex ordinatione divina ad officium Principis ſpectat defendere ſanctam matrem Eccleſiam contra opprimentes eam, atque pacem & juſtitiam exhibere ſubjectis, hoc dicit. Matthæus.

POST (a) mundi machinam providentia divina formatam, (b) & primordialem materiam, (c) naturæ melioris officio, in rerum effigies diſtributam; qui facienda præviderat, facta conſiderans, & conſiderata commendans, a globo circuli

(1) Additio. Imperator. *Adde quare ita vocatur, vide glo. & ibi Bart. in proœ. ff.* Nicolaus Superantius, Patricius Venetus, Miles Hieroſolymitanus, & utriuſque Juris Doctor.

(2) Additio. Semper Auguſtus. *Adde gl. in proœ. ff. Veteris, & in proœ. Inſtitutionum, & Abb. in proœm. Greg. in 3. col. ver. Imperator. & gl. in l. divi Conſtantini. C. de natu. li. quam ſequitur Sign. de Homod. conſ. 129. incip. in princ. libri noſtri.* Superent.

(*) Additio. *An regni conſtitutiones extendantur de caſu ad caſum, vel ad ſimilia, & an ſint ſtricti iuris, vide Gram. deciſ. 28. & 47.* Fabius Jordanus.

(a) POST *mundi machinam*. Præmittit Procemium, ex quo in unoquoque negocio initium ſumitur, ut in Auth. in medio li. non fieri ſacras for. §. ut autem omnes colla. 8. Et dic machinam, ideſt artificioſam compoſitionem, vel conſtructionem. Nam omne artificioſe factum dicitur machina, ut patet ff. de fundo inſtr. l. quæſitum, §. item oſtiarium, & ff. commod. ſi ut certo, §. ſed interdum, verſic. nam & ſi ſeivum tibi lectorem, &c.

(b) *Et primordialem materiam*. Quæ rudis, ſcilicet nondum formis impreſſe erat Chaos, id eſt, confuſa congeries omnium rerum invicem commixtarum non habentium diſcretam & propriam formam, ſicut poſſet hodie in rebus elementeris exponi, ut, ſi argentum tuum & meum conflaretur, & redigeretur in maſſam, vel ſi de frumento duorum inſeparabiliter commixto cumularetur acervus, vel quomodocunque aliter res plures ejuſdem, vel diverſi generis confuſæ, ſive commixtæ inſeparabiliter redigerentur in unum corpus informe, ut ff. de rei ven. l. 3. §. ult. & l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum &c. in prin. & de acq. rer. dom. adeo. §. cum quis ex aliena, & Inſt. de rer. diviſ. §. ſi duorum. Et hanc primordialem materiam philoſophi vocaverunt Hylem, quam dicunt eſſe inter aliquid & nihil. Sicut enim nihil audiendo, audimus ſilentium, ſic nihil intelligendo intelligimus Hylem, ſecundum eos. Nos etiam poſſumus adinvenire ſimilia. Nam lex ponit inter nolle & velle medium, ſcilicet non nolle, videlicet, patientiam. Et inter fateri & negare medium, ſcilicet non negare, ſcilicet, tacere, ut ff. de trib. l. 1. §. ſcientiam, & de reg. jur. qui tacet.

(c) *Naturæ melioris*. Poteſt intelligi active de natura naturante, id eſt Deo, in quo omnia certa ſunt, ſcilicet tam præterita, quam præſentia & futura, ut ff. de

ANDREÆ DE ISERNIA, V. I. MONARCHÆ, ET LEGVM EVANGELISTÆ, PEREGRINA LECTVRA,

Super Conſtitutionibus, & Gloſſis Regni Siciliæ.

POST *mundi machinam, &c.* Ver. a Rege Regum, &c. In gl. ubi legitur, Unum tamen non omitto, quod Domini, qui pro temporalibus &c. hic dicitur, quod judex ſæcularis, & ejus brachium invocatum ab eccleſiaſtico judice debet præſtare auxilium, per jura allegata hic.

Additio. *Adde l. ſi quis in hoc genus, C. de epiſ. & cler. & in auth. ſi quis litigantium, C. de epiſc. audien.* Superant.

Digitized by Google

li lunaris inferius hominem (*a*) digniſſimam creaturam (*b*) ad imaginem propriam, effigiemque formatam, quem (*c*) paullo minus minuerat ab Angelis, conſilio perpenſo, diſpoſuit (*d*) præponere ceteris creaturis, quem de limo terræ tranſumptum vivificavit in ſpiritu, ac eidem honoris, & gloriæ diademate coronato uxorem, & (*e*) ſociam (*f*) partem ſui corporis aggregavit: eoſque tantæ prærogativæ munimine decoravit, ut ambo primitus efficerentur immortales, ipſoſque (verumtamen ſub quadam lege præcepti) conſtituit, quam quia ſervare tenaciter (*g*) contempſerunt, tranſgreſſionis eoſdem pœna damnatos, ab ea, quam

---

de judic. ſed & ſi reſtituatur, §. ſi pater, & ſic bene ſequitur, qui facienda præviderat. Quem intellectum videtur habuiſſe Ovidius, unde iſta verba ſumpta fuerunt: ait enim, Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Additio. *Adde, an dicta Poetarum ſint allegande in deciſionibus cauſarum? Vide gl. in l. in tantum, & l. ſeq. ff. de rer. di. l. ſeptimo menſe, ff. de ſta. hom. & in cap. turba 37. diſtin. & per Pet. de Anch. in c. qualiter & quando, il. 2. de accuſat.* Superant.

A divina namque providentia mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt, ut C. de vet. ju. enu. l. 1. in prin. Poſſet etiam legi paſſiva de natura naturata, ſcilicet rerum, & ſic accipitur Inſt. de ver. ob., §. conditiones, & ff. de reb. cre. reſpiciendum, & tunc bene dicit melioris: quoniam prima rudis & informis materia erat inter aliquid & nihil, ut ſupra not. Lex etiam rudem materiam appellat infectam, ut ff. de au. & arg. leg. l. & ſi non ſunt clavi. §. infecti. Poſtmodum vero in rerum formas deducta converſa eſt in meliorem naturam, recipiendo eſſe ab impreſſione formarum. Forma enim dat eſſe rei, ita quod mutata forma interimitur rei ſubſtantia, cujus etiam corpus manet, ut ff. ad exhib. l Julianus, §. ſed ſi quis, & de verb. ſign. mulieris, §. 1. & de ſtatu hom. l. non ſunt liberi.

Additio. *Adde quod Imperator appellatur luminare inferius, quia Papa dicitur lumen ſuperius, ut eſt gl. in ver. inter Solem & Lunam, in c. ſolitæ, de majo. & obe. & gl. ſi. in c. duo ſunt 96. diſt.* Superantius.

(a) *Digniſſimam*. Patet, ff. de var. & extraord. cog. l. cognitionum, §. æſtimatio, & ff. de ædil. edic. l. juſtiſſime, in princip.

(b) *Ad imaginem*. Ut C. de pœnis, l. ſi quis in metallum, unde Apoſtolus: eſt imago Dei. Et Virgil. illi cæleſtis origo eſt. Et accipe ad imaginem & effigiem Dei, non ſecundum lineamenta corporis, ſed quantum ad animam, quæ eſt imago, id eſt, imitago: quia Deum imitatur, ſecundum vim intellectivam a Deo ipſi animæ inſitam. Et eſt effigies Dei: quia, ſcilicet Deus effinxit, id eſt expreſſe & vere finxit eam ſecundum divinam naturam, & eſſentiam, utpote immortalem & indiſſolubilem, & humanis cogitationibus celſiorem, ut in Auth. de monach. in prin. coll. 1. Et quomodo intelligantur verba prædicta, magis ad Theologos ſpectat.

(c) *Paullo minus*. Homo minoratus eſt ab Angelis, quantum ad corruptionem carnis in vita præſenti, ſed poſt hanc vitam, ad ſtatum & gloriam aſſumitur Angelorum. Hoc etiam remittitur ad Theologiæ peritos.

(d) *Præponere*. Nam Deus omnes res hominum gratia compoſuit, ut ff. de uſur. l. in pecudum, in ſi. & Inſt. de rer. diviſ. §. in pecudum. Et ideo legitur in divina pagina: Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Additio. *Adde quod homo fuit creatus de limo terræ, ut patet Geneſis 2. & in c. princeps, de pæn. diſt. 2.* Superant.

Additio. *Adde quod Diadema dicitur Imperatoris, vel Regis, & fit de ſolo auro, & ornatur lapidibus pretioſis, ut eſt gl. in verbo, diadema, in clem. 1. de jurejur. & per Joan. Andr. in c. cum dilectus, de elect.* Superant.

(e) *Sociam*. Ut ff. rer. amot. l. 1. & C. de crim. expi. heredit. l. adverſus.

(f) *Partem*. Et ideo vir & uxor invicem alter alterius debent eſſe participes † in proſperis & adverſis, ut C. de nuptiis, l. ſi libertam, & ff. ſol. mat. l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ut unius inopia conjugis, per divitias ſalvatur alterius, ut in Auth. de exhib. & introducen. reis, in ſi. colla. 5. Unde in divina pagina: Et erunt duo in carne una.

Additio. *Et erunt duo in carne una. Gen. 2. Mat. 19. in princ. Mar. 10. & Pau. ad Epheſ. 5. in c. gaudemus, de divor.* Superant.

† Additio. *L. 1. ff. de ritu nupt. per Arct. Inſtit. ad Tertul. in prin. & ordo naturales eſt ut ſerviant uxores maritis, c. eſt ordo, 33. q. 5. in tantum quod dicitur eſſe in poteſtate viri largo modo per quandam ſubjectionem, c. mulierem 33. q. 2. hoc non procedit quoad debitum carnis: nam hoc reſpectu eſt æqualitas & ad invicem alter alteri ſubjicitur, & nullus dicitur habere poteſtatem proprii corporis, c. fin. de conſanguin. & affin. 17. q. c. ſunt qui, in fine.* De Bottis.

(g) *Contempſerunt*. Poſſet ex hac litera colligi argumentum in cauſis, quod contemptor mandati regii ſit pœ-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

Tunc quæritur, & fuit quæſitum, ſi ſæcularis requiſitus † ab eccleſiaſtico ſciat injuſtum eſſe id, ad quod requiritur exequendum: vel coram eo opponatur, quod illud, ſive ſit ſententia, ſive proceſſus alius nullus ſit, an debeat parere? Item ſi hoc opponatur coram ſæculari brachio requiſito per eccleſiaſticum, an cognoſcet, & interim non parebit, nec exequetur. Nam quod nullum eſt, etiamſi ſit judiciale, non debet executioni tradi. ff. de feriis, l. ſi feriatis. Idem ſi dicit ſe oppreſſum per epiſcopum per falſa inſtrumenta, & teſtes ff. de judi. l. ſi. prætor, §. 1. Hic ſæcularis invocatus eſt loco executoris, C. de epiſc. aud. l. epiſcopale, in gl. Executor autem audit nullitates, no. C. quor. appel. non rec. l. ab executione.

† Additio. *Judex ſæcularis requiſitus pro exequutione ſententiæ ab eccleſia debet parere in cauſa civili, ſi non eſt appellatum: ſecus in criminali; ſed pone quod degradatus eſt clericus & traditus judici ſæculari, an puniet eum, ſine alia examinatione vide Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. C. de privil. ſchol. lib. 12. & ibi quod ſi alleget ſe injuſte degradatum, & eund. Luc. in l. nullus col. 2. C. de veter. nu. lib.* Jacobus Anellus de Bottis.

Econtra quod non, quia ſtatur, & ſtari debet ei, quod fecit judex eccleſiaſticus ordinarius, & præſumitur pro eo, extra de re jud. in præſentia. Item licet executor hic audiat, quantumcunque merus ut extra de offic. deleg. c. paſtoralis, §. quia vero, & not. ff. de re judic. a divo Pio, in princ. Iſtud videtur habere locum in ſubditis. At hic agitur de pari, ut par ſæcularis exequatur id, quod judex eccleſiaſticus fecit, cum par in parem non debeat habere imperium, ff. de arb. l. nam magiſtratus.

Additio. *Adde cap. innotuit, de elect. glo. in verbo, Marcellinus in cap. 1. nunc autem 21. diſtin. gloſ. in verbo, confirmet, in cap. 1. de trev. & pace.* Superantius.

Dic ſecundum Inn. quod ſi ſententia, & id quod fecit eccleſiaſticus judex, de quo requiritur, & imploratur ſæculare brachium, tranſivit in rem judicatam: aut eſt pecuniarium & civile in judicio ex more factum per ipſum eccleſiaſticum judicem: aut eſt criminale. Primo caſu imputari debet illi, qui fuit condemnatus, quare non appellavit. † Unde & omiſſo ipſo appellationis jure purgat turpitudinem eccleſiaſtici judicis, quando diceretur lata contra jus litigatoris, C. ut li. pen. l. fin. & tunc debet parere brachium ſæculare. Idem jus eſſet, ſi coram ſuperiore ventilaretur hoc.

† Ad-

Digitized by Google

quam ipſis ante contulerat, immortalitate proſcripſit. Ne tamen in totum quod ante formaverat, tam ruinoſe, tam ſubito divina clementia deformaret: & ne hominis forma deſtructa ſequeretur per conſequens deſtructio ceterorum (dum carerent ſubjecta propoſito) &,

pœna mortis plectendus. Iſta enim eſt Dei ſententia, ut hic, cujus judicium princeps ſequitur, ut C. de nuptiis, l. pen. Et in libro Regum legitur: Qui non obedierit principi, morte moriatur, ut extra, de major. & obed. c. 2.

Additio. *Adde quod illa auctoritas intelligitur, ſi non obedierit juſto præcepto, ita intelligit gl. in ver. morte, in d. c. 2. de majo. & obe. & nam ad hoc alleg. ſing. Barb. in c. ex parte, el. 2. de offi. dele. Et an omnis non obediens vocationi principis poſſit dici laeſæ? Vide per Inn. in c. dilecto, de verb. ſign. & per Jo. de Imo. in l. ſi finita, in §. Julianus, ff. de dam. infe.* Superant.

Porro mandatum † principis lex eſt, & ubique generalis, ſi ſit clauſum in corpore juris. Alias ſpecialis in eo, ſcilicet negocio, ſuper quo mandatum dirigitur, ut in Auth. de mand. prin. coll. 3. & C. de legib. & conſt. l. 2. & ff. de conſt. prin. l. 1. Et ita contemptor mandati hujus, utpote violator legis, eſt merito capitaliter puniendus, ut C. de vete. numiſ. pot. l. fin. lib. 11. Nec mirum: nam & qui mandata ducis belli non ſervat. Et omnis contumacia militis adverſus præpoſitum ſuum capite punitur, ut ff. de re mil. l. 3. §. in bello, & l. omne delictum, §. contumacia.

† Additio. *Adde quod ſententia Principis facit jus quoad omnes quando clauſa, ut hic; idem tenet Inn. & Jo. And. in c. in cauſis, ubi latius Abb. extra de re jud. & tenet idem gloſ. ubi ſup. in proœm. ult. col.* De Bottis.

Sed durus eſt ſermo iſte, ut paſſim quis pro inobedientia, forte levi, capitaliter puniatur. Lex etiam in violatorem legis interdum minorem pœnam, ſcilicet deportationis imponit, ut C. de fun. limi. l. fin. in fi. lib. 11. Et interdum pœnam pecuniariam, ut C. de præp. agen. in reb. l. fi. lib. 12. Et interdum ponit, quod fiat pura facti mali correctio, id eſt, ſine alia pœna, ut in Auth. de nup. §. aſcriptitio, coll. 4. Et alibi tolerat impunitatem calcatæ legis, ut C. de veſti. holo. l. temperent, lib. 12. Et ideo eſt taliter diſtinguendum, quod aut in mandato meo eſt appoſita certa pœna, & tunc de contempto ſufficiat pœnam illam inferri, ut in præallegatis legibus, in quibus contra violatorem legis certa ſtatuitur pœna, quoniam contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis, ut ff. de verb. obl. l. ſi ſtipulatio ita facta fuerit. Aut non eſt appoſita certa pœna, & tunc erit pœna extraordinaria, & arbitraria, ut C. de theſaur. l. unica, §. penul. lib. 10. ff. de pœn. ſanctio legum, cum contemptor hujus, quaſi ſacrilegii crimen committat, ut patet, C. de diver. reſcript. l. ſacrilegii, & de crimine ſacrilegii, l. 1. & 2. C. ut dign. ordo ſervetur, l. 1. & de erogat. mili. anno. l. 1. in fi. & de privileg. eorum, qui in ſacro pal. mi. l. fin. lib. 12. Cujus criminis pœna extraordinaria & arbitraria eſt, ut videlicet pro qualitate perſonæ, & rei conditione, ut ff. ad leg. Juliam pecul. & de ſacrileg. l. lege, §. 1. & l. ſacrilegii pœnam, in princ. Sic ergo contemptor mandati regii, in quo certa pœna non eſt adjecta, punitur extraordinarie, graviter, vel leviter pro qualitate perſonæ, & conditione rei in mandato contentæ, & ita ſervamus in magna Curia, ut ſic pœna contemptus congruat delicto, ut in Authent. ut judi. ſine quoquo ſuffragio, §. ſic igitur, in fi. collat. 2. & ff. de pœnis, reſpiciendum. Non tamen diffiteor, quin in caſu iſto poſſit arbitrio judicis, & pro levi contemptu † gravis pœna imponi, ut argumento. C. de primi. l. 1. in fi. lib. 12. Quia nullum peccatum eſt adeo parvum, quod non majus fiat propter contemptum, ut in Authen. ut omnes obed. jud. provin. §. hoc conſiderantes, collat. 5.

† Additio. *Adde quod propter contemptum & contumaciam poteſt deveniri ad devaſtationem ædium, l. ſi is cum quo, ff. com. div. quam ad hoc allegat Bal. in concluſione juris, de quo in cap. 1. §. recepta, de pace jur. fir. c. felicis, §. fiant habitatores, de pœnis; licet poſſit dici quod urbs non debet deformari ruinis, ff. ne quid in loco pub. l. pen. quia res non delinquunt, ſed homines, ut in Auth. de mand. prin. in prin. Præterea per contumaciam quis dicitur delinquere, gl. in l. ſi filius, ff. de interrog. actio. l. 4. §. in bello, ff. de re milit. l. 1. §. hoc autem judicium, ff. ſi quis caut. in l. 1. §. ſi adverſus, quando app. ſit. Item ſuſpenditur a beneficio ob contumaciam, c. veritatis, ubi gl. de dolo & contum. Item proceditur ad excommunicationem, 11. q. 3. c. epiſcopi, & in c. ſacro, de ſent. excom. & glo. in c. 1. de dolo & contumac. lib. 6. Aliquando excuſatur, immo permittitur contumacia in cauſe, ut declarat Cepol. caut. 2. meminit Jaſ. in prologo C. 2. col. ibi, & exinde.* De Bottis.

Jura autem Longobardorum pœna imponitur juxta regiam voluntatem, ut in Longobar. ſi quis Imperat. deſpexerit, l. ſi quis literas. Et ideo non obſtat litera iſta: quia & ipſe Deus in hoc mandato expreſſe pœnam mortis adjecit dicens: De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.

Additio. *Adde Gen. 3. in princip.*

Sic etiam ſolvitur præalle. l. ult. C. de vete. numiſ. poteſt, quia ibi expreſſim ſtatuitur pœna mortis. Nec obſtat etiam præallegata l. 3. §. in bello, ff. de re mili. quia ibi eſt ſpeciale in milite, cujus delictum committitur, & coercetur aliter, quam communis diſciplina depoſcat, ut in præalleg. l. omne delictum, in princip. Cautius tamen eſt in mandatis Regiis pœnam apponi. Omnino enim oportet non ſolum a delictorum nos contentos eſſe prohibitione, ſed etiam timorem tranſgreſſoribus juſtum inferre, ut in Auth. de depo. & denu. in quili. §. 1. collatione prima. Nec oportet contemptores hujus arbitrari, quod falſitatis, ideſt, iniquitatis hujus fugiant pœnas, ut in Auth. ut defun. ſeu funer. eorum non inju. circa fin. collat. 5.

ANDREAS DE ISERNIA.

† Additio. *Quia tenet ſententia bene, tamen poteſt appellari, quo non facto irrevocabiliter confirmatur ſententia, vide per And. in conſt. uſur.* De Bot.

Si autem ſit criminale, vel ſciret ſæcularis ſententiam injuſtam contra jus litigatoris latam: conſulerem quod non pareret; ſecundum quod dicit Innoc. in §. quia vero, nam ubi de ſalute hominis agitur, cautius eſt agendum, ff. de Carboniano edicto, l. 1. §. ſed & ſi quis, C. de falſis, l. ubi, C. de epiſcopali audien. l. addictos, ubi homine occiſo, aut in perſonam læſo, non poſſet appellari: nam per appellationem non tollitur maxillara, C. de appellat. l. ſi quis. Sed pecunia poteſt reſtitui: nam plus gravat modicum in corpore, quam multum in pecunia, ff. de pœnis, l. in ſervorum in fi. Item ſi extra judicium eccleſiaſticus ſibi petit pareri, & ſæcularis ſciat perperam procedi etiam in pecuniario, dicit Innoc. de offic. ordin. c. 1. non debere facere contra conſcientiam ſuam, ex quo per judicialem ordinem non eſt proceſſum per eccleſiaſticum judicem. Alias non deberet ſtari conſcientiæ ſuæ, ubi judicialiter actum eſſet, ff. de offi. præſid. l. illicitas, §. veritas, & 2. q. 1. c. quoniam, & c. Deus omnipotens. Sufficeret debet ſæculari ex mere judiciorum actum eſſe: nam non debet tunc ultra perquirere animoſus, arg. ff. de novat. l. doli. in fi. 42. diſt. quieſcamus. Si ſciret appellatum & appellationem non eſſe receptam a ſuperiore: non debet tunc parere. Idem ſi debuerat recipere, & non recepit, quia habetur pro recepta: & ideo non debet parere etiamſi eſſet ſuperior & executor cauſarum, appellatione pendente, ut ff. de appellationibus recip. vel non, l. ſciendum, & C. eodem, l. appelletur. Unde

&, ipſorum commoditas (*a*) ullius uſibus non ſerviret: ex amborum ſemine terram mortalibus (*b*) fœcundavit, ipſamque ſubjecit eiſdem: qui (*c*) paterni diſcriminis non ignari, ſed ipſos a patribus tranſgreſſionis vitio propagato inter ſe odia invicem conceperunt: rerumque dominia jure naturali communia (*d*) diſtinxerunt. Et homo, quem Deus rectum & ſimplicem procreavit, immiſcere ſe (e) quæſtionibus non ambegit. Sicque ipſarum rerum neceſſitate cogente, nec minus (*f*) divinæ proviſionis inſtinctu, principes gentium ſunt creati, per quos poſſet licentia ſcelerum coerceri. Qui (*g*) vitæ neciſque arbitri gentibus † qualem quiſque fortunam, ſortem, (*h*) ſtatumque haberet, (*i*) velut executores quodammodo divinæ † providentiæ, ſtabilirent, de quorum manibus, ut villicationis ſibi commiſſæ, perfecte reddere valeant rationem. (*k*) A Rege Regum, & principe principum iſta potiſſime

† *Alias, qualemcunque.*

† *Alias, ſementiæ.*

(a) *Ullius uſibus non ſerviret*. Ut argum. bonum, ff. de auro & argen. leg. l. 2. §. ac ſi vivente. Et alibi dicitur, quod legatum habitationis ſine perſona, cui detur, Inefficax eſt, ut ff. de uſu & uſufruct. l. qui plures. Et alibi, quod uſusfructus ſine perſona eſſe non poteſt, ut ff. de ſtipulat. ſervor. l. uſusfructus, & ff. de acquir. rerum dom. l. hereditas in multis. Et alibi, quod ſervitus prædialis non poteſt eſſe ſine prædio, ut ff. com. præd. l. 1. Sic nec ſervitus perſonæ ſine perſona, ut ff. de alim. & cibar. leg. l. Mela. in fi. Et ideo legitur, eſſe enim debet cui detur. Deinde ſic quæro, an datum conſiſtat, ut non ante juris ratio, quam perſona quærenda ſit ? ut ff. de jurам. calumniæ, l. quidam referunt, §. ego autem. Et alibi, parum eſſet jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa ſtatutum eſt, ignorentur, ut ff. de origine juris, l. 2. §. poſt originem juris, & Inſtitut. de jure nat. gent. & civi. in fine.

(b) *Fœcundavit*. Ait enim: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicire eam.

Additio. *Adde Geneſ. 1. & in cap. 1. 32. q. 2. & per gloſ. ſummæ 27. q. 1.*

Et præterea ſcriptum eſt, quod intereſt reipublicæ ipſam adjectione hominum ampliari, ut ff. de bonis dam. l. ulti. §. ſi plures. C. eo. de ma. l. 2. in fi.

(c) *Paterni diſcriminis*. Et ideo legitur, quod patrum injuſtitia ſobolem eſt ſecuta, ut in Auth. ut omnes obediant judic. provinc. circa principium, collat. 5. & quod, in filio paterni criminis exempla metuantur, ut C. ad leg. Juliam maieſt. l. fi. Nam non poteſt arbor mala facere bonum fructum. Et ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri, ut ff. de ædil. edicto. l. quod ſi nolit, §. qui mancipie.

Additio. *Adde l. quiſquis, C. ad legem Juliam majeſtatis, cap. Mihael. de filiis presbyterorum, & in capite, tranſmiſſe, qui filii ſint legitimi*. Superantius.

Sic e converſo bonus præſumitur, qui a bono patre deſcendit, ut in Auth. de referendat. civit. circa fin. collat. 2. Et ſimiliter, qui habuit bonum avum, & a bona ſtirpe provenit, ut C. de vete. ju. enucl. l. tanta, in fi. 4. col. & ad id. ff. de alim. & cibar. legat. cum unus. circa prin.

(d) *Diſtinxerunt*. Ut ff. de juſtit. & jure, l. ex hoc.

(e) *Quæſtionibus*. Homines enim naturaliter ad diſſentiendum ſunt faciles, & humana natura faciliter labitur ad delicta, ut ff. de arbitris, l. item ſi unus, §. principaliter, & in Authen. de monachis, §. ſi vero is quidem, collat. 1. juxta illud, quod legitur in Geneſi: Senſus & cuncta cogitatio humani cordis ad malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

Additio. *Adde tex. in cap. omnis ætas 12. q. 1. & gl. in verbo, prodiga, in proœmio Gregor.* Superant.

(f) *Divinæ Proviſionis*. Nota quod Reges & principes ſint a Deo, † ut C. de quadriennii præſcriptione, l. ult. in fi. & de vete. jure enucl. l. 1. in princ. & de ſumma Trin. inter claras, ibi, per me reges regnant, &c. & in Authent. de inſtrum. cav. circa princ. collat. 6.

Additio. *Adde Oldr. conſi. 69. incip. Conſuevit dubitari, & Abba. in cap. fi. ad fin. 1. diſtinct.* Superantius.

† Additio. *Vide Luc. de Penna in l. quicunque, col. 2. C. de tabul. lib. 10. ideo appellatur religioſiſſimus, l. unum ex familia, in fi. ff. de leg. 2. alibi appellatur ſanctiſſimus, l. quæris, de natal. reſtit. alias appellatur Deus in terris, l. jubemus nullam, C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. imperialem, C. de nupt. & l. cum Syllanianum, de his quib. ut indig. & quod ſit a Deo, vide inf. de uſur. maxime in glo. in ver. ſuſcepimus, & ſeq. & inf. de decim. in gl. in verbo, præeminenti*. De Bottis.

Et propterea lex appellat imperium, ſupernum honorem, ut in Authen. ut omnes obed. judic. provinc. §. arripiat, collat. 5. licet jura alibi videantur aliter dicere, quod dignitates ſunt a caſu & fortuna, ut C. de comi. & tribu. ſchola. l. una. & de præpoſ. ſacrorum ſcriniot. l. jubemus, in fi. lib. 12. & notatur C. de legib. & conſtitutionib. l. digna. Sed certe fortuna nihil eſt aliud, quam temporalis eventus rerum a Deo præviſarum. Et ideo theſaurus, qui donum fortunæ creditur, ut ff. de acquir. rer. domin. l. ſi is qui, §. 1. dicitur alibi beneficium Dei, ut C. de theſaur. l. unica, circa princ. lib. 10. Et quidem fortuna † ſine adjuncto quaſi ſemper accipitur in proſpero rerum eventu: & eam plerique Deam vocaverunt.

† Additio. *No. glo. quod ſimpliciter accipiendo fortunam, intelligitur de bona, hinc dicitur bona, & mala, & ſic cum adjuncto, & alibi tex. in l. fi. C. de libera. cav. appellat omnem fortunam*. De Bottis.

Nam omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum, ut in Auth. ubi li. de cæ. in prin. coll. 6.

Additio. *Adde c. quam pro. prima quæſt. 2. originaliter. Jaco. 1. c. 1.*

(g) *Vitæ neciſque*. Similia verba ſunt, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris, l. 2. in medio, l. & C. de patria poteſtate, l. fin.

(h) *Statumque haberet*. Iſta verba ſunt Senecæ, primo de clementia, ad Neronem, ubi dicit: Ego ne ex omnibus mortalibus placui, electuſque ſum, quod in terris Deorum vice fungerer? Ego vitæ neciſque arbiter gentibus: qualem quiſque ſortem ſtatumque habear, in manu mea poſitum eſt: quod cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronunciat.

(i) *Velut executores*. Nam motus principis eſt ex cæleſti ſumptus arbitrio, ut C. de ſumma Trinit. l. 1. in fi. & infra, de uſur. puniend. l. 2. in princ. ubi plene notabo.

(k) *A Rege Regum*. Scilicet Deo, qui eſt Rex omnium, ut in Authen. conſtitutio quæ aſcript. & liber. na. li. eſſe vult, §. quia igitur, juxta fin. collat. 5. & inf. de uſur. puniendis, l. 1. in prin. Et qui eſt communis omnium dominus, ut Anthen. de monach. §. hinc autem, coll. 1. & de leno. in fi. collat. 2.

ANDREAS DE ISERNIA.

quæ dicuntur in executore, forte locum habent in brachio ſæcolari requiſito, juxta ea, quæ dicit Innoc. de offic. deleg. c. cum in jure. Nam ad exequendum requiritur brachium ſæculare per eccleſiaſticum: per quod liquet quid agendum, ſi dicatur ſententia eccleſiaſtici nulla, & non apparet nullitas in promptu: imo contrarium apparet, quod uſſet rite lata, arg. C. de fal. l. ſatis aperte. Attende tamen quod non omni requiſitioni debet parere. Hodie tamen peccatis exigentibus plures ſunt prælati mali, quam boni. Nam ſi requireretur de aliquo judiciali facto coram eo, vel quod fieri debuit, oportet, quod producat coram executore, aut brachio ſæculari acta & proceſſum, extra de proba. quoniam contra falſam. Literis,

Digitized by Google

me (*a*) requiruntur, ut ſacroſanctam Romanam eccleſiam Chriſtianæ Religionis (*b*) matrem, detractorum fidei maculari, clandeſtinis perfidiis non permittant: & ut ipſam ab hoſtium publicorum incurſibus gladii (*c*) materialis potentia tueantur, utque pacem populis, & eiſdem

---

(a) *Requiruntur*. Collige hic duo, ſcilicet, quæ ſit materia hujus libri, & quis modus agendi, ſive ordo tractandi. Nam materia eſt, ſicut hic patet, fidei & eccleſiæ ſtatus, pacis & juſtitiæ cultus. Similiter modus agendi eſt ſecundum ordinem iſtius literæ. Nam primo tractat de ſtato.

(b) *Matrem*. Concord. C. de ſacroſanct. eccleſ. jubemus poſt hanc, §. 1. in fi. Alias autem vocatur imperii mater, ut in Authen. ut determin. ſit numer. cler. circa prin. collat. 1.

Additio. *Religionis matrem. Adde c. qui abſtulerit 12. q. 2. & quia eccleſia dicitur Apoſtolica: & quot ſunt eccleſiæ militantes: & quare dicitur eccleſia Catholica: & quare dicitur una? vide de his omnibus per Cardinalem Alexand. in cap. quoniam, de natural. lib. 15. diſtinct. Et eccleſia Romana dicitur fons ſacerdotii, ſecundum Oldr. conſil. 62. incipiente, Circa hæc veniunt tria.* Superant.

(c) *Gladii materialis*. Id eſt, gladii temporalis, cujus poteſtas eſt ad animadvertendum in facinoroſos homines.

Additio. *Adde quando gladius temporalis non poteſt ſe tueri, poſſit quis recurrere ad gladium ſpiritualem? vide per Philippum Francum in c. dilecto, in ſecundo notabili, de ſententia excom. lib. 6.* Superant.

Et eſt de mero imperio, quod etiam poteſtas appellatur, ut ff. de juriſdict. omnium judic. l. 3. & de verb. ſign. l. poteſtatis. Et de iſto gladio dicit regula juris: Nemo poteſt gladii poteſtatem, &c. Hoc quidem merum imperium in Regno competit principaliter & pleniſſime ſoli Regi, qui ſolus magiſtro juſtitiario & juſtitiariis, quos ſtatuit uſque ad ſuum beneplacitum in ſingulis Regni provinciis, committit vicem ſuas ad iſtud merum imperium exercendum, ut infra, de prohi. mu. juſtit. offi. l. ea quæ ad ſpecialem, & l. cum ſatis. Et ita magiſter Juſtitiarius & juſtitiarii velut provinciarum præſides habent merum imperium, ut ff. de offic. præſid. illicitas, §. qui univerſas. Habent (inquam) a Rege, utpote, ut membra Regis, & pars Regiæ curiæ, ut argu. C. de appa. Procon. & le. l. 2. lib. 12. & in Auth. ut ordinariæ præſe. §. ſi vero ſoin, coll. 5. Et ideo curia magiſtri Juſtitiarii vocatur magna Curia Regia. Et curia juſtitiariorum vocatur Curia Regia. Habent enim juriſdictionem non propriam, ut argu. ff. de offic. ejus cui man. eſt juriſd. l. 1. §. qui mandatam. Sed potius commendatam, ſicut, C. de offi. vica. l. 1. in fi. & de offi. ejus qui vicem alicujus obti. in l. ſuggerente. Dicitur autem iſte temporalis gladius materialis, id eſt, viſibilis & corporeus, qui ſcilicet ſui natura tangitur, & videtur, ſimilis extra de ſac. onct. c. unico in princ. & argu. ff. de rerum di. l. 1. §. quidam, quod bene novit per viſum & tactum is, in quem tali animadvertitur gladio, ut patet ff. de pœn. aut damna. §. 1. Et dicitur iſte gladius, materialis, ad differentiam ſpiritualis gladii, qui eſt incorporeus, inviſibilis, nec palpatur: ſicut eſt excommunicatio, anathema, ſuſpenſio, & eccleſiaſticum interdictum, ut extra de offic. jud. ord. c. quoniam in plerique, ad fi. & extra de ſentent. excommun. in decretali nova Innoc. IIII. dilecto &c. ubi plene de hoc. Cujus ſpiritualis gladii poteſtatem pleniſſimam habet Romanus Pontifex, qui vice Dei dicitur prælatus, ut extra de tranſlat. c. 1. & extra de major. & obed. c. ſolitæ, & 24. quæſt. 1. quodcunque. Et eſt primus omnium ſacerdotum, ut in Auth. de eccle. tit. §. 1. collat. 9. cum ſit caput & origo ſacerdotii, ut C. de ſum. Trin. inter claras, §. reddentes, circa princ. coll. 2.

Additio. *Adde Ant. de Butr. in c. novit. de judi. decto. in c. licet ex ſuſcepto, de fo. compe. Doct. in cle. paſtoralis, de re judi. Doct. in cap. 1. de jurejur. in extrav. Bonifac.* VIII. *incip. unam ſanctam. Bartol. in l. 1. ff. de acquir. rer. dom. Bart. in extrava. ad reprimendum, Bald. in l. 1. C. de prec. imper. offer.* Superantius.

Habent etiam hujus ſpiritualis gladii poteſtatem ſublimes prælati, ut epiſcopi, ut 16. q. 2. viſis. Habent dico ab ipſo domino Papa, qui vices ſuas eis impartitur, ut in partem ſint vocati ſolicitudinis: non in plenitudinem poteſtatis, ut 2. q. 6. decreto. Et ſic ſunt duos gladios, quos repræſentat illud divinum eloquium: Ecce duo gladii hic.

Additio. *Adde Luc. 22. glo. in ver. cæleſtis, in c. 1. 22. diſtinct. glo. in verbo cum, in c. novit, de jud. gl. in ver. ad regem, in c. cauſam quæ, qui fi. ſint leg. & per Doct. in c. ſi duobus, de appel.* Superantius.

Sicut ſunt duo humano omni generi præſidentes; unus videlicet, qui ſpiritualibus præeſt, utpote, dominus Papa, cui attributus eſt gladius ſpiritualis; & alter, qui præeſt temporalibus, utpote, princeps, cui datus eſt gladius temporalis, ut probatur in Auth. quo, opor. epiſ. in princ. coll. 1. & 90. diſt. cap. duo. Et licet hæc jura videantur ſuper temporalibus de Imperatore loqui, idem etiam intelligendum eſt de rege in regno ſuo, in quo in temporalibus non habet ſuperiorem, ut ſupra in princ. hujus opuſculi eſt plene probatum. Nam & de rege ſcriptum eſt: Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas & diſſipes, ædifices & plantes, ut extra in præal. cap. ſolitæ, §. potuiſſet.

Et ſicut Papa in ſpiritualibus, ita princeps in temporalibus habet plenitudinem poteſtatis, ut extra de fil. cle. ſicut accepimus, ut plene notabo. Quæ duæ dominationes adeo ſunt diſtinctæ, quod nec ſpiritualium dominus ſe temporalibus intromittat: nec temporalium dominus ſpiritualibus ſe immiſceat, ut ext. de majo. & obed. c. ſolitæ, & in Auth. ut cle. apud prop. epiſc. conveniantur, §. ſi tantum de criminibus, & §. ſi vero eccleſiaſticum, coll. ult. & infra de adul. l. majeſtati noſtræ. Niſi in caſibus, quos notabo † inf. ubi cle. in maleſ. de com. l. de perſonis, ubi latius proſequar articulum iſtum.

† Additio. *Videlicet in crimine læſæ majeſtatis, & proditionis, & in aliis criminibus magnis, ut ibi in gl. vide ſingulare dictum Bal. in l. acceptam, C. de uſur.* quod

---

ANDREAS DE ISERNIA.

rie, & verbo requirentis non ſtatur, niſi quando extra judicium diceret, excommunicatum, ut quia verberavit clericum: hoc tamen caſu, ſtatur literis epiſcopi ob rationem, quæ redditur in gl. extra de proba. c. poſt ceſſionem. Si enim requireret, ut aſſiſteret, vel caperet talem, & mitteret ad ſe, oportet quod conſtet de culpa, quare capitur quis: nam & ſi diceret, quod eo ſedente pro tribunali deliquit, aut monſtrabit condemnationem: quia poteſt ſtatim puniri, ut d. c. quoniam, aut faciet conſtare de culpa. Verbo non creditur, nec literis, ut plene dicitur in d. c. poſt ceſſionem 6. q. 3. placuit 11. q. 3. curæ, in glo. Unde oportet conſtare de juſtitia requirentis: quia non omnes bona fide &c. ff. de cuſt. reo. divus.

Poſt *mundi machinam*, In §. *a Rege Regum, & Principe Principum*. Quæro quis eſt iſte Rex Regum, & Princeps Principum? Reſponde, quod eſt Imperator: quia ſub Imperatore ſunt omnes Reges & Principes mundi: quia Imperator eſt ille, qui eſt dominus, & monarcha totius mundi, l. deprecatio, ff. ad leg. Rho. de jac. ibi, ego quidem mundi dominus, & no. in l. cunctos populos, C. de ſumma Trin. & fide cath. & gl. in l. bene a Zenone, C. de quadrien. præſcr. Et ab eo omnes juriſdictiones derivantur ſicut a fonte, & ipſe unicus Imperator omnes Reges coronabit, ut notatur in c. in apibus 7. q. 1. & in cap. Adrianus 63. diſt. Bartholomæus de Capua.

Sed multi ſunt Reges exempti a Romano Imperio, qui vel ex præſcriptione, vel ex antiquata conſuetudine,

Digitized by Google

dem pacificatis juſtitiam, quæ velut duæ ſorores ſe ad invicem (a) amplexantur, pro poſſe conſervent.

Cui plura committuntur, plura exiguntur, vel ſic: Cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum, vel ſic: tanto ad ſerviendum Deo promptior quis eſſe debet ex munere, quanto obligatiorem ſe eſſe conſpicit in reddenda ratione, hoc dicit. Matth.

Nos itaque, quos ad Imperii Romani faſtigia, & aliorum regnorum inſignia, ſola divinæ potentiæ dextra præter ſpem hominum ſublimavit, (b) volentes duplicata talenta nobis credita reddere Deo vivo, in reverentiam Jeſu Chriſti, a quo cuncta ſuſcepimus, quæ habemus, (c) colendo juſtitiam, (d) & jura condendo, (e) mactare diſponimus vitulum (f) labiorum, ei parti noſtrorum regiminum primitus providentes, quæ in præſentiarum noſtrarum proviſione noſtra circa juſtitiam magis dignoſcitur indigere.

Quia regnum iſtud ſemper fuit devotum, & obſequioſum regibus hujus regni: ſubditis patientibus controverſias rerum promittit quietem & juſtitiam, hoc dicit. Matth.

Cum igitur regnum Siciliæ noſtræ majeſtatis hereditas precioſa plerumque propter imbecillitatem ætatis noſtræ, plerumque etiam propter abſentiam noſtram præteritarum perturbationum incurſibus extiterit hactenus laceſſitum, dignum fore decrevimus ipſius quieti, atque juſtitiæ ſummopere providere, quo ad noſtræ ſerenitatis obſequia reſiſtentibus aliquibus, etiam qui non de ovili regni præfati, nec de noſtro erat, promptum ſemper invenimus & devotum.

Iſtæ conſtitutiones ſunt ſervandæ in regno Siciliæ tantum: caſſatis legibus & conſuetudinibus contrariis iſtis conſtitutionibus: quæ leges & conſuetudines contrariæ iſtis conſtitutionibus nullum habent vigorem: nec in judicio, nec extra: hoc dicit uſque ad fin. Matth.

Præſentes igitur noſtri nominis ſanctiones in regno noſtro Siciliæ tantum volumus obtinere. Quas, caſſatis in regno prædicto legibus,

---

quod clericus poteſt compelli ad reſtituendum depoſitum per judicem ſæcularem, vide Innoc. in c. 1. depoſi. Jaſ. in l. ſi fidejuſſor, §. ſi ſatiſdatum, ff. qui ſatiſd. cogan. De Bottis.

Unum tamen non omitto, quod domini, qui temporalibus præſident, ad requiſitionem prælatorum, qui ſpiritualibus præſunt, debent impartiri eis auxilium brachii ſæcularis pro manutenendis eccleſiis, & ſpiritualibus juribus, ut hic patet, & in l. Græca, C. de ale. luſu. l. alearum uſus, &c. circa medium, ubi dicit, epiſcopis locorum hoc providentibus, & præſidis auxilio utentibus &c. & in fi. l. Similiter verſa vice prælati ſæcularibus dominis auxiliari tenentur, ut in Auth. de man. prin. §. publicorum. ibi, auxiliabuntur autem ſibi &c. col. 3. & probatur hoc in præal. c. quoniam in pleriſque, & c. dilecto, & 96. diſt. cum ad verum. Sic enim utriuſque dominationis in humano genere eſt quædam conſonantia bona, ut in præalleg. Authen. quomodo oport. circa prin. Et ex civili ac ſacerdotali virtute omnia melius cuſtodiuntur, ut in Auth. ut in priva. du. ſa. mi. non fi. in me. & in fi. col. 5.

(a) *Amplexantur.* Unde Pſalmiſta: Miſericordia, & Veritas obviaverunt ſibi: Pax & Juſtitia complexæ ſunt.

(b) *Volentes duplicata talenta.* Tanquam ſervus bonus & fidelis, qui quinque talenta acceperat, & obtulit alia quinque, de quo dicitur in Evangelio Matth. Euge ſerve bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Ad illam ſimilitudinem hic locus eſt.

(c) *Colendo juſtitiam.* Quæ perfectiſſima eſt omnium aliarum virtutum, ut in Auth. ut omnes obed. jud. provin. in prin. ubi plene dicitur de hoc, coll. 5.

(d) *Et jura condendo.* Quorum auctoritas divinas & humanas res bene diſponit: & omnem iniquitatem expellit, & nihil ea ſtudioſius in rebus humanis invenitur: & vitæ quaſi proprium & ſacratiſſimum templum juſtitiæ conſecratur, ut C. de vete. ju. enu. l. 1. circa princ. & §. cumque. & ideo bene dixit ſupra, duplicata talenta &c. Fructus enim divinus eſt juſtitiam ſæpius recenſeri, ut 35. q. 9. c. grave.

(e) *Mactare.* Et ſic ipſi Deo pro quodam odore ſuavitatis præſentem librum conſtitutionum offerre. Simile in Auth. de leno. in fi. coll. 3. Ut ſic per juſtitiam, quæ eſt in lege Imperator iſte domino Deo voverat ſeipſum, ut & ſuum hoc commendet regnum, ut in Auth. ut ju. ſine quo. ſuffra. §. itaque Deo & ſalvatori noſtro, col. 2.

(f) *Labiorum.* Unde ſcriptum eſt: labiis regis lex, ut in l. inter claras, §. ſcriptum.

Additio. *Adde tex. in c. relatum, 4. q. 4. c. pervenit, 11. q. 1. lib. 2. in §. deinde capta, ff. de orig. ju. l. 2. §. t. ff. de teſta. Abb. in c. quia in inſulis, de reg. Abb. in c. diligenti, de præſcr. Abb. in c. veritatis, de jurejur. Abb. in c. novit. de jud. Abb. in c. in archiepiſcopatu, de raptor.* Superant.

ANDREAS DE ISERNIA.

ne, vel de facto, non recognoſcunt Imperatorem: ut Rex Franciæ & Ultramontani. Sed dic, quod ipſi ſimiliter de jure ſunt ſubjecti: quia licet ei non teneantur ſacramento fidelitatis, ſunt tamen ſubditi ratione Imperii Romani, ſub quo eſſe debent, cum & ipſi fuerint de Imperio Juſtiniani, ut C. de off. pref. prætor. Aph. l. 2. & dixit gl. in l. hac edictali, de pace tenenda, in uſib. feud. & tex. cum gl. in d. c. in apibus, & gl. in c. per venerabilem, in verſ. minime recognoſcat, extra quod filii ſint legit. Hoc evenit, quia ab antiquiſſimis temporibus Imperium propter bella eſt diminutum, & non eſt integrum. Barth. de Capua.

Rex Siciliæ in regno ſuo eſt monarcha, & habet omnia jura ad Imperatorem ſpectantia: quia eſt exemptus ab Imperio, cui non eſt ſubjectus, ut in clem. paſtoralis, de ſent. & re jud. & notatur in hoc proœ. Sed eſt ligius Romanæ eccleſiæ, cum habeat Regnum in feudum ab eccleſia, cui omnes dignitates & poteſtates, ac regalia inſignia fuerunt collata per Papam, ut no. hic, ex quo Regnum Siciliæ fuit patrimonium Petri, & Romanæ eccleſiæ, ut in c. valde neceſſarium, 94. diſt. & ibi gl. & in c. ad apoſtolicæ, de re judic. lib. 6. & gl. in cle. 1. de jureju. Barthol. de Capua.

Additio. *In §. cum igitur regnum Siciliæ noſtræ majeſtatis hereditas precioſa, in ver. ibi, decrevimus ipſius quieti atque juſtitiæ ſummopere providere.*

Hoc bene: quia Rex eſt pater ſubjectorum in regno ſuo, ut in Auth. neque jud. ad fin. qui cum habeat regni reditus & proventus, regnum defendere debet, & cunctis juſtitiam miniſtrare, ut regnum pacatum teneat ſine ſubditorum gravamine. Reditus enim, quos habet, ad hoc jus gentium conſtituit, ut in terra ſua juſtitiam faciat. Et ſi ob ejus culpam & negligentiam latrones invadunt, & deprædantur regnum & ſub-

Digitized by Google

bus, (a) & † conſuetudinibus adverſantibus (b) antiquatis, his noſtris conſtitutionibus inviolabiliter ab omnibus in futurum præcipimus obſervari. In quas præcedentes omnes † Regum Siciliæ ſanctiones, & noſtras, quas obſervari † decernimus, juſſimus eſſe transfuſas: ut ex his, quæ in præſenti conſtitutionum noſtrarum corpore minime continentur, robur aliquod nec auctoritas aliqua in judiciis vel extra judicia (c) † poſſint aſſumi.

† Alias his noſtris conſtitutionibus.

† Alias regni.

† Alias novimus.

† Alias poſſit.

De

(a) *Et conſuetudinibus*. Nota quod hæ conſuetudines valent in regno, quæ his conſtitutionibus non repugnant. Simile in Auth. de uſu. nau. §. nos ergo & ipſa. coll. 9. Et dicunt quidam intelligendum de conſuetudinibus, ſcilicet quæ præcedunt leges, ſeu conſtitutiones iſtas, quia tunc conſuetudo vincitur a lege, ut ff. de ſepulcro violato. l. 3. §. divus. Si vero conſuetudo ſequitur legem, † tunc corrigit legem, ut ff. de legib. & Senatuſc. de quibuſ. in fi. & ibi no. & not. C. quæ ſit lon. conſuetu. l. 3.

† Additio. *Vide late per Gozad. in conſ. 16. nu. 17.* De Bottis.

Sed quicquid dicatur, hoc intellige de conſuetudinibus, tam præcedentibus, quam ſubſequentibus iſtas conſtitutiones, probatur inf. de judi. com. & ba. l. ut univerſis. Nam ibi dicitur, quod in defectum iſtarum conſtitutionum, debet judicari ſecundum conſuetudines approbatas. Idem etiam dicitur infra de ſal. judi. l. cum circa juſtitiæ, & infra de ſacra, a baju. & cam. præſta. l. puritatem. Unde ſecundum hujus denominationis ordinem, qui ſervandus eſt, ut in Authen. de hær. & ſal. §. inordinatum, & §. ſi vero nullus legatarim, colla. 1. maxime quando ipſa lex expreſſum ſtatuit ordinem, ut no. C. loca, & con. ſi quis conductionis, in glo. ordin. condictione ex hac l. &c. ad fin. Patet aperte, quod omnis contraria conſuetudo vincitur a conſtitutionibus iſtis, etiam poſterior & futura: quia videlicet hæc conſtitutio expreſſim prohibet eam. Lex enim quantumcunque præcedens quando conſuetudinem ſpecialiter prohibet, tollit conſuetudinem ſibi contrariam etiam ſubſequentem, ut C. de uſu. l. eos. §. nec liceat, & C. de furtis, auth. navigia, & ff. ad leg. Rhod. de jactu. l. deprecatio. Et ita ſervamus in magna Regia Curia. Plerique tamen juriſperiti cavillantur in parte iſta, propter ſequentia verba, ſcilicet verbum, adverſantibus, quod demonſtrationem præſentis temporis continet. Et verbum, antiquatis, quod conſertur ad tempus præteritum. Non ergo futuras conſuetudines comprehendunt, ut ff. de au. & ar. le. l. ſi ita, & l. ſcribit Mutius, §. item ſcribit. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. ſi Titius Sejo, & l. fi. circa prin. ſi enim auctor conſtitutionis hujus voluiſſet hic etiam de futuris conſuetudinibus loqui, adjeciſſet verba futuri temporis, ſcilicet ita, adverſantibus, & adverſaturis: antiquatis, & antiquandis, ut ff. de verb. obl. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, & ff. de leg. 2. ſi ita ſcripſiſſet. Allegant etiam ſupraſcripti ſubtilizare credentes, non videri futuram conſuetudines antiquari ſeu tolli, quæ ſcilicet nondum cœperat, ut argum. ff. de cond. & demonſt. l. Titio, & ff. de injuſ. rup. & irri. l. nam & ſi. §. 1. cum ſi. Sed adhuc non recedo † ab illa ſententia, quod tam præcedentes, quam ſubſequentes conſuetudines hic tollantur, argumentando ex verbis, ut ipſi faciunt: nam hic generaliter loquitur de conſuetudinibus &c. Et ſic generaliter intelligo, tam de præſentibus quam de futuris, ut arg. ff. de ſerv. urb. præd. ſi ſervitus, & C. quæ res pig. oblig. poſ. l. ſi. in ſi.

† Additio. *Nota quod pro opin. glo. quod ſcilicet ſubſequentes tollantur, facit: nam hic ſunt verba derogatoria, ergo videtur ſublata poteſtas inferioribus ſtatuendi contrarium, glo. in ver. concedatur, in clem. 2. de æta. & qualit. ex qua Imo. infert in c. 2. ext. de teſtib. Imola & Ang. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. quod ſtatutum permittens pupillum poſſe teſtari, eſt invalidum, quia l. fi. C. de milit. teſt. ubi dicitur pupillum teſtari prohibemus, licet poſſet dici quod eſt tacita prohibitio, & ſic non eundem effectum, quem idem operatur quoad annullandum, quod expreſſa, ut per Abba. in c. dilectis, il ſecundo, de preb. ratio diverſitatis, nam durius agitur quoad annullationem cum lege, quam cum homine, l. ſi libertus minorem, ff. de jure patr. Bar. in l. amplius non pet, ff. rem rat. hab.* De Bottis.

Nec repugnat iſtorum cavillatio, qui capiunt ſolum verborum corticem: quoniam præſens verbum atque præteritum extenditur ad futura, & econtra, ex mente legiſlatoris, ut nota ff. de verb. ſig. l. verbum oportebit, in gl. ord. ibi, ergo &c. & in l. verbum, erit, & patet ff. de au. & arg. leg. l. filia, & l. ſi uxori. §. cum ita, & in aliis legibus multis. Nec eſt novum in jure ut tempus ponatur pro tempore, ut C. de leg. & conſtit. l. 1. & C. ex quib. cau. infa. irro. l. ſi Poſſidonium. Quod autem mens legiſlatoris hic fuerit futuras conſuetudines tollere conſtat, cum fruſtra de conſuetudinibus tollendis exprimeret, ſi tantum de conſuetudinibus præcedentibus cogitaſſet, † quæ, ut dictum eſt, per has conſtitutiones ſubſequentes ſine expreſſione aliqua tollerentur.

† Additio. *Nota quod lex nova tollit legem ſibi contrariam, etiamſi non exprimatur lex adverſans, ad quod vide Jaſ. in l. fi. C. ſi contra jus, vel util. pub. ubi de clauſula, non obſtante. Contrarium videtur tenere gloſ. infra de pœna ejus, qui cont. aliq. arma extraxe. in verbo, aſſeveratam.* De Bottis.

Merito ergo verborum interpretatio eſt etiam ad futuras conſuetudines dilatanda: ut ſic verba conſtitutionis hujus aliquid operentur, ut ff. de leg. 1. l. ſi quando, in princ. cum ſi. Et non videntur inania, ſicut alias in teſtamento verba præſentis temporis trahuntur nihilominus ad futurum: ne nullum remaneat teſtamentum, ut ff. de lib. & poſth. l. placet. Unde liquet quod verbum, adverſantibus, quod eſt præſentis temporis, futurum etiam reſpicit, ut nota ff. de verb. obl. ſi quis ſtipulatus, in prin. in gl. ord. quanto magis &c. Similiter verbum antiquatis, non incompetenter ad conſuetudines futuras aptatur, quaſi dicat, contrariis conſuetudinibus & futuris antiquatis, id eſt, evacuatis, ſcilicet ipſo jure per hanc conſtitutionem, & non dixit antiquandis: quia tunc eſſet opus alia ſententia ad conſuetudines antiquandas, quæ valent, donec iterum tollerentur. Simile in Authen. ut cum de ap. cog. §. ſive igitur omnes, coll. 8. Non obſtat etiam ſupradicta prædictorum ſubtilitas, quia tunc eſt verum tolli non poſſe, quod nondum inceperit: nec incipere poterit. Sed quando res poſſet de jure vel de facto incipere: licet nondum inceperit: † poteſt tamen deſinere, ut ff. uſufr. quemadmodum, ca. l. omnes. §. 1. & ibi de hoc in glo. ordin. de jure vel de facto.

† Additio. *Vide Alber. in d. l. omnes §. 1. ff. uſufr. quemadmo. cau. qui latius diſtinguit. & videtur ſe conformare huic opinioni, quia ſaltem ſpe cœperat eſſe.* De Bottis.

(b) *Antiquatis*. Id eſt, ſublatis, ſic C. de ſacroſanc. eccl. l. decernimus, & in hac ſignificatione alibi legitur, ſane antiquum eſt, & merito antiquari oportet, ut C. de uſu. tranſ. l. 1. in ſi. quod verbum eſt contra ſenes antiquos, & antiquitates eorum. Marinus.

(c) *Poſſint aſſumi*. Et ita tam hi, qui allegarent, quam judices, qui audirent eas, tenerentur crimine falſi, ut C. de Juſtin. Cod. confir. §. igitur, & C. de vete.

ju.

ANDREAS DE ISERNIA.

& ſubditos, ipſe Rex de ſuo reſtituere habet damna paſſis, ut dicit S. Tho. 2. 2. q. 63. Sed male ſervatur, quia damna faciunt Reges in regno Siciliæ reſarcire per univerſitates, & homines locorum, ubi diſtrobutiones & maleficia fuerint commiſſa, non repertis malefactoribus, ut in conſtitutione regni: Si damna clandeſtina. Petrus Piccolus de Montefortе.

De

Digitized by Google

De Hæreticis, & Patarenis.

TITULUS I.

Crimen hæreſis, quod multis modis committitur, eſt maximum & publicum: quia offenditur divina majeſtas: tamen turbatur, & injuriatur unitas ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & fides catholica. Eapropter in eo per inquiſitionem proceditur: & ſi convicti per judices eccleſiaſticos, ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ ſponte abjuratis eorum erroribus, non revertantur: ſecuta declaratione, quod inciderunt in hæreſim, traduntur judici ſæculari: qui eos vivos comburi faciant, bonis publicatis, ſicut in crimine majeſtatis læſæ. Nec licet cuiquam ſupplicare principi pro eis abſque ejus indignatione: hoc dicit tota iſta longa Conſtitutio. Matthæus.

INconſutilem [a] tunicam (*) Dei noſtri diſſuere conantur hæretici: & vocabuli vitio ſervientes, quod ſignificationem diviſionis enunciat, in ipſius indiviſibilis fidei unitatem conantur inducere ſectionem: & oves a Petri cu-

---

ju. enu. l. tanta, §. hæc igitur omnia, ff. ad leg. Corn. de fal. l. ult. Sed ſæpe contingit, quod probatur in cauſis aliquid præceſſiſſe ante tempora compilationis, & publicationis conſtitutionum iſtarum. Et ſic ſecundum has conſtitutiones ſuper eo judicare non poſſumus, ut in Auth. ut cum de appel. cognoſc. in prin. coll. 8. & in Auth. de trien. & ſemiſ. §. non autem diſtinguimus, ubi dicit: & quod præteriit non poteſt ab eo, quod nondum erat, ſubjici, &c. coll. 3. & in Auth. ut fac. nova conſti. per totum coll. 5. Sed quid ſi in eodem articulo appareant conſuetudines tunc temporis obtinentes, ſeu legum præcedentium ſanctiones, quibus his conſtitutionibus derogatur, vel protinus abrogatur, ut inf. patebit in multis legibus hujus libri: Nonne tunc allegabimus, & judicabimus juxta prædictas conſuetudines, & veteres ſanctiones? & certe ſic, ut in Auth. de nupt. circa princ. ubi dicitur, duo igitur hic præmittit, &c. coll. 4. & in Auth. hæc conſtit. interpre. prio. con. & de his qui ingrediuntur monaſt. circa fi. coll. 6. & in Auth. conſtitutio quæ ex aſcrip. §. 1. in fi. ubi dicit, omne præteritum antiquæ ſervandum legis. Non obſtat litera iſta: quia dat formam futuris negotiis contingentibus, videlicet, poſt conſtitutiones iſtas, ut C. de legibus & conſtit. l. leges, & dic ut ibi.

De Hæreticis, & Patarenis Rubrica.

Dictum eſt ſupra in proœ. circa medium, ibi de quorum manibus, &c. Principes gentium ad quatuor teneri potiſſime, ſcilicet ad tollendum inſidias detractorum fidei Chriſtianæ. Ad tuendam eccleſiam ab inimicorum incurſu: quæ duo ad ſtatum eccleſiarum ſpectant. Item ad conſervandam pacem in populis. Et ad miniſtrandum eis juſtitiam: quæ duo ad ſtatum pertinent populorum. Et horum omnium ſumma diviſio omnino reducitur ad duos articulos. Nam primi duo ſunt divini juris. Et duo reliqui ſunt humani, ſic. ff. de re. dio. l. 1. in princ. Incipit ergo a primo divini juris articulo, utpote digniori, ut extra de majo. & obed. c. illud. Nam ad ſervandam ſanctarum eccleſiarum utilitatem non minor cura debet haberi quam ipſius animæ, ut in Auth. ut cle. qui, reced. aliis pro eis aliis ſubrog. præbeant alimenta, in fi. collat. 5. Pro anima vero major habenda eſt providentia quam pro corporalibus cauſis, ut in Authen. ut cum de appel. cognoſ. §. ſi vero liberi & propinqui, in fi. §. coll. 8. & hoc dicit hic & in ſeq. tit. uſque ad titul. de cultu pacis, tractando videlicet, de detractoribus fidei, & inimicis eccleſiæ puniendis, eccleſiarumque juribus integre perſolvendis. Eundem ordinem ſecutus eſt Imperator Juſtinianus in C. ubi primo loco tractavit de fide Catholica, & ſtatu eccleſiarum cuſtodiendis, necnon adverſariis fidei, & eccleſiæ coercendis. Marinus.

De Hæreticis, & Patarenis.

(a) INconſutilem. *Enunciat.* Dicitur enim hæreticus, ideſt diviſus a fidei unitate.

Additio. *Adde Luc. 23. Joan. 19. cap. ſicut domini veſtimentum, 16. q. 7. & in c. quoniam vetus, 24. q. 1.* Superant.

Additio. *Adde gl. & Doct. in c. firmiſſime, de hær. glo. in c. illi qui, 24. q. 4. Hoſtien. in ſumma, tit. de hæret. in §. 1. Archid. in cap. 2. de hæret. lib. 6. S. Thom. ſecunda ſecundæ, q. 10. & 11. per totum, idem S. Thom. in 3. ſenten. diſt. 13. q. 2.* Superantius.

(*) Additio. *Bona hæreticorum, cui applicentur, vide Guliel. Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo, & uxorem, num. 244. fol. 42. ext. de teſtam.* De Bottis.

Quod dic plene, ut notatur ſecundum Azon. in ſumma, eod. tit. §. 1. Et collige hic duo nomina ſignificantia, ut in Authent. de defenſ. civit. in prin. collat. 3. & ff. de bonis damnat. l. divus, in princ. & §. pannicularia, & infra de offic. juſtitiar. l. juſtitiarius, in princ. Et ideo dicitur, quod res, quæ caret nomine, caret effectu, ut C. de feriis, l. a nullo, & C. de ſen. ex brevic. recitand. l. ult. & quod emendato vel mutato rei nomine, corrigitur & mutatur effectus, ut C. de frum. Alexan. l. 2. lib. 11. & C. de donat. ante nupt. cum multæ, in prin. & quod ſublato nomine tollitur effectus, ut C. de frum. Alexan. d. l. 2. lib. 11. & in Auth. de teſtib. in prin. coll. 7. & quod ex diverſitate nominis diverſa ſumitur ſignificatio intellectus, ut C. de codicillis, l. ſi idem. ff. de ædil. edicto. l. ædiles, §. jumentorum. Et ſic nota, in cauſis argumentum ex vi nominis efficax eſſe, ut de verb. ſign. l. augurii, ubi de hoc in gl. ordi. ãnas, negatur, &c. nam nomina ſunt conſequentia rebus, ut Inſtit. de donat. §. eſt & aliud, cum concordant. ibi notatis, licet ſint in prædictis arg. contraria, C. de agric. & cenſi. l. definimus, lib. 11. & C. eod. l. quicunque circa princ. in quibus legibus diſparitas nominis rerum differentiam non inducit, ut C. de conſtituta pecu. l. 2. ad fin. ubi lex controverſiam de nomine pertinacibus relinquit. Præmiſſa non exaudienda ſunt in nominibus appellativis, quæ quandam rem demonſtrant, quam cum ipſis rebus habent: & ex eis vocis interpretationem trahunt, ut ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus, circa princ. ff. de orig. juris, l. 2. §. exactis deinde regibus conſules, & §. iiſdem temporibus, & propterea hæc appellativa nomina dicuntur immutabilia, quaſi ſubſtantialia, in quibus error nocet, ſicut ſi in rei ſubſtantia erraretur, ut ff. de leg. 1. l. 4. §. 1. ubi plene de hoc in gloſſa ord. nam imponuntur, & exaudiuntur communi uſu, non ſingulorum, ut ff. de ſupel. leg. Labeo. §. verum, & ideo ab eorum ſignificatione non receditur; ut de leg. 3. l. non aliter, in princ. Secus autem in nominibus propriis, quorum impoſitio atque mutatio libera eſt privatis, & pendet ex arbitrio ſingulorum, ut C. de muta. nomin. l. unica. Unde in eis error non vitiat, ſi conſtet de corpore, ut ff. de verb. obl. ſi in nomine. Non ergo in nominibus propriis procedit ex vi nominis argumentum. Sæpe namque videmus viros honeſtos & optimos, vocati nominibus inhoneſtis & turpibus, & e con-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

De Hæreticis, & Patarenis.

INconſutilem tunicam. In gloſſa iſta verba reſpiciunt, &c. De civili crimine civilis cognoſcit judex. De eccleſiaſtico eccleſiaſticus, nota C. de epiſc. & cler. auth. clericus. Et quod ſit civile crimen. Quod Eccleſiaſticum, & quando de eccleſiaſtico crimine agitur coram civili, non ad pœnam irrogandam jure canonico, ſed ad pœnam civilem: quia canones non contempſit, ſeu correxit pœnam civilem: ſed priſcæ ſeveritati accedebat. C. de ſep. viol. l. 3. Utrum poſſit

cuſtodia, cui paſcendæ a paſtore bono ſunt (a) creditæ, ſegregare. Hi ſunt lupi rapaces, intrinſecus, & uſque manſuetudinem ovium prætendentes, quouſque poſſint ovile ſubintrare Dominicum. Hi ſunt angeli peſſimi. Hi ſunt filii pravitatum, a patre nequitiæ, & fraudis auctore, & ad decipiendas (b) ſimplices animas deſtinati. Hi ſunt colubri, qui columbas decipiunt. Hi ſunt ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus evomunt: ut dum vitæ cibum miniſtrare ſe ſimulant, a cauda feriunt: & mortis poculum, velut quoddam duriſſimum (c) aconitum immiſcent. Horum ſectæ veteribus † legibus, ne in publicum prodeant, non ſunt notatæ nominibus, vel (quod eſt forte nefandius) non contentæ: ut velut ab Arrio Arriani, vel a Neſtorio Neſtoriani, aut a ſimilibus (d) ſimiles nuncupentur, ſed in exemplum Martyrum, qui pro fide catholica martyria ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni. Hujuſmodi miſeri Patareni, a quibus abeſt ſancta credulitas Trinitatis æternæ, ſub uno contextu nequitiæ, inſimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, & ſe ipſos. Deum, cum Dei filium, & fidem non agnoſcunt. Decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpecie ſpiritualis alimoniæ hæreticæ pravitatis oblectamenta miniſtrant. Crudelius etiam (e) ſæviunt in ſeipſos, dum præter animarum diſpendium, corpora denique ſævæ mortis illecebris, quam per agnitionem veram, & veræ fidei poſſent evadere, vitæ prodigi, & necis improvidi ſectatores involvunt, & (quod eſt ipſo dictu duriſſimum) ſuperſtites etiam non terrentur exemplo. Contra tales itaque Deo, & hominibus ſic infeſtos, continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ ultionis in eos gladium † exeramus. Et tanto ipſos perſequamur inſtantius, quanto in evidentiorem injuriam fidei Chriſtianæ prope Romanam eccleſiam, (f) quæ caput aliarum eccleſiarum omnium judicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere noſcuntur. Adeo quod ab Italiæ finibus, & præſertim a partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipſorum nequitiam amplius abundare, jam uſque ad regnum noſtrum Siciliæ, ſuæ perfidiæ rivulos derivarunt. Quod acerbiſſimum reputantes; Statuimus in primis, ut crimen hæreſeos, & damnatæ ſectæ cujuslibet, quocunque nomine cenſeantur, ſectatores (prout (g) veteribus legibus eſt diſtinctum) inter cetera publica crimina numerentur. (h) Imo crimine læſæ majeſtatis noſtræ debet ab omnibus horribilius judicari, quod in (i) divinæ majeſtatis

† *Alibi deeſt, legibus.*

† *Alias, extrahamus.*

converſo: Nihilominus tamen debet quis turpe nomen, utputa, Veſpertillionis vitare, & honeſtum nomen aſſumere, ut ff. ad Trebel. l. ſed ſciendum, in fi. l. facta, §. ſi vero nominis.

Additio. *Adde, quod ſi pulchra nomina venderentur majori pretio, deberent emi, ſecundum Joan. Andr. allegando uxorem ſuam, in c. gravis, depoſi. idem Jo. Andr. in c. cum ſecundum, de praben. & ibi Card. Zabar. Ant. de Butrio, & Abb. in proœmio Greg. & diffuſe per Marian. de Senis, in c. cum dilecta, de teſt. præla.* Superantius.

(a) *Creditæ*. Ut C. de ſumma Trin. inter claras, in princ.

(b) *Simplices animas*. Simile in Auth. de interd. colleg. hær. coll. 9.

(c) *Aconitum*. Dicitur aconitum † quædam herba venenifera, ut patet, ff. ad leg. Corn. de ſica. l. ejuſdem, §. alio, & ideo eſt ſic dicta, quia naſcitur in petra duriſſima & aſperrima, quæ vocatur cautes. Vel dicitur a portu Bithyniæ, qui vocatur Acone, eo quod multum ibi abundat herba prædicta.

† Additio. *Vide Cottam in verbo, Pigmentarii.* De Bottis.

(d) *Similes nuncupentur*. Ut C. eo. l. damnato, in princ.

(e) *Sæviunt in ſeipſos*. Sic, ff. de pœ. l. ſi damnum, §. ſi ipſe, de ædilitio edicto, cum autem, §. accipitur, & ideo non creditur aliis parcere, qui ſibi non parcit. ff. de bon. eor. qui ſibi mor. conſciver. l. ult.

(f) *Quæ caput*. Ut in prealleg. l. inter claras, & in ſeq. epiſt. reddentes, &c. circa princip.

(g) *Veteribus legibus*. Ut C. eo. l. Manichæos, §. 1.

(h) *Imo crimine*. Bene dicit, imo. Nam divina gratia debet legibus prævalere, ut in Auth. de mona. §. hinc autem, coll. 1. cum etiam longe ſit gravius æternam, quam temporalem offendere majeſtatem, ut C. eo. Gazaros, & extra eo. c. vergentis. Sic adjective ponit hic Imo. Simile, C. de ſacroſanct. eccl. l. jubemus poſthac, §. œconomus autem. Et de novo Cod. fac. l. 1. §. quibus ſpecialiter. Alius ponitur corrective ut dicitur ff. de manu. teſt. l. Stichus, & ff. de hæredibus inſtituendis, ſi ita ſcriptum, in princ.

(i) *Divinæ majeſtatis injuriam*. Quod enim in divinam religionem committitur, in omnium infertur injuriam, ut in prælleg. l. Manichæos, §. 1. & ita oportet communibus exiſtentibus contra naturam injuriis, communem eſſe judicibus ſuper his prohibitionem atque vindictam, ut in Auth. ut defun. ſeu ſu. eorum non injur. a cred. §. ſi vero etiam moriente, coll. 5. Ideo etiam ibi, nemine deferente ex officio per inquiſitionem proceditur. Et cunctis veluti in publico crimine eſt licentia accuſandi, ut C. de pag. l. ult. & C. de epiſc. & cler. ſi quanquam. Quinimmo in hoc omnes admittuntur ad deferendum, etiam qui alias non admitterentur, ut ſervi, & mulieres, & ſine libello, ſine inſcriptione, & ſolemnitate accuſationis, ut C. de apoſt. l. apoſtatarum, in prin. tanquam videlicet, quilibet in hoc ſuam injuriam proſequatur, ut no. in Auth. quomodo opor. epiſ. ad ord. dedu. §. licentiam, in glo. ord. forte etiam ſervus, &c.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſi civilis & ſæcularis judex ſine eccleſiaſtico cognoſcere, & punire, ut ſi de hæreſi agitur coram ſæculari judice per procuratorem fiſci de bonis confiſcandis.

Additio. *Adde in c. cum ſit generale de foro comp. & ibi eſt gl. c. vergentis, & c. ad abolendam, de hær. in c. inquiſitio. eo. tit. in 6.* Superant.

Aut ſi contra uſurarium ad pœnam publicationis bonorum impoſitam per has conſtitutiones, inf. in ti. de uſuris. Aut ſi incidenter opponatur exceptio excommunicationis. An ſæcularis cognoſcat, coram quo opponitur: aut remittet eccleſiaſtico cognoſcendam, & alia plura circa materiam iſtam diximus plene in 10. coll. in tit. quæ ſunt regalia, ſuper verbo, contrahentium inceſtas nuptias, vide ibi. adde quæ dicta ſunt infra de uſu. l. 1. ibi, contrahentium.

Et in erroris concepti conſtantia perſeverent. A contrario ſi non perſeverent: ſi velint ad fidem redire, parcitur eis, quia redeuntibus ad fidem non claudit eccleſia gremium. C. de ſum. Tri. l. fin. arg. C. de apoſt. ſi qui. in fi. Hodie aliter de jure canonico, nam ſi damnati de hæreſi, vel publice ſeu notorie comprehenſi velint redire, non occidentur, ſed ad perpetuum carcerem tradentur ad pœnitentiam peragendam: extra e. ti. c. pe. alias ſi non ſit damnatus, nec publice nec notorie deprehenſus, parcitur ei, & per modum culpæ indicitur pœnitentia. Nam damnatus de hæreſi pri-

ſtatis injuriam dignoſcitur attentatum. Quanquam judicii poteſtate alter alterum (a) non excedat. Nam, ſicuti (b) perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum, & bona; & damnat poſt obitum etiam memoriam defunctorum: ſic & in prædicto crimine, quo Patareni vocantur, (c) per omnia volumus obſervari. Et ut ipſorum nequitia, qui (quia Deum non ſequuntur) in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente diligenter inveſtigari volumus hujuſmodi ſcelerum patratores. (d) Et per officiales noſtros (e) ſicut & alios malefactores inquiri. Ac inquiſitione notatos, (f) etiamſi levis ſuſpicionis argumento tangantur, a viris eccleſiaſticis & prælatis examinari jubemus. Per † quos ſi evidenter inventi fuerint a fide catholica, ſaltem in uno articulo deviare, ac per ipſos paſtorali more (g) commoniti tenebroſis Diaboli relictis inſidiis, (h) nolunt agnoſcere Deum lucis, ſed in erroris concepti conſtantia perſeverent.

† Aliat. Per quos ſi inventi fuerint ſaltem a fide catholica in aliquo deviare.

(a)

(a) *Non excedat*. Ut patet, C. de epiſ. & cler. ſi quoquam, ad fi. & ita hic omniam eſt æqaa conditio, ſicut in crimine majeſtatis, ut C. ad leg. Jal. majeſtatis, l. nullus.

(b) *Perduellionis crimen*. Ut C. ad leg. Jul. majeſt. quiſquis, & l. pe. & ult. ut ff. ad leg. Jul. majeſt. l. fi. ff. de accuſ. l. ex judiciorum, & inſt. de hære. que ab inteſt. §. per contrarium, & de dona. l. donationes, §. fi.

(c) *Per omnia volumus obſervari*. Ut C. eo. Manichæos, §. in mortem, & per totam l. Et no. quod olim jure Romano ad hæreticorum ſucceſſionet, & bona veniebant primo liberi orthodoxorum, & in eorum defectu agnati, & cognati ſimilitet orthodoxi, qaibus deficientibus locus fiebat fiſco.

Additio. *Vide Ricat. Malumb. qui hanc quæſtionem diſputavit, prout refert Jo. An. in c. cum ſecundum, de hære. lib. 6. in novel. & ibi diffuſe per Philip. Francum, in c. 1. §. confiſcationis, & de hoc eſt glo. in cap. quia clerici, de ju. patron. & Abb. in c. 2. de ſucceſ. ab inteſt.* Superantius.

Et hoc verum erat tam jure Codicis, quam jura noviſſimo Authenticorum, cum diſtinctione tamen clerici a laico, ut C. e. l. cognovimue, & in Authen. ut cum de ap. co. §. generalem autem prov. coll. 8. & ita ſatis differebat hoc crimen a crimine majeſtatis, in quo utroque jure tam veteri, quam noviſſimo bona mea confiſcabantur, agnatis, cognatis, & filiis prorſus a ſucceſſione excluſis, & pœnæ ad poſteros mittebantur, ut in prælleg. l. quiſquis, & C. de bo. proſct. l. ulti. in fi. & in Auth. ut nul. jud. §. ult. col. 10. Sed hodie per prælleg. authen. Gazaros, quæ fuit Frederici I. & eſt, figura, C. eo. ſupra prælleg. l. cognovimus ita hic, ſicut in crimine majeſtatis confiſcantur bona conſanguineis, & filiis a ſucceſſione excluſis: & hoc eſt probatum hic per hanc literam, per omnia, &c. & concor. extra eo. c. vergentis, & ſic in crimine majeſtatis ita tranſit pœna in filios, infra l. proxi. & ibi dicam.

(d) *Et per officiales noſtros*. No. quod officiales debent in terris ſuæ juriſdictionis inqairere ſpecialiter de Hæreticis, & Patarenis, & eos exterminare, ut hic, & probane in Authen. juſjurandum quod præſta. ab his, qui admi. acci. circa princ. colla. 2. & C. de ſum. Trin. l. 2. in fi. & l. inter claras. Et debet hoc capitulum ſpecialiter juramento firmari, ut in conſtit. Frederici primi, ad decorem, & decus, &c. §. ſtatuimus in hoc edicto, quæ eſt in fi. ro. col. & ibi plene de hoc, & extra eo. c. ad abolendam, §. ſtatuimus, & excommunicamus, §. moveantur.

(e) *Sicut & alios malefactores*. Probatur ergo hic aperte per hanc ſimilitudinem, quod de malefactoribus poteſt judex ex ſuo officio, etiam nemine deferente, inquirere, & eos punire, & concord. in Authen. de coll. §. jubemus autem omnes judicas, colla. 9. ubi dicit per ſe inquirere eos, &c. q. d. ex ſe debent judices inquirere, & ſine delatione alterius, & ad id. ff. de off. præſid. l. congruit, & in Auth. de quæſtore, circa medium, in verſ. ſi vero aliqui, coll. 6. & de huc pleniſſime dicam infra, eo. de off. repro. l. inquiſitiones generales, & l. hi qui per inquiſitiones.

(f) *Etiamſi levis ſuſpicionis*. Et ſic no. ibi, aliquem de levi ſaſpicione teneri, ſic prælleg. authen. Gazaros, in fi. & C. de his qui ad eccleſ. confug. l. præſenti, §. ſic ubi.

Additio. *Adde, an ſola ſuſpicio ſufficiat ad condemnationem? vide per Bald. in l. fin. C. de probatio. & per Domi. in cap. habuiſſe, in primo not. 33. diſtinctio.* Superantius.

Licet aliae dicatur levi ſuſpicioni ſtari non debere, ut ff. de mi. l. 3. §. 1. in fi. §. tamen hic etiam ſtatur levi ſuſpicioni, ut fidem rei faciat: ita quod propterea pœna poſſit inferri, ut ff. de pœn. l. abſentem, §. 1. Sed per ſuſpicionem hujus devenitur ad fidei examinationem, & diſputationem, per quam poſtmodum pervenitur ad veritatem, ut in Authen. ut defun. ſeu fun. eorum no. injur. a cred. in prin. coll. 5. ſicut legitur de Herennio Modeſtino, qui notando, & diſputando bene optima ratione decrevit, ut ff. de muneribus & honor. l. ult. §. miata. Et ſi in hac examinatione taliter ſaſpectus comperiatur evidenter in aliquo articulo deviare, nec velit ab errore ſuo commonitus reſilire, tunc demum punitur, ut hic ſequitur, & ſic intelligitur C. eo. omnes vetitæ.

(g) *Commoniti*. Scilicet ſemel, & ſecundo, ut in Auth. de ſan. epi. §. presbyteris, & in Auth. de eccleſ. ti. §. ſi autem qui hoc, coll. 9. Et ſic no. quod præcedere debet admonitio antequam contra aliquem procedatur, ut C. de obſequiis patrono præſtandis, ſi manumiſſori, & dic, ut ibi in gl. ord. & in Auth. ut liceat matri & aviæ, §. ſi quis in ſua domo, coll. 8. ubi ſimilitet de hoc in gl. ordin. Marinus.

Additio. *Adde Car. Zab. in c. 2. de ſpon. quod admonitio præcedere debet in facto notorio excommunicationem, vide per Abb. conſi. 23. incip. judex a ſede Apoſtolica, in 1. vol. Dom. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6.* Superantius.

(h) *Nolunt agnoſcere*. Si autem pœniterent, & converterentur ad fidem, parcitur eis quoad Deum, qui quotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram: & ad meliorem ſtatum eam reducere, ut C. de nap. l. imperialis, circa prin. Et etiam quoad mundum, tam per eccleſiam, quæ nunquam claudit redeuntibus gremium, ut C. de ſum. Trin. l. ult. ad fi.

Additio. *Adde l. Manichæos, C. de hære. ten. in c. ſuper eo. de hær. lib. 6. glo. fi. in c. excommunicamus, il 2. de hære. in antiquis, glo. in ver. audientia, in c. ad abolendam, eo. tit.* Superantius.

Quam per principem, qui dat pœnitentibus delicti veniam, ut C. eod. l. Manichæos, ad fin. & eos ad integrum ſtatum reſtituit, ut in l. prox. in fi. videlicet,

ANDREAS DE ISERNIA.

prima vice, ſecunda vice habetur pro relapſo, & relinquitur Curiæ ſæculari, extra eo. ti. excommunicamus, circa fin. ibi, ipſe vero &c. & diximus de ſtatutis contra libertatem eccl. fac. §. Gazaros. Et circa hoc habent inquiſitores hæreticorum quædam ſtatuta Papalia, quæ quotidie innovantur per Papam contra iſtos, qui habent caudas colligatas.

I*Nconſutilem*. De iſta tunica inconſutili vide quod no. per Arch. 16. quæſt. 2. c. itam ſicut. Petrus de Monteſoc.

Sed cui applicantur bona hæreticorum? dic, quod dominis temporalibus, ſed ipſi non poſſunt ea capere, niſi

Digitized by Google

(*a*) Præſentis noſtræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos decernimus, quam affectant, ut vivi in conſpectu populi comburantur, (*b*) flammarum commiſſi (*) judicio. Nec dolemus quod in hoc ipſorum ſatisfacimus voluntati, ex quo (*c*) pœnam ſolummodo, nec fructum aliquem alium conſequuntur erroris. Apud nos pro talibus nullus (*d*) intervenire præſumat, quod ſi fecerit in ipſum noſtræ indignationis aculeos non immerito convertemus.

De Patarenorum receptatoribus, credentibus, complicibus, & fautoribus.

TITULUS II.

Receptatores, complices, & fautores hæreticorum debent privari omnibus bonis eorum & perpetuo relegantur: & eorum filii efficiuntur inhabiles ad honores, & incurrunt in infamiam perpe-

cet, ad omnia legum beneficia, & privilegia præſtita orthodoxis, quæ ipſis hæreticis ſunt omnino inaggreſſibilia, ut patet in Auth. de privileg. do. hære. mulie. non præſtan. circa fi. coll. 8. & ibi de hoc in gl. ne. & C. eo. l. 1. Sed ſi poſt abjurationem erroris reverſi fuerint in primævam pravitatem, quantum ad mundum nullo poſſunt juvari remedio. Nam iſtos tales quomodocunque poſtmodum pœnitentes, nullatenus audit eccleſia, ut extra eo. c. ad abolendam, §. illos quoque, & c. excommunicamus itaque, circa fi. nam princeps ſic loquitur, C. de apo. l. hi qui, &c. Et eſt ratio, quia minus malum exiſtit viam domini non agnoſcere, quam poſt agnitam reſilire, ut ext. de apoſta. c. quidam, in fi. & deterior dolus agnoſcitur ejus, qui non ruptam iterum litem deſeruit, quam qui ſemel cœptam dereliquit, ut in Auth. de litig. circa fi. coll. 8. prima enim vice cum per ſimplicitatem lapſi fuerint contra fidem, ut patet ſupra eo. in prin. ibi, ad decipiendas ſimplices animas, &c. eis, utpote deceptis privilegio ſimplicitatis ſuccurritur, ut ff. de prob. cum de indebito, §. ſin autem is, & ff. de dolo. l. 1. in prin. juxta illud Ovidii: At mea ſimplicitas digna favore fuit; ſecunda vero vice non. Sicut nec in ſecunda cautione fragilitati ſuccurritur mulieris, ut C. ad Velle. l. ſi mulier, imo cum jam ſemel habuerint veniam, nulla inferior in eos humanitas, ut C. de episc. audi. l. nemo deinceps, in fi. utpote, decipientes & prodentes myſterium fidei Chriſtianæ, ut præall. l. hi qui. Nam deceptis & non decipientibus ſubvenitur, ut ff. ad Velle. l. 2. ad fi. cum ſi.

ADDITIO. *Adde c. inter. de excepti. & in cap. cum diverſorum, de rer. permut.* Superant.

Licet quantum ad Deum in futuro ſeculo parcitur his vere pœnitentibus, & confeſſis, quoniam Dei miſericordia, non perditionem, ſed converſionem, & ſalutem vult, & delinquentes, qui corriguntur, ſuſcipit Deus, ut in Auth. ut non luxu. contra naturam, in princ. coll. 6. cujus talis eſt erga homines pietas. Et inquit Jo. Chryſoſt. quod nunquam ſpernit pœnitentiam, ſi ei ſincere, & ſimpliciter offeratur, etiamſi ad ſummum quis perveniat malorum, & tamen inde velit reverti ad virtutis viam, ſuſcipitur libenter, & amplectitur, & facit omnia, quæ ad priorem revocent ſtatum. Et ſicut etiam ait Aug. in tantum iniquitas hominum aliquando progreditur, ut etiam poſt actam pœnitentiam, poſt altaris reconciliationem, ſimilia vel graviora committant: & tamen Deus facit ſuper talibus oriri ſolem ſuum, nec minus tribuit, quam ante tribuerat largiſſima munera vitæ & ſalutis. Et quamvis eis in eccleſia locus ille pœnitentiæ non conceditur, Deus tamen ſuper eos pœnitentiæ non obliviſcitur.

(a) *Præſentis noſtræ legis edicto.* Iſta verba reſpiciunt verbum quod eſt infra, decernimus. Et ad id quod ſequitur, damnatos, ſubaudi, ſcilicet a judice eccleſiaſtico. Nam jure canonico, tam laici, quam clerici de hæreſi per eccleſiam condemnantur: & ſic damnati relinquuntur judicio ſæculari puniendi, ut ſequitur, clericis prius in præſentia ſæcularis judicis ſuis ordinibus per eccleſiaſticum judicem degradatis, ut extra eo. ad abolendam, §. 1. & 2. & cap. excommunicamus itaque in princ. & c. pen. §. damnati, & ibi plene de hoc.

ADDITIO. *Adde Doct. in cap. at ſi clerici, de jud. Doctores in cap. cum non ab homine, eod. tit. Doct. in c. tuæ, de pœn. Doct. in c. cum non ab homine, de ſenten. excommu.* Superantius.

Et ita de hoc crimine ſola executio fit per judicem ſæcularem. Sicut etiam alias ſententiam judicis eccleſiaſtici judex civilis exequitur, ut C. de episc. audien. l. episcopi, in fi. & in Authen. de ſanctiſ. episc. §. ſi quis contra aliquem, coll. 9. Licet jure noſtro ſi de hæreſi, vel alio eccleſiaſtico crimine accuſatus laicus: & tunc civilis judex, ſcilicet præſes ſimul cum episcopo cognoſcit atque determinat, ut in Authen. de mandat. principum, §. neque occaſione, in verſi. ſi vero canonicum, &c. collat. 3.

ADDITIO. *Adde Philippum Francum in c. ut officium, in ultimo not. de hæret. in 6.* Superantius.

Aut clericus: & tunc procul dubio ſolus episcopus cognoſcit, & dirimit, nihil communicante, vel omnino ſciente judice civili, ut in Authen. ut clerici apud proprios episc. conven. §. penult. coll. 6. & de ſanctiſſ. episc. §. ſi autem eccleſiaſtica. In hac tamen parte deferimus juri canonico, & canones pro legibus ſervamus, ut in Auth. de eccleſiaſt. ti. §. 1. coll. 9. Et ſic multoties vidi de facto ſervari.

(b) *Flammarum.* Juxta illud Propheticum, quod dicitur a Domino. At non credentes percutite lumine ignis veſtri, & flammæ, quam accendiſtis, ut C. de ſum. Trin. & fide cath. l. ult. circa princ.

* ADDITIO. *Vide Covar. in 2. lib. var. reſol. c. 10. f. 338.* De Bortis.

(c) *Pœnam.* Scilicet concremationis ſtatuitur in aruſpice, ut C. de malefic. & mathematic. l. nullus. Et in vero ſacrilego, ut C. ad legem Jul. peculat. l. ſacrilegii, in princ. qui & hæretici dici poſſunt, quia ſeparati ſunt a communione eccleſiæ, nec ſunt membrum illius, ut in Auth. de privileg. do. hære. mu. §. 1. collat. 8.

ADDITIO. *Adde quod pluribus modis dicitur hæreticus, ut in c. inter. 34. q. 3. & in c. firmiſſime. de hæreticis, & an volens ſe corrigere ſit judicandus hæreticus? vide glo. in c. hæc eſt fides. 34. q. 1. glo. in c. nunc autem, 21. diſt. & per Archid. in cap. 2. de hæret. lib. 6. & an recuperare debeat bona ſua? Vide gl. & doct. in c. accuſatus, de hæret. lib. 6. gl. in c. cum ſecundum, eod. tit. & lib. Joann. Andr. in cap. fin. eod. tit. Paul. de Elea. in clem. 1. eod. tit. ſcilicet de hæret.* Superantius.

Verum jure Romano alia pœna erat in hæreticis conſtituta, videlicet, in ſervantibus hæreſim, pœna deportationis. In diſcentibus eam pœna eo. lib. In docentibus eadem pœna ultimi ſupplicii. Libri vero hæretici dogmatis erant penitus concremandi, ut facinoroſæ perverſitatis veſtigia ita flammis combuſta perirent, ut C. eo. l. quicunque, §. nemo hujuſmodi libros.

(d) *Intervenire.* No. quod interdicitur ſupplicatio pro Patarenis, ſicut alias in crimine læſæ majeſt. ut C. ad leg. Jul. ma. quiſquis, §. denique. Nam profanorum preces ab abditis principis repelluntur, ut C. de offic. vic. l. 2. & ita non tenet reſcriptum impetratum per eos, ut C. de ſumma Trin. l. 2. in princ. & C. eod. Arriani, in fi.

De Patarenorum receptatoribus, credentibus, &c.

Punivit ſupra hæreticos: nunc punit receptatores eorum

ANDREAS DE ISERNIA.

niſi prius Judex eccleſiaſticus cognoſcat, & declaret, nam Judex ſæcularis de crimine hæreſis, tanquam de crimine eccleſiaſtico cognoſcere non poteſt, ita probat tex. not. in c. 2. de hær. Argent.

petuo: & repelluntur tanquam infames a teſtimonio, niſi aliquis ex dictis filiis detexerit aliquem hæreticum occultum: tunc ipſe conſequitur beneficium reſtitutionis in integrum quoad infamiam incurſam, hoc dicit. Matth.

IMPER. FREDERICUS.

PAtarenorum (*a*) receptatores, Credentes, & Complices, & quocumque modo fautores, qui ut a pœna poſſint alios eximere, de ſe, velut (*b*) improvidi non formidant, publicatis bo-

rum, ſine quibus hæretici diu manere non poſſunt, ut arg. ff. de recep. l. 1. & ff. de offi. præſi. congruit, ut ſic nihil loci relinquatur hæreticis, ut C. de ſum. Trin. l. 2. in prin. in quo etiam ipſis elementis injuria fieret, ut C. de hæret. l. Arriani, circa princip.

Punit etiam hæreticos credentes, complices, & quoſcunque fautores: conſocios, ſcilicet & miniſtros eorum. Simile, C. de rapt. vir. l. 1. §. ceterne, & C. de epiſc. & cler. raptores, in fi. Ut ſic cum catholicis participium non habeant aliquod. Ne occaſione aliqua Chriſtianos eccleſia catholicæ membra vaſtarent, ut in Auth. de pri. do. hæ. mu. non præ. circa prin. coll. 8. mores enim aliorum conjunctione formantur, ut patet ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. hoc autem quod deterior.

De Patarenorum receptatoribus, credentibus, complicibus, & fautoribus.

(a) P*Atarenorum fautores*. Sunt etiam iſti tales excommunicati ipſo jure, ſcilicet per ſententiam latam a canone: ut extra de hæret. c. ſicut ait, & cap. excommunicamus igitur. §. credentes, ſicut & ipſi hæretici, ut in prælleg. c. excommunicamus igitur, in prin. & c. penult. in prin. & in Auth. de intend. coll. hære. ad fi. ibi, & omnes hæreſes cum participibus ſuis anathematizantur, &c. coll. 9. & C. de ſum. Tri. l. 3. §. qui vero eiſdem.

ADDITIO. *Adde quæ ſit differentia inter anathema & reconmunicationem, vide c. omnes. 3. q. 4. & quid ſit? vide tex. in c. certum 24. q. Hoſt. in tit. de cler. excom. min. & ibi Jo. de Ana. & Abb. in c. cum contingat de foro compet. & anathema æquiparatur deportato, ſecundum Bal. in c. cum ab eccleſiarum, de offi. ord.* Superant.

Et poſtquam quilibet ipſorum receptatorum, credentium, defenſorum, ſeu quoconque modo fautorum, denuntiatus eſt, & ex hujuſmodi cauſa excommunicatus ſit, ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo jure infamis efficitur, ſicut & quilibet hæreticus, qui ſine dubio infamis eſt, ut C. de ſum. Tri. l. 1. ad fin. Repelluntur etiam ab omni actu legitimo, ut in conſt. Freder. primi, ad decorem, &c. §. credentes, & in prælleg. c. excommunicamus §. credentes, ubi plene de hoc. Et tunc etiam credentes hæreticorum inter hæreticos computantur, & tanquam hæretici judicantur, ut extra de hæret. c. pen. §. credentes, & c. ſi adverſus, & ibi de hoc. Nec innovantur prædictæ pœnæ per pœnam hujus conſtitutionis, immo hæc pœna nihil prædictis derogans adjicitur, & accedit eiſdem, ut arg. C. de ſepul. vio. qui ſepulcra, & ff. de exei. ſi eum qui, circa fi. de act. & ob. quoties. Notandum eſt tamen hic, quod minus puniuntur receptatores, & conſentientes, quam ipſi principales malefactores, ut patet hic, & ſupra. l. prox. Simile. C. de Nili agger. non rumpen. l. una. ff. de pœn. l. Metrodorum, & arg. ff. de condi. fur. l. proinde. Nam inter criminis reos, & fraudis participes multum intereſt, ut ff. de publ. l. ſi multi. Licet videatur contra. C. de ſacroſan. eccl. l. jubemus poſt hanc §. œconomus autem, cum ſim. ibi nota, ſed hoc plene proſequar, infra de impo. deſen. l. ſi quis in poſterum, in fi. & prædicta litera illius l. ſi multi, aliter intelligitur, ut ibi nota in glo. ordina.

(b) *Improvidi*. Bene dicit hos Improvidos & incautos, qui contra ordinem faciunt caritatis, dum alios plus diligunt, quam ſeipſos, ut C. de ſerv. & aqua, l. præſes. Nam utilitas propria præferenda eſt alienæ, ut ff. de præſcr. ver. l. qui ſervandarum, in prin. licet dicatur de ſervis quod non debent ſaluti dominorum ſuam anteponere, ut ff. ad Sylla. l. 1. §. eodem tecto.

ANDREAS DE ISERNIA.

De receptatione Patarenorum.

P*Atarenorum*. Receptans criminoſum ſcienter, communiter punitur eadem pœna, qua receptatus, ff. de incend. rui. naufrag. l. 3. C. de recepta. l. 1. ubi faciunt diverſa, ſicut eſt in receptante forbannitum & forjudicatum, quando requiſitus non offert eum judici, infra de forbanni, pœnam eorum, in fi. C. de his qui latrones. l. 1. in fi. & in crimine læſæ majeſtatis jure Romano, ubi eſt pœna deportationis tantum, ut ff. de pœn. l. Metrodorum. Idcirco Rex Carolus primus fecit conſtitutionem, ut etiam eſſet pœna confiſcationis bonorum, ſicut eſt hic in receptante hæreticos. Sed quæro, quare minor eſt pœna in receptante proditorem, qui non punitur ad mortem, quam in receptante hæreticum, ut hic? Reſpondeo, eſt, ut quidam dicunt, quia abſurdum putaverunt legum conditores tam gravi pœna punire, ut perderet perſonam & bona. Alii, quod fuit pro ratione voluntas: minus tamen punitetur conſanguineus receptans, quam alios extraneus. ff. de receptatorib. l. 2. Quod qualiter intelligatur iſtud minus, dixi plene in titulo de pace juramento firmanda. §. receptatoribus, & vide quæ dicta ſunt ibi circa hanc materiam. Sed invenies quandoque plus puniri in caſu iſto receptatorem, quam receptatum, ubi pœniteat hunc hæreticum. Nam tunc ei parcitur vita, quia gremium redeunti non claudit eccleſia, quod dic plenim, ut diximus de ſtat. contra lib. eccle. §. Gazaros.

ADDITIO. *Gremium redeunti non claudit eccleſia. Adde l. Manichæos. C. de hæreticis. l. ult. in fin. C. de ſum. Trinit. & fide cath. in c. ſuper eo, de hæret. & glo. in ver. audientia, in c. ad abolendam, de hæret.*

Sed receptanti non parcetur perpetua relegatio, & bonorum ſuorum omnium publicatio, etiamſi pœniteret. ff. de furtis, qui ea mente. Nam & ſi teneretur eadem pœna, non teneretur eadem lege, ſicut in Commentarienſi & calumniatore, arg. C. de cuſt. reor. l. ad Commentarienſem. Quandoque vero plus punitur receptatus hæreticus, ut quando non pœniteret, vel eſſet relapſus: quia tunc involvitur flammis, ut ſupra, conſtitutione proxima, in fi. Sed receptans non moritur naturaliter ex pœna iſtius conſtitutionis: ergo qui gravatur in uno, relevatur in alio caſu. ff. de jurejur. eum qui. Nec eſt mirum: quia & in aliis criminibus, ſi princeps parceret crimino ſo, nihilominus receptans eum ante indulgentiam puniretur: quia iſtud perſonam non egreditur, ff. de conſtitutionibus principum, l. 1. in fi. Quid ſi uxor hæretici receptet virum? dicitur quod tenetur cohabitare cum viro hæretico: & propterea non punitur, quia non ſolvitur matrimonium hac de cauſa, extra de divortiis. c. 2. 31. q. 1. in conjugio, & in ſumma de divor. §. penul.

ADDITIO. *Adde, an perdat dotem ſuam? vide tex. in cap. decrevit, de hæret. lib. 6.*

Niſi forte inhiberetur ei per judicem, quod non cohabitaret: quia erat forte cohabitatio eorum in contumeliam creatoris, ut extra eo. tit. gaudemus. Et tenete quæ dicta ſunt in dicta conſtitutione, pœnam.

Et

Digitized by Google

bonis omnibus relegandos in perpetuum eſſe cenſemus: Et (a) ipſorum filii, (b) ad honores aliquos nullatenus ſumantur. Sed infamiæ perpetuæ nota laborent.

Ut (c) nec † in teſtes, nec in cauſis quibus repelluntur infames, aliquatenus admittantur.

† *Alias, ut nec teſtes in aliquibus caſibus admittantur, ſed perpetuo ut infames repellantur.*

(a) *Ipſorum filii*. Scilicet Patarenorum. Quod videtur nimis iniquum ut filius portet iniquitatem patris. Nec enim paternum vitium debet prolem afficere innocentem, ut C. de legit. hæred. l. lege 12. tabularum, prope fi. Nec etiam ſunt indigni, qui alieno laborant vitio. C. de natu. lib. l. 1. in medio. Quia nullum patris delictum innocenti filio pœna eſt, ut. ff. de decur. l. 2. §. nullum, cum multis concor. ibi not. in gl. ordina. quæ incipit, concordat, &c. & ideo alibi legitur quod judex non minus nepotis merita, quam patris ejus delicta perpendit, ut ff. de bon. poſſ. contra tab. l. 3. §. ſi emancipatus, in fi. §. Hoc etiam probat illa rub. C. ne filius pro patre, &c. Sed iſtud ſpecialiter ſtatuitur hic propter immanitatem criminis, ſicut in crimine majeſtatis, ut C. ad leg. Jul. majeſta. quiſquis, cui æquiparatur per omnia, ut ſup. l. prox. ubi ſimiliter de hoc dixi. Sicut & in aliis caſibus propter immanitatem criminis a jure communi receditur, in quibus appellatio denegatur, qui no. in glo. ordin. C. quorum app. non reci. in l. obſervare, & eſt ratio ſpecialitatis hic in crimine majeſtatis, quoniam in filiis, paterni, hoc eſt hæreditarii criminis exempla metuuntur, ut in præallag. l. quiſquis, utpote paterni criminis non ignaris, ut ſupra in procemio, circa princ. Et adde hic quæ ibi de hoc notavi. Et ita aliis majorum ſuorum exempla præjudicant, ut C. de cohar. l. ſi cohartalis. lib. 12. ut ſic omne hæreticorum ſemen ſtirpitus enervetur: ut argum. C. de peti. bo. ſub. l. 2. in princ. lib. 10. & eorum damnoſa memoria aboleatur, ut C. de epiſc. & cler. l. quoniam venerabilis. Et credo, quod legislator in pœna filiorum exiſtimaverit paterna vitia refrenare, ſic, C. de natu. libe. l. ultima. Nam pater cum in pœna filii magis periclitetur, quam filius, ut Inſtit. de noxa. circa fi. & magis terreatur in filio, quam in ſeipſo, ut ff. quod met. cau. iſti quidem in fin. ſaltem metu pœnæ filii, ab hoc horribili crimine abſtinebit. Pietas namque paterni nominis conſilium capit pro liberis, ut ff. de adulter. l. nec in ea. in fin. cum ſi. Nec veriſimile eſt, quod pater filium ad ſupplicium offerat, ut ff. de re mili. l. milites agrum. §. pen. Alii tamen aliter colorant pœnam filiorum dicentes, filios non prorſus inſontes, qui, utpote ſcientes vitam, & converſationem patris hæretici, ipſum non deferunt, ut arg. in fi. hujus l. & C. ne ſanctam bap. reit. l. alt. Et ideo tanquam imitatores paterni ſceleris puniuntur, juxta illud divinum eloquium: Ego ſum Deus zelotes vindicans peccata patrum in filios uſque ad tertiam, & quartam progeniem in his, qui oderunt me, hoc eſt, in his, qui contra me paternum odium imitantur, ut habes ext. de renun. c. niſi cum pridem. §. perſonæ vero. Nec poſſunt filii conjuncti neceſſitudine proxima, paternæ conditionis ignorantiam ſimulare, ut C. de libe. cau. ſi filium, & ff. unde cog. l. octav. in fi. Nec poteſt ſe filius excuſare, quod patrem de crimine deferre non poteſt, ut ff. de accuſ. l. qui accuſare, in fi. Hoc eſt crimen exceptum, in quo defert, ſicut crimen majeſtatis, ut in Authent. ut cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum, in verſi. ſi eos in criminalib. cauſis, &c. quæ duo crimina in omnibus paria ſunt, ut ſup. l. prox. Et e contrario, pater pro filio hæretico non punitur. Nuſquam enim eſt reperire, quod patres ex delicto filii puniantur, ut ff. de re ju. l. ex pœnalibus, & inſ. ut pater ſor. ex deli. fi. teneri non po. l. ob filiorum, & inſ. de offi. re. l. patres pro filiis.

Additio. *Adde glo. in rub. C. de decre. decu. lib. 10. Bart. & Jo. de Imo. in l. cum filius ff. de verb. obl. Bald. in l. omnimodo, in §. imputari. C. de inoff. teſtam. Bald. in l. 1. C. ne fil. pro pa. Bal. & Jo. de Imo. in l. lex Cornel. ff. de vul. & pup. Ludovic. Ro. in l. ſi filio la ſecunda. ff. ſol. matr. Spec. in tit. de ſenten. in §. ſequitur, ver. quod ſi filius. Jo. de Ana. in c. 2. de deli. puero. Pet. de Anch. in rep. cap.* 1. *de conſt. ver. & juxta prædicta. Paulus de Caſt. conſil.* 34. Superant.

Et eſt ratio diverſitatis hujus, quia filius eſt tanquam res patris, cum pater in eo proprietatis jus habeat, ut ff. de prob. l. ſi filius, & ſibi pro eo exhibendo, & deducendo competat interdictum, quod jus proprietatis cauſam continet, ut ff. de interd. l. 2. §. juris ſui, & hoc d. Et in illum competit utilis rei vendicatio, adjecta cauſa ex jure Quiritum, ut ff. de rei vend. l. 1. §. per hanc. Quinimo tanta eſt patriæ poteſtas in liberos quod olim eos licite occidebat, ut ff. de liber. & poſtb. l. in ſuis, in fi. & C. de pa. po. l. fin. Et hodie propter nimiam paupertatem convictus, eos licite vendit, ut C. de pa. qui filios di. l. 2. Et ideo filius acquirit patri: & dicitur una perſona, & vox cum patre. Et injuria filii dicitur eſſe patris, ut dicunt vulgaria jura. Pater ergo punitur in filio, ſicuti in aliis rebus ſuis. Secus autem eſt de patre, qui eſt ſui juris, nec acquirit filio, ut ff. de verb. obl. l. quod dicitur. Et ejus perſona ſemper honeſta & ſancta debet videri filio, ut ff. de obſe. a lib. & lib. pa. & patronis præ. l. liberto. Adeo ut non ſolum ſublata filio fuerit occidendi patrem occaſio a Macedone fœneratore peſſimo adinventa, ut ff. ad Maced. l. 1. in prin. Sed etiam non permittitur filio patris famam laceſſere, vel ejus ſuggillare pudorem, ut ff. de doli ma. excep. l. apud Celſum, §. adverſus, & ff. de in jus voc. l. ſed & ſi. §. prætor ait. C. qui & adverſus quos, l. 2. cum ſi. Non poteſt ergo in aliquo patris conditionem facere deteriorem, ut C. de pact. l. filius. Si tamen pater aliquam alimoniam ſubminiſtret hæretico filio, vel quomodolibet patiatur, cum prohibere poſſit, tunc ſine dubio ex ſuo delicto, ſcilicet tanquam fautor meretur pœnam conſtitutionis hujus, ut infra in præalle. l. patres pro filiis, & ff. de his qui nota. infa. l. liberorum. §. pe. & l. non alias, in fi. & ff. ſi mu. ven. nom in poſ. cal. cauſa mi. eſſe dic. l. fi. Ultimo ſciendum eſt, quod ſecundum allegata ſuperius, videtur pœnam conſtitutionis hujus inflictam filiis locum habere in filio in poteſtate patris conſtituto: ſecus forte in filio emancipato ante paternum errorem: ſicut & in filio emancipato ante crimen majeſtatis excogitatum cavetur, ut C. ad l. Juliam maje. l. quiſquis. §. emancipato, ubi de hoc in glo. ord. quæ incipit, ab eo tempore, &c.

(b) *Ad honores aliquos*. Nam cum ſint infames, ut ſequitur, eis dignitatis portæ non patent, ut C. de dignita. l. 2. lib. 12. & ibi de hoc.

Additio. *Adde tex. in c. præceptum,* 22. *q.* 5. *tex. in regula, infamibus, de reg. jur. in* 6. *c. licet ex quadam, de teſtib. gl. in c. teſtimonium, eo tit. Arch. in c. illud* 23. *diſt. idem Arch. in c. definimus.* 2. *q.* 1.

(c) *Nec in teſtes*. Nota quod infamis non admittitur ad teſtimonium, ut ff. de teſtib. l. 3. in prin. §. lege Julia in fi. §. ubi dicit, alii propter notam infamiam vitæ ſuæ &c. & ff. de ſenato. l. Caſſius. Quod videtur accipiendum etiam de infamia facti: non ſolum de infamia juris, ut tangitur in glo. ordi. præalleg. l. Caſſius, ſed aliter, ut C. de ſumma Trin. l. 1. in fi. no. in glo. ord. quod infamia facti non repellit a teſtimonio.

Additio. *Infamia. Adde glo. in l. 3. §. cauſæ ff. de Carbo. Cyn. in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. gl. in c. teſtimonium, de teſti. Tamen ubi agitur de probanda ingratitudine, teſtis infamis infamia facti ipſo jure repellitur, tex. eſt ad hoc no. in c. 1. in ver. integræ opinionis, quem ad hoc nota ibi Bal. qui teſtes ſint neceſſarii ad*

ANDREAS DE ISERNIA.

Et de eo qui capit, & detegit crimonoſum ſimilis criminis, ut majeſtatis. Idem de eo, qui fugit ad hoſtes fidei. De conciliatore & aliis dubitationibus, dic ut in titulo, quæ ſunt regalia.

De

(*a*) Si tamen aliquis de filiis receptatorum, vel fautorum detexerit aliquem Patarenum, de cujus hujuſmodi manifeſte probetur perfidia; in fidei præmium, quam agnovit, famæ priſtinæ, de imperiali clementia reſtitutionis in integrum (*b*) beneficium conſequatur.

De Apoſtatis.

TITULUS III.

Si Chriſtianus efficiatur Judeus, dicitur fidei apoſtata: & omnia ejus bona fiſco publicantur: & ejus ſucceſſio ſibi a jure aufertur, & ab omni actu legitimo ipſo jure privatus eſt, hoc dicit, & concordat tex. in jure communi in l. 1. C. de Apoſta. Matth.

APoſtatantes (*c*) a fide catholica penitus exſecramus, inſequimur ultione, bonis omnibus ſpoliamus, & a profeſſione vel voto naufragantes legibus coarctamus. Succeſſionem tolli-

ad probandum ingratitudinem, in uſibus feudorum. Superant.

Tenendum tamen eſt, quod notatus infamia facti a teſtimonio non repellatur omnino: minus tamen ei credatur, ut ff. de Carbonia. edic. l. 3. §. duæ, & ibi de hoc in glo. ordi. quæ incipit, quia fieret &c. Sed inſtatur, & videtur abſurdum repellere infamem a teſtimonio quacunque infamia dicatur notatus, nam ferre teſtimonium eſt onus, ut patet. C. de epiſc. & cleri. l. nec honore. ubi dicit, nam & perſona oneratur, &c. Teſtes enim cum inviti trahantur ad teſtimonium ferendum, ut ff. quemadmodum teſtam. aper. l. cum ab initio, & C. de teſti. ſi quando, ſæpe cum cautione magna a rebus propriis avocantur, ut ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus. Et ita pœna infamiæ immunitatem hujus muneris tribuere non deberet, ff. de interdictis & relegatis, l. relegatorum, ad finem. Sed immunitas iſta contingit non principaliter, ſed per quandam conſequentiam. Nam cum veritas ſit exquirenda non ab infamibus, ſed a teſtibus bonæ famæ, & derogatione carentibus, ut in Auth. de teſtib. §. ſancimus, collat. 7. ideo infames cauſa ferendi teſtimonium non onerantur, nec avocantur a propriis rebus, quia cum licet eis teſtimonium ferre ſimile, ff. de excu. tut. l. ſed & milites, §. ſed ignominia miſſi. Vel dici poſſet, quod ferre teſtimonium eſt honor, & dignitas, cum teſtis affirmationi credatur, ut arg. ff. de re mili. non omnes §. a barbaris. Et quod ſit dignitas, habetur in Decret. 22. q. 5. c. præceptum.

(a) *Si tamen aliquis de credentibus.* Nota Rubricam. Alias eſt de credentibus, fautoribus, &c. quæ litera bona eſt. Alias de filiis receptatorum vel fautorum, &c. & hæc litera non eſt bona, nam ſic ſupra l. proxima, de pœna filiorum loqueretur in filiis receptatorum & fautorum, quod eſſet ſumme iniquum, ut ad eorum filios pœna tranſiret.

(b) *Beneficium.* Simile in præallegata l. quiſquis, in fi. & ff. de re milit. non omnes §. ultim.

De Apoſtatis.

Exterminat alios fidei, & Eccleſiæ detractores, ſcilicet apoſtatas. Et dicitur apoſtata, quaſi retro ſtans, ut 26. q. ult. non obſervetis.

ADDITIO. *Adde cap. quidam, de apoſta. cap. beatus. 3. q. 4. c. pennata, de pæn. diſtin. 2. glo. in cap. magnæ de voto & glo. in l. fin. C. de ſumma Trin.* Superant.

(c) A*Poſtatantes a fide catholica.* De duplici apoſtaſia hic agitur, videlicet, de apoſtaſia perfidiæ, qua quis recedit a fide catholica, uſque ad verba inferiora, & a profeſſione, vel voto, &c.

Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

De Apoſtatis.

A*Poſtatantes.* De duabus apoſtaſiis loquitur, ut dicit glo. de apoſtaſia perfidiæ, & fidei, de qua loquitur C. eo. tit.

ADDITIO. *Adde glo. in cap. ex parte, de temporibus ordinationum & qualit. ordin. glo. in cap. conſulti, de regularib. & tranſeuntibus ad relig. glo. in cap. fin. in 50. diſtin. & an apoſtaſia ſit capax prælaturæ? vide per Bal. in l. Barbarius, in rever. de offic. prætor.*

Et de apoſtaſia religionis. Aut ordinis aſſumpti, de hac loquitur extra eo. t. Eſt & tertia apoſtaſia ſcilicet inobedientiæ, quando non obedit præcepto prælati, & tranſgreditur juſſa canonum, & de hac dicit plene Innoc. extra eo. tit. c. 1. Quia clericus pro primo deponitur, & traditur aliquando judici ſæculari. Sed de ſecunda, quando recedit quis a religione, † vel a clericatu aſſumpto, quantumcunque contrarium facit abjiciendo tonſuram & veſtes, ſæculariter vivendo, vel incedendo, non perdit privilegium. c. ſi quis ſuadente, niſi ſit monitus, & tunc poſt admonitionem, ſi non deſiſtat in omnibus laicaliter ſe habebit.

† ADDITIO. *Vide Capec. deciſ. 161. & an talis clericus gaudeat circa collectas, ſi dimiſit habitum, vide ſcrib. in c. Regni, item ſtatuimus, quod clerici, fol. 114.* De Bottis.

Ante monitionem nihilominus erit de foro eccleſiaſtico, nec judex ſæcularis mittit manus in eum. † Poſt monitionem erit de foro ſæculari, niſi eſſet in ſacris, vel profeſſus in monaſterio, tunc enim non poſſet eſſe de foro ſæculari, ſed cogeretur ad ordinem redire, & ſic intelligi debet 22. q. c. eos.

† ADDITIO. *De hoc an clericus delinquens non deferens habitum, & tonſuram, gaudeat privilegio, ponit Jo. And. in c. ult. de bigam. melius quam alibi, in 6. & in c. in audientia, eo. tit. de quo per gl. in c. ex parte, ext. de privil. & exceſ. prælat. & per Doct. in c. ſi judex laicus, de ſent. excom. in 6. & quod de verberante clericum incedentem more laico, vide gl. in l. ſi ignorans, ff. loca facit, quia talis quis præſumitur, qualis in habitu reperitur. l. item apud §. ſi quis virgines, de injur.* De Bottis.

Sed quamvis ad alia privilegia clericalia, Clericus non exiſtens in ſacris, & in monaſterio non profeſſus apoſtatando: aut fecit aliud irreparabile contrarium ordini & religioni relictæ aut non. Si fecit puta, exercuit ſæva, vel accepit ſecundam uxorem, vel unam corruptam, omni privilegio clericali privatur, 83. diſt. quiſquis, & perdit privilegium c. ſi quis ſuadente. Nam privilegia amiſſa ob culpam perdentis nunquam redeunt. In ſimili dicit Inn. extra de ope. no. nunc. c. 2. in prin. gl. ſuæ, nec eſt tunc locus pœnitentiæ: quia tunc non poteſt reparari: quia contra debitum ſui ordinis factum eſt aliter per eum, & ſic a tali pœna non deſinit eſſe nocens, ff. de fur. qui ea mente, & de ædil. edi. quid ſit fugitivus, in prin. Non poteſt hic reparari, quod eſt contra debitum, ſicut nec amiſſa virginitas, C. de rap. virg. l. 1. & ſic etiam hic ſi non fuiſſet clericus: non poſſet eſſe clericus, poſtquam talia commiſiſſet, & pro hoc eſt 23. q. 8. c. quicunque ex clerico. Secundo caſu quando non fecit contrarium ordini ſuo, & reparabile eſt, puta, fecit ſe militem, duxit uxorem virginem, induit virgatam, abjecit tonſuram, nutrivit comam. Tamen ante monitionem, & ſi monitus deſiſtat, habebit privilegium c. ſi quis ſuadente. Si poſt monitionem eam non dimittat, perdit privilegium, ut dictum eſt. Item ſi ante monitionem eſt clericus, & petit ſæculariter vivere, & privilegio ſæculari gaudere. 33. diſtinct. ſeriatim, & c. ſi quis vero, alias, ſi quis uxor. Et clerici uxorati habent privilegium ſi omittant ſæcularia, ſecus ſi committant gravia. Et ſi tabernam exercent, aut tonſura dimiſſa negociantur, ut laici, hi perdent privilegia, & alia clericalia, ut extra de cler. conju. c. Jo. & c. ſeq. Et ideo quando poteſt reparari, vel recuperari contrarium ejus, quod fecit, retinet privilegium, eo. ti. c. ſi quis ſuadente, niſi poſt monitionem non corrigat: quia qui peccat, & peccatum emendat, perinde eſt, ac ſi nunquam morboſus fuiſſet, d. l. quid ſit fugitivus. Ubi ergo exercuit ſæva:

lingua; Et (a) omne jus legitimum abdicamus.

Ut nullus ſe intromittat de factis, ſeu conſiliis Regum. Alias, de Sacrilegio Regum.

TITULUS IV.

Prohibitum eſt ſubditis diſputare de factis, & judicio, & arbitrio Regis, & contrafacientes ſunt quaſi ſacrilegi, hoc dicit. Matth.

REX ROGERIUS.

Diſputare (b) de Regis judicio, conſiliis, & inſtitutionibus factis non oportet. Eſt enim pars ſacrilegii diſputare de ejus judiciis, fa-

Additio. *Adde quot ſunt ſpecies apoſtaſiæ, vide per Hoſt. in ſum. ti. de apoſta. verſi. quot ſpecies, & an apoſtata a fide poſſit damnari poſt quinquennium a die mortis? vide per Bart. & Saly. in l. 2. C. de apoſta. & an idem ſit dicendum in crimine leſæ majeſtatis, vide glo. in ver. & hoc, in l. Manichæos, C. de hæret. quam extollit Lud. Rom. in ſing. in verbo, accuſatus, vel alter. num.* 432. Superant.

Et abinde, de apoſtaſia irregularitatis, qua quis recedit a ſtatu religionis aſſumptæ. De prima loquitur ſpecialis titulus, C. eo. tit. per totum, ſuper quo nihil hic novum ſtatuitur, & ideo nihil notandum occurrit. De ſecunda traditur jure canonico ſpecialis titulus, extra eo. tit. Nec credant Canoniſtæ quod jus civile hanc ſecundam apoſtaſiam non puniat. Nam de clerico apoſtatante cavetur, quod ſtatim cadit a ſacro miniſterio. Cadit & deinceps inter idiotas, ideſt, laicos erit. Et nihilominus erit curiæ civitatis illius, in qua clericus erat, & cum tota ſua ſubſtantia dabitur. Vel ſi ſit inops ad officialis deputabitur fortunam, ut in Auth. quomodo opor. ep. & cæ. cle. ad or. perd. §. neque autem, & §. ſemel autem. col. 1. & in Auth. de nupt. §. ſed & ſi quis inter reve. coll. 4. & in Auth. de ſan. epiſ. §. ſi vero poſt ordinationem, & §. generaliter, & §. presbyteris autem, collat. 9. Niſi clericus iſte prius ſervus fuiſſet, quo caſu, in priorem domini ſervitutem retrahitur, ut in Authen. de ſanc. epiſ. §. ſi ſervus. De monacho vero apoſtatante, qui ſcilicet poſtquam profeſſus eſt, a religione recedit, ſtatuitur, ut bonis ſuis remanentibus in monaſterio, unde recedit, ſi prius fuerat ſervus, in ſervitutem primi domini revocetur, ſi curialis, vel officialis curiæ, officio, cui ſubjectus fuerat, reddatur. Si prorſus liber, in aliud monaſterium cum rebus poſt diſceſſum quæſitis mittatur. Et ſi rurſus inde receſſerit, judex provinciæ, in qua inventus fuerit, debet eum tenere, & ad ſervitium curiæ deputare, ut in Authent. de mon. §. ſi vero ſervierit, & §. ſi quis autem forte ſemel. §. ſi vero relinquens monaſterium ad quoddam, & §. ſi quis autem monaſticam, & quomodo opor. epiſ. §. quanta igitur, in ver. ſcituris, quod ſi præſumpſerunt, &c. de ſanc. epiſc. §. ſed neque curialem, & §. ſi monachar. Et hic ſecunda apoſtaſia detegitur, cum monachus, vel clericus ad aliam vitæ figuram migraverit, utpote, abjiciendo tonſuram, coronam, vel habitum, retinendo uxorem, vel concubinam, vel aliter ſecularis vitæ faſtigia ſectando, ut patet in præallegatis juribus. Et eſt tertia apoſtaſia inobedientiæ, qua quis mandatis eccleſiæ & ſacris canonibus obedire contemnit, de qua hic non agitur, quia plene in jure canonum ponitur, & punitur. Nec in jure civili de ea tangitur aliter, niſi quod ſanctæ eccleſiaſticæ regulæ legum vicem obtinent, & leges eas imitantur, noſque ipſas ſequi, & ſervare oportet, ut in Auth. de eccle. ti. in prin. coll. 9. & ut cle. apud pro. epi. conve. §. pen. coll. 6. Nec aliter in contemptorem pœna ſtatuitur, niſi quod maxima in eos de cælo pœna imminet, & quod civiles leges delictum hujus non relinquunt inultum, ut in Auth. de mona. in fi. & quomodo opor. epiſc. §. ſed etiamſi conſtitutum, & §. ſi quis aut extraneorum. Et niſi quod ſacrilegium committant, qui divinæ legis ſanctitatem offendunt, ut C. de ſacri. l. 1. Et de omnibus his dic latius, ut in ſum. Gof. extra de apoſta.

(a) *Omne jus legitimum.* Id eſt omnes legitimos actus. Ut agere vel accuſare, teſtari, vel teſtificari & ſimiles, qui leguntur ff. de reg. jur. actus legitimi. Eſt enim quaſi ſervus, qui quantum ad jus civile pro nullo habetur, ut ff. de reg. jur. quod attinet, & l. antepe. & accedit C. de hæreticis & Manichæis, l. quoniam multi, & C. eo. tit. l. 2. & 4.

De ſacrilegio.

Adhuc exterminat alios fidei Eccleſiæ inimicos, ſcilicet ſacrilegos, &c.

(b) *Diſputare.* Hæc conſtitutio eſt quaſi de verbo ad verbum. C. de crimin. ſacril. l. diſputare. Eſt enim pars, id eſt ſimile, ſic exponitur ff. de uſufr. l. 4. nam non eſt vere ſacrilegium, ſed quaſi, & ideo alibi legitur, quod inſtar habet ſacrilegii, ut C. de diver. reſcr. l. ſacrilegii, & C. eo. l. 2. cum multis concor. ibi no. in glo. ord.

ANDREAS DE ISERNIA.

va: duxit uxorem corruptam: Vel duas, hoc eſt irreparabile, ideo perdit omnia privilegia. Ubi vero non abjecit tonſuram, induit virgatam, nutrivit comam, & fecit ſe militem, duxit unicam & virginem, ipſi poſſunt clerici eſſe, & recuperare, quod perdiderunt, ſcilicet clericalem tonſuram aſſumendo: non enim ſunt hæc omnia ſubſtantialia contra ordinem, niſi moniti non corrigantur: tunc enim omnia perdent per c. ſi quis ſuadente, niſi eſſent in ſacris, vel profeſſi in ordine. Sed ſi commiſerunt turpia, vel gravia non ſubſtantialia, contraria ordini, ut tenere tabernam, interim non habent privilegia alia, ſed c. ſi quis ſuadente, ſic niſi poſt monitionem, eliciuntur hæc ex dictis Inn. in fi. extra eo. ti. c. 1. Licet alii aliter dicant. Alii faciunt differentiam inter eum, qui abjecit veſtem clericalem tantum, alia contraria non aſſumendo, & eum qui veſtem laicalem tantum induit, ut virgatam, & bene differunt: quia primus omittit tantum, alius plus, quia committit peccatum, & in omittendo eſt levius quam in faciendo, ff. ad Syll. l. 1. in gl. Sed non eſt tale commiſſum, quod non poſſit recuperari, pro quo eſt, ff. de inju. item apud, §. ſi quis virgines, ubi ancillari veſte induta, quæ erat virgo poteſt recuperare reducendo ſe ad veſtem virgatam & honeſtam, ſecus ſi virginitatem perdidiſſet, hoc non poſſet recuperari, d. l. item apud, de inju. & l. 1. de rap. virg. Item non eſt tam grave inducere virgatam, quam tenere tabernam, & vilia operando, arg. C. de adul. l. quæ adulterium. Gravitas in delictis attenditur, d. §. ſi quis virginem, ubi plus eſt induere meretricalem veſtem, quam ancillarem. Ex hoc citius debet induci ordinarius, ut moneat, & monitionem faciat. Ante enim admonitionem neuter perdit privilegium, ut in d. c. ſi quis ſuadente.

Apoſtatantes. Quid ſi non eſt apoſtata, ſed vagus? Dic quod ubicunque inventus fuerit, poterit tanquam fugax auxilio epiſcopi reduci ſub cuſtodia ad monaſterium, 16. q. 2. c. Abbates, ut eſt arg. C. de epiſc. & cler. l. generali. in fi. Barth. de Cap.

De ſacrilegiis. Rubrica.

Diſputare. Scilicet detrahendo, & mordendo, ſic ut tumultus fieret, vel adjurario, vel odium contra Regem ſuſcipiant ſubditi, C. de ſum. Tri. l. 3. & hoc de his, quibus diſputatio non ſpecialiter tangebat, ut ff. de reg. jur. culpa. Sed ſi Rex faceret aliquid minus bene: ratione communis boni poſſet ſupplicari Regi, ut emendet, vel ſi ſua hoc intereſſet, & publicæ utilitati, ſic poſſent agere, ut ff. de procurat. non cogendum, §. qui ita. Ubi non poteſt appellari, poteſt ſupplicari Regi. C. de prec. Impera. offe. l. ſi quis, & auth. quæ ſupplicatio. Item dare operam & auxilium ut ſupplicetur Regi, de hoc poteſt: ad hoc facit quod

Digitized by Google

† Alias, & an jus dignum ſit, quod rex elegit & decrevit.

factis, & conſtitutionibus utque conſiliis. Et † an is dignus ſit, quem Rex elegit, & decrevit.

De arbitrio Regis, alias judicis.

TITULUS V.

Pro crimine ſacrilegii per hanc conſtitutionem pœna eſt arbitraria, niſi templa Dei manu frangantur. Item niſi bona & vaſa ſacra furentur de nocte, tunc pœna eſt capitalis, h. d. Matth.

REX ROGERIUS.

MUltæ (a) leges ſacrilegos ſæviſſime punierunt. Sed pœna moderanda eſt arbitrio judicantis. Niſi forte manifeſte templa Dei deſtructa, vel fracta ſint violenter; aut dona, & vaſa ſacra nocte ſublata ſint. Hic enim caſus crimen capitale eſt.

De uſurariis puniendis.

TITULUS VI.

Quæſtiones uſurariorum, ſcilicet quando non dubitatur in jure, an contractus ſit uſurarius, ſed ſolum dubitatur in facto, an uſura ſit exacta: quia jam conſtat contractum eſſe uſurarium, coram judice ſæculari hæc quæſtio debeat determinari ſecundum dictum decretum Papæ Alex. III. h. d. Matth.

REX GULIELMUS.

STatuimus ut juxta decretum domini Papæ de uſuris nuper in Romana curia promulgatum, quæſtiones uſurariorum, quæ ad Curiam noſtram adductæ fuerint, in eadem definiantur, & terminentur.

De eodem.

IMP. FREDERICUS.

Ex quo uſura probibita eſt omni jure, additur hic pœna publicationis omnium bonorum, & declaratur, quod eſt crimen publicum; excipit Judæos, quibus non eſt permiſſum exercere uſuram, ſed ſi exerceant, & ultra moderationem hic ſtatutam

---

De arbitrio Regis. Alias judicir.

(a) MUltæ. Sed pœna moderanda, concord. ad hanc l. ff. ad leg. Jul. pecu. & de divet. reſcr. l. 4. in prin. & §. 1. & l. ſacrilegii, in prin. & C. de epiſ. & cler. ſi quis in hoc genur. Et nota quod l. ſuperior locuta eſt de quaſi ſacrilegio. Iſta autem loquitur de vero ſacrilegio, ſuper quo dic plene ſecundum Azon. ut in Sum. ejuſdem, in princ. & §. illud.

De uſurariis puniendis.

Adhuc inimicos eccleſiæ proſequitur, videlicet, uſurarios. Et dicitur uſura, quaſi uſus rei; quia ob uſum rei ideſt pecuniæ datur. Vel dicitur uſura quaſi uſurea, ideſt uſus æris id eſt pecuniæ, quæ expoſitio in idem recidit cum prima, ut nota per Gof. extra eo. §. dicitur, in Sum. & per Azo. ſimiliter in Sum. C. eo. in princi. Dicitur autem ab utor uteris hæc uſura incrementorum pecuniæ mutuatæ. Item fœnus ſimiliter dicitur uſura, ſed uſura lucrum de capitali acceptum, fœnus vero lucrum de uſura ſumptum, unde verſus: Eſt uſura ſuos cum quis tradit tibi nummos: Spem lucri fœnus, duplex uſura vocatur. Vel uſura eſt ſine determinato tempore: ſed fœnus eſt cum tempore determinato, ſicut qui mutuat 20. pro 30. uſque ad menſem. Unde fœnus vocatur avidum: quia ſic mutuator ſemper avet, ut illud tempus veniat cito. Unde Lucanus: Uſura vorax, avidumque in tempore fœnus. Indifferenter tamen quandoque auctores utuntur dictis vocabulis.

ANDREAS DE ISERNIA.

quod no. 17. q. 4. qui autem, in gl. Solum diſputare in publico prohibetur, quaſi velit de pari contendere cum domino ſuo. Secus in illis, qui diſputant de quæſtionibus Theologiæ ſacræ ad veritatem eliciendam. Nam Herennius Modeſtinus diſputando & quærendo, veritatem invenit, & optima ratione decrevit, ff. de mun. & hon. l. fi. §. mixta, & hoc etiamſi nullum eſſet, quod Rex fecit: quia non licet ſic argui ejus factum, quamvis liquet, quod minus rationabiliter ſit. Non enim eſt lex, quæ juſta non eſt, ſecundum Auguſtinum de libero arbitrio. Inſtituta Regis non debent argui, cum edocetur. C. de legibus, humanum, §. pe. 4. diſt. in his. 8. q. 1. dilectiſſimus, & hoc in illis, quæ ad Regem pertinent. ff. de re jud. l. quædam. De aliis non debet Princeps ſe intromittere. Sicut de electionibus prælatorum, quæ ad eccleſiam pertinent, ut gl. dicit. C. eo. l. 1. ſicut accidit in Frederico Imper. dicit ibi gl. quod una de cauſis, quare ille Freder. fuit depoſitus, fuit illa, ut in Decretali depoſitionis ſuæ, ad Apoſtolicæ, ſed tunc non debet publice diſputari, ne ſcandalum fieret & ſeditio contra quietem publicam. C. de ſedit. l.2. Præter hoc ſi aliqui conferrent ad invicem, non odio, ſed zelo bono reprehendendo inter ſe, & blaſphemando, non publice diſputando, aut commovendo populum, de his quæ Rex faceret, non eſſet peccatum. Nam & diſcipuli Domini confabulabantur de his, quæ illata per Pilatum & Judæos fuerunt Chriſto. Luc. ult.

De arbitrio Regis. Rubrica.

MUltæ leges. Verum ſacrilegium eſt, quando res ſacra de ſacro loco tollitur, ut ff. eo. ſacrilegii in prio. hi enim puniuntur capite, ut ibi, & in hac conſtitutione.

ADDITIO. *Adde c. ſacrilegium, c. ſicut qui eccleſiam, c. attendendum, & c. quis rapit. 17. q. 3. Item ille, qui ſuſcipit eccleſiaſtica de manu laici, ſecundum Card. Zab. in c. dudum, in 5. no. de deci.* Superant.

Aliud eſt quaſi ſacrilegium quando ſacrum tollitur de non ſacro, ſed privato, & hoc non eſt tanti ponderis, ſed eſt pœna extraordinaria pro modo delicti, ut ff. eod. l.1. §. mandatis. Tertium genus eſt ſupra ti. prox. & C. eod. l. 1. 2. & 3. hoc eſt puniendum pro modo delicti, dic plene, ut in gl. d. l. ſacrilegii.

De uſurariis puniendis. Rubrica.

STatuimus. Regis Gulielmi primi eſt hæc conſtitutio, hic fuit avunculus Frederici primi Imperatoris, & pater Regis Gulielmi ſecundi, qui obiit ſine herede, & ſucceſſit nepoti ſuo filio fratris Conſtantia ſoror Gulielmi primi filii Regis Rogerii avi Imperatoris, ut inf. l. 3. & de alie. feud. non mi. l. 1. & patet in chronica Regis Gulielmi ſecundi, ubi vocat Imperatorem conſobrinum ſuum, Domini Papæ Alex. III. in Romana curia in Lateranenſi concilio, extra eo. c. in omnibus, & c. cum manifeſtis. Hic Alex. fuit tempore hujus Regis.

Terminentur. Et ſic ubi agitur de crimine eccleſiaſtico punietur pœna canonis, non legis, ut C. de epiſ. & cler. auth. clericus. Secus ſi eſſet pœna a jure civili impoſita, ut in conſt. ſeq. & dictum eſt plene ſupra de hære. l. 1. ſuper gl. in ver. reſpiciunt, & ſuper verbo, a Rege Regum, &c. Item ſi in cauſa eccleſiaſtica eveniret caſus indeterminatus a canone, & qui de-

tam uſuram recipiant, pœna nonuplici puniantur, h. d. Marth.

USurariorum (*a*) * nequitiam, qui non tantum utuntur pecuniis, ſed, ut loquamur proprius, abutuntur, (*b*) ſanctorum Patrum ſententiis condemnatam proſequi diſponentes, Imperialis celſitudinis motum, quem nos etiam ex arbitrio cæleſti (*c*) ſuſcepimus, (*d*) divinæ conjungimus ultioni. Hujuſmodi noſtræ conſtitutionis edicto omnibus regni noſtri fidelibus, & quibuslibet aliis in regno morantibus, (*e*) etiamſi extra regnum fuerint oriundi, firmiter inhibemus: Ut nullus in poſterum pecunias ſuas per ſe, vel per alios mutuo ſub magnis uſuris, vel minimis (*f*) dare fœnori audeat publi-

De eodem.

(a) U*Surariorum*. Hæc conſtitutio, quæ uſuras prohibet, canones imitando, poteſt dici quod continet jus commune.

Additio. *Adde textum in capite, quia in omnibus, de uſuris cap. ſuper eod. & c. conſuluit, eod. ti. c. quoniam multi, 46. diſtin. & per ſanctum Thom. 2. 2. quaeſt. 76. alias 78.*

Quia jure noſtro ſecundum omnium opinionem uſuræ ſunt prohibitæ, ut not. C. eod. in auth. ad hæc.

Additio. *Adde l. cunctos populos, C. de ſum. Tri. gl. 1. in c. quid dicam, 24. q. 4. gl. in verbo, animos, in c. de uſur. lib. 6. Jo. de Imo. in clem. 1. de uſu. Abb. in c. cum ſit generale, de foro comp. Card. Alex. in c. lege. 10. diſt. Ang. conſi. 219. incip. Arbitror dictam litem. Idem Ang. conſ. 272. incip. Quoniam dictum privilegium. Lud. Rom. conſi. 607. incip. in caſu propoſitæ conſultationis. Pet. de Anch. conſ. 28. incip. in q. quæ vertitur. Card. Zab. conſi. 78. incip. amice, & major cariſſime. Anc. de Prato veteri conſil. 46. in 4. vol. inter conſilia Ale. de Imo.* Superant.

Et nota quod leges Imperatorum non dedignantur, &c. ut in Auth. ut cle. apud pro. epiſ. §. fi. coll. 6. & ſacri canones Principum conſtitutionibus adjuvantur, ut extra de no. ope. nun. c. 1. Item hæc conſtitutio continet jus novum in eo, quod nova pœna proſequitur fœneratores Chriſtianos, ſcilicet in ademptione bonorum. Item dicit publicum eſſe crimen ipſorum: ſicut in crimine læſæ majeſtatis omnium eſt exæquata conditio, ut C. ad leg. Jul. maje. nullus, ſic in iſto crimine. Judæis autem permittitur de decem tantum unum accipere, alias puniuntur, ut in fine hujus conſtitutionis. Nec dicat quis, quod eſt melioris conditionis Judæus, quam Chriſtianus, quod eſſe non debet, ut ff. de nova. non ſolum; & quod vi aut clam. Servius, quia ratio hic redditur in litera: quia non ſunt ſub lege divina, cui rationi conſonat decretum dicens, quid ad nos de his, qui foris ſunt. 2. q. 1. c. multi.

* Additio. *Ad hanc conſt. vide c. Regni, car. 35. incip.... & prag. car. 5. incip.... & ritum, car. 9. col. 4. incip.... verum ſi accuſatus, ſit ſolitus pluribus vicibus uſuram exercere, poteſt perſonaliter etiam puniri, Bar. & Ang. in l. 1. C. de delator. lib.* 10. Marcus Ant. Pulverius.

* Additio. *Vide in conſtit. ſi quis in poſterum, & Dec. in conſi. 123. & ad materiam uſurarum, & quod crimen ſit & multa alia, vide Pet. Bellucam in ſuo ſpec. Princ. fol. 53. cum ſeq. An pendente lite ſuper crimine uſurarum, poſſint bona uſurarii deſcribi, Luc. de Penna in l. facultas, num. 4. C. de ju. fiſci. lib. 10. & an conſuetudo regionis excuſet a pœna uſurarum, puta quia ſolitum eſt fieri tales contractus, Aymo Cravet. in conſi. 6. num. 103. allegat plures tenentes, quod ſic.* De Bottis.

* Additio. *Adde quod etiam ante ſolutionem uſurarum poteſt judex mandare ut ſolvantur, & de fraudibus, quæ fiunt in contractib. Capic. deciſ. 175. & nota quod licet quis confiteatur ſe commiſiſſe uſuras, ſi aliunde non conſtat eſſe uſurarium, non poteſt condemnari. Aym. conſ. 48. & de modo probandi uſuram, & ex quibus conjecturis arguatur, Aym. conſ. 73. & 156. ubi de modicitate pretii, & pacto de retrovendendo.* Fab. Jordanus.

(b) *Sanctorum Patrum*. Qui fuerunt numero trecenti decem & octo: & convenerunt in Concilio Niceno, in quo inter cetera prohibuerunt uſuras in decretis, 47. diſt. & 14. q. 4. quoniam, & hoc eſt de illis quatuor conciliis, quæ ſicut ſanctæ ſcripturæ a legibus accipiuntur, & pro legibus obſervantur, ut in Auth. de eccl. ti. in prin. coll. 9. & C. de ſum. Trin. reddentes, §. ſuſcepimus, & de hære. & ma. l. quicunque, circa prin.

Additio. *Adde c. ſicut 15. diſt. c. ſancta, & c. ſeq. 16. diſt. & glo. in c. quod translationem, in §. 1. de renun.* Supirantius.

Propter quod arguimus, quod quicquid de uſuris in Romanis legibus eſt permiſſum, per ipſas etiam leges finaliter corrigitur, ut not. in præalleg. Auth. de eccle. ti. in gl. ord. quæ incipit, not. canones, &c.

(c) *Suſcepimus*. Ut C. de ſum. Trin. & fi. cath. l. 1. in fi. & inf. de viol. mu. il. l. in quæſtionibus, in fi. & alibi dicit princeps, nobis Deus faciendi poteſtatem donavit. Et nos ipſi Imperium Deo dante ſuſcepimus, ut in Auth. in med. li. non fie. ſacr. circa prin. in fi. colla. 8.

(d) *Divinæ conjungimus ultioni*. Ut alibi legitur, nos ergo ſequentes Dei judicium &c. & C. de oop. ſi libertam. Princeps enim Deum ſequitur, ut in Auth. conſtitutio quæ de dig. §. illud quoque, colla. 6. & in Auth. ut omnes obed. ju. provin. §. arripiat autem nullus, in fi. §. colla. 5. nam cor Regis in manu Dei: & ibi, voluerit &c. ut in l. inter claras, & ideo princeps dicitur Deus terrenus, ut patet ſecundum unam expoſitionem, ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. ad municipium.

(e) *Etiamſi extra regnum*. Non ergo mercatores Tuſci, & alii exteri mercatores in regno quomodocunque utentes, excuſantur a pœna conſtitutionis hujus, ſi uſuras exercent, ut & alias, infra de illici. por. ar. l. hominet extra regnum. Nam conſtitutionem, & conſuetudinem regni cuſtodire tenentur, ut C. loc. & con. l. circa, ff. com. præ. l. venditor, §. ſi conſtet. & C. de ædi. pri. l. an in toto. Et quæ ſit longa conſu. l. 1. ubi dicit, probatis his quæ in oppido frequenter, &c. ut ff. de evict. ſi fundus, & C. de ma. li. l. 1. & ſpecialiter circa uſuras: ut ff. de uſu. l. 1. in prin. & ad id. ff. de adm. tu. l. tutor, qui repertorium, §. exteris, ubi dicitur quod leviores uſuræ, quæ frequentantur in provincia, ubi negotium agitur, ſunt præſtandæ. Unde in regno ubi ſunt uſuræ prorſus prohibitæ ut hic leviores factæ alias eſſe intelliguntur, quando nullæ ſunt, ut arg. ff. de tributo. l. illud, §. minus.

(f) *Dare fœnori*. Sed cum uſuræ vicem obtineant fructuum, nec debeant a fructibus ſeparari, ut ff. de uſu. l. uſuræ. Fructus vero in aliis rebus omnibus veniant, ut ff. de

ANDREAS DE ISERNIA.

determinaretur a jure civili, determinaretur ſecundum jus civile, extra de no. oper. nunc. c. 1. & 2. & 10. diſt. c. 1. & pen.

Additio. *Adde c. clerici de Juda. & in c. ult. de ſecun. nupt.*

U*Surariorum.* Hic contractus eſt omni jure prohibitus.

Additio. *Adde tex. in c. quia in omnibus, de uſu. c. ſuper eo. & c. conſuluit, in ti. in Auth. de eccl. ti. gl. & Bar. in auth. ad hoc, C. de uſur. Bar. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. Ang. conſ. 209. incip. arbitror dictam litem. Ang. conſi. 272. incip. in Dei nomine. Petr. de Anch. conſi. 28. incip. in q. quæ vertitur Car. Zab. conſi. 78. incip. amice. Lud. Rom. conſi. 517. incip. in caſu, ſanctus Tho. 2. 2. q. 76. alias 78.*

Et ideo licet voluntarie quis ſolvat uſuram, repetit, etiamſi juraſſet debitor, extra eo. c. tuas, & ſic ſolvitur

blice, vel occulte. Et ut ipſorum audacia, qui ſuæ ſalutis immemores ſunt, & edicti noſtri extiterint temerarii contemptores, inulta non maneat, præſenti lege ſancimus: Ut quicunque amodo fœnerator in Regno inventus fuerit, omnium bonorum ſuorum tam mobilium, quam ſtabilium publicatione (*) damnetur. (*a*) Omnibus etiam regni noſtri fidelibus concedimus liberam poteſtatem uſurariorum nequitiam in publicum deferendi. Nec a delatione propterea aliquis repellatur, quod damnum proprium, vel ſuorum, vel ſuam injuriam minime proſequatur. (*b*) Crimen iſtud præſenti lege ſit publicum: ita quod omnibus, qui in accuſationibus, & criminibus publicis admittuntur, uſurarios accuſandi licentia tribuatur. A nexu tamen præſentis conſtitutionis noſtræ Judæos (*) tantum excipimus, in quibus non poteſt argui fœnus illicitum divina lege prohibitum: quos conſtat non eſſe ſub lege a beatiſſimis Patribus inſtituta. Quos etiam auctoritate noſtræ licentiæ improbum fœnus volumus exercere: ſed metam ipſis imponimus, quam eis non licebit tranſgredi, videlicet, ut pro decem unciis per circulum anni integri, unam ipſis tantummodo lucrari liceat pro uſuris. Quicquid autem ultra acceperint, in nonum Curiæ noſtræ componant. Ut ex abuſu licentiæ, quam eiſdem propter neceſſita-

---

ff. de uſu. l. videamus, an in omnibus rebus. Quare ſtatuitur aliud in uſuris pecuniæ, quæ prorſus prohibentur, ut hic, in rubrica? Quia fructus eſt incrementum ex ipſo corpore ſecundum naturam rei deſcendens. Et ideo dicitur acceſſio naturalis. Uſura vero non ex ipſo pecuniæ corpore, ſed eſt incrementum, quod præter naturam accidit ex alia extrinſeca obligatione, videlicet, ex pacto contrahentium, ſeu ſtipulatione in contractibus ſtricti juris: vel etiam ſine conventione aliqua: ex officio judicis, in contractibus bonæ fidei. Et ideo dicitur civilis acceſſio, ut patet ff. de verb. ſign. l. uſura pecuniæ, ff. de rei vendi. l. ſi navis. Et Philoſophus ait in primo Politicor. quod uſuraria acquiſitio pecuniarum eſt præter naturam. Nec obſtat, quod uſura propter ipſum corpus percipitur: non enim ideo eſt ex corpore, ut patet ff. de conjug. cum eman. lib. l. 1. §. nunc videamus, & ff. de pecu. l. eo tempore, in fi. Lucrum ergo fructuum, qui ſunt ex re noſtra, ſeu nobis debita, ita eſt noſtrum ſeu nobis debitum, ut res ipſa: & ſic rationabiliter petitur, ut ff. ad exhibendum, l. de eodem, §. ſi quis ea ſuis, de rei vend. non ſolum, in fi. quoniam portionis inſtar obtinet, ut ff. de legatis, & fideicommiſſ. 2. cum filius, §. dominus. Lucrum autem uſurarium eſt extra corpus rei: cum res ipſa æque bona ejuſdem ſcilicet naturæ & qualitatis nobis reddatur, ut Inſtit. quibus mod. re contrah. obligatio, in prin. & ff. de reb. credit. cum quid. Et ſic cum nonnihil nobis abſit, quærere non debemus ex jactura alterius, ut ff. de inſtit. ſi quis mancipiis, ad fi. Sed diceret aliquis, quando debitor voluntarie ſolvit, vel promiſit uſuras: quomodo dici poteſt cum ejus jactura hoc fieri? ut ff. de reg. jur. l. nemo videtur. Item nonne poteſt ultra id quod debet, legare de ſuo debito creditori, ut ff. de leg. 2. Mævius, §. debitor autem. Et ſic legatum nihil aliud eſt quam donatio quædam, ut ff. de leg. 2. l. legatum.

* Additiones. *An in hoc crimine poſſit procedi per inquiſitionem in Regno, vide Maran. diſp. 5. & an probetur hoc crimen per teſtes ſingulares, vide Rom. in ſing. incip. volo probare, & Bal. in l. dectamibus. C. de teſta. & ad materiam vide Dec. conſ. 516. Alex. conſ. 72. 1. vol. & Abb. conſ. 42. 1. vol. Sed an confiſcentur jura & actiones & nomina debitorum, cum in hac conſt. fiat ſolummodo mentio de mobilibus, & immobilibus. Dic quod non, cum ſit tertia ſpecies bonorum diſtincta ab aliis. pro quo vide Doct. & maxime Jaſ. in l. a divo Pio, §. in venditione, ff. de re ju. & Ro. conſ.* 509. F. Jord.

Quid ſi non eſſet impoſita hæc pœna, qua pœna deberent puniri, Belluca in Spec. Princ. fol. 55. nume. 37. dicit quod arbitraria. Aymo Crave. conſil. 6. nume. 10. dicit quod nulla pœna reperitur impoſita de jure civili, & propterea aliqua imponi non poteſt. Sed Corn. in loco alleg. per Aymonem ubi ſup. nu. 104. voluit quod puniatur pœna ſtellionatus, reprobatur tamen ibi per Aym. nu. ſeq. vide Covar. in 3. lib. var. reſol. c. 3. per totum, ubi ponit pœnas de jure civili & canonico, vide etiam ad conſt. Capic. deciſ. 130. *nu.* 40. Jacubus Anellus de Bottis.

(a) *Omnibus deferendi.* Sed an poterit intervenire procurator in hoc crimine? Videtur quod non, quia ad crimen publ. jud. &c. Vel dic, quod ſic ubi pœna pecuniaria imponitur, ut ſupra patet, ff. de proc. ſed & hæc §. 1. & l. ſervum, §. publice, ubi de hoc, & ff. an per alium cau. appellat. reddi poſſ. l. 1.

(b) *Crimen publicum: ita quod omnibus &c.* Collige ergo hic, quod dicatur crimen publicum, videlicet, quod ex lege aliqua publicorum judiciorum deſcendit, ut

---

ANDREAS DE ISERNIA.

vitur quod quæritur hic in gl. ſuper verbo, dare fœnori, ibi, ſed diceret aliquis &c. Sunt prohibitæ etiam quando debitor ſuſcepit periculum in ſe, extra eo. tit. c. fin. C. eo. ſi ea lege. Item videtur factum in fraudem uſurarum, quando promittitur dupla, ſi non intereſt. ff. de act. emp. l. Julianus, §. idem reſpondit.

Damnetur. Debet damnari uſurarius antequam fiſcus accipiat bona. Quod eſt de omni crimine, ut prius convincatur & damnetur, antequam procurator fiſci mittat manus ad bona. C. ubi cauſæ fiſca. l. 1. ff. ad Syllan. l. neceſſarios, & de jure fiſci, l. 2. §. an bona. in gl. Hoc idem eſſet, ubi bona publicarentur ipſo jure, & eſt contra poſſeſſorem ſententia neceſſaria propter bona in Auth. de ince. nup. in prin. in gl. ff. qui & a quibus, quæſitum, pro ſocio, ſi fratres, §. idem reſpondit. Hoc qualiter intelligi debeat, plene diximus in titu. quæ ſunt rega. ſuper verbo, & quæ de condignis; & ſuper verbo, contrahentium, colla. 10. Si ergo non ſunt damnati uſurarii, non confiſcantur bona. Idem etiam ſi damnati appellaſſent ubi non eſſent convicti & confeſſi, quia appellatione pendente, non debet exequi per totum titulum, nil novari appel. pend. Sed ſi non appellavit, imputet ſibi; quia purgatur vitium, ſi eſt contra jus litigatoris per taciturnitatem appellationis omiſſæ. C. ut li. pend. l. fi. Secus ſi eſſet nulla, hæc non demandatur executioni, ff. de feriis, ſi feriatis. Si appareat nullitas ex actis, ſecus ſi altiorem indaginem tempus exigeret, quod objicitur, C. de falſis, l. 2. ad exhib. l. fi. quia non videtur condemnatus, qui non rite condemnatur, ff. de re judi. l. 4. §. condemnatum, de contra tab. non putavit, §. non quævis. Idem ſi probetur Titium uſurarium; & Titius reprobet teſtes, perinde eſt tunc, ac ſi non dixiſſent, arg. infra in conſt. proſequentes, ff. de judi. ſi prætor, §. Marcellus, diximus in ſimili, in c. 1. quod teſtes ſunt neceſſarii ad probandum inveſtituram. Idem ſi deſtitit accuſator ante ſententiam; & ff. de bon. libe. qui cum major. §. accuſaſſe. Idem ſi appellatione pendente deſtitit accuſator ibi: niſi per fraudem hoc fieret, tunc ex officio ſuppleretur. C. de aboli. l. 2. Sed quid ſi probetur per duos vel plures teſtes Titium eſſe uſurarium: In cauſa ſcientiæ interrogati dicunt, quia dari viderunt ad uſuras cum Petro, alius cum Martino; & ſic de ſingulis, non concordant duo quod ſit datum ad uſuras uni, an ſit probatum eum eſſe uſurarium? Videtur quod ſit probatum: non enim volui probare Titium eſſe uſurarium, quia dedit ad uſuram Petro: ſed quia erat uſurarius: ſic

Digitized by Google

ſitatem hominum coacti relinquimus, commodum, ultra licitum, non conſequantur.

De decimis præſtandis.

TITULUS VII.

Præcipitur hic omnibus officialibus, ut non expectent aliud mandatum a rege de ſolvendis decimis prælatis de juribus fiſcalibus, eo modo & forma, prout ſolvebatur tempore regis Gulielmi ſui conſobrini. Et idem etiam debeant facere omnes ſubditi, ſcilicet quod ſolvant decimas prædiales integras, tam de bonis feudalibus, quam Burgenſaticis, prout ſolverunt in præteritum tempore dicti regis Gulielmi, quoniam Imperator non vult, quod in aliquo diminuantur jura eccleſiæ: ſed potius intendit ipſa augere, quia ejus protectionem ſuſcepit h. d. Matth.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem.*

QUanto (*a*) ceteris (*) terræ Principibus munifica dextera Salvatoris in temporalibus nos præfecit, tanto ſaltem juris naturalis inſtinctu ad antidota (*b*) ſtrictius obligamur. Cum

ut hic, ff. de pub. judic. l. 1. Idem quando cavetur in lege, quod judicium ipſius criminis ſit publicum ut ff. de prævar. l. prævaricationis, ad fi. & hic: cujus executio datur cuilibet de populo per ipſam legem, ut hic, & inſt. de publ. jud. §. 1. & de ſuſpect. tut. §. conſequens, C. ad leg. Jul. de adult. l. quamvis, & infra de ſala. pruſcr. ſenten. l. corruptelæ crimen, & C. de epiſc. & cle. ſi quis in hoc genus & l. ſi quicquam, de paga. l. fi.

Additio. *Adde an ſit prohibitum Judæis capere uſuram a Criſtianis? Vide per Doc. in c. poſt miſerabilem, & c. quando, de uſur. Jo. de Anan. in c. 1. & in c. conqueſtus, in ult. col. eod. tit.*

* Additio. *Quid ſi non eſſet diſpoſitum hoc, an Judæi poſſent puniri exercentes uſuram, vide aliqua per Alex. in conſ. 6. nu. 1. vol. 6. & in conſ. 8. nu. 11. eo. vol. & in toto illo conſ. tractatur, an domini temporales poſſint dare licentiam Hebræis exercendi uſuras in eorum territoriis, & an tunc poſſint petere uſuras uſurarum, de quibus etiam vide eundem in conſ. 2. 3. & 107. vol. 2. & vide Arno. ſoliloq. 32. ubi an potuerit hoc diſponi per hanc conſtitutionem.* De Bottis.

De decimis præſtandis.

(a) QUanto ceteris. In hac conſtitutione mandat Imperator ſuis officialibus & bajulis ſolvere decimas totius introitus regni eccleſiis: & in hoc ſequitur jus aliorum privatorum: quia omnes tenentur ſolvere decimas, ut extra de decl. per totum, & maxime in c. cum non ſint in homine.

Additio. *Adde quod decimæ ſunt de jure divino, ut in c. tua nos, de decim. Card. in c. a nobis, in 3. oppo. eo. ti. Abb. in c. ſi de terra, in 2. notabili, de priv. Archid. in c. decimæ, 16. quæſt. 1. ſanctus Tho. 2. 2. q. 87. art. 1. & an ſolutio decimarum poſſit tolli per conſuetudinem? vide per Anto. de But. in cap. cum aliquibus, de parochiis.*

* Additio. *Vide c. Regni, volumus, & mandamus, & ibi Scribentes.* De Botris.

Nec eſt Imperator, cum tractatur de judicio animæ, privilegiatior aliis: quia quantum ad Deum nulla eſt exceptio perſonarum, ut extra de jud. cap. novit. Sic & de jure civili, Imperator quædam onera non evitat: ſicut & ceteri, ut C. de privil. dom. Auguſtæ, l. 5. circa fi. lib. 11.

(d) *Strictius.* Ut ff. ad Sylla. l. 3. §. de his autem, cum ſim. ibi no.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſic dixit Joannes in ſimili, quando volo probare me poſſediſſe, & unus teſtis dicit, quod vidit me poſſidere in iſto anno: alius pro alio anno ſolum, quæritur an poſſiderem, & ſic ſolem quæritur, an dederit ad uſuras ff. de teſti. ob carmen. §. fi. in gl. Sed etiam dicit Inn. ſic probari juriſdictionem, ſi unus teſtis dicit vidiſſe judicare inter Titium & Sejum, alius inter Petrum, & Joannem, extra de accuſa. c. qualiter. de teſtibus, c. qualiter & quando. il 2. ubi videtur Inno. hoc tenere, licet more ſuo obſcure loquatur: & idem diverſis verbis pluries repetat, ut eſt legere in ſcriptis ſuis, & dicit dominus Abb. in ſuo proœmio Decretalium: & omnes Doctores communiter ſentiunt hanc opin. Tu ſuper hoc cogita: quia apud Doct. Moder. de iſta quæſtione multa reperies.

USurariorum. Sed nunquid ad publicationem bonorum uſurarii agi poſſit, antequam de crimine coram eccleſiaſtico judice, ad quem ſpectat, convincatur, cum ab eccleſia ſit corrigendum hoc crimen, ut extra de uſu. c. cum tua, & c. quia in omnibus, & vide quod no. C. ubi cauſæ fiſcales, l. 1. & 2. de jure fiſci. l. fin. & C. qui teſtam. facere poſſunt l. 2. & vide quod no. Azo in ſumma, C. de bon. damna. Ex his ſi ſanam mentem & intellectum habueris, ſolutionem hujus quæſtionis poteris habere, omnes tamen præallegatæ ll. videntur loqui poſt mortem criminoſi. Sed utrum eo vivente poſſit agi ad civilem pœnam publicationis bonorum, antequam de crimine convincatur? dic, quod ſic, et no. gl. C. de fi. inſtr. l. 2. & l. fi. in prin. Attendas tamen, quod licet crimen uſurarum, adulterii, & ſimilia, dicantur canonica crimina ſeu eccleſiaſtica: extra, de fo. comp. c. cum ſit generale, & de offi. ord. c. 1. de jureju. c. cum ex literis, extra eo. Hoc ſane intelligas, quod ex iſtis criminibus, vel quocumque alio, ſi quidem agitur ad pœnam legalem, tunc dicetur crimen civile, & judex ſæcularis cognoſcet. Aut agitur ad excommunicationem, depoſitionem, vel aliam pœnam canonicam: & tunc erit canonicum, & cognoſcet eccleſiaſticus judex, ut no. C. de epiſc. & cler. auth. clericos, & ita videtur ſentire Ber. extra de fo. compe. c. ex tenore. Cum vero crimen uſurarum ſit mere canonicum, ut ſupra dictum eſt, videtur quod non poſſit agi ad confiſcationem bonorum, priuſquam fuerit de ipſo crimine condemnatus: ſicut dicimus de crimine hæreſis, ut extra de hære. c. cum ſecundum leges, & poſito quod non poſſit prius agi, niſi fuerit per eccleſiaſticum condemnatus, vocabitur demum poſtquam fuerit condemnatus: & convincetur de crimine per ſententiam eccleſiaſtici judicis, arg. eorum, quæ no. per Inn. extra de accuſ. c. qualiter & quando circa fi. gl. magna. Et vide per And. in ti. quæ ſint regal. in ver. contrahentium inceſtas nuptias. Sed nunquid in crimine uſurarum poſſit procedi per inquiſitionem ex officio? dic, quod ſic, in c. ad audientiam, extra de jureju. & in c. cum in diœceſi tua. extra eo. Barth. de Capua.

AN autem admittatur in hoc crimine uſurarum appellatio? Vide c. quam pericloſum, & c. tuas. de uſur. & vide And. de Iſer. in conſt. intentionis, de illic. port. armo. Sed nunquid uſurarius admittatur in teſtem? Dic, quod non: nam ad communionem non admittitur altaris, nec Euchariſtiam, &c. c. quamvis, extra eo. Jus enim uſurarius excommunicat ad iſta tria, ut no. extra eo. c. compelluntur, non enim cum hominibus morari poſſunt: ſed infra tres menſes de terra expelli, extra eo. c. uſurarii. Petrus de Monteforte.

De decimis exſolvendis.

QUanto. Solvuntur decimæ prælatis, ſi debentur in pecunia, in Pentecoſte.

Additio. *Alias in Septembre.*

Si in frumento, vino, oleo, & aliis victualibus, tunc

Digitized by Google

† *Alias, plus.* Cum etiam veritate dicente, ab eo, cui † (*a*) amplius creditur, amplius exigatur. Quod in noſtræ mentis intrinſecus meditatione ſolicita revolventes; & illud etiam attendentes, quod ſolutio decimarum, quarum debitum ex utriuſque Teſtamenti tabulis confirmatur, tanto in eccleſiis Dei pretioſior redditur, quanto decimalis oblatio de bonis hominum, (*b*) velut electum quoddam ſpirituale peculium, a Domino (*c*) reputatur. Officialibus noſtris univerſis & ſingulis præſentis legis auctoritate mandamus, ut decimas integre, prout Regis Gulielmi tempore conſobrini, & prædeceſſoris noſtri, ab anteceſſoribus officialibus, & bajulis exſolutæ fuerunt, locorum (*d*) prælatis exſolvere abſque † omni difficultate procurent. Nos enim, qui (*e*) (favente Domino) inter homines ſumus (*f*) in præeminenti culmine conſtituti, quantum ſine injuria noſtrorum regalium poſſumus tolerare (*g*) eccleſiarum jura, & præſertim earum, quæ in regno conſiſtunt, & quas (*h*) ſub protectione noſtra recepimus, & habemus, in nullo diminuere nolumus, ſed augere. Subjectis etiam noſtris indicimus, ut decimas, quas de feudis, & bonis ſuis anteceſſores eorum prædicti Regis Gul. tempore præſtiterunt venerabilibus locis, quibus decimæ ipſæ debentur, cum integritate (*i*) perſolvant. † *Alias, ulla.*

De

(a) *Amplius exigatur*. Sic. C. de epiſcop. & cleric. l. presbyteri.

(b) *Velut electum*. Quod eſt Deo omnipotenti dignum donarium divinarum rerum tuitio, ut in Auth. ut ecc. Ro. cen. an. hab. pri. circa princ.

(c) *Reputatur*. Ut patet in Decreta. & 13. q. 2. ſi eccleſiaſ. & dic ut ibi.

(d) *Prælatis*. Nota quod de decima, quæ redditur eccleſiis, debent fieri quatuor partes: † Prima debetur epiſcopo, ſecunda clericis, tertia pauperibus, quarta in fabrica ipſius eccleſiæ, ut in Longobardia, de deci. l. ut decimæ pop.

† Additio. *Adde quod hodie non fiunt quatuor partes, ſed tantum debetur rectori, ſecundum Abbat. in c. 1. de eccl. ædif. & Dec. in conſ.* 118. De Bot.

(e) *Favente*. Alias, facienta.

(f) *In præeminenti*. Et ideo princeps dicitur Optimus & Maximus, ut ff. de leg. 2. qui ſolidum. §. 1. Et alibi, providentiſſimus, & vic religioſiſſimus, ut ff. de leg. 2. l. unum ex familia, §. ult.

Additio. *Adde in proæm. Inſt. in prin. Jaſ. in l. cum Syllanianum, in fi. C. de his quib. ut ind. intellige large, non ſtricte.*

Additio. *Adde quod boni Imperatores antiquitus inter Deos & Sanctos referebantur, ut in l. pen. C. de don. inter vir. & uxor. Sicut legitur de Conſtantino, qui dicitur Divus, id eſt, deificatus, ut in l. divi. C. de nat. lib. Et de Claudio in l. 1. C. ut lic. potent. Et de Auguſto, in l. 1. ff. de adul.* Superantius.

Et alibi ſacratiſſimus, & nobiliſſimus, ut ff. de nata. reſtit. queris. & dic plene, ut no. ſupra in proœmio. Et alibi ſanctiſſimus, ut ff. de leg. 2. Titio & Seio. ad fi.

(g) *Eccleſiarum jura*. Unde alibi: Noſtræ enim ſerenitatis undique ad hunc exitum providentia ducitur, ut omnipotentis, &c. ut C. de hære. l. ſi quis orthodoxæ. cum omnis abundantia, & ſtatus eccleſiis ſanctiſſimis ex munificentiis Imperialibus perpetuo præbeatur, ut in Auth. de non alie. §. ſi minus, coll. 2.

(h) *Sub protectione noſtra*. Et ideo alibi Imperator dicit, eccleſias ſuas eſſe, ſcilicet, quoad protectionem, † ut in Auth. ut eccl. Ro. in prin.

Additio. *Adde c. venerabilem, de elect. tex. & ibi Doct. in c. eccl. Mag. 97. diſt. c. tibi domino, & c. ego Ludovicus, 63. diſt. cle. ne Romani, de ele. cle. 2. de jurejur. Aug. de Ancho. de poteſtate Papæ, q. 35. artic. 6.* Superant.

† Additio. *Adde quod Domini temporales cogunt prælatos ad reparationem eccleſiæ, ut eſt tex. & ibi no. in l. ſi aliquam, ff. de offi. proconſ.* De Bot.

(i) *Perſolvant*. Poſſunt ergo decimæ peti ex hac conſt. ſicut petuntur condictione ex canone 16. q. 1. c. revertimini, petuntur rei vend. etiam, ut 16. q. 1. c. moderamine. Item per confeſſoriam, cum ſit quaſi ſervitus, ut alias ff. ſi ſer. vin. l. 1. & 2. Marin.

ANDREAS DE ISERNIA.

tunc quando percipiuntur: & non oportet de hoc haberi mandatum a curia, ut in c. in planitie ſancti Martini, continetur. Quod hodie videmus male ſervari. Idcirco deberent Reges timere Dei judicium in hoc ſæculo, & in futuro: quoniam potentes potenter tormenta patiuntur, Sapien. 7. Et idem de Comitibus, Baronibus, & aliis debentibus decimas, hos compellit juſtitia, ut ibi dicitur. Item debetur ſecundum formam curiæ tertia pars procuratoris pro novis ſtatutis impoſitis per Fredericum Imperatorem. De illis non vult eccleſia decimas, tanquam de male ablatis, quæ impoſita fuerunt per illum contra Deum, & juſtitiam: per quod videtur ille Fredericus quieſcere in pice, & non in pace. Multum debent cavere principes mundani in hoc: quia etiam hoc Deus retribuit: ſicut patet in illo Frederico, cujus heredes non ſunt hodie. Dicitur enim Iſaiæ 10. Veh qui condunt leges iniquas. Sic & ſocius de talibus quæſitis non habet partem, ff. pro ſoc. quod autem, & l. ſocietatem non priſce. §. fi. & l. ſeq. §. ſed & ſi quid, & fam. erc. ceteræ, de tut. & rat. diſtrah. l. 1. §. plane, & hæc forma non præjudicat eccleſiæ, quæ poteſt dicere: Da mihi decimam debitam de veteribus ſtatutis: nolo de novis. Econtra Curia dicere poteſt, volo dare tibi de veteribus, non de novis. Alicubi ſunt plura jura vetera: alicubi plura nova.

Vetera ſunt hæc, videlicet.

Dohana. Portus, & Piſcaria.
Anchoragium. Jus affidaturæ.
Scalaticum. Herbagium. Paſcua.
Glandium & ſimilium. Becharia.
Jus tomuli. Paſſagium vetus.
Jus caſei, & olei non eſt ubique per Regnum.

Nova ſunt hæc, videlicet.

Jus fundici Ferri. Saponis. Molendini.
Azarii. Picis. Bechariæ novæ.
Salis. Imbarcatura. Jus ſepi.
Jus ſtateræ ſeu Calandræ. Jus portus, & piſcariæ
Ponderaturæ. Jus exituræ.
Jus menſuraturæ. Jus decini. Tentoriæ.
Riæ de novo. Jus Marchium.
Jus ſetæ. Jus cambii. Jus baliſtarum. Jus gallæ.
Jus lignaminum non eſt ubique.
Jus gabellæ auripellis non eſt ubique per regnum.

Jus reſinæ ſeu teſicæ majoris & minoris non eſt ubique, ſed Neapoli. Item quod dicitur in gl. quod de decima fiunt quatuor partes per jus Longobardum. Dic quod per jus canonicum de oblationibus fiunt tres partes: de decimationibus, & aliis debitis prælato fiunt quatuor, 12. q. 2. c. de rediribus. Ad quarum notitiam apparet quantum eſt onus prælatorum, & quod pauci hodie, peccatis exigentibus ſalvant ſe. Sed dic quod olim in primitiva eccleſia † epiſcopi propter paupertatem recipiebant medietatem oblationum ſuæ provinciæ, 10. q. 1. c. antiquos. Poſtea vero receperunt tertiam, eo. c. & q. & c. de his. Poſtea quartam. 12. q. 2. contra reno. & c. præcedenti. Hodie vero de oblationibus nihil: quia illa tertia, quæ poſtea fuit quarta, ſervatur pro fabrica eccleſiæ, pro qua oblationes proveniunt.

† An-

De cultu pacis, & generali pace in regno ſervanda.

TITULUS VIII.

Pro pacis obſervatione præcipitur, ut nullus auctoritate propria de injuriis & exceſſibus ſibi factis faciat vindictam: ſed adhibeat judices ordinarios deputatos, vel deputandos pro juſtitia conſequenda: niſi tempore illatæ injuriæ in perſona, vel in rebus ſe defenderit, etiam cum armis incontinenti & non ex intervallo, cum moderamine inculpatæ tutelæ: tunc licita eſt defenſio, h. d. tota iſta conſtit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem.*

PAcis (*a*) cultum, qui a juſtitia, & a quo juſtitia (*b*) abeſſe non poteſt, per univerſas & ſingulas partes regni noſtri præcipimus obſervari. Ut nullus auctoritate propria de inju-

De pacis cultu.

(a) P*Acis cultum*. Hæc conſtitutio permittit cuilibet ſe defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & incontinenti, & continet jus commune, ut C. unde vi. l. 1. & Ita eſt quæſtio glo. illius. Et quæ ibi not. hic repete.

(b) *Abeſſe non poteſt*. Bene ſic loquitur. Nam tempus pacis gubernatur per juſtitiam, ut in proœ. Inſt. in prin. concor. Pſalmiſta, qui dicit: Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi; Pax & juſtitia complexæ ſunt. Merito ergo per hanc conſtitutionem obſervantia pacis inducitur generaliter in Regno: ſic in conſue. feu. de pa. te. l. una, in prin. & de pa. jur. fir. hac edictali, in princ. Publice enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari, ut ff. de his qui deje. & effu. l. 1. §. ſumma. Et pacis conventio ex publica cauſa procedit, ut ff. de pact. l. conventionum, in fi. Et de pace quidem gaudet, & quieſcit in tuto, & proficit populus, in C. pub. læti. vel conſ. nun. l. unica, lib. 12. & de Irenar. l. una, lib. 10. ff. de offi. præfec. Urb. l. 1. §. quies. & patet in auth. de armis, in prin. Et hæc eſt, quæ confirmat imperium & regna conſervat. C. de ſum. Tri. & fi. cath. inter claras. Et ideo bono congruit domino, ut provincia, quam regit, in pace conſiſtat, ut ff. de offi. præſi. l. congruit. Et nota pacem per judicem eſſe ſervandam. Et cuilibet judici hoc principaliter per principes eſt mandatum, ut omnem pacem populis faciant, ut Auth. de man. princ. §. deinde. Et quod ſolicitudinem habeant, ut locus ſit quietus: & injuſtitia, ac læſio ſuſpen-

ANDREAS DE ISERNIA.

† Additio. *Vide Caſſ. in conſ. 60. verſ. ad tertium dubium.* De Bot.

Sed ſi epiſcopus vellet ſubire onus fabricæ, poſſet eam habere, 10. q. 3. placuit, & c. unio. Nam alia tertia oblationum eſt pauperum, alia clericorum illius eccleſiæ. Sed ſi clericis non ſufficeret illa tertia, accipiant tertiam pauperum: ſic & epiſcopus, alias ſervatur pauperibus: & ſi non ſint pauperes, futuris pauperibus, ut no. hoc in c. unio. Item de reditibus epiſcopalis eccleſiæ, inter quos videtur eſſe quarta decimarum & aliorum jurium debitorum prælato, extra de præſcr. c. de quarta, fiunt quatuor portiones: unam habet epiſcopus, aliam clerici, aliam pauperes, aliam fabrica eccleſiæ: quæ, ſi non indiget fabrica, ſervatur pro futura fabrica, vel emitur inde poſſeſſio ad opus eccleſiæ, ut c. de reditibus, & c. præcedenti, & c. nobis. Unde eſt hæc, & alia diviſio in quatuor partes, quam diviſio oblationum, quæ in tres dividitur portiones, & dicitur hoc in c. unio. Quantum ad fabricam eccleſiæ, tene quod no. Ino. extra de his quæ fiunt a ma. par. cap. c. fi. ſcilicet ut ſi tertia vel quarta ſufficit fabricæ, non graventur inde alii clerici: alias omnes clerici contribuere compelluntur, extra de eccl. ædifi. c. 1. & ibi etiam in glo.

Additio. *Adde an deputatum ad fabricam eccleſiæ poſſit converti in alium uſum? vide tex. & Arch. in c. 1. 10. q. 1. e. gloria epiſcopi, 12. q. 2. Card. Zab. in c. fi. de teſta. Doct. in cle. contingit de relig. domib.*

Epiſcopus poteſt ſicut vult de ſuis introitibus diſponere.

Quantum ad partem epiſcopi, de ea poteſt prælatus facere id, quod vult, ſicut de ſuo pro ſe, ſcilicet deputato; nec cenſetur, ſicut res eccleſiæ illud, quod pro ſuo uſu deputatum eſt. Unde ſi hæc portio ſibi ſufficit, debet eſſe contentus: alias duas pauperibus & fabricæ ſervabit: & ſi ſuperſit, dabit illis pauperibus, quia bona eccleſiarum pauperum ſunt, 12. q. 2. c. indigne, & quicquid habent clerici, pauperum eſt, 16. q. 1. c. ult. in gl. Et gloriæ epiſcopi eſt providere pauperibus, 12. q. 2. c. gloria. De iſtis bonis debent intelligi hæc capitula & quæſtiones, & 2. q. 1. c. fi. quod primum ſibi & eccleſiæ ſervientibus providere debet de bonis eccleſiæ. Reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium uſibus miniſtrantur, de epiſcopo loquitur. Si tamen non det pauperibus, peccat dando aliis, vel moderatum uſum in abuſum convertendo. Quod non punctualiter in his accipiendum eſt, ſcilicet, ſi excedant in puncto: ſed ſi ſit immoderatus exceſſus. Conſanguineis tamen dignis dabit de his, ut dicit Hoſt. 10. q. 2. epiſcopus.

Additio. *Adde quid de Papa dando bona eccleſiarum ſuis conſanguineis, ut pro aliis eos divites faciat vide ſing. dictum Arch. in c. non licet Papæ, 12. q. 2. Abb. in c. cum veniſſent ver. ex hoc infero. de judi. & illud dictum Arch. in d. c. non licet Papæ. alleg. pro ſing. Abb. in c. conſtitutus de reli. do. Abb. in c. dudum, il 2. de elect. Abb. conſ. 42. inci. videndum eſt in effectu in 1. vol. Laur. de Rodulphis in repet. c. ſine excep. 12. q. 2. in 31. q. & per Bal. in l. cum multæ. C. de bo. quæ libe.* Superant.

Non tenetur tamen ad reſtitutionem iſtorum, quia deputata eſt hæc portio ad alimenta prælati, ut dicit S. Tho. 2. 2. circa fin. in tit. de his quæ pertinent ad ſtat. epiſc. 7. q. De aliis vero portionibus ſi quid accipiat, dicit ibi, quod tanquam de alienis prælatus tenetur ad reſtitutionem. Quod eſt intelligendum, niſi egeat. Nam tunc ea, quæ debet dare pauperibus, dabit ſibi ipſi pauperi: & eis qui ſibi miniſtrant, 10. q. 2. epiſcopus. Pauper epiſcopus dicitur, qui non habet victum, & veſtitum pro ſe, & miniſtris ſuis: quod attenditur ſecundum dignitatem perſonæ prælati, de quo dic plene ſecundum Hugo. alias Hoſt. in d. c. epiſcopus. — *Epiſcopus pauper quis dicatur.*

De cultu pacis, & generali, &c.

P*Acis cultum*. Verba ſunt Prophetæ Iſaiæ 35. c. circa fin. ibi Opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, &c. propter juſtitiam acquiritur pax, multum debent viri regnantes, ut juſtitia ſervetur in terris eorum & propter hoc habebunt regna parare. Nam ſuper illud Pſalmiſtæ: Juſtitia & pax oſculatæ & complexæ ſunt ſe; dicit gl. Aug. Amant ſe hæc duo, ut qui facit juſtitiam, inveniet pacem. Et non aliud ſubſtantiale eſt in regibus, quam obſervare juſtitiam, ſeu obſervantia juſtitiæ, 23. q. 5. Regem. 2. Regem, 10. conſtituit te dominus Regem, ut facias juſtitiam, & judicium. Contra rebelles indicitur juſtum bellum, in quo bellatur ut juſtitia fiat, & pax habeatur, 23. q. 1. noli. De his dicit Vegetius lib. 3. in prologo de re mil. in fi. Qui pacem quærit, præparat bellum. Contrarium agentes plerumque opprobrium degenerationis incurrunt, ſicut in Tarquinio, quem & eius liberos Romani expulerunt ob injurias ipſorum, ſubrogata ei minori conſulari poteſtate, ff. de orig. jur. l. 2. §. exactis, & per totam legem. Item nota quod poſſum defendere me & meos: imo & proximum, † ſi poſſum, per c. Innoc. IV. extra de ſent. excom. dilecto. Et quando in re patior moleſtiam, exigitur hoc moderamen, ſecus quando in perſone. Quæ omnia, & multa alia circa hoc dixi in tit. de pa. tenen. l. ſi quis hominem.

† Additio. *Vide Alex. in conſ. 76. & conſ. 11. vol. 1.* De Hottis.

† Additio. *Vide Maran. diſpu. 1. nu. 27. & late eundem And. in c. 1. §. ſi autem omnibus, de pace tenen.* Fabius Jordanus.

Item repreſaliæ ſunt prohibitæ in Regno, quia coram judicibus, qui hic exprimuntur, illico poteſt læſus juſti-

Digitized by Google

juriis, & exceſſibus (a) dudum factis, vel faciendis, in poſterum ſe debeat vindicare: nec preſalias, (b) ſeu repreſalias (*) facere: vel guerram in regno movere: ſed coram magiſtro Juſtitiario, & Juſtitiariis regionum vel locorum Camerariis, vel bajulis, & dominis, prout ad unumquemque eorum cauſæ cognitio pertinet, cauſam ſuam ordine judiciario (c) proſequatur. Ceterum ſi contigerit alicui violentis † injuriis provocato (d) ob tutelam ſui corporis, ſeu rerum ſuarum defenſionem, neceſſario adbibere, ipſam eidem incontinenti, prius ſcilicet quam divertat ad alios actus extraneos, non vetamus, (e) (cum moderamine tamen (f) inculpatæ tutelæ) ita videlicet, ut ſimilibus, (g) & æqualibus armis ſe defendere valeat, quibus & qualibus extiterit impugnatus: ita ut ſi armis molitis impugnatus fuerit, liceat & armis molitis ſe defendere. Si ſine armis molitis, vel quibuſlibet armis adverſarius ſuus eum impugnaverit, eodem impugnationis genere ſe defendat. Dum tamen incontinenti hoc faciat, ut eſt dictum.

† Alias, injuriis, vel violentiis.

† *De bis qui in Regno guerram moverint, & de preſaliis puniendis.*

† Alias, hic non eſt rubrica.

TITULUS IX.

Quicunque moverit guerram in Regno: confiſcatis omnibus bonis ſuis, capite punitur. Qui vero preſalias, vel repreſalias propria auctoritate fecerit, punitur pœna medietatis omnium bonorum. b. d.

IMPER. FREDERICUS.

COmes, (h) * Baro, Miles, ſeu quicunque alius, qui publice guerram in Regno move-

pendatur, ut in Auth. ut nul. in §. quemadmodum. Et debent judices invicem ſe juvere ad pacem tuendam, ut patet extra de treu. & pa. c. 1. ad fin. & in prælle. l. hac edictali. in conſuet. feu. & in Longobar. ut epi. & con. invi. ſine uni. l. 2. Quinimo epiſcopus poteſt excommunicare, & coarctare propter pacem, ut 90. diſt. c. placuit, & c. ſciendum. Ad hoc etiam erant dudum Irenarchæ ſpecialiter deputati, ut concordiam & pacem facerent fieri, & ſervari, ut in prælle. l. hac edictali. Iſta generalis pax debet jurari quolibet quinquennio a ſubditis univerſis ſupra 18. ann. & infra ſeptuageſimum conſtitutis, prout ibi plene dicitur, licet hodie non ſervetur. Cujus pacis violatores acriter puniuntur, ſicut in ſequenti rub. plene dicemus. Satis ergo Regi convenit providere, ut omnes in pace & gratia Dei ac Regis vivere valeant, ut in Longobar. de ſede contra ju. vel civil. le. l. 1. in fi. Et hoc etiam ſpectat ad officium cujuslibet judicis, ut ff. de uſufr. ſi cujus, §. ſed ſi inter duos. Et de pace pulchre loquitur lex. C. de caduc. tollen. l. una. in princ.

Additio. *Adde glo. in c. pacitimus, 20. diſt. & in c. novit. de jud. & pax eſt heres Jeſu Chriſti, ſecundum Barb. in conſi. inti. magnus, in fi. 35. col. ver. 23. in 3. vol. Ubi multa ponit de pace.* Superant.

Eſt autem nomen pacis dictum a pacto, ſive pactione, ut ff. de pac. l. 1. Item de decore pacis legitur. C. de vete. ju. enu. l. 1. in prin. Marin.

(a) *Dudum factis.* Secus ſi incontinenti, nam tunc licet cum æqualibus armis, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut hic ſubjicit, & C. unde vi. l. 1. ff. eo. ti. l. 1. & de juſt. & ju. ut vim. Et eſt intelligendum de defendendo, non vindicando, de quo dic, ut ff. ad l. Aqu. ſcientiam, §. qui cum aliter.

(b) *Seu repreſalias.* Licet hic conjungantur iſta tria; preſaliæ, repreſaliæ, & guerra, in lege tamen ſequenti ſeparantur, & aliter puniuntur guerræ, quam preſaliæ, ſeu repreſaliæ.

* Additio. *Portatio armorum ſimpliciter eſt prohibita exceptis certis caſibus; a ſententia pœnali appellatur, niſi eſſet prohibitum, vel eſſet convictus; idem in crimine læſæ majeſtatis, & debitor fiſci conventus pro ſorte non appellat: ſecus ſi pro lucro, l. fina. quo. ap. ſecundum Andr. An puniatur portans arma qui non fuit cum ipſis apprehenſus, vide per Phil. Cor. in Conſi.* 20. 3. *volu.* De Bottis.

(c) *Proſequatur*, C. de agr. & cen. nullus.

(d) *Ob tutelam*, ff. de juſt. & ju. l. ut vim. C. unde vi l. 1. ff. de injuria, §. 1. ff. de reg. jur. l. talis videtur, ff. de reg. ju. l. factum, §. non videtur. ff. ad leg. Aq. l. ſcientiam, §. quicumque, quod me. cau. l. ſed & partus.

(e) *Cum moderamine.* Quid circa moderamen attendatur? require plene, ut no. in C. unde vi. l. 1.

(f) *Inculpatæ tutelæ*, ff. de vi & vi armata, l. 3. §. cum igitur.

(g) *Et æqualibus.* Vel minoribus, ut credo. Idem dico ſecundum Ju. ſi pugnus unius magis noceat, quam enſis alterius: quod cum enſe poſſit ſe defendere, arg. ff. ad l. Aqui. l. qua actione, §. ſi quis ſervum, & de juſt. & jure, ut vim.

De his qui in Regno guerram, &c.

(h) COmes. Hæc conſtitutio punit moventes guerram, & ſatis poteſt dici quod obtinet jus commune, ut C. de ſeditioſis, & ff. de pœn. l. capitalium, §. ſolet, & ff. ad leg. Juliam de vi pub. l. qui cœtu. Et dicit ſpecialiter de Comitibus, Baronibus, & militibus: quia illi frequentius talia committunt, ut ff. de leg. & ſe. con. l. nam ad ea.

* Additio. *Vide pro intellectu, And. in c. ſi vero violator.*

ANDREAS DE ISERNIA.

juſtitiam conſequi. Concedit tamen Rex extra Regnum, quando per Romanos, aut Januenſes, aut alios ſibi non ſubjectos ſui aggravantur ſubjecti, nam requirit poteſtatem, ſeu dominationem, & rectorem loci, unde ſunt debitores, & damna dantes, ut cogat eos ad juſtitiam. Si non emendant, concedit tunc repreſalias. Iſtud eſt magnum dicere, ut puniatur qui non deliquit, & nullus ſanctorum Doct. auſus eſt dicere, præter Aug. 23. q. 2. Dominus noſter, quod cap. non eſt correctum per cap. & ſi pignoratores. Greg. 10. extra de injur. & dam. dato, li. 6. ut ibi dicunt Mod. Eodem modo excedunt alii contra ſubjectos regni. Item hoc male obſervant officiales pecuniam & collectam exigentes, qui faciunt repreſalias hominum de uno caſtro, ut habeant ſolutionem eis impoſitam, quod in aliis negat dominus, & Rex debet in ſe ipſa ſervare, pluries dictum eſt in ſuperioribus.

PAcis cultum. In gl. in ver. abeſſe non poteſt, ibi dum dicit, hoc etiam ſpectat ad officium cujuslibet judicis. Per iſta jura dicendum eſt, quod cum duo principes Chriſtiani, vel duæ univerſitates ſunt in diſcordia, quod dominus Papa poteſt & debet ad pacem, vel ſaltem ad treugam compellere, & confirmare: cum inferiores magiſtratus hoc poſſint, & debeant, 90. diſt. c. præcipimus, & c. attendendum, & c. præterea, & ſi poteſt, & debet ad pacem & concordiam, multo magis ad treugam, & inducias, quæ ſunt præambula ad pacem, arg. ff. de precu. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, & maxime quia ipſe conſtitutus eſt ſuper Reges, & regna, ut ſcribitur Hier. c. 1. extra, de maio. & obed. c. ſolitæ & poteſt quemlibet Chriſtianum corrigere de peccato; extra, de jud. c. novit. & c. cauſam, qui filii ſint leg. & ita vidi de facto. Barth. de Capua.

De his qui in Regno guerram moverint, & de preſaliis puniendis.

COmes vel Baro. Guerram facit qui cum comitiva armatus publice incedit ad offenſionem alicujus, præ-

Digitized by Google

verit, confiſcatis bonis ſuis omnibus, (a) capite puniatur. Qui autem preſalias, ſeu repreſalias fecerit, medietatis bonorum ſuorum omnium † proſcriptione (*) damnetur.

† *Alias publicatione.*

De illicita portatione armorum, & pœna percutientium cum eis.

TITULUS X.

Nullus hac conſtitutione pœnali reſiſtente, poteſt arma ad nocendum portare: niſi in caſibus hic deſcriptis, hoc dicit.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem.*

INtentionis (b) * noſtræ ſalubre propoſitum non tam circa punienda maleficia commiſſa verſatur, quam (c) ut in committendis eiſdem via & materia præcludatur. Quia igitur tam violentiis, quam homicidiis ipſis, armorum interdum prohibitorum portatio cauſam præſtat: occur-

---

latur. de pace tenenda. Sed quid ſi Baro tenet feudum ab alio Barone & non a Rege immediate, cui applicabitur feudum, vide eumdem And. in c. imperialem, §. illud de probib. feu. alie. per Frede. & in c. 1. col. pen. ſi vaxall. feu. priv. & in c. 1. qual. dom. feu. & multa gl. Pariſien. fo. 43. Bellame. deciſ. 725. Spe. de feu. q. 40. & vide quæ poſui in conſt. poſt mortem. F. Jordan.

(a) *Capite puniatur.* Similis pœna † ſtatuta eſt contra violatores pacis, ff. de re mili. l. fin.

† Additio. *Vide pragmat. num. 94.*

* Additio. *Proſcriptione & praſcriptione in aliquibus codicibus legitur, ſed debet legi proſcriptione, ſecundum Afflict. hic, vide c. Regni, plectuntur, car. 25. ubi ſingulariter limitatur hac conſtitutio non procedere in portante arma cauſa ſe defendendi.* Marcus Anton. Pulverinus.

De illicita portatione armorum, &c.

(b) INtentionis. Conſtitutio hæc generaliter prohibet portationem armorum, & conc. ff. de vi pub. l. 1.

Additio. *Adde quod hoc fallit in Doctoribus ſecundum Bar. in l. magiſtros, C. de profeſ. & med. & per Phil. in rubri. de magiſtris, in ult. colum. Et an prohibitio armorum facta per poteſtatem extendatur ad famulos inquiſitoris hereticæ pravitatis, vide per glo. in cap. ſtatutum, de her. lib. 6.* Superant.

Quibuſdam tamen nobilibus permittit, ar. C. de præpo. ſa. cu. l. fi. Contrafacientibus pecuniariam pœnam imponit.

In quo ſatis poteſt dici, quod ſit jus novum: quia in hoc caſu non invenitur impoſita. Nota tamen, quod majorem imponit divitibus quam pauperibus pœnam, quod eſt generale in pœna pecuniaria, ut C. de judic. l. properandum, §. ſin autem utraque. In corporali eſt contra, ff. de incen. l. Pedius. Item in fine no. quod ſi propter paupertatem non poteſt ſolvere pœnam, luit in corpore, ſic ff. de pœnis, l. 1.

* Additio. *Quid ſi aliquis portaverit arma venenata, an puniatur, vide Barba. in tract. de praſt. Card. in 5. q. 1. partis, citatum per Cottam, in verbo, homicidium. Et quid in portante gladios ad incidendum pannum, vel ad adaptandum calamos, vide glo. in Auth. de armis, in gl. antepen. cum aliis per Cottam in verbo, armorum. Et ibi, an judex in cauſa poſſit concedere portationem armorum, puta per partialitates, Bal. in rub. C. qui admitti. & an nuntii tua poſſint portare arma, Nicol. de Neap. in l. ult. C. de proxim. ſacr. ſcrin. & quid in portante arma ligata, vide Cottam ubi ſup. & ſi quis fuerit repertus cum armis, an poſſit capi de perſona, vide cap. Regni, item ſtipendiarii, & Moder. in c. Regni, ſtatuimus ut nullus. Et ad materiam hujus conſtit. vide c. Regni, plectuntur. Et an credatur officiali aſſerenti inveniſſe quem cum armis, Bar. in l. divus, de cuſto. reo. dicit quod ſic, ſequitur Affl. in conſtit. fidelium, vide plures limitationes per Petrum Duen. in reg. 55. ubi ampliat tribus modis. Quid in clerico portante arma, vide Covarr. c. 33. pract. 99. & de proclamate facto a Barone contra deferentes arma ſub pœna, vide late Roland. a Valle, conſ. 3. vol. 2. & ibi, an valeat conſuetudo deferendi arma, ubi dicit quod non, etiamſi eſſet memorabilis, de quo etiam Aymo in conſ. 314.* De Bottis.

* Additio. *An poſſit aliquis portare arma, & quando, & quid in mercatore, & quæ veniant appellatione armorum, late Barb. in trac. Cardin. par. 2. c. 50. col. 10. cum ſeq. & Joan. de Arno. cau. 2. & an portans arma, & non deprehenſus cum eis, poſſit puniri, Corne. conſil. 20. 3. vol.* Fabius Jord.

(c) *Ut in committendis eiſdem.* Occurritur contra maleficia duobus modis contra perpetrata per pœnæ impoſitionem, ut per totum tit. de pœn. in C. & ff. Contra perpetranda, quia non licet paciſci, ne agatur de maleficio committendo. Et hoc ne ſpe immunitatis maleficium committatur, ut ff. de fidejuſſor. l. ſi a reo, §. id quod vulgo. Item per impoſitionem † defenſæ, ut inf. eo. fidelium. Item compeſcendo partes per ſtipulationem, quia Prætor non debet pati ad arma, &c. ut ff. de uſufr. l. ſi uſufr. §. ſi interdum. Item per denunciationem, & cuſtodes, cum dubitatur de partu, ut ff. de lib. agno. l. 1. primo reſpon. & §. 1. 2. 3. & 4. Item per prohibitionem portationis armorum, cum quibus maleficia committuntur, ut hic. In omnibus igitur criminibus, in quibus cognitio pertinet

---

ANDREAS DE ISERNIA.

præſtando ad commodum exercitum hominum armatorum, aut ſoldanarios ſine juſſu principis, & curiæ: quia criminae majeſtatis tenetur, quaſi majeſtatem publicam læſerit. ff. ad leg. Jul. maje. l. 4. Spernit enim principem uſurpando quod eſt principis, ſcilicet parare talia contra inobedientes. C. lib. 10. ut armorum uſus inſcio prin. ſit interdictus, l. 1. Et ideo lædit principis majeſtatem. Secus videtur ſi cum magna comitiva non armata, nec illo modo, quo guerra fit, quis aliquod delictum perpetrat, hi enim tenentur de privata vi. ff. ad l. Jul. de vi pri. l. 3. Si cum armis, de vi publica, ff. ad l. Jul. de vi pub. l. pen. in fi. Ubicunque enim fit guerra, vis erit publica, quæ habet locum etiamſi non ſit ſecutum delictum, ff. eo. l. 1. in fi. & l. 2. Si tunc iret cum banderiis, & hominibus ſicut quando itur ad guerram, puta, ut videmus Duces in quotidiano uſu judiciorum cum vexillis, & banderiis, erit tunc guerra: ſi ſine hac aggravatione erit vis publica, & quando concurrunt, & ſic utraque, una non tollit aliam, niſi in eo, quod plus eſt, ff. vi bonor. rapto. l. 2. Unde guerræ motio habet aliquid enorme, quod non habet lex Julia de vi publica. Repreſaliæ vero non habent tantam pœnam, quando a repreſaliis excuſatur quis, ut ſup. tit. prox. dictum eſt: de guerra dicitur de pace tenenda & ejus viola. c. antepe. & c. ſeq. & hic finitur lex, Domino guerram, in prin.

COmes, Baro, Miles. Sed pone, quod una civitas habet guerram cum alia, vel eſt guerra inter cives alicujus civitatis, an dicatur publice mota guerra in Regno, quamvis tamen res publica lædatur, vel non lædatur? dicitur quod non, argu. ff. de capt. & poſt. rever. l. ſi quis ingenuam, §. in civitatibus. JC. de ſeditio. l. 1. & 2. Barth. de Capua.

De illicita portatione armorum, &c.

INtentionis. Mercator per loca nemoroſa, inſidioſa, & timida propter latrones poteſt portare arma. hoc dicit, facit c. Maximinianus. 23. q. 3. quia telum cauſa

currere potius eligentes in tempore, quam (a) poſt exitum vindicare, præſenti lege omnibus regni noſtri fidelibus prohibemus, ut nullus arma molita, & prohibita, cultellos, † enſes, lanceas, panceras, ſcuta, vel (b) loricas, clavos ferreas, & etiam alia † omnia, quæ nocen-

† *Alias cum punctis acutis.*

† *Alias arma.*

tinet ad Juſtitiarium, poteſt per legitimos modos occurrere, ne committantur: & hoc probat ratio hujus l. cum dicit, occurrere potius eligentes.

† Additio. *Nam cum aliquis timet in perſonam offendi, recte petit fidejuſſoriam cautionem ſibi præſtari, & exigat ab eo, qui ſibi minatur offendere in perſonam, arg. l. denuntiamus. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & l. ſi creditores, ff. de privil. cred. §. ſi neque, Auth. de manda. Princip. & ibi no. glo. ordin. ponendo caſum, & eſt caſus ext. de ſpo. ec. cap. ex tranſmiſſa, & per Bar. in l. qui bona, §. ſi quis juxta, de dam. inf.* De Bot.

(a) *Poſt exitum.* Ut C. quando uni. li. ſi. judi. in l. 1. qui. cau. in inte. re. non neceſ. l. ſi.

(b) *Loricas.* Quæ licet non ſint arma molita, tamen prohibentur, ne portentur. Et imponere pœnam portantibus ad Juſtitiarum pertinet, ut in ſi. hujus l. & ita loquitur gratia exempli, dic quod eſt infra de offic. ma. juſti. l. 1.

ANDREAS DE ISERNIA.

cauſa ſalutis tuendæ licitum eſt portare, ut ff. ad leg. Jul. de vi pub. l. ſi. de pa. tenen. l. mercator. 9. coll. Ubi multa dicta ſunt de eo, qui equitat aſinum, vel camelum, repete ea hic. De aliis itinerantibus per loca ſecura, ſi non vadunt equites, prohibentur.

Additio. *Adde Ja. Alva. in c. 1. in §. ſi quis ruſticus, in 1. oppo. de pace tenen. in uſib. feudo.*

Idem de navigatione. Sed in venatione quis non prohibetur. Item ſi cauſa vendendi, & commercii. Item portare arma quis prohibetur hac conſtitutione, non tamen in domo habere. Jus tamen Romanum prohibet. ff. ad leg. Jul. de vi publi. l. 1. Quod ſane intelligendum eſt, quando portaret arma ad offendendum aliquem, & ad actum aliquem proceſſiſſet ad offendendum, ſecundum diſtinct. glo. poſitæ in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. Alii dicunt quod procedit ad actum eo ipſo, quod parat arma ad offendendum aliquem: quia pro ſalute ſua poſſet portare arma, etiam nedum habere in domo. d. l. pen. & de hoc quando proceditur ad actum, dixi in tit. de Ca. qui cur. ven. l. 1. Sed ſtans armatus cum cultello in publico, punietur, quia portat arma contra hanc conſtit. Item de vi pub ff. eo. l. 3. §. una eadem lege. Sed quantum ad pœnam ipſius legis oportet dici, quod ſtabat armatus ad offenſionem alicuius, & hoc conſtabat: alias præſumeretur, quod ad defenſionem, & pro ſua ſalute d. l. pen. ubi præſumitur ex qualitate perſonæ, arg. eorum, quæ no. C. unde vi. l. 1. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. Ubi vero conſtet, quod ad offendendam aliquem tenet arma, etiamſi non offendat, tenetur: ſatis enim videtur quantum ad pœnam illius legis procedere ad actum ſe armando, nec neceſſe eſt pœnam illius legis in rem, vel in perſonam inferre, ff. eod. l. 1. in ſi. & l. ſeq. Sed ſi aliquis armatus intret fundum meum, nec damnum aliquod inferat, non tenetur pœna illius legis: quia non convocavit homines, nec ipſe ſolus damnum intulit in re: ſed quia portavit arma, punitur per hanc conſtitutionem. Verius tamen eſt, quod ſequitur infra. Item ſi me prohibente intravit quis fundum meum, tenetur injuriarum, ff. de injur. l. qui domum, de in jus voc. pleri que, de ſervit. l. cum prædiis. Sed ſi damnum intulit ſolus, & cum armis, tenetur de vi publ. ſine armis tenetur de vi privata, ut ff. ad leg. Jul. de vi pub. l. 3. & l. ſi quis, §. 1. Alii dicunt, quod tunc quando cum armis, ut teneatur de vi pub. convocaverit homines, ſive in rem, ſive in perſonam violentia ſit illata, ff. de vi pub. l. in eadem, in ſi. & l. qui dolo. §. hac lege. Sed in d. l. in eadem, reſponde, & dic teneri de vi publica illum, qui in publico vadit cum telo armatus. Unde ſi ſic intret fundum meum, tenebitur de vi etiam ſine violentia alia, niſi probet, quod cauſa ſalutis, eo. tit. l. pen. Sed quando impetitur de violentia cum armis, poteſt exigi pœna iſta, quia priſcæ ſeveritati accedit. C. de ſepul. viol. l. 4. in ſi. Non obſt. l. ſenatus, ff. de accuſa. quia ex alio facto non irrogatur hæc pœna, ſcilicet, quia portavit arma. Ex alio imponitur pœna illius legis, ſcilicet, quia fecit violentiam: & ſic una non tollet aliam, ff. de priva. deli. nunquam. Secus ſi voluiſſet hæc lex unam exigi, ſicut voluit, quando defenſa imponitur, inſ. de impo. defen. ſi quis in poſterum, §. pœnas, & ſic ſuſtulit alias pœnas legis Corn. de ſicar. In extrahente & non percutiente, inf. l. aſperitatem, ad hoc tamen eſt, ff. de act. & oblig. l. quoties. Item dicunt aliqui non male, quod quantum ad pœnam legis Juliæ de vi publica oportet conſtare, quod portavit arma, ut offenderet; quia pro ſua defenſione poſſet, ut dictum eſt: quia ipſa portatio ſimpliciter non erat prohibita jure Romano, quia cauſa tuendæ ſalutis. Si enim ſimpliciter prohiberetur, ſemper præſumeretur eo modo fieri, quod prohibitum eſſet ſicut in faciente injuriam, ff. de injur. illud. alias, prætor. Unde qui dicit, cauſa defenſionis, probet: ſic dicitur C. de ſica. is qui cum telo cauſa occidendi hominem, & qui dolum dicit, &c. ff. de prob. quoties, §. qui dolo. præſumitur quidem ad offenſionem fieri quod prohibitum eſt, quando percuſſio præceſſit, ut d. l. ſi ex plagis, §. tabernarius, ſecundum Jac. & Joan. ex qualitate perſonarum hoc præſumitur, quod in caſu iſto non haberet locum: Non enim quæritur quando percuſſor percuſſit, † & percuſſus portat arma: ſed de eo, qui portat arma, an teneatur de vi publica. Quantumcunque enim quis eſſet rixoſus, & conſuetus portare arma ad offenſam alterius, & ſic eſſet argumentatio a ſolito, ff. de uſu. l. qui ſemiſſes, de neg. geſt. ſi quis negotia. de pig. act. vel univerſorum, quando tamen accuſatur de vi pub. oportet, quod probetur, quod portavit arma ad offenſam certæ perſonæ accuſatoris, vel alterius: & exigitur ut fiat violentia corpori animato vel inanimato: vel convocaſſe homines ad hoc, vel ad alium actum proceſſiſſet, ut in diſtinctione d. l. ſi quis non dicam rapere. Vel armari ad hoc faciendum, eſt ad actum procedere, ut ſup. dicit hæc conſtit. Tenebitur portans ad pœnam portationis armorum, per conſtitutionem iſtam: & lex illa non obſtat. ff. de injur. prætor. quia hæc debetur diverſis perſonis, ſcilicet fiſco & læſo: pro quo eſt C. de his qui a non do. l. ſi.

† Additio. *No. quod ſi præceſſit percuſſio, præſumitur arma portare ad offenſionem, Andreas de Iſer. ſupra dicit quod eo quia per hanc conſt. eſt prohibita armorum portatio ſimpliciter, ideo portans dicitur portare in caſu, & ſic ad offenſionem: & ſubdit quod ſi præceſſit percuſſio, eſt una præſumtio & alia ex qualitate perſonarum: modo hoc dicitur quod non quærimus nos quando præceſſit percuſſio: & ſic in hoc capite videtur tenere quod ſi præceſſit percuſſio, dicitur ad offenſam, illud autem de qualitate perſonarum dicit, quod non eſt verum, quia quantumcunque eſſet malus homo & ſolitus hæc facere, tamen ſi accuſatur de vi publica, requiritur, quod proceſſerit ad actum, alias non præſumitur ad offenſam: tamen bene tenetur pœna hujus conſtitutionis, quæ prohibet portationem armorum etiam ſi non percuſſit, & ſic ſimpliciter ut ſubdit ibi dicit hæc conſt. & ſic quoad leg. Jul. de vi pub. requiritur quod proceſſerit ad actum quoad iſtam conſtitutionem ſola portatio, nec una tollit aliam, quia quoad pœnam hujus conſtitutionis applicatur fiſco, illa de vi publ. parti.* De Bottis.

Et ſimile eſt videre in injuria facta uxori & filio: quia agit pater, filius, & uxor, pater uxoris & maritus: ex uno facto, ex una ſcilicet injuria: & una non tollit aliam, ff. de injur. l. lex Cornel. §. ſi. & Inſtit. eo. §. 2. Multo fortius tenebitur utraque, qui extraxit, & non percuſſit, ſcilicet de vi publica. Et tunc pœna duplicatur fiſco. Et licet lex iſta, aſperitatem, correxit leg. Cornel. de ſicariis: tamen in dicto caſu, quod non mutatur, ſtare non prohibetur. C. de

cendi magis cauſa, quam alterius cujuſcunque liciti operis gratia ſunt parara ſecum (*a*) deferre præſumat.

(*b*) Curialibus autem, & ſervientibus eorum, quouſque nobiſcum in Curia commorantur, vel domum, aut domo rodeunt, vel pro noſtris ſervitiis tranſmittuntur, arma prædicta prohibita illis deferre permittimus. A tenore etiam præſentis ſanctionis eximimus milites, & filios militum, & Burgenſes, quibus enſes deferre, cum ipſos extra loca, quæ inhabitant, pro agendis ſuis equitare contigerit, minime prohibemus. Ita tamen, ut cum ad prædicta loca reverſi fuerint, (*c*) vel alicubi hoſpitantur, enſes ipſos

(a) *Deferre præſumat.* Videtur coocordare juri Romano C. ut armo. uſus inſc. principe inter. ſit. l. una, lib. 11. ſecundum unum intellectum, qui fit in gl. ord. & in Auth. de armis, & in Longobar. de ut. intra. pla. vel ad pla. non por. l. 1. & 2. Sed nunquid illi caſus, qui excipiuntur de jure Rom. in quibus arma licite deferuntur, ut cauſa itineris, vel navigationis, vel venationis, vel commercii, ut ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. 1. & 2. & ſic etiam ſervatur in imperio, erunt ſimiliter excepti ab hac conſt. in Regno. Et certe de primis duobus dico, quod non, imo potius hic tolluntur, ut patet ex ſequentibus, ubi certis perſonis committit ſpecialiter deferre arma itinerando: ſcilicet Curialibus, & ſervientibus eorum, & aliis perſonis equitantibus. Unde aliar obtinet in contrarium jus commune, ut ff. ad mu. l. municipes, & l. 1. ff. de legib. & ſe. con. jus ſingulare, nam quando ſpecialiter in uno excipitur, in ceteris relinquitur regula confirmata, ut ff. de fun. inſtruc. l. quæſitum, §. idem reſpondit, domo inſtructa legata, ut ſic videlicet, ex perſonis ſpecialiter exceptis inferius, metiamur in ceteris regulam generalem, quod arma itinerando non portent: exceptio enim confirmat regulam, ut in Auth. de non alien. §. ut autem. In aliis vero caſibus, ſcilicet cauſa venationis dici poteſt, arma ad venationem neceſſaria deferri licite poſſe: cum enim venatio permittatur ad occidendum leonem, ſeu aliam feram beſtiam nocivam, ut urſum, lupum, & ſimiles, ut C. de vena. fera. l. unica. in prin. lib. 11. & in conſue. feu. de pa. te. §. nemo retia. & in Longob. de vena. per totum, & Inſti. de rerum div. §. feræ beſtiæ, & §. plane. cum ſimi. Et arma etiam permiſſa videntur ad venationem neceſſaria, ut ff. de fun. inſtr. quæſitum, §. ſi in agro venationes, & §. ſeq. & l. cum delanionis, in prin. ſine quibus ſuum uſum venatio præbere non poteſt, ut in eo. tit. de fun. inſtru. l. prætoris, in fi. Et in l. 2. ff. de offic. ejus, cui mandata eſt juriſdictio. Quis enim ſani capitis auderet inermis accedere ad occidendum leonem, qui eſt fortiſſimus beſtiarum; vel aliam feram beſtiam, cui etiam armatus reſiſteret difficulter? Unde merito venatori conceditur in acceſſionis locum arma deferre, ſine quibus eſſe non poteſt venator, ut ff. de pena. leg. l. nam quod liquide. in princ. Idem dici poteſt in caſu commercii, ut ſcilicet vendendi cauſa quis poſſit arma portare, ut in Auth. de armis, dummodo alienigenis, ſcilicet hoſtibus populi Romani non vendat, ut C. quæ res exper. non de. l. fi. Et ita in his duobus caſibus, ſcilicet venationis, & commercii interpretatur conſuetudo. Nec in eis per hanc conſtitutionem aliquid innovatur. In caſu vero itineris ego, ſalva meliorum correctione, non teneo verum eſſe, quod ſimpliciter hic no. Et ideo dico, quod prohibitio iſta non extenditur ad illos, qui cum per loca inſidioſa tranſeunt, arma impugnationis, nedum defenſionis deferunt ad terrorem latronum, & volentium oſtendere, ar. in decre. 23. q. 3. Maximianus. Unde ſane intelligas quod hic notatur, ſcilicet ubi quis ſecute itinerare poteſt: præſertim cum nocturnorum populatorum, aggreſſorum itinerum, publicorum latronum, & quorundam aliorum, cunctis ultio ſit permiſſa, ut C. de met. l. devotum, li. 12. & C. quando lic. uni. ſine judi. ſe vindi. l. 1. & 2. & ibi de hoc, & facit ad hoc quod notatur, inf. ti. 2. aſperitatem, in fi.

(b) *Curialibus.* Arg. ad hoc pro hujuſmodi curialibus, ut arma poſſint deferre ex ſpeciali prærogativa, C. de præpo. ſa. cu. l. ult. lib. 12.

(c) *Vel enſes.* Argu. ad hoc, quod hujuſmodi perſonæ poſſint enſes equitando portare, C. de præp. ſac. cub. l. fi. lib. 12. ſecundum unum intellectum, qui fit ibi in glo.

* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

C. de teſta. l. ſancimus, de appel. præcipimus, in fi. alias abſurdum eſſet teneri portantem, & non teneri extrahentem & non percutientem, arg. ff. de publ. l. 1. §. unde quæritur, fi. eo. l. 3. Multo quoque magis tenebitur percutiens ad pœnam armorum & de vi publica, ſed non ad mutilationem manus per conſtitutionem infra, ſi quis cum armis, quia tunc cum utraque ſit ad vindictam, una tolleretur electione alterius, d. l. ſenatus. Non ergo habebit locum lex Julia de vi publica, quando ad defenſionem portaverit arme, d. l. penult. hoc innovatur per hanc conſtitutionem, quia etiam ad defenſionem non portantur niſi, ut ſupra dictum eſt, propter periculum committendorum maleficiorum: quia occaſionem præbet portatio armorum homicidiis & violentiis, ut in princ. hujus conſtitutionis, & inf. l. aſperitatem. Sed quid ſi armatus incedo per publicum ad prohibendum Titium, ut non utatur re ſua, vel ut injuſtam defenſam ſibi impoſitam teneat? Conſtat me teneri pœna armorum, etiamſi juſte prohiberem uti re ſua. Sed an tunc tenear lege Julia de vi publica? Dic quod ex ſola prohibitione ne utaris re tua, non delinquo, niſi non ſinam te uti re tua. Ita ſunt intelligenda jura. ff. de acquir. poſſeſ. l. fi. §. 1. & ſi ſervit. vendi. l. ſicut. §. Ariſto. & §. fin. de act. emp. l. qui pendente, de injuriis, l. injuriarum, §. penult. Vel niſi per prohibitionem inferrem moleſtiam, vel controverſiam poſſeſſionis, & armatus ſic prohiberem: tunc de vi publica inquietativa tenerer, ut ff. de vi & vi armata, vim facit, & notat Azo in ſumma, uti poſſidetis, §. quid autem. Ergo ſi non ſinerem te uti, inquietarem; vel inquietarem inferendo controverſiam poſſeſſionis, & armatus prohiberem, tenerer de vi publica, alias non, quia oportet vim fieri rei, vel perſonæ: vel convocare homines ad hoc, ut ſupra dictum eſt. Sed ad injuſtam defenſam teneter, ſi fuiſſet obtemperatum. Præſumptio autem ad offenſas non ſufficit, ut arguatur de vi publica, quia ex præſumptione nemo damnatur, ff. de minoribus l. 4. §. 1. Probationes debent eſſe luce clariores in criminalibus. C. de probat. ſciant.

Arma molita. Id eſt, cultellos cum punctis acutis, a mola, in qua acuuntur, ut nomen conſonet rei. Inſtit. de donat. §. eſt & aliud, & quod de punctis dicit, ad frequentiam ſe refert. ff. de uſucap. juſto. in princ. & de legib. nam ad ea.

AddItio. *Adde l. decernimus, C. de epiſc. & cler. in gl. l. prætor. ff. de edendo, & in c. ſi cupientes, 16. q. 2.*

Idem ſi ſine punctis, ut, manaria, & cetera arma, ut baliſtæ, quia de lorica dicit. Item ſecus ſi roncam ferream, vel aliud tale inſtrumentum ſecum portaret quis ad agrum, vel ad vineam ſuam, cauſa incidendi ſepes, & ita de jure poteſt hæc conſuetudo interpretari, quia videmus quotidie iſta deferri ob cauſam prædictam, ſicut dicit gl. in ſimili, quando commercii cauſa, & eſt expreſſum in capitulo Regis Caroli II. quod incipit, plectantur. Non autem continentur lapides quantum ad pœnam hanc, licet in aliis tractantibus ſic. ff. de vi & vi ar. l. 3. §. fin. Sed ubi percutiat cum talibus armis, vel ronca vel alio ferreo in-

ipſos incontinenti deponant. * Quiſquis autem poſt hæc, prohibita arma detulerit: (a) Si quidem Comes fuerit, quinque uncias: Si Baro quatuor: Si Miles ſimplex, tres: Si Burgenſis, duas:

* Additio. *Vide c. Regni, incip. ut inter ſubjectos, per quod ſtatuitur quod in patria nequaquam liceat arma deferre, non obſtante quocunque privilegio.* De Bottis.

(a) *Si quidem Comes.* Nota quinque genera hominum. Item majoris dignitatis hominem magis puniri. Quod locum habet in pœna pecuniaria. In corporalibus vero minus puniuntur homines majoris dignitatis. Vel diſtinguitur, an delinquat quis in eo, in quo habet privilegium, & tunc gravius delinquere intelligitur, & gravius punitur. Aut in alio, quo caſu minus punitur. Dignitas enim non auget pœnam delicti, ſed minuit: niſi in ſacerdotali dignitate, ut C. de epiſc. & clericis, l. presbyteri, quod hodie per authenticam ibidem poſitam recipit correctionem, quia minus puniuntur quam clerici inferioris gradus. In milite tamen propter dignitatem augetur pœna, ne ſemper fit in quibuſdam delictis, ut ff. de pœ. l. quædam, quod autem legitur ff. de re mili. l. 2. ad milites tantum reſtringendum eſt.

ANDREAS DE ISERNIA.

inſtrumento nocivo tenetur de percuſſo, ut in capitulo incliti Regis Caroli II. ſi quis cum rocca. Abſurdum eſſet ut qui portat unum cultellum ad punctam, & ſic arma molita portat, puniretur portatione armorum, ſed ſi percuſſit cum cultello tenetur, ar. ff. ad l. Jul. de vi publ. l. armatos, plus eſt percutere, quam portare, quia plus eſt extrahere tantum, quam arma portare, infra, l. aſperitatem, & l. ſi quis cum armis. Separatorum ſeparata † debet eſſe ratio. C. de donat. inter vir. & uxor. l. ſi maritus, in fi. ubi plus exceditur, ſeverius judicatur, extra de exceſſ. præla. cap. fin. C. de pœn. ſancimus.

† Additio. *Vide ad intellectum horum quæ dixit hoc And. Alex. conſi. 103. in 1. vol.* De Bottis.

Curialibus autem. Qui ſint hi, dicitur infra de officio magiſt. Juſtitia. l. ſtatuimus.

A tenore. Sed quomodo permittit equiti cum dicat in principio conſtit. velle committendis maleficiis obviare, & major ratio, ſeu dubitatio eſt in equite armato, quam in pedite, quia eques expeditior eſt ad percutiendum, & habilior pedite? Unde non videtur alia ratio niſi quia Imperator voluit honorare equites, & iſti ſunt maxime nobiles, & Burgenſes, qui ſunt divites, ad tenendum equos nobiles, ideo maxime voluit honorare, & credunt honorari, cum permittitur eis eaſdem portare, quaſi ſeparentur per hoc a ruſticis, innuitur. C. lib. 12. de præpo. ſa. cubi. l. fi. ſecundum unum intellectum. Quid ergo in ruſtico equitante? Videtur quod liceat ei portare. Sed quia litera enumerat certas perſonas, ut milites, filios militum, & Burgenſes, ergo de eis tantum intelligitur, arg. ff. de verb. obl. l. ſi minor. C. de procu. maritus. Et quia de ruſtico non dixit directo, nec etiam utiliter, non trahetur ad eum, ſenſus conſtat. ff. ſol. matr. ſi vero, §. de viro. Jura adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt, &c. ut ſupra prox. dictum eſt. Raro contingit ruſticum equitare, ſi aliquando equitaret, tum pro una equitatione vel raro, non concederet ei id, quod Burgenſi, ut d. l. juſto. Intelligimus ergo de ruſtico, qui ruralia opera facit, etiamſi in civitate habitaret. Si talis ruſticus aratro equitet: non attribuetur ſibi id quod Burgenſi conceditur. Secus ſi eſſet Urbanus habitans in rure, non arans, nec vilia opera, & ruſtica exercens, qui conſuetus ſit equitare: nam hunc non appellabimus ruſticum, quia non loco, ſed qualitate ſecernitur, ff. de leg. 3. ſervus urbanus. C. de præd. minor. l. ſi prædium. Hæc conſtitutio non eſt odioſa, ſed benigna, & favorabilis occurrens delictis perpetratis, & favens honoratis equitantibus. Unde ſi miles & Burgenſis equitando portet enſem ad malefaciendum, & conſtet, tenebitur hac pœna, ſicut dicit d. l. fin. de proxi. ſa. cubi. ibi, cum ad aulſius læſionem, &c.

Pro ſuis agendis. Non ergo quando propter offenſionem alterius. Sed quomodo conſtabit hoc? Reſpon. quia dixit quando equitabat, vado ad percutiendum talem, ſicut no. in ſimili, in gl. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. Fulcinius, §. quid ſit latitare. Vel ſi alias conſtaret, ut non ſit locus conjecturæ in eo quod certum eſt, ff. de leg. 3. ille. de verb. obli. continuus, §. cum ita. Et meretur privilegium amittere, & honorem. C. de Judæ. l. Judæos, ſicut econtra in pedite portante arma cauſa ſalutis, ut dictum eſt in mercatore per loca dubia: nam cauſa ſalutis poteſt, d. l. pen. hoc non offendit mentem conſtitutionis, quæ occurrit maleficiis committendis, niſi conſtet de contrario, ſcilicet quod ad malefaciendum, nam non debet naſci inde injuria, unde jura naſcuntur. C. unde vi. l. meminerint. Licet officiales noſtri temporis male ſervent, intendentes ad prædam, non diſcernentes circa prædicta malos equitantes & bonos pacificos. Et ſic occaſione juris ad iniquum trahentes compendium, arg. C. pro empto. l. fi. §. quid ſi nolit. Quid ſi nobiles prædicti equitent ad bardam, & non ad ſellam, & portant enſes? Idem eſt, ſcilicet quod poſſunt, niſi conſtet, quod ad malefaciendum, eadem eſt ratio. nec videtur alias differentia, in ſella, & in barda, quod litera non diſtinguit. Idem ſi equitent aſinum, vel mulum, libentius equitarent equum ſi haberent, diximus plene in d. c. mercator. de pa. tenen.

Si miles. Simpliciter dixit, & non repetiit filium militis, ſicut expreſſit in prox. Sed ſatis videtur repetere, quia ad principium, &c. licet ſit diſpendioſum ei: ſed diſpendioſius eſſet ei, ſi diceret ſe velle eſſe inter ruſticos vel Burgenſes quantum ad hoc. Unde honorabilius diceretur, & commodius, arg. ff. de adult. l. miles §. 1. ubi præponere dotis commodum non erubuit. Privilegium militis patris, ordine ſanguinis defertur filio. C. lib. 12. de privilegio ejus qui in ſacro pala. mili. l. 1. Secus dicitur in privilegio conſt. proſequentis, dato militi, ut non probetur contra eum, niſi per certum numerum teſtium, quia iſtud eſt odioſum anguſtans probationes, de quo ibi dicitur.

Executioni mandentur. Qui poſſunt cognoſcere ipſi exequuntur. Unde ſunt ordinarii in hoc, aliquando quis poteſt cognoſcere & non exequi, ff. de re jud. a Divo Pin. in fi. Sed nunquid appellatur a ſententia, qua quis damnatur ad pœnam portationis armorum, vel ad pœnam defenſæ, vel ad pœnam uſurarum, & ſic de ſimilibus pœnis? Videtur quod non, quia de pœna non appellatur, ff. de verb. ſign. ſi qua pœna. Item, quia debitor fiſcalis non appellat. C. quo. ap. non re. l. fi. Et debitor dicitur ex delicto, ut ff. de verb. ſign. creditor, & l. ſi cui non quærimus, quando eſſet confeſſus & convictus, quia tunc jure communi non appellaretur. C. quo. ap. non reci. l. 2. Tu die appellari propter generalitatem legum. C. de appel. l. & in majoribus, dicentium in omni cauſa appellari, niſi ubi ſpecialiter eſſet prohibitum. Unde ſic appellatur contra fiſcum, ſicut contra quemlibet alium, ff. de appel. ſciendum, quia ordine retento, fiſcales cauſæ aguntur. C. li. 10. de dela. l. fin. & de privil. domus Aug. l. 1. ubi eſſet ergo debitum ſortis, non lucrum: non appellatur in cauſa fiſcali: ut ſi eſt fiſcalis calculi ſatisfactio poſtulatur. C. quo. app. non reci. l. abſtinendum, ſecus ſi ad lucrum, vel ad hereditatem vacantem. C. de appel. l. lata. Alia eſt ratio, debita perdere, & lucra non capere. C. de codic. l. fi. §. licentiam, & hoc indicat. l. abſtinendum, ibi dum dicitur, redhibitio debiti fiſcalis flagitatur. Reddere eſt retrodare, cum aliud ſit reddere, aliud dare. ff. depo. ſi. l. 1. §. eleganter, & ver. verbum reddendum. Licet aliquando improprie, cum etiam dare ſignificat. ff. de leg. 2. cum quidam. Unde a propria ſignificatione non recedimus in dubio, ſed tunc ſervantur verba, ff. de exerc. l. 1. §. igitur, de leg. 3. l. non aliter. Sed ſi eſſet manifeſtum debitum poſt ſententiam non ap-

duas.· (a) Si ruſticus fuerit, unum unciam fiſco noſtro componat. * Quam pœnam ſi egentes propter inopiam forte (b) deludant, publicis operibus deputentur ad tempus, * (c) quæ omnia per magiſtros Juſtitiarios debitæ executioni tradantur.

De intrantibus Regnum, ut arma † in Regno deponant.

† *Alibi deeſt, in regno.*

TITULUS XI.

Conſtitutio regni, quæ prohibet omnibus deferre arma ſub pœna, ligat etiam exteros intrantes regnum cum armis: ſi probari poterit, quod habent notitiam de dicta conſtitutione. Et ad evitandum hanc præſumptam ignorantiam, ut hic, & in l. verius, ff. de probationibus 82. c. propoſuiſti circa fin., ſtatuit Imperator, ut officiales regni, ſtatim cum exteri intrant regnum, eis notificare debeant dictam conſtitutionem prohibitivam portationis armorum, & quod debeant arma deponere, dum ſunt in civitate, vel in villis habitatis. h. d. Matthæus.

IDEM.

HOmines (d) * extra regnum poſtquam regnum intraverint, arma prohibita nullatenus deferre permittimus. Qui ſi ſcienter detule-

(a) *Si ruſticus.* Quis vocatur, & dicitur ruſticus? Dic ut no. in hoc eo. opere infra de pig. ſub. l. ſubſequentes. Et adverte circa hoc, quæ ponuntur in tex. & glo. prædicta. Sed alia pœna ponitur in ruſtico arma portante, ut in conſue. feu. de pace tenen. l. 1. §. ſi quis ruſticus. Et nota, quod ſecundum conſuetudinem feu. mercator qui cauſa negotiandi iter facit, poteſt portare gladium alligatum ſellæ ſuæ, vel poſitum ſub vehiculo ſuo, ut in prælleg. titu. §. mercator. ubi de hoc.

* Additio. *An hæc pœna poſſit alterari in pœnam majorem, ut puta quatuor ictuum chordæ, ut quotidie fit per officiales Regni. Credo quod non, ut per Maran. in tract. judi. in tit. de inquiſit. nu. 27.* F. Jordanus.

(b) *Deludant.* Sic & alias quando non poteſt quis luere in pecunia, luat in corpore, ut ff. de juriſd. omn. jud. l. ſi quis id. §. in ſervos, & de in jus voc. l. fi. cum ſuis ſi.

* Additio. *Iſtud tempus intelligitur ut infra de ſer. non exeunt. l. 1. in fi.* De Bottis.

(c) *Quæ omnia.* Id eſt, prohibitio portationis armorum, ut ſup. ea. l. poſuit. Et pœna corporalis in egentes. Et pecuniaria in eos, qui ſolvendo ſunt. Cujus pœnæ † pecuniaria exactionem credo ad Juſtitiarios pertinere, propter arma molita, ut ſup. ea. conſtit. quorum accuſatio, & cognitio pertinet ad eoſdem, ut inf. de offi. Juſti. l. 1. quia quoties de juriſdictione quæritur, prima cauſa ſpectatur, non ſequens, ut ff. de juriſd. omn. jud. l. cum quædam §. ult.

† Additio. *Nota quod ad quem ſpectat cognitio, detur exactio, vide bonum dictum Alex. in conſ. 8. in fi. vol. 1. ubi inſpicitur tempus commiſſi delicti, ad hoc ut ſciatur ad quem ſpectet cognitio.* De Bottis.

De intrantibus Regnum, ut arma in Regno deponant.

(d) H*Omines extra regnum.* Quod ſuperior conſtitutio injunxit Regnicolis, iſta injungit cæteris illuc accedentibus. Nam cum ferre arma ſit delictum, ut ſupra prox. & ratione delicti quis ſortitur forum, ubi deliquit, ut C. ubi de crim. agi opor. l. 1. & in auth. ibi not.

Additio. *Adde gl. in c. 1. 16. q. 1. Doct. in c. 1. de raptor. Doct. in c. P. & G. de offic. deleg. Ant. de But. in c. quod clerici. de foro compet. Doct. in cle. paſtoralis, & ibi Card. in 4. oppo. de re judic.* Superantius.

Non immerito ſicut & cæteri Regnicolæ puniuntur.

(d) *Homines extra regnum.* Simile ſupra de uſuris. l. 2.

* Additio. *Nota quod homines forenſes cum intraverint regnum debent dimittere arma, eis tamen debet notificari, alias non tenentur, quia ſtatutum ſuper novo negotio non ligat ignorantes: ſecus ſi ſuper antiquo, ut in vectigal. lib. l. fi. §. licet. de pub.*

Ap

ANDREAS DE ISERNIA.

appellaret, quia jam eſſet appellatio fruſtratoria, & ad differendum, ut dicit glo. in l. abſtinendam, & ff. de app. creditor. §. juſtus, in gl. Item ſi diceret, portavi arma, ſed gravor, quia nimis eſt magna pœna ſolvere unam unciam, vel duas, vel tres, ut hic dicitur, non appellatur a pœna, & ſic intelligitur l. ſi qua. de verbor. ſignific. Nec obſt. d. l. fin. quorum appellatio. non re. dum dicit, commoda quæ exponuntur & dicuntur lucre, ut ff. de re judic. commodis, quia ibi non erat vere lucrum, imo pluſquam debitum ſeu quaſi debitum certaminis meritum virtutum a lege redditum. C. de ſt.. & ima. l. fi. Nec dicitur ibi quod ſi fiſcus eſſet condemnatus victori ad illa commoda, quod non poſſet appellare, quantum ad hoc nihil facit. l. illa. Alias eveniret abſurdum, quod in omnibus criminibus, ubi confiſcantur bona, non appellaretur, † niſi ubi ſpecialiter iſtud dictum eſſet, etiam in crimine majeſtatis appellaretur, niſi quando ſeditio in illo crimine facta fuiſſet vel dux factionis eſſet damnatus, quod caderet in aliquos de caſibus, ff. de appellat. conſtitut. diximus plene in titu. quæ ſunt regalia, ſuper verbo, & cui crimine læſæ majeſtatis. Item quod dicit per Juſtitiarios & magiſtrum
2 Juſtitiarium executioni mandetur ſcilicet ut ipſi cognoſcant, ſi incidit in pœnam delatus. Ipſi etiam egentes, & non valentes ſolvere pecuniariam pœnam, puniantur in corpore. Hoc ſcilicet punire in corpore non poſſent, niſi quia poſſunt primum & principale, ſcilicet damnare ad pœnam pecuniariam, & ad hoc alleg. gl. l. cum quædam puella. in fi. de jur. om. ut inſpiciatur quantum petatur, non quantum debeatur, hoc eſt, ut ille, apud quem poteſt peti pœna pecuniaria, hic ille habeat poteſtatem punire in corpore inopem, hoc vult dicere prima pars, petatur, non ſequens, quia inſpicitur utrum apud illum poſſit peti, hæc dicitur prima pars, ſeu cauſa, & ſi poteſt ipſe, idem poterit ſequentem cauſam explicare, ſcilicet ut ſi ſolvere non poſſit, hunc inopem puniat in corpore, alter vero eorum, ſcilicet juſtitiarii aut magiſter Juſtitiarius adhibebitur, & occupans, ideſt litem conteſtans potior eſt, ut ff. de procu. pluribus. C. ne fi. pro patre. authen. habita, in fi.

† Additio. *In crimine læſæ majeſtatis appellatur, idem firmat Laud. per glo. in §. rei perduellionis, in tract. de crim. læſæ majeſt. in 7. conclu. vide gl. no. in l. Pomponius, §. rei perduellionis, in ver. ſuſpenſa, de acq. here. & per Aret. in tract. maleſ. in verſ. præſente Capo. nam in quolibet cauſa appellatur, gl. in l. quæ reſtituere, de rei vend. niſi eſſemus in notoriis ut ſentit And. hic, & late per Dec. in c. cum ſit Romana, in 9. not. ext. de appell.* De Bottis.

INtentionis noſtræ. Quæro, ſi quis diverſis vicibus portavit arma, an diverſas pœnas ſolvet? dic, quod ſic. ff. de privatis delict. l. nunquam, actus enim portandi arma ſeiterabilis eſt, & quoties quis deliquit &c. ff. ad leg. Aquil. l. illud. & propter multiplicationem delicti, multiplicantur pœnæ, de quo in conſtitutio. aſperitatem. Et facit l. ſi a reo. §. fin. ff. de fidejuſſor. & argu. C. de ſer. fug. l. quicunque. Marinus.

De intrantibus Regnum, ut arma in Regno deponant.

H*Omines extra Regnum.* Scientium pœna debetur propter delictum: Sicut definitur, quod pœna eſt ſatisfactio delicti, ut in ſum. Azo. de pœnis, in princ. Ignorans non delinquit, ff. loc. ſi ignorans, & quam-

lerint, pœnæ, quam contra delatores armorum edidimus, qui in regno morantur, ſubjacebunt.

Et ut ignorantiam ſimulare non poſſint, ſtatim per officiales noſtros, cum Regnum intraverint, ipſis volumus hæc (*a*) exponi. Ut panceras & loricas (*b*) indutas non deferant. Et ut poſtquam ad loca deſtinata pervenerint, † omnia arma deponant. Dum tamen intra civitates & villas † manſerint, cultellos & enſes etiam portare non poſſint.

† *Alibi deeſt, omnia.*
† *Alibi deeſt, manſerunt.*

De pœna ejus, qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

TITULUS XII.

Habens animum percutiendi vel occidendi cum armis, ſi extraxerit arma, ut percuteret, vel occideret, nec percuſſit, nec occidit: Si eſt Comes, punitur pœna decem unciarum: ſi Baro, unciarum octo: ſi Miles unciarum ſex: ſi Burgenſis, unciarum quatuor: ſi ruſticus unciarum duarum. Et ideo ponitur in textu, prout dixi in diviſione. h. d. Matth.

ASperitatem (*c*) * veterum legum, quæ conſtringentes gladios, & extrahentes, & percutientes cum eis (*d*) indubitanter occidendi animum habuiſſe (*e*) præſumunt (interpretatione imperialis manſuetudinis lenientes) præſenti lege in perpetuum Deo propitio valitura ſancimus: Ut ſi quis arma prohibita contra aliquem extraxerit, nec ipſum (*f*) offenderit, duplicatam pœnam, quam ſecundum perſonarum con-

---

An diſpoſitio hujus conſtit. habeat locum in aſſaſſino, vide D. Affl. hic, nume. 4. & in conſtit. ſeq. nume. 11. in fi. De Bottis.

(a) *Exponi*. Nota bonum argumentum, quod extranei † non tenentur de damno, quod actum eſt in civitate, niſi ab officialibus fuerit eis nunciatum, facit ad hoc. ff. de decre. ab ordi. fac. l. ult. licet ſit argu. contra. ff. de pub. vec. & commi. l. fina. §. licet. ubi etiam ſubjungitur, quod non imputatur officiali ſeu publicano, ſi non inſtruxerit tranſeuntem. Et dic de hoc, ut no. Roffre. in libellis, de edicto ſi quis jus dic. non obr. §. quia ecce.

† ADDITIO. *Pro hoc allego; nam etiam qui voluntarie abeſt a civitate, præſumitur ignorare ea, quæ fiunt in civitate, imo etiam banna generalia civitatis, l. plane, ubi Bald. ff. de excuſ. tut. cumulat Jaſ. in l. ſi is qui pro emptore, 13. col. ff. de uſucap. reaſſumit Crot. licet in aliis terminis, in cap. ut animarum, in 3. not. de conſtit. ad le glo. in ver. quæri. in l. item Mela. in princ. ad legem Aquil. vide Dec. conſil. 19. colum. 1. ubi ponit de cive novello ignorante ſtatuta, idem Curt. conſil. 27. colum. 9. ver. teſtator.* Jacob. Anellus de Bottis.

(b) *Indutas*. Alias, indictas.

De pœna ejus, qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

(c) ASperitatem. Hæc conſtitutio corrigit jus commune. Nam de jure communi ſi aliquis gladium extraxerit, & alium non occiderit, tenetur pœna l. Corneliæ de ſica. ut ff. de ſica. l. 1. §. divus, in verſic. & ex re. Hæc conſtitutio pœnam pecuniariam imponit.

(c) *Aſperitatem*. Niſi enim eſſet nominatim, & expreſſim innovata pœna juris antiqui, videlicet, ff. ad leg. Corn. de ſic. l. 1. & per conſtitutionem præſentem mitigata, poſſet etiam agi antiqua, ut ff. de act. & obl. l. quoties, in prin. de quo dic, ut ſupra de recept. Pat. l. 1.

* ADDITIO. *Vide Jo. de Arm. ſing. 64. & And. in c. 1. §. porro, quæ ſit pri. cau. ben. amit. & an in caſu hujus conſt. admittatur procurator. Capua ſing.* 148. F. Jordanus.

* ADDITIO. *Vide ad hanc conſtitutionem And. in tit. quæ ſit pri. cau. beneſ. amit. in ver. porro, & ſi punitur effectus non ſequuto effectu, vide per Gram. in dec.* 74. De Bottis.

(d) *Indubitanter*. Alias indubitate, quoniam ſic ſumitur, ut ff. ad leg. Cor. de ſic. l. 1. §. divus Adrianus.

(e) *Præſumunt*. Ut ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. §. divus.

(f) *Offenderit*. Alias læſerit. Et dic, ſcilicet percutiendo: non enim poteſt negari offenſus, cum ſolus timor armorum ſufficiat, ut liceat alicui armis uti, ut ff. de vi & vi ar. l. 3. §. qui armati, & ad leg. Aq. ſed & ſi quicunque, & ad leg. Corn. de ſic. l. is qui.

ANDREAS DE ISERNIA.

vis ſit publicata conſtitutio, & ſic debet ligare omnes, ut ff. de inſtitor. l. ſed ſi pupillus, §. proſcribere, & in Authen. ut fiant novæ conſtitut. §. 1. intelligendum eſt de illis, qui erant de loco, ubi publicata fuit. Quia & ſi per ſe non audiunt bannum, tamen audiunt dici ab aliis, & ſic eſſet ſupina ignorantia, neſcire quod omnes ſciunt. Sed tunc etiam excuſarentur, ſi probarent ſe fuiſſe abſentes, ut extra de conſtit. cap. 2. in glo. Sed quia eſt exterus a terra & loco, ubi expoſita eſt, non punitur, niſi ſciens, extra qui ma. accu. poſſ. cum in tua, & ff. de decre. ab ordi. facien. l. fin. Sed ſtatutum conſonans juri communi antiquo, ſicut eſt, de vectigalibus ſolvendis, non oportet denuntiari illis, qui habent ſolvere vectigal, ut ff. de publ. l. fin. §. licet. Sed ſtatutum ſuper novo negotio ſicut eſt ſuper pœna armorum prohibitorum, vult hæc conſtitutio denunciari, ex quo pœna deberetur ex delicto, ut dictum eſt, quod eſt in voluntate, de quo diximus in titu. quæ ſunt regalia, circa princ. Aut in re propria decretum interpoſitum quantum ad rem ipſam ligat ignorantes, lib. 6. de reſcrip. cap. tibi, & de conceſ. præben. cap. quia cunctis, lib. 6. nam in re propria quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. At in lege & conſtitutione eſt, quod debet, & eſt communis ad omnes, quia omnes ligat, ut C. de legib. l. leges ſacræ, quia omnibus æqualiter præbent ſecuritatem, ut ff. de pœn. capitalium, §. qui ad ſtatuas. Statutum eſt, & debet eſſe uniforme, infra quod & poſt ligat., & indulgentia rei propriæ eſt quæ ex mera condentis, vel dantis voluntate dependet. Contemplamur ſolam condentis intentionem: privilegia enim ſunt leges privatæ, non communes, 3. diſtin. privilegia, & hoc eſt quod dicitur, quod quilibet eſt moderator in re propria. Quilibet dicit rei ſuæ legem, prout vult. ff. de pollicita. l. 1. & hæc eſt ſolutio generalis & vera. Item ex conſtitutione, & lege conſuevit pœna infligi, quæ tanquam odioſa, eſt reſtringenda. Sed in privilegiis conceditur gratia, quæ eſt amplianda, lib. 6. de præb. c. quamvis. Hæc ratio bona eſt, ſed non eſt generalis, quia non ſemper pœna infligitur per conſtitutionem, ut dicit Cardinalis, alias Tancredus, in d. c. quia cunctis.

De pœna ejus, qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

ASperitatem. Occidendi animum habuiſſe præſumuntur quod ſi per confeſſionem, vel teſtes, vel alias legiti-

Digitized by Google

conditionem ſuper portatione armorum edidimus, noſtræ curiæ ſe compoſiturum agnoſcat. Nec etiam indigne (*a*) duplicatam pœnam in caſu præſenti delator armorum ſuſtinere debebit, utpote qui armis (*b*) a nemine provocatus extrahendo ipſa in offenſionem alterius, malivolum ſuæ intentionis propoſitum publicavit: quod ante per ſolam delationem eorum neceſſariæ defenſionis objectu, * dum alicujus inſultum timere ſe (*c*) diceret, forſitan poterat colorare.

De percuſſione illicita cum armis.

TITULUS XIII.

Percutiens hominem cum armis, ex qua percuſſione non ſequitur mors, pro tali percuſſione debet ſibi manus amputari, cum qua percuſſit, quia juſtum & æquum eſt in ea parte corporis plecti, id eſt, ſeparari manus a corpore hominis, cum qua

(a) *Duplicatam*. Nota quod multiplicatur pœna propter delicti multiplicationem, ut inf. l. prox. & ff. de pœn. capitalium, §. ſolent, & §. greſſatores, & C. de ſervis fugitivis, quicunque:

(b) *A nemine provocatus*. No. a nemine provocatus: alioquin ſecus, ut ff. de bonis liber. qui cum major. §. ſi libertus, in fi.

* Additio. *Nota quod aliquis poteſt portare arma objectu neceſſitudinis, vel neceſſitudinariæ defenſionis, ſi forte timeat alicujus inſultum, & qualiter hoc probetur, poteſt dici quod probabitur, quod ille alias extraxerit arma, ſeu gladium in eum, ut percuteret, ut l. metum, quod met. cau.* Barth. de Capua.

(c) *Diceret*. Et probaret, ff. de prob. l. 2. Et nota, quod poſſent arma deferri dum timetur inſultus, & aliquando conſuevit concedi a Juſtitiariis, ut ar. infra, titu. 3. l. 1.

Additio. *Adde & quid in clericis? vide gl. ſummæ 23. q. 8. Doct. in c. clerici el. 1. de vita & hon. cler.* Superant.

Et dic timere, non ſuſpicari, vel vane timere, ut ff. quod me. cau. l. metum non vani, & l. metum autem præſentem, t. reſpon.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

gitima conſtaret, quod ut occideret extraxit arma, vel ut percuteret ſtrinxit gladium, ſed non percuſſit. Vel percuſſit, ſed non occidit, ut infra l. prox. quia tunc debet puniri ac ſi feciſſet quod in animo gerebat. Sed hæc conſtitutio mitigat rigorem tantum, quando eſt dubium. Quod dubium jus Romanum interpretatur contra extrahentem tantum, & contra percutientem eo quod rem illicitam agunt, quando ergo eſt certum, quod voluit, non eſt locus conjecturæ, de leg. 3. l. ille, §. 1. de verb. oblig. continuus, §. cum ita, ſicut videtur infra l. proxi. Et poterat eſſe certum, quia ſic dixerat extrahens tantum, vel percutiens, Volo talem occidere, aut percutere. Animus probatur per extrinſeca, ff. ex quib. cau. in poſ. Fulcinius, §. animus, & dixi in ſimili ſupra tit. 2. conſt. intentionis, ſuper verbo, æquitatem. Verius dicitur hic & infra l. proxi. quod ſit mitigatus rigor, etiam quando apparet de voluntate mala, & ſic videmus ſervari. Nam licet in delictis inſpicietur voluntas, ut ff. de fur. qui injuriæ, ſpectatur etiam exitus, ff. de pœn. aut facta. §. eventus. Si quis ergo tenderet baliſtam, ut projiceret, & non projicit, ſolvet duplicatam pœnam armorum: ſed ſi projiceret, & non percuteret, aut projecit dardum, aut lanceam, & non percuſſit, aut percuſſit, nullam offenſam, vel modicum vulnuſculum † inferendo, non punietur manu, ſed alia pœna, ut dicit glo. infra l. proxi. & pro modico vulnuſculo non punitur percutiens pœna manus.

† Additio. *Vide Alex. in conſ. 104. in fi. 1. vol. Jaſ. in l. ſecundum, 3. col. ff. qui ſatiſd. cog. & Doc. in l. ut vim. ff. de juſt. & ju. nu. 17. in fi. ubi quid ſi inter medicos eſt diſcordia, quod vulnus ſit mortale ita vel ne, quod præſumatur, quid ſi percuſſit cum baſtone, vide Moder. in c. ab illo nu. 48. & in c. cum ronca. Gram. conſ. 2. & quid ſi percuſſit cum tumefactione, quæ oportuit ſcindi & aperiri per medicum, vide Arno. in cau. 2. & in ſoliloq. 39. ponit quando vulnus non præſumitur mortale.* De Bottis.

A*Speritatem*. Quæro, hæc conſtitutio videtur ad antiqui juris correctionem inducta, & conſtituta, an ſi aliquis ſolus cum armis in aliquem excogitare inſiluit, cauſa percutiendi, vel occidendi, & non percuſſit, qualiter puniatur. Quidam dicunt quod ceſſat omnino lex Cornelia de ſicariis, quaſi ſit ei derogatum per hanc conſt. per quam videtur correcta diſpoſitio l. is qui cum telo. C. ad leg. Cornel. de ſic. & l. 1. §. divus, ff. eod. & dicunt, quod habet locum actio injuriarum, & lex Julia de vi publ. Ad hoc bene faciunt gl. poſitæ in conſt. Regni, ſi quando, & per hanc conſtitutionem ceſſare, ſervatum fuit in magna curia Vicariæ. Alii dicunt, quod nec lex Cornelia de ſica. nec lex Julia de vi publ. ſed tantum actio injuriarum locum habet, & quod ſit pœna arbitrarie: & moventur per conſt. Regni, Juſtitiarii nomen, & normam. Sed pro illis, qui dicunt, quod habet locum lex Julia de vi publ. facit, quia inſultus excogitate factus connumeratur inter magna crimina, ut in d. conſt. Juſtitiarii nomen, & normam. Item quia reputatur vis publ. ſolum tenere arma. l. 1. ff. ad l. Jul. de vi publica multo magis debet teneri iſte. Sed reſponde, quod l. illa prima ſit correcta per hanc conſt. Pet. de Montef.

In glo. in verbo, diceret. Innuit hæc glo. quod juſtitiarii poſſunt concedere portationem armorum, ut quotidie fieri videmus, nam perſonam principis repræſentant. ff. de juriſd. omn. jud. l. ſolent. C. de ſta. & imag. l. 2. & de offi. vic. l. 1. ad leg. Jul. majeſt. l. quiſquis, & quia omnia facta provinciæ eorum fidei committuntur, ut ff. de offi. præfec. urb. l. 1. §. initio. Quod intelligo ex juſta cauſa, ut quia timetur inſultus, ut hic notatur: ad quod facit quod notatur in l. meminerint. C. unde vi. & ff. de acq. poſſ. l. juſte. arg. ad leg. Jul. de vi pub. l. 2. Alias forte ſine juſta cauſa non poſſent, arg. ff. de tranſact. l. cum hi. §. ſi prætor. & ff. de reb. eorum, l. magis puto, §. ſi ex. cum ſi. quod intellige, ſi juſta cauſa allegetur, & etiam probetur. Et eſt juſta cauſa, ſi itinerans ire intendit per loca periculoſa, ut ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. 2. alias pen. nec corrigitur per iſtam, ut no. per Andream de Iſern. in c. mercator. de pa. tenen. Petrus de Monteforte.

De

qua læſit partem, & legem Imperialem, h. d. Matth.

† Alias, Idem Auguſtus.

† IMPER. FREDERICUS.

SI quis (*a*) aliquem * cum armis prohibitis ſupradictis percuſſerit, * (*b*) ita quod percuſſus ex percuſſione ipſa minime moriatur. Percuſſor manum, cum qua percuſſit (*c*), amittat. Æquum eſt enim in ea parte corporis plecti maleficum, qua legis, & imperii veneratione contempta (*d*) maleficium perpetravit.

De

De percuſſione illicita cum armis.

(a) S*I quis aliquem*. Hæc conſtitutio corrigit illum §. divus, qui voluit percuſſorem teneri l. Cornel. de ſi. cujus pœna eſt, vel deportatio, vel ultimum ſupplicium, ut eo. ti. l. 4. in ſi. & hic imponit pœnam manus.

* ADDITIONES. *An hæc conſtit. procedat in percutiente fruſtum, vide Dec. in conſ. 438. 1. col. quid ſi percuſſit corpus exanimatum, an puniatur de vulnere, vide Bal. in l. furorem, C. de his quib. ut indig. qui tenet quod non. & vide And. omnino in c. 1. §. manus amputetur, de pace ten. in uſib. feu. & Gram. deciſ. 16. ponit, an diſpoſitio hujus conſtitutionis habeat locum in ſervo voluntate liberum hominem, & in deciſ. 28. ponit, an habeat locum in mandante vulnerari. Quid in aſſaſſino, vide Ang. in l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſque jur. & Affl. hic, nu. 4. & nu. 11.*

An iſta conſtitutio habeat locum in mandante, dic quod non, Gram. in deciſ. 28. column. fina. ſi quis vulnerat ſervum, Grammat. deciſio. 44. ignobilis verberavit nobilem. Nobilis ignobilem, vide late per Affl. in conſtit. obſervent. §. ut dignitatem, 1. no. De Bottis.

Sed quid ſi percuſſit eum bacula, non tamen uſque ad ſanguinem, vel barbam depilavit: tunc tenetur in decem aureis parti, & viginti curiæ, ut in conſt. ſi quis alis de pace tenen. Barth. de Capua.

Sed ille tex. loquitur de libris auri & non de ducatis, forte Dominus Bartholomæus ſic fuit interpretatus, quia tempore illius textus Italia multum abundabat in auro, & ideo puniebantur delicta in libris auri, hodie vero non eſt abundantia auri: ideo libra auri fuit interpretata in ducato auro; ſed ego punirem juxta qualitatem perſonarum, loci, cauſæ, & temporum. De Bottis.

De materia hujus conſtitutionis vide Marſil. conſil. 103. & Jaſ. in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cogan. & quid ſi aliquis amputavit digitum, an debeat puniri pœna hujus conſtitutionis, vide Bart. in l. non ſunt, ff. de ſtatu homin. & in conſ. 201. & 202. & in l. 2. de trib. judic. & Bal. in d. l. non ſunt, & quid ſi percuſſit bacula, vide Gram. voto 15. & 27.

Vide tex. in cap. Regni, ad percuſſorum, mitigantem rigorem iſtius conſt. vide Jo. de Arnon. in can. 2. & c. Regni, qui cum ronca, vide eundem Arnon. in ſing. 44. & quod percutiens poſſit redimere manum ſolvendo decem uncias, vide gl. ſi. in conſtit. ſummo periculo. Fab. Jordanes.

* ADDITIO. *Nota hoc verbum percuſſerit, & non dicit, vulneraverit, quia ſi percuſſit ſolum cum tumefactione carnis, pœna hujus conſtit. tenebitur. Ang. de malef. in ver. & ipſum Titium percuſſit & vulneravit, in princ. poſt Bart. in l. prætor. §. qui atrocem, ff. de injur. & vide pulchram q. ad intellectum hujus conſtit. poſitam per Ang. in tract. malefic. in ver. platea communis, 4. colum. ubi ponit, quod ſi facta fuit condemnatio & executio in manum dexteram, an pro alio delicto fiet in aliam, & alia multa no. vide per Jaſ. in l. ſciendum, 4. col. ff. qui ſatiſd. cog. & Alexan. etiam in l. qui de crimine, C. de accuſat. & vide omnino bonam q. ad hanc conſtit. poſitam in addit. ad Bal. in l. quicunque, de ſer. fugit. ubi ſi eſt amputanda manus, & habet manum aridam, an illa amputabitur.* M. Anton. Pulverinus.

(b) *Ita quod percuſſus ex percuſſione ipſa minime moriatur*. Nota ex his verbis, quod talis debet eſſe percuſſio, ut ex ea vulnus, ſeu ſaltem livor appareat, ad hoc, ut locum habeat pœna amiſſionis manus. Quid enim ſi percuſſio † carnem non tetigit: ſed forſan veſtimenta tantum apparent ex ictu inciſa, ſicut plerumque contingit? certe tunc non debet percuſſor manum amittere propter hujuſmodi vulnuſculum, ut ff. de don. inter vir. & uxor. l. quid ergo. Quinimo de vulnuſculo modico non eſt curandum, ff. de ædi. edi. l. ob quæ, §. ſi. & l. 1. §. proinde. Nihil enim de iſto caſu, quando tantum quis eſt appetitus, hac l. cavetur, ut arg. ff. ad Syllan. l. & ſi percuſſor, §. ult. Et adde quod no. ſuper hoc plura in Longobar. de his quæ inſi. vel fur. l. ſi quis hominem liberum, alias ſi judicatum eſt, facit etiam litera ſuperioris prox. l. ubi dicit, nec ipſum læſerit, &c. quia in hac parte lex non punit ſolum affectum, & conatum, ut patet ſup. l. proxi. in prin. Tenetur tamen percuſſor aliter, utpote injuriarum, vel l. Julia de vi publ.

† ADDITIO. *Ad hanc glo. facit glo. in c. cum illorum, extra de ſen. excom. quæ incipit, quod ſi modicum. Et de vulnuſculo, vide Alex. conſi. 104. in ſi. vol. 1. Jaſ. in l. ſciendum, 3. col. ff. qui ſatiſd. cog.* De Bottis.

(c) *Amittat*. Sed pone quod aliquis percuſſit aliquem cum armis prohibitis: Nunquid præter pœnam hujus conſtitutionis, tenebitur de portatione armorum, juxta tenorem ſuperioris conſtitutionis? Et an poſſet accuſari de percuſſo, & conveniri per procuratorem Curiæ ad pœnam portationis armorum? Videtur quod una tantum debeamus eſſe contenti, tanquam alia in aliam transfuſa, ut infra de con. te. l. ſi quis in poſterum, arg. bonum ad idem, ff. de injur. prætor. §. ſi mihi, & fam. erciſc. l. heredes, §. de pluſibus & hoc propter lites minuendas, ut ff. ſi cer. pe. quidam exiſtimaverunt. Econtra videtur, quod utraque teneatur, quia conſtitutio prædicta in alio caſu loquitur, cum inſultus ſcilicet factus eſt poſt defenſam, quia ſi percuſſit, vel occidit, ſuper utroque tenetur, ut infra, ea. conſt. in ver. excepto. Nam ſi plura crimina ex eodem facto naſcuntur, a diverſis accuſari poſſunt, ut C. de accuſatio. l. qui de crimine, & ff. de priva. delict. l. nunquam. Sed prima opinio videtur verior per jura prædicta, & C. ad leg. Jul. de vi. pub. l. quoniam. Nam unum præſumitur factum, ut ibi dicitur, & in l. qui de crimine, & l. nunquam. Aliud exemplum ponitur in eis.

(d) *Maleficium perpetravit*. Sic C. de ſucc. auth. omnes in ſi. & de his quibus, ut indi. l. heredem qui.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De percuſſione illicita cum armis. *Rubrica.*

SI *quis aliquem cum armis prohibitis*. Nota cum armis prohibitis, quia ſi percuſſit cum lapide, & non occidit, non erit pœna manus, ſed alia, ut injuriarum, vel quæ reſultat ex qualitate delicti.

ADDITIO. *Adde l. ſi. C. quæ res expor. non poſſ. glo. in l. ita quorundam, de Judæis, glo. in c. ſi perfodiens, de homi. & glo. no. & magiſt. in materia, in verbo, arma, in cle. ne in agro, de ſta. mona.*

Ille quoque qui habet arma prohibita ſecum, & percuſſit fuſte, vel lapide, non tenebitur ad manum, arg. ff. de re mil. omnem, §. ſi quis commilitonem, & ad leg. Corn. de ſic. l. 1. §. divus, ver. ſed ſi clava percuſſit.

Amittat manum, cum qua percuſſit, † ut no. C. de ſer. fug. auth. ſed novo jure. Sed pone quod quis percuſſit, ſicut de facto contingit, duos diverſis temporibus, ſcilicet manu, de qua plus poterat, & hoc conſtabat, vel eſt dubium, quod idem eſt, & ex prima percuſſione inciſa eſt ipſa manus dextra: nunquid ſi imputatur poſtea de ſecunda percuſſione, & probetur, debet ſibi incidi, ſeu amputari alia manus? Vel ſit ſibi alia pœna irroganda. an vero erit ipſa ſecunda percuſſio totaliter impunita?

An-

Digitized by Google

De homicidiis puniendis.

TITULUS XIV.

Si Miles, vel in ſuperiori dignitate conſtitutus, hominem occiderit, per gladium debet caput a ſpatulis ſeparari: ſi ſit Burgenſis, debet ſuſpendi, ita quod ejus anima ſeparetur a corpore. Ceſſat hæc pœna in quinque caſibus hic deſcriptis, & in diviſione recitatis, h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

TErminum (*a*) vitæ * hominum a divina nobis providentia commiſſorum, quantum poſ- † *Alias, idem Auguſtus.*

De homicidiis puniendis.

(a) TErminum. Hæc conſtitutio corrigit in prima parte ff. de ſicar. l. 3. §. pen. in eo, quod ibi puniuntur homicidæ interdum ad mortem, interdum ad deportationem. Sed hæc indiſtincte damnat ad mortem. Item in ſecunda parte in eo quod excuſat occidentem latronem telo, vel furem ſe defendentem, infantem, furioſum, continet jus commune, ut ff. ad legem Aquiliam, l. itaque, §. 1. & de ſicar. l. infans.

* Additio. *An pœna hujus conſtitutionis habeat locum in*

ANDREAS DE ISERNIA.

Additio. *Adde, quid ſi dicta manus dextra ſit arida, an amputari debet? vide per Doct. in auth. ſed novo jure C. de ſer. fug. Bar. in l. hos accuſare, in §. omnibus ff. de accuſa. & quid ſi talis habeat ſolum unam manum, & aridam an erit amputanda? vide per Jo. And. in reg. in pœnis, de reg. jur. lib. 6. in merc. & per Pau. de Caſt. in d. auth. ſed novo jure.*

† Additio. *Sed an ſit ponendum in libello ſeu in articulis cum qua manu, dic quod ſic, unam haberet, ita Luc. de Penna in l. per hanc, col. 6. C. de eroga. mili. ann. lib. 12. & ubi pœna poteſt iterari, puta pecuniaria, vel quia pro percuſſione manus amputanda eſſet, cum plures percuſſiſſet, vel poteſt pœna exaggerari, ut ſuſpendendus per terram trahatur, vel continuari pœna, ut carcer, tunc eſt multiplicanda, exaggeranda & continuanda, alias non, ita Luc. de Pen. in l. 2. circa fin. C. de commeatu, lib. 12. vide And. in c. 1. §. ſcriba, de probib. alien. per Fredericum. Sed quæro ſi quis uno impetu duos percuſſit, ambo inſtant eum puniri pœna manus, quæritur an ſit locus prælationi, vel ſi ambo eodem tempore accuſant & quid ſi eſt lata ſententia pro uno, quid fiet pro alio? vide latiſſime Luc. in l. nemo. col. 3. cum plur. ſequen. C. de curſu pub. ubi multas quæſtiones examinat ad intellectum hujus conſtitutionis.* De Bottis.

Si poteſt conſtare cum qua manu percuſſit, illa punietur, ſi non poteſt conſtare, debilior amputetur, ſeu impotentior, & hoc jura Romano. Sed inclitus Rex Carolus II. † fecit capitulum, quod amputetur validior, quia præſumpſit rex ipſe, quod cum valida & dextra manu percuſſit, non cum invalida, & cum qua minus poteſt, de hoc diximus plene, 10. col. da pa. tenen. c. 3. in fi. glo. poſita per D. And. de Barulo ſuper ipſo c. quod incipit: Si quis alium cepit &c. ex quo c. habuit ortum hæc conſtitutio. Unde ſi aliquis eſſet mancinus, ut dicitur in vulgari, amputabitur ſibi manus, cum qua melius ſe poterit adjuvare, ſecundum c. Regis Caroli prædicti, quod incipit, Si quis cum ronca. Et no. quod capitulum illud præcedens ſcilicet quod incipit, plectantur, & ipſum c. ſi quis cum ronca, determinant, quod de portatione armorum non punitur, niſi qui portat ferreum inſtrumentum non factum ad aliud miniſterium, quam ad offendendum. Et ita de portatione roncæ, vel manariæ non tenetur pœna portationis armorum, quia facta aſt ad incidendum ſepes, & alia. Sed ſi cum his percuſſit, tenetur. Nam aliud eſt portare tantum: aliud percutere cum eis, ut ſupra dixi in l. intentionis, ſuper verbo, arma molita. Patet ergo quod aliud eſt quando portat tantum arma molita: aliud eſt quando percutit, quia qui portat tantum punitur per has conſtitutiones, & nihilominus lege Julia de vi publ. ſecundum qualitatem delicti, diximus ibi. Sed quando percutit, ſufficit manum amittere, ut hic in gl. Aliud eſt punire in pecunia, aliud eſt in corpore, ff. de pœn. in ſervorum, in fi.

† Additio. *Vide Scrib. in c. Regni, ſi quis cum ronca. f. 144.* De Bottis.

SI quis aliquem. In tex. armis. Hodie inductum eſt in perniciem cum quocunque ferro, ut in c. qui cum ronca, ubi de hoc & aliis vide Bar. Vincigue. in tex. percuſſerit. Sciendum tamen eſt, quod minori pœna punitur, qui percuſſit aliquem lapide, quam cum gladio, ut ff. de re mili. l. omne delictum, §. ſi quis commilitonem, & C. de fabric. l. 1. li. 11. in rub. vida in conſt. juſtitiarii, in ver. pœnam. Et ſi percuſſit cum baculo, non tamen uſque ad ſanguinem, vel barbas espilavit, tunc tenetur in decem aureis parti, & in viginti curiæ, ut in conſt. ſi quis alii. de pa. ten. Marinus. In gl. ſi quis ita. in ver. livor. Concordat cum hac gl. & quæ hic no. extra de ſent. excom. c. cum illorum, in gl. quid ſi modicum. Marinus. In eadem, ibi, Publ. No. hic illud de quo ſæpe dubitatur, quod crimen le. Juliæ de vi pub. committitur nedum ſi plures cum armis inſiluerunt aliquem: verum etiam ſi unus, & ita deciditur communiter, & maxime in curia ducali, & hoc per iſtam gl. licet nihil alleget, tamen alleg. l. 2. §. hoc edicto, ff. vi bono. rap. vide tamen quod no. in l. nec intereſt, ff. ad leg. Jul. de vi priva. & ita tenet Lucas de Penna in c. qui cum ronca. ſive vis commiſſa ſit perſonæ, ſive rebus, & tene, & declara ſecundum Sali. in l. ſi criminis, ad leg. Jul. de vi pub. & ita etiam tenet Patrus de Monteforte.

In gl. in verbo minime. Circa materiam hujus gloſſæ qualiter debeat eſſe percuſſio, ad hoc, ut locum habeat pœna manus, ubi non multum læſit percuſſor, ſatis crederem arbitrio judicis committi; circa quod vide quod notatur extra de ſent. excomm. c. cum illorum, in gl. quid ſi modicum, & per Inno. ibi. Marinus.

De homicidiis puniendis.

TErminum. Protectionis Auguſtæ defenſione ſecurum. Secus enim ſi occidat proditorem Regis, hoc licet, & ſic transfugam ad hoſtes, ff. ad l. Corn. de ſica. l. 3. in fi. hoſtis & proditor ſonant in idem, quia proditor numero hoſtium habendus eſt, ff. de capti. & poſtli. re. l. poſtliminium, §. transfugas, ff. de verb. ſign. l. quos nos hoſtes, nam etiam qui committit crimen læſæ majeſtatis dicitur hoſtis publicus. C. de bon. liber. l. 1. ff. ad leg. Juliam majeſt. l. fin. in fi. ſic & forjudicati, ut infra de forjud. pœna.

Occidiſſe. Idem & ſi ſine aggreſſura, poſuit enim quod frequentius accidit, ſcilicet quando aggreditur occiſor occiſum, ſed idem eſt qualitercunque occidit, aggrediatur, vel non aggrediatur. Quid ergo ſi non occidit gladio, fuſte, vel lapide, ſed ſuſpendit hominem in furca? Dic idem, ſatis enim occidit, qui ſtrangulat. ff. ad Syllan. l. 1. §. occiſorem, quia & qui cauſam præſtat mortis, dicitur occidere, ut ff. de ſica. l. nullus, imo major eſt ratio, quia videtur uſurpare quod ad judicem ſpectat, ſeu ad jus dicentem. Sed & ſi ſuſpenſor diceret ſe habere merum imperium, & tanquam judex judicaverit ſuſpendendum, tunc tenetur plus, quia leg. Juliæ majeſt. ff. ad leg. Jul. majeſt. l. 3. in fi. Sed & ſi non occidiſſet hominem, ſed alia leviora exercuiſſet, ſicut judex, cum non eſſet, punietur extraordinaria, quia deliquit. C. lib. 12. de divet. offi. l. probatorias, & l. in his, & l. aliquando tribus libris auri. C. de offi. Quæſto. l. fi. in fi. Et hic etiam ſecundum qualitatem delicti accuſabitur de fal-

Digitized by Google

poſſibile ſit, illius tantummodo judicio reſervantes, qui hominem condidit, & redemit, Imperialis indignationis aculeis proſequi pro firmo diſponimus homicidas, ſanctionis præſentis edicto inviolabiliter ſtatuentes: Ut quicunque alium protectionis Auguſtæ defenſione ſecurum fuerit aggreſſus, & in aggreſſu ipſo eundem probabitur occidiſſe: Miles, * vel in ſuperiori gradu poſitus, ultore gladio, pœnam ſuſtineat (*a*) capitalem: Inferiores furca ſuſpenſi, ultimo ſupplicio ſubjungentur. Qui tamen aggreſſorem, vel latronem in dubio vitæ (*b*) diſcrimine conſtitutus, (*c*) vel nocturnum furem cum clamore, quem aliter comprehendere non valebat, occiderit, juxta Divorum parentum noſtrorum ſtatuta, propterea nullam calumniam ſuſtinere (*d*) debebit. (*e*) Infans etiam ſine malignitate animi: Et furioſus, ſi hominem occiderit, non tenetur. Quia alterum innocentia conſilii, alterum infelicitatis caſus excuſat.

Quan-

in occidente quem in pugna vel in loco ad pilam, vid. Joan. Novizan. in ſua Silva nupt. fol. 25. num. 114. cum ſequen. & Dec. conſil. 9. ubi an in ſtatuto puniente homicidam habeat locum tantum in eo qui dolo & ex propoſito homicidium committit, an etiam ſi ex culpa, & Cottam in verbo, homicidium, & Arno. ſoliloquio 38. an autem valeat ſtatutum quod pro homicidio quis puniatur pœna pecuniaria, vide Doctores relatos per Aymo. conſil. 137. numo. 3. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de deſert. lib. 12. qui tenet quod non, ſequitur Paris in tracta. ſind. in verbo, compoſitio, in princ. vide etiam Covar. in ſecundo lib. variar. reſol. cap. 9. nume. 2. fol. 505. & Roland. a Valle, conſil. 3. nume. 39. volum. 2. & an habeat locum in occidente puerum currentem cum equo, vide Sal. in l. non ideo minus, nume. 7. de accuſ. An habeat locum in mandante quem occidi, vide Th. Gram. in deciſ. 28. & in voce 15. Afſl. in conſtit. praeced. nume. 12. Sal. latiſſ. in d. l. non ideo minus, num. 14. De Bottis.

* Additio. *Adde quod licet nobiles debeant decapitari & plebejus furca ſuſpendi, ſi tamen nobilis fuerit proditor, poteſt furcis ſuſpendi, ita Bald. in cap. cum quidam, extra de jurejuran. Hippol. de Marſil. in ſing. 16. & qui debeant decapitari, vide Pet. Duen. in reg. 190. in ſexta ampliat. & vide in 9. ampliat. ubi quod in Conſulibus oppidorum, & de nobili committente crimen leſæ majeſtatis, vel ſit famoſus latro, quod poſſit furcis ſuſpendi, vide Covar. ſecundo lib. variar. reſol. cap. 9. num. 4. & ibi an nobiles poſſint puniri pœna ignominioſa, & an ad triremes, & num pœna hujus conſtitutionis habeat locum in credente ſe occidere bannitum, vide Arno. in caut. 1. & ibi an credatur juramento inquiſiti quod putabat occidere bannitum, & an in vulnerante animo vulnerandi & non occidendi, idem Arno. caut. 7. De popularibus autem divitibus quod debeant decapitari, non autem ſuſpendi, vide Veronenſem, conſi. 40. incip. Lucius, in 5. col. an percutiens cum baculo, ex qua percuſſione moritur percuſſus, teneatur percuſſione de occiſo, vide Gram. deciſ. 2. ubi diſtinguit ſi percuſſio eſt facta in capite, vel non.* De Bottis.

(a) *Capitalem*. Iſti deportabantur antiquitus, & inferiores decapitabantur, ut ff. de ſicar. l. 3. §. fina. Per hanc ergo illud eſt innovatum.

(b) *Diſcrimine*. Ut C. quando lic. ſine judice ſe vind. l. 1.

(c) *Vel nocturnum*. Ut ff. ad legem Aquil. l. itaque, §. primo, & de furt. ſi pignore. §. furem. & diſtingue, ut ff. de ſicar. l. furem.

Additio. *Adde an ſit differentia inter furem nocturnum, & diurnum? vide glo. & Bartol. in l. furem, ff. ad leg. Cornel. de ſica. gl. Bar. Bal. & Saly. in l. ut allega. C. de ſicar. tex. & Doctr. in c. ſi perſudiens de homi.* Superantius.

(d) *Debebit*. Attende ſingula, quæ in hac exceptione ponuntur. Et facit ad hoc C. de ſica. l. 2. & 3. & quæ ibi not. nam aliter non excuſatur, ut ff. ad legem Aquil. l. 3. & ſequen.

(e) *Infans*. Ut ff. de ſicar. l. infans. cum ſimi. Infans.

ANDREAS DE ISERNIA.

falſo, quod eſt mutatio veritatis, d. l. fin. de offi. Quæſto. & etiam crimine ſacrilegii lib. 12. ut dignitatum ordo ſervetur, l. 1. & de crim. ſtellion. quod eſt etiam quando deficit titulus criminis, ff. de crim. ſtellion. l. 2. Aliter in eo qui comprehendit delinquentem, quia tunc demum, cum potuit capere, & occidit, tenetur l. Corn. de ſica. ff. ad l. Aquil. ſed & ſi quicunque, in prin. Idem in omnibus, qui poſſunt capere aliquem, puta, Titium criminoſum, ſi ille defendit ſe, & in contentione, ſeu pugna, volebat capere, non permittens ſe capi, & occiſus fuerit, ut C. de his qui ad eccle. confu. l. 3. de epiſ. & cle. l. raptores. Quid ſi volens occidere Titium, occidit Sempronium † credens occidere Titium? Vel projecit ictum credens percutere lethaliter ſeu mortaliter Titium, & occidit Sempronium, an teneatur? Videtur quod non. Nam dolus punitur in homicidio, ff. ad leg. Corn. de ſica. l. in lege. quod. hic non fuit, immo error, qui oſtendit non conſenſiſſe in eum occidendum: nihil enim eſt tam contrarium &c. ut ff. de jur. omn. jud. l. ſi convenerit, & l. ſi per errorem. Si fuerit in culpa, culpa non venit in Cornelia, ſed in Aquilia, ut ff. ad l. Aquil. ſcientiam, §. qui cum aliter, licet non fuerit dolus in occidendo Sempronium: fuit dolus in occidendo alium, ſcilicet Titium: & ſic videtur teneri: ſicut quando ſcio rem alienam, ſed neſcio cujus ſit, & furor hanc rem, teneor furti. C. unde vi. cum quærebatur, circa fi. & l. meminerint, & videtur expreſſum, ff. de injur. l. eum qui nocentem, §. ſi injuriarum. Secus in rixa, in qua oportet, quod ſit affectum, ff. quod vi aut clam. l. qui aliter. §. ſi quis eum.

† Additio. *Vide hic Barth. Capol. conſi. 33. & Dec. in l. ut vim. ff. de juſt. & ju. & de offendente medicorum rixa, Cap. in d. conſi. 33.* De Bottis.

Item videtur occidere qui cauſam mortis præſtitit, ut dans medicamenta nociva, vel clyſtere immittens. Vel ſcienter oſtendit malam viam, ubi latrones erant, qui occiderunt eum, ut & alias ſic exemplificatur, ff. eo. l. 3. ad l. Aqui. Item ſi obſtetrix. Item qui mortifere vulneravit, videtur tunc occidere, licet tunc poſtea percuſſus aliter mortuus fuerit, ut ff. ad l. Aqui. huic ſcripturæ, §. 1. ſecus ſi non mortifere: tunc de vulnerato tantum tenetur, ut eo. tit. qui occidit, §. ſi. & l. ſi ex plagis. in prin. Et intellige de cauſa propinqua, non remota, † ut ſi ex percuſſione non mortifera cecidit & fregit cervicem, & mortuus eſt, dicitur propinqua cauſa, ſecus ſi alius impellit ad caſum: & hæc eſt remota, 50. di. c. ſtudeat, aut ſi ordinat capi, & ex captione moritur: extra de homi. volun. ſicut. §. 1. Secus de illo, qui iram Regis inflammat contra aliquem, eo. c. §. 2. Sed ubi unus percuſſit mortifere, & alius exanimeverit: uterque occidit.

† Additio. *De cauſa remota, quando judicatur proxima, vide Aret. conſi. 6. col. 4. & Alex. in conſi. 15. volu. 1. ubi tenet aliter quam Andr. hic.* De Bottis.

Sed ſi plures ſimul percuſſerint & occiderint, & percuſſus ſtatim moritur, ſi non apparet quis mortifere, & quis non mortifere: omnes tenentur, ut ff. ad l. Aquil. item Mela. §. ſed ſi plures, ſecus in Aquilia, ut ſequitur, §. ſi alius, qui eſt contra ad l. ita vulneratus. Multo fortius quando conſtat, quod omnes mortifere, ut ibi. Et 2. Reg. 1. cap. Sed ſi credebatur quod mortifere, non tamen conſtat, quod omnes mortifere: de vulnerato tantum tenentur l. Aquil. non de occiſo, eo. tit. huic ſcripturæ, §. 1. non ergo præſumitur quod mortifere, niſi conſtet, quia quando non credebatur, ſi non conſtet, de natura legis Corneliæ eſt, quod qui accuſat de homicidio, oportet, quod dicat occidiſſe, vel percuſſiſſe mortifere: & ei, qui dicit, incumbit probatio, ut ff. de prob. l. ei. C. de eden. l. qui accuſare. Probabitur † ergo vere accuſatio ſine teſtibus, & ſine inſtrumentis, ſi percuſſus fuerit mortuus infra tres dies poſt percuſſionem, 50. diſtin. cap. ſi qua fœmina. Secus ſi poſt octo menſes, extra de

cle-

Digitized by Google

† *Alias, ut Caſtellani mittant ſervientes armatos pro cuſtod.*

Quando liceat † Caſtellanis & ſervientibus caſtrorum arma deferre.

TITULUS XV.

Licet ſupra in conſtitutione, intentionis, fuiſſet ſtaturum per Imperatorem & Regem hujus regni, quod nullus ſub pœna ibidem contenta præſumat portare arma probibita, exceptis certis perſonis ibidem expreſſis, hic tamen excipiuntur duo alii caſus, primus eſt: quod caſtellanis, & eorum ſervitoribus tunc permiſſum eſt portare arma extra caſtra, cum a magiſtro Juſtitiario, vel a Juſtitiariis provinciæ, aut aliis regis officialibus ſunt requiſiti pro negotiis concernentibus ejus juriſdictionem; ſecundus caſus eſt, quando quis habuit licentiam a Re-

ſans. † dicitur minor ſeptem annis. C. de jure deliberan. l. ſi infanti, & ff. de rei vendicatio. l. quod Infans.

† Additio. *Vide glo. in l. fere in omnibus, ff. de reg. jur.* Jacob. Anellus de Bottis.

Quan-

ANDREAS DE ISERNIA.

clerico percuſ. c. præterea, hoc eſt dicere, ſi infra breve tempus deceſſerit percuſſus, præſumitur mortuus ex eo vulnere, & dicitur infra tres dies, &c. in d. c. ſi qua. 50. diſt. ſic evenerat. dicit enim accidentiam facti, ſicut de errore advo. alias dicitur, C. de erro. advo. l. fi. Nam idem ſi poſt quartum, vel deinceps, ut tres dies ſignificent quodlibet propinquum tempus, dicit ibi hoc.

† Additio. *Adde Fel. in c. presbyterum, in prin. de hom.* De Bottis.

Et addidit quod ſi longo tempore, poſt vulnus, mors eveniſſet, non præſumeretur ex eo vulnere: quia multæ ſolent occaſiones mortis accidere, ad quod eſt ff. de dona. cauſæ mortis, ſenatus, §. mortis cauſa, & quia repentina mors hominibus evenit, † ut in Auth. ut factæ novæ conſti. circa fi. Sed quod, & in quantum erit hoc proximum tempus? videtur quod ſit medietas pluſquam trium dierum, & ſic minus ſex. Nam ſi textus illius c. ſi qua. diceret infra diem tertium, vel proximum, intelligeretur de medietate totius: ſicut quando dicit plus, ff. de verb. ſign. hæc adjectio. ſi quis cautio. & ſi poſt tres.

† Additio. *Sed ſi quis fuit vulneratus & fecit pacem de vulnere cum percuſſore, demum ſequuta eſt mors, an percuſſor accuſari & puniri poſſit de occiſo, vide Luc. in l. unica. C. de pub. laet. col. 34. in fi. lib. 12. ſed hodie per Regias Prag. editas per Illuſtriſſimum Ducem Alcbala Viceregem Regni Neapolis, editas in anno 1559. & 1567. fuit proviſum, quod non ſufficit habuiſſe pacem a vulnerato mortuo, ſed oportet habere pacem ab omnibus affinibus uſque ad quartum gradum.* De Bottis.

Multo minus quando ſubintelligitur per ſententiam Doctorum hoc verbum proximum, illud quod extenderetur ultra in expreſſo, non extenderetur in tacito & ſubintellecto, ut ff. ad munic. l. Lucius, §. ſpen.

Additio. *Adde quis dicatur proximus? vide in c. prox. de pœn. diſt. 1. & quot modis dicatur proximus? vide per Card. Zab. in c. nulla in 3. no. de conceſ. preb. & an appellatione proximorum veniant maritus & uxor. vide tex. in l. cum alienam, & ibi Saly. C. de lega.*

Item proximitas idem eſt quod vicinitas, ſeu conſequentia quædam, ff. de legi. l. de quibus, in princ. & in hoc ſit modicum ſpatium, quod magis intellectu concipi debet, quam poſſit lingua proferri & exprimi, ut de ſolu. ratum, ad l. Falc. l. 1. §. ſi ita. ex qui. cau. ma. ait prætor. §. ſed quod ſimpliciter. Vel dicemus duplicari tempus, & ſic erunt ſex dies, arg. C. de fideic. l. ſancimus. Poteſt dici ſic, aut erat notorium & famoſum in ore vulgi, quod vulnus fuit mortiferum, & ſic credebatur communiter: aut non. Primo caſu loquitur §. ſi ſervus, d. l. huic ſcripturæ, qui loquitur quando credebatur, quod eſſet vulnus mortiferum, ſed non erat certum, & ſequitur quod ex eo vulnere mortuus fuit: quia non occidit, cum vulneravit: & quia videtur occidere, &c. cum vulneravit, & illa litera, ex eo vulnere, &c. Et quia videtur occidens, &c. legatur conſecutive: alias ut exponatis pro certo. Vel id quando ſic credebatur, quod eſſet mortiferum, & quod ille. §. affirmet præſumi eum ex eo vulnere tunc obiiſſe † etiamſi poſt longum tempus, ut l. ait lex. §. 1. quia longum erit uſque ad octo menſes, ut in c. præterea.

Additio. *Adde an differant notorium & manifeſtum? vide in l. heredes palam, ff. de teſta. in auth. qui ſemel, C. quomodo & quando ju. gl. in l. cives, C. de app. c. manifeſta, 2. q. 1. & Spe. in tit. de noto. crim. in §. ſequitur, & an notorium includat famam? vide per Inn. c. porro, de divo. Arch. in d. c. manifeſta, Car. Zab. in c. veſtra, in 9. q. de coha. cle. & mul.*

† Additio. *Et ſic no. quod quando eſt publica fama, vulnus eſſe mortiferum, & hoc operatur notorium, ſeu publica fama, ut clarius loquitur Alex. in conſi. 51. col. 2. vol. 1.* De Bottis.

Nec erit abſurdum hoc dicere, quod hoc præſumat lex illa in iſto caſu ſic dubio, quaſi hoc operetur præſumptio, ut transferat onus probandi contrarium in adverſarium, ut ſcilicet percutiens & vulnerans habeat neceſſe probare quod non fuit mortiferum: Aut quod negligentia mortuus fuit, ut in l. qui occidit, §. fin. ubi videtur incumbere onus probandi accuſato percutienti & vulneranti, quod negligentia periit, & ſic non fuiſſet mortiferum vulnus. Nam & dia ſequenti poſt percuſſionem mortuo vulnerato poſſet percutiens probare quod vulnus non fuit mortale, & quod ex negligentia mortuus fuit exponendo ſe vento, extra de hom. vo. c. tuam, & in §. fi. l. qui occidit. Idem ſi vellet probare quod ideo mortuus eſt, quia habuit malum regimen in bibendo: vel cum uxore juvena, vel cum alia muliere ſe immiſcendo, ubi enim eadem ratio, ibi idem jus, ff. ad l. Aquil. illud. Et quando ratio diverſitatis reddi non poteſt, ut ff. de verb. obli. l. a Titio, & hoc quidam operatur brevitas temporis, quia mortuus inf. 6. vel 8. dies, † ut duplicetur tempus propter verbum proxime dictum, & ſubintellectum a Doctoribus per l. ſancimus, præſumatur mortuus ex eo vulnere, & quod neceſſe habeat percutiens probare malam curam ſeu negligentiam.

† Additio. *Vide tex. in c. ſignificaſti, ext. de homi. & caut. Jo. de Arn. primam, & in c. 7. & in ſing. 44. ubi mirabilia dicit, ſi vera ſunt, & vide glo. in l. fere in omnibus, ff. de reg. jur. in quibus quomodo poterit evitari pœna hujus conſti.* Fabius Jordanus.

Idem operabitur credulitas communis, quod erat mortiferum eo decedente poſt octavum diem, infra octo menſes, qui terminus octo menſium non poterit prorogari, ſed ex præſumptionibus poterit præveniri, arg. extra de appel. c. oblatæ, præſumitur quod ex eo vulnere tunc per §. ſi ſervus, nam fama coadjuvat & inducit præſumptionem, ut ff. de teſti. l. 3. §. ejuſdem, de quæſt. l. de minore, §. fi. C. de prob. inſtru.

Additio. *Adde Hoſt. in ſum. in tit. de cohab. cle. & mul. in §. quod ſit notorium, ver. item qualiber fama, quod ſi ſunt duæ famæ contrariæ, cui ſtandum ſit? vide per Ang. in l. quia autem, in §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.*

Præſumptio transfert onus probandi in adverſarium. C. de proba. ſive poſſidetis, & l. actor. in gl. de dona. Inter vir. & uxo. Quintus, 7. q. ult. c. fin. in gl. Secundo caſu ſi obiit percuſſus poſt octo dies, infra octo menſes incumbit probatio accuſanti, quod ex eo vulnere mortuus fuerit. Quod probabit probando, quod percuſſus non fuit negligens ſe curando, & adhibendo neceſſaria ad curationem vulneris, & quod extitit in domo ſua non ambulans per ventum, ut in c. tua. Iſta probatio onerabit percuſſorem, ut ſi jam probet quomodo vulnus fuit leve, & quod de ſe non fuit inducens mortem, tenetur de occiſo. Nam oportet quod probet cauſam remotam quare ſit mortuus, ut quia cecidit non ex percuſſione, ſed ruina, vel ictu alterius, ut in c. ſtudeat, non idem ſi propinqua, ut quia cecidit ex percuſſione, & ex caſu fregit ſibi cervicem, hoc proximum eſt percuſſioni, & quaſi ineſt. Sicut ſi ſupervenit ſpaſmus & aliæ infirmitates, quæ ſunt communiter conſecutivæ ad magnas percuſſiones, arg. eo-

Digitized by Google

Rege ſpecialiter de portando arma. h. d. Matth.

† *Alias. Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

CAſtellanis, (*a*) & ſervientibus caſtrorum noſtrorum cum a Magiſtris Juſtitiariis, & Juſtitiario, aut aliis officialibus noſtræ curiæ extiterint requiſiti pro negotiis aliquibus, quæ ex mandato culminis noſtri, aut auctoritate Imperiali, vel juriſdictionis eorum ipſis officialibus noſtris incumbunt, extra caſtra permittimus arma deferre.

Alias tam ipſos, quam alios ſubjacere diſponimus noſtræ prohibitionis (*b*) edicto, ut abſque

Quando liceat Caſtellanis & ſervientibus caſtrorum arma deferre.

(a) C*Aſtellanis*. Hæc conſtitutio jus ſpeciale continet, quæ permittit Caſtellanis arma deferre, donec ſervitiis Curiæ intendunt.

(b) *Edicto*. Poſito ſupra de illici. por. ar. intentionis noſtræ.

ANDREAS DE ISERNIA.

tum quæ no. in c. ſtudeat, & per Hoſt. in c. tua, & c. præterea, & tunc ſi opponatur quod incumbit probatio percutienti, quod negligentia perit. Dices econtra, ut in proximo dictum ſupra, ut ſcilicet legatur conſecutive, id eſt dicere, ea quo non conſtat, vulnus fuiſſe mortiferum, ſequitur quod negligentia periit, & hoc, quia non conſtat fuiſſe communiter creditum & opinatum quod fuiſſet mortale, nam tunc per §. ſi ſervus, litera illius §. aliter legeretur, ſcilicet quod neceſſe habeat probare percutiens, quod negligentia periit. Veræ autem probationes, ſcilicet quod fuerit mortiferum aut leve, poterunt ſciri per chirurgos & peritos. C. lib. 12. de re mili. l. ſemel. Cum experto ſemper credatur in arte ſua, ut ff. de ven. inſpi. l. 1. Et per duos ſaltem, quia l. ſemel. dicit medicis, & non medico, & ſic ſunt duo. ff. de teſti. l. ubi, & in d. §. 1. de ven. inſpi. dicit tres, & in §. 1. de ven. inſpi. dicit ut uni non videtur credendum ad condemnandum hominem, ad mortem † maxime. C. de teſti. jurisjurandi. In probando ſic, quod vulnus ſit mortiferum non refert infra vel poſt longum tempus obierit, niſi ex adverſo probaretur incuria, vel negligentia, ut in l. ait lex. Videmus ruſticos alias robuſtos jacere percuſſos longo tempore antequam moriantur, vel ſanentur.

† ADDITIO. *Vide Alex. conſi.* 15. *col. fi. vol.* 1. De Bottis.

Nunquid alii quam medici poſſint prædicta teſtificari? In his dicunt, quod ſic, in cauſa ſcientiæ: quia percuſſus fuit magno lapide, vel magno fuſte, aut enſe, & exierant viſcera, non videtur quod hæc cauſa ſit ſufficiens ad probandum, quod vulnus fuerit mortiferum. Nam magnitudo vulneris facit injuriam atrocem ff. de injur. l. vulnus, non dicitur, quod propter hoc ſit mortiferum, quia ſi pugno leviter percutiatur in facie, eſt atrox, non ſequitur quod ſit mortiferum, ut eadem l. ait prætor. in fi. & l. ſeq. Videmus plures, qui remiſſis intus viſceribus ſunt ſanati. De his, de quibus non poteſt reddi ſufficiens ratio, & cauſa ſcientiæ ſui dicti: quia non ſunt periti illius artis, videtur quod teſtimonium non ſit ſufficiens, ut in Auth. de ſanct. epiſc. §. 1. & plene de hoc per Inno. extra de teſt. c. cum cauſam. Item quomodo probabitur quod hoc ſit famoſum, & de hoc, quod vulnus fuit mortiferum, vel fuerit tunc famoſum, aut publica & notoria aſſertio? dicet teſtis quod ſic in cauſa ſcientiæ, quod omnes audientes & loquentes credebant, ſicut dicebatur, fuiſſe vulnus mortiferum magnitudine vulneris, & qualitate armorum. Alias non poteſt dicere teſtis, quia ego, & Sejus credimus hoc, cum hoc ſit in animo, ut ff. de inter. act. l. 1. quia creditur plerumque quod non eſt. Unde ſtatur in multis communi credentiæ, donec contrarium appareat, extra de jure pa. c. conſultationibus. Si autem hoc teſtes dicerent † eſſe famoſum & notorium, quia audierunt ab aliis, ut a Titio & Sejo, qui viderunt percuſſionem, quia vulnus erat mortiferum, & qui hoc credebant, an ſaltem ex hoc probetur, quod Titius & Sejus hoc credebant? Non videtur, etiamſi deponerent, quod Titius & Sejus hoc juraverunt, quia in judicio cum juramento debuerunt hoc deponere ſe credere id, quod erat famoſum, C. de teſti. l. jurisjurandi, non per alium, imo nec per ſcripturam eorum, 3. q. 8. c. teſtimonium.

† ADDITIO. *Vide Philip. Dec. in conſi.* 37. *col.* 7. *qualiter probetur fama*. De Bottis.

Item videtur liquere ex prædictis, quod poſt octo menſes, ſi percuſſus vel accuſator probaret, quod habuit diligentiam debitam in cura, ſi percutiens non probaret contrarium de incuria, & negligentia vel cauſa remota, tenetur de occiſo. Et ſic etiam poſſet intelligi c. ſtudeat, & c. præterea. Item multoties hæc non advertuntur per advocatos. Judex tamen in hoc ſagaciter debet de cunctis circumſtantiis perquirere, & diligenter, quia ad eum ſpectat veritatem perquirere. C. de eden. l. 2. in Auth. de tabellio. in princ. & ex officio reperet teſtes, non ad petitionem partis, ut de omiſſis interroget, ut in Auth. de teſti. §. illud. extra eo. c. in præſentia, & c. cum clamor. Imo & poſt concluſionem & uſque ad ſententiæ prolationem, quia debet cuncta rimari. 30. q. 5. c. judicantem, maxime ne remaneant maleficia impunita, quod eſſe non debet. C. de pœnis, ſi quis, & d. l. ita vulneratus, & judicis officium eſt latiſſimum, ff. de jur. om. jud. l. 1. extra de fi. inſtr. cum Joannes, ad fi. & ff. de interrog. act. l. pen. ubi ex officio quærit a parte.

Repetuntur teſtes ex officio & in criminalibus quandoquidem nō judicatur ſecundum allegata, & probata.

ADDITIO. *Adde l. ſi a reo, in §. fi. ff. de fidejuſſ. & in c. ut famæ de ſenten. excommunic.*

Eadem ratio eſt in teſte, quando ex officio, ita enim probatur per confeſſionem partis, ſicut per teſtes, ut ff. de inoffi. teſt. l. qui de inofficioſo, in fi. & ad petitionem partis non debet hoc fieri poſt concluſionem, extra de procu. c. auditis. Judex ex officio ſuo poteſt, ut d. c. cum Joannes, in fi. Alii ſtricte hoc intelligunt, ut hæc repetitio tunc demum fiat, quando dictum teſtium ita eſt obſcurum, quod nullum habeat intellectum, ut tractat Ino. in c. cum clamor. in fi. extra de teſti. iſti fuerunt timidi in condemnando maleficos, contra quos eſt, ut crimina undecunque eruerint, punienda ſint, 24. q. 3. c. ecce.

Non licet poſt concluſam cauſam ad petitionem partis teſtes repeti.

ADDITIO. *Adde cap. ſi quis omnem*, 1. *q.* 7. *Card. Zab. in c. ſi clerici, in* 4. *oppo. de judic.*

Ubi vero teſtes non ſuperſunt, vel repetiti non dicerent aliud, niſi quia vidimus, quod de menſe Aprilis percuſſit, & de menſe Maii mortuus fuerit, cum non dixerint, mortifere, nec appareat quanto tempore ſupervixit, non intelligerentur hoc dixiſſe, cum poſſit vulnerari non ad mortem, ut in l. qui occidit. §. fi. ff. ad leg. Aqu. & in ambiguis non debet eſſe abſolutum judicium ad condemnandum abſolute, ſed plus ad abſolutum proferendum, 33. diſt. c. haboiſſe, 14. diſt. ſicut. Licet enim poſſet eſſe, quod ultimo Aprilis percuſſit, & primo Maii mortuus fuerit: potuit enim etiam eſſe quod primo Aprilis fuit percuſſus, & ultimo Maii mortuus fuerit, in criminibus probationes non debent eſſe dubiæ, imo claræ. C. de proba. l. ſciant. Melius eſt nocentem abſolvere, quam innocentem condemnare, ff. de pœ. l. abſentem, ſemper in dubiis ad id quod minus eſt & utilius, pro reo ſit interpretatio, ff. de pœ. l. ſi præſes, pœnæ quidem ſunt demolliendæ, eo. ti. interpretatione. Potior enim eſt cauſa liberandi, quam obligandi, ff. de act. & obl. l. Arrianus, & arg. ff. de pact. l. tale pactum, in prin. judicia ſunt in dubiis abſolutoria, Inſt. de perpet. & tempor. act. §. fi. Item nota, quod is, qui confitetur ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, debet probare, quod ad ſe defendendum occidit, alias punitur de homicidio, de hoc dic, de pace tenen. & ejus viola. c. 2. Et adde hic quæ dicta ſunt ibi de actu reiterabili. Item ſi negavit ſe homicidium commiſiſſe, poteſt ante aperturam congruo tempore dicere, quod vult probare, quod ad ſui defenſionem occidit. Poteſt hoc, nec eſt ſibi contrarius, immo confirmat quod negavit. Licet imperiti & crudeles judices plerumque in hoc ſitiunt, ſeu deſtruunt ſanguinem humanum, de quo diximus plene in ti. de contro. inveſtit. §. item ſi vaſſallus.

Ut ſervientes Caſtellanis extra caſtra non deferant arma.

Alias. Ut Caſtellani mittant ſervientes armatos pro ſervitio curiæ.

C*Aſtellanis*. Permittit certo modo deferre arma caſtellanis & ſervientibus, ſicut & curialibus & militi-

Digitized by Google

que ſpeciali (*a*) mandato celſitudinis noſtræ, vel licentia, nullus fidelium noſtrorum arma prohibita deferre præſumat.

† Alias, impoſitis.

De defenſis † imponendis. Et quis eas imponere poſſit? Et contra quos? Alias, De impoſitione defenſæ.

TITULUS XVI.

Licentia data ab iſta conſtitutione de imponendo defenſam juxta formam hic traditam: vendicat ſibi locum non ſolum pro injuria & violentia, ex qua ſequitur damnum in perſona propria: ſed etiam in perſonis conjunctis hic expreſſis: & pro familia, vel pro rebus corporalibus & incorporalibus, ſed etiam vendicat ſibi locum in vaſallis, ut poſſint dominis ſuis imponere dictam defenſam: ſed aliter proceditur contra dominos de ſpreta defenſa, & aliter fit punitio quam contra alios non dominos: niſi quando impoſita eſt juſta defenſio domino pro delicto capitali, pro quo eſt publica accuſatio: tunc nulla eſt differentia inter vaſallum, & non vaſallum, h. d. Matth.

† Aliter, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

JUris gentium (*b*) induxit auctoritas, & naturalis hæc ratio non abhorret: Ut tutela cui-

(a) *Mandato*. Tunc enim juſſus majoris excuſat, ut ff. de his qui no. infa. l. furti, §. qui juſſu.

De defenſis imponendis, &c. Rubrica.

Sed ego quæro an defenſa poſſit imponi conditionaliter in hunc modum, prohibeo te ſi poſſum de jure. Vel ſi tibi hoc non licet facere? Reſp. non: arg. ff. de dam. inf. ſi proprietarius, §. fi. in fi. & in hoc omnes Juriſperiti imperialis Curiæ convenerunt. Sed videtur arg. contra, ff. de no. ope. nunc. l. non ſolum, §. quod ſi nunciavero, & de dam. inf. qui vias, §. fi. & l. illa, ſi proprietarius, loquitur quando petebat a duobus, & ſic debebat unum eligere.

De defenſis imponendis &c.

(b) JUris gentium. Satis poteſt dici, quod hæc conſtitutio cum tribus ſequentibus contineat jus novum. Et per hanc conſtitutionem ſuccurrit Imperator debilibus, qui ſæpe a potentibus opprimuntur, ut C. ne lic. po. l. 1. Unde dicit hæc conſtitutio, ſi quis timeat offendi in perſona ſua, vel liberorum, vel parentum, vel in rebus ſuis, vel prædictorum, prohibere poteſt aggreſſorem, ne ipſum offendat ex parte domini Imperatoris vel Regis: Et hoc faciat ſaltem coram tribus teſtibus, ut infra de defen. impo. ſi quia in poſterum, & ſi defenſa non fuerit obſervata, imminebunt pœnæ, quæ ſunt contentæ infra de defen. impo. ſi quis; & hoc ſi fuerit juſta defenſa: Aliter, ſi fuerit injuſta, qui non ſervavit defenſam, non punitur, ut ff. de relig. & ſump. fun. ſed & ſi quis, §. Labeo. arg. contra, ff. de no. ope. nunc. l. 1. Nec punir illum, qui injuſtam defenſam impoſuit, ut infra de defen. impo. & contem. Et hoc regulare eſt inter omnes non ſubditos. Inter ſubiectos vero aliter diſtingui poteſt, An imponant vaſalli dominis defenſam pro ſua perſona, & liberorum, & parentum: vel rebus. Et tunc idem, quod in aliis per omnia, ut hac conſtitutione, circa medium, & in fi. Aut imponant defenſam dominis exigentibus ſervitia ab eis: & tunc contempta defenſa, dominus exigat, ſi valt, ſi poſtea appareat injuſta defenſa, punitur dominus; ſi juſta, punitur vaſallus, licet non fuerit obſervata. Quod ſecus in aliis, ut ſupra dixi: & hoc forte propter reverentiam, quam domino debet.

ANDREAS DE ISERNIA.

litibus, ut ſup. l. intentionis. Curialibus & militibus, filiis militum, & Burgenſibus, quando equitant, bene licet, ut in §. a tenore.

Extra caſtra. Quia non debent ſervientes exire ſine licentia caſtellani, infra de offic. caſtel. l. 3.

Abſque ſpeciali licentia celſitudinis noſtræ. Hodie largo modo concedunt hoc officiales, ut Juſtitiarii & Magiſter Juſtitiarius, & Capitanei locorum ex cauſa data per alios, quibus conceditur ſub fidejuſſoria cautione, quod non offendant, ſed defendant ſe: quod quidem Rex ipſe videtur concedere, quia omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur. C. de vet. jure enucl. l. 1. §. cumque.

Additio. *Adde c. ſi Apoſtolica de præben. lib. 6. glo. in c. 1. de tranſact. Bal. in l. ex placito C. de rer. permut.*

Cavere debent illi, qui concedunt, quod non paſſim etiam cum cautione concedant hoc; ſed quando eſt juſtus timor in eo, qui petit; quia ſatiſdatio non immutat malivolum animum, &c. Inſt. de ſuſpec. tut. §. penul. & in maleficiis perpetrandis occurri debet, d. l. intentionis, in prin.

De defenſis imponendis, & qui eas poſſunt imponere, & contra quos. Alias. De impoſitione defenſæ.

IN rubrica ponitur. Quæritur in glo. ſi valet defenſa impoſita ſub conditione: ut, prohibeo te, ſi poſſum de jure, vel ſi tibi non licet facere? Leges inductæ, quod non valet, non videntur facere ad hoc: immo contra, ſcilicet quod valeat. Nam ab eo, qui non credebatur dominus rei, quam tenebat, ut pro ea de damno infecto caveret: quia controverſia erat, alio forte petente, & vendicante ab eo: Forte exigitur ſatiſdatio ſub conditione, ut ſi apparuerit non dominus, teneantur fidejuſſores. Si apparuerit dominus, non tenebuntur. In l. qui vias, in fi. erat neceſſarium ſic dici, alias ſatiſdari: quia ſi convinceretur poſſeſſor, a quo exigitur cautio, in eum, qui non caverat, non tenebitur, cum non eſſet regalis ſicut nunciatio novi operis, ff. de no. ope. nunc. l. pen. & hoc facit quod valeat defenſa ſub conditione, in l. ſi proprietarius, in fi. ff. de dam. inſe. petebatur a duobus, oportebat quod eligeret: Sed ſi ab illo vel ab uno, quem negabat eſſe dominum habuiſſe ſub conditione, ut in l. qui vias, l. non ſolum, §. quod ſi nunciavero, eſt contra hoc: nam, ut dicit gl. ibi dicebat cauſam, quare nunciabat in publico, ſcilicet quia contra legem fiebat ædificium, & in certa cauſa non facit conditionem, quæ differt a cauſa. C. de his quæ ſub modo. l. 1. & cauſa debet eſſe apta. C. de edi. divi Adri. tol. l. fi. ff. de adul. l. denunciaſſe, circa hoc eſt arg. ff. de inju. l. prætor. in prin. Conditionale non eſt certum: imo incertum, ut ff. de pact. l. 1. in prin. Item non debet vagari conditionem apponendo, ff. de dolo. l. item exigit. Cauſa rationabilis debet etiam eſſe: arg. extra de reſcrip. ſi quando. In contrarium eſt, quia actus legitimi non recipiunt conditionem & diem, exceptis quibuſdam, ff. de reg. jur. l. actus. Item ſententia non poteſt dari ſub conditione, ſed lata tamen tenet. ff. quando ap. ſit. l. 1. §. biduum, & §. dies, ſi non ſit extranea, ſed negotium tangens. C. de ſen. l. cum judex.

Additio. *Adde Bar. in l. ſi conditionalis, ff. de auct. tuto. Bart. & Doct. in l. a divo Pio. in §. in venditione, ff. de re judi.*

Item conſtitutio hæc imponit certam formam imponendi defenſam, ut prohibeo te ex parte Regia, quod me offendere non præſumas: non dixi, ſi poſſum de jure prohibere te. Non ſervata ergo forma, qua defenſa debet imponi, nulla erit & non valebit. C. de prædi. curi. l. 2. Si voluiſſet apponi conditionem, expreſſiſſet. C. de cad. toll. l. 1. §. pe. Poteſt tamen ſic dici, Aut factum propter, quod imponitur defenſa, ut ſcilicet,

cuilibet ſui (*a*) corporis permittatur. Quia tamen ſæpe contingit, aggreſſoris in tantum ſupereminere potentiam, ut etſi oppreſſo de jure ſe defendere liceat, tamen de facto ſe defendere non poſſit. Præſentis legis auctoritate cuilibet licentiam impartimur: Ut adverſus aggreſſorem ſuum, per invocationem noſtri nominis, ſe defendat: Eidemque ex parte Imperiali prohibeat, ut ipſum offendere de cetero non præſumat. Quod non tantum in præſcripto caſu locum habere decernimus: cum is, qui prædictam defenſam imponit, offendi forſan metuit in perſona: Verum etiam * cum rebus, quas poſſidet, mobilibus, & immobilibus, aut ſeſe moventibus, (*b*) necnon incorporalibus, inferri ſibi quiſquam ab aliquo violentiam pertimeſcit: Ne vel res mobiles per vim auferantur ab eo: Vel in aliis deſtitutionis injuriam patiatur, præſentis noſtræ conſtitutionis licentiam ad eos etiam prorogamus, qui in perſonis, aut rebus parentum, quos noſtei Veteres dixere (*c*) Majores filiorum, nepotum, & ex eis, qui dulci filiorum vocabulo nuncupantur:

(a) *Corporis*. Etiam rerum, ut ſupra de pacit cul. l. 1. & dic ut ibi no. & facit, ff. de juſt. & ju. l. ut vim. Item hoc etiam probatur jure divino: Nam legitur in paſſione Domini Jeſu Chriſti, diait diſcipulis ſuis, quod vendetent tunicam, & emetent gladium propter inſultum, videlicet, Judæorum, qui cum gladiis & fuſtibus invaſerunt Dominum. Ea quo colligitur evidenter, quod quie licite ſe defendit, & etiam cum armie, ſi impugnetur cum armis, ut ff. de vi & vi ar. l. prima, §. vim vi.

* Additio. *No. quod defenſa habet tueri poſſeſſores, unde ſi poſſidenti imponatur defenſa, quod de poſſeſſione extat, obtemperare non debet, quia defenſæ impoſitionem tenet, ut hic colligi poteſt. An autem defenſa imponi poſſit per quemlibet poſſeſſorem, dic quod non, niſi per Dominum, arg. ff. pro empt. l. alienam aream, & in alleg. gl.* Barth. de Capua.

(b) *Nec non incorporalibus*. Quæ dicantur, dicitur Inſti. de reb. corp. & incorp. per totum.

(c) *Majores*. Quid in aliis conſanguineie, & conjunctie perſonis? Item quid in tutoribos, curaturibus, ac mundualdie? Reſpon. idem, argum. C. de epiſc. & cler. l. captores, 1. reſp. quod dic, ut notatur ff. de juſt. & ju. l. ut vim, ſecundum Azo. & hoc quando timetur de injuria perſonæ.

Tutor vero, curator, ſeu mundualdus poſſent imponere defenſam etiam propter violentiam, quæ timetur in rebus: quia tutor rebus & perſonæ datur, ut ff. de adminiſtrat. totor. cum plures, §. tutor, & de curator. fur. l. conſi. §. 1.

Additio. *Adde qui dicantur majores? vide in l. Jureconſultus, in §. parentes, ff. de gradib. l. 3. in §. parens, & ibi glo. de in jus vocan. & per Alberic. de Roſ. in 1. parte ſtatutorum, q. 73.* Soperant.

ANDREAS DE ISERNIA.

Inſultatus licet ſe defendere poſſit, non tamen ex intervallo.

cet, factum non fiat, erat indubitanter illicitum ex parte facientis: Aut erat dubium. Primo caſu valet defenſa, licet dicat, ſi poſſum de jure. Ut ſi cum cultello vadat Titius ad percutiendum Sempronium ſub ſecuritate Regis morantem: hoc indubitanter illicitum erat ex parte Titii: quia Sempronius non percuſſerat tunc Titium: nec invenerat eum Titiue cum uxore, aut perſona alia, aut in facinore alio abſque intervallo, ut aliquo caſu poſſet exinde Titius excuſari; licet Sempronius dicat, prohibeo te ſi poſſum de jure, valet defenſa: nam pure videtur defendere abſque conditione, eo quod indubitanter poterat prohibere. Conditio enim adjecta, quæ omnino eſſet extincta, pura eſt, & pro pura cenſetur, ff. de dona. l. ſi pupillus, §. qui ſub conditione, & de cond. & dem. l. nam & ſi cum moriar. & l. ſeq. & ſub cauſa certa jus certum & finitum eſt, ff. de jur. & fac. ign. l. 2. pro qua eſt d. §. ſi nunciavero. Secundo caſu non valet, ut ſi creditor volebat pignorare debitorem, quia dicebat ſibi licere ex conventione, vel dominus petebat adjutoria a vaſallis: tunc quia dubium eſt in facto, an fecerit conventionem, vel debeat vaſallus, debet pure defendere, non conditionaliter, & debet eſſe certus quod bene prohibeat, ut ſervetur æqualitas, quam jura volunt in omnibus. C. de fru. & li. expen. l. fi. & de proxi. ſac. ſcri. in ſacris. Eveniret autem inæqualitas, ſi diceretur valere, quia imponens & prohibens non litigaret, ſi non potuit prohibere, quia ſub conditione prohibuit, ſi pignorari non liceret. ſi probabit licere, abſolvetur, ſed ſi obtemperaſſet defenſæ, non punietur in aliquo de injuſta defenſa prohibens. Qui ſub conditione prohibuerit, ſi pignoranti pignorare non liceret. Si probavit licere, quod pignoraretur per conſt. juris gentium, §. verum, non eſſet recipiendus talis accuſator talis defenſæ. Sed ſi eſſet admiſſus, & lite conteſtata probaſſet, vel non conſtaret quod licite exactus eſſet: videtur purificari defenſa extante conditione, ac ſi pure eſſet impoſita, ff. qui po. in pig. ha. l. potior. in prin. de peri. & commo. rei vend. quod ſi pendente, cum ſi. Sed licet non debeat admitti, admiſſa tamen valet. C. de anna. excep. l. fi. quia crimina, undecunque clarueint, punienda ſunt, 23. q. 4. ecce, maxime cum talis conditio inſit, nec ſit extranea, ut l. cum judex, dicit Jo. Pro quo facit quod dicitur in gl. de pign. act. l. ſi rem, §. ſi. & etiam ſi pare non contradixiſſet, ff. de poſt. l. quos prohibet. arg. contra, quandocunque non debeat quis admitti ad probandum, vel ad aliquid faciendum, admiſſus ſi probet, non valet, ff. de quæſt. l. divus, §. 1. & l. ſeq. §. item ſuſpicio, extra de accuſ. inquiſitionis §. 3.

De defenſis imponendis.

J*Uris gentium*. *Aggreſſoris*. Qui perſonam aggreditur animatam: etiamſi homo non ſit, ff. ſi quadrup. pau. ſec. dic. l. 2. §. eum arietes, & infra ver. quod ſi tantum, & ff. de ſica. l. is qui aggreſſorem. Quæ ſit differentia inter aggredi, & aſſalire: & inſultum, & impetum facere? dic, ut in tit. qui. mo. feu. amit. §. ſimiliter, & quæ ſit prima cauſa amit. feu. §. porro.

In rebus quas poſſidet. Nota quod defenſa tuetur poſſeſſorem: an ergo valeat defenſa, ut non intres in domum tuam, quam poſſides? Si enim non intereſt mea te non intrare, non videtur valere: niſi ſervitus ſit conſtituta: ubi vero intereſt, valet. ff. de ſervi. l. quoties, in tit. generali. Et certum eſt non valere: Sed ſi obtemperas, an incidam in pœnam de injuſta defenſa? Dic ut infra, de his qui defenſam imponunt injuſte, l. 1. Violentiam pertimeſcit, ne vel res mobiles per vim auferantur, vel in aliis deſtitutionis injuriam patiantur. Per hanc literam dicitur communiter, quod de vi ablativa tantum loquitur, non inquietativa. Licet enim primo dixerat generaliter, violentiam patiatur. Poſtea ponit, ne vel res mobiles &c. per quod datur intelligi in vi expulſiva, & ablativa tantum locum habere, ut generale præcedens reſtringatur per ſpeciale ſubſequens, ſic. ff. de uſu & habi. l. ſi habitatio. §. ſed ſi ſic, & de ali. & cib. leg. l. pen. §. fi. Sic enim econtra per ſpeciale præcedens reſtringitur generale ſubſequens, ff. pro ſo. l. ſed ſi adjiciatur, & de vi. triti. & oleo leg. l. fi. Et cum per hæc verba, ne vel res mobiles &c. taxetur, & tunc tantum locum habeat defenſa, eo. ti. l. cum certum, propter detrimentum & damnum quod habet, quia privatur poſſeſſione ſua: poteſt defendere in turbativa. Damnum non eſt ſi non paret ie, cui defenſa imponitur, quia nullum damnum habet ex prohibitione & violentia turbativa. Quid enim obfuit conatus &c. ff. quod quiſque ju. l. 1. in fi.

Additio. *Adde an conatus in criminibus puniatur pro eſſe-*

Digitized by Google

tur. Et in eis, aut in rebus eorum denique, qui (a) in eadem familia, (b) & cohabitatione (c) tenentur, vim vel injuriam pati metuerint, qui defenſam imponunt. Eadem licentia præ-

(a) *In eadem familia*. De qua exit quis per emancipationem, † ut C. de fi. fa. ſi hi qui. 1. reſp. lib. 10.

† Additio. *Ex hac glo. poteſt inferri, quod legato facto omnibus de familia, non venit emancipatus, vide multa per Dec. conſ. 13.* De Bot.

Sed quid de uxore? Et certe probari poteſt, quod familiæ appellatione contineatur, ut C. de re milit. quicunque, lib. 12.

Additio. *Adde Bar. in Auth. de reſt. fideic. in prin.* Superant.

Item quid in fratribus, qui poſt mortem patris poſſident bona communia? Reſpon. nemo eſt in familia alterius, immo ſinguli ſingulas familias incipiunt habere, ut C. de muneribus & honor. non conti. l. fina. & ff. de verbor. ſignific. l. pronunciatio, §. familiæ. Quod ſequitur hic de cohabitatione, dic, quod verborum eſt multiplicatio, quæ rerum ſubſtantiam non immutat, ut ff. de auro, & argento legato, l. pediculis, §. Labeo. & hoc ſi incipias a familia. Filius enim familias poteſt alibi domicilium habere, quam pater, ff. ad municip. l. placet, & l. non utique, & l. aſſumptio, §. filius, & l. libertus, §. patris. Qui autem contineantur appellatione familiæ? dic ut in præallegata l. pronunciatio, §. familia.

Additio. *Adde l. deteſtatio, & l. pronunciatio, in §. cui, ff. de verbor. ſign. Joan. And. in d. c. cum olim, de arbit. Doctores in cap. 1. de verb. ſignific. lib. 6. Quid de baſtardis? vide per Barto. in l. tutelas. ff. de cap. diminut. Bal. in l. fin. C. de verb. ſign. & in l. generaliter in §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſti. Joan. de Imola in l. ex facto, in §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebel. Bald. in cap. innotuit, de elect. in fi. & in cap. per tuas, de probatio. Philip. Franc. in cap. 1. in 1. not. de ſchiſma. lib. 6.* Superant.

(b) *Et cohabitatione*. Quando plures eodem cœnaculo habitant, & quid inter ſe non eſt diviſum: tunc enim quia eſſet impoſſibile ſcire quis potius deſtitueretur, omnes forte poſſent imponere defenſam, ut ar. ff. de his qui deje. vel eff. l. 1. §. fi. & l. 2. 3. 4. & 5. primo reſpon.

(c) *Tenentur*. Alias, morantur.

ANDREAS DE ISERNIA.

effectu, & quid in civilibus? Vide in l. ſi quis cum telo. & in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. glo. & ibi Bal. in l. ſi conſtiterit C. fin. regund.

Et hoc indubitanter videtur verum, quando ex inquietatione & turbatione nullum damnum patitur poſſeſſor. Sed ſi per inquietationem & turbationem liberam poſſeſſionem poſſidens non relinquit, turbans non ſinendo fructus percipere, arare, vel ædificare, dicitur quod vim facit, ff. de vi & vi arma. l. vim facit, quæ eſt poſita in tit. de deſtit. poſſeſſione, tunc dicunt periti tenere defenſam, ex quo prohibendo te poſſidere, controverſia poſſeſſionis fit cum effectu, ut prohibitio & inquietatio mea hoc ſit operata, quod non poſſideas: quia fructus non potes percipere, ſicut prius, tunc teneor. Cum enim & ſi non permitto te uti re tua, teneor injuriarum, ff. de injur. l. injuriarum, §. ſi quis probibet, de act. emp. l. qui pendentis, in fi. Fit injuria, quando fit controverſia poſſeſſionis, dum prohibet me uti poſſeſſione mea, ff. uti poſſide. l. ſi duo. §. hoc interdictum ſufficit, hæc prohibitio mea oſtendit me vim facere & factum ſubſequens, ff. quod vi aut clam. l. prohibere, in princ. Ea ſola prohibitione non teneor injuriarum, licet turbem poſſeſſionem tuam, prohibendo te non ædificare, ff. de acquir. poſſeſſ. l. penult. §. 1. & competit interdictum, ff. ſi ſervi. vendi. l. ſi ſervitus, §. Ariſto. & d. §. interdictum hoc non in omni prohibitione. Ubi habet locum interdictum, uti poſſidetis, habet locum defenſa. Sed tunc tantum ſecundum hos, quando per prohibitionem fit controverſia poſſeſſionis: & non permittitur poſſidere, arare, ædificare, & fructus percipere, hi dicunt eſſe pro ſe verbum generale prædictum, violentia, ſic infra, ſi quis in poſterum, in princ. & quod ſequitur, ne vel res mobiles &c. dicunt dictum gratia exempli. ſic. C. de rei vendic. l. dumum, quia infra dicit, in eis, vel in rebus eorum vim, vel injuriam pati metuit, & non taxavit, ſed demonſtravit, ſic ff. de leg. 1. l. quidam, de leg. & fideicommiſſ. tertio, l. Paulo Callimaco, §. fi. pro iſtis, ff. de offic. procurat. Cæſar. l. fin. ibi, prohibitus accedere in prædia Cæſaris, quia tumultuoſus & injurioſus debet abſtinere, & quia generaliter dixit de violentia, ff. de public. l. de pretio, de legat. præſtan. l. 1. §. generaliter, ſecus quando eum cauſa prohibeo ædificare, quia jus habeo ſervitutis. Tunc autem competit utile interdictum, non directum, de hoc dicitur per Azo. in ſum. uti poſſidetis, §. quid autem. Certe ex primis verbis hæc conſtitutio cum dicit, Adverſus aggreſſorem, &c.

De cætero non præſumat offendere. Aggreſſio eſt in re, ut diximus in §. porro ſatis videtur, ut qui non permittit me tollere fructus poſſeſſionis meæ, quam poſſideo, quod peter, quia fructus percipio excolendo, ff. de ſolutio. Titia, debet ligari defenſa. Sed quod ſequitur, quod non tantum &c. eſt quod reſtrinxit, quod large dixit. Alii quod exemplificat propter ſubſequentem literam, ut prædictum eſt. Et cum multæ ſint violentiæ, ut dicitur in ſum. Azon. quod met. cau. in princ. non continetur verbalis, pro qua non imponitur defenſa. Certum eſt enim cum pro ea non datur interdictum unde vi, quod exigit vim factam perſonæ, ut habeat locum interdictum, unde vi, ut in l. 1. §. 2. Vel rei, ut habeat locum utile interdictum, ut in §. interdictum, & §. vi poſſidere. Item pro conatu, ſeu inſultu excogitato cum injuriis verbalibus: ſi non offendit perſonam, vel res non aufertur, non habet locum defenſa, quid enim obfuit conatus &c. ff. quod quiſque jur. l. 1. §. fi. Injuriæ & verba conſueverunt fieri eluſorie, ff. ſi cui pluſquam per l. Falc. hoc autem, & non jactationibus, &c. C. quod met. cau. l. metum, de dolo, l. dolum, de hoc dicit glo. infra l. ſi quis in poſterum, ſuper verbo, quas pœnas &c. ſecus ſi habeo ſervitutem in fundo tuo, & ſum in quaſi poſſeſſione. Si prohibes me uti ſervitute tali, imponam tibi defenſam, quam ſi ſpernis, punieris. Item ſi debes mihi reditum annuum certum, & ſum in poſſeſſione, vel quaſi percipiendi eum: vel in præſtatione certæ rei annuæ, ut unius gallinæ, ſi non vis præſtare pro hoc anno: impono tibi defenſam, quod non facias mihi violentiam in non præſtando, & non ſolvendo, quod debes: in cujus præſtatione facienda a te annis ſingulis, vel qua ſi poſſeſſor fui. Nam incidis in defenſam negando ſolvere, & non ſolvendo quod debes, & præſtare quod ſolitus es: defenſa ſiquidem tuetur poſſeſſorem. Et etiam incorporalia, licet vere non poſſideantur, tamen quaſi poſſidentur, ff. de acquir. rerum dom. l. ſervum, §. incorporales, & de uſucap. l. ſequitur, §. ſi viam, tamen quaſi poſſidentur. Unde & interdicta veluti poſſeſſoria conſtituta ſunt. ff. de ſervi. l. quoties, ſi ſervitus vendic. ſicut. §. Ariſto. Idem dices, ſi me ſpolias negando te ſolvere id, in cujus ſum poſſeſſione, vel quaſi, habeo interdictum unde vi, ut notatur in l. ſi quis in tantam. C. unde vi, & extra de elect. c. querelam, pro quo eſt ff. quorum legat. l. 1. §. quod ait prætor. Rei autem appellatione & jura continentur, ff. de re judic. l. a divo, §. 1. conſuevit dici in l. rem majoris. C. de reſcin. vend. pretii, ſic appellatione bonorum, ff. ad Trebel. l. ſi legatus, §. ſi quis bona, de verbor. ſignific. l. meorum, quamvis autem major ſit ratio in imponendo illi defenſam, qui non ſinit me fructus rei meæ percipere, quam poſſedi, & poſſideo valentem uncias auri multas, quam poſſit ei imponi, qui aufert mihi denarium unum. Nam ubi plus delinquitur, plus puni-

prædictis caſibus tribuenda vaſallis, qui a dominis ſuis, in perſonis aut rebus ſuis, vel ſuorum offendi verentur injuſte. Verum ſi occaſione adjutoriorum noſtrorum in articulis noſtris, & prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus comprehenſis, aut antiquis conſuetudinibus, vel ex aliis cauſis, ex quibus vaſalli dominis ſuis aliquid dare, vel facere tenentur de jure, vel de conſuetudinibus ſupradictis defenſæ dominis imponantur: Licebit eis ſuo jure uti nihilominus poſt defenſam; Ut tamen ſi juſtæ defenſæ imponantur pro rebus mobilibus, utpote bove ablato, vel ſimilibus, dominus, qui contra defenſam venerit, & id, quod poſt defenſam abſtulit, reddat: & aliud tantundem curiæ noſtræ componat. Et hæc tantum ſit in caſu iſto pœna defenſæ. Ceterum ſi injuſte fuerit impoſita, tunc ipſam imponens, & id quod petebat, (a) amittat, & aliud tantundem curiæ noſtræ ſolvat. Statuimus etiam ut ex defen-

(a) *Amittat*. Ergo ejus adverſarius jure ſuo uſus fuerat poſt defenſam, & ideo imponens defenſam non debent in pœnam incidere, ut infra eo. l. fin. † ſed forte, ſicut ſpecialiter in hoc caſu, minor eſt pœna defenſæ, quam in aliis: ita & hoc contra illam regulam ſpecialiter eſt ſtatutum. Eſt & aliud ſpeciale hic, quia civiliter tantum agitur de defenſa: alias ſecus, ut inf. eo. ſi quis in poſterum, & l. fidelium.

† ADDITIO. *Vult dicere, in conſtit. defenſas*. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

puniri debet, ff. de pœnis, l. capitalium, §. graſſatores, extra de exceptionibus, c. plura. Sic tamen communis uſus judiciorum tenet, quod defenſa tuetur poſſeſſorem, & tunc tantum habet locum, quando fit injuria perſonæ, vel violentia expulſiva in re immobili, vel ablativa in re mobili, ut litera indicat. Continet hoc jus defenſæ jus novum, ut gl. dicit, non extenditur niſi ad ea, quæ voluit & expreſſit legiſlator, qui ſi aliud voluiſſet, dixiſſet: non dixit, ergo omiſit, ſicut in omnibus verbalibus, ff. de verb. oblig. l. ſi minor, & l. quicquid, & C. de cadu. toll. l. 1. §. pen. hoc non multum obeſſet: quia quæ redacta ſunt in corpore Conſtitutionum ſunt leges, quæ extenduntur de ſimilibus ad ſimilia, ff. de legib. l. non poſſunt, & l. ſequenti.

ADDITIO. *Adde tex. & ibi glo. in cap. ſuper quodam, de ſtatu reg. Bal. in l. conventiculam. C. de epiſc. & cler. & in quibus caſibus non proceditur. Bal. in c. inter ceteras, de reſcrip. Bal. in l. ſi quis ſervo. C. de fur. Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl.*

Maxime ſi jus non ſit odioſum, ſicut eſt hic: immo favorabile, occurrens in potentibus, ut in glo. Sed communis uſus & frequens judiciorum prævalet. C. de jurejur. l. fin. in fi. de vete. jure enucl. l. 1. §. ſed ſi quæ leges. Si ergo non habet locum defenſa, non ſequitur, quod non puniatur ſecundum qualitatem delicti: cum ſemper titulus accuſationis paratus ſit, & prohibens tumultuoſos, licet non puniatur de defenſa, non evitat pœnas alias, quas meruit: arg. ff. de pœnis, hodie, & l. ſanctio legum.

In rebus, quas poſſidet. Nunquid defenſam imponit colonus, ſi dejiciatur? ff. de locato, l. colonus. Dubitatur, quia non poſſidet, ff. de uſucapio. l. non ſolum, §. quod vulgo, nec habet locum interdictum unde vi. ff. de vi & vi armata, l. 1. §. dejicitur, in fi. §. ibi, non tamen ſi colonus. Dic aut data mercede domino colit, & ſuos fructus facit omnes: vel pro parte, ut partiarius colonus, ff. locati, ſi merces, §. vis major, & tunc ſatis poteſt dici, quod imponere poſſit defenſam. Intereſt ſua tunc non dejici: & poſſet reſiſtere domino, & emptori dejicienti: arg. ff. de vi & vi arma. l. colonus, & l. cum fundus. Et de tali colono poteſt dici, quod naturaliter poſſidet, ff. com. divid. l. communi dividundo, §. neque. Imponitur enim defenſa pro perſona, & rebus ſuis, tunc quando fructus ſunt ſui. Colonus dicit agrum eſſe ſuum iſto reſpectu, ff. de orig. jur. l. 2. in princ. in glo. Licet meum, tuum, ſuum, denotent regulariter plenum dominium, ff. de leg. 3. l. ſervos, ſecundum naturam & qualitatem negocii, in quo ponitur iſtud verbum, ff. loca, ſi cum uno, in princ.

ADDITIO. *Adde glo. in l. 2. ff. de relig. & ſump. fune. c. ſicut, de verb. & rer. ſigni. lib. 6. Card. Zab. in c. ex literis, de probat. & per Bar. in l. 1. ff. de no. oper. nunc.*

Aut colonus colit domino, qui dat proinde colono mercedem: hic nomine ſuo non ponit defenſam, quia non dejicitur, ut in §. dejicitur, in §. dominus dejicitur eo dejecto, ut eo. tit. l. ſi. Sed an colonus, tunc nomine domini defenſam imponit? Si enim procurator imponit nomine alterius: & hic eſt procurator, ideſt procurans, ff. quod vi aut clam. l. 3. in princ. de ope. no. nunc. ſi procurator, de hoc dictum eſt inf. l. ſi quis in poſterum.

Qui in eadem familia. Vir ergo pro uxore defenſam imponet: quia habet eam in familia, ut hic io gl. ff. ad ſenatuſconſ. Syllan. l. 1. §. ſi vir. Item uxor pro viro: quia & filius, qui eſt in familia patrie, pro patre, ut ſupra proxime ibi, & in perſonis, aut rebus parentum, ſunt enim unum & idem, ff. de ritu nup. l. 1. & 2. & in aliis tractatibus non ad imparia judicantur, extra de divor. c. gaudeamus. Et de tutore planum eſt, qui habet poteſtatem in pupillo, cum ſit jus & poteſtas, &c. Inſtit. de tutc. in princ. ff. eod. l. 2. quod plus eſt, quam eſſe in eadem familia & cohabitatione. Idem in curatore, & mundualdo, ut dicit gl. Adde quod diximus circa hoc, de pa. ten. l. 2. Tutor etiam imponit defenſam, vel imponitur ei defenſa, de qua non tenetur pupillus. C. unde vi, meminerint, pro quo eſt, ff. de ope. no. nunc. l. ſed ſi ſatiſdationem. in fi. & illa denunciatio in rem eſt, & afficit rem, ſup. eod. l. proxima. Quid de aliis conſanguineis & conjunctis? dicit glo. idem, ut C. de epiſ. & cler. l. raptoree, ſatie eſt hoc dicendum in caſu l. raptores. Cum poſſit occidere conſanguineus raptorem conſanguineæ: quod plus eſt, & poſſit defenſam imponere, quod eſt minus, ff. de adult. l. nec in ea. Alias ſi fiat violentia conſanguineo, qui non eſt in eadem familia & cohabitatione mecum: nec eſt de eis, qui dulci filiorum nomine nuncupantur: pro alia injuria, quam raptus, non videtur valere defenſa. Hos enim tantum enumerat hæc Conſtitutio: ad alios etiam non trahitur utiliter, ff. ſol. matr. l. ſi vero, §. de viro. Sed quid ſi familia Titii dejecit, & impoſita eſt defenſa familiæ a domino familiæ abſenti, pro quo, aut cujus nomine fit dejectio, an teneatur defenſa dominus de familia dejiciente? non eſt dubitatio. Idem & multo fortius, ſi Titius mandavit dejici, & dejectus imponit defenſam dejicienti, & Titio mandanti abſenti. Nam videtur dominus prohiberi, quando procurator prohibetur, ff. de reli. & ſump. fune. l. oſſa. in fi. Item mandando unum illicitum, præſumitur aliud licitum ſcilicet, quod defenſæ impoſitione teneatur: quia qui ſemel malus, ſemper præſumitur malus ff. de re mili. l. non omnes, §. a barbaris. Procuratore autem exigente indebitum, tenetur dominus ratum habens, ff. de cond. indeb. l. ſi procurator, §. pen. Verius videtur contrarium, ut abſens non teneatur, niſi ratum habeat: alias niſi mandavit dejectionem fieri, non obſtante ſi ei defenſa imponatur, nec enim mandavit. Diſtingue, quando defenſa imponitur, duo actus ſunt, ſcilicet ſpoliare, & defenſam contemnere. Primo mandavit, idcirco ipſe tenetur: ſicut ſi ipſe ſpoliaſſet, ff. de vi & vi ar. l. 1. §. dejeciſſe. Secundo, ſcilicet contemnere defenſam, quando defenſa imponeretur, non extenderetur pœna, niſi quantum delictum extenderet. C. de pœn. l. ſancimus. Item quando mandavit dejici fuit unius voluntatis, quando impoſita eſt defenſa, ſi

ſenſis hujuſmodi ſuper mobilibus factis a vaſallis contra dominos civiliter tantum, & non criminaliter agi poſſit. Et ſi de his ad magnam noſtram curiam proclamatio deferatur, cauſæ ipſæ ad regionum Juſtitiarios remittantur. Si tamen inter duos vaſallos defenſæ imponantur ex parte noſtra, (a) de tertia parte mobilium curiæ noſtræ debita tantum domino acquiratur, quantum ei (b) ex qualitate delicti, puta ex violentia, vel ſimilibus, ſi defenſa non fuiſſet impoſita, deberetur. Et reliquum (c) noſtris largitionibus inferatur. Si vero ob alias cauſas, puta ob timorem perſonarum ſuarum, aut ſuorum: vel ne (d) in uxorem, filiam, vel ſororem raptus crimen, vel adulterium (e) perpetretur, aut in ſimilibus, ex quibus capitalis & publica accuſatio oriri poſſet, defenſæ dominis imponantur, tunc vaſalli cum dominis habeant in defenſis ipſis jus commune cum ceteris. Et eundem in præſcriptis caſibus, quem in omnibus aliis defenſæ contemptæ impoſitæ ſortiantur effectum.

De

(a) *De tertia parte mobilium*. Hic non ideo dicit quando debeatur curiæ Imperiali tertia bonorem omniem pro defenſe contempta cum armis: vel quarta omnium, ſi ſine armis. Sed quia dominus vaſelli contemnentis defenſam de tertie mobilium tantum debet habere: quod hic dicit, non autem de aliis. Sicut dicitur in camerariis, & bajulis infra eo. titu. l. ſi quis in poſterum.

(b) *Ex qualitate*. Aliud ſtatuitur in camerariis & bajulis, qui defenſas imponunt, ut infra eo. ſi quis in poſterum.

(c) *Noſtris largitionibus*. Id eſt, cameræ noſtræ. Unde dona, vel ſtipendia militibus largiemur. Et eſt ad hoc ſimile verbum. C. de judic. properandum. §. ſin autem utraque parte.

(d) *In uxorem ſuam, vel ſororem*. Non quia ſit in familie fratris; ſed ratione conſanguinitatis, vel tutelæ, aut curæ, aut mundual. ut hic notavimus.

(e) *Perpetretur*. Alias patraretur,

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſi pœnituiſſet, potuiſſet alterius eſſe voluntatis, ff. de dam. infec. qui bone §. ſi quis ſtipulatus. Cum voluntates ſint variæ, ff. ad Trebel. l. quia poterat. Nec præſumi debet in dubio quemquam contemnere ſuum dominum temporalem: quia nec Deum, alias dominum. C. ad leg. Jul. repe. l. ſi. Jubeturque poteſtatibus obedientes omnes eſſe. Item quid ſi ſuſpicor Titium mandare injuriam mihi fieri in perſonam, vel rebus, impono defenſam in domo Titii, ubi habitat cum ſua familie: An ſi prius ſit injuria de voluntate aut mandato Titii, vel præcedente vel ſequente, teneatur defenſa Titius, qui non fuit præſens, ſed ſua familia in impoſitione defenſæ: nam ſufficit fieri denuntiationem domui, inf. de exor. & præpa. judi. l. 1. & 2. & de jure communi quilibet incidit in contumaciæ pœnam, ſi domui facte ſit citatio, ff. quæ ſen. ſine ap. reſ. l. 1. §. item cum, & C. de annali excep. l. ut perfectius, ut patet in ſimili. C. de non enum. pec. l. in contractibus, §. ſi. Videtur dici debere non ſufficere domui abſente eo defenſam imponi, ut non vagetur in tanto crimine, ff. de do. l. item exigit. Niſi faciat Titius ut de eo non habeatur aditus ad eum, & procuret, ut non videatur, argu. ff. de evic. l. ſi ideo, §. ſi. Et non caveretur, ut poſſit defenſa imponi domui, ſicut cavetur de citatione, quæ frequens eſt, & quotidie ſit, ut ad judicium veniet. & ſic de conſuetis ad inſolita argumentatio non procedit, ff. de legi. nam ad ea, de uſuc. juſto. in princ.

Et cohabitatione. Cohabitare tantum non ſufficit, ut in fratribus poſt mortem patris poſſidentibus bona communia: quia neuter eſt in alterius familia, ut in glo. Certe hi ſi cohabitant, continentur in verbis conſtitutionis: quia hi in eodem ſunt cœnaculo, ut glo. dicit, ſed non affirmat: quia dicit, forte. Unde dic, quod debet eſſe in eadem familia cohabitante, & ponitur copulative: alterum adeſſe non ſufficit, ff. de hered. inſtit. l. ſi hæredi.

Additio. *Adde Bart. in l. ſi is qui ducenta, in §. utrum ff. de reb. dub. Bal. in l. 1. ff. de juſt. & ju. & an copula probetur per teſtes de viſu, vide glo. ſi. in c. nihilominus, 3. q. 9. Jo. And. in addit. Spe. in tit. de teſte, in §. jam de interrogatoriis, verſ. quod ſi unus Card. Zab. in c. praeterea, in 1. not. de teſtib. Bal. in l. teſtium, circa fin. C. de teſtib.*

Et ſumitur familie non ſtricte pro poteſtate dominica, vel paterna: ſed large, ut familie talis epiſcopi, vel talis magni domini, ſic. ff. de verb. ſign. l. pronunciatio, §. 1. ſic ſumitur extra de offi. deleg. cap. inſinuante, & ut lite non conteſtata, c. accedens, il. 2. & ſi hi, qui ſunt de eadem familia, ſunt ſoliti cohabitare ſimul, ſeu cohabitant ſimul, unus pro alio defenſam imponent, & multos alios, & prorſus extraneos, poſſumus defendere, & debemus, ut diximus in d. l. 2. Sed non pro eis defenſam imponere, niſi pro illis, quos enumerat hæc Conſtitutio. Dominus autem, qui habet familiares cohabitantes, imponet defenſam pro eis, & ipſi pro domino: ſicut filius pro patre, pro ſe, & familiaribus videtur quod imponat: Sic enim in his, aut rebus eorum denique; qui in eadem familia, & cohabitatione tenentur, utrunque videtur poſſe reſultare per intellectum verborum, non tamen exigitur, ut ſemper ſint ſimul, ſi habitabant in eodem cœnaculo, curte, ſeu domo domini ſui diviſa vel indiviſa, quantum ad hunc tractatum; licet ſecus quantum ad illum de dejectis vel effuſis, ff. de his qui deje. vel effu. l. 1. in ſi. & l. 2. & l. ſi vero, ſufficit quod ſit in ſocietate domini aſſociando, & pro magna parte ſimul ſtando, licet forte quilibet in domo ſua comedat, & jaceat, & quia ad requiſitionem domini ſui quando equitat, & alia agit ſunt ſimul, & mentem, & propoſitum talem habet, ff. de condi. & dem. l. ſi quis ita, & patet in eo, qui non debet recedere e domino, ff. de annu. lega. l. Mævia. §. fin. Item Abbas pro monacho ſuo ut ei violentia, vel injuria non fiat in perſonam, defenſam imponet, quia ſubditus eſt ei ratione obedientiæ, ut C. de epiſc. & cler. Auth. cauſa, quæ ſit cum monacho, & tranſit alias cum eo, cum ſit ipſe, & ſua ſic dedicatus, & dedicata Deo, ut in Auth. ingreſſi, & in Auth. de mona. §. illud, & §. poteſtati, unde ſumitur. Quid enim ſi monachus recedit ſponte, & venit ad me: & Abbas retinet, ut non recedat: quia non debet recedere de monaſterio, vel quia tenet eum in caſu licito, ut non ambulet: & ego eripio eum de manu Abbatis ſprete defenſa? Dubium eſt, quia monaſterium non poſſidet monachum: no. ff. de acq. poſſeſſ. cum heredes, in ſi. gl. & hoc dicit quando violentiam patitur in rebus, quas poſſidet, vel in perſona ſua. Idem quando uxorem tuam, quæ de ſua voluntate recedit, & ipſe de tua manu eriperet: tamen juſte teneres eam, ut a te non recederet. Idem de cive, de vaſallo, de angaria, qui tenetur in civitate, in feudo ſi noluit recedere de Curia, de civitate, de domino feudi, & dominis ſubtrahere: & dominus juſte detineat eos, ut non recedant in caſibus, in quibus poteſt: in omnibus eſt ſimile dubium, quia liberi homines a ſciente poſſideri non poſſunt, d. l. cum heredes, in ſi. ff. de acq. rer. dom. liber homo. Verius dicitur, ut pro omnibus præmiſſis, & excuſſis violenter de poteſtate detinentium, defenſa imponatur, & ſpreta committetur: quia licet vere non poſſideantur: tamen quaſi poſſidentur. Quod patet, quia vere non vendicantur omnes iſti ratione domi-

† *Alias, impoſitis.*

De defenſis † imponendis ab officialibus, & cognitione ipſarum.

TITULUS XVII.

Non ſolum officiales regii habentes a rege merum & mixtum Imperium poſſunt pro ſubditis regis, ſi prænoverint, quod eis debeat fieri violentia, vel injuria, imponere defenſam, ſed etiam officiales habentes ſimplicem juriſdictionem civilem: ſed de cauſa ſpretæ defenſæ, vel injuſtæ defenſæ: ut infra in conſtitutione, defenſas impoſitas, &c. non cognoſcit, niſi Magiſter Juſtitiarius, vel Juſtitiarius provinciæ, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem Auguſtus.*

FIdelium (*a*) noſtrorum injurias, (*b*) qui ſola protectionis noſtræ poſt Deum defenſione

---

De defenſis imponendis, &c.

(a) F*Idelium*. Non ſolum permittitur cuilibet oppreſſo ſe defendere per invocationem regii nominis: ſed etiam licet cuilibet officiali: ut ſi videat aliquam rixam, imponet defenſam aggreſſoribus. Et de hac Juſtitiarii cognoſcant.

(b) *Qui ſola*. Concor. infra de offic. judi. l. 1.

* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

minii, ſed adjecta cauſa de jure Quiritum in filio. De jure canonico in prælato, & aliis poteſtatis, & obedientiæ ratione, ſicut liber homo, qui ſe vendidit ad pretium participandum, ff. de ſta. hom. l. in ſervorum, & l. liber homo, & patent præmiſſa, ff. de rei vendic. l. 1. liber homo poſſidetur ab ignorante liberum, ff. de acqui. poſſeſ. l. 1. §. ſed per eum, ergo & poſſidetur a ſciente in caſu, & in caſibus, in quibus permittitur, & jura dicunt poſſe alteri ſe ſubjicere. Nam & habet locum defenſa in his, quæ vere non poſſidentur, ſed quaſi, ut in ſervitutibus dictum eſt ſupre.

Eadem licentia vel ſuorum. Scilicet liberorum, ſervorum, familiarium, & cohabitantium, ut ſupra in aliis.

In articulis noſtris. Ut infra in quibus cauſis domini adjutoria a vaſa. exi. poſ. l. quam plurimum.

Aliud tantundem. Favet nobilibus & dominis vaſallorum, ſicut infra ſtatim, in §. ſtatuimus, ut non criminaliter accuſent dominos hoc caſu. Nam majorem reverentiam debet nobili domino ſuo ſuus homo, & vaſallus, quam extraneus. Sic libertus contra patronum, ff. de obſequ. liber. l. honori. Differt autem vaſallus, & libertus, & habent ſe ut excedentia, & exceſſa: diximus plene, quib. cau. feu. amitta. §. 1. in fi.

Statuimus. Non agitur criminaliter contra dominum de defenſa, ſed ſi litigat vaſallus contra dominum, & vincit, ſtatuitur alia pœna, infra de condem. expen. & fruc. l. 2.

IN glo. rubr. in fi. In contrarium videtur, quod poſſit adhuc fieri ſub conditione. Primo quia certi ſunt actus legitimi, qui non recipiunt conditionem, in reliquis remanet regula, ut ff. de regu. jur. l. actus, hic non eſt de illis, ergo &c. præterea videtur de hoc caſus, ff. de manu. teſta. l. libertus, arg. bonum, ff. de leg. 1. l. ſi quando, ſecundo reſponſo. Ex quibus, & aliis dicimus in caſu ſimili, quod admittitur appellatur dicens, appello ſic & in quantum de jure poſſum, & hoc ſatis aperte in §. ſed ſi nunciavero, hic all. in glo. Pet. de Monteforte.

J*Uris gentium*. In textu, noſtri nominis. Ergo non alterius, etiam Comitis, vel Baronis, ut no. in conſtitutione cum univerſis. Quinimo etiam impoſita per invocationem regis, non poſſunt alii, ut prædicti exigere, ut in cap. 1. de decimis, & in cap. regni terrerii. Sed an iſti poſſint bannum imponere? dicas quod ultra auguſtalem non poſſunt, ut no. in cap. regni, quod non faciant inquiſiti auctoritate propria, cap. 1. Petrus de Monteforte.

In textu, prohibeat. Et hoc faciat ſaltem coram teſtibus, ut in l. ſi quis in poſterum, in prin. & in §. illud etiam apertiſſime, cum ſeq. Marinus.

In textu, verum etiam. Nota ex hoc, quod defenſa habet locum etiam quando forte ab officialibus imponetur in bello, vel rixa, ut infra proxima conſtitutione, ubi dicit injurias indiſtincte etiam verbo, & facto, ut ff. de inju. l. 1. §. 1. vel illud ibi intelligitur ſecundum hoc, ſcilicet facto. Sed primum verius, quia prætor non debet permittere rixas, ff. de uſufruc. le. æquiſſimum, & l. ſi cui. §. ſi inter divos. Marinus.

In textu, quos poſſidet. Nota, quod, ex hoc ſequitur, quod ſi impono defenſam, quod exeas de domo mea, non valet impoſitio defenſæ: quia non poſſideo, & hoc per iſtum textum Marinus.

In textu, deſtitutionis. Et ſic notatur, quod iſta conſtitutio non extenditur ad vim turbativam, cum loquatur in vi expulſiva, ſeu deſtitutiva, & ideo non debet ad alias extendi, cum ſit pœnalis. Marinus.

In textu, pœna defenſæ. In aliis autem caſibus eſt pœna quæ ponitur infra tit. 2. l. 1. circa principium. In glo. 1. ibi, nec ponit illam. Nota, quod imponens defenſam injuſtam, non punitur: & hoc eſt regulariter inter non ſubditos, contrarium videtur dicere conſtitutio infra de defenſ. impo. ubi videtur innui, quod imponens defenſam injuſtam punitur, ſi is, cui impoſita eſt, pareat. Marinus.

Pone, poſuit aliquis in via publica ante domum tuam, quam forte habebas juxta ſuam, utputa, expandi pannos, ad domum reficiendam, lapides congregavi: imponis mihi defenſam me prohibendo. Quæritur nunquid teneat de defenſa? & dic, quod ſi utor via publica ſecundum uſum ſuum, ad commodum meum, quod non potes me prohibere, & per conſequens nec convenire de defenſe, arg. ff. de inju. l. injuriarum. §. ultro. & ff. de loco publ. fruen. per totum. Barthol. de Capua.

Quæro, an beneficio hujus conſtitutionis poſſit quis ſe tueri adverſus judicem juris ordine prætermiſſo procedentem, & videtur quod ſic, cum etiam de facto poſſit quis reſiſtere, l. prohibitum. C. de jure fiſci, lib. 10. Sicuti licita eſt defenſio adverſus aggreſſum in perſonam, vel bona: ita adverſus judicem juris ordine prætermiſſo procedentem, ut no. Inno. per d. l. prohibitum, extra. de ſent. excom. lib. 6. dilecto, ſuper verſi. decano. Item ſicuti licita eſt appellatio in judicio, & extra judicium a gravaminibus judicum, ita eſt licitum quod quis protectioni principis poſſit ſe & bona ſua ſupponere, ſi judex juris ordine non ſervato procedit, extra. de appel. c. ad audientiam. Jo. Grillus.

De defenſis imponendis, &c. Rubrica.

F*Idelium*. Defenſa imponitur per officialem Regis ſive regium, per quem idem Rex videtur tueri ſubditum; nam omnia noſtra facimus &c. C. de vete. ju. enucle. l. 1. §. ſed neque, & ideo hic dicit, manſuetudinis noſtræ conferter auctoritas &c. ſicut pater defendit filium, & pro eo defenſam imponit, ſupra l. proxima, ſic princeps, qui pater patriæ eſt, dicit Seneca in lib. de clem. ad Neronem, & C. de inoffi. teſtam. l. ſi quis in ſuo, & arg. C. de nup. l. Imperialis, in princ. Principes debent procurare commoda ſubjectorum, ut ſubjecti ſint locupletes, ut in Auth. ut judi. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. Sed an officialis, qui imponit eam defenſam, poteſt eam remittere? dic, ut infra, l. proxima, ſi quis in poſterum.

De

Digitized by Google

ne lætantur, pro poſſe præcidere cupientes: Magiſtro Juſtitiario, Juſtitiariis, Camerariis noſtri regni, Bajulis, * & locorum judicibus, qui in vicem adminiſtrationis noſtræ gubernacula ſuſceperunt, imponendi defenſas concedimus facultatem. Si quando in locis ipſis, aut circa ea rixas, quæ vulgariter Melſette dicuntur, (*a*) injurias, violentias, aut hujuſmodi flagitia, forte prænoverint committenda. Ita tamen, ut de contemptoribus defenſæ impoſitæ, & defenſis per Camerarios, Bajulos, & judices ſupradictos, ſeu etiam per privatas perſonas indictis, (*b*) non ipſi, ſed Magiſtri Juſtitiarii, & Juſtitiarii noſtri cognoſcant. Ita enim ſubjectis noſtris non oberit tuitionis noſtræ licentia, cum per eos, quibus manſuetudinis noſtræ confertur auctoritas, ipſarum defenſio procuratur. Et ſic nos etiam, qui prohibente individuitate perſonæ ubique præſentialiter eſſe (c) non poſſumus, (*d*) ubique potentialiter adeſſe credamur.

De defenſis impoſitis & contemptis, & de pœna contemnentium.

TITULUS XVIII.

Quantitas pœnæ de neceſſitate non eſt exprimenda in defenſa imponenda: in cujus probatione tres teſtes ſufficiunt: ante argumenta rei, de falſo non poſſunt convinci, ſed tantum poſſunt repulſari quoad perſonas eam ſpernentes, pœna hic ſtatuta ponitur, de qua officiales non poſſunt aliquam gratiam facere: & ſi fecerint, de ſuo reſtituent fiſco; qui ſi criminoſam repertam non vindicent, regentes, ut conſcii criminoſa ſuſtineant. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem.*

SI quis (*e*) in poſterum noſtri nominis invocatione contempta, poſt defenſam eidem impo-

* Additio. *Ex quo competit cuilibet Magiſtratui, ut hoc, dico quod iſti officiales poſſunt defenſam privato committere & delegare, ut imponat, arg. ff. de offic. ejus, cui manda. eſt juriſdic. l. 1. §. 1. non tamen ex ſeipſo poteſt imponere privatus, arg. C. de rei vendic. l. ſi medio. & C. qui vend. pign. imp. non poſ. l. 2. & ff. de judi. l. cum prætor. & de relig. l. ſi quis.*

(a) *Injurias*. Ut argum. ff. de offic. Procon. l. fina.

(b) *Non ipſi*. De pœna tamen habent aliquam partem, ut infra, conſtitut. proxi.

(c) *Ubi non poſſumus*. Simila. C. lib. 10. de profeſ. & me. l. magiſtros.

(d) *Ubique potentialiter*. Juxta illud: An neſcis longas regibus eſſe manus?

De defenſis impoſitis, & contemptis, &c. Rub.

(e) SI *quis in poſterum*. Si quis convictus fuerit per tres teſtes defenſam juſte factam non obſervaſſe, punitur pœna hujus conſtitutionis, & gravius ſi cum armis quam ſine armis. Et contra teſtium dicta non poteſt aliquid objicere, & ſic eſt contra. C. de teſti. ſi quando, & l. ſi. Sed contra perſonam, ſic. Et aliæ exceptiones ſibi reſervantur. Et non poteſt qui defenſam imponit, eam remittere, cum jam ſit fiſco jus quæſitum, ar. C. de pac. jus publicum. Et nota, quod quæcunque violentia committitur, contempta defenſa, ſola pœna hujus conſtitutionis habet locum, & ceſſant pœnæ legales de vi privata, & publica. Sed cum homicidium committitur ſpreta defanſa, locum habet pœ-

ANDREAS DE ISERNIA.

De defenſis impoſitis, & contemptis, &c.

SI *quis in poſterum*. Sive maſculus ſiva fœmina ſit, qui ſpernit defenſam, † ff. de verb. ſign. l. 1. de leg. 3. l. qui duos.

† Additio. *Vide Nap. in conſue. Neapol. incip. Si quis impediat in glo. in ver. niſi, de ope. no. nunc.* De Bottis.

Dixit ſupra duabus conſtitutionibus qui poſſint imponere defenſam: nunc qui, & qualiter puniuntur. Nam imponit Pater pro liberis, Tutor, Curator, Maritus, Dominus pro familiaribus, & cohabitantibus. Et econtra ſic filius pro patre, Abbas pro monacho, ut ſupra prox. dixi. Item procurator pro domino habens generale, nedum ſpeciale mandatum, poteſt imponere, arg. ff. mand. l. ſi hominem, de ope. no. nunc. l. ſi procurator, quod vi aut clam, prohibere, in prin. pro quo ſont generalia jura, qui per alium facit &c. ff. de injur. l. item apud, §. feriſſe, de vi & vi ar. l. 1. §. dejeciſſe. Prohibito quidem procuratore, dominus videtur prohiberi, ff. de relig. & ſump. fune. l. oſſa. in ſi. de verb. oblig. l. ſi ſtipulatus. Item nunquid geſtor negotiorum, qui dicitur procurans? Dic quod non, quia nec frater pro fratre, ſi non ſunt in eadem domini familia, ut ſupra, l. juris gentium, dictum eſt. Alii exigunt ut procurator habeat ad hoc ſpeciale mandatum, arg. ff. de mino. l. illud, §. ſi talis. Sed aliud eſt in reſtitutione ſpeciali jure petenda, ut ibi: quia eſt contra jus commune reſtitutio, ff. de act. & obl. in honorariis; aliud, quando defenſa imponitur: quia videtur ei mandari, quando facit eum generalem procuratorem; quia committit ea, quæ juris ſunt, ſicut exigere debire, ff. de condict. inde. l. ſi procuraro. & hoc quodammodo debitum eſt: ponere dominum ſub protectione principis, & eum defendere per invocationem nominis Regii, quod omnibus conceditur, ſcilicet, jure gentium, arg. ff. de procur. l. procurator non ſemper. Unde & in multis videtur, quod per negotiorum geſtorem ſine mandato poſſit: ſicut dicitur in gloſſa de prohibitione alia, ut d. l. 3. in prin. quod vi aut clam. quoniam hæc prohibitio, ſicut & alia, oſtendit vim fieri, ut in mercenariis, ut littera dicit: per quod & colonus poſſit, ut quæſivimus ſupra l. juris gentium, & arg. C. ſi per vim vel alio modo, l. 1. ſed aliud videtur in illa prohibitione, quam in iſta. Nam & ibi, & ſi non eſſet prohibitus, non haberet interdictum illud, ut ſequitur in ver. quid mirum. At defenſa imponitur per eum, cujus intereſt, & pro liberis, & aliis nominatis in conſtitutione juris gentium. Item quid ſi clericus imponit defenſam laico, & ſpernit, an puniatur?

Additio. *Adde quid de illo, qui poteſt defendere clericum & non defendit, an incidat in canonem latæ ſententiæ, ſicut ſi ipſe injeciſſet manum? vide per Abb. in c. 1. de off. deleg.*

Quia econtra, ſi laicus clerico, non ponitetur pœna defenſæ ſpretæ clericus: non ergo debet poſtulare clericus id, cujus contrarium non eſſet facturus, ut C. de ſolu. l. pen. Item propter æqualitatem, quam judicia exigunt. C. de fruc. & li. expen. l. ſi. & quia judicia non debent claudicare, ff. de actio. emp. l. Julianus, §. pen. Verum tamen eſt ut valeat, licet clericus non ligetur hoc jure: perſona eſt, quæ exigit favorem ut ſervetur id, quod in aliis ſervatur: poteſt clericus conveniri coram ſuo judice eccleſiaſtico, laicus coram ſuo. Actor ſeu accuſator ſequitur forum rei, ubicunque agat, vel ſi agatur contra clericum ſervantur jura canonica. C. de epiſc. & cler. auth. clericus, & auth. cauſa quæ ſit cum monacho, & tenetur judex ſecularie ad requiſitionem clerici facere juſtitiam de laico.

impoſitam (*a*) ſub quecunque quontitote, vel forma, per perſonas publicas vel privatas, in rebus violentiam, vel in perſonis eorum, (*b*) injurias, a quibus, vel pro quibus prohibitio fuerit indicta, per teſtes non pauciores tribus fide dignos, & (*c*) omni exceptione (*d*) majores, oc aliis legitimis argumentis probabitur commiſiſſe. Si quidem cum armis hoc fecerit, (e) in tertia parte omnium bonorum ſuorum puniatur, * licet ex parte noſtra, nulla etiam quantitate adjecta, defenſa ſimpliciter imponatur. Si vero ſine armis, in quarta bonorum prædictorum parte omnino contemptorem damnandum eſſe ſancimus.

(*a*) De

pœna hujus conſtitutionis, & homicidii. Idem in Sarecenis & Judæis, ſcilicet, ut Chriſtianis poſſint defenſam imponere: quia nec illi debent violentiam pati, concor. ad hoc C. de paga. l. Chriſtianos.

(a) *Sub quacunque*. Et ſic nota, quod ſob quacunque quantitate imponarur defenſa, non exigitur illa quantitas: ſed tantum illa pœna, quæ eſt inducta per has ſacras conſtiutiones: & eſt ratiu, quia contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis, † ut ff. de verbor. obl. l. ſi ſtipulatio facta fuerit.

† Additio. *Alias ſi non eſſet comprehenſa legibus, tunc puniretur extraordinarie arbitrio judicis, l. 1. §. expilatores, ff. de effractor. & expreſſe firmat Bald. in l. non dubium, 2. not. C. de legib. & ibi Jaſ. ubi multa cumulat. 2. colum.* De Bottis.

(b) *Injurias*. Quid ſi aliquis impoſuit alicui defenſam incontinenti ne deſtituat ipſum poſſeſſione rei ſuæ. Et ille poſt defenſam incontinenti non deſtituit, dicendo ſe obtemperare defenſæ? Et proceſſu temporis poſt decem dies, puta, poſt defenſam impoſitam venit contra defenſam deſtituendo illum: Nunquid locum habet conſtitutio? & dicas, quod ſic, ut ff. quod vi aut clam. l. 1. §. item heres, alius, Labeo, licet videatur arg. contra, de dam. infec. qui bona, §. ſi quis ſtipulatus, quia poſſet eſſe, quod tempore impoſitæ defenſæ calumniabatur, & ideo deſiſtit a deſtituendo: nunc vero non calumniatur quando deſtituit. Quia forte habes jus deſtituendi auctoritate forſitan ſibi conceſſa, vel juſſu prætoris ſeu judicis.

(c) *Omni exceptione*. Legitima, quæ per legem teſtes repellat. Alioquin contra: cum edictum de teſtibus ſit prohibitorium, ut ff. de teſtibus l. 1. §. adhiberi, & infra de exor. & præpa. l. quæſtiones.

Additio. *Adde Cardin. Zaba. in c. cum oporteat, in 2. oppo. de accu. Abb. in cap. 1. in 2. not. de teſt.*

(d) *Majores*. Infra de teſti. qui io teſta. ſub. & infre, de fi. & aucto. inſtru. l. ioſtrumentorum. Idem in probatione debiti, ut infra de exor. & præpar. l. quæſtiones. Idem in depoſito, ut infra, de prob. ioſtr. & teſti. l. in cauſa. Marinus.

(e) *In tertia parte omnium bonorum ſuorum*. Sed quæro, an aliquis habens uxorem, ſi damnatus fuerit ex defenſa in tertia, vel quarta parte omnium bonorum ſuorum: ejus uxor rationes ſuas dotium, ſcilicet donationes propter nuptias, quartam, atque dotaria ſalvas & integras habere poſſit? Reſpondeo, quod ſic, ut infra de pœ. contu. l. pœna, & C. de bo. proſcript. ſeu dam. l. ſi quis poſthac, & auth. ibi ſignata, bona damnatorum.

* Additio. *Sed an detur iſto caſu hypotheca, vide Cyn. in l. ubi. 3. oppo. C. de jure dot.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

laico. C. de epiſc. & cler. auth. ſtatuimus. Cum ergo laicus convenitur coram ſæculari judice ad inſtantiam clerici, ſervantur jura civilia contra laicum, quæ non ſunt contraria juri canonico, ut no. in diſt. Hoſt. in ſum. de teſti. §. cum quæritur. Sed quando clericos coram eccleſiaſtico, ſervabitur jus canonicum. Conſtitutiones Regum etiamſi eſſent pro eccleſia, non ſervant eccleſiaſtici judices: extra de te. eccl. non alie. c. 1. in glo. clerico: ergo ſervabitur jus fori ſui. Item quando deficit jus canonicum in aliquo caſu, judicat eccleſia ſecundum jus civile. 10. diſt. c. 1. in fi. extra de no. ope. nun. c. 1. & 2. ſed hoc hic non habet locum, ut ligetur perſona clerici ſtatuto ſæculari. Nam de illo facto ubi defenſa imponitur, † determinata eſt pœna in canone: clerico ſpoliante, vel aggrediente, clericus defenſam imponens non agit ipſe, ſi ſpernatur, ſed fiſcus, cui acquiritur pœna defenſæ, ut in hac conſtitutione, non autem refert a quo. ff. de verb. oblig. l. cum ſervus, de petit. here. l. item veniunt, §. a quo.

† Additio. *Vide Apoſtil. Barthol. de Capua in l. ſi mulier, quib. mod. uſuſfr. amitt. in pergameno, ubi examinat, an maritus poſſit agere pro defenſa injuſte impoſita ſuæ uxori, vide etiam ſupra in conſtitutione ſtatuimus.* De Bottis.

Sed utrum pupillus ſine tutoris auctoritate defenſam imponat, ita ut ſi ſpernatur, incidat in pœnam defenſæ. Dicunt quidam, quod non, quia & ſi ſibi imponatur ſine tutoris auctoritate, non tenetur; aut reſtitueretur in delictis, ubi pecuniaria pœna vertitur, ut ff. de mino. le. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ergo nec ipſe poterit imponere, ut de clerico allegatum eſt, tanto hic plus quanto pupilli, & hi qui imponunt defenſam, ſunt ejuſdem fori, quod non eſt quando clericus. Dic contra, quia, & ſi quando pupillu, qui eſſet doli capax, eſſet impoſita ſine tutore, & ſperneret, incideret in pœnam, ff. ne vis fiat ei, qui in poſ. l. 1. §. hoc edicto, Inſti. de obli. ex deli. §. pen. nec reſtitueretur, ut in §. nunc videndum, d. l. ſi ex cauſa. Reſtituitur tantum, ne habeatur pro confeſſo, & tranſigente. Nun ut de furto, & alio damno dato non teneatur. Quando vero imponit defenſam, ut quæritur, tenet defenſa; licet enim in judicio non habeat legitimam perſonam. C. qui leg. perſon. hab. l. 1. & 2. In contractibus ſemper habetur pro majore, ubi ſua utilitas vertitur, Inſt. de auct. tut. in prin. ff. de evic. ſi dictum, §. fin. ſed in cauſa hac, ut dictum eſt, acquiritur pœna fiſco, & ſic non refert, per quem defenſa imponatur. Nec debemus expectare utrum pupillus ſine tutoris auctoritate, quod hoc non poteſt, ſed alius, ſcilicet fiſcus. Sed ad agendi poteſtas ſit contra eum, qui ſpernit defenſam, ff. de di. & temp. præſcri. l. ſi ſervus. Item nunquid mulier imponens defenſam, ea ſpreta, poſſit ipſa nomine curiæ proſequi contemptum, & pœnam pro fiſco petere, ſicut poſſet maſculus: procurator enim non poteſt eſſe mulier. C. de procu. l. alienam, ff. eo. l. fœminæ, nec poteſt in fiſcum deferre, ff. de jure fiſci l. ait prætor. C. qui accu. non poſ. l. qui de crimine, qui autem deferunt nomine fiſci agunt, & proſequuntur, ff. de jure fiſci, l. 2. Denunciatores autem probare oportet, ſi probare debent, ff. ad Turp. ab accuſatione. §. 1.

Invocatione noſtris nominis contempta. Quid ſi impono tibi defenſam, ut me non offendas, & impono ſimpliciter non ex parte regis, & ſpernis, an incidas in pœnam? Et videtur quod ſic; quaſi tacite intelligatur hoc, ſcilicet ex parte regis: nec enim ex parte mea, vel ex parte alterius imponere poſſem; ergo ſi tacite intelligitur, non eſt curandum, ſi non exprimatur, arg. C. de fidejuſ. l. 3. in fi. ff. de leg. 1. l. 4. de condi. & dem. l. conditiones quæ extrinſecus. Aptatur enim ad caſum, qui poteſt intelligi ex verbis, ff. de lib. & poſth. l. Gallus, in prin. Sed ſi ex his verbis, impono tibi defenſam, nullus caſus poteſt reſultare, quod valeat, niſi quod ex parte Regis impoſita videatur, cum ex parte alterius imponi non poſſit: non ergo ſenſit de alio is, qui defenſam impoſuit. Nam non videtur ſentire id, quod impugnet ſuum actum, ſcilicet impoſitionem defenſæ, arg. ff. de teſtam. mili. l. 4. & ſic quod tacite agitur, pro expreſſo habetur, ff. ſi cer. peta. cum quid, & commo. l. ſi his, in fi. de ſer. ſi cui. Verius videtur contrarium, niſi exprimat, quod

ex

(*a*) De quibus omnibus, Camerarios & Bajulos locorum, cum ipſi defenſas indicunt, in bonis tantum mobilibus ſexageſimam lucrari cenſemus: Reliquis partibus prædictorum mobilium & immobilium noſtro ærario applicandis.

Illud etiam apertiſſime definimus, ut ſi quando tres teſtes, aut plures ad probandam defenſam impoſitam, & contemptam fuerint ab imponente producti: contra ipſorum dicta, (*b*) videlicet, quod res ſe aliter habeat, (*c*) per teſtes contrarios probari non poſſit. Nam ſi teſtes, per quos defenſa impoſita, contempta probatur, erunt probatæ fidei, & opinionis † bonæ: Et tunc promptum eſt ipſorum teſtimonio ſtari debere. Aut pars contra ipſorum perſonas excipere poſſe confidit: quo caſu parti objectiones contre perſonas prædictorum teſtium non negamus: defenſiones rei judicatæ, (*d*) pacti conventi, & ſimiles, quæ non directe.

† *Alias, electæ.*

(a) *De quibus omnibus*. Ipſorum decre. inſta, de fide & aucto. inſtru. l. inſtrumentorum.

(b) *Videlicet quod res aliter ſe habeat*. Id eſt quod non fuerit defenſa impoſita, vel quod non fuerit contempta, puta dicit reus, quod obtemperaverit, vel eo die, quo dicitur impoſita, imponens erat abſent. Sed ſi pars probat, quod contempſit propter vim pacti facti de re ſine auctoritate judicis capienda auditur, ut C. de pig. l. creditores, & inf. eo. l. ult. Quid ergo ſi probat actor, quod conventus certa die deſtituerit eum ſpreta defenſa; alia pars probat, quod tota die, ſcilicet tempore defenſæ impoſitæ, rem illam tenebat? Reſpondeo: Non prodeſt ei; quia hoc eſt de directo contra dicta teſtium, ut falſam dixiſſe videantur, quod opponi non poteſt, ut inf. ea. l. ver. defenſiones, & ſup. eod. l. 1. §. verum, & facit ff. de vi & vi ar. l. 1. §. vi poſſidere, ut tamen verba conſtitutionis hujus recte intelligantur, videtur hoc accipiendum poſt publicationem teſtium: tunc enim habet fieri probatio contra dicta. Sed ante bene poſſet reus probare quaslibet ſuas legitimas defenſiones & exceptiones, licet ritus magnæ curiæ ante & poſt exaudierit hanc conſtitutionem.

(c) *Per teſtes contrarios*. Probando negativam, quod regulariter non admittitur directe, ut C. de probatio. l. actor. licet juris negativa admittatur, ut ff. de probatio. ab ea parte, de hoc no. extra de elect. bonæ.

(d) *Et pacti conventi*. Facti cum curia in dubio, ut C. de tranſac. præſes. Ex pacto enim habito cum privato exceptio contra curiam non daretur, ut hic, & probatur, ff. de pac. juris gentium, §. ſi paciſcat. Vel pacti facti cum parte, quia debitor pactus eſt creditori, ut liceat ſibi ſua auctoritate ingredi poſſeſſionem pignoris, vel quia auctoritate conventionis expreſſæ debitorem creditor pignoravit, ut C. de pign. l. 3. & de pigno. ac. l. pignoris, & infra eod. l. ult.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

ex parte regis imponat, & tunc pœna imponitur: quia ſpernit invocationem regii nominis, ut hic & ſupra l. juris gentium in prin. Si vero invocat illum, non ſpernit, ut ſi debuit exprimere, & non expreſſit, habetur pro omiſſo, ff. de verb. oblig. quicquid, & ſi debuit invocare nomen regium, & non invocavit, non intelligitur: perſona enim extranea non intelligitur, niſi exprimatur, ff. de reb. dub. l. Paulus, de verbo. oblig. l. ſi ita, §. Chryſogonus. Et ſic cum potuerit facere nomine alieno, † ut ex parte regis, ſi fecit ſimplicitat, videtur ſuo nomine feciſſe, ff. de ſol. l. 3. nam propria perſona intelligitur etiamſi non dicatur, ff. de verb. obli. ſtipulatio iſta, §. ſin autem, & §. ſi quis ita. Unde imputet ſibi qui potuit defenſam apertius imponere, ff. de pac. l. veteribus. Et quia in dubiis potius abſolvimus, quam condemnamus, ff. de actio. & oblig. Arrianus, de pœ. l. interpretatione.

† Additio. *Vide Phil. Dec. in conſi. 124. col. 2.* De Bottis.

Item nota, quod non imponitur defenſa ex parte Comitis, vel Baronis, ſed tantum Regis, & hoc dixit tex. ibi, invocatione noſtri nominis. Non audere debent alii hoc jus ſibi vendicare, arg. C. lib. 10. de bon. vac. l. 2. quod male ſervatur. Omni exceptione majores. Qui ſunt iſti? dic quod illi, contra quos non poteſt exceptio aliqua opponi, per quam eorum dictum ſit invalidum: quia non pauperes: † non ſuſpecti, vel alia cauſa, quæ contra teſtes opponitur, ut teſtes non ſint æquales, dicuntur, ff. de teſtib. l. 3. in prin. ſimilis litera C. de contrah. & com. ſtipu. l. optimam. in fi. ſicut innuit glo. Inſtit. de inut. ſtipu. §. item verborum.

Barones non debent ſibi vendicare regalia.

Additio. *Adde cap. 1. de conſang. & affin. quod alleg. pro ſing. Card. Zab. in c. mulieri de jurejur. Bar. in l. admonendi, de jurejur. Alex. de Imo. conſi. 18. incip. Viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Antonium quondam Joannis, in 1. volu.*

† Additio. *Andreas hic tenet quod paupertas repellit teſtem. Jaſ. autem tenet contrarium in authen. præterea, C. unde vir, & uxor. & Alex. in conſi. 65. in fi. 2. vol.* De Bottis.

Quærit gloſſa ſi impono defenſare ne me deſtituas, & tu obtemperas, deinde poſt 60. dies, aut plus deſtituis, an tenearis; dicit quod ſic, & in hoc bene dicit per §. quem allegat, item Labeo, & l. 3. §. illud. ff. quod vi aut clam. Quod autem ſequitur in gloſſa, licet videatur contra, ff. de dam. infe. l. qui bona, §. ſi quis ſtipularum, dic quod non eſt hoc verum: immo verum eſt, ut ſi quando impoſui defenſam, non habebas jus ſpoliandi me, & poſſeſſionem auferendi; poſt habuiſti auctoritatem, vel poteſtatem hoc faciendi; vel a me, qui dedi licentiam tibi, vel a judice, qui hoc mandaverat juſte; ſi me tunc deſtituas, non teneberis, hoc probatur ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. Julianus. Nam ſi antequam te defendam, habes hanc poteſtatem accipiendi auctoritate tua, non incideres in defenſare. Idem ſi poſt defenſam impoſitam hoc jus tibi eveniat, arg. ff. de excepr. l. 2. §. generaliter. Secus in contrario caſu, quando injuſte defenſam tibi impono, & ſervas, tunc incido in pœnam injuſtæ defenſæ, quia ſi poſtea non obtemperas, nihilominus ego teneor ad pœnam, in quam incidi ſemel. Sic diximus infra tit. 1. l. 2.

Sexageſimam. Pro velle fuit hoc dicere, nec plus, nec minus ſicut in ætate dicitur, ff. de poſtulan. l. 1. §. pueritiam. Sic alias dat lex quinquageſimam. C. de jure emphyteutico, l. fi. Sic in ſportulis certo modo præſtandis. C. de epiſc. & cler. authen. ſed hodie. & lib. 12. de prox. ſac. ſcri. l. in ſacris, de prin. agenti. in reb. l. fin. de privilegiis ſcholarium, l. fin. Sic etiam pro vella datur trigeſima judicibus & Bajulis, ita infra de ſalario officialis, & trigeſima, l. conſtitutionum, & l. cum juſta, & l. cum circa.*

Illud etiam. Favet defenſam imponenti, & proſequitur contemptores defenſarum, & ſic innuit gloſſa, quod repellit receptiones contra dicta teſtium, per quos teſtes dicantur falſum depoſuiſſe, & ſic poſt aperturam erat hoc, quia ante non poterat conventus hoc ſcire, unde ſi ante aperturam vellet hoc conventus probare quod toto die primo Martii poſſedit. Et qui poſuit defenſam probaret, quod ipſo die poſſedit ipſe, & dejectus fuit, ſtaretur juri communi, ut ille obtineret, qui per plures teſtes probaſſet, ff. de teſti. l. ob carmen, §. fi. Dicit gloſſa, quod ritus Curiæ eſt contra. Hic ritus oportet probari, quando non eſſet notorius in Curia, aut per illos, qui viderunt hujuſmodi poſitiones reorum non admitti per judices, ff. de leg. l. cum de conſuetudine. Oportet obtentum morem & ritum

Ritus Curiæ eſt probandus, quando non eſt notorius.

ćto contra dicta ipſorum teſtium opponuntur. * Quod falſum videlicet, depoſuiſſe dicatur, parti, quæ ipſas objecerat, reſervamus. Ut tamen quæſtiones ipſarum perſonarum, quarum impoſitionem, ſi contra factum fuerit, jus eſt noſtræ Curiæ acquiſitum, per imponentes eaſdem privata conventione remitti * non poſſint. Immo imponentibus ipſas ſpecialiter injungimus, & expreſſe mandamus, ut exactionem (a) a Magiſtro Juſtitiario, & Juſtitiariis debeant nunciare. Præterea pœnas, quæ ſuper aggreſſionibus, violentiis, & injuriis, per leges veteres, vel conſtitutiones Divorum parentum noſtrorum inductæ noſcuntur, ac ſupradicta præcedente defen-

---

* Additio. *Nota, quod exceptio, quæ non poteſt de directo objici, poteſt per indirectum, vide Dec. in conſil. 64. colum. 3.* De Bottis.

* Additio. *Pone enim eſſe acquiſitam pœnam parti & fiſco, pars tamen aliquo caſu poteſt excludi, an etiam & fiſcus, & dico quod ſic, ut in l. fi. cer. fi. C. ſi quis a non dom. manum.*

(a) *Magiſtro Juſtitiario, & Juſtitiariis.* Et ita patet, quod eſt in electione imponentis defenſam, velit adire Magiſtrum vel Juſtitiarium regionis ſuper defenſa exigi facienda: nam in alternationibus locorum, ſicut hic, eſt electio petitoris, ut ff. de eo quod cer. lo. non utique, in prin. & probatur hoc ad fin. hujus l. ubi dicit, prænominatas autem quartam, & tertiam partem per Magiſtros, &c. & ſup. l. prox. circa fi. ubi dicit, ſed Magiſtri Juſtitiarii, & Juſtitiarii noſtri cognoſcant, &c. & ſic ubi plures ſunt judices, electio eſt actoris, C. de epiſc. & cle. cum clericis, in prin. Item probatur hoc evidenter ſup. eo. tit. joris gen. circa fin. ubi dicitur, quod ſi eſt defenſa impoſita domino a vaſallo, quem dominus ad dandum vel faciendum aliquid impetebat, tunc ſpecialiter in hoc caſu remittitur defenſæ cognitio ad Juſtitiarios regionis, ergo in ceteris obtinet jus commune in regno, ut non remittatur, ſed in magna Curia cognoſcatur, ſi reclamatio fiat ibi, ut arg. ff. de fun. inſtru. l. quæſitum, §. idem reſpondit domo inſtructa legare, & de legi. & ſenatuſcooſ. jus ſingulare, & ad muni. l. 1. nam exceptio confirmat regulam, ut in Authen. de non alie. §. ut autem, de quo dic, ut notatur ſupra de illi. port. ar. l. 1. & infra hac eadem lege.

ANDREAS DE ISERNIA.

tum probari. C. de inju. l. fi. Mos enim dicitur ibi qui ſemper obtinuit. Qui dicit eſſe morem, & ritum probare debet, ff. de proba. l. ei qui. & ſi fuit ſic aliquando obtentum, oportet probare quod tanto tempore ſic fuit mos & ritus inductus.

Additio. *Adde, de iſto verbo ritus, eſt tex. in cap. quoniam contra Chriſtianos, de heret.*

Aut ſi pluries ſic fuit in Curia obtentum. Hic ritus in hoc non eſt rationabilis, quia ſicut actor probat intentionem ſuam, ita reus exceptiones. C. de excep. l. ſi quidem, & favorabilior eſt reus quam actor. ff. de ſeriit, l. fi. Conſtitutio voluit hoc, quando falſitas objicitur teſtibus, per eorum dicta, non dixit quando utitur jure ſuo, probando ante aperturam, non dixit tunc, ergo omiſit, arg. ff. de verb. obli. quidquid. Ritus dicitur rectus. Pravus dicitur corruptela, ſicut conſuetudo contra rationem, ut in Auth. ut nulli jud. §. 1. Lex debet eſſe juſta, 4. diſt. erit. & ritus eſt lex non ſcripta, ut Inſti. de jure na. §. ex non ſcripto. Sed ut non opponatur hic ritus, ponat reus hoc modo. Quod ante tempus defenſæ, & tunc, ſcilicet tempore defenſæ, continue tenuit, & quod imponentem defenſam dejecit de fundo ſuo proprio, quem ipſe tenebat, & diu ante ipſe tenuerat, quod licuit, ff. de vi & vi arm. l. 3. §. eum, non oberit ritus, qui de hoc non loquitur, nec poteſt produci: quia contra rationem, ff. de leg. quod vero, non eſt veriſimile condentem hanc conſtitutionem voluiſſe tollere omnes leges, quæ dicunt, vim vi repelli. ff. de juſt. & ju. l. 2. ad l. Aquiliam ſcientiam. §. 1. & 2. nec hoc dicit hæc conſtitutio, arg. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando, quia ſi poteſt objici, quia deſtituit auctoritate pacti, ut ſequitur. C. de pigno. actio. l. 3. eadem ratio erit, ut poſſit objici, quod expellit aggredientem poſſeſſorem, quam tenebat. ſi admittitur poſitio, quia contrahentes ſunt pacti admittere, quia lex hoc vult, arg. C. de fidejuſſor. l. fin. in fi. Nam qui certo modo non poteſt aliquid probare, per alium modum ponendo admittitur, de quo dic extra de teſtib. ex tenore, in fi. in glo.

Ut tamen remitti non poſſint poſtquam pœna eſt acquiſita Curiæ per factum meum, quia defenſa, quæ impoſita eſt, remitti non poteſt per eum, qui defenſam impoſuit, pro quo eſt, ff. de pact. l. fi. de contra tab. l. ſi poſt mortem, §. fi. & tunc tenetur nunciare etiam privatus, ut expreſſe dicitur hic in fi. hujus conſtitutionis, & dic hic, ut ibi. Sed antequam ſit ſpreta, & ſic non quæſita fiſco, pœna poteſt remitti per principalem, ff. de remiſſ. l. 1. in prin. de ope. no. nunc. l. 1. §. unde quæritur, & tunc ipſo jure pœna non remittitur, ff. ſi quis cautionibus, l. 2. in prin. Sed an procurator meus meo nomine imponens defenſam remittit eam, dic quod ſic, ſi eſt procurator habens generalem & liberam poteſtatem; ſi generalem tantum non poteſt remittere, quia hujus factum prodeſt domino, non nocet, alias enim mihi prodeſt, ff. de pact. l. reſcriptum, §. fi. & l. ſeq. in glo. Multo minus ſi eſt procurator ad imponendum defenſam tantum, quia non poteſt remittere, eo. tit. ff. de pact. ſed ſi tantam, de jurejur. l. jusjurandum, & l. ſeq. C. de tranſact. tranſactionis placitum, nam excederet tunc fines mandati, pro quo eſt, ff. de novi oper. nunc. l. cum procurator, §. fi. & l. de pupillo, §. qui procur. Quid ſi officialis imponit defenſam, quod poteſt, ut ſupra in conſtitutione fidelium, an poſſit eam remittere † antequam incidat in eam, dic quod non, quia nec remiſſio tutoris, & curatoris, vel adminiſtratoris Reipublicæ vel præſidis tenet. C. de tranſact. l. præſes, ſemel enim imponendo, functus eſt officio ſuo, ff. de judi. l. judex, & hic cum juſte impoſuit, caſu quo tenuit impoſitio, diligenter gerere permiſſum eſt ei, ff. de offi. procur. Cæſa. l. 1. §. 1. & videtur expreſſum eo. tit. l. fi. in fi. ubi ſi procurator Cæſaris prohibet tumultuoſum accedere ad prædia Cæſaris, poſtea non poteſt permittere ut redeat, pro quo eſt quod diximus in fine hujus conſtitutionis.

† Additio. *An autem officialis poſſit pœnam remittere, vide Parid. de Put. in ver. Compoſitio, in princ.* De Bottis.

Præterea pœnas, quæ ſuper aggreſſionibus. Hic patet, quod ſi fiat inſultus poſt defenſam, quod tenetur pœna defenſæ: quia eſt injuria poſt defenſam inſultum facere, ff. de injur. l. lex Cornelia, §. lex itaque, infra de offi. Juſt. l. 1. Sed tunc non punietur de inſultu, quia ſufficit pœna defenſæ: niſi in inſultu percuſſio, aut occiſio facta ſit, ut dicit litera, tunc utraque exigeretur, tam ſcilicet pœna defenſæ, quam percuſſionis, aut occiſionis: ſed percuſſione aut occiſione non intervenientibus, tamen pœna defenſæ committitur: & ſic intelligitur gloſſa hic poſita.

Novatas. Dicit gloſſa, quod ad rei reſtitutionem ablatæ poſt defenſam poteſt agi coram illo, qui de defenſa cognoſcit: & hoc ſatis bene dicitur. Item quod judex ut Juſtitiarius cognito, quod incidit in defenſam reus, punit de defenſa per ſententiam: & rem reſtitui jubet ex officio abſque petitione nova. Adducuntur ad hoc bona jura, & dicit quod ſic ſervatur in magna Curia. Hic ritus rationabilis eſt puniens delicta perpetrata, ut ſit finis litium, & ideo quod ſervat magna Curia, ſervabit totum regnum. Inſtit. de ſatiſd. in fi. Sic ſi cognoſcat de furto, & punit furem, & facit rem furtivam ex officio reſtitui, per jura hic allegata, maxime, ff. de concuſſion. l. 5. & in Auth. de manda. prin. §. quod ſi delinquentes, & hoc ultimo caſu invenire mirabile eſt, quod poteſt judex officio ſuo, quod pars

Ritus magnæ Curiæ Vicariæ ſervantur per totum Regnū.

ſenſa commiſſa probantur, per pœnas præſenti conſtitutione ſtatutas (a) in poſterum volumus eſſe (b) novatas, ut eis ſublatis, pœna tantum ex defenſa petatur. Excepto ſi aliquis cum armis percuſſerit aliquem, vel occiderit: (c) quas pœnas, utpote corporales præmiſſa beatitudinis no-

(a) *In poſterum*. Quod ſi expreſſim dictum non eſſet, utraque locum haberet. Quia cum plures actiones pœnales competunt de jure communi contra eumdem: ſiquidem competunt ex diverſis factis, neutra alteram impedit, ut ff. de privatis delictis, nunquam de jure communi, ideo dico quod ſi una competit de jure prætorio, alia de jure civili, electione tolluntur, ut ff. nau. caupon. l. idem, §. ulti. & ſimile, ff. de ſepara. l. 1. §. illud ſciendum. Si vero pœnales actiones competentes de jure communi dentur ex uno facto, quatenus concurrunt, & non in plus impediunt ſe, ut ff. vi bonor. raptor. l. 1. & de act. & obl. qui ſervum. 2. reſpon. Si vero iſtæ actiones de jure communi competentes ex uno facto ſint communes rei perſecutoriæ, facta exactione per alteram, altera remittenda eſt, vel tollitur, ut ff. loca. ſi merces, §. culpæ. Et hoc contra eundem, nam in diverſis perſonis poteſt eſſe contra, ut ſi unus conveniatur de legato, alter de tabulis exhibendis, ut ff. de tabu. exhib. l. locum, §. condemnatio. Si vero una ſit rei perſecutoria, altera pœnalis ex ſui natura, & in principio neutra per alteram tollitur, ut ff. de fur. ſi is cui. Vel illud in condictione furtiva eſt intelligendum, quod dic, ut notat Azo in ſum. C. de fur. Inſt. de obl. ex quaſi delicto, & ff. de tab. exhib. locum, §. condemnatio, & §. ſi vero.

(b) *Novatas*. Ad rei autem perſecutionem nihilominus agi poteſt, nam extra pœnam eſſe rei perſecutionem nulla quæſtio juris eſt, ut C. de fur. l. ancilla, & ff. de condic. furt. ſi pro fure, §. furti, & de fur. ſi pignori, §. ſi furti. Et plus dico, quod etiam in magna Curia coram Magiſtro Juſtitiario, vel Juſtitiariis regionis, ubi agitur de defenſa, poteſt & de rei perſecutione judicium exerceri, ut argu. optimum, ff. finium reg. l. ſed & loci. §. ſi dicatur, & ſic ſervatur in magna Curia, ne cauſæ continentia dividatur, ut C. de jud. nulli. & propter rationem connexitatis, ut ff. de adminiſtratio. tuto. l. ita tamen. §. ſi tutos, licet alias ad alios judices de re cognitio pertineret. Sed argu. contra, ff. de jud. ſolemus, §. latrunculator. Item facit ad ſupradicta, quod ipſe judex, qui de defenſa cognoſcit, rem reſtitui jubeat, ff. de var. & extraord. cogn. medicus, & in Auth. de manda. Princi. §. quod ſi delinquentes, & ff. de concubi. l. 1.

(c) *Quas pœnas*. Sed quid ſi factus ſit inſultus excogitatus cum armis, ſpreta defenſa? Videtur quod de utro-

ANDREAS DE ISERNIA.

pars petere non poſſet: non enim civiliter, & criminaliter ſimul poſſet agi: quia interim patientur inter ſe præjudicium. C. quan. civi. act. cri. præjud. l. 1. cum ſi. Item de jure Romano hoc non poſſet dici: nam & ſi agatur civiliter, & conſtat de crimine, condemnatur: & ſi poſtea accuſetur criminaliter (interim enim non poſſet) iterum eſt probandum, dicit gl. C. ad leg. Jul. de vi pub. l. ſi quis ad ſe fundum, & per Caro. in 1. lege Longob. Nam quando civiliter agitur de furto, non eſt ritus curiæ, ut criminaliter † puniatur ſub nova propoſitione: at ſi criminaliter puniretur, condemnatur ad rei reſtitutionem ex officio. Multo plus eſt durum puniri in corpore, quando civiliter agendo probatur crimen, quam econtra, arg. ff. de pœ. l. in ſervorum, in ſi.

† Additio. *Judex ex officio poteſt criminaliter punire & reſtitui facere bona furata, vide etiam cap. Regni, ſi de furto. Et licet And. hoc teneat, quod de jure communi ſi civiliter eſt actum, & probatum, crimen non poteſt puniri criminaliter ex illis probationibus: tamen in Regno, ſi eſt civiliter actum & probatum, ſufficit ſola propoſitio criminalis, nec alia requiritur probatio, vide quæ ponit Barto. in l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt.* De Bottis.

Sed poſſet peti rei furatæ reſtitutio, & pœna dupli, cum utrunque ſit civile, & proponetur ſimul, arg. ff. ad leg. Faviam de plag. l. ſi quis ſervum, & de re jud. l. 3. nam ad diverſa dantur, ff. de cond. fur. l. ſi pro fure, & ſic non obſtant leges, quæ dicunt debere eligere, ff. de reg. jur. l. nemo, §. quoties, de tributor. l. quod in heredem, §. eligere. Sed dicimos quod in uno libello reſciſſoria, & rei vendicatio directa proponitur. Sicut de querela inofficioſi teſtamenti, & petitione hereditatis, ut dicit Roffre. in tit. de reſciſſoria, & plures hereditates uno libello petuntur, ff. fam. erc. l. heredes, §. de pluribus, pro ſocio, ſi ſocietatem, §. ſi plures. Sed poteſt agi utraque, & non impediuntur concurſu. Unde oportet, quod eadem inſtantia & propoſitione, ſeu libello cauſa minuendarum litium. ff. ſi cer. peta. l. quidam. Alii ſubtiliſantes dicunt, quod ſunt tot libelli, quot ſunt res petitæ. ff. de verb. oblig. l. ſcire debemus, cum concord. ſuis. Sed quod unus libellus ſit, eſt ad hoc. ff. de inju. l. prætor. §. ſed ſi plures. C. de anna. excep. l. ſi. in 3. q. ubi diverſas ſummas ex diverſis contractibus poſuit in eadem propoſitione, & erant diverſæ actiones. Item in hoc eſt ritus rationabilis, quod alius non ſiſcus agat ad pœnam defenſæ: quia imponens pro fiſco, & ejus nomine agit, argum. C. de dela. mone. l. 2. Ibi to. punit judex & condemnat fiſco: & condemnat imponenti quod petitum non fuit. Unaquæque Curia habet ſuos ritus in judiciis, & quælibet provincia ſuos habet mores. 76. diſt. c. nam.

Additio. *Adde quod abundat in ſuo ſenſu, ut in c. utinam. 76. diſt. & in c. certificari, de ſepul.*

Ideo dicitur, quod frequens judiciorum ordo &c. C. de vet. jure enu. l. 1. §. eum qui. Et ſervari præcipitur mos, qui obtinuit. C. de inmr. l. fin. in ſi.

Judæus. Poteſt imponi defenſa pro Judæo, & poſſunt imponere, multo magis ipſi, qui ſunt impotentes, propter quos defenſæ inventæ ſunt, ſup. l. juris gentium. Nam Judæos ſuſtinet eccleſia, extra de teſti. c. Judæi, in aliis ſunt pejoris conditionis, quam Chriſtiani, & debent eſſe. Non enim Judæus poteſt eſſe officialis, in Auth. juſju. quod præſta. ab his &c. in prin. extra de Judæ. c. Judæi.

Additio. *Adde cap. nulla. 53. diſt. cap. conſtituit. 17. q. 4. l. ſi. C. de Judæ. l. generaliter, in §. ſi. & ibi Bar. ff. de decur.*

Cum privilegia data Catholicis denegantur Judæis, & omnibus, qui non ſunt membrum Catholicæ eccleſiæ ſeu fidei, extra de ſum. Trin. & ſi. cath. c. damnamus, propter quod Judæa † vidua non habet privilegium. C. quando impe. inter pu. & vi. & pater in Auth. de pri. hære. non præſt. §. 1. Quicumque deviat a fide catbolica contra eum eſt. C. de Jud. l. Cælicolarum, ut non offendantur de facto, cum ſunt ſub protectione principis. C. de Judæ. l. nullus, & hic. Item vivunt, & vivere debent communi jure Romano C. de Judæ. l. Judæi. Unde dixit Odofr. quod ſi jurat per legem ſuam, & ſuper eam dejerat, poteſt de perjurio accuſari, nam ſtatur ſacramento ejus, & per ſuam legem jurabit de calumnia, ff. de jurejn. l. non erit, §. divus.

Additio. *Adde, quod quando Judæus admittitur in teſtem, non debet jurare ſuper evangelias, ſed ſuper ſua lege, ſecundum Jo. de Imo. in clem. 1. de teſtib. Et per Ant. de But. in prom. Gregorii. Et qua forma uti debeat judex, quando defert juramentum Judæis? Vide per Spec. in tit. de juram. calum. in §. reſtat. in verſi. pen.*

† Additio. *De juramento Judæi, vide Maran. in tract. de judi. in 3. par. col.* 10. Fabius Jordanus.

Nam & qui jurat ſuper lapidem, ſicut ſuper evangelia, & dejerat, perjurus eſt, d. Auth. juſju. quod præſta. ab his, & de pa. jur. firm. Item ſacramenta puberum, ut & ibi plenius diximus. Hic liquet, quod aget de defenſa Judæus, quia ſua intereſt. Idem in omni-

noſtræ (*a*) conſtitutione ſancitas non volumus (*b*) minorari: ſed pro defenſæ impoſitione, in tertio, vel in quarta parte bonorum; prout ſuperius eſt expreſſum, augeri. (*c*) Judæis, † & Sa-

† *Alibi adeſt, aut.*

utroque debeat condemnari, & de inſultu, & de defenſa contempta, nam pro inſultu excogitato imponitur pœna corporaliter, ut ff. de off. Ju. l. 1. §. latrocinio, ergo de utroque puniтор, ut innuit litera iſta, quas pœnas utpote corporales, &c. nam videtur innuere in hoc, quod uterque puniatur, quod ſatis eſt, ſi tale delictum ſit commiſſum ſpreta defenſa, quod eſſet pœna corporali puniendus. Credo tamen contra, niſi percuſſio, vel homicidium ex illo inſultu fuerit ſecutum. nam licet inſultus excogitatus puniatur corporaliter, ut eſt dictum, tamen hoc non ſufficit, niſi ſaltem percuſſio interveniat, ut hic Andr. Item quia iſtos duos caſus tantum excipit hæc conſtitutio a regula, quæ eſt ſupra, ut ſpreta defenſa, tantum pœna ex defenſa petatur, ergo in aliis remanet firma, & non perdit officium ſuum, ut ff. de reg. jur. l. 1.

Additio. *Adde quando dicatur inſultum facere? per Barto. in l. reſpiciendum, in §. delinquunt, ff. de pœn. Bald. in c. 1. §. ſimiliter, quib. mod. feud. amitta. in uſibus feudorum. Quid ſi duo ſimul ad invicem ſe inſultant, nec poteſt apparere, quis prior inſultaverit, an factum ſit impunibile, & an dicatur aliquis in eis fregiſſe pacem, vide per Barto. in l. ſi ſervum, in §. ſequitur, & ibi Franciſcus de Are. ff. de verbor. obligat. Et quid ſi aliquis inſultat aliquem in portico, an puniatur pœna ſtatuti inſultantis in domo? vide per Bald. in rubr. ff. ſolu. matrimo. in prima colum. Bald. in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de liber. & poſthum. Et eſt glo. in ver. Ezechiel, in §. hæc qua. de caritate, de pœnit. diſt.* 1.

(a) *Conſtitutione*. Ut ſupra de extract. arg. in l. aſperitatem, & de pœn. homi. l. terminum.

(b) *Minorari*. Ratio eſt in promptu, quare aliud hic, ubi ex delicto imponitur corporalis, non minuitur vel novatur pœna pecuniaria, quæ infligitur ex defenſa, vel e converſo, quam in ſuperiori caſu, ubi propter delictum pœna pecuniaria eſt impoſita, quia in duabus pœnis pecuniariis poſſet objici non eſſe exigendum propter defenſam, niſi quantum plus eſſet in ea, quam in pœna delicti, ut ff. de rei vendicat. non ſolum, & l. ſi malit.

Additio. *Adde quid ſi plures pœnæ pro eodem delicto imponantur in diverſis legibus vel ſtatutis, an omnes debeant imponi? vide per Philip. in c. quod olim. in 1. col. ver. quæro plures pœnæ, de Judæis*. Super.

Quaſi quadam compenſatione facta ut hic, non poteſt competenter dici inter pœnam corporalem & pecuniariam, ut probatur hic per ea, quæ notantur per Azo. in ſolutione contrariorum, ff. ſol. matrim. Unde poſſet tamen dici videri tranſactum de pœna pecuniaria propter pœnam corporalem, ut ff. de his qui no. infa. quid ergo, §. pœna. Sed aliud quando augetur vel immutatur a judice pœna: aliud quando lex ſtatuit aliquid, & expreſſit, ut hic. Marinus.

(c) *Judæis &c.* Accedit. C. de pag. l. Chriſtianis, & de Judæ. nullus,

ANDREAS DE ISERNIA.

omnibus privatis judiciis ſeu delictis, ubi ſuum commodum proſequitur. ff. de priv. deli. l. fin. de fur. l. fin. & coram ordinariis judicibus aget. C. de Judæ. ſi qua. Sed & publico judicio accuſabit Chriſtianum, quando ſuam, vel ſuorum injuriam proſequitur, non aliter, 2. q. 7. pagani, 4. q. 1. definimus, & q. 5. c. in omnibus, & ff. de accuſa. l. hi tamen. Datur enim accuſatio publica cuilibet de populo Chriſtiano, ſcilicet: nam qui non ſunt de tali populo, contra talem populum ſunt, d. l. Cœlicolarum. Item infames hoc judicio publico non accuſant, ff. de accuſa. l. qui accuſare. Infames † Judæi videntur eſſe quantum ad hoc.

Additio. *Adde c. 1. 4. q. 1. c. alicui, 2. q. 7. Hoſt. in ſum. tit. de off. deleg. in §. cui poſſit delegare, ver. qui autem dicantur infames, & in Auth. Gazaros. C. de ſumma Trin. & fi. cathol.*

† Additio. *Vide Bal. in l. 1. C. de appel.*

Nam teſtificari non poſſunt contra Chriſtianos. † C. de hæret. l. quoniam, de ſum. Trin. l. 2. in fi.

Additio. *Adde c. 1. de teſtib. & c. licet univerſis, ea. tit. c. placuit, 4. q. 3. Spe. in ti. de teſte. in §. 1. verſ. item quod Judæus. Alex. de Imo. conſ. 20. incip. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ, in 1. vol. imo ſi noviter Judaiſmo, vel hæreſi ad Catholicam fidem ſit converſus, non poteſt, in c. non poteſt, 3. q. 7.*

† Additio. *Super hoc, an Judæi poſſint eſſe teſtes contra Chriſtianos, vide Affl. deciſ. 214. Sed an Princeps poſſit expellere Judæos pacificos, vide Old. conſ. 87. & Alex. conſi. 32. vol. 7. num. 23. ubi etiam, quomodo Judæi puniantur, & quibus pœnis. Et an poſſint eripi pueri Judæorum, & contra voluntatem parentum baptizari, vide Affl. deciſ. 151. & Loffred. conſi. 48.* Fabius Jordanus.

Non tamen ſunt cogendi ad illa, per quæ cultus eorum inquinatur, ff. de auct. tuto. l. ſpadonem, §. jam autem, pro quibus, ff. ad leg. Corn. de ſica. l. circumcidere, in prin. & de decu. l. generaliter, §. fi. Non poſſunt conveniri Judæi propterea, ut in die Sabbati reſpondeant, & ad judicium veniant, eo. tit. l. die Sabbati. Sed die Sabbati citabuntur, ut veniant ad judicium die Lunæ, quia die Lunæ cultus eorum reverentiam non ſervat, ſicut in die Sabbati, & ſic ceſſante dicta cauſa, ceſſabit & legis prohibitio, ar. ff. de repu. l. fi. §. ait lex. Item & die Dominico citari poſſunt, ut veniant ad judicium die Lunæ, quia dies Dominicus non eſt eis feriatus: laborant enim & negotiantur in illo, nec quieſcunt ab omni opere, quod Deus imperavit, ut dicitur Geneſi, non ergo hujus diei auxilium invocabunt, qui committunt in diem illum, arg. ff. de mino. l. auxilium.

Additio. *Adde Exod. 20. & in c. licet de feriis.*

Quamvis l. dies C. de feriis, indiſtincte loquatur non excipiendo Judæos, imo videntur includi, cum debeant jure Romano vivere, d. l. Judæi, tamen diſtinguitur per rationes illarum legum, ut qui ſpernit diem, ejus commodo non utatur. C. de ju. delib. l. fi. §. ſi vero poſtquam, de epiſc. audien. l. 3.

In exigendis eiſdem. Semper intellige, quod ſententia condemnationis, & exactionis quæ debebat fieri, non ſit ſuſpenſa per appellationem, cum poſſit appellari, ubi non eſt convictus & confeſſus, diximus plene ſupra de por. arm. l. 1. circa fi.

In denunciandis. Dicunt multi, quod imponens privatus defenſam non teneatur denunciare, ff. de jure fiſci, l. res quæ, §. fi. ſed ex quo nunciat, neceſſe habet proſequi, ut ibi dicitur. Idcirco expone hic in denunciandis, &c. id eſt, & in probando & in proſequendo denunciatum. Tenetur enim inſiſtere, ff. ad Turp. l. ab accuſatione, §. 1. & d. l. res quæ, & ſi non probat, vel deſiſtat, punitur in tantundem, ff. de jure fiſci, l. 1. §. Senatus, & l. Senatus, in princ. & §. Senatus, & §. Divos. Vel loquitur in officialibus defenſam imponentibus, qui tenentur denunciare. C. de accuſatio. ea quidem, lib. 12. de Decu. & ſtatu. l. 1. Aliis videtur verius, quod etiam privatus denunciare fiſco tenetur exactionem defenſæ ſpretæ, quia hoc dicit hæc litera, & melius hic, §. ut tantum ibi debeat denunciare. Fiſcus ergo tuetur legem, quam fecit contra potentes, licet in ſuum commodum ſit; & ideo non poteſt dici quod lex ſit in hoc non juſta, tanquam ſuum condens commodum, 4. diſt. erit. Principaliter enim agit, ut delicta puniantur, pro quo eſt, ff. de procur. l. non cogendum, §. qui ita. Idcirco punit utrumque, & remittentem privatum, qui impoſuit defenſam, quæ ſpreta fuit, quia dicit gratioſe dimiſerunt: remittendo, aut dimittendo, cum denunciare debuiſſet jus tunc Curiæ quæſitum, quod non licuit, ut §. ut tamen, & judicem, qui ſi non condemnat, etiam per impudentiam ad tantundem tenetur, faciens litem ſuam, ff. de var. & extraor. cri. l. ſi judex.

Digitized by Google

Saracenis etiam, & pro eis, aliis officialibus noſtris ſcilicet, in præſcriptis caſibus imponendi defenſas concedimus facultatem, quos non propterea quod Judæi vel Saraceni ſunt, arctari † volumus innocentes. Prænominatas etiam tertiam & quartam partem per Magiſtros Juſtitiarios & Juſtitiarium noſtros, ſic inſtanter volumus abſque alicujus diſſimulationis vitio profligari, & eiſdem ab imponentibus nuntiari: quod ſi ipſos in exigendis eiſdem, aut imponentes in denunciandis invenerimus (*a*) deſides, aut remiſſos: quicquid aliquibus gratioſe dimiſerit de bonis ipſorum procul dubio exigemus. (*b*) Officiales enim qui ſcelera † perpetrata non vindicant, tegere, (*c*) ut conſcii criminoſa feſtinant.

† *Alias, opprimi.*

† *Alias, reperta.*

De

(a) *Deſides*. Scilicet in probando, vel proſequendo. G.

(b) *Officiales*. C. de jud. properandum, §. ſine. C. de commer. & mer. l. 1. cum ſuis concor. C. ad leg. Jul. de vi pri. ſeu pub. l. ſervor, §. judices. C. de ſepulc. viola. l. 3. in Auth. de quæſt. §. quæcunque autem.

(c) *Ut noxii*. Alias, conſcii, ut noxii criminoſa feſtinant, conſonat ad hoc. C. de commer. & mer. l. 2. in fi. & illud, culpam quippe facientis habet, qui cum poſſit corrigere negligit emendare, ſcriptum eſt quippe, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſenſerint, participes judicantur, & libat domino proſpera, qui ab afflictis pellit adverſa. Et negligere, cum perturbare poſſit adverſos, alias perverſos, non eſt aliud quam fovere. Nec caret ſcrupulo malignitatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare, & probatur odiſſe ſcelera, qui condemnat errantes, nec dereliquit ſibi locum deviandi, qui non pepercit excedenti. Et primus innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda, & latum pandit delinquentibus aditum, qui conjungit cum pravitate ſenſus. Et nihil prodeſt non puniri proprio, qui puniendus eſt de alieno peccato, ut 86. diſt. culpa. And. & alibi ideo legitur, nec diſſimulatione culpabili nefanda licentia roboretur, ut C. de inceſtis & inutilibus nuptiis, l. ult.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

dex. Et erit pœna in privato, ut dicit litera, quantum eſt id, quod gratioſe remiſit, dicit gratioſe, ſcilicet non denunciando, licet dimittere non potuerit remittendo jus Curia quæſitum, & ſic punitur, licet non valuerit quod contra legem hanc fecit, delictum, quia non denunciavit, conſummatum fuit quantum in eo erat: quia non fecit quod lex jubet, ff. de leg. l. contra legem, & ſic non ob. quod cujuſque univer. no. l. 1. §. ult. Sed melius in officiali, proprie ille dicitur dimittere pœnam, qui debebat exigere, licet ille dimittere, vel remittere non valeat, ut dictum eſt ſupra, verſ. ut tamen, & ſic punit conatum, qui non habuit effectum de jure, ut in utroque caſu tam de judice, ſeu officiali, quam in imponente privato, ſi habuit quantum in eo fuit, ut dictum eſt. Poteſt etiam loqui in imponente, ut dictum eſt uſque ad literam ibi, officialis enim, ibi loquitur de officiali. Sed quod dicit, non vindicat, loquitur in officiali, quia enim idem ſunt ſignificantia, quare exigatur ab officiali, qui ſic dimiſit etiam per negligentiam, quia dicit deſides, vel remiſſos, privatus tamen negligens nunciare, non remittere dicitur, largo modo poteſt dici remittere tacendo & non denunciando fiſco, d. l. contra legem, tunc ſi non puniatur hac pœna, erit contra eum arbitraria ſpernendo hanc legem, dum non denunciavit, non facere, facere eſt. Inſtitutio. de nupt. §. ſi uxor. pro quo eſt, ff. de pœn. l. hodie, pro qualitate hominum & factorum, &c. Nam & qui contemnit mandatum Regium, ſic punitur, dicit gl. ſup. in proœmio.

SI *quis in poſterum*. In verſ. nunciare. Sed hodie ille qui denunciat, dat teſtes ſolummodo, & non habet neceſſe probare, nec inſiſtere: & accuſator ubi proteſtatur, quando denunciat, non accuſandi animo id ſe facere, ſed tantum inſtruendi judicem, quod poteſt, ut ff. de admin. tuto. l. ad inſtruendam, iſto caſu non compellitur accuſare, quia proteſtatio ſua ſervat ſibi jus ſuum, ut ff. de acqui. hered. l. pro herede. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa, Quas pœnas. Nota ex iſta gloſſa quod inſultus licet ſit cum armis, & excogitatus, tamen non punitur corporaliter, niſi ſequatur percuſſio, vel homicidium effectualiter, ut in ea. Bartholomæus de Capua.

In textu, In rebus mobilibus. In quibus proprie dicitur committi violentia. Marinus de Caramani.

In textu, Conventionem. Nota quod defenſa impoſita non poteſt privata pactione remitti, quia jam erat acquiſitum jus curiæ, & vide c. Reg. ad audientiam. Marinus de Caramani.

In gloſſa, Quid ſi aliquis, in fi. Sed certe ſalva reverentia hujus gloſſæ videtur diſtinguendum, an ex magno intervallo ſit factum, vel non, arg. ff. de adult. l. miles, §. pen. & de donat. inter vir. & uxor. l. vir. mulieri. Nicolaus Capoſcroſa.

In gloſſa, Deſtituit. ibi, ſed ante. De hoc eſt c. expreſſum in Regno, quod incipit, propoſito. Nicolaus Capoſcroſa.

In eadem ibi, Defenſiones. Hodie hoc eſt expeditum per c. Regis Roberti, quod ante aperturam teſtium poſſit conventus de defenſa quaſcunque defenſiones eum relevantes afferre, præterquam ſi diceret diu defenſæ ſe alio loco remotum, ut patet in c. propoſito. Marin. de Caram.

In gloſſa, Novatas, ibi ot arg. Hoc hodie eſt expeditum per c. Regis Roberti, quod incipit, Si de furto violentia, vel defenſa.

In textu, Cognoſcatur. Nota quod in cauſa defenſæ impoſitæ per privatas perſonas, Magiſter Juſtitiarius, vel Juſtitiarius tantum cognoſcit, & non alius Judex, ut ſupra prox. conſt. not. Marinus de Caramani.

Nota, pro parte Regia, non Comitum & Baronum imponi defenſam, ut hic, & nota infra, ut nullus inter dema. hab. reg. Conſt. cum univerſis. Et eſt expreſſum in c. regni, terrerii.

Nota, quod hæc conſtitutio non extenditur ad alios caſus, quam iſtos duos, cum ſit odioſa, & contra jus commune inducta, cum fuerit in odium venientis contra factum ſuum in fiſci favorem. Barth. de Capua.

In textu, ibi, ut tamen quæſtiones ipſorum. Per hoc determinatur ſi quis injuſte imponat defenſam, & ille obtemperavit, ſi obtemperans incontinenti velit agere contra imponentem, quod non poteſt, quia incontinenti fuit jus curiæ quæſitum, & procurator curiæ debuit agere. Et per hoc vidi multos proceſſus irritari. Barth. de Capua.

Quæro, unus de duobus, qui pacem fecerunt, & promiſerunt ſibi de non offendendo ſub pœna centum unciarum per eum, qui contravenerit, curiæ ſolvenda, occidit alium ſecum pacem facientem. Quæro utrum contra eundem violata pace alium occidentem, poſſit agi per filium occiſi ad pœnam corporalem de homicidio, & per procuratorem curiæ ad pœnam centum unciarum. Videtur, quod ambo poſſint concurrere: quaſi per prædictum duo ſint maleficia commiſſa, unum contra curiam, quæ contempta videtur, & contemptum ſuum proſequitur; & aliud contra patrem, quod filius proſequitur. Nec mirum, nam ex eodem facto diverſis perſonis ad vindictam competunt actiones, nec una tollitur per alteram, ut Inſtit. de injuriis, §. patitur, & facit de illicita purt. armo. in fi. pro hoc. ff. de inju. l. 1. §. fi. & C. de his, qui u non dom. menu. l. fi. & quod ibi notatur.

Item quia pœna legalis non tollit conventionalem, licet ambæ proditæ ſint ad vindictam, ut ad Turpil. l. ſi pro

De defenſa injuſte impoſita. Alias, de defenſis impoſitis & contemptis in aliquibus.

TITULUS XIX.

Ineffrenate defenſam imponenti, frenum imponitur: ut ſi injuſte imponenti obediatur cum aliqua ejus incommoditate: an eo exigatur pœna, qua punitur juſte illam ſpernens. Sed ſi injuſte defenſæ non fuit paritum, neuter eſt in pœna: hoc dicit tota iſta conſtitutio. Matth.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

DEfenſas (*a*) impoſitas, & contemptas inſtanter conſtitutionibus noſtris præſcripſimus exigendas. Sed ne effrenata licentia defenſarum in jure ſuo alicui fidelium noſtrorum poſſit damnum adferre, Statuimus, ſi quis injuſte

---

De defenſa injuſte impoſita. Alias, de defenſis, &c.

(a) DEfenſas. Si defenſa non fuerit obſervata, ſi juſta fuerit, punitur contemptor, ut ſupra, titulo proximo. Si injuſta & contempta, non punitur contemnens, nec qui eam impoſuit: hoc fallit in vaſallis, ut ſupra de defen. juris gentium, ubi ſi paritum eſt defenſæ, licet injuſtæ, ponitur imponens.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſi pro eo. & pro hoc. ff. de ſepulc. viola. l. 3. §. ſi plures, & in l. ſepulchri violati, eo. ti. licet illa in aliquo faciat contra, & C. eo. qui ſepulchra. Joannes Grillus.

Quæro, an ut teneat defenſa, ſit neceſſe, ut metus injuriæ, vel moleſtiæ ſit præſens, an per ſolam ſuſpicionem futuræ injuriæ teneat, & videtur quod metus debeat eſſe præſens, arg. hujus l. & ff. ſi cui pluſquam per l. fal. & l. hac autem, & ff. de no. ope. nunc. l. de pupillo, §. nunciatio, & ff. quod met. cau. l. metum, in princ. Contrarium videtur ex mente conſtitutionis, cum occurrat violentiis, & injuriis in futurum committendis, regio nomine invocato, arg. in conſt. ſeq. ibi, prævenerit committendum, & in conſt. intentionis, &c. Joannes Grillus.

De eo qui defenſam imponit injuſte. Rubrica.

DEfenſas. *Expreſſe.* Idem ſi auctoritate legis poſſit pignorare ut de jure Longobardo, facta trina requiſitione in debito non dubio: in Longob. de debitis & gua. l. 1. & eſt ratio, quia ſit injuſta defenſa, tunc enim imponitur juſte, quando is, qui imponi timet in perſona, vel in rebus violentiam pati, ut ſupra, l. proxima, hic enim non patitur injuriam: quia ſemel conſenſit pignorationi, quando dedit ſibi licentiam pignorandi, ff. de diver. & temp. præſcr. l. de acceſſionibus, in fi. non ergo patitur injuriam, qui ſemel voluit, ff. de aqua plu. arc. l. in diem adjecto prædio. Idem ſi auctoritate judicis hoc faciat: nam juris actio non habet vim, vel injuriam, ff. de aqua plu. ar. l. quod principi, quod me. cau. l. obtinet. da inju. l. injuriarum. §. 1. ad l. Aquil. quemadmodum, §. magiſtratus, & §. ſeq. Quid ergo ſi impono tibi defenſam, ut non intres in domum tuam: an ſi obtemperas, teneat ex injuſta defenſæ impoſitione? Videtur quod non: nam hæc conſtitutio loquitur, quando defendens injuſte, aliquod commodum inde reportat: ſicut in exemplis hic poſitis conſequitur commodum: quia non pignoratur, non exigitur debitum, ut in fine hujus conſtitutionis ibi, alterum: quia ea defenſa ſic injuſta nullum commodum &c. Sed ſi non intras domum tuam, nullum inde commodum conſequitur, ergo ſi ratio non habet locum, nec lex. ff. de repu. l. fin. §. ait lex. & per arg. a contrario, quod validum eſt, ff. de offi. ejus cui man. eſt juriſ. l. 1. §. hujus rei. Item ſicut non poteſt imponere defenſam, niſi qui timat violentiam in perſona, aut in rebus: ita teneri non debet ubi violentia injuſte infertur. Videtur tamen verius, quod teneatur: quia ſi aliquis me uti re mea prohibet, facit mihi injuriam, & poſſum agere actione injuriarum ſi quis prohibet, de act. emp. l. qui pendente, ergo injuſte prohibet. Item, quia ſi obtemperetur, habes inde commodum, quia ſatisfit voluntati ſuæ, ff. de condict. ob tur. cau. l. pen. de uſu, & habi. l. fin. Item qui manumitit pro ſua voluntate, intereſt ſua talem habere libertum, ff. de act. emp. l. item quia, §. fin. & dicitur locuples. Secus ſi manumitti ſatisfaciendo voluntati alterius, de præſcrip. ver. naturalis, §. fi. in fi. & tunc non eſt locuples, qui libertum acquirit, ff. de regulis juris, l. nemo prædo eſt, §. 1. Item quia cauſa hujus conſtitutionis fuit refrenare licentiam defenſarum, ut in princ. hujus conſtitutionis. Et quod dicitur de commodo quod non reportat, frequentiam poſuit, homines enim frequenter ad hoc remedium defenſam imponendi recurrunt, ut commode eis conſulatur: ſed idem & ſi commodum non eſſet. Nam non debet eſſe conditionis melioris ſtultus, quam peritus, ff. quod vi aut clam. l. Servius, & magis delinquens plus punitur, quam minus peccans, ff. de pœn. l. capitalium, §. graſſatores, qui facit ob ſuum commodum ſervandum, ſcilicet ſuam credulitatem, quodammodo peritus eſt, arg. ſuperficiale: quia non debet ſuum jus indefenſum relinquere, ff. de petitione hereditatis, l. illud.

Qui vero non ob ſuum commodum, ſtultus videtur & plus peccat, quam ille qui ob ſuum jus. Peccat tamen: quia ſi non erat certus, debuit conſulere peritos, ff. de bon. poſſ. l. in bonorum, pro quo eſt. ff. de noxal. l. non ſolum, de donat. inter virum, & uxorem, l. 3. §. 1. in fi. ſed & ſuum commodum eſt ſatisfieri ſuæ voluntati, licet non videatur intereſſe, quia non ſatisfit animo ſuo, ff. de ſervis exportandis, l. ſi venditor, §. fin. ſed illud corrigitur. Non ergo fuit cauſa finalis imponere injuſtam defenſam, quia ob ſuum commodum, impulſiva, quia frequens, aliud magis exigitur, non enim ceſſat lex, tali cauſa, ſeu ratione ceſſante, ff. de poſtulan. l. 1. §. initium, & §. ſexum, facit etiam vim inquietativam prohibendo uti re mea, ff. de vi & vi arma. l. vim facit, pro quo non imponitur defenſa, ut diximus in l. juris gentium, ſed imponendo injuſtam defenſam inquietando eum, quem injuſte defendis, teneris de injuſta defenſa. Alia ratio eſt in hoc caſu quando injuſte defendit, alia quando vult defendere, quia inquietatus non patitur violentiam in perſona, vel rebus. Sed quando injuſte defendit quis patitur pœnam, quia violentia committitur in perſona, vel rebus, ſed quia non debet imponere defenſam, qui non læditur facto adverſarii, quem ſic injuſte defendis, alia ratio, aliud jus exigit. C. de tranſact. l. interpoſitas.

Item quid ſi ſit impoſita injuſte defenſa, ut non intrem in domum meam, obtemperavi tunc, quia non intravi, ſed poſt paucos dies intrem, an ideo non teneberis de injuſta defenſa? Certum eſt enim, quod ex injuſta defenſa tua, & mea obtemperatione incidiſti in pœnam, ut in hac conſtitutione: quia obtemperans jam debet perſeverare, ff. de in rem ver. l. ſi pro parte, §. verſum, de fidejuſ. l. ſtipulatus eſt opus. Verius eſt contrarium, nam acquiſita pœna fiſco ſemel, non poteſt remitti, ſupra conſtitutio. proxi. §. ut tamen, ſi non poteſt expreſſa remitti per cujus obtemperationem quæſita eſt, nec tacite non obtemperando poſtea, arg. ff. ad municipes l. Lucius, §. pen. pro quibus eſt, da contra tab. ff. eod. l. ſi poſt mortem, §. fi. de pact. l. fi. Ad quod eſt, quia ſi uſus fui non vi, & non clam hoc anno, licet poſtea prohibeo, & ſic videor vi uti, nam non obeſt ſuperveniens actus, vel prohibitio tollere interdictum, quod cœpit mihi competere, quia prius ſine vi uſus eram, deſinit competere, ff. de

juſte defenſam imponit, veluti creditori ſuo, qui auctoritate ſorte conventionis expreſſe ipſum (a) jure licito pignoravit: vel ſi officiali noſtro jura noſtra forſitan exigenti defenſæ hujuſmodi imponantur.

Imponens hujuſmodi defenſas injuſte: ſi quidem is, cui defenſa impoſita eſt, ob reverentiam culminis noſtri, a (b) jure ſuo diſcedens defenſæ obtemperavit, nominatam pœnam, quam defenſæ obediens ſubire deberet, ſi conveniſſet, ſubeat qui ipſam imponit. Ceterum ſi nibilominus poſt defenſam, is, cui impoſita eſt jure ſuo, auctoritate legis vel conventionis utatur, impunitum utrunque eſſe cenſemus: Alterum, quia ex defenſa etiam ſic injuſta, nullum omnino commodum reportabit: (c) nec ergo pœnam ſubire debebit: Alterum, quia contra defenſam jure licito veniens, jure ſuo utitur potius, quam contemnat.

De raptu, & violentia monialibus illata.

TITULUS XX.

Raptus monialis etiam occaſione matrimonii punitur pœna mortis. Matthæus.

REX ROGERIUS.

SI quis (d) rapere ſacratas Deo virgines, aut nondum velatas, occaſione etiam matrimonii jungendi, præſumpſerit: capitali pœna feriatur.

De

(a) *Jure licito.* Ut C. de pignor. l. 3.

(b) *Jure ſuo.* Simile eſt ff. de regulis juris, l. nemo.

(c) *Nec ergo pœnam ſubire, &c.* Sed & civilis lex hoc idem ſuadet, ut C. ne liceat ſine jud. l. 1. & 2. & C. de his qui ad eccleſ. confugiunt, l. 1. Secus eſt, ſi ſub pœna excommunicationis aliquis facere probibeatur, ſive juſte, ſive injuſte: nam ſi ſpernitur talis prohibitio: nihilominus excommunicatus eſt ſpretor eccleſiaſticæ prohibitionis, ut extra de ſenten. excommunicat. cap. 1.

De raptu, & violentia monialibus illata.

(d) SI *quis rapere.* Hæc conſtitutio, quæ punit raptores ſacrarum virginum, continet jus commune, ut

ANDREAS DE ISERNIA.

ff. de itl. actuque pri. l. 1. §. fi. & l. 2. & l. 3. in prin. & de aqua quo. & æſti. l. 1. §. idem ait, cum concor. ibi, quantum ad jus tertii, ut fiſci jam quæſitum, ſufficit ſemel obtemperari, nam & ſi poſt non obtemperaret, & male utatur re ſua, quantum ad eum prohibitio interim facta perſeverat, ff. quod vi, aut clam. l. 3. §. illud. per quem §. & ſimiles, ſicut in prox. conſti. in §. illud, dictum eſt. In contrarium quando defenſæ juſtæ paretur, tunc cum imponitur, ſi poſt decem dies, aut plures fit injuria in perſona, aut rebus per illum, qui tunc paruit, quod tenetur de ſpreta defenſa, ubi non debuit vim, vel injuriam facere, nec tunc, nec poſtea, & ſi ſemel paruit, ſufficit ad puniendum illum, qui deliquit injuſte defendendo. Unde patet quare ſit aliud ibi, & aliud hic. Et nota rationem in fine legis, quod quando ex defenſa injuſta nullum commodum reportat imponens, quia non fuit paritum defenſæ injuſtæ, nec pœnam ſubire debebit, ſic, ff. de ſal. impuberem, §. ſi ei ſervo, de quo plene dicitur in gl. de prob. inſtru. & te. l. cum conceſſiones.

De raptu virginum ſacratarum. Alias, de violentia monialibus illata.

SI *quis rapere.* Removet opinionem vulgi, qua licitum eſſe credunt tollere virginem cauſa jungendi matrimonii. †

† Additio. *Contrahens inceſtas nuptias, ſtatim perdit bona, & filii ex tali matrimonio non ſuccedunt, vide Dec. conſi. 235. & And. in §. contrahentium inceſtas nuptias, quæ ſunt rega. & Bal. in l. raptores, C. de epiſco. & cler.*

Quid ergo ſi rapuit tantum, ſed non devirginavit, nec concubuit, an teneatur eadem pœna? per hanc conſtitutionem non eſt dubium: jure Romano videbatur excuſandus propter rationem, quæ redditur in tit. de raptu virginum, in prin. quod virginitas corrupta reſtitui non poteſt, & ſic loquitur quando devirginavit, & tunc in fi. l. dicit eſſe abolitas pœnas veteres. Sed a jure Romano ſic punitur, quia idem ſi attentavit rapere tantum, & non rapuit. C. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam rapere, & in d. l. 1. de raptu virginum, in prin. de raptoribus tantum loquitur, poſtea dixit, maxime ſi Deo, &c. ſic ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. qui cœtui, §. qui vacantem.

Additio. *Adde de iſta dictione maxime, per Bar. in extrava. ad repri. in ver. maxime. Raph. Cum. conſ. 87. incip. Franciſcus de la Compa. Phil. Corn. conſi. 69. incip. viſis, in 1. vol. Tu dic, quod quando iſta dictio maxime, conjungitur cum verbis importantibus cauſam finalem, tunc abundat, nec ſtat implicative, ut eſt tex. juncta gl. in ver. maxime, in c. ſi quis epiſco. 11. q. 3. & in c. cum olim. in ver. maxime ſenex. juncta glo. fi. de teſtib. & in c. cum contingat, juncta gl. 1. de fo. compe. per Joan. And. & Anto. de But. & Joan. de Imo. in cap. ad abolendam, de fil. presbyt. per Alexan. de Imo. conſi. 77. incip. viſis dubitationibus eleganter formatis in ult. colum. volum. 4.*

Tom. I.

Et pro ſolo raptu etiam ſi coitus non ſequitur, eſt hæc pœna. Nam & ſi mulier rapiat virum, eſt eadem pœna, quæ non coivit viro, eo nolente. Et tunc quando committit violentiam in rapiendo, vel in domum ubi cognovit eam, intrando, vel ſolicitando, ſi præceſſiſſet mulieris voluntas in permittendo ſe cognoſci, non excuſatur a pœna capitis. Secus ſi per voluntatem ſine vi rapiendo, vel domum ingrediendo, aut ſolicitando devirginaſſet. Inſti. de publ. jud. §. ſi eadem de quo diximus in tit. quæ ſunt regalia. Item ubi ſine vi & raptu coit cum virgine, & vidua, ſi proteſtatur quod velit eam in concubinam habere, pœnam evitat. Idem ſi erat obſcuro loco natu, ff. de concubinis, l. 1. in gl. & in l. 3. & d. §. ſi eadem, loquitur in honeſtæ vitæ virgine, & vidua ſtuprata: & non præcedente teſtatione concubinatus, qui jure civili permittitur: nam ex lege nomen aſſumpſit, d. l. 3. in fi. Ideo pœnam juris civilis evitat, licet jure Canonico interdicatur, de quo omnis concubitus præter matrimonialem, eſt prohibitus, jus illud prohibuit propter peccatum.

Additio. *Adde c. nemo, & c. meretrices, 32. q. 4. Dec. in l. lator. qui fil. ſint legit. Jo. And. in reg. ſine culpa. de reg. ju. lib. 6. in mercu. Alex. de Imo. conſ. 128. incip. conſideratis verbis inſtrumenti, in 1. vol.*

Jus hoc excuſat a pœna, nam & raptam non licet ducere, & nihilominus pœna capitis erit, ſi ducet eam in uxorem, licet de jure Canonico poſſit raptori nubere quantum ad hoc, quod ſit matrimonium legitimum, ut infra l. pœnam, in glo. & ideo videtur quod jure illo dotabit pater, arg. extra de adult. c. 1. & 2. Jure civili non eſſet, nec eſſe poſſet matrimonium. C. de raptu virginum, l. 1. §. nec ſit facultas, non ergo poteſt dos eſſe, ubi matrimonium non eſt, ff. de jure dotium, l. 3.

Additio. *Adde Saly. in l. 1. in prin. C. de uſucap. pro dote, idem Saly. in l. fi. C. de donat. ante nup. Pau.*

de

Digitized by Google

De violentia meretricibus illata. Rex Guil.

TITULUS XXI.

Pœna ultimi ſupplicii imponitur illis, qui vim faciunt meretricibus contra earum voluntates cauſa libidinis: dummodo ſint convicti & confeſſi, & meretrices intra octo dies clamorem emiſerint de ipſa violentia eis illata: niſi probetur quod

ut C. de raptu virgi. l. raptores. Si quis rapere, inf. eo. ti. l. 1. & de vio. & maleſ. ſuſp.

Auditio. *Adde tex. & ibi Doct. in c. ſi quis non dicam rapere, 36. q. 2. & in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler.*

De

ANDREAS DE ISERNIA.

de Caſt. in rub. ff. ſolu. matr. in prin. & an dos ſit de ſubſtantia matrimonii? vide in l. fin. C. de dot. promi. l. 3. C. de jure dot. l. 2. C. de nup. gl. in c. nullum, 30. q. 5.

Sed cum ſubſtantia matrimonii valeat de jure Canonico, quo matrimonia judicantur, de dote tanquam ſequela ſtetur juri eidem, cum idem juris ſit in acceſſoriis quod in principali, arg. ff. de pac. dota. l. inter, §. cum interdicatur, datur enim per mulierem, quæ non peccavit, & cujus proprium patrimonium eſt dos, ff. de minor. l. 3. §. ſcio. Sed de pœna corporali non intromittit ſe jus canonicum prohibendo ſæcularem judicem.

Auditio. *Adde gl. in c. prævaricatio, 2. q. 3. Inn. in c. cum oporteat, de accuſ. Inn. in c. crimina. de colluſ. detegenda. Maria. in repet. c. ſententiam ſanguinis, ne clerici, vel mona. Pau. de Caſt. conſi. 119. incip. notandum, quod adulterium, 2. col. & ubicunque de jure Canonico imponitur pœna mortis, debet exponi, per ſententiam excommunicationis, ut per Abb. in c. per venerabilem. qui filii ſint legit. verſi. no. ult. Abb. in c. 1. in ult. col. de homi. ad Abb. in c. 1. in ult. col. de ſut. Abb. in c. 2. ſuper glo. fi. de majo. & obe. Et dicit Sanctus Thom. 2. 2. q. 99. art. ult. ubi dicit, quod de jure Canonico non eſt mors, ſed loco ejus eſt excommunicatio.*

Sed eccleſia minorem pœnam imponit, attamen quando juri non derogatur, pœnæ juris civilis ſtatur. c. 2. extra de adult. Item ſi ſponſam per verba de futuro rapiat, idem erit, d. l. 1. §. quibus. Secus ſi erat per verba de præſenti, tunc erit uxor, quia conſenſus facit nuptias, ff. de regu. jur. l. nuptias, tunc non tenetur de raptu. 27. q. 2. ſi quis virginem. Item jure civili ſi vir cognoſcit virginem immaturam antequam habeat 12. annos, ſibi deſponſatam uxorem, tenetur ſtupri, quia non fuit matrimonium ante id tempus, Inſtit. de nup. in glo. in princ. Jure Canonico completur ex hoc matrimonium, malitia ſupplente ætatem, extra de deſpon. impub. c. de his. In Deo dedicata non excuſat matrimonium & voluntas ejus, d. q. 2. raptores. Hæc ergo conſtitutio poſita eſt breviter contra raptores, & de inventis in rapina & flagranti crimine. De conſciis & miniſtris non loquitur, quia ſatis erat proviſum per leges ſupradictas, C. de rapt. virg. l. raptores, de epiſc. & cler. l. raptores, inf. conſti. 3. Item hi raptores ſi fugiunt & comprehendantur, non appellant, convicti tamen vel confeſſi. Quid ergo ſi non fugit, ſed cum rapta ſtetit per multos dies, deinde convincitur? De pœna capitis non dubitatur, ſed de appellatione, & de bonis raptoris fuit dubitatum, an hæ pœnæ cumulentur ad pœnam capitis, quando fugit juxta ordinationem, l. 1. de raptu virg. & quia fuga fecit eum ſuſpectum † & quaſi convictum, ff. de bo. lib. l. ſi libertum, & in Auth. de exhi. reis, §. ſi vero.

† Auditio. *Fuga facit quem ſuſpectum, vide ſupra in conſti. intentionis noſtræ, ult. col.* De Bottis.

Item bannum propter fugam & contumaciam ſemper durat, niſi purgetur, ff. de uſur. cum pater, de leg. 2. Titia, §. uſuras, ad quod eſt, ff. ad Syllan. l. lex Cornelia. Hoc autem dicere eſt inconveniens, nam prin. illius l. generaliter loquitur ſive deprehendatur, ſive non, ſic inf. eo. l. pœnam. Poſtea dicit, deprehenſis, quaſi, quæ notabiliter fiunt, videantur neglecta, niſi notabiliter repetantur, ff. de injur. l. item apud, §. hoc edicto, quod ergo dicitur per totam legem, referri debet ad omnia, quæ in princ. dicuntur, cum initium ſit generale, ff. de jur. & fac. igno. l. 1. §. pen. & ad primordium, &c. C. lib. 10. de impo. lucra. deſ. l. 1. in fi. & C. ad l. Jul. de vi publ. l. ſi confidis. Dicit ſponſam filii raptam, non dicit, deprehenſam, & tamen habet locum pœna de raptu virginum, ut dicit ibi gl. Item ſimpliciter dicit Azo in ſum. quorum appel. non reci. quod in crimine raptus fœminarum non appellatur: † ſecus ſi in complicibus, quos dicit appellare poſſe. Item debet convinci per legitimas & juri congruas probationes, ut ibi dicitur.

† Auditio. *Raptor non appellat, ſecus in complicibus, vide quæ poſui in conſt. capitalem.* Fabius Jordanus.

Unde ſi facta ſit confeſſio per tormenta non præcedentibus indiciis, ſecus erit, quia condemnatio ex tali confeſſione invalida non valet, ff. de re judi. l. 4. §. condemnatum, tunc non negari debet appellatio, donec videatur an ſit convictus, vel confeſſus legitime, ut non cauſa deferendæ pœnæ hoc proponeretur. C. de fal. l. 1. ſatis differtur pœnæ executio, ff. de app. recі. l. ſciendum, nam & ab injurioſa, ſeu immoderata executione appellatur, quando non ſit remedium, ſicut in homine mortuo ex pœna. C. de appell. ſi quis provocaverit, ubi majus periculum eſt, ibi major eſt adhibenda cautela, & hoc videbitis, ad quem appellatur, † non qui damnavit: nam is præſumitur jam ſuus odioſus: de eo enim conqueritur, ideo non diſcreprabit de hoc ipſe, qui functus eſt officio ſuo, ff. de re jud. l. judex.

Judex ad quem debet cognoſcere, ſi appellans eſt convictus & confeſſus.

† Auditio. *Judex aliquid injuſte faciens, poteſt allegari ſuſpectus, ſi aliquis non præcedentibus indiciis & ſic injuſte confitetur in tormentis, non debet puniri, de quo per Alex. in conſi. 5. vol. 1. & poteſt appellare, ut hoc.* De Bottis.

Item quod dicit lex illa, quod virginitas corrupta non reſtituitur, loquitur de rapta, quæ ſi opprimatur, ſeu corrumpatur a raptore, non debet dici corrupta, ex quo mens non fuit corrupta, niſi quantum ad aureolam. Dicit Jo. hoc non probatur aliqua litera, quantum ad hoc, ut non connumeretur inter virgines, hoc ultimum probatur, 37. q. 3. alius, 32. q. illa. Ibi eſt gl. & in c. revera, quod c. eſt potius contra. Dixit Hugo, in c. illo, quod aureola eſt quidam flos, qui datur virginibus carnem & mentem habentibus integram, non habentibus integram carnem, licet mentem ſic, non datur, quaſi fulgor ille detur propter ſignaculum integrum non fractum, arg. 26. diſt. acutius, ſicut & ille, cui invito eruitur oculus, 55. diſt. ſicut & evangelica.

Auditio. *Adde Joan. And. & Abb. in c. cum. cauſam de proba. & quibus perſonis datur: vide per Arch. in cap. & ſi ad tempus, 11. q. 3. Card. Zab. in c. conteſtabatur, in fi. 5. q. de deſpon. impu. & de iſta aureola vide per S. Thom. in 4. ſent. diſt. 8. q. 1. art. 2. idem Thom. in 4. ſent. diſtin. 48. q. 5. ar. 1. 2. 3. 4. & 5. & per Aſteſanum in ſua ſum. lib. 2. titu. 45. ar. 3. & an virgines quæ fuerunt viriliter corruptæ a barbaris perdiderint aureolam? vide gul. ſummæ. 32. q. 5. & per Augu. de Anch. in tract. de poteſtate Papæ. q. 96. art. 4.*

Juſti omnes fulgebunt ſicut ſol, Matthæ. 13. & Sap. 3. Virginibus ab aliis juſtis in recognitionem & majus præmium propter majorem laborem: quia in carne præter carnem vivere angelicum potius eſt, quam humanum, ſecundum Hier. de aſſumptione matris Dei, datur ſpecialis fulgor. Ad hoc dicunt Canoniſtæ aureolam deberi incontaminatis corpore ſine membro virili: nam ſi palo, vel ferro, vel medicamento aliquo corrupta fuerit, dicunt dari aureolam, ut dicit Hoſt. in c. ille, & c. finge. 32. q. & facit quod dixi. 16. q. 1. ſi quis non iratus. Frater Tho. de Aquino videtur

alio

Digitized by Google

quod intra illos octo dies invita fuit detenta. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

OMnes noſtri regiminis ſceptro ſubjectos * decet majeſtatis noſtræ gloria gubernari: Et alterum ab altero, tam mares, quam fœminas, nec a majoribus, vel æqualibus vel minimis defendendo pacis gloriam confovere: nec pati (*a*) aliquo modo vim inferri.

Miſerabiles itaque mulieres, quæ turpi quæſtu proſtitutæ cernuntur, noſtro (*b*) gaudeant beneficio: Gratulantes, ut nullus eas compellat invitas ſuæ ſatisfacere voluntati: Contra hoc generale edictum ſatagentibus, (*c*) confeſſis atque convictis, ultimo ſupplicio inferendis.

Ha-

De violentiis meretricibus illatis. Rubrica.

O*Mnes noſtri regiminis*. Licet de jure communi violentia illata meretricibus ſit impunita, ut ff. de fur. l. verum, in fi. & arg. ff. de injur. l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, & eſt ratio. C. de adult. qui adulterium, in fi. præſens tamen conſtitutio punit ultimo ſupplicio inferentes eis violentiam. Debent tamen per clamorem teſtari dictam violentiam, ut hic: & ſecundo dicto: ad quod facit ff. ad Syllan. l. 1. §. pen. & ad leg. Aquil. itaque, §. 1. Et niſi infra octo dies poſt illatam violentiam, conqueratur: ulterius non auditur, ut in fi. hujus conſtitutionis, ad quod eſt argumentum, ff. de pœn. ſi quis forte, §. 1. in fi. ibi, neque enim debuit tam arduam rem diu retinere. Omnes noſtri regiminis, infra de hom. & dam. clandeſtinis, l. ſuper.

* Additio. *Vide Barbat. in cap. 1. in fi. de empt. & vendit. & Hippol. ſing. 102. ubi quid de jure communi. Covar. in 3. lib. variar. reſolut. cap. 14. num. 2.* De Bottis.

(a) *Aliquo modo*. Alias a modo.

Additio. *Mulieres, quæ turpi quæſtu. Adde an tales mulieres poſſint facere eleemoſynam de male acquiſitis? vide in capit. non eſt putanda, 1. quæſt. 1. cap. ſi non ſunt, 32. quæſt. 4. inelitas, cap. nolite, & in c. eleemoſyna 14. q. 5. & gl. magiſtra, & ordinaria, in iſta materia, in cap. ex tranſmiſſa, de deci. S. Tho. 2. 2. quæſt. 32. Et an tales mulieres teneantur ad reſtitutionem in ſuo conſcientiæ, vide per Innocen. & Abb. in cap. quia plerique, de immu. eccleſ.* Superant.

(b) *Gaudeant*. Corrigitur, ff. de fur. l. verum.

(c) *Confeſſis atque convictis*. Quibus appellare non licet: ut ff. & C. qui appel. non licet l. 2.

Additio. *Confeſſis atque convictis. Adde an iſta differant inter ſe, vide in l. fin. C. de executio. rei judic. l. 2. quor. appellatio. non recip. Cardin. Zabarel. in cap. per inquiſitionem, in ſexta oppoſi. de electio. Idem Cardina. in cap. at ſi clerici, prima colum. de judi.* Superant.

ANDREAS DE ISERNIA.

alio modo accipere aureolam, & dicit quod corona aurea coronatur, quia fruitur Deo videndo eum hoc præmium, & beatitudo dicitur corona aurea & aureola. Addit aliud plus: quia dicit eſſe quoddam gaudium de operibus a ſe factis, quod habet rationem victoriæ excellentis: & dicit eſſe aliud gaudium ab eo, quo gaudent de conjunctione ad Deum, videndo, & fruendo; & ſic dicit gaudium hoc eſt aureola, in 4. ſen. di. 49. q. 2. in reſp. ad 4. ar. & 30. di. q. ult. ibi, an virginitas ſit in carne corruptibili, in fi. & dicit, quod ſi mens ſit incorrupta, licet caro opprimatur ab homine, vel a dæmone in occulto, non perdit meritum virginitatis. Gaudebit vi oppreſſa, quia non conſenſit, etiamſi prægnans facta fuerit in illa violenti oppreſſione: & hoc habet ratione victoriæ, nun mente, non corde inquinato vi corporali illata ab oppreſſore, juxta dictum beatæ Luciæ, Si me invitam violare feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam: nam ſi pro fide hac paſſa ſit, caſtitas duplicabitur ad coronam, non quod habeat duas aureolas virginitatis, ſed duplex præmium: unum pro virginitate ſervata in mente: aliud propter injuriam, quam paſſa eſt propter fidem. Dicit etiam, quod vi oppreſſa, non corrupta mente, non perdit per hoc virginitatem: etiamſi caro experiatur mente pudica: ſicut nec perditur, ſi pes, vel aliud membrum, quod ſignaculum truncaretur: nam hæc verba magiſtralia ſunt: nam quod aureola detur ſignaculo non fracto, non legitur alicubi, ſicut conſecratio, ut in c. illo, de ſacramentu agitur tunc, ut in c. acutius. Aureola non eſt ſacramentum quod datur poſt mortem in æterna vita, & quod dicitur in c. ſi Paulus, quod Deus non valet coronare corruptam, intelligendum eſt, ſcilicet mente, non loquitur c. illud de corrupta per vim oppreſſa. Dicit enim, cave quæſo, ne quando, &c. ſcilicet, ne conſentiat, poteſt cavere: Sed ne patiatur vim, non poteſt cavere. Cuſtodia adverſus vim parum proficit, ff. de act. emp. l. ſi ea res, com. l. ad eos, quando ergo conſenſit, non conveniret Dei juſtitiæ coronare, ſicut integram, ut gloſſa exponit ibi. Sed quod aureolam perdat oppreſſa, quæ non conſenſit, litera non dicit, licet gloſſa dicat. Et nota, quod per hoc non debet audiri ſeu comparari incontaminatis, nam non poterit conſecrari, ut in c. illo, dicit, quod perdit aureolam, quæ in hac vita non datur, facit eo. c. & c. ſinge, & c. ad Deum. Oppreſſa habebit aliquid latentis infirmitatis, qua poterat in ſuperbiæ faſtum extolli, ſi oppreſſionem barbaricam evaſiſſet, ſicut plene tractat Aug. de civitate Dei, c. 28. & c. ſe. & hoc etiam Iſidorus de ſummo bono. Deus nonnunquam ejicit occultam mentis ſuperbiam per manifeſtam carnis ruinam, hoc ergo peccatum punitum fuit in oppreſſione, & fractione ſignaculi in hac vita, non punit Deus iterum poſt mortem privando aureola, ſufficit quod non conſenſit mente. Item in ſacramento conſecrationis eccleſia militans evitavit deformitatem conſecrati, vel ordinati, non eſt ſimile in eccleſia triomphante, ubi datur aureola, & ubi Deus tantum cor interrogat.

De violentiis meretricibus illatis. Rubrica.

O*Mnes noſtri regiminis*. Hæc conſtitutio ſatis bene gloſſata eſt, & corrigit digne jus Romanum. Quod ſi violenter meretrix cognoſcatur, etiam ſupponendo quod cauſa libidinis ſit: nec furti tenetur quando erat ancilla meretrix: nec de vi, quando libera, utrunque enim ponit, l. verum, ff. de fur. licet aliqui dubitent de violentia meretrici illata, ubi lex alterat, quia pretium non erat ei datum: nam non erat deterior facta ex coitu, quia ſic erat ante, nec poteſt dici infamis ex hoc, quia ante talis erat. Unde infamia non eſt damnum infami. C. ut intra certum tempus. l. 2.

Additio. *Adde glo. in l. aut damnum, in §. ſervos, ff. de pœn. Bal. in c. capellanus, extra de feriis.*

Meretrix publice & palam proſtituitur, ff. de ritu nup. l. palam, & ideo dicit quod infamia eſt viro ſic coeunti meretrici, & infamia compenſatur cum damno pecuniario meretricis, ex cujus parte eſt damnum, quia non fuit ſibi ſolutum, nec poteſt petere etiam promiſſum, licet ſi ſit ſolutum non poſſet repetere, ff. de condi. ob turpem cauſam, l. 3. in gl. ex parte viri concumbentis eſt infamia, & hoc præponderat, ff. de reg. ju. l. ſi in duabus, & hoc eſt dicere, plus punitur in hoc vir quam meretrix. Sed quod per hoc ſit impunis violentia, in hoc multum defecerunt Juriſconſulti, ut per vim meretricem cognoſci ſine ſua voluntate liceat, ex quo non punierunt, & primo quantum ad ipſam meretricem venalem omnibus ſe proſtituen-

Habito tamen conſiderationis ordine, quod ſi vis in locis habitabilibus fuerit illata, clamor oppreſſæ truculenter † emiſſus, quam citius poterit, eluceſcat. Alioquin non videbitur vis illata, ſi mora fuerit (a) octo dierum ſpatio ſubſecuta. Niſi forſitan his diebus invita probabitur fuiſſe detenta.

† *Alias, violentæ.*

De

(a) *Octo dierum*. Dies enim inducit præſumptionem contra mulierem, ut non videatur vis illata, ſicut hic dicit: a qua præſumptione cum non ſit juris, & de jure, recedi debet per contrariam probationem certam ſcilicet teſtium, vel confeſſionem partis, ut ff. quod met. cau. l. non eſt veriſimile, 1. reſpon. Certam ideo dixi: quia pugnæ probatio, quæ eſt incerta, ut in Lombardia, de ho. li. ho. recolimus. Etiam ſecundum veteres leges non habebat locum, niſi facta proclamatione infra octo dies, ut inf. eo. l. in quæſtionibus. Et poteſt de hoc ratio aſſignari: quia cum pugna non habeat locum niſi indiciis præcedentibus, ut infra de prob. monomachiam, ceſſante proclamatione, quæ loco indicii haberi poterat, ceſſabit & pugna. Videtur tamen, quod hodie non ſit neceſſaria proclamatio: tam quia pugna, quæ olim habebat locum ſub diſtinctione proclamationis & temporis, eſt ſublata: tum quia & ſine vociferatione, & clamore mulieris, aliis ſimilibus probationibus poteſt cauſa inſtrui, ad hoc ut Principi referetur, ut infra eo. in quæſtionibus in prin. in med. & in fi.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

tuentem, quaſi omnibus coit, & non tibi: licet ei hoc, quia perſonam poteſt denegare cui, & quando, & quoties vult. Idem enim eſt in re: ergo erit multo fortius in perſona, ff. de uſur. l. in pecudum, ff. de ædil. edic. l. juſtiſſime, in prin. Quod in re poſſit, patet. ff. de inſti. l. ſed & ſi denunciaverit, & l. ſi quis mancipium, §. Proculus, de contrah. emp. l. ſi ſterilis, §. ſed & ita, & de ver. obl. l. ſi quis ita promiſerit, §. ea lege. C. de jure emph. l. fi. §. 1. ver. his quoque perſonis, poteſt etiam ſtare in re ſua, ff. de legi. l. uxorem, §. agri plagam. Quantum ad virum concumbentem forte Gentiles non putaverunt eſſe peccatum fornicationem; quia Abraham acceſſit ad Agar ancillam, Gen. 16. Et Jacob etiam Gen. 37. Hodie autem ſimpliciter eſt peccatum cum quacunque, excepta uxore. Dic ſecundum S. Tho. 2. 2. q. 154. de partibus luxuriæ, q. 2. Sed non propterea debuerunt violentiam non punire, quam in rebus punierunt, etiam ſi jus habet, non per judicem debetur ſibi jus: non enim vis eſt ſolum, quando homines vulnerantur, ff. quod me. cau. l. extat.

Nullus eas compellat &c. Nota arg. contra illos modernos, qui dicunt, quod ſi lanio, vel alius tenens carnes, vel merces venales, omnibus vendit: ſi mihi non vendat requiſitus, quod tenetur injuriarum, vel cogitur, ex quo omnibus vendit. Nam poteſt vendere cui vult, & cui non vult, ut dictis legibus. Nullus cogitur, etiam juſto pretio, ſua vendere, quia unicuique committuntur res ſuæ gerendæ, prout vult C. de jud. l. nemo. Rei ſuæ quilibet dicit legem, quam vult. C. de noxa. l. 2. Illi etiam, qui publice negotiantur, ut ſtabularii habent poteſtatem ne quem recipiant ff. nau. caupo. ſtab. l. 2. Et quod dicitur, furti adverſus nau. caupo. ſtab. l. 1. in fi. quod ſtabularius non poteſt repellere iter agentes, dicit glo. 1. debent, nam ſi vult, poteſt, pro quo eſt d. §. ſed & ſi denunciaverit, cum prædictis concordantiis. Non ergo tenetur vendere rem, ſicut nec uſum meretricis ſeu meretricantis, ut hac conſtitutione quæ digniſſime corrigit defectum juris Romani. Verum ſi eſſet deputatus a publico & communi ut faceret carnes, compelleretur tunc vendere, & ſuum officium ſeu miniſterium ſibi commiſſum, & receptum, per eum implere, & facere, ff. de mu. & hon. l. ſi quis magiſtratus, ſed rem ſuam non cogeretur vendere cui non vult. C. de ju. deli. l. nec emere. Porro ſi promiſiſſet lanio † a publico deputatus omnibus vendere carnes, quas macellabit, non videtur aſtringi ex hoc ad eos, qui ſunt ſibi odioſi, & quibus de jure non poteſt, non debet cogi vendere, arg. ff. ad muni. l. Lucius, §. 1. & l. 2.

† Additio. *Adde Bart. quem vide in l. 1. §. 2. ff. de offi. præfe. urb. Bal. in c. 1. de emp. & vend.* De Bottis.

In generali promiſſione † non continentur ea, quæ ſpecialiter non eſſet promiſſurus, ff. de pecu. l. qui peculium, & de pign. l. obligatione, ſed teneretur ad intereſſe.

† Additio, *Nota quod in generali promiſſione non venit is, qui odio proſecutus fuit, ut in l. Lucius, de leg. 2. per quem tex. ita conſuluit Alex. conſi. 138. ult. dub. 2. vol.* De Bottis.

Vel reſtringeretur ad pœnam conventam, non ad rem. ff. de ver. obl. l. qui Romæ, §. coheredes, & quod ibi dicitur in gloſſa niſi eſſent carnes civitatis, & communitatis, aut emptæ de communi pecunia, tunc cogeretur; quia non ſunt carnes macellatoris hæ, ſcilicet, carnes emptæ de publico ſunt communitatis tantum. In his quæ ſunt communitatis tantum habet quilibet de populo ad obtinendum, quantum quilibet ad prohibendum, ff. ne quid in loco pub. l. 2. in prin. Excipiuntur a præmiſſis quando ſuper victualibus fit aſſiſia per officialem, de quo dictum eſt de pa. ten. & ejus vio. c. poſt natal. ut ſupra in prin. hujus opuſculi. §. an univerſitates poſſint facere ſtateta. Alii circa hoc minus probe dixerunt, quod lanio prædictis teneatur injuriarum, vendens aliis & non mihi, nam ex affectu debet aſtimari injuria, ff. de inju. l. illud, ſi fecit animo injuriandi mihi, quod præſumitur, ut dicitur C. de injur. l. ſi non convicii. Hoc eſt durum dicere, dato quod conſtet ob injuriam meam nolle mihi vendere rem ſuam, ut teneatur mihi injuriarum; qui convicium verbo non dixit, nec in corpus aliquid intulit pulſando, verberando, abducendo comitem, vel attentando pudicitiam, his modis fit injuria, ff. de inju. l. 1. §. 1. Aliud eſt contumeliam facere, aliud non pati, ut quis honorem habeat, eo. tit. l. injuriarum, §. ſi quis de honoribus, alioquin quicunque non facit quod facere debet, teneretur injuriarum, quod eſſet abſurdum, & ſic ſufficit dare inſtantiam, 1. q. 1. ſicut urgeri. Unde ſi non reddo debitum, non teneor injuriarum, quia non facio injuriam re, aut verbo. Sed ſi non permitto te uti re tua, infero moleſtiam, & facio per quod non potes uti. C. de inju. l. ſi quis injuriarum, §. ſi quis prohibet, licet non facere, facere fit: Inſti. de nup. §. ſi adverſus, longe minus eſt omittere, quam committere, ff. ad Sylla. l. 2. in gl. Alioquin non videbitur, id eſt, non præſumentur quantumcunque indicia probentur clamoris: dummodo afferantur probationes veræ, ut in gl. clamor faciebat indicium pro pugna, quæ offerebatur. Hodie non habet locum pugna. Et ſic clamor ſolus non facit indicium, ſcilicet, pro pugna. Alia dic, ut infra, in conſt. 2. quæ incipit, in quæſtionibus, §. fi.

Omnes noſtri regiminis. In tex. feriendis. Sed an patiatur raptor pœnam amiſſionis bonorum, ſicut erat olim de jure communi, an vero ſit correctum de pœna bonorum per hanc conſtitutionem, quæ non facit de eo mentionem? Potes dicere breviter, quod non ſit correctum in eo caſu, ea ratione. Nam quoties lex nova ſtatuit certam pœnam, nec expreſſe corrigit legem antiquam imponentem aliam pœnam, pœna legis antiquæ remanet firma, ut ff. de act. & obl. l. quoties, & no. ſup. in conſti. Regni, aſperitatem, maxime quod pœna ſtatuta per conſtitutionem iſtam, etiam per legem veterem imponebatur, & ſic potius videtur conformare, ut in l. prox. Marinus.

De

† *Alias, &c.* *De raptoribus Virginum, vel † viduarum.*

TITULUS XXII.

Servandæ ſunt in regnis utriuſque Siciliæ leges Romanorum Imperatorum loquentium de raptu virginum, vel viduarum ſponſarum, vel innuptarum, quæ imponunt raptoribus capitalem pœnam: ſublata conſuetudine, quod raptor evitabat pœnam capitalem, ſi poſtea contrahebat matrimonium cum rapta, vel ipſam alteri nuptui tradebat: ſubaudi etiam cum dote conventa. hoc dicit. Matthæus.

IMP. FREDERICUS.

CApitalem (*a*) pœnam, quam contra raptores virginum, vel viduarum, ſponſarum, vel etiam jam nuptarum: & eorum complices, vel fautores, Divorum Auguſtorum ſtatuta ſanxerunt, inviolabiliter præcipimus obſervari.

Illis conſuetudinibus, quæ in aliquibus partibus Regni noſtri Siciliæ hactenus obtinebant, per quas raptores (*b*) raptam ſibi in matrimonio collocando, vel alii eam tradendo nuptui, ſe capitali ſententia eximebant (*c*) omnino ſublatis.

De eodem.

Quia lex parilis eſt ſublata, niſi in duobus caſibus hic deſcriptis: ideo de crimine violentiæ in perſonam mulieris debet conſtare, aut per confeſſionem inculpati, aut debet eſſe teſtibus convictus, & tunc inconſulto Rege procedatur ad condemnationem pœnæ capitis: & ſi dictis modis de crimine non conſtet; ſed ſunt indicia hic deſcripta, vel alia, tunc conſultetur Rex: & interim inculpatus ſit ſub fida cuſtodia in carcere, vel ſub fidejuſſoribus. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

IN (*d*) quæſtionibus violentiarum, quæ quibuslibet mulieribus inferuntur, prædeceſſorum

---

De raptoribus virginum, vel viduarum. Rubrica.

(a) CApitalem. Hæc conſtitutio confirmat illam. C. de rap. vir. l. 1. & tollit quandam conſuetudinem, qua liberatur raptor ducendo raptam in uxorem, & in hoc concordat d. l. 1. §. nec ſi facultas. Sed de jure canonico ſecus eſt, quia poteſt contrahere rapta cum raptore, ſi prior diſſenſus tranſeat in conſenſum, ut ext. de rap. c. accedens, cum ſuis ſim.

Additio. *Adde c. tria, & in §. hac auctoritate, & c. ult. 36. q. 2.* Superant.

(b) *Raptam*. Quod dic ut in ſum. C. de nupt. §. item ſi probetur per conſtitutiones. C. ad l. Jul. de adul. commiſſum, ſecundum Azo.

(c) *Omnino ſublatis*. Nota, quod raptor non poteſt nubere virgini, ut hic. Sic etiam jure Romano, ut C. e. l. ſed & ſi non nuptæ, in prin. §. 1. & C. de epiſco. & cle. l. raptores, idem contra, quod nec rapta ſuo raptori nubere poteſt, ut præalle. l. & ſi faciat, bona raptoris, & complicum, & fautorum ſuorum, quæ ſibi per prædictas leges acquiruntur, perdit: & fiſci juribus applicantur, ut in Auth. de rap. mu. per totum, coll. 9. in fi. Sed ſecus de jure Canonico quia poteſt, ſi mulier vult, extra de adul. c. 1. & 26. q. 1. c. 2. & q. 2. c. ſi quis virginem & 27. q. 2. c. raptus, & cap. placuit, quæ ſunt contra. Et facit ad hoc extra, de rap. incen. & vio. ecc. & pœn. ipſorum, c. accedens. Sed nunquid ex hoc incurrit pœnam legalem, ſcilicet, ut perdat dominium rerum auctoris ipſius, & complicum, & fautorum, ut dicit præalleg. authent.? Puto quod non: nam legem iſtam abrogatam eſſe dico: & quoad pœnam interdictionis matrimonii, & quoad pœnam contracti, ut extra de ſecun. nup. c. dominus, & no. in ſum. do. G. in præalleg. c. de rap. in cen. §. raptorum.

De eodem.

(d) IN *quæſtionibus*. In iſta conſtitutione tractatur qualiter probatur violentia mulieribus illata, & quidam Reges admiſerunt ad pugnæ probationem, quod hic remo-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

De violentia mulieribus illata, alias de raptoribus virginum vel viduarum. Rubrica.

CApitalem pœnam. Confirmat lex prima de raptu virginum. C. quantum ad illa, quæ non expreſſit lex ſupra, ſi quis non dicam rapere, plus tamen punitur aſſocians, quam alii conſcii & miniſtri, d. l. 1. §. pœnas. Sed an appellabit aſſocians? Nam Azo in ſum. quorum appellat. dicit quod poteſt intelligi de raptoribus, † quod non appellent, non de adjutoribus.

† Additio. *Plura de raptoribus Iſer. in titu. quæ ſunt reg. in ver. contrahentium inceſtas nuptias, præſertim, num. 6. & quod licet raptor non appellet, tamen auxilium præſtans appellabit, idem ibid. in ver. Et bona, num. 11. ver. jura denegant. Et Carrer. in ſua pract. crim. in §. homicidium, nu. 95. qui multos Doct. allegat.* Fabius Jordanus.

Dicatur quod verum ſit dictum Azo. quia miniſtri & conſcii minus puniuntur: Sed aſſocians punitur eadem pœna tam in perſona, quam in bonis, ideo in eo par pœna includitur, quod non appellet. Ubi vero plus exceditur, ſeverius judicatur de exceſſibus prælatorum, ſicut manifeſtum eſt. Et plus delinquit aſſocians, quam ille qui tantum ſcivit, vel alias miniſter fuit. Scio quæſitum, an in eodem libello poterunt accuſari raptor, & conſcius? Et fuit reſponſum, quod non: quia erat diverſa pœna in uno, quam in alio, ſicut eſt diverſa. C. de Nili agger. non rumpen. l. 1. ſecus dicebatur, ubi eſſet eadem, ſicut in raptore & aſſociante. Melius dicitur, ut indiſtincte poſſit: quia cum eodem crimine, & eodem facto teneatur uterque: ſi plures eſſent, ſimul accuſabuntur C. ſi reus vel accuſ. mortuus fuerit l. 1. & in communi diſtinctione. C. de accuſa. l. qui de crimine, poterunt enim damnari unus ad caput & ad bona, alius ad caput tantum. Vel unus ad caput, alius ad deportationem, ut in l. 1. de Nili agger. Nam & injurias diverſas, ex quibus diverſæ pœnæ ſunt, ſimul factas, ſimul decet ponere in eodem libello, ff. de injur. l. prætor. §. ſi plures. Poteſt etiam quis condemnari ex pluribus facinoribus diverſas pœnas imponentibus, ſeu inferentibus, ff. nil novari appellatione pend. l. 1. §. 1. & diverſæ condemnationes dantur ſuper diverſis articulis: & appellatur ab aliquibus, & ab aliquibus non. C. quo, appel. non rec. ab executione, §. fina. Idem eadem ratione, quando diverſæ perſonæ ex eodem facto, unde diverſæ pœnæ vel accuſationes oriuntur, videtur dicendum, cum ratio diverſitatis non poſſit reddi. ff. de verbo. obligat. Titio. immo videtur eadem ratio, ſcilicet, cauſa minuendarum litium, ut diximus in ſimili, ſupra l. ſi quis in poſterum, ſuper verbo, novatas, ergo idem jus erit. ff. de fonte, l. 1.

His conſuetudinibus. Dic ut in gloſſa & quod dictum eſt ſup. tit. 2. ſi quis non dicam rapere.

De eodem.

IN *quæſtionibus*. Si probetur violentia, vel aliud crimen, debet ſtatim inferri pœna debita: ſed ſi non con-

rum noſtrorum Regni Siciliæ ſanctiones ſub diſtinctione quadam, videlicet, ſi infra tempora eiſdem conſtitutionibus prætaxata ipſarum (*a*) promulgatio probaretur, pugnæ judicium admittebant. Cum tam in caſu præſenti, quam in omnibus aliis criminibus, tantum crimine læſæ majeſtatis excepto: & mortis abſconſæ: Pugnæ non tam judicium quam diſpendium, proviſione ſancta, ſancimus amoveri.

Nam non leve periculum accuſantibus imminet, qui communibus probationibus, vix, aut nunquam probare poterunt intentata: Cum hujuſmodi ſcelera (*b*) a conſpectibus hominum, qui veritatis ipſius poſſint perhibere teſtimonium, abſcondantur, & ſic ordinariis probationibus ceſſantibus de facto, & extraordinariis, pugnæ ſcilicet, & legibus parilibus de jure noſtro ſublatis, cauſæ hujuſmodi ſine remedio remanebant. Nolentes igitur tam grande ſcelus dimittere ob defectum probationis inultum: Decernimus, Si quando aliqui de hujuſmodi violentiis accuſati confeſſionibus ſuis, quas in publicum conſcientia læſa producit, aut teſtibus, qui in ipſis venereis actibus invenerint accuſatos (quod tamen perraro poſſet contingere) fuerint forte (*c*) convicti; nobis etiam inconſultis, capitali pœnæ ſubjaceant, priſcis, & noſtris etiam conſtitutionibus præſtitutæ. Quod ſi non ipſa rei veritas probari valeat, ſed hoc ſolum quod per mulierem, aut pro parte ſua per aliquos, (*d*) nunciatum ter fuerit alicui, qui ſignis aut (*e*) modis aliquibus pudicitiam mulieris attentet, quod a reiteratione hujuſmodi illicitæ præſumptionis abſtineat. Et poſtea cum muliere clamante, & aliorum auxilium cum vociferationibus invocante: tamen in colluctatione, vel fuga etiam in domo, (*f*) vel prope domum mulieris ejuſdem inventus fuerit. Aut ſi denunciatione * prædicta minime præcedente, mulierem clamantem ſub ſe teneat violenter, virginitatis ſuæ ſeram ſatagens aperire, & ipſam corrumpere: aut jam corruptæ violentiam inferre: cauſam eandem plene diſcuſſam, & probationibus prædictis, (*g*) aut ſimilibus forſan inſtructam, ad conſcientiam noſtram remitti cenſemus: ut ex ſententia motus noſtri, quam de manu cæleſti ſumpſerimus, cauſa terminum debitum conſequatur: Accuſato tamen interim fidæ cuſtodiæ fidejuſſorum, vel carceris deputatn.

Si

removet, ſicut in ceteris criminibus, præterquam in crimine læſæ majeſtatis, & mortis abſconſæ. Sed qualiter ſiet? & dicit Imperator, aut poteſt probari per confeſſionem violenti, vel teſtes: & incontinenti capitaliter punitur, ut C. de raptu virg. l.1. Aut non patet ita aperte, & tunc ſi poſt trinam denunciationem, vel ſine denunciatione inventus eſt quis mulierem clamantem attentare, non punitur ſtatim, ſed remittitur ad principem puniendus. Corrigitur auth. ſi quis ei. quæ eſt C. de adult. ubi poſt trinam denunciationem traditur judici puniendus. Item in eo, quod removet probationem pugnæ, concord. C. de act. & obl. negantes. Vel in eo, quod admittit in prædictis duobus criminibus, contradicit eidem. Item notatur qualiter probatur adulterium ſecundum Canones, ut extra de teſtibus capite, præteren, quandoque probatur ipſo facto, & ex ſequentia ſequentis actus. C. eo. l. ſi quis, quandoque per trinam denunciationem, ut dixi.

Additio. *Adde Bart. in l. 2. in §. fin. ff. de adult. Bar. in l. quod ait. & in l. capite quinto, in §. 1. ff. eod. c. dixit dominus. & ibi Joan. de Fan. 32. q. 1. Doctores in c. literis. & in c. tertio loco, de præſumpt.* Superaoties.

(a) *Promulgatio*. Alias proclamatio.

Sed dum, Alias, cum igitur, alias, ſed dum.

(b) *A conſpectibus*. Et ideo dicitur alibi, quod veritas magis per oculos quam per aures animis hominum infigitur, ut Inſtitut. de gra. §. fin. & alibi, certior eſt oculus quam auris.

(c) *Convicti*. Alias convincti.

(d) *Nunciatum*. Videtur quod iſta denunciatio in ſcriptis fieri debet propter teſtium corruptionem, ut in Auth. de tempore non ſolutæ dotis §. conteſtationem, colla. 7. Et expreſſius in Auth. ut lice. mat. & aviæ. §. is quoque, collat. 8. quæ eſt ſimilis iſti conſtitutioni.

(e) *Modis*. Alias, monitis. Marinus.

(f) *Vel prope domum*. Nota, quod propter vicinitatem † loci præſumitur contra aliquem, ut notatur in l. proxima, & argumen. ad id, ſupra de hæret. l. 2. §. contra tales.

† Additio. *Vide cap. quoſdam, extra de præſumpt.* De Bottis.

* Additio. *Cuman. in conſil. 95.*

(g) *Aut ſimilibus*. Nota non præcedentibus vociferationibus, vel clamore mulieris, cauſa etes poteſt aliis probationibus inſtrui, ad hoc ut Principi referatur: & eſt hoc ad ea, quæ notantur ſupra eo. l. 2. Item colligo ex hac lege, quod cum res liquido probari non poteſt, argumentis cognoſcendum eſt, † ff. de re mili. non omnes, §. a barbaris.

† Additio. *Nota quod dicit Imperator judicem cognoſcere, non autem punire, nam ex præſumptionibus nemo eſt damnandus, l. abſentem, ff. de pæ. no. quod dicitur fidæ cuſtodia, quæ vallatur fidejuſſore vel carcere.*

Si

ANDREAS DE ISERNIA.

conſtat plene, ſed ſit præſumtio propter clamorem, vel alia indicia, removetur pugna, quæ olim per indicia probata locum habebat in omni crimine, de quo diximus plene, de pace tenen. l. 2. & l. ſi miles.

Quod ſi non ipſa rei veritas. Attende, quod ubi non probatur plene, ſed per indicia, ita quod judex non habet veritatem ex probatis, ut poſſit condemnare, vel aliter procedere: tunc referat principi. Si enim probarentur indicia, quæ dicit litera de trina denunciatione, & poſtquam cum muliere notificante ſeu vociferante & clamante colluctans inventus fuerit, aut in fuga prope domum ipſius mulieris, hæc indicia inducerent ad tormenta, maxime ſi concurrat fama publica. ff. de quæſtionibus, l. 1. & l. milites, ff. eodem titu. divus, §. in ea. plus enim movebit judicem ad tormenta ſola colluctatio cum muliere, quam trina denunciatio, clamor, & fuga prope domum, argu. ff. de teſtib. l. ob carmen, §. 6. ſicut multum valet dictum unius teſtis videntis ad quæſtiones habendas, ff. de quæſtionibus maritus, clamor, fuga, & denunciatio trina poteſt ſingi: ſed colluctatio non, ubi tangitur perſona: Ex iſtis perditur feudum, ut cum uxore domini & aliis perſonis prohibitis, ſit colluctatus, tangendo perſonam. Diximus plene in ti. quib. mo. feu. amit. §. 1.

At ſi denunciatione prædicta. Dicit, his deficientibus aliud indicium, quando ſub ſe eſſet inventa mulier clamans, & hoc indicium magnum erat ad quæſtionem habendam, per ea quæ dicuntur in communi diſtinctione criminum, & pœnarum, in d. l. ſi quis non dicam

Si quis mulieri violentiam patienti, & clamanti non ſuccurrerit.

TITULUS XXIII.

Qui audiverit mulierem vi oppreſſam clamantem, & non ſuccurrerit, pœnam quatuor auguſtalium incurrit per viam compoſitionis: nec excuſatur, ſi dicat ſe ejus voces non audiviſſe: quia præſumitur illas audiviſſe, ſi habitabat in eadem domo, vel erat vicinus, taliter quod ejus voces audire potuiſſet, niſi ſit ſurdus, claudus, vel debilis, vel eo tempore dormiebat. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

† IMPER. FREDERICUS.

QUicunque (*a*) * mulierem clamantem audierit, cui forte violentia ingeratur, ad currendum, & ſuccurrendum ei, volumus audientem eſſe velocem. Quod ſi non fecerit, quatuor Auguſtales in pœnam tam nocivæ deſidiæ Cameræ noſtræ componat. Nec ad evitandam pœnam aliquis ſimulare potuerit ob auditum, qui aut ſub eodem tecto, (*b*) aut loco fuerit, unde vocem audire potuerit, qui ſurdus, aut mutus, ſine dolo malo, claudus, (*c*) aut alias imbecillis, aut vociferationis tempore dormiens, non probetur.

De pœna mulierum injuſto conquerentium.

TITULUS XXIV.

Mulier convicta, quod falſo accuſavit virum de violentia ſibi per eum illata, debet ad mortem naturalem condemnari: & differtur executio ſententiæ per quadraginta dies poſt partum, ſi reperitur prægnans, & enixa partum, ſi non ſunt cognati, nec affines, educatur expenſis regii ſiſci

Si quis mulieri violentiam &c. Rubrica.

(a) QUicunque. Hæc conſtitutio punit omnes, qui potuerunt reſiſtere violentiæ mulieris: & non reſiſterunt, puta, quia erant ſub eodem tecto, ut hic dicitur, & argum. C. ad Syllanian. l. penulti. in fine. Excuſatur tamen juſto impedimentu detentus, ut ff. ad Syllan. l. 3. §. ſobvenitor. Et poteſt dici, quod hæc conſtitutio continet jus novum. Nam tantum de jure civili hoc jus eſt conſtitutum domino, & patrono, ut puniantur ſervi, & liberti, ſi non occurrant, cum patiuntur aggreſſuram, ut in præallega. l. ergo in contrarium obtinet jus commune, ut ff. ad municip. l. 1. in fine. Quicunque ſub eodem tecto, quod qualiter accipiatur, dic ut ff. ad Syllan. l. 1. §. hoc autem Senatuſcon. G.

* ADDITIO. *Hoc conſtitutio confirmat quod voluit Barto. in l. prohibitum, C. de jure fiſci, lib.* 10. De Bottis.

(b) *Aut loco*. Utpote, proximo & vicino. Et ita propter vicinitatem loci præſumitur negligens in ſuccurrendo, ut argu. C. de ſal. mo. l. 1. §. domus, & ſupra l. proxi.

(c) *Aut alias imbecillis*. Nota quod audiens debet ſuccurrere ſine periculo corporis, ſi poteſt, vel ſaltem voce clamare. Succurrite, ut ſic audiant vicini, ut ff. ad Syllania. l. 1. §. potuiſſe. & §. ſeq. & §. non tantum.

ANDREAS DE ISERNIA.

eam capere. Si laborare exigitur ad maleficium perpetrandum ut puniatur, in tit. de capitan. qui cotiam vend. §. 1. hic laboravit, in tantum ut non reſtet fere aliud, ex quo mulierem ſub ſe tenebat: & ideo in omnibus iſtis judex procedere debet non ad condemnationem, ſed ad tormenta: & hoc eſt quod dicit.

Cauſam plene inſtructam. Ita quod ſi confiteatur ex tormentis legitime & juſte adbibitis condemnet: nec referat cauſam tunc niſi vindictam, argumento. C. de offic. prætor. l. 3. in fi. Sed ſi non adhibentur tormenta: quia perſonarum conditio, vel indicia levia non permittebant, vel tortus non fatebatur: ad conſcientiam celſitudinis noſtræ referre judex debet: Ut ex conſcientia motus noſtri Princeps tunc debeat dirigere ſe de conſilio peritorum, qui multi ſunt, & eſſe debent apud eum. C. de teſtam. l. omnium, ad aliquem alium proceſſum habendum, vel faciendum, prout viderit ex perſonarum meritis, ff. de actionib. & obligatio. l. fina. in fi. quod alii judici non licet, quam principi. Nam alius judex non debet judicare: niſi tantum ſecundum probata Principi. Licet Princeps ſecundum legem, & præter legem ſtatuere poteſt, cujus cor in manu Dei eſt, C. de ſum. Trinit. l. inter claras.

ADDITIO. *Adde glo. in verbo, canones, in c. 1. de offic. Arch. in ver. tenetur, in c. paſtoralis, de offic. deleg. glo. in cap. judices, 3. q. 7. glo. in verbo, judicio. Inſt. de act. Hoſt. in c. de conſtitutionib. Arch. in c. cum æterni. lib. 6. Bar. in l. illicitas, in §. veritas, ff. de offi. præſid. Sanctus Tho.* 2. 2. *q.* 77.

Differentia debet eſſe inter Principem & judicem judicum, & alios a ſe datos, id eſt, a Principe. hi dati per judicem & ſapientiam debent judicare ſecundum jura, ſicut Princeps, ff. de offi. præſe. præt. l. 1. in fi. Sed Princeps poteſt excedere modum ex cauſa, quod alius judex nequit, ff. de conſti. Prin. l. 1. in fi.

I*N quæſtionibus*. Nota quod habes tex. qui allegatur, quod ſi Rex mandat officiali, quod debeat aliquem tenere ſub fida cuſtodia, quod poteſt ipſum cum fidejuſſione remittere, & dicitur ſub fida cuſtodia detineri. Bartholomæus de Capua.

Nota, per iſtam conſtitutionem qualiter probetur violentia. Sed de jure canonico probatur adulterium, ut quia fuit inventus nudus cum nuda, vel ſolus cum ſola: & per alios modos, ut probatur in c. præterea, de teſtib. cum ſimilib. Marinus.

Si quis mulieri violentiam patienti, & clamanti, non ſuccurrerit. Rubrica.

Q*Uicunque mulierem clamantem*. Novum jus continet, ut dicit gloſſa, nam jure civili non teneor defendere alium, niſi mihi ſubiit ratione dominicæ, vel patriæ poteſtatis, ff. de regu. jur. l. culpa caret. in glo. In muliere propter ſexum ſtatuitur hic aliud, ut ſaltem ad clamorem occurratur: ſicut debet clamare quilibet contra proditorem: ut in conſtitutione primi incliti Caroli, quæ incipit: Ad vindictam malefactorum, &c. Et ſic ad adjuvandum clericum olim ſaltem clamore debebat occurri, & cuilibet alii, quam clerico, extra de ſent. excommun. quanto. Hodie generaliter inducitur per cap. dilectæ, eo. tit. Innoc. III. De quibus plene diximus de pace teneo. cap. 2. quæ hic non repeto.

Q*Uicunque mulierem clamantem*. In tex. ad currendum. Vide ſuper hoc quod notatur in c. ſicut dignum, de homi. & de ſent. excom. lib. 6. c. dilecto. Marinus.

De

ſiſcè per officiales illius loci, in quo hic caſus evenit. hoc dicit Matthæus.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

IMPER. † FREDERICUS

PEſſimam (*a*) & horrendam quæſtus materiam, quæ haſtenus in grave diſpendium ſubjectorum noſtrorum invaluit, reſecantes: dum mulieres, quæ raptus injuriam, vel violentiam paſſæ non erant, de aliquibus per mendacium conquerebantur: & ſic accuſationis inſtituendæ, vel inſtitutæ timore, dum judiciorum ſtrepitus, vel eventus metuunt accuſati, imparia matrimonia ſortiuntur. Interdum etiam ſtipem turpem a reis velamento prædictæ accuſationis acquirunt. Volumus & mandamus, ut quæcunque poſthac de tali fuerit (*b*) falſa delatione convicta, tam † per ſe, quam teſtes, mortis laqueis irretita in foveam incidiſſe ſentiat, quam alterius caſui præparabat, ſi ea, quæ detulerat comprobaſſet. Quæ ſi ſupplicii tempore prægnans inveniatur, uſque ad quadraginta dies, poſt partum ipſius, pœnam (*c*) humanitate ſuadente, volumus prorogari. Et partum ex ea editum, ſi non habeat proximos, (*d*) cognatos forſitan, vel affines, quos ad nutriendum ipſum affectio proximitatis inducat, de bonis noſtris, per officiales noſtros, qui tunc temporis in illis partibus præerunt, educari jubemus.

† *In antiquis deficit, tam per ſe, quam teſtes.*

De violentiis circa poſſeſſionem admiſſis.

TITULUS XXV.

In hoc regno ſpolians per violentiam aliquem poſſeſſorem rei immobilis, tenetur poſſeſſionem ipſam reſtituere una cum fructibus, & obventionibus, & pro pœna violentiæ commiſſæ tenetur ſolvere medietatem æſtimationis ipſius rei: in qua violentia eſt commiſſa: & in hoc corrigitur jus Longobardorum, & jus commune, & jus Francorum. Raptor vero bonorum mobilium punitur pœna quadrupli, computata rei examinatione. hoc dicit Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

VIolentias (*e*) * ſubjectorum noſtrorum, quæ turbationem deſideratæ pacis inducunt inter utrunque, ſcilicet jus Longobardum

---

De pœna mulierum injuſte conquerentium. Rubrica.

(a) PEſſimam. Hæc conſtitutio continet jus commune in eo, quod punit mulieres, quæ mentitæ ſunt ab aliquo ſe violentiam paſſas ad ſimilitudinem ſupplicii, ſcilicet capitalis. Sic enim eſt violentus puniendus convictus, ut ſupra, de rapt. mul. & concord. C. de accuſat. l. fina. Item facit in ſecunda parte hujus conſtitutionis. ff. de pœn. l. prægnantis.

(b) *Falſa delatione convicta*. Nota mulierem de falſa delatione convictam, quaſi mortis laqueis irretitam, in ſimilem pœnam incidere, quam intentato crimine comprobato, alterius caſui præparabat, ſcilicet accuſati, juxta illud eloquium Philoſophorum: Qui fodit foveam, incidit in eam: Sagitta non lædit lapidem, ſed reſiliens ſæpe vulnerat dirigentem. Et qui laqueum alii imponit, peribit in illo, & conco. ad hoc, C. quando li. uni. ſi. ju. vin. l. 1. Et ratio eſt in promptu: calumniantes enim poſtulat ad vindictam ſimilitudo ſupplicii, ut hic, & infra de deſiſtenti ab accuſatio. l. pœnam, & C. de calumn. l. qui non, & de accuſ. l. fin. Item calumniari qualiter accipiatur? dic, ut ff. ad ſen. con. Tur. l. 1. reſpon. 1.

(c) *Humanitate ſuadente*. Ut ff. de pœn. l. prægnantis.

(d) *Cognatos*. Si intelligas de cognatis partus, dicas ideo non fieri mentionem de agnatis: quia cum ſine per virilis ſexus cognationem conjuncti, quaſi a parte connati, ut Inſt. de legit. agna. tu. in prin. & de legiti. agna. ſuc. in prin. Merito non dicitur iſte partus habere agnatos: quia jam ſine patre natus eſt: cum talem habeat, quem habere non licet, ut ſup. eo. capitalem, ff. de ſta. hom. l. vulgo. Marinus.

De violentiis circa poſſeſſionem admiſſis.

(e) VIolentias. Dixit ſupra de violentia illata perſonis: nunc rebus. Et ſi res immobilis violenter occupetur, corrigitur l. illa, ſi quis in tantam, quia non in tantam æſtimationem rei, ſed in medietate punitur. In rebus mobilibus raptis ſervatur jus commune, ut Inſtitutio. vi bonor. raptor. in princ.

* ADDITIONES. *Vide circa modum procedendi in iſtis violentiis, cap. Caroli I. ſubditorum noſtrorum violentias, cat.*

ANDREAS DE ISERNIA.

De pœna mulierum injuſte conquerentium. Rubrica.

P*Eſſimam & horrendam*. Continet jus commune, quo calumniantes puniuntur ad ſimilitudinem ſupplicii. Hæc pœna imponitur, quando deficit mulier in probando, abſoluto accuſato, & ſic in eadem inſtantia, judice pronunciante calumnioſam accuſationem, ſeu de calumnia accuſatoris: alias non, ſi probetur quod per mendaciem accuſavit. C. de calumniat. l. 3. Quid ſi probavit mulier, ſed accuſatus reprobavit teſtes: & hic quæritur in omni accuſatione cujuſcunque criminis, an puniatur de calumnia, ſicut qui non probavit? Et videtur quod ſic: nam nullos teſtes inducere, & inhabiles ad teſtificandum, paria ſunt: argumen. ff. quod cujuſque univer. nomi. l. 1. §. quibus, de auctorit. tutor. l. 2. qui ſatiſdare cogan. quoties. Inſtitut. de ſucceſſio. libertor. §. ſi vero. Poteſt dici, quod ſi reprobentur propter defectum producentis, ut quia falſum dixerunt corrupti prece, vel pretio puniatur de calumnia. Quia dicitur calumniator, qui falſa crimina ſcienter intendit, ff. ad Turpil. l. 1. §. 1. ſecus ſi per indirectum teſtium dicta probentur invalida: Ut ſi probaſti per duos, accuſatus probat per decem, quod eo die fuit Romæ, per l. de contrah. & commit. ſtipu. optimam, tunc non oſtenditur accuſatorem falſa crimina intendere. Idem ſi propter delictum teſtium, in quo nil imputatur accuſanti: ut quia probantur infames, vel pauperes: arg. ff. de bon. libe. l. qui cum major. §. 1. & l. ſeq. de calumniatore enim lex ſenſit. Et hoc dicit.

Per mendacium querebatur. Mentiri dicitur contra mentem ire.

ADDITIO. *Adde Card. Alex. in c. ſæpe, l. diſt. & an liceat de jure canon. pro ſalute propria? vide in c. 1. 22. q. 2. glo. in verbo, ſuſpectam, in l. qui totum, & ibi Alex. de Imo. ff. ad ſenatuſcon. Trebel. & glo. in l. 2. ff. de nego. geſt.*

De bonis noſtris. Sicut bonus pater, princeps providet: patrem enim ſe dicit eſſe. C. de inoffi. teſt. l. ſi quis in ſuo. Princeps enim pater patriæ eſt, dicit Seneca 1. de Clementia, hodie non præſumitur calumniari: niſi calumnia ſit in aperto, per conſtitutionem infra de pœna deſiſtentium ab accu. l. pœnam calumniæ, & ideo qui contrariam ſententiam reportavit, ac ſuperfluo queritur, ſi irritatur proceſſus, puniri debeat de calumnia accuſator, quia calumniari dicitur. C. de his qui. ut indig. l. alia. Et tunc dicitur vincere reus cum abſolvitur, ff. de dolo. l. eleganter, §. ſi dolo. & de adult. l. denunciaſſe.

De violentiis circa poſſeſſionem admiſſis.

V*Iolentias*. Corrigitur l. ſi quis in tantam. C. unde vi, & l. extat, ff. quod me. cau. quando invadit quis rem immobilem: vel dicit ſibi jus, ut innuit gl.

Digitized by Google

dem & Commune, viam mediam eligentes, pœna legitima volumus coerceri. Statuimus igitur, ut ſi quis per violentiam deſtituerit aliquem rei immobilis poſſeſſorem, poſſeſſione, cum legitimis obventionibus omnibus primitus (*a*) reſtituta. violentum, vel (*b*) univerſalem ſucceſſorem ejus (*c*) in medietate æſtimationis rei, in qua violentia commiſſa probatur, mulctandum eſſe cenſemus. Deriſorium namque credimus aliquem ſex ſolidorum tantum pœna damnari. Et tunc demum, quando ſuam rem violentus probare non poſſet: & ſic poſſeſ-

car. 2. & c. de violentiis illatis, car. 11. Alex. conſi. 23. volum. 6. conſuluit in ſimili ſtatuto, quod non requiritur, quod intrans, ſeu ſpolians ſciat nomen poſſeſſoris, vel quod poſſideatur ab aliis, quia ſatis eſt quod res non ſit ſua. De Bottis.

Vide Joan. de Arno, in caut. 4. in fi.

(a) *Reſtituta*. Dic ut notetur in Lombarda de invaſio. l. 1. & l. nullo, ſecundum Marinum.

(b) *Univerſalem*. Ut eſt heres ex teſtamento, vel bonorum poſſeſſor ab inteſtato. Singularis eſt, ut emptor vel permutator, & ſimiles, ut colligitur Inſtit. de uſucap. §. diutina.

(c) *In medietate*. Dic ut notatur in ſum. C. unde vi. in §. & eſt conſtitutio Juſtiniani, ſi quis in tantam, & §. hæc omnia, & §. item fructuaria. G.

ANDREAS DE ISERNIA.

gl. exigendo pecuniam ſibi debitam ſine judicio. Alii referunt ſolum quando invadit rem ſoli, in l. extat. quia ſi exigit pecuniam, punitur in quadruplum, ſicut quilibet raptor, ut in fine hujus conſtitutionis. Unde ſecundum hos, non tantum amittit jus crediti: ſed triplum, quod eſt quadruplum computato ſimplo. Verius putatur, ut reus in medietate crediti puniatur, cum hæc conſtitutio viam mediam eligat; nec habuit intentionem rapiendi, ſed debitum ſibi ſolvendi. Voluntas & propoſitum diſtinguunt, quod non fuit rapina quantum ad pœnam quadrupli, arg. ff. de furt. qui injuriæ. Cauſa faciendi attenditur, eo. tit. l. verum, & ſic dicit Odoffr. in titu. de edi. divi Mar. circa fi. jure divino, alias Civili & Canonico, ſcilicet, cadit a cauſa, ut dicit d. l. extat, & 16. q. 6. c. 1. 2. & 4. q. 5. non ſane, in prin. dicit hoc. ſed quomodo jure poli ſufficit reddere quod alienum eſt acceptum, nec peccat auferens juſte quod ſuum eſt, ut teneatur reſtituere?

Additio. *Adde, an poſſim auferre furtive rem, de qua ſpoliatus fueram? vide glo. in cap. juris gentium, per d. Inno. in c. olim, el 1. de reſtit. ſpolia. & ibi Ant. de But. eleganter, idem Inn. in c. qui cum fure. de fur. Floria. in l. itaque ff. ad l. Aquil. Arch. in c. dominus noſter. 23. q. 2. Abb. in c. 1. in 2. col. de his quæ vi me. cauſa.*

Cum is, a quo acceperit, auctoritate propria non ſit in damno, quod dicitur diminutio patrimonii, ff. de dam. infec. l. 1. ut dicit frater Thomas 2. 2. q. 54. in diſt. de reſtitutione, q. 2. Nec eſt alia pœna juris poli, niſi quia dixit jus ſibi auctoritate propria, per quod quidem tenetur ſedare ſcandalum, ſi quod exinde exortum eſt, ut dicit idem frater Thomas 67. q. 4. in reſpon. ad ultimum argu. Et intellige, quod non tenetur ad pœnam, ſi non condemnetur per judicem: ſecus ſi judex damnet, quod poteſt, Exodi 10. ut dicit 64. q. 3. jure etiam Romano non cadit in pœna, niſi condemnetur, ut not. in l. ſi quis in tantam, & hoc quando quod eſt ſuum invaſit, quia cap. Exodi, loquitur in furto, quod eſt contrectatio rei alienæ. Invenies tamen contrarietatem quando exigit debitum violenter ſine judice: tunc amittit ipſo jure, ff. quod met. cauſa, ſed & partus, in fine. Plus punitur tunc, quia plus deliquit in auferendo pecuniam, quæ non erat ſua, ſcilicet, debita, quam quando erat ſua, tunc non perdit, niſi per ſententiam. Ubi plus exceditur, major debet eſſe pœna, ff. de pœnis, l. capitalium, §. ſolent. Si amiſit ipſo facto, vel ipſo jure ſine ſententia: ergo tenetur reſtituere, quia creditor dicitur etiam ex delicto, ff. de verb. ſign. l. creditores. Quomodo dicunt Sancti non teneri, cum tales leges ſint juſtæ, quæ infligunt pœnas delinquentibus, tertia diſtinctione factæ? 23. q. 5. non fruſtra. Nam ſi deliquit, ergo puniendus eſt, ff. de leg. 1. l. fi. Quomodo non ſervant Sancti leges Imperatorum, in quibus ſervandis eſt grande præmium, diſt. 9. cap. 1. quia Deus videtur juſtas leges concedere, Proverb. 8. Dicas quod ſi quæratur de reſtitutione, non debet reſtituere, quia damnum paſſus non eſt is, a quo exactum eſt. Nam tempore, quo taliter exigebat debitum, ut dicit gloſſa d. l. ſed & partus, tunc non dicitur amiſiſſe, ſed amittere: poteſt dicere amiſiſſe, quia talia non agit violenter, quia jam egerat, & ſic intelligo gloſſam illam obſcuram. Reddere ergo eſt retrodare, & ſic acceptum reddere, quod ſibi debebatur, non debet, quia quantum ad ſubſtantiam debiti, juſte eſt exactum. Iſtud videtur non debere reſtituere: nec hoc debitum eſt, exacto debitore tali. Sed quia deliquit, non ſervato ordine in exigendo, quod per ſe & ſua auctoritate non debuit exigere: quia judiciorum ordo &c. C. de Judæis, nemo punitur, ut reſtituat tantundem, per quod jus creditoris, ſeu crediti perdit. Nam ut dicit frater Thomas in d. 3. quæſt. quomodo eſt inæqualitas, & injuſta culpa, prima ſatisfit per reſtitutionem in quantum per eam æqualitas reparetur, ad quod ſufficit quod tantum reſtituat, quantum accepit de alieno: Si nil de alieno, ſed de ſuo ſibi debito, non tenetur: quia non eſt tunc inæqualitatem invenire: ſed quantum ad culpam eſt remedium per pœnam, cujus inflictio pertinet ad judicem. Sed ſi pœna inflicta eſt a lege ſcripta, diceret, quod ipſo facto, & ipſo jure amiſerit ex tali delicto jus crediti, & debebit pœnam inflictam a lege ſolvere, ſicut ſi eſſet a judice condemnatus. Non tenetur ergo reddere, id eſt retrodare: quia ſuum ſibi accepit: Sed dare, ideſt, præſtare pœnam tenetur, prout plenam habet ſignificationem verbum dandi, ff. de verb. ſign. l. verbum reddendi, id eſt, per ſe dandi, ff. de leg. 2. cum quidam, nam pœnas ob maleficia ſolvi magis ratio ſuadet, ff. de fidejuſſor. l. ſi a reo, & publice intereſt, de publicanis, l. licitatio, §. quod illicite, & hoc prodeſt ſcire propter caſus, ubi amittitur ipſo jure dominium, quæ notat Azo in tit. unde vi, & in Auth. de inceſt. nuptiis, §. 1. ut ſine adverſario, ſive fiſco debeatur pœna talis ex juſta lege, & rationabili promulgatione tanquam debitum ſit ſolvendum, neceſſario ad ſalutem, æquiparantur in multis caſibus, quæ lex facit & quæ judex. Et quandoque mitius cum lege & præcepto legis agitur, quam cum eo, quod judex ſententiavit, ff. de arbit. Celſus. Aliquando datius, ut in ſuſpenſione hominis a lege, vel canone: quia infra tempora ſuſpenſionis non eligitur ſuſpenſus.

Additio. *Adde c. dilectus, de conſuet. Secus in ſuſpenſo a jure, ut in cap. ſi celebrat. de cler. excommunic. miniſ. & ibi per Innoc. & Anto. de Butr. Archid. in cap. cui merito, 11. quæſt. 3. Abb. in cap. ſi autem, de cohab. cleric. & mulier. Et an poſſit poſtulare, vel poſtulari? vide per Bald. in cap. 1. de poſtul. prælat.*

Sed ab homine ſuſpenſus eligitur, & extra eccleſiam ſuſpendentis, extra de cler. excom. c. latores. Item lex poteſt quantum pactum & conventio. C. de fidejuſ. l. fin. in fi. Pactum poteſt quantum judicis auctoritas, quia ſicut juſte poſſidet, qui prætore auctore poſſidet, ff. de acq. poſ. juſte, ſic qui ex conventione capit, C. de pig. l. 3. Iſtas ſubtilitates non conſiderant Theologi: niſi quod non fuerit in damno exactus a vero creditore ſine judice: licet Roff. in d. c. dicat, quod amiſit ſi ſententietur, quia dicit ſi probatum fuerit, &c. in fi. jus crediti non habebit, in d. l. extat, in fi. de vi priva. l. creditores. In modo etiam agendi jure civili eſt differentia, quæ non eſt apud Deum.

ſeſſorium petitorio, a quo ſeparatum eſſe dignoſcitur, immiſcere. Et illud etiam modeſte ferre nequimus, ubi pro violentia aliqua in poſſeſſione commiſſa, proprietate ſuæ rei (a) in totum aliquis, (b) vel æſtimatione, ſi non eſſet propria, privaretur Jure Francorum * etiam

(a) *In totum*. Ut ff. quod metus cau. extat. & C. unde vi ſi quis in tantam. G.
(b) *Vel æſtimatione*. C. unde vi, ſi quis in tantam.

* Additio. *Vide c. ad hoc, de furt. cap. 3.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

Nam ſi agatur per, quod metus cauſa, non poteſt: quia illa damnum exigit. Si per edictum divi Marci, ſicut dicit Roffr. in d. c. Ex quibus liquet, quod ſi conveniatur ad pœnam & damnetur, tenetur ſolvere de jure civili. Et de jure poli non, niſi ei ſatisfaciat, ſi non convenitur, & eſt amiſſum dominium ipſo jure, ut eſt exemplum in multis, & maxime, ff. de pub. l. commiſſa. Si habet inde conſcientiam: puta, erat Juriſperitus, tenetur, & non poteſt ſe ſalvare, niſi ſatisfaciat: lex enim damnavit eum. Si neſcivit has ſubtilitates, & ideo non ſatisfecit, non videtur jure poli puniri; & ſic ille, qui agit contra conſcientiam, ille tantum tenetur per ea quæ dicit Hoſt. in ſum. de re præſcr. §. Utrum præſcribens poſt præſcriptionem ſciens fuiſſe alienam, teneatur reſtituere, extra de præſcrip. in ſumma, §. ſed quid ſi jam completam. Non vetant ſancti agi ad pœnam per juſtas leges inflictam: ſed ignorantes hæc ſubſtantialia, quantum ad ſalutem animæ pertinet, inſpicitur conſcientiam: & ſic melioris conditionis erit ignorans, arg. ff. quod vi aut clam. ſervus. Pro eo facit, quia non debuit apices juris diſcutere, arg. ff. mand. l. ſi fidejuſſor. §. 1. & ad id quod dicitur, quod conſtitutiones, & leges non debet quis ignorare. C. de juris & fac. igu. l. pen. cum concord. Reſpondetur, quod in foro contentioſo eſt hoc verum, ut ſi damnaretur, ut ſupra dictum eſt, ſed de jure poli non puniuntur, niſi qui ſciunt, & contra conſcientiam agunt, ut dicit Hoſt. in d. §. jure fori. etiam ignorans dicit Roffr. in d. ti. in fi. Item in eo quod eſt forus ejus, qui debet recipere, non eſſet excuſatio: ſecus ſi pœna ex parte ejus, qui debet recipere, arg. ff. de eo per quem factum erit, l. 1. §. pen. Item hæc non habent locum, † niſi in caſibus, ubi non tenetur quis ad reſtitutionem, etiam ſi ſpoliat: vel ſua auctoritate recipiat, quæ no. in d. l. extat. in fi. quorum numero ſunt, quando eſſet ſcandalum, ſi reſtitueretur ſpoliatus, 3. q. 4. in ſumma. Item quando eſſet notorium facti ſpoliatum non habere jus, ut quando poſſidet quis rem, quam poſſidere & habere jure communi non poteſt, puta in diœceſi aliena, niſi oſtendat jus tunc ſuo judici etiam ordinario: ſecus in privato, ut ſupra dicitur: eo quod teneret, licet vitioſe facit jus commune: extra de teſt. ſpol. c. ab eo, lib. 6.

† Additio. *Adde Afflict. in decis. 324. nu. 34. Alex. l. naturaliter, §. nihil commune, num. 23. ff. de acq. poſſ.* De Bottis.

Horum numero videtur ſi fiſcus ſpoliet mancum, aut debilitatum, aut feudum elevaret, de quibus conſtat feudum non poſſe tenere, ſi de feu. fue. contro. c. clericus, & de milite qui ar. belli. depo. c. 1. pro illis, qui non poſſunt poſſidere, non datur interdictum, vel poſſet apparere aliter, quod jus non habet poſſidens, maxime per regiſtra, ff. de probatio. l. Celſus, pure, erat feudum novum, in quo non ſuccedunt collaterales. Aut ſi nova datione erat probatum per privilegiorum & bonorum regiſtratorum inſpectionem: alias ſi dubium eſſet, & non ita declaratum pro fiſco, non debet fiſcus invadere ſed petere: & contra fiſcum in dubiis facile reſpondere debet, ff. de jure fiſci. non puto, nec debet injuriare qui jure condidit. C. unde vi. l. meminerint. Nam etiam juſtas fiſci lites lex ſilere præcipit. C. lib. 10. de jure fiſci. l. juſtas. Alii dicunt, quod aliud jus eſt in decimis quam in feudis. Decimæ ſunt jure ſpirituales, quas laicos poſſidere non poteſt: & ideo ſpoliatus de eis non reſtituitur, dicit Jo. And. 14. q. 1. §. 1. extra, de præſcr. c. cauſam.

Additio. *Adde c. decernimus, & ibi materia, de judi. & an & quando laici licite retineant decimas? vide per Garſiam Hiſpanum relatum in ſupplemento Piſanellæ, verſi. decimæ, Joan. 5.*

Ad ea, quæ non poſſunt poſſideri, ſicut ſunt publica, non datur interdictum, ff. de injuriis, ſane, extra de cenſi. c. pervenit. in gloſſa facit ad hoc. ff. de publ. l. cum ſponſus, §. in vectigalibus. Beneficia etiam, ut præbendæ ſæculatium Dei ſunt, & de jure hereditario non habentur, extra de inſti. ad decorem, in fi.

Additio. *Adde tex. in c. cum ex eo. de elect. in 6.*

Et ſine conſcientia epiſcopi, & ſuorum officialium non poſſunt teneri, no. ti. ex frequentibus, & ideo excommunicantur tenentes & uſurpantes, ut ibi no. & de tenun. admonet, & ad jus epiſcoporum pertinet, quod ſemel eſt domino conſecratum, 12. q. 2. multi. Licet omnia etiam, quæ ut communia infra diœceſis fines, 16. q. 1. omnes baſilicæ; & ideo non fit reſtitutio, ut in c. ab eo.

Additio. *Adde l. ſi quis ſepulchrum, in §. 1. ff. de reli. & ſump. fu. tex. in c. mancipia, de rerum permu. tex. juncta gloſ. 1. in c. quæ ſemel. 19. q. 3. & in regula, ſemel Deo de reg. ju. lib. 6.*

At feuda poſſunt acquiri multis modis, puta conceſſione, ſeu inveſtitura, & ſucceſſione, de feu. cognitio. cap. 2. de conſuet. recti feu. in prin. Item præſcriptione, ſi de feu. contro. ſue. ſi quis per 30. & ſic poſt præſcriptionem ad rem privatam pertinent, & haberet unde vi dejectus, ut in l. ſane, & illa quæ ſunt juris publici, longiſſimo tempore præſcribuntur ſine titulo, ff. de diver. & temp. præſcrip. ſi quiſquam quæ longo, ff. de uſuc. l. fi. & hoc in publicis, quæ ſunt in communi uſu. ff. de uſucapio. uſucupere, in quibus habet locum interdictum, ff. ne quid in loco publico, l. 2. §. hoc interdictum, & §. publico, & hoc etiam ad cauſam privatam pertinet poſt præſcriptionem. Feuda vero & alia, quæ ſunt in patrimonio fiſci, ſicut videntur eſſe feuda quaternata, & caſtra, ad jus Curiæ pertinentia, non videntur eſſe de illis publicis, pro quibus datur interdictum, ne quid in loco publico: ſed privata eſt cognitio. d. §. publico, hæc alienabilia ſunt juſſu principis, arg. ff. de leg. 1. apud Julianum, §. ſed propterea privati eſſet cognitio, hodie jure Romano Cæſaris procuratoris, in regno Magiſter Juſtitiarius, coram quibus cauſæ fiſcales tenent debitum ordinem juris. C. de dela. lib. 10. l. omnes, de condu. domus Auguſtæ, l. 1. Item cauſæ fiſcales agitantur jure communi: nec aliquid extraordinarium jura ponunt in his, videlicet, ut domini ſpolient tenentes: de quibus ſpeciales Rubricæ ponuntur in ſumma feudorum. Si dominus, de forma judiciorum in feudis, & ſequentibus titulis. Imo ſi dominus ſpoliet vaſallum, & malo modo intravit poſſeſſionem, agit vaſallus, ut dominus reſtituat poſſeſſionem, de milite vaſallo, qui contumax eſt, §. ſi vero. Ex quo permittitur feudum acquiri multis modis, quomodo poſſeſſor ſpoliabitur contra omnia jura dicentia poſſeſſiones reſtitui, ſi ex intervallo ſpolientur, de vi & vi arma. l. 1. §. qui autem vi. C. de rei vend. l. ordinarii, de agrico. & cenſitis, ſi coloni, lib. 11. & in ordine non curatur, vel contra. C. de pactis, ſi pacto, in fi. & ſi evidens eſſet vitium, ut mancus, vel debilitatus, poſſet eſſe diſpenſatum cum tali: quia cum ſpurio poteſt, ut in Auth. quibus modis natu. efficiunt, legiti. §. fin. in glo. & c. ab eo. ſpecialiter loquitur in ſpeciali ratione, quia omnia jura infra fines &c. ut in d. c. omnes baſilicæ, & non fit ſic de omnibus ſitis in

jam quod certas pœnas in violentiis ſtatuebat, in hac parte ſopito. (a) Raptorem autem rei mobilis juxta quod jure communi cavetur in quadruplum, computata re, damnandum eſſe cenſemus.

De reſtitutione poſſeſſionis. Alias, Contra quem de reſtitutione agatur.

TITULUS XXVI.

Deſtitutus ſua poſſeſſione habet electionem agendi

(a) *Raptorem*. Inſtitut. vi bonorum raptor. §. quadruplum, & ff. eo. titu. in quadruplum. Nota, quod in iſto quadruplo venit res ipſa, quandoque vero totum eſt pœna, ut C. de navicu. l. 3. lib. 10. quandoque vero duplum eſt, pœna, ut C. de pag. l. Chriſtianis. G.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

in Regno, quæ ſunt Regis ſecundum Hoſtienſem, ut diximus in titulo qualiter jura, de vaſal. fideli. c. 1. cum l. ſponſus, loquitur quando non tuetur poſſeſſores quantum ad hoc, ut non competat publiciana: non tueatur eum ſi moleſtetur vel dejiciatur: nam & emptor feudi ignarus, agit ad pretium, & intereſſe, ut not. in l. Imperialem, §.1. & ibi Doctores, & maxime Moderni qui multa congerunt, quæ vide per te. Poſſumus enim poſſidere rem, cujus proprietatem habere non poſſumus, 12. q. 1. c. dilectiſſimis, circa medietatem, in parva gloſſa liceat non poſſis præſcribi, ut in c. cauſam. Ad hoc dicas, quod ſi vitium & cauſa, quare feudum non poſſit habere, non eſt in aperto, nullo modo eſt deſtituendus, per ea quæ dicta ſunt ſupra. Si ſit evidens, ut mancus, & debilitatus, & non opponitur diſpenſatio vel alia legitima exceptio: & tunc accipiatur poſſeſſio per judicem, aut Regem, vel Regis curiam, per jura prius allegata. Aut poſſeſſor opponit diſpenſationem, aut legitimam aliam exceptionem ſeu objectionem, dicendo, quod novum feudum conceſſum fratri, & ſibi conceſſum fuit, & ſimile: & tunc aut probare vult incontinenti, & debet audiri: quia in c. ab eo. dicitur, niſi aliud oſtendatur &c. Debet enim tunc oſtendere conceſſum ab eo, qui jus concedendi habebat, ff. de loco publ. fruen. l. 1. de aqua quoti. & æſtiva. l. 1. §. ait prætor. nam & poſtea probans reſtitueretur, ut in c. ab eo. Ergo ſi ante ſpoliationem diceret hoc, debet audiri: hodie conſtat &c. ff. ad Trebell. l. ille a quo, §. tempeſtivum, ut in poſſ. legat. l. ſi is a quo. C. ad exhib. l. fi. ſecus ſi in promptu non haberentur probationes: & res exigeret longiorem examinationem & indaginem, ut in concordantiis d. l. fin. tunc eccleſia, prælatus, & fiſcus utuntur jure ſuo revocando, quod conſtat illicite detineri, extra de fil. presbyt. c. quantum, & per Roff. in ſimili in d. tit. de edic. divi Marci, circa medium. Et ſi poſt oſtendat legitimum objectum, per quod non debuit poſſeſſione privari, reſtituetur, ut in c. ab eo. Fiſcus cauſa mali eſſe non debet, & non debet ex abrupto procedere, & incipere a tormentis ſpoliando, ſed vocabit poſſeſſorem, ſi habet aliquod legitimum auxilium ad ſui defenſionem, arg. d. l. juſtas. Nam ſi prætenderet legitime aliquid, ut diſpenſationem, quam offerret ſtatim probare, & hoc non obſtante deſtituatur, ante omnia eſſet reſtituendus, licet eſſet notorium ſpoliatum non poſſe poſſidere, dicit Inno. de fil. presbyt. c. veniens. Item videtur hoc diſpenſabile, ut habeat laicus beneficium eccleſiaſticum, vel præbendam, tanquam ſtipendium.

Additio. *Adde gloſſam in verbo, receperunt, in cap. cum M. de conſtit. Card. Zab. in c. cum a Deo. de reſcrip. in 5. notab. & Abb. in c. majoribus, de præb. Arch. in cap. alienationes, 12. q. 2. Idem Archi. in cap. ſi gratioſe, de reſcrip. in 6.*

Sed cum cauſa diſpenſat prælatus, ut quia eſſet utilis eccleſiæ hic, cui confertur beneficium, ſicut in clerico conjugato, dicit Inno. extra de cler. conjug. c. diverſis, &c. Joannes, & per ea, quæ dicuntur in c. veniens, & de elect. in c. noſti. per Inn. quamvis poſſet dici quod hæc ratio non reſpexit d. c. ab eo, arg. ff. de legi. l. nam ad ea, eccleſiam & jus ſpirituale laicus non poteſt habere, ut canonicatum, dicit Hug.

Additio. *Adde gloſſam in verbo, receperunt, in d. c. cum M. de conſtit. tex. in c. in eccleſiis, de inſtit. Card. Alex. in c. placuit. 32. diſt. Philip. in c. ex eo. de reſcrip. lib. 6.*

Sed beneficium & præbendam poteſt ex cauſa, de conſtitutione cum M. Ferrarien. de elect. noſti. de inſtit. c. in eccleſia, per Inno. & Ber. his & ſimilibus caſibus, contradictore apparente, examinabuntur cauſæ contradictionis. C. de edic. divi Adria. tollen. l. fi. alias eſſet nullum, quod fieret: quia hoc eſſet ſecundum unam partem tantum cauſam audire. Dicit Joannes. C. de ſenten. l. prolatam.

Univerſalem ſucceſſorem ejus. Quomodo heres, & ſucceſſor & ſimiles teneantur ad pœnam, cum interdictum ad pœnam non detur, ff. de vi & vi arma. l. 1. §. fin. & l. ſeq. & l. 3. in prin. Poteſt dici, ut ideo ſit hoc gravamen, quia relevatur in alio, ſcilicet in medietate æſtimationis, ff. de jureju. l. eum qui. Vel dic heredem de eo quod pervenit ad eum, & locupletior factus eſt: quo caſu tenetur, ſicut quilibet poſſeſſor. ff. de publ. l. commiſſa, & l. ſi publicanus. Sed hic loquitur expreſſe de pœna, ſcilicet medietate æſtimationis rei violentæ, ut ex litera patet expreſſe. Videtur verius ut loquatur, quando prius inchoatum erat judicium de hac pœna contra violentum. C. ne ex delic. defun. l. 1. nam lex hoc interpretans, niſi in eo, quod corrigit, habet locum; ubi alias, ut lex, quæ interpretatur, habet locum, ut in Auth. de filiis ante dot. inſtru. natis, circa fin. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe l. 1. §. hæc actio. ad quod eſt ff. de publ. & vectig. l. fi. §. pœnæ, & l. eotem, §. illicitarum, ut de eo quod pervenit, vel locupletior factus eſt univerſalis heres, teneatur de pœna, ſi fuit lis conteſtata contra defunctum violentum. Incipit a modificatione hæc conſtitutio, & ſic intelligitur tota, niſi ubi expreſſe exaſperatur, arg. ff. de juris & facti ignor. l. regula, §. pen. de eden. l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium. C. de impo. luc. deſcript. l. 1. in fi. lib. 10.

Violentias. Cui autem applicetur iſta pœna medietatis æſtimationis rerum? Quidam voluerunt dicere, quod applicatur fiſco propter verbum, mulctandum, hic poſitum, ut in l. mulctarum. C. de modo mulct. Præterea iſta pœna ſuccedit in locum pœnæ ſex ſolidorum, ſecundum Longobar. quæ veniebat applicanda fiſco: & ita fuit determinatum in ſacro Conſil. dum quæſtio accidiſſet de facto. Sed contra hoc videtur expreſſe gloſſa in vet. mulctetur. C. de his quæ pœnæ nomi. & tex. in l. fin. ne lic. pot. ubi habetur quod applicatur parti. Sed poteſt ſolvi, quod ibi loquitur, quando quis mulctatur in jure ſuo, quia tunc parti applicatur: hic vero, quando in quantitate mulctatur. Bartholomæus de Capua.

di ad intereſſe contra deſtituentem, vel ejus heredem, vel contra eum, ad quem pervenit poſſeſſio rei, de qua fuit ſpoliatus cum vitio, vel ſine vitio ſpolii, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem Auguſtus.*

CIrca (*a*) violentiarum * pœnas, eas patientibus ſatis credimus ſacris conſtitutionibus prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris eſſe pro-

De reſtitutione poſſeſſionis. Rubrica.

(a) C*Irca violentiarum.* Hæc conſtitutio notabilis eſt, & contra jus commune, ſcilicet, quod non tenentur ſingulares ſucceſſores invaſoris poſſeſſorio judicio, ut ff. de vi & vi arma. l. cum a te. Sed univerſalis tantum, ut heres, ut eo. ti. l. 1. in fi. Vel pater, vel dominus ejus, ut eo. ti. l. 1. §. familiæ. Sed ſecundum hanc laudabilem ſanctionem datur electio ſpoliato, ſi velit agere contra dejicientem, aut contra quemlibet ſingularem ſucceſſorem: & ad hoc concor. extra de teſt. ſpol. c. ſæpe, & no. eo. ti. c. cum ad ſedem. In petitorio vero erat ejus electio, etiam de jure communi, ut ff. de pet. hered. l. s. §. pe. Circa violentiarum. Vel ejus heredem, vel ſatum habentem deſtitutionem ab alio nomine ſuo factam, quod dic ut in ſumma, unde vi, §. item contra eum qui ratam. G.

* Additione. *An agatur ſpolio contra eum, qui precario poſſidet & negat reſtituere, vide tex. in l. ſi pignori, §. pen. ff. de pignor. act. & Affl. in cap. ſi facta, ſi de feu. fuer. controver. inter domin. & agnat. ubi quod ſic, etiamſi precario rogatus nunquam ipſe poſſederit. Et quod de jure communi quandoque ſpolium annullet venditionem res factam tertio, Jaſ. in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſ. in fi. & an remedium tituli unde vi, detur contra ſingularem ſucceſſorem, vide Rip. in cap. ſæpe, de reſtit. ſpol. & aliqua per Loffr. conſi. 37.*

Quod ſi actum eſt contra aliquem tanquam ſpoliatum, & probatum ſit quod mandavit, an poſſit obtinere, vide Joan. Fab. in §. lex eſt, Inſtit. de jure nat. gent. & civili. Fab. Jordanus.

Ad hanc conſtitut. vide ſcribentes in cap. Regni, ſubditorum. nume. 57. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

Contra quem de reſtitutione agatur. Alias, De reſtitutione poſſeſſionum. Rubrica.

C*Irca violentiarum.* Corrigit l. cum a te, ff. de vi & vi arma. Dicit tamen gloſſa circa finem, quod habet locum hæc conſtitutio, ſive ſpolietur a privato, ſive a judice non ſuo, ſive a ſuo juris ordine non ſervato, hoc dicit Azo in ſum. unde vi circa princ. Sed quæro, nonne habet locum conſtitutio, Meminerint, quando exequendo ſuum officium injoſte decernit dandem poſſeſſionem alteri, & ſic facit ſuo mandato deſtitui non citatum, nec conventum, ut in fi. dictæ conſtitutionis dicit Roffr. per quod videtur quod judicis auctoritas excuſet ab interdicto unde vi. Et per conſequens ab hac conſtitutione quia lex interpretans habet locum ut interpretata, ut in Auth. de fil. ante nup. inſtr. un. §. fi. nem. C. ſi per vim vel alio modo exponitur id eſt, auctoritate judicis inique decernentis, eo. tit. l. s. alias 2. & ſic non per vim: arg. contra, ff. quod me. cau. l. 3. ad leg. Aquil. l. quemadmodum, §. magiſtratus? Dicas, quod interdictum, unde vi, habet locum ubicunque detinens eſt doloſus, ut in ſum. unde vi. dicit Azo. Unde ſi judex judiciarum ordine proceſſit, licet contra jus litigatoris, ſi deſtituatur inde qui litigavit, non ſuccurritur huic, quia debuit appellare. C. ut lite pend. l. fi. & hoc propter rerum judicatarum auctoritatem, juſſui ejus enim obtemperans excuſetur, ff. de reg. jur. non videtur data, §. 1. Sed abſque juris ordine, non vocato poſſeſſore, maxime proceſſus ejus non valet, d. l. 2. C. ſi per vim vel alio modo. Item ſi alias injurioſe procederet, ut dicatur vim pati tunc, ff. quod metus cauſa, continet. Idem ſi a non ſuo judice competenti, C. ſi a non competenti judice, l. fi. Idem multo fortius ſi a ſuo, exequendo quod ad ſuum officium non pertinet, vel ſicut privatus procedendo, d. l. non videtur data, his omnibus caſibus ablata poſſeſſio reſtituatur. Utrum concurrat d. l. cum interdicto unde vi? hoc examinat Roffr. in d. tit. & ponit duas opiniones & videtur ipſe tenere, quod non. Sed quantum ad conſtitutionem illam omnes vim paſſi, qui ſunt deſtituti abſque juris ordine, non valente ſententia: nam hi non dicuntur condemnati, ff. de re judi. l. 4. §. condemnatum, habent hoc auxilium conſtitutionis hujus, ſicut enim dicit, Violentiarum, &c. nec diſtinguitur de his, qui ſpoliantur juris ordine prætermiſſo, quod de aliis indiſtincte loquitur, indiſtincte intelligetur, ff. de bon. poſſeſ. contra tab. l. 1. §. & generaliter, de aleatu. l. 1. Sicut communiter conſuevit dici, ut & gloſſa ponit in ſimili hanc conſtitutionem probando, quod habet locum in re mobili, etiam ſi judex ſine ordine juris dat mihi poſſeſſionem, teneor hac conſtitutione. Quid ſi res, cujus poſſeſſionem mihi dedit judex, erat mea, an tenear, ſi objiciam dominium, & probem? Nam exceptio l. dolo facit, qui petit quod reſtituturus eſt, ff. de doli except. l. dolo. tunc tantummodo opponitur, quando arguitur violentia opponentis exceptionem ipſam, ff. de vi & vi arma. l. 1. §. qui vi a me, ff. quod met. cauſ. l. ſed & partus, §. quando, hic vero non eſt violentus, unde videtur quod poſſit hoc objicere, ff. quod met. cau. l. fi. §. fi. Verius dicitur quod non. Hæc enim conſtitutio ponitur in locum deficientis interdicti de jure Romano, ideo dicendum eſt loqui in omnibus caſibus, ubi ageretur interdicto, ſi non eſſet l. cum a te. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe juſ. fue. l. 1. §. hæc actio, & d. §. fi. de filiis ante dotalia inſtrumenta natis. At in interdicto ſi non eſſet l. cum a te, non obſtaret exceptio dominii ſpoliato, nec poteſt negari injuriam judicis dictam legem continere, licet poſſeſſor conventus non commiſerit violentiam. Res vitio reali erat affecta, quia vi, quod eſt vitium reale. Inſtit. de uſocap. §. furtivæ. C. de acqui. poſſeſ. l. vitia, & peter in l. ſi coloni. C. lib. 11. de agri. & cenſi. ubi poſſeſſor ſine vitio erat. Sed ſervi propter fugam vitioſi erant, quod hic etiam eſt, ff. quod vi aut clam. l. 1. §. s. vet. denique in vitio expectando, ff. de acqui. poſſeſ. l. clam. poſſidere, in princ. Idem erit ſi judex, vel Princeps ſequeſtraret † rem in caſu non ſcripto: fiet enim revocatio, ſicut ſi eſſet nullum quod factum eſt, quia l. prohibente fieri facit. C. de legi. non dubium, ſic d. l. 2. ſi per vim vel alio modo, dicit, non debere innovare poſſeſſionis cauſam, ergo ſi innovat, non valet, ac ſi hoc expreſſiſſet, facit extra de ſequeſtr. poſſ. c. 1. & C. eo. l. 1.

† Additio. *Vide Luc. in l. per hanc, C. de erog. mil. anno. lib. 12. col. 5. Et ſi quis faciat equum vel aliud animal ſequeſtrari per judicem, an teneatur ipſe pro animali ſequeſtrato expenſas impendere, vide eundem Luc. in l. fin. col. 3. C. eod. ubi quærit, quid ſi res ſequeſtrata indiget impenſis, pro cultura, vel imminet pro ea tributi præſtatio, quis ſolvere teneatur?* De Bottis.

Non obſtat §. ſi quis, & l. fi. ff. quod met. cau. intelligit enim Odofr. primum dictum illius, §. ſi quis, quod quando judex ſine cauſæ cognitione juſſit te mihi aliquid dare, hoc inciviliter factum revocat: hoc non eſt contra ea, quæ dicta ſunt, imo eſt pro. Secundum dictum intelligit, quod judex dedit apparitorem dejegendo inter te & me cauſam, quæ erat, hic non cognovit de cauſa, ut debuit, ſed juſſit extraordinario modo, te mihi ſolvere 10. quæ in vero debebas mihi, licet non cognitionaliter ſecundum ordinem juris, ſed extra ordinem juris, quæ debebas vere retinendo pro debito. Et ſic opponitur dominium, id eſt, debitum eſſe hoc contra ea, quæ dicta ſunt, & ideo, ut dicunt tu ſponte ſolviſti. Hoc non dicit litera & textus, tamen ſi verum eſt, quod ſponte ſolverit, bene dictum eſt, arg. C. de teſt. l. illud. §. 1. Alii dicunt, quod in cauſa modica datus fuit viator, ff. de jud. §. fin. & debitum modicum erat, & actor legalis homo: ut poſſit

proviſum, quodam juris rigore circa deſtitutores violentos inducto, quod deſtituto contra deſtituentem tantum, vel ejus heredes reſtituendæ poſſeſſionis beneficio (a) ſuccurrebat. Nec contra eum in quem ab ipſo violento, vel ejus heredibus transferebatur poſſeſſio, ad recuperandam eandem aliquod remedium inducebat: Imperiali providentia lenire volentes: atque ipſius juris defectum congruo & neceſſario ſupplemento ſupplere diſponimus. (b) Per violentiam deſtitutum, * non, ut olim, proviſione carere, ſed electionem habere, utrum ipſum deſtituentem vel ejus heredes, ſi poſſeſſionem in alium tranſtulit, (c) ad intereſſe convenire, prout prædicto jure cavetur: (d) vel

---

(a) *Succurrebat*. Per interdictum directum, unde vi. Per utile vero contra multos alioe ſuccurrebat, quod dic, ut in ſumma unde vi, §. quid ergo ſi forte abſente, & §. item datur contra eum, cujus familie. G.

(b) *Per violentiam*. Nota quod per violentiam debet fieri deſtitutio, ut habeat locum beneficium hujus legis. Marinus.

* Additio. *Quid ſi aliquis non fuit ſpoliatus ipſe, ſed ejus procurator, an hoc remedium ſibi competat. Vide Afflі. deciſ.* 300. *Alex. conſil.* 88. *volum.* 5. *Socin. conſilio* 49. *& conſilio* 90. *in novis*. Fab. Jordanus.

(c) *Ad intereſſe*. Vel ad rem ipſam etiam, quin cum interitus non liberet violentum, multo minus alienatio. Res enim eſt in obligatione, intereſſe in ſolutione, ut ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quod autem, quod dic, ut in ſumma, unde vi, §. competit. & §. hoc autem. G.

(d) *Vel detentorem*. Hoc eſt novum per hanc conſtitutionem. Nam jure Romanorum non poſſumus agere contra poſſeſſorem interdicto unde vi, ſed contra dejectorem tantum, etiamſi poſſeſſor dejecerit dejectorem meum, ut ff. de bo. lib. l. 1. §. prædo, & de vi & vi ar. l. cum a te, & arg. ff. ut in poſſ. ea. l. 1. & l. ſeq. Sed de jure canonico agitur ex illo canone, extra de reſti. ſpo. ſæpe contingit. Non autem interdicto, unde vi, & in prædictis legibus, & extra nod. c. cum ad ſedem Apoſtolicam, & hoc ſi ſcienter accepit a ſpoliatore. Si autem ignoranter, convenietur ex illo canone, 3. q. 1. c. reintegranda.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſit deferri ſibi ſacramentum, & non tamen fuit delatum, modica quantitas fuit ſoluta & exacta per judicem delegatum: quia vere debebatur, non curat prætor. ff. commo. l. in rebus, §. poſſunt, & ſi quod fieri non debuit, factum tamen tenet propter modicitatem rei. Alii dicunt, quod erat notorium illum eſſe debitorem, ff. de act. emp. l. emptore, §. idem Julianus, dixit etiam Odoffr. quod poteſt intelligi, quando ego creditor ducebam mecum apparitorem, & dicebam, niſi ſolvas mihi, faciam te capi. ab iſto tu territus per talem metum, quia in tit. quod metus cauſa, ponitur illa lex: ſolviſti mihi illud modicum debitum, certe non eſt metus cadens in conſtantem virum. ff. de re jud. l. vani timoris, & ideo non repeſit quod dicebatur ſic exactum. Hic intellectus non facit ad propoſitum. Item patet per ea, quæ dicta ſunt, quod contra judicem ſic deſtituentem agitur ad intereſſe. Nam ſi male judicavit ſciens, tenetur ex maleficio in totum. C. de pœna judi. qui male judi. l. 1. & 2. & auth. ibi poſita. Si ex ignorantia ſeu imperitia, quamvis culpa ſit, ff. loca. l. ſi quis domum, §. ſi quis, tenetur in quantum eſt luſus hic, contra quem ſic eſt proceſſum. Inſti. de oblig. quæ ex quaſi malefi. in prin. & ſi eſſet cauſa modica prout ſupra dicitur, vel ſponte rem dediſſet, ille rem objiciendo quod vere debebat, evaderet. Item non tenetur ad æſtimationem rei, quando non fuit hujus ſpoliatio, ſed ad intereſſe poſſeſſionis, quantum intereſt poſſeſſionem habere. Aliud eſt precium rei, aliud poſſeſſionis, ff. uti poſ. l. 3. §. fi. Illud quod abeſt ſolum debet reſtitui, ff. quod met. cau. l. ſi mulier, §. qui poſſeſſionem, & iſto caſu tenebitur judex non doloſus. In interdicto non tenetur carens dolo, ut ſupra dicitur, & ſic largior eſt hæc conſtitutio quam interdictum, quia expreſſe dicit, ſive ſciens, ſive ignorans. Et ideo facta eſt, ut defectum juris communis ſuppleat.

Index male judicans qua pœne plectatur de jure regni, & de jure canonico.

Vel ejus heredem. Quando ipſe heres tranſtulit poſſeſſionem in alium, ut dicit litera, planum eſt: alias de eo quod pervenit, vel dolo fecit quominus perveniret ff. eo. l. 1. in fi. & l. ſeq. niſi eſſet lis conteſtata contra defunctum ſpoliatorem. C. ne ex deli. defun. l. 1. & dictum eſt in ſimili, ſupra l. proxime.

Cauſam habeat. Hic dicunt quidam, & titulum. Sic C. de petit. hered. l. cogi. ff. eo. l. nec ullam. Verius eſt ſine titulo tranſtulit, quod poteſt eſſe. C. de præſcr. lon. temp. l. nec emptorem, licet enim transferam in te poſſeſſionem, debet eſſe titulus, ut inani videtur, ff. de acqui. poſſ. l. quod meo. in prin. tamen ſi non transfero, tu, qui intras poſſeſſionem adipiſceris eam, ut l. quod meo, §. furioſu, & dicit gloſſa l. quod meo, quod poſuit frequentiam, quando pars tradidit quando credit, ſed non dicit acquiritur poſſeſſio alii, cui voluit, & cui dedit. Differentia eſt inter poſſeſſionem, & dominium, eo. titu. l. ſi quis vi, §. differentia, & patet in l. nec poſſeſſionem. Si enim dico, do tibi poſſeſſionem hanc, ex verbis præcedentibus & ſequentibus dicetur qualis contractus fuit, ſi non apparet, erit donatio in cauſa modica, dicitur in dominio in gloſſa ff. ſi cer. per. cum quid, ſed hoc quantum ad dominium nanciſcendum: poſſeſſionem enim poſſem acquirere eo ipſo, quod permittit me poſſidere, & ſic eſt in tractatu iſto: eſſet enim melioris conditionis, qui ſine titulo habet a dejectore, ſi non tenebitur hac conſtitutione, quam ille, qui cum titulo, quod eſſet abſurdum, ff. de noxa. l. non ſolum. Item quia ſupra in principio conſtitutionis dicit, transferatur poſſeſſio, non dicit, cum titulo vel ſine, & ſic generaliter debet intelligi per totam conſt. ff. de jur. & fac. igno. l. regula. §. pen. & C. de impo. lucr. de ſcrip. l. 1. in fi. Item vitium litigioſi oritur in reo transferente poſſeſſionem cum titulo, vel ſine. C. de liti. l. fi. ff. de eli. jud. mu. cau. fac. per totum, & de lit. l. 2. & ibi patet ratio, cum ergo a te poſſideo, poteſt eſſe & ſine titulo, ut quaſi tuo miniſterio poſſideam, d. l. quod meo, in principio, quæ litera non dicit de titulo quocunque. Sed quid ſi nomine meo facta eſt dejectio, & aliquid ad me pervenerit, an teneor? Reſpondeo non, niſi mandavi, vel ratum habui, ſic, ff. e. l. 1. §. dejeciſſe, & §. ſeq. & §. procu. Si vero non mandavi, nec ratum habui, ſed tantum inveni rem ad me perveniſſe, ſecundum unam opinionem teneor utili interdicto, non directo, ff. eo l. 1. ſi mn vi, §. dejecit quis nomine municipii. Alii, quod ibi mandaverunt municipes, vel ratum habuerunt, ut dicit ibi gloſſa. Sed vera eſt opinio illa, quod tenear utili. Conſtitutione iſta non puto me teneri, quia oportet, quod cauſam habeam a dejectore, id eſt, quod in me per eum ſit poſſeſſio translata, ut hac conſtitutione dicitur. Poſſeſſio autem etiam, quæ ad me pervenit ſine facto dejectoris, ut ſi dejiceret, & poſſeſſionem non apprehenderet, ut ff. de uſuc. l. ſequitur, §. ſi vi me. Quid ſi procurator ejiceret nomine meo, & facit rem nomine meo procurari, an eſt mihi quæſitum per hoc miniſterium, ut videar cauſam habere ab eo, id eſt, quod in me tranſtulit? Et videtur quod non, nam ſaltem exigitur ſcientia mea, quod ego ſciverim, ut notatur in d. l. quod meo. Econtra quod ſic, quia etiam ignoranti domino procurator acquirit. ff. de acquir. poſſ. l. quod meo, cum ſi. Sed ille loquitur quando juſte acquirit per traditionem ſibi factam nomine domini. Aut injuſte, non quærit perſona libera, niſi domino approbanti, vel ſcienti. ar. ff. de cond. inde. l. ſi procur. ut ſi exegerit indebitum oportet, quod

vel detentorem ; qui ab ejectore cauſam habet. (a) per quaſcunque manus (a)

(a) *Per quaſcunque*. Id eſt, quotieſcunque, ſic alias ponitur quanta id eſt quota, ut C. de pac. con. l. ex morte, & pro qua, id eſt quota, ut C. de rei ven. l. cum a matre. Vel dic quaſcunque, id eſt, ſive per manus violenti, ſive per manus alterius, qui cauſam habuit a dejectore. Et bene dixi quotieſcunque, quia vitio non purgato, ut infra dicam, etiamſi mille eſſent ſucceſſores in hujuſmodi re violenta: unus poſt alterum, quorum quilibet haberet cauſam unus ab altero, ita quod primus habuerit cauſam a dejectore, ultimus, qui teneret a me, teneretur condictione ex hac l. perinde ac ſi ipſe immediate haberet cauſam a dejectore. Et hoc hic intendit, per quaſcunque manus, &c. Nam heres heredis teſtatoris eſt heres.

Additio. *Adde an appellatione heredis comprehendantur deſcendentes ex teſtamento, vel ab inteſtato? vide per Car. Zab. in c. in præſentia, de probatio. Bal. conſ. 225. incip. viſo teſtamento, in 4. vol. Ang. conſ. 318. incip. egregie*. Superantius.

Et omnes hujus ſucceſſores tam primus, quam ſecundus, & deinceps ab uno, videlicet dejectore cauſam habere videntur, ut C. de heredibus inſtituendis, l. fin. & de uſufructu, antiquitas, & ff. de acq. her. ſi quis filium, in fi. cum ſi. ad id, ff. de alimentis & cibar. lega. l. 2. & ad id, ff. qui teſtamenta facere poſſunt, ad teſtium, §. fi. ubi dicitur, quod ſigna impreſſa linteo, in quo ſunt tabulæ involutæ, ipſis tabulis impreſſa videntur, & argu. bonam. C. ſi man. ita ven. ne pro. l. 1. in fi. & ff. de ſer. expor. l. fi. alias, Titius, & arg. ff. de penu. leg. l. fi. & ſi li. eſſe juſ. l. 1. & l. Titius, & ff. de evic. ſi pro re. §. fi. & l. ſe. & de vi & vi ar. l. colonum, & l. cum fundum, & ar. ff. quod vi aut clam. ſi alius, §. fi. cum l. ſeq. Omnes enim ex una ſtirpe, & uno fonte deſcendunt, ut C. de duo. re. cum quidam, ad fi. & ſic vice unius haberet, ut ff. de cond. & demon. l. cui fundus, in fi. & ad prædicta facit, ff. de ſer. urb. prædi. una eſt via, & de fun. inſtru. cum delanionis, §. inter cacabos, ubi dicit, ac deinceps, &c. cum omiſſis perſonis interpoſitis prima perſona potius ſit ſpectanda, ut arg. ff. ad l. fal. cum dotem, licet ſit arg. contra, quia ſocii mei ſocius non cenſetur meus ſocius, ut ff. pro ſoc. nam ſocius, & de reg. ju. conſilii, §. fi. Sicut nec libertus liberti mei, ut ff. de leg. 3. pater, §. 1. & ff. de lib. agnoſ. l. ſi quis a liberis §. fi. quis a liberto liberti, & de verb. ſign. l. Modeſtinus. Sicut nec debitor debitoris mei, ut C. ſi cert. pet. non adverſus, & de actio. & oblig. l. ob cauſas, & quod vi aut clam, ſi alius, §. notavimus, & ff. de vulg. ſub. qui liberis, §. hæc verba. Nec miretis de beneficio hujus conſtitutionis: nam cum hujuſmodi res violente ſit affecta vitio violentiæ, ſcilicet expulſivæ, vel ablativæ, ut Inſtitu. de uſucap. §. furtivæ, hujus cohærens vitio tanquam lepra ſemper rem comitatur, donec purgetur vitium, id eſt, donec reddat res vere, vel interpretative in poteſtatem domini, vel ejus heredis ſcientis: ita quod ab eo juſte evelli non poſſit, ut ff. vi bonorum raptorum, l. fi. & ff. de uſucap. ſequitur, §. tunc in poteſtatem, & l. ſi fur. s. reſpon. cum ſimilibus communicatur in quamcunque perſonam cujuslibet ſucceſſoris, univerſalis videlicet ſeu ſingularis, propinqui ſeu remoti, bonæ fidei ſeu malæ fidei, ut per allegatum §. furtivæ, & C. de acq. poſſ. l. vitia, propter vitium initii rei cohærens, ut C. de uſucap. tranſ. l. fi. & ff. de doli except. l. apud Celſum, §. de actoris. ibi, & peræque traditur rei quidem, &c. & §. metus cauſa. Res enim, quæ affecta eſt vitio, impetitur potius quam perſona, ut argu. ff. de publ. Imperatores, & C. de præ. na. l. 2. lib. 11. & ita qui rem habet, tenetur de vitio, ſeu onere oſſibus inhærenti, ſicut dicitur de peculio, quod onus peculii ſequitur peculium, ſicut lepra: & ſic ad eum ſpectat onus peculii, ad quem peculium noſcitur perveniſſe, ut ff. de pecu. l. ſi quis ſervum, in prin. & notatur, ff. de cond. indeb. l. frater a fratre, in gl. ordi. quæ incipit, hoc quidam intellexerunt, &c. & ad id. ff. de contrah. emp. alienatio. Sed ſi detentor non haberet cauſam a dejectore immediate, ut dixi, ut quia dejector, ſeu alius heres habuiſſet rem hujus pro derelicto, & ſic iſte modernus detentor eam apprehendiſſet, ſicut notatur C. de rei vendicatione, l. mater, in gloſſa, quæ incipit, hic ſi heres, &c. in fi. ubi ponitur hoc exemplum: tunc beneficium hujus conſtitutionis locum non habet, ut ex litera liquet aperte. Licet namque res nihilominus vitioſa perduret, ſicut dictum eſt: hæc tamen conſtitutio non conſiderat ſolummodo rei vitium, ſed etiam unde hæc moderna poſſeſſio originem habuit, & unde proceſſerit, ut ſi a vitioſo auctore, vel a dejectore, tunc vendicet ſibi locum, quia ſucceſſor ſuccedit pariter in vitium prædecedentis, ut C. de fructibus & litium expenſis, l. 2. in fine, alias non, ſi hæc præſens poſſeſſio, ſeu detentatio habuit bonum primordium, licet res ipſa ſit vitioſa, ut argumento, ff. de leg. 2. cum filius, §. hæreſ. Origo namque vanciſcendæ poſſeſſionis exquirenda eſt, de acquir. poſſ. clam poſſidere, circa principium, & ſic habetur mixta tam rei conſideratio, quam perſonæ. Sed per cap. reintegranda, ſolum rei conſideratur vitium, & locum habet beneficium illius capituli, ſive poſſeſſor cauſam habuerit a dejectore, ſive non, ut ibi notatur, & ita hæc conſtitutio, quæ loquitur quando detentor cauſam habuit a dejectore, ſciens fuerit, vel ignorans, ut hic, ponit jus medium inter illud capit. reintegranda, quod generaliter loquitur, quando detentor ſciens, vel ignorans habet, vel non habet cauſam a dejectore: inter alia duo cap. ſæpe contingit, & cap. ad ſedem, de reſtitutione ſpoliatur, quæ ſpecialiter loquuntur tantum, quando detentor habet cauſam a dejectore ignorans tantum, & non ſciens. Simile ſupra l. proxima, violentias, &c. & alias Juſtinianus mediam viam elegit, ut Inſtitutio. ex quibus cauſis mann. non poſſit circa finem, & de rerum diviſione, §. cum ea aliena. & in Authen. de nuptiis, §. poſt infirmas. Et alias Juriſconſultus ex duobus contrariis optimum colligit medium temperamentum, ut ff. de officio proconſulis, l. ſolent, §. non autem, & ff. ſi quis cautionibus, l. 2. §. antepenultimo. Rebus enim mediis gratia ſemper ineſt, juxta illud: Medium tenuere beati, & ad idem, ff. ſi pars hereditatis petat. antiquæ. Item hic nota quod poſſeſſio ambulat dum dicit, per quaſcunque manus ambulaverit, & ſic poſſeſſio dicitur ambulare, ff. de pet. heredi. l. ſed ſi lege, §. ſive autem, ſic ambulat emptio, ut ff. de minoribus, l. ſed ubi, & ibi ſunt ſimilia verba. Sic ambulat ultima voluntas, ut ff. de alimentis & cibariis legatis, l. quod ſi iterum, & de donatio. inter virum & uxorem, l. cum hic ſtatus, §. ut oratio. Item ambulat conditio, ut ff. de ſtatulib. l. ſi ſervus heredi. in prin. Item legis poteſtas, ut ff. de fun. do. l. vir. Item ſtipulatio, ut ff. de uſufruc. l. ſed & ſi quis, §. ſi operas. Item actio furti, ut C. de fur. l. ult. circa princ. Item ambulat ſtatus, ut ff. ad munic. l. ſed & ſi ita, cum concor. in gloſſa poſitis. Item alibi dicitur dos & donatio propter nuptias æquis paſſibus ambulare, ut C. de donatio. ante nupt. cum multæ, §. ſin autem. Et hic in his omnibus potes exemplum ponere pro illo prædicamento, ſitum eſſe, de quo ponit dominus Azo in principio ſummæ ſuæ, §. circa ſitum eſſe. Nam improprie dicuntur prædicta ambulare, ſicut improprie tranſactiones loqui, ut C. de ſer. l. fin. Et improprie cautio loquitur indiſtincte, ut ff. de probatio. l. cum de indebito, circa fin. Et improprie lex ſilere, ut C. de la. li. tollen. l. fin. circa fi. Et improprie hereditas jacens currere, ut ff. ut in po. l. le cui. §. ceſſatum, in fine, & improprie apices dicuntur occurrere, ut C. de ero. milit. anno. l. excellentia, lib. 12. Et improprie dicuntur leges inſurgere & jura armari, ut l. cum vit. In quibus omnibus eſt quidam color rhetoricus, qui dicitur proſopopœja. Ultimo nota, quod

ANDREAS DE ISERNIA.

quod dominus ratificet, quia hoc non videtur mandaſſe, ſic exponitur illud, quodcunque per ſervum acquiritur, ſcilicet juſte, domino acquiritur. ff. de acq. re. do. l. acquiritur. §. non ſolum. de acq. poſſ. l. quod ſer-

(a) poſſeſſio ambulaverit, (b) ſive ſciens, ſive ignorans fuerit, poſſeſſionem recuperare velit amiſſam, condictione ex lege præſenti, ad recuperandam poſſeſſionem ipſam indul-

quod hæc conſtitutio generaliter locum habet io omnibus rebue, tam mobilibus, quam immobilibus: & tam corporalibus quam incorporalibus, videlicet juribus: eum ſit in omnibus eadam ratio æquitatis, ot C. ad l. Falcid. l. fina. alias, ſi patet. nec poteſt in eiſdem rationabilis differentia aſſignari, ut C. de donat. ante nupt. l. cum multæ, & in l. non a Titio. Conſtitutio quidem non diſtinguit, unde nec noe debemus diſtinguere, ut ff. de offic. præſid. l. 3. & de public. de pretio, ſed cum generaliter loqoatur, generaliter eſt iotelligenda, ut ff. de legat. præſtan. contra tabul. bonorum poſſeſſio. per. l. 1. §. generaliter. Nonne ſi conſtitutionis lator aliud voluiſſet, aliud dixiſſet? certe ſic, ut C. de caducis tollendis, l. 1. circa fin. imo poſtquam differentiam non expreſſit, neglexiſſe videtur, ut ff. de injur. item upud Labeonem. §. hoc edictum, licet poſſit opponi, quod hæc conſtitutio loquitur de dejectore · hujuſmodi vocabulum aptatur propria io re ſoli, ut patet ff. de vi & vi arma. l. 1. in princ. & per totum, ſed non alt vis: nam promiſcue in hac parta utimur in rebus mobilibus verbis propriis rerum ſoli, & e converſo, ut patet. C. de actio. empti. l. a. in fine, & de rei vend. domum, & Inſtitu. vi bonorum raptorum, circa finem propter promiſcuam ſimilitudinem & familiaritatem, ut argum. ff. da actio. emp. l. veteres, & quando ſtrictiſſime inhæreres verbis prædictis tanquam Hebræus, quod nolles conſtitutionem extendere: non multum curarem: nam io re mobili bene proſpectum † eſt jure Romano, quo videlicet, ſi ego dominus, vel non dominus, rem mobilem, quam bona fide poſſideo, ſive habeam jus, ſive oon habeam jus in ea: amittam per furtum, val violentiam ablativam, vidalicet rapinam: quæ duo rapina & furtum generaliter parificantur, ot ff. vi bonorum raptorum, l. 1. §. generaliter, & Inſtit. vi bonorum rapt. in fina. & ita res ipſa effecta eſt vitioſa reali affecta vitio, ot in præallegato §. furtivæ. Si quidem res ad te veniat etiam ſine vitio tuo, & non habeas cauſam a fure, vel raptore, & ſic modo poſſidm eam, poſſum contra te poſſeſſorio agere, ſcilicet ad recuperandam poſſeſſionem officio judicis ex æquitata legis, quæ eſt C. de agri. & cenſ. lib. 11. l. ſi coloni, ubi plene de hoc, & ad id C. ubi cauſæ ſtat. l. 1. & ſic eſt eaaudienda gloſſa ord. C. de fur. l. incivilem, quæ incipit, ſed quid ſi erat bonæ fidei? &c.

† Additio. *Vide bonam caut. per Capol. caut. 10. quæ multum in regno practicatur*. De Bottis.

Non autem iotelligas hoc verum eſſe, ſi res vitioſa non eſſet. Ut ſi res, cujus ſolam poſſeſſionem habeo, licet bona fide poſſideam, deveniat ad te ſine vitio, hoc enim caſu nullum habeo auxilium contra te; nam ego de ſola poſſeſſiona contendam, & tu modo poſſideas, In pari cauſa potior eſſe debet conditio poſſidentis, ot ff. de teſtam. mili. l. militis codicillis. §. penult. imo hoc ipſo plus juris habes, & poſſides, ut ſt. uti poſſi. l. 2. nec vendicat ſibi locum hic, l. ſi colonus, ſicut multi ſapientes credunt, quia io l. illa res erat affecta vitioſa vitio reali, ut ſupra, videlicet, vitio furti, cum dicat ibi, vitio fugæ, ſic furti vitio, ut C. de ſer. fugit. l. 1. & C. de agrico. & cenſi. l. cum ſatis, circa principium. Bene tamen invenim, quod ſi hujuſmodi res ſit ſolummodo poſſeſſa a defuncto ſine dominii titulo & jura aliquo, venit in petitione hereditatis, ot notat glo. ordin. l. fin. C. de edic. divi Adria. tol. quæ incipit, non ergo in aliis, &c. Illud vero venit, qola petitio hereditatis eſt actio uoiverſalis, ut patet ff. de rei vendic. l. 2. in principio, & ita multa ibi veniont per univerſitatem, quæ alias per ſe non venirent, ut ff. de acqoirendo rerum dominio l. quædam, & de fun. do. l. 1. in fine. & de contrahen. emp. in modicis; veniunt quidem io petitione hereditatis omnia, quæ defunctus habuit tempore mortis, & etiam ea, quorum ſolam habuit retentionem, ſicut patet. ff. da pet. hered. item videndum, io fine. & l. non tantum, & l. item veniunt; de hujuſmodi vero re, bona fida poſſeſſa, defunctus per retentionem habebat exceptionem actore non probante, ot C. de rei vend. l. fi. Merito ergo cenſetur fuiſſe in bonis ſuis, ut ff. de acquir. rer. dom. rem in bonis. nec heres, qui rem petit hujus ab eo, qui ſolam poſſeſſionem oititur ea ſola poſſeſſione, ſed dicitur meam eſſe hereditatem, quando eſt nomeo juris, ut ff. de verb. ſignific. hereditatis appellatio. ſine dubio, & ita habet pluſculum, quam hic poſſeſſor, qoi da ſola poſſeſſione contendit abſque alio jure. Sed nunquid depoſitarius, vel commodatarius, † & ſimplex colonus, vel inquilinus, qoi nullum jus habet in re, ſed ſolam detentationem, habebunt remedium aliquod, ſi res depoſita, commodata, vel locata, non affecta aliquo vitio, ſicut dixi, reperiatur upud aliquem bonæ fidei poſſeſſorem, qui modo eam ſine vitio poſſidet? Reſpondeo, de æquitate datur eis offi. jud. quia eorum intereſt. & præterea dicit lex, quod non eſt eis da facili actio, ut ff. de petitiona hereditatis. l. noo tantum. §. ſed & licet, in glo. ord. ibi ſignata, quæ incipit, quandoque eoim, &c. hoc enim ipſo, quod iſte talis cauſam habet ſuæ detentationis, plus juris habet in ea quam ipſa hujuſmodi poſſeſſor, qui ſolam & nudam habet poſſeſſionem, ut argu. ff. de acq. rer. do. l. nunquam, in principio & de pact. juris gentium §. ſed cum nulla, & de leg. 1. ſi filiuſfa. §. divi, & da leg. 3. l. pater. §. Julius Agrippa.

† Additio. *Vide Affli. deciſ. 300. & Suc. conſ. 87. penult. colum. in antiq.* Fabius Jordanus.

Quando igitur de ſola poſſeſſiona contenditur ab otraque parte, nec eſt res vitioſa, potior eſt conditio poſſidentis, ſicut ſupra latius dixi. Item poteſt opponi hanc conſtitutionem non habere locum in juribus iocorporalibus: nam corporalia oon incorporalia poſſidentur, nec poteſt quis vere ab incorporalium poſſeſſione detrudi, ot ff. de acq. poſſ. l. poſſideri, in princ. & de oſnca. ſequitur. §. ſi viam. Sed dic, quod dator nihilominus beneficium huius conſtitutionis, utile ad minus, ut argu. ff. ſi ſer. vend. l. a. §. ult. & l. ſicuti. §. Ariſto. & uti poſſ. l. ſi duo. §. hoc interdictum, & l. fi. & de injur. l. ſane, & de vi & vi ar. l. vim facit, & de ſervi. quoties. §. ei qui. alias in principio l. ei qui. nam licet non proprie poſſideantur, tamen quaſi poſſidentur, ut ff. de acquir. rer. dom. ſervus. §. incorporalis. & ff. de ſer. urb. præd. l. ſi ædes, in fine. & hujuſmodi incorporalia inter immobilia, de quibus clarum eſt hanc conſtitutionem loqui, annumerantur, ut C. de præſcriptio. longi temporis l. fin. in fi. & ff. de re eo. l. ſed & ſi pecunia, §. ſervos, & §. nec uſufr. & §. ſimili modo, & de m. deli. ait prætor. & C. de ſacroſan. eccle. jubemus poſt hæc, in principio licet ſit contra. C. de rei uxo. act. l. 1. §. cum autem, ubi computantur loco mobilium, & ff. da re judi. l. a Divo Pio, §. 1. niſi per ſe cenſentur. Præterea in hac conſtitutione eſt verbum deſtituere, quod generale eſt ad omnes res etiam mobiles & iocorporales, & ſic etiam generaliter loqoitur c. reiotegranda. unde ſatis rationabiliter dici poteſt, quod hæc conſtitutio ſaltem utiliter locum habet etiam io rebus mobilibus, & iocorporalibus ex menta ipſius, licet verba deficerent, ſicut, ff. de excu. tu. ſcire. §. aliud, & ſi quadro. pau. fe. di. l. ult. &c. Nota quod hæc conſtitutio generaliter locum habet ſive ſpolietur a privata perſona, ſiva a judice non ſuo. Vel a ſuo juris ordine non ſervato, de quo dic. ut no. in ſum. Gof. extra de reſtit. ſpo. §. reſtat enim.

(a) *Poſſeſſio*. Prædicta violentia, imo videtur quod etiam per veterem ſanctiones fuerit proviſum contra poſſeſſores, ad quos pervenerit prædicta poſſeſſio, licet per multos ambulaverit, ff. de pet. her. ſed ſi lege, §. fine.

(b) *Sive ſciens, ſive ignorans*. Satis fuit æqua hæc con-

ANDREAS DE ISERNIA.

ſervus. At de ſervo hodie determinatur quod injuſtam poſſeſſionem etiam domino ignoranti acquirit, in gl. no. Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris circa principium. Cujus ratio redditur, quia nec momento fuit, vel eſſe po-

dulta. Sæpe etenim contingebat, ut qui a poſſeſſione cadebat, dum vel probationes de dominio non habebat: vel cum dejector erat forſitan non ſolvendo, (a) omni remedio ſe inveniebat excluſum.

De maleficiis clandeſtinis puniendis.

TITULUS XXVII.

Malefactores, damnum dantes nocturnis temporibus fidelibus regis, ſi non reperiantur homines locorum, in quibus dicta maleficia committuntur, tenentur eis damnum refarcire; idem ſi Judæis & Saracenis dictum damnum eveniet, & ſi dicti nocturni malefactores legitime convicti fuerint, ad mortem naturalem condemnentur, hoc dicit. Matth.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem Auguſtus.*

SUper (b) inciſionibus * arborum †, & combuſtionibus domorum, & ceteris malefi- † *Alibi, adeſt fractiſorum,*
ctis, quæ clam (c) nocturnis temporibus committuntur, generalem conſtitutionem noſtris fideli-

---

conſtitutio. Non enim refert quomodo pars decipiatur ignorantia, an calliditate adverſarii, arg. ff. de ædil. edi. l. 1. §. cauſa, & ff. de leg. 1. ſive, & ff. qui & a qui. l. hæres ſervum. Sed jus antiquum, quod hic corrigitur, non dabat interdictum, niſi contra dejicientem, vel heredem ejus, ut ff. de vi & vi ar. l. cum a te, & l. 3. §. fi. & l. 1. in fi. Jure tamen Canonico datur condictio ex canone illo extra de reſtit. ſpol. c. ſæpe contingit, contra illum, qui ſcienter recipit rem a dejectore, & extra de judic. c. 5. Si autem ignoranter, datur condictio ex canone illo. 3. q. 1. reintegranda. Poteſt etiam agi hic offi. jud. ar. extra de ap. bonæ. Bart. de Capua.

(a) *Omni remedio.* Et ita nec expulſorem ad intereſſe, quia qui non habet quod perdat, &c. ff. de fur. Ita, in prin. & de dolo. l. nam his. G.

De maleficiis clandeſtinis puniendis. Rubrica.

(b) S*Uper inciſionibus.* Hæc conſtitutio providet circa damna clandeſtina, ut malefactoribus non inventis emendentur damna per homines vicinorum locorum. Et hoc beneficium extenditur ad Judæos & Paganos. Sed malefactoribus inventis, ipſi ultimo ſupplicio puniuntur. Et poteſt dici, quod hæc conſtitutio contineat jus novum, quia pœna debet tenere ſuos auctores, ut C. de pœn. ſancimus. Eſt tamen arg. ad hoc ff. de incen. rui. naufrag. l. ne quid, in fi. & de his, qui deje. vel effud. l. 1. §. pen.

* ADDITIO. *Circa hanc conſtitutionem vide modernos in c. regni, pridem, cum ſeq. f. 87. & vide de incendio, quæ poſuit Jaſ. in conſ. 136. vol. 1.* De Bottir.

(c) *Nocturnis.* Non ergo continet damna, quæ per violentiam committuntur, hæc conſtitutio, ut patet ff. vi

---

ANDREAS DE ISERNIA.

potuit penes ſervum, ſic de acq. hered. l. placet, quod non eſt in libero. Item attendendum eſt, quod hæc conſtitutio habet locum etiam in rebus mobilibus ablatis. Item in incorporalibus, ut dicit gloſſa, quæ quaſi poſſidentur, non vere, ſicut ſi deſtituatur ſervitute, vel alio hujuſmodi, ad quod inducuntur in gloſſa bona jura. Sed quid de actionibus, utrum habeant locum in eis, ſicut in aliis incorporalibus: actiones enim bæ immobiliam ſunt, ut dicit gloſſa ff. de verb. ſign. moventium & C. in quib. cauſis in integ. reſti. non eſt neceſſ. l. fi. & dicitur expreſſum in Auth. de non alie. §. 1. ubi annona & reditus inter immobilia computantur. Sed gloſſa ibi diſtinguit, ut actiones pro re mobili competentes computentur inter mobilia, ſed gloſſa ibi diſtinguit, ſi pro re immobili ſint inter immobilia, quaſi conſideremus naturam rei vel negotii, pro quo aliquid datur, ut dicitur, ff. de pub. jud. l. infamem, de dona. qui id quod, cum ſuis ſi. Hoc ſecundum diverſos tractatos judicabitur. Nam l. a Divo Pio, quæ hic allegatur in gloſſa eſt tenenda, quantum ad illum tractatum, ſi nomina & actiones veniant in executionem, ſic & ff. de lega. 2. l. Cum, in principio. Quantum autem ad beneficium hujus conſtitutionis ad incorporalia, quæ quaſi poſſidentur, extenditur, ſicut in ſervitute, ut prædicitur, ſed quantum ad actiones perſonales non videtur hoc poſſe eſſe. Nam ſi debes mihi decem, & Titius cogit me per vim, ut dem Sempronio, actio mea non læditur ex hoc, nec alio quocunque caſu C. ſi cer. peta. l. incendium. Eadem ratione ſi debes mihi certum ſervitium, alias ſervitutem, vel equum, & per vim cogeris alii dare, non enim poſſidebam ego hoc ſervitium: & ideo contra te tenentem non habeo beneficium hujus conſtitutionis. Sed ſi depoſui apud te equum, poſſeſſio, & proprietas apud me eſt civilis. Niſi eſſet apud ſequeſtrum, ff. depoſi. l. licet, §. rei. ſi tunc Titius acciperet a te violenter, & daret Sempronio, haberet locum hæc conſtitutio. Idem in ſimili ſi deberes mihi quolibet anno reditum unius gallinæ, in genera, non poſſet Titius me deſtituere, etiamſi per vim cogeret te dare Sempronio, d. l. incendium, ſecus ſi de fundo, quem tenes a me, deberes mihi certam quantitatem bladi, vel vini, ut terriam partem, & ſim in quaſi poſſeſſione percipiendi annis ſingulis: quia ſi per violentiam privando me quaſi poſſeſſione perceptionis hujus accipias hanc tertiam, & des Titio, locum habebit hæc conſtitutio. Item ſi tu ipſe, qui taliter debes, vetas & denegas, deſtituis me, extra de elect. c. querelam, in fi. ſi dares alii quod mihi debebas, locum haberet hæc conſtitutio. In pleriſque ubi non habet locum directum interdictum, habet locum utile, ff. de vi & vi ar. l. 3. & tamen in omnibus caſibus, ubi alia ratio non redditur, hæc conſtitutio locum habebit.

C*Irca violentiarum pœnas.* Scias, quod eſt differentia inter iſtam conſtitutionem, & c. ſæpe. de reſt. ſpol. quia iſta conſtitutio datur contra ſuccedentem dejectori ſcienter, vel ignoranter: illud autem c. ſæpe, datur contra ſucceſſorem dejectoris ſcienter tantum, ut in d. c. notat Marinus.

Intellige hanc conſtitutionem, quando ante inchoatum judicium contra violentum, ipſe in aliam tranſtulit poſſeſſionem. Ubi vero cœpto contra eum judicio hoc fieret, proviſum eſt per aliud novum c. Regni, quod incipit, conventus. Marinus.

In gloſſa per quaſcunque, circa medium, ibi, ſed per c. reintegrandæ. Nota hic differentiam inter c. reintegrandæ, 3. q. 1. & iſtam conſtitutionem & c. ſæpe, ſupra allegatum, quod illud c. datur etiam contra quemlibet, qui non habuit titulum a dejectore, conſtitutio iſta habet locum, quando habet titulum a dejectore, c. vero, ſæpe, locum habet quando quia ſcienter ſuccedit in vitium alterius, hæc autem conſtitutio, ſive ſcienter, ſive ignoranter. Et hoc vult dicere gloſſa in ſequenti dicto, licet ſit corrupta. Marinus.

De maleficiis clandeſtinis puniendis: alias, referendis. Rub.

S*Uper inciſionibus arborum.* Hæc conſtitutio loquitur de clandeſtinis damnis tantum; ſequens conſtitutio de homicidiis clandeſtinis, & ſic gloſſa dicit, dupliciter eſt hæc conſtitutio antiquitus intellecta. Primo quando damnum datur, ubi haberet locum Aquilia, ut comprehendat ſingula generum, & non genera ſingulorum: & non omne maleficium, ſed tantum maleficium clandeſtinum, in quo damnum datur, & injuria: & ubi & propter quod de damno dato contenditur. Nam exemplificat litera de inciſionibus arborum, & combuſtionibus domorum, & ceteris maleficiis ſimilibus, ubi de damno dato taliter contenditur, ut ſi intratur ſtabulum meum, & occidatur equus: vel cellarium, & ef-

delibus promulgamus. Ut ſi commiſſores (*a*) inveniri non poſſint. * aut (ſicut multoties accidit) per locorum incolas occultantur. Homines locorum ipſorum, in quibus maleficia com-

---

* ff. vi bon. rapt. l. 2. §. damni prætor inquit. Nec etiam latrocinia videtur comprehendere, quæ quidem de die palam committuntur in ſylvis. Vel per aggreſſiones, quæ in itineribus fiunt, ut Auth. ut nul. Judic. §. pen. coll. 9. & C. depo. l. 1. ubi de hoc in gl. ord. Nec etiam furta, licet occulte & de nocte fiant. Maxime quando caſu fortuito fierent, nec poſſet exinde de aliqua culpa redargui, quibus ea fiunt, ut ff. de fur. l. eum qui §. idem ſcribit: plerunque namque furtum cum culpa fit, & ſic non eſt caſus fortuitus, ut ff. pro ſoc. l. cum duobus, §. damna, & dic ut ibi in gl. ord. Quando ergo caſu contingunt fortuito maxime, ut eſt dictum, quomodo poteſt aliquid imputari illius loci hominibus, cum ille caſus fortuitus nullo hominum ingenio potuerit prævideri, ut ff. de admi. ra. ad ci. perti. l. 2. §. ſi eo tempore, & C. de pig. act. quæ fortuitis. Item ſi bene attendas hanc conſtitutionem † totam, & ſequentem in principio ad finem videtur hæc & ſequens conſtitutio loqui tantum in damnis, in quibus locum habet actio legis Aquiliæ, ſcilicet injuria. In datis damnis clam commiſſis, quæ damna vult per homines locorum reſarciri: non autem loquitur aliquatenus in furtis, ut velit furta emendari, & ſatis inter ſe differunt tam in jure, quam in ipſo facto, damnum injuria dare, & furtum committere, ut patet ff. ad l. Aquil. l. ſi ſervus ſervum, §. Julianus ſcribit ſi olivam, & l. ſi quis teſtamentum, in fi. & ff. quod vi aut clam. l. ſi immaturam, in prin. & 1. reſp. & ita damnum ſic accipitur pro deſtructione, non autem large pro omni diſpendio, ut no. ff. ad leg. Aquil. qui occidit, §. in hac in glo. no. hanc regulam.

† Additio. *Hoc clare deciditur in c. ſtatuimus quod univerſitates, cap. 7. & eſt regis Caroli II.* De Botis.

Nec obſtat, quod licet in principio dicitur ibi, & ceteris maleficiis quædam, &c. & videtur generaliter de omni clandeſtino maleficio completo. Nam verbum, quædam, comprehendit ſingula generum, non genera ſingulorum, videlicet omne maleficium clandeſtinum, per quod damnum injuria datum eſt, & ubi de damno dato agitur: non autem omne genus maleficii, ut C. de non nu. pec. l. in contractibus, in prin. & ff. de fur. l. eum qui, §. idem ſcribit. Supra enim duos exempli gratia enumeravit ſpecialiter caſus, in quibus damnum injuria datum eſt, ſcilicet inciſionem arborum, & combuſtionem domorum. Et ſic clauſula illa generalis, quæ adjicitur: reſtringitur ad materiam, conditionem, & naturam rei, cui adjungitur, ut ff. de leg. 3. l. Stichus liber, & de re mil. ex militari, ſicut & generalis enunciatio, ut C. ad Velleja. jubemus. Reſtringunt namque præcedentia ſignificationem ſequentium generalem, ut ff. de tri. vi. & oleo leg. l. fi. §. ult. Hoc etiam declaratur per ſequentia, ubi ſpecialiter dicit ad damnorum reſtitutionem, & ita generale dicitur reſtringi per ſubſequens ſpeciale, ut ff. de cal. l. hæc actio, & de pe. leg. l. nam quod liquide, in fi. Intelligentia enim verborum † ex cauſis dicendi ſumitur, ut extra de verb. ſig. c. intelligentia, & arg. ff. de leg. 2. cum pater, §. dulciſſimis.

† Additio. *Verba intelliguntur ſecundum naturam præcedentis actus, l. ſi ſtipulatus, ff. de uſur. per quam multa dicit Alex. in l. poſt dotem, 3. lect. ff. ſol. mat.* De Botis.

Quidam tamen large hanc conſtitutionem accipiunt, ſicut ff. ſi quis teſta. lib. eſſe juſ. fue. l. 1. §. non autem tantum ad ſolam. In quolibet, ſcilicet genere maleficii, in quo quis damnum rei familiaris proſequitur, ſive ſit damnum injuria datum, ſive ſit furtum, & ſimilia, ut C. quan. civi. act. præjud. crimin. l. unica, & ff. de pub. jud. inter. & ſic ſpeciale hic. Et in conſtitutione accipiunt verbum damni, & illud hujuſmodi maleficium vocant clandeſtinum, quia qualitercunque, & quandocunque de nocte, vel de die committitur, & commiſſor non appareat, nec ſciatur, ut infra l. proxima, in prin. & bene ſequens lex interpretatur & ampliat hanc præcedentem, ſicut C. quando li. Principi datus, l. 1. & C. ne fide, vel man. do. den. l. 2. & hoc etiam recolligunt in hac l. ubi dicit, ut ſi commiſſores invenerint, & ideo dicunt ipſi quod damnum violentia permixtum, cujus auctor inveniri & ſciri non poteſt, dicatur clandeſtinum, juſte enim qui violentiam patitur, ignorat vim inferentem, quoniam interdum ignotus infert, & quæ plerunque de nocte, & in multitudine fit, ut ff. quod met. cau. ſi cum ex §. in hac, licet ſit contra eos, ff. quod vi aut clam. l. prohibere, §. ult. & in prætalleg. l. vi bon. rapt. l. 2. §. damni, & §. 1. utilius, ubi dicitur, quod non minima differentia eſt inter eum, qui clam facit, & eum qui rapuit, ut ff. de verb. ſig. palam. Ratio autem quare homines loci, ubi talia committantur, teneantur, eſt, ut notatur infra l. proxi. & attende omnia quæ ibi gloſſantur.

(a) *Invenire.* Si autem inventi fuerint, damnabuntur in triplum, ut in Lobarda, de dam. & injuri. l. 1. alias puniuntur pœna capitis, ut infra de pla. l. qui doloſe, & ff. de incen. rui. nau. l. licere unicuique, §. qui data opera, & l. qui ædes, ubi imponitur pœna flammarum. & dic ut ibi. Et prædicta omnia jura loquuntur in incendio doloſe commiſſo. Similiter & in inciſione arborum videtur de jure communi pœna capitalis imponi, ſi criminaliter agatur. Nam qui arbores inciderunt, tanquam latrones puniuntur, ut ff. arb. fur. cæſ. l. ſciendum, & latrones quidem furcis ſuſpenduntur, de pœ. l. capitalium, §. famoſos, & no. gl. ord. l. ſciendum. Sed hæc conſtitutio reſtringit capitalem pœnam tantum ad nocturnos hujuſmodi malefactores, ut hic.

* Additio. *Et quod in hoc judicio procedatur ſimpliciter,*

ANDREAS DE ISERNIA.

& effundatur vinum: cum hoc verbum, ceteris, intellectum recipit ea cauſis dicendis. Secundo modo intelligitur in omnibus maleficiis, & in quolibet genere maleficii, in quo quis damnum rei familiaris proſequitur: & ſic ſicut primi accipiunt damnum, id eſt deſtructionem rei, ſic iſti damnum, id eſt diminutionem patrimonii, ff. de dam. inſe. l. 4. licet res non ſit deſtructa, puta in ablatione, quam perdit is, cui aufertur: ſi non deſtruat eam ablator, ut ſubtiliter allegat gloſſa. Sed ſecundus intellectus videtur verior: & quia dicit, ceteris maleficiis, non repetendo in quibus res deſtruitur, ut in inciſione & combuſtione: quod ſi voluiſſet, expreſſiſſet. C. de cad. tol. l. pen. & quia c. in plenicle, corrigit in furto, ut de fur. non teneantur univerſitates. Igitur videtur, quod ante capitulum tenebantur de furto, ubi aufertur res & deſtruitur, ad quid furtum puniri de novo ſtatueretur, ſi jure communi id eſſet? certe non video, quia fruſtra, &c. C. arb. tur. l. cum interdicto. de theſaura. l. 1. in furto ergo non tenetur. An ergo idem in rapina, ut quando vi rapiuntur bona, & ignoratur raptor: an teneantur incolæ? Videtur quod idem: quia nullus improbior fur, quam raptor, Inſtit. vi bon. rapt. in prin. Item rapina furtum eſt: & furti tenetur raptor. ff. vi bon. rapt. l. 1. ſecundum primum intellectum gloſſæ. Non procedit quæſtio, quia de furto, nec de robaria, ſeu rapina habet locum, niſi quando deſtruitur, ut ſi occideret equum; ſicut quando incidit vineas & comburit: ſecundum alium intellectum procedit: & quia ſublata eſt hæc pœna in uno, ſcilicet in furto, in robaria ſtare ergo non prohibetur. C. de teſta. l. ſancimus. Nam diſrobatio per vim habet aliud nomen quam furtum, ideo aliter judicabitur. C. de codi. l. ſi idem, & dicitur clandeſtina per conſtitutionem Regis Caroli I. quæ incipit, clandeſtinis, ſive fiat de nocte, ſive de die in locis ſolitariis. Furtum de nocte fit, dici-

committuntur ad damnorum reſtitutionem * (a) integre arceantur, qua reſtitutione tam illos, quibus pro noſtris ſervitiis talia acciderint, quam reliquos, quibus hoc ex inimicitia, ſeu ali-

citer, ſummarie, & de plano, ſine figura judicii, & quod ſtetur juramento diſrobati vel alio damnum paſſi, ſtatutum eſt per c. regni, quod habetur in cod. Domini Baratucci, qui nunc in regia Siclæ archivio conſervatur, par. 1. *cap.* 70. Fabius Jordanus.

[c] Additio. *An autem, ultra reſtitutionem, ſeu emendationem damnorum teneatur univerſitas ad pœnam fiſco pro furto, vide Gram. deciſ.* 47. *ubi tenet quod non tenetur*. De Bottis.

(a) *Integre arceantur*. Idem cavetur jure civili, ut ff. de incend. rui. naufrag. l. ne quid, in fine, 1. reſpon. ibi, id a poſſeſſoribus recipiant, & C. de fal. mo. l. 1. & C. de his qui latrones, vel all. crimi. reos occult. l. 2. §. demum, & ex his legibus videtur ſumpta præſens conſtitutio.

ANDREAS DE ISERNIA.

dicitur enim a furvo: ſicut hic in gloſſa plene habetur. Loca ſulitaria videntur loca ſylvarum nun babitata, ut ſi per viam latrones diſrobent. Sed quomodo ſi nullus vidit, non poteſt probari, & ſic deficiente probatione ſuccumbet, ff. de re. tu. in l. duo ſant Titii? Si aliqui viderunt, non fuit locus ſolitasius: quia non fuit ſolus hic, qui diſrobatus eſt, ut in l. palam, quam gloſſa allegat in conſtitutione ſequenti, quæ dicit, damna clandeſtina probari non poſſe. Item ſi viderunt, agitur contra latrones, non contra incolas. Videtur dicendum loca ſolitaria eſſe, quando diſrobantes non fuerunt cogniti, & ſic non reperiuntur: & ſic dicit dicta litera, quorum commiſſores inveniri non poſſent, quando non cognoſcuntur & non inveniuntur: licet poſſet agi aliquando ut exhibeantur, ad hoc ut cognoſcantur, ff. ad exhib. l. 4. §. ſi quis noxali, quod hic non haberet locum contra latrones incognitos: ſi aliter diceretur, hæc lex fruſtra poneretur: & verbis non rebus inveoirent impoſitæ, quod eſſe non debet. C. comm. de leg. l. 2. Incolæ ergo tenentur ea delicto proprio, ſcilicet negligentiæ, quia debent cuſtodire territorium, ut hic in gloſſa & ſequenti conſtitutione. Item fit differentia quando clam, & quando palam, ut in gloſſa hoc videtur dici debere inter ipſos commiſſores, & iu tractatibus, in quibus jura inducta loquuntur. At univerſitas punitur, quia omiſit cuſtodiam: quia peccatum omiſſionis levius eſt, ut ff. ad Sillan. l. 2. in gl. Item ſi tenentur tunc incolæ: quia robaria facta eſt clam, multo fortius quando palam, illa ratione, quia non cuſtodiunt terram; quia præſumuntur ſcire fures, ut gloſſa ponit in conſtitutione ſequenti per l. ne quid, ff. de incen. rui. & nau. Ex præſumptione enim nun debet damnari, ff. de mino. l. 3. §. ſcio, de pœ. l. abſentem. Etſi dicatur quod cuſtodia adverſus vim parum prodeſt, ff. de act. emp. l. ſi ea res, & commo. l. ad eos. Sed de damno verum eſt, quod non committatur, ſed prodeſt fieri cuſtodia, ut ſciantur malefactores, quibus cognitis, ceſſat pœna contra univerſitatem. Quid ergo erit ſi noctis tempore veniant homines incogniti tiocti, nigri, aut aliter, & diſrobant Titium, & fugiant: & cives ſtatim inſurgunt, & clamandu & inſequendo eos, ſed non potuerunt eos capere, quia erant equeſtres & leves, vel ſylva prope, ubi ſe abſconderunt, ita quod incolis non poteſt negligentia imputari? Certe raro hoc eveniret, & ideu lex ad illum caſum non traheretur, ff. de leg. l. nam ad ea, alias diceretur, ſic volo, ſic jubeo, ubi lex careret ratione, non eſſet lex, ut pluries dictum eſt. Ad quod eſt quæſtio, quam de Lazaro reſuſcitato notat gloſſa in l. nam ad ea.

Additio. *Adde glo. fi. in cap.* 2. 32. *q.* 7. *Doct. in c. fraternitatis, de frigid. & malefi. Et an reſuſcitatus recuperet bona? vide gloſſam in l. ea quæ raro. ff. de reg. jur. Et per Ang. & Joan. de Imo. in l. ſi marito. ff. ſol. mat. Et an homines reſuſcitabuntur nudi in die judicii? vide per Arch. c. nemo per ignorantiam. de conſecratio. diſt.* 1.

Nec dicit in diverſis, ſed in eodem. Sanctius eſt nocentes abſolvere, quam condemnare illos, qui non culpaverunt, ff. de pœ. l. 3. quamvis ſi incolæ faciant pro poſſe debitum, raro eveniret, quin caperentur, aut inde non haberent notitiam, & ad hoc habuit reſpectum hæc conſtitutio. Quando rara & inſolita eveniunt, judicatur de his, ſicut de ſolitis. C. de leg. hered. l. ſi major, ſecundum rationem qualitatis & conditionem negotii. Pone quod incolæ, ut videmus cuſtodes ponuntur in locis dubitabilibus, latrones diſrobant in aliis locis in eodem territorio, quod tam ſit amplum, quod omnes incolæ cuſtodire non poſſent, abſurdum eſſet teneri incolas facientes quod poſſent. Nemo enim etiam per unum arctum locum tam continue ire poſſet, ff. de ſervi. l. ſervitutes. Vel venit numerus major pluſquam erant omnes incolæ, cui ipſi habitatores omnes reſiſtere non potuerunt. Certe ubi conſtat, aut poteſt veriſimiliter conſtare de vi hujuſmodi, ſufficit incolas facere quod poſſent. In his rex qui habet proventus debet facere, ut fiat juſtitia, & curare facere hoc, ff. loc. l. in lege. Dicunt quidam Theologi, † quod reditus Regni, quos habet Rex, ſunt ſtipendia, quia ad hoc inſtituta, ut juſtitiam ſervet in terra Regni, ſeu intra Regnum, dicit S. Tho. 2. 2. quæſt. 63. q. 7. Utrum illi, qui non receperunt, teneantur reſtituere in reſponſione principali, probatur ad Rom. 13.

† Additio. *Adde Gram. deciſ.* 47. De Bottis.

Debet ergo curare & facere auxiliis debitis hoc, ſic 22. q. ult. c. de forma, in gloſſa Subditi quod teneantur cuſtodire ſtratas non legimus, cum non teneantur, ſed Rex tenetur ad hoc, ut dictum eſt. Et ſi tenentur, ſufficit, quod faciant, quod commode poſſent, ff. de ver. ſig. l. nepos Proculo. 22. q. 2. faciat. Qui facit quod poteſt, ſatis eſt. C. de his qui, ut in dig. l. fi. ideo argumentum ad hoc, quod dicitur de furto, ut ſit caſus fortuitus, quando paſſus furtum fecit in cuſtodiendo & præcavendo quod potuit, & nulla culpa poteſt propterea imputari, ut hic in gloſſa dicitur. Sed contrarium videmus ſervari, quia coguntur incolæ cuſtodire, & reficere loca, unde commeatur, id enim publice utile eſt, ſine metu per itinera ire ſeu commeari, ff. de his qui deie. vel effuder. l. 1. ut. C. de ſac. ſan. eccl. l. ad inſtructionem. Sed non obſtat hoc, quod tenentur ad refectionem itinerum, ſequitur quod teneantur de robaria ibi facta, Curia debet † coercere, ut reficiant. Sed de robaria tenetur Rex, qui habet reditus regni, de quibus habet juſtitiam facere ſecundum Sanctum Thomam, ut dicemus in ſequenti conſtitutione. Rex tenetur de robaria.

† Additio. *Vide Jacobin. in l.* 2. *§. legatus, in fi. de judi.* de Bottis.

Pro ſervitiis noſtris. Ibant in commiſſionibus per curiam eis directis, & hi paſſi ſunt exercendo & exequendo commiſſa, & tunc injuria facta officiali fit ipſi Principi committenti, ut infra de inju. Cur. illa. l. 1. & l. eos.

Judæos & Saracenos. Sunt hi ſub protectione Principis, ne vindictam ſua auctoritate quis recipiat. C. de Judæis, l. Judæos, ſic ſup. de defen. l. qui in poſtetum, circa finem. Sectæ enim diverſitas inducit odium etiam inter eos, qui ſunt, & eſſe debent amore conjuncti, l. & ſi legibus, C. de epiſ. audi. de ſponſa. l. fin. Nam & clerici & laici non ſunt diverſæ ſectæ, ſed diverſi habitus, & tamen oppido ſibi ſunt infeſti, li. 6. de immu. eccl. cap. clericis, 2. quæſt. 7. laicos, & c. laici. Idem dicit gloſſa juriſ. unde dicit habere ortum hanc conſtitutionem, ſed hoc dicetur plene in conſtitutione ſequenti.

Puniantur. Primo videndum eſt qualiter puniantur combuſtores, & qualiter arborum inciſores, † deinde veniamus ad pœnam, quæ hic ponitur. Et quidem in combuſtione, aut homo perit ex tali incendio, aut non. Primo caſu comburitur, ſicut combuſſit, ſic intelligitur ff. de incen. rui. nau. l. qui ædes, tenetur etiam

aliquo odio evenerit, & frui volumus & gaudere. Nec minus Judæos, & Saracenos, quoſque Chriſtianæ ſectæ diverſitas reddit infeſtos, omnique alio auxilio deſtitutos, protectionis noſtræ potentia, pati non poſſumus defraudari. Prædicti autem clandeſtini, & nocturni malefactores, ſi in ipſo facinore deprehenſi, vel aliter legitime convicti fuerint, (a) capite puniantur.

De homicidiis, & damnis clandeſtinis, quorum auctores inveniri non poſſunt. Alias, de maleficiis clandeſtinis.

TITULUS XXVIII.

Si commiſſores damni vel homicidii clandeſtini, præmiſſa inquiſitione, de qua in textu non reperiantur, univerſitas in cujus territorio reperitur homo occiſus, ſi eſt Chriſtianus, mulctetur in centum; ſi eſt Judæus, vel paganus, in quinquaginta auguſtalibus, & illa inquiſitio habet locum etiam in damnis clandeſtinis. Et ſi univerſitas occultaverit dictas malefactores clandeſtinos, punietur arbitrio Domini Regis; hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

SI damna (b) clandeſtina * patientibus, quorum auctores † per probatio- † *Alias, Idem Auguſtus.* † *Alias, auctorum.*

(a) *Capite puniantur*. Supra de viol. meretr. illa l. 1. capite puniantur, no. gravem pœnam, ſcilicet capitalem impoſitam pro quolibet maleficio nocturno, ut in princip. conſtitutionis hujus colligitur ibi, & ceteris maleficiis, quæ clam nocturnis, &c.

De homicidiis, & damnis clandeſtinis, quorum auctores inveniri &c.

(b) S*I damna*. Si aliquis clandeſtine occidatur, ita quod neſciatur homicida, auctoritate hujus conſtitutionis debet præſes inquiſitionem facere, & ſi per eam pateat pro certo, & plene de homicidio, puniet eum. Si ſemiplene de aliquo inveniatur, qui eſt levis perſona, ponitur ad tormenta. Si confitetur, punitur ultimo ſupplicio, alias ſive quod non confiteatur. Si vero nullus inventus eſt, per inquiſitionem, citantur tunc vicini loci, in quo homicidium eſt commiſſum, & tenentur pro Chriſtiano ad centum auguſtales: pro Judæo, vel Pageno ad quinquaginta. Et eadem inquiſitio locum habet in damnis clandeſtinis rebus datis. Satis poteſt dici, quod hæc conſtitutio contineat novum jus. Eſt tamen arg. ad illud, quod de inquiſitione dicitur, ff. de offi. præſi. convenit. & ad Sylla. l. inquiſitionem; & quia judicis eſt inquirere veritatem, ut C. de eden. is apud quem. Item nota, quod ad hoc, quod aliquis tormentetur, duo debent præcedere, ſcilicet ſemiplena probatio, & quod ſit levis vitæ, ut hic dicitur. Non enim eſt a quæſtionibus inchoandum, ut ff. de quæſt. l. ſi damna, alias, l. 1.

* ADDITIONES. *Odioſa eſt hæc conſtitutio, ut per Andream* *[catchword:]* *in*

ANDREAS DE ISERNIA.

etiam l. Cornelia de ſic. ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. in princ. & ſi quis dolo. Si vero combuſſit alias res, ſi quidem in civitate, in plus punitur, ut ff. de incen. rui. nau. l. fin. Si extra, ut in villa, minus, ff. de pœn. l. capitalium, §. ob inimicitias. Majus enim periculum poſſet evenire de incendio poſito in civitate, quam extra, pro quo eſt C. de inceſt. nup. l. cum ancillæ, in fine.

† ADDITIO. *De maleficio commiſſo in loco abſconſo, vide Bar. in l. ſemper, §. hoc interdictum, ff. quod vi aut clam.* De Bottis.

Unde quando homo non moritur ex incendio, pœna erit ſemper extraordinaria judicis arbitrio, qui arbitrabitur majorem pœnam, quando in civitate, & tunc in plus puniet, quando precioſas domos combuſſit, quam quando unum paleare, & aliter ſi ſit vilis perſona conſueta talia facere, quam alius, ut d. l. fin. & l. Pedius. Licet enim in hoc extraordinario crimine ſint certæ pœnæ in perſonis, ut d. l. fin. tamen arbitrio judicis infligentur, ff. de effrac. l. 2. §. expilatores. Eſt quidem crimen extraordinarium quando homo non perit incendio: nam numeretur inter privata delicta, in quibus arbitrio ſuo extraordinarie punit judex, ut ff. de priva. delict. l. fin. & de fur. l. fin. Sed infra l. 3. de incen. ſimpliciter dicit pœnam capitis eſſe, ibi tamen dici, quod intelligitur, ſi rationabilis eſt, licet ibi indiſtincte loquatur. Inciſores arborum, & maxime vitium tanquam latrones puniuntur, ff. arbo. fu. cæſa. l. 2. Nam ſi cauſa furandi arbores ſecit, quod eſt tamen, domino ignorante, tenetur furti in duplum, & ſi contractaret poſt, & fuit deprehenſus in quadruplum, ita quod duplicatur, & quadruplabitur pretium arboris furtivæ cæſæ, ut d. l. ſciendum. Sed ſi non ex cauſa furtiva, ſed ut damnum daret, forte quia erat inimicus, vel ex alia cauſa, tunc ad emendationem damni tenetur, eod. tit. ff. ad l. Aqui. l. 1. §. 1. & per edictum illius tituli in duplum, eo. tit. arb. fur. cæſ. in princ. & l. facienda. Item quando cauſa furandi, punitur criminaliter, ſicut in quolibet furto, ff. de furtis, l. fi. & quando civilis actio, l. 1. Item ſi cauſa dandi damnum, non furandi, punitur extraordinarie, & punitur ad arbitrium judicis, ff. de priva. delic. l. 1. in gl. Sed tamen per hanc conſtitutionem uterque, id eſt quilibet nocturnus malefactor punitur capite, vel criminaliter. Quid ergo ſi de die? dic quod forte minus puniretur, ff. de effract. l. fi. & de fur. Bal. in l. 2. quia tempus aggravat delictum, ff. de pœ. l. aut facta, §. tempus. C. de adult. Gracchus, hoc enim de nocturnis dicit, ergo in diurnis non ſic, ſed aliter, ut ff. de jud. l. cum prætor. Clandeſtini plus videntur puniri, ar. ff. de ritu nup. l. fin. In diverſis quidem tractatibus hæc jura de clam, & palam intelliguntur, ut ſupra dictum eſt. Quid ſi furatus ſit unam gallinam de nocte, an capite puniatur? Item quæro de alio modico, an propter frequentiam furtorum teneantur de furto unius gallinæ. Inſtit. de rer. divi. §. gallinarum, in gloſſa. *Furator unius gallinæ, quomodo puniatur.*

ADDITIO. *Adde tex. in c. cum fur. 14. q. 6. glo. in proœ. Greg. Hoſt. in ſum. tit. de cau. poſſ. in §. & qualiter amittant, ver. Gallina, no. Bart. in l. qui ea mente, ff. de furtis.*

Et videtur quod ſic, propter generalitatem hujus literæ. Poſſet dici, quod conſtitutio Regis Caroli I. primum furtum puniat capitaliter, ſi ſit ultra unciam. Si infra, ad fuſtigationem damnetur, dummodo infra unum auguſtale: ad mutilationem vero manus, quando ultra auguſtale infra unciam. Et de pluribus licet minimis capitaliter ſervetur illa tanquam poſterior, non diſtinguens de nocte fiat, an de die, & nos indiſtincte intelligemus, ff. de pu. l. de precio. Durum eſſet & crudele pro una gallina de nocte furto ſubtracta mori, ſufficiat fuſtigatio. Pœna proportionari debet delicto. C. de pœn. ſancimus, nam pro duabus gallinis, diverſis temporibus, nocte furto ſubtractis, eſt pœna mortis per illam conſtitutionem. Item nota, quod quamvis in furto non ſit hæc pœna hodie, ut ſupra dicitur, nihilominus inquiſitio poteſt fieri propter malefactores, ut puniantur: & ad inveniendas leves perſonas, quæ tormentabuntur ſi inveniantur notatæ, ut in conſtitutione ſequenti. Remota pœna contra incolas, non removetur contra maleficos inquiſitio, immo conceditur: quia quod non mutatur, &c. per l. ſancimus. C. de teſtam. nec contingit hoc, ut uno remoto, removeatur aliud: cum ſit contra diverſos, ad quod eſt etiam, ff. de judic. l. cum prætor, & quod dicitur extra de conſtitut. cap. translato.

De homicidiis, & damnis clandeſtinis, quorum auctores inveniri non poſſunt. Rubrica.

S*I damna clandeſtina*. Summatur ut præcedens conſtitutio, ut ibi dicit gloſſa & effectus hujus legis ſumi-

tiones dilucidas inveniri non poſſint, Imperialis proviſionis remediis merito (a)

in c. 1. in verbo, provinciæ. de ſta. contra liber. eccl. inſurgit in dubium, ſi eſt commiſſum homicidium in territorio Baronis, & neſcitur malefactor, an curia Baronis poſſit agere pro damno clandeſtino contra univerſitatem ſecundum terminos hujus conſtitutionis, & videtur quod non, quia Imperator in textu hujus conſtitutionis dicit per officiales ſuos debere procedi & inquiri, & ſic clare loquitur. Item quia in conſtitutione Regni, in clandeſtinis maleficiis dicitur, noſtro applicanda ærario, & ſic illam pœnam debere fiſco applicari, & per conſequens Regis eſt cognitio. Ego ſemper fui in opinione, quod hodie Barones habentes merum Imperium, prout hodie communiter omnes habent, poſſunt cognoſcere de dictis delictis clandeſtinis. Ad quod tenendum primo moveor: nam habens caſtrum cum vaſallis, territorio & pertinentiis, mero Imperio & juriſdictione in vaſallos, prout eſt communis inveſtitura, poteſt cognoſcere in ſuos ſubditos, quia dicitur ordinarius judex ſuorum vaſallorum ut notat Andreas in c. 1. §. præterea ſi inter duos, col. 9. de probib. alien. per Freder. & in conſtitutione Regni, officiorum; ergo Rex non poteſt, nec debet ſe intromittere de primis cauſis vaſallorum Baronis, ut poſt Bal. firmat Jacobin. in tract. de Roidis, col. pen. & Mart. de Laud. in tract. de Princ. in 1. rub. concl. 138. incip. Dux Mediolani conſulmt. Curt. in conſ. 2. poſt tract. feu. Secundo moveor, quia ſi mandatum eſt merum Imperium, & ſic ut poſſit condemnare ad mortem, quanto fortius videtur conceſſa juriſdictio, ut poſſit imponere pœnam pecuniariam: nam etiam quando Barones non habent merum Imperium, condemnationes pecuniariæ erant Baronis: quanto fortius quando merum Imperium fuit conceſſum, ut decidit Andreas in c. 1. verſ. hereditatem, de pace tenenda, ubi videtur implicite decidere caſum noſtrum, dum diſtinguit quod ex quo Barones non habent merum Imperium, quando condemnatio fit ratione delicti, quia perſona condemnatur, bona ſeu pœna ſpectabant ad fiſcum, ſecus ergo eſſet, ſi merum Imperium eſſet conceſſum Baronibus ratione cujus, ſecundum unam opinionem venit poteſtas confiſcandi bona, ut conſuluit Fulg. conſ. 1. & tetigit Jacobi. in tract. de Roidis, col. 3. in fi. & in tract. feud. in verſ. cum mero. 2. col. in fi. & in ſpecie ſequitur Luc. de Pen. in l. 1. col. 8. in fi. de privil. ſchol. lib. 12. & dicuntur judices conſtituti in ſumma adminiſtratione, & poſſunt pœnam omnium bonorum imponere, ut tenet Andreas in conſtitutione pœnam novam inciarum. Tertio moveor: nam etiam ratione territorii delictum debet puniri in loco, in quo committitur, auth. qua in provincia, C. ubi de crim. agi opor. & ſic judex territorii, qui dicitur a terrendo, debet de hoc cognoſcere: nam ut declarat Andreas in d. §. præterea, territorium exponitur ideſt juriſdictio, ſeu caſtrum cum juriſdictione, & territorio. Quarto moveor: nam in multis privilegiis, imo in omnibus conceduntur quatuor litteræ arbitrariæ, de quibus in capitulis Regni car... & illas tenentibus datur facultas componendi delictum clandeſtinum. Fruſtra enim daretur iſta facultas, ſi cognitionem Baro non haberet: nam ſecundum terminos illius capituli datur poteſtas componendi etiam poſt impoſitas pœnas, & ſic poſt condemnationem, quod non licebat ſine licentia Principis, quia poſt condemnationem non poterat pœna commutari, ut decidit Andreas in cap. 1. in ver. & bona, colum. 3. quæ ſint rega. Nec dicatur, quod illud c. ſeu littera loquitur in perſona Magiſtri Juſtitiarii, & loquitur de pœna applicanda fiſco: nam dico quod hæc reſponſio facit pro reſolutione contrariorum, loquitur enim tempore quo tantum Barones habebant civilem juriſdictionem, ut Andreas in locis præallegatis, nimirum ſi verba diriguntur ad Juſtitiarium, & ſi tunc tractabatur de pœna applicanda fiſco. Secus tamen eſt quando merum Imperium fuit conceſſum. Item ſi Rex concedit Baroni, ut poſſit in damnis clandeſtinis poſt ſententiam commutare pœnam, ſatis videtur concedere cognitionem homicidii clandeſtini, quia videtur conceſſum omne neceſſarium antecedens, juxta plene poſita in l. 2. ff. de juriſd. om. jud. Quinto eſt clara determinatio in alia litera incip. ne tuorum, car... illi in ſpecie datur facultas procedendi ex officio in homicidiis clandeſtinis, ergo ſi talis litera conceditur Baroni, clam videtur data poteſtas in clandeſtino maleficio procedendi. Sexto hoc probo: nam Rex concedendo merum & mixtum Imperium, & ſic faciendo eum ſupremum Judicem, ut dicit Andreas in dicta conſtitutione pœnam, etiam in quibuslibet privilegiis excipiunt crimen hæreſis, læſæ majeſtatis & falſæ monetæ, per iſtam exceptionem datur intelligi quod omnia præter iſta dicuntur conceſſa, ut declarat Dec. in c. cum dilectus, col. 3. de confirm. uti. vel inuti. Limita, niſi eſſet caſtrum vel villa, in quibus non adeſſent, niſi quinque patresfamilias, Mar. in ſing. 232. Qualiter autem contra univerſitates, in quarum territoriis ſunt commiſſa furta, probetur de damnis, & furtis ipſis, late examinat Luc. de Pen. ad intellectum hujus conſtitutionis in l. 2. 1. col. C. de naufrag. lib. 11. tandem poſt longam diſcuſſionem tenet, quod per ſolum juramentum damnum paſſi, vide quia multa dicit ad declarationem hujus conſtitutionis, ibique in 5. col. allegat quandam conſtitutionem Regis Roberti, in qua diſponitur quod diſrobatio ex rapina probetur per unum teſtem & famam publicam. De Bottis.

Circa damna clandeſtina vide c. Regni, clandeſtinis, & c. ſequens, & c. ut frenata, & opt. conſ. Corneï 123. vol. 1. & vide Bar. in l. ne quid, ff. de incen. rui. & naufr. & limita ut per Joan. de Platea in l. fin. C. de naufrag. Fab. Jordanus.

Vide ad hanc conſtitutionem c. Regni, clandeſtinis maleficiis, in titu. de pœn. hom. cland. & an villa, quæ ſolvit pœnam pro homicidio, ſeu damno clandeſtino commiſſo in ſuo territorio habeat regreſſum contra principales poſtea repertos, ſeu per eam non captos, & dato quod ſic, an habeat hypothecam in illis bonis, vide Lud. in conſ. 508. incip. præſens conſultatio duo habet capita. Item adde, quod ſi poteſt probare homicidium commiſſum de nocte, univerſitas non tenetur. Bal. ſing. in l. ſi cum excep. §. in hac, ff. quod met. cau. ibi etiam Ang. de homicidio commiſſo de nocte, non eſt hodie verum per. d. c. clandeſtinis maleficiis, & vide omnino Lud. Rom. conſ. 7. quando agitur contra univerſitates ad emendationem damni pro furto commiſſo in ejus territorio, quando malefactores non reperiuntur, non habet locum juramentum in litem. Bar. in. l. 1. quando ex facto tuto. & an hodie teneantur univerſitates, cum Rex teneatur ipſe cuſtodire, vide hic Andr. de Iſer. & ad materiam iſtius conſtitutionis vide Alber. de Roſate in tract. ſtatut. 2. par. q. 62. cum ſeq. M. Ant. Pulverinus.

Cadavere reperto in flumine communi duarum civitatum, quæ civitas teneatur? vide Capic. in cap. feud. clauſula, §. fluminibus, verſ. flumen exiſtens, & quod ſi fuerit immiſſus ignis in reſtuchiis ante feſtum Aſſumptionis Dominæ, & fuit illatum damnum, ſi commiſſores non reperiantur, an teneatur univerſitas? vide Modern. in cap. Regni, clandeſtinis, nume. 14. & ibi. nume. 15. an procedatur ex officio, & quid debeat probare agens condictione ex hac conſtitutione vide Soc. conſil. 55. præſtantiſſime Doctor. 1. vol. & Corn. conſil. 123. 1. vol. De maleficio commiſſo in loco abſcondito, vide Bar. in l. ſemper. §. hoc interdictum, ff. quod vi aut clam. Eſt no. quod domini tenentur ſtratam cuſtodire ſecuram. Fel. in c. olim. 3. col. de excep. Jaſ. in l. ſi quando, col. 7. C. unde vi. Alex. conſ. 88. in fi. 5. col. Quid in eccleſiis? Fel. in c. ea te, col. 14. de reſcrip. Lud. conſ. 7. Capol. conſ. 18. Fel. in c. licet cauſam, col. 9. de probat. Jaſ. in l. non ſolum, in prin. de ope. no. nun. Abſentes non tenentur, Lud. d. conſ. 7. in fi. Jaſ. in l. de quib. col. 14. de legib. & in l. 1. §. in

ANDREAS DE ISERNIA.

mittor, ff. de incen. rui. naufr. l. ne quid, in princ. C. de fal. moneta, l. 1. circa fi. de his qui latro. occi. l. 1. §. domini, ad quod eſt C. lib. 11. de fabricen. l. 3. de caſtren. l. fi. in fi. Corroboratur quod dicitur in præcedenti conſtitutione: nam quod dicitur in hac conſtitutione, de ſuo fiſci commodo egit Legislator, contra ca. erit, 8. diſt. Melius ſiquidem ſtatuiſſet, ut hæc pœna caderet in conſolatione agnatorum defuncti, quam fiſco applicaretur, arg. C. de his qui ante apertas tabu. l. 1. in fi. ff. de pœn. l. capitalium, §. ult. Sed injuſtum eſt prorſus puniri innocentes: qui non deliquerunt, non puniuntur, ff. de leg.

(*a*) ſubvenimus: Ut univerſaliter per poſſeſſores locorum, in quorum (*b*) territoriis hujuſmodi ſcelera ſunt commiſſa, eorum indemnitatibus (c) conſulatur. Multo fortius illos expertes, providentia noſtra, relinquere crederemus indignum, quorum patres, aut filii, cognati denique, vel affines in locis aliquibus per homicidia perimuntur occulta. * Cum tam

§. in eum, ff. ne quis eum, & in l. ſi quis ſui. §. legis autem, C. de inoff. teſt. Dec. conſi. 37. col. 6. & conſi. 54. col. 3. an autem abſentes teneantur, vide Dec. conſi. 64. col. 4. in prin. qui dicunt quod non. Adde quod ſi alicui eſt datum damnum in proprio incolatu, ipſe tenetur pro rata ſua, Luc. de Pen. in l. nemini, in fi. C. de conſul. & non ſpar. lib. 12. & vide Ro. conſ. 7. ubi an homines de univerſitate, qui tenentur de damno non probato malefactore, poſſint deponere contra damnum dantem. Et quid in eorum familiaribus, & quid ſi repertus homo mortuus in territorio non tamen apparet occiſum in territorio, an debeat puniri univerſitas, vide Dec. conſi. 438. in prin. An autem habeat locum, ſi eſt commiſſum furtum extero, vide Hippol. de Marſ. in l. fi. nu. 115. ff. de juriſd. om. jud. ſi allegetur per univerſitatem delictum fuiſſe commiſſum extra territorium, & corpus deinde illatum intus territorium, quis debet hoc probare, Arno. caut. 24. & an in furto procedi poſſit ex officio, vide in d. cap. ad hoc, num. 138. & num. 64. & ibi Scrib. omnino. Adde, quod ſi aliquis fuit captus in uno territorio, & diſrobatus in alio, quis teneatur, vide Felyn. in cap. 1. pen. col. de præſump. & Bald. in Auth. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſc. & cler. col. 4. Jaſ. in l. de quib. col. 14. ff. de legi. & in l. 1. §. in eum, ff. ne quis eum qui in jus, & in l. ſi quis ſui, §. leges autem. C. de inofficio. teſtamen. Dec. in conſil. 37. colum. 7. De Bottis.

(a) *Subvenimus*. Ut ſupra, l. proxi.

(b) *In territoriis*. Alias, territorio: & patet manifeſte ex litera præſenti, quod tunc demum agi poſſit contra aliquam univerſitatem ad pœnam centum Auguſtalium, quando in territorio ipſius civitatis aliquis homo invenitur clandeſtine occiſus: † ſecus ſi intus ipſam civitatem, tunc ceſſat hæc conſtitutio.

† Additio. *Vide Mod. in c. regni, frequens, in fi.* De Bottis.

Nam territorium dicitur extra civitatem, ut probatur aperte, ff. de verbor. ſignificat. pupillus, §. territorium, & C. de epiſc. & cler. nulli. circa finem.

Additio. *Adde l. fi. ff. de juriſd. omn. judi. glo. in c. ſi quis epiſcoporum. 16. q. 2. Jo. And. in c. 2. de conſti. lib. 6. in novel. Idem. Joan. And. in c. cum contingat, de foro comp.* Superant.

(c) *Conſulatur*. Ut cavetur etiam in præallegatis legibus non in ſuperiori conſtitutione. Plerumque tamen cuſtodes puniuntur, ut ff. de offic. præfec. vigil. nam ſalutem, §. effracturæ.

* Additio. *Vide late Gram. deciſ. 47. & Marſ. ſing. 338. & 357. vide Rol. conſ. 7.*

ANDREAS DE ISERNIA.

leg. 1. l. fi. ſed quia maleficium fit in territorio terræ, ideo præſumitur incolas ſcire illos, qui commiſerunt, hoc non procedit, quia in d. l. ne quid, recipi dicitur a poſſeſſoribus raptoribus, ut dicit gloſſa vel ab aliis, quorum opera funguntur. Nam ſi ab extraneo, & poſſeſſor ſciat, tenetur propter cuſtodiam, dicit gloſſa ideo & melius: quia non indicat ſciens maleficium, ut tunc ſit ſpeciale teneri ad indicandum; cum regulariter non teneatur, niſi in caſibus, ff. de cond. ob turp. cau. l. 3. hoc eſt plene dictum in ultima rub. Feud. §. navigia, & hic ſimiliter per iſtam conſtitutionem. Sed ignorans non tenetur, ut in d. l. ne quid in gloſſa. Præſumitur forte, quia converſatur ibi, id ſcire, ut arg. C. de nup. ſi vicinis, & extra de elect. c. 3. & c. ſcriptum. Ex iſta præſumptione non debet quis damnari, ut ff. de minoribus l. 3. §. ſcio. Quin præſumitur ignorantia regulariter, ut ff. de proba. l. verius. Alii dicunt, quod eo ipſo, quod prope litora ſunt, præſumuntur ſcire naufragium, arg. C. de naufra. l. quoties, quia navis magna eſt, non poteſt incola prope prætendere neſciviſſe, quia navis rupit ibi: ſicut epiſcopum tranſiviſſe ad aliam eccleſiam, ut extra, de tranſlat. c. quanto. Sed quod ſciverint proinde rapientes de naufragio, hoc non dicitur ibi. Imo contrariam loquitur: quia cum dicit litera a poſſeſſoribus recipiunt: dicit gloſſa ſcilicet rapientibus, in l. 1. de ſal. mo. Tutelæ officium eſſe debet ut ſciat, aut ſcire debeat, quod agebatur in rebus pupilli, quia & domino majori ætate hoc imputatur, ea. l. §. dominus, ut intelligas tutorem teneri ſicut tenetur dominus major, ſcilicet, de incuria & negligentia, ut ſit tutor loco domini, ut ff. pro emp. l. qui fundum, §. tutor. nam in alio tractatur. C. de his qui lat. l. 1. §. domini, tenetur dominus ſciens. Item l. ult. loquitur in illis, qui ſunt de eodem corpore. Unius delictum nocet omnibus, quia damnum, & incommodum commune eſt, inde ſuccedunt ad invicem, ut C. de here. Decur. l. fi. merito ergo tenentur omnes, ut ibi dicit gloſſa l. de caſtren. non facit, dicit enim puniri delictum in loco, ubi commiſſum eſt, ut auth. qua in provincia. Unde melius ſtatuiſſet hoc hujuſmodi legiſlator, & ſuperior, quod Rex habens reditus Regni, qui ob hoc tenetur ad cuſtodiam, puniatur, quia non cuſtodivit, omnes violentias & latrocinia Regni debet Rex emendare ſecundum S. Tho. ut ſupra dictum eſt. Poſſet etiam Rex cogere univerſitates ad reficiendum & reparandum vias & pontes, & alia commiſſa ibi, ubi non deberet teneri niſi Rex: & ſi publice, utile eſt per itinera ire ſine metu, & periculo commeari, ubicunque publica utilitas vertitur.

Additio. *Adde quid de clericis, an & ipſi teneantur pro rata? vide per Doct. in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſan. eccle. Doct. in c. non minus, de immu. eccle. Pet. de Anch. in repet. c. poſtulaſti, in 5. q. de foro compe. Barth. Cap. in tract. de ſeru. ruſt. præd. in c. de via. Abb. conſ. 3. incip. caſus ſuper quo, in 1. vol. Alex. de Imo. conſi. 48. incip. & viſo, & dudum diſcuſſo. 2. vol. Barb. conſi. 29. incip. clementiſſimum Deum, in 4. vol.*

Item fiſcus tenetur ad precium eorum, quæ conſtant. C. ne qui. cau. ſer. pro. præ. l. 1. & 2. Quando vero incolæ occultarent maleficos, tunc ex proprio, non ex alieno delicto tenerentur: cure pœna tunc ſuos debeat tenere auctores. C. de pœn. l. ſancimus, & eſt tunc pœna, ut in fine hujus conſtitutionis.

Multo fortius illos. Si ſupra providet de damnis rerum, multo plus debet providere de damnis perſonarum, hæc enim præponderant. C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus, & arg. C. de pac. conven. l. hac lege. Et hoc dicunt quidam idem eſſe in omnibus maleficiis, ubi non apparet accuſator, vel delator, ut inquiratur ad hoc, ut non ſint impunita. Alii contra, ut non deſtruatur regula, nemo ſine accuſatore punitur, de hoc dicemus infra de offi. Juſt. l. præſenti, & l. hi qui, §. ſpecialib. & l. Juſtitiarii.

Perſonarum levium & vilium. Et quæ ſint hæ, dicitur C. de inceſ. nup. l. humilem, §. fi. de adul. l. quæ adulterium, ad l. Jul. de adult. ff. de ri. nup. l. palam, per totam l. & illi qui numerantur, infra de offi. Juſti. l. hi qui. Mulier præpoſita quibuſcunque mercimoniis. ut d. l. humilem, in fi. Nam ſicut in maſculo, ubi vilia miniſteria exerceat: ideo ſtrictius in muliere: nam fœmina non debet intereſſe conventui virorum ob naturalem, alias, matronalem pudorem, ut C. de contrah. ſtip. l. optimam. Et attendendum quod gloſſa dicit, ut non ſufficiat indicium ad torturam: ſed quod ſit levis vitæ: nam argumenta & indicia debent præcedere contra ſuſpectum, & aliis argumentis, &c. In plurali dicit, & aliis, ff. de quæſt. l. 1. in prin. & in §. idem Cornelio. ibi, ſed argumentis cauſam examinandam, ut C. eo. l. milites, ver. oportet, & in conſtitutione incliti Regis Caroli II. quæ incipit, tormenta. Unde ſi homicidium probatur per unum

tam horribilis ſceleris patratores (a) inveſtigatione qualibet, quamvis exactiſſima, nequeant reperiri. * Præſenti igitur ſaluberrima conſtitutione ſancimus, ut ſi quando hujuſmodi

(a) *Inveſtigatione*. Ergo ſive ordinaria, ut quia ſit aliquo accuſante, ut C. de edendo, qui accuſare, & de probationibus, ſciant, ſive extra ordinem, ut per inquiſitionem, & nemine deferente, ut ſupra de hæret. l. 1. ibi, nemine deferente, &c. ubi ſubjungitur, ſicut & alios, &c. ſive igitur probentur actores criminis ab accuſante ab univerſitate ſe defendente: univerſitas liberetur, & hoc indicat verbum, quemlibet, hic poſitum, quod ſignificat omnem ſpeciem probationis, ſive etiam inveſtigationis: arg. ad hoc, ff. de hered. inſti. hoc articulo, quiſquis, & de leg. 2. ſi pluribus, 1. reſpon. & quia quæ poſſunt probari agendo, poſſunt etiam probari excipiendo, ut ff. de jureju. l. nam & poſtea, §. ſi minor. & ff. quibus ex cauſis maior. l. cui rem, & ff. de doli excep. l. pure. §. ultr. C. de excep. licet, & ff. de inoffic. teſta. l. contra veterani. §. ſi filius. Quid autem ſi aliquis dicat ſe velle aliquem accuſare & probare, ſed differat? Reſpondeo, judex poteſt ei præfigere tempus, intra quod accuſet, & probet: alias non audiet eum, argumento C. de ingenuis & manumiſ. l. diffamari, & de remiſſ. pignor. ſi eo. Videtur ergo cogi agere, & ſic eſt contra. C. ut nemo invit. l. 1. Sed dic, quod non cogitur: ſed ſi non agit, amittit jus ſuum: & prætor ei denegat juriſdictionem, ſic. C. qui accuſare non poſſunt, ſi ea, & ff. de bonis auth. jud. poſſi. ſi ſervus, & ff. ex quib. cau. majo. l. ſed & ſi prætorem, §. ſi dum, elapſo igitur tempore a judice definito, nullo accuſante & probante, exiget pœnam: quia non debet pati aliquid fieri in fraudem Curiæ, nec remittere pœnam, ut infra de exut. & præ. judi. l. contingit, & l. ſponte, & de of. ma. ca. & ba. l. puritatem.

* Additio. *Adde quod ad hoc ut poſſit conveniri univerſitas, debet probari hæc negativa, Corn. conſ.* 123. *col.* 2. *vol.* 1. *Aymo conſi.* 121. *num.* 11. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

unum teſtem ad tormenta: ſi teſtis non reprobetur: videtur, quod ſit neceſſarium probare de levitate, vel vilitate vitæ, vel ſi eſſet girovagus, arg. ejus quod no. in gloſſa C. ubi de crim. agi opor. l. 1. pro quo eſt, ff. de quæſt. de minore, §. fin. Idem ſi probetur, quod eſt fama publica, quod occidit, arg. ff. de teſti. l. 3. §. ejuſdem. C. de prob. l. proprietatem, ut ſemper requiratur ſemiplena probatio faciens indicium, & levitas perſonæ. Sed ſi incipias a fama, quod ſit fama, quod Titius occidit, hoc ſolum non ſufficit, niſi probetur levitas, ut hic dicitur. Idem ſi probetur, quod Titius aufugit citatus de more: nam fuga reddit eum ſuſpectum, ut in Auth. de exhib. reis, §. ſi vero cuidam. Sed quantum ad hoc, ut torqueatur hoc eſſet ſuſpectiſſimum, ut d. l. 1. §. 1. & ideo plura indicia, ſeu plura argumenta exiguntur, & debet dari copia indiciorum, propter quæ tormentari debet. Ultra induxit dicta conſtitutio tormenta hæc juſtiſſime: dicitur quod ſi datur copia in cauſa duorum denariorum, multo fortius ubi de ſalute unius hominis. Idem de ſimilibus indiciis, cum poſſet etiam innocens aufugere timore judicis: & fama plerunque naſcitur ab æmulis. Sed ſi per unum teſtem non reprobatum, nec ſuſpectum probetur, quod Titius occidit, quia vidit, videtur hoc ſufficere ad tormenta, & ſi non probetur levitas ff. eod. l. maritus, & probatur Eſd. 12. cap. ubi Mardochæus non vidit, quod erat in animo eunuchorum, ſed intellexit cogitationes: creditum eſt ei nunciarti Regi, qui de utroque, habita quæſtione confeſſos morti tradidit, Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ad Rom. 15. fortis probatio eſt per viſum. Aliæ etiam diverſæ ſpeciei non faciunt unam, ſic forte argum. C. qui. mu. tute. l. 1. Magis movetur judex per unum, qui dicit ſe vidiſſe, quam per famam, & fugam: etiamſi hæc duo, ſcilicet, fama & fuga concurrant: tunc ultra hæc conſtitutio probare præcipit levitatem perſonæ, argu. ad præmiſſa, ff. de teſti. l. ob carmen, §. judiciorum. Unde quod dicunt leges, & dicta conſtitutio, tormenta, de pluralitate indiciorum, non videtur referri quando unus teſtis omni exceptione major, qui non reprobatur, dicit ſe vidiſſe: quia de hoc ſpecialiter ſtatuitur in l. maritus, generalitas dicens de pluralitate indiciorum, non trahitur ad illud, de quo ſpecialiter & expreſſe cavetur, ut ff. de pæn. ſanctio. & in multis titulis eſt arbitrium, ut judex videat quanta ſit fides adhibenda indiciis: quia & de quæſtione, ſeu de tormentis hoc idem, ut ſint in arbitrio ejus multa, ut ff. eo. l. 1. §. quæſtioni. & d. l. 3. de teſti. §. ejuſdem, & hoc multo magis in accuſatione, ubi ſollicitudo accuſatorum multa probat: & in officio non timetur ſubornatio. Ubi vero ſine indiciis quis tortus confitetur, an præjudicet, ſi perſeverat in confeſſione? Dic quod non, ut dicta conſtitutione tormenta, & in conſtitutione ſequenti patet, & ff. eo. l. divus, §. ex quibus, ubicunque quis non debet interrogari cum quæſtione, ibi ſi adhibita quæſtione confitetur, non valet quæſtio, ſicut ff. eo. l. 1. §. item ſuſpicio, ita de cautione, quæ non debet interponi, ſi fuerit interpoſita non committitur, ff. de dam. infe. l. fluminum, §. vitium. Idem ſi fiat inquiſitio, ubi non debet fieri, facta non valet, extra de accu. c. inquiſitionis, §. fratris, quicquid ſequitur contra legis prohibitionem, nullum eſt, ut C. de legi. non dubium. Idem dicendum eſt, quando conſtaret de crimine per prohibitos teſtificari: vel in accuſatione facta per illum, qui non poteſt accuſare. Idem ratione perſonæ accuſati, ut clerici: tunc enim judex ſæcularis non cognoſceret. Nec obſtat quod crimina undecunque claruerint, punienda ſunt. 23. quæſtio. 5. ecce.

Additio. *Adde tex. in c. ſi quis omnis*, 1. *q.* 7. *Card. Zab. in c. at ſi clerici, in* 4. *oppoſi. de judic.*

Non enim dicitur clarere, niſi quando judex eſt competens ratione accuſatoris, & rei, & teſtes non ſunt prohibiti. De hoc diximus in titulo, quot teſtes ſunt neceſſarii ad novam inveſtituram probandam. Videtur tamen tunc obſtare. C. quod me cau. l. ſecunda, ubi purgatur metus per ſpontaneam ſolutionem. Sed hic ſpectatur initium quod fuit contra legem, ſcilicet torquere hominem ſine indiciis, argu. ff. de acquir. poſſeſſio. l. clam. in principio. Sic econtra non eſt falſum, quod juvatur primordio veritatis, ff. de leg. 2. cum filius, §. heres. Si perſeveret, hoc enim nocere videtur etiam quando juſte adhibentur tormenta, ff. eod. l. prima §. divus. Si injuſte, perſeverantia non purgat quod ſic vitioſe factum eſt. Aliud ergo eſt ubi promitto per metum, deinde ſponte ſolvo, ſublata eſt proxima cauſa turpitudinis tunc per diverſum ſequentem actum ſolutionis ſpontaneæ: at hic confeſſio & perſeverantia eſt circa idem: non ſunt diverſi actus, quia perſeverantia requiritur etiam quando juſte adhibentur tormenta: & tunc eſt neceſſarium quod ſequitur, quod ſit ſolutus tormentis, quæ non timeat iterari. At quando injuſte, quia per indicia, non ſunt ullo modo tormenta adhibenda, ff. eod. unius, §. in ea cauſa, & quia de perſona hominis agitur, non habet locum illud generale, quod fieri non debuit, factum tamen tenet, ff. quando appella. ſit. l. prima, §. primo. Sed illud quod eſt in dicta l. non dubium, ut pro nullo ſit contra prohibitionem legis habitum, pro quo eſt, quia aliter judicantur perſonæ, quam res, argumen. C. de ſal. l. ubi, & ff. de pœn. l. in ſervorum, in fi. & vide quod infra ſequitur. Idem ſi hic, contra quem ſunt indicia, tormentetur: & de homicidio, de quo agitur & quæritur, non confitetur, ſed confitetur alia crimina, ubi eſt pœna mortis. Non enim debet quærere ſpecialiter, ſed generaliter quis fecit homicidium, de quo agitur, alias eſſet ſuggerere, ff. eodem, l. prima, §. quæſtionem. Sed de ſe poteſt interrogari ſpecialiter, & ubicunque poſſet teſtis de cauſa interrogari, & ubicunque æquitas judicem moverit, ſi agatur non excipiendo contra teſtens, vel actorem, dicit Innocent. extra de confeſſis, cap. cum ſuper, & vide

di maleficia (*a*) in quorumcunque territoriis locorum (quod abominamur) contigerit in poſterum

(a) *In quorumcunque territoriis locorum*. Volunt quidam dicere ex hac litera, quod hæc conſtitutio tunc tantum locum habeat, quando hujuſmodi homicidium, cujus commiſſor inveniri non poteſt, eſt commiſſum: & occiſus quis reperitur in territorio alicujus civitatis, vel caſtri: videlicet extra civitatem, vel caſtrum: non autem quando intus: nam territorium eſt univerſitas agrorum, &c. ut ff. de ver. ſign. l. pupillus, §. territorium. Ager vero eſt locus ſine ædificio, ut in eo. tit. l. ager, in prin. & l. fundi, & l. quæſtio.

Additio. *Adde l. inſula, & l. pen. in §. ſi quæ ff. de acq. rer. dom. & Spe. in tit. de probat. in §. 1. verſi. quid ſi non eſt*. Superant.

Sed intus in civitatibus, & caſtris ſunt ædificia ſemper: cum dirui prohibeantur, ut ff. de contrah. emp. l. ſenatus, & de legatis & fideicom. primo, l. cetera, §. 1. & de dam. infe. l. fi. & C. de ju. reipub. l. fi. & diruta refici jubeantur, ut ff. de offi. præſid. præſes provinciarum, & de dam. infe. l. ad curatoris, & C. de ædi. priva. ſi ac proponis, & l. ſingularum. Unde quia lex iſta lata eſt, quando in territorio: ſecus enim quando intus in civitate, vel caſtro, id enim quod extra ſtatuitur, non continet quod eſt intus: ſicut nec id quod intus ſtatuitur, continet quod eſt extra: arg. C. de fideicom. l. voluntas, ff. de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. quæſitum, §. Celſus ſcribit. Quippe cum territorium, quod eſt univerſitas agrorum, ſit alter locus a caſtro, vel civitate, quæ muro tenus æſtimatur, cingitur, & finitur, ut ff. de pena. lega. l. nam quod liquide, §. ſi ita, & de verb. ſign. l. 2. in prin. & l. ut Alphenus, quomodo dici poteſt hanc conſtitutionem inductam contra rationem communis juris in uno loco, videlicet in territorio, trahi ad conſequentia in altero loco, quantumcunque conſimili, ut ff. de legib. & ſenatuſconſ. l. quod non ratione, & C. quæ ſit longa conſuetudo l. 2. ff. de reg. jur. quod eſt contra rationem, quinimo territorium eſt acceſſorium, & caſtrum ſeu civitas eſt principale, ut patet C. de epiſc. & cler. l. nulli, circa fi. & ita principale in acceſſorio non cenſetur, ut patet, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. ex pupillari, & C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. nuda, ſed non poſſet quidem intelligi caſtrum eſſe in territorio: ſicut nec ſervus eſſe dicitur in peculio ſuo, ut ff. de pecu. l. Stichus, in fi. & ff. de peculio, l. depoſitis, §. Stichus. Ex adverſo videtur: nam appellatione territorii ipſum caſtrum cum territorio intelligitur, ut C. de fund. li. l. 2. lib. 11.

Additio. *Adde an contineatur diœceſis? vide in c. omnes baſilicæ. 16. q. 7. & an contineatur proprietas? vide per Oldr. conſi. 176. incipien. Factum tale eſt: In vertice cujuſdam montis*. Superantius.

Territorium enim large accipitur, id eſt, juriſdictio, ut in præalleg. §. territorium, in fi. Et ſic ſumitur, ff. de juriſdictio. omnium judicum, extra territorium, & ſic in hac ſignificatione continentur etiam caſtra, ſeu civitates, nec eſt abſonum, quod ipſum caſtrum, ſeu civitas, licet ſit caput, de territorio dicatur: quia Princeps familiæ appellatione continetur, ut ff. de verborum ſignificatio. l. familiæ, & ipſe Imperator ſe vocat militem, ut ff. de re milita. l. 1. in medio, & ſe inter ſenatores connumerat, ut C. de dignitatibus, lib. 12. l. jus ſenatorum, licet ſenatores ſint membra, & Princeps caput. C. ad legem Juliam majeſtatis, quiſquis, in principio. Item in eo, quod eſt ſtatutum in pomerio civitatis, etiam in ipſa civitate debet ſervari, ut ff. de ſervis exportand. l. cui pacto, & hanc

ANDREAS DE ISERNIA.

vide quod ibi ſequitur in hoc: quia ſi excipiendo ſecus eſſet, extra de exceptio. cap. pœne, & ff. de his qui notantur infa. Lucius, & tunc quando de alio crimine confitetur, diſtinguitur, aut eſt connexum & puniet eum, ff. de adulter. l. prima, §. ſi publico. Aut non, & tunc in illo judicio non punitur, quia contingit alias, non tangit cauſam cœptam denuo, alias de novo poſſet accuſari &c. Et licet probationes unius cauſæ non producuntur in alia, per ea quæ not. C. ad leg. Jul. de vi publica, l. ſi quis ad ſe fundum, tamen confeſſato crimine, factum eſt notorium juris: & tunc incipiet judex competens ex ſuo officio ſuper confeſſato proceſſum ſuum. Etiamſi clericus coram ſæculari confeſſus eſſet, & damnabitur ex illa confeſſione: niſi probet errorem, vel confeſſionem ſuam in illo, ſeu alio caſu intellexiſſe, ut dixit dictum cap. cum ſuper, & de electio. per inquiſitionem, & ad hoc inducitur dictum cap. ecce. quod crimina undecunque claruerint, punienda ſunt. Idem eſt quando ex abrupto † quis confitetur, ut dicit Azo in ſum. de confeſſis, & eſt alia cauſa hæc a prima, & ideo in ea faciet judex, ſicut ſi ſimpliciter adiretur, & inciperetur a confeſſione.

Clericus confeſſus coram judice laico.

† Additio. *Vide Fel. in proœ. Decr. in princ. in 1. glo. & infra in conſtitutione humanitatem, & in conſtitutione pœnam eorum, & ibi And. & Alex. conſ. 24. pen. col. vol. 2.* De Bottis.

Item hæc conſtitutio refrenat judices gaudentes de morte hominum, & ſitientes ſanguinem humanum, adhoc male ſervatur in præjudicium animarum ſuarum. Non enim tormentantur illi, contra quos juſte tormenta adhibentur: & ſtatim condemnat confeſſos in tormentis. Illud quidem, quod confitentur dum torquentur, non eſt validum: niſi perſeverent in confeſſione illa: quia non habentur pro facinoribus exploratis ff. eo. l. 1. §. divus, bonus judex non debet ſtatim pronunciare poſt confeſſionem in tormentis factam: ſed debet in vinculis ponere, donec pronunciet, ut ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus, ad l. Jul. maje. l. 4. in fi. ibi, confeſſum in judicio reum, & propter hoc in vincula conjectum: ut ſi vellet dicere ſe erraſſe in hujuſmodi confeſſione, quia vivit ille, quem confeſſus eſt ſe occidiſſe, ff. de interroga. actio. l. qui ſervum, vel alia ſimilia. Audiat eum eductum de vinculis ante ſententiam, ut judicibus crudelibus frenum adhibeatur. C. de cuſto. reo. l. 2. & de pœn. qui ſententiam, hoc melius declaratur hic: quia quando eduxit judex eum in judicio, ut videat ſi perſeveret, non debet dicere, ſicut mali judices faciunt: Ecce margaritam, ſcilicet oſtendere ei chordam, quaſi dicat, ſi tu non confiteris, poneris in tormentis: hæc confeſſio, vel perſeverantia eſt nulla timore tali. Sed debet dicere, tu confeſſus fuiſti hoc, & hoc: † ſi feciſti non tormentaberis ultra, dicas veritatem; & tunc ſi perſeverat, vel alia dicat, valebit confeſſio: & tunc ſi poſt ex intervallo negat, niſi probet juſtum errorem, ſtabitur confeſſioni tali, in qua ſemel perſeveravit, ſufficit ſemel voluiſſe, & confeſſum eſſe ſine formidine iterationis tormentorum, per jura quæ dicunt, non pati injuriam, quod ſemel voluit. ff. de aqua plu. arc. l. in diem, & l. in concedendo, alioquin ſemper negabit, quando veniet ad condemnationem.

† Additio. *Vide Scrib. in c. regni, ſi juſte quis, num. 26. cum ſequen.* De Bottis.

Ubi autem juſtum errorem probaret, ſemper audiretur ff. ad leg. Aquil. inde Neratius, §. fin. & l. ſeq. de interrogator. actio. de ætate, §. qui juſto, imo poſt ſententiam, ff. de quæſtio. l. prima, §. fina. & de pœn. divi fratres. Ad veritatem ſemper oculum debet habere judex, quia verum amamus, ff. de conditio. & demonſtratio. cum ita, & Chriſtus dominus noſter dixit: Ego ſum veritas, non dixit, ego ſum ſententia. Sicut non dixit, ego ſum conſuetudo, 8. diſt. qui contempta, & peret 81. diſt. quicunque. Res judicata pro veritate accipitur, ſed non eſt, quando apparet contrarium, tunc res non eſt integra, quod eſt neceſſe, ff. de ſolu. cum quis, jure Longob. ſecus, ut ſequitur infra. Hac ratione, ſi confeſſio facta fuiſſet per tormenta ſine indiciis, & per plures dies poſt repetitus, dicat ei judex, non ſtabo confeſſioni tuæ, quam feciſti in tormentis, dicas id quod verum eſt, quia non tormentaberis: & tunc ſi dicat, feci hoc, & hoc, ita

rum perpetrari. Nec ipſorum commiſſor appareat. Ita quod nullus de tali facinore ab his, qui

& hanc ultimam ſententiam reputo veriorem. Ut ſcilicet conſtitutio locum habet, ſive intus, ſive extra in civitate, vel caſtro quis repetiatur occiſus: & hoc probo etiam ex litera conſtitutionis, ut infra, ubi dicit, tunc illius loci, in quo male, &c. & ſupra l. prox. & ſic non loquitur ſtricte in ſolo territorio: ſed ſiva intus, ſive extra inveniatur occiſus: nam verbum, locus, eſt generale, ſive ædificia habeat, ſive non habeat, ut ff. de verbor. ſignificatio. l. locus, §. loci, & l. fundi, §. locus, & de aqua plu. arcenda, l. 1. §. apud Labeonem, & de relig. & ſump. fune. locum, §. in locis, & ſic legem imponamus rebus, non verbis. Et ipſam legis conſideremus rationem & mentem, & bene argumentatus ſum ex litera etiam ſuperioris legis: nam hæc ad ejus imitationem lata eſt, ut ſupra in principio.

ANDREAS DE ISERNIA.

Ita ut appareat de ſpontanea voluntate in confitendo, vales, ſicut nunc eam inciperet, & ſuam confeſſionem inchoaret, ex quo non habet reſpectum ad illam extortam confeſſionem: modicum intervallum non ſufficit, quaſi adhoc ſit territus de eo, quod juſte paſſus fuit, ar. legum de magno & parvo ſpatio temporis, ff. de adul. l. quod ait. §. fi. C. de duo. re. l. fi. duo. in fi. ſecus ſi judex erat conſuetus mentiri, vel iratus, crudelis, ut reus timeret torqueri: ſi tunc confiteretur, non eſſet ſublata tunc proxima cauſa formidinis: ad primordia mala videtur referri quod ſequitur, ut ſcilicet timore confiteri videatur, ar. ſuperficialiter. C. de impo. luc. deſ. l. 1. in fi. tu. & ſicut quando præcedit liberalitas, non præſumitur crimen, tunc dicitur, quod cauſa liberalitatis ſeparata eſt a criminatione. C. de do. int. vir. & uxo. l. ſi maritus. Ita econtra præcedente injuſtitia tormentorum, ſubſequentes actus confeſſionis referuntur. Idcirco conſtitutio dicti D. Caroli II. hoc caſu exigit probari ſpontaneitatem, & ſpontaneam voluntatem, aliter quam per acta illa, ut dicit. Et ideo caveant ſibi judices: quia eorum arbitrio id committitur, ubi dicta conſtitutio non ſervatur, ſicut extra regnum, ut videant an timore comminato, vel perterrito, ne reducantur ad tormenta, hoc fateantur, & acta conficiant, ſicut eſt veritas, prout eſt complexio & conditio torti timida, vel indurata, ut in §. quæſtioni. Non poteſt de hoc dari certa definitio, ſicut de mora. ff. de uſur. l. mora. in prin. Sed anima ſua, ſcilicet, judicis, † erit in manica ſua, per hoc non evitabit judex pœnam legis Juliæ de vi publica, ſi tormentavit, quando non debuit. ff. ad leg. Jul. de vi publ. l. lege. nam pœna unius non relevat alium, ut ff. de adul. l. 1. §. ſi publico.

† Additio. *Vide Mod. in c. regni, frequens, nu. 79. cum ſeq.* De Bottis.

Item ſi interrogatur † in tormentis de ſociis criminis, ff. ad Sylla. prius, ad exhib. l. fi. & tunc non creditur confeſſo in ſe, de aliis. niſi in caſibus, qui no. C. de accu. l. fi. & in illis caſibus non niſi ad aliqualem præſumptionem, ut ibi in gloſſa, & tunc non debet interrogari: niſi aliqua præcedat præſumptio, ut ibi in gloſſa notatur quod qualiter fit, & qualiter procedat judex, tunc attendendum eſt: nam regulariter non interrogatur de alio confeſſus in caput ſuum, ff. eo. l. repeti. in fi. ſed facit aliqualem probationem quandoque, ut dictum eſt, & patet, ff. de vi & vi arm. l. interdicta, maxime in crimine læſæ majeſtatis, ut C. ad l. Jul. majeſt. ſi quis, in fi. & extra de confeſ. c. 2. & 15. q. 3. c. nemini, ff. ad Syll. l. & ſi percuſſor. iſta qualiſqualis præſumptio, ſeu probatio, etſi plures ſint confitentes de Titio, non valebit, quantum dictum eſt unius teſtis, qui facit torqueri, d. l. maritus, nam teſtis producitur in eodem judicio: at confeſſiones alterius judicii contra alios habitæ non debent valere: quia nec probationes, ut d. l. ſi quis ad ſe fundum, per ea quæ notantur. C. de eden. l. 2.

† Additio. *Alex. conſ. 128. 4. vol. Fel. in c. cum I. & A. 4. colum. de re jud.*

Si centum teſtes ſunt producti contra Titium, qui fecit homicidium cum Cajo, non præjudicat Cajo, nec confeſſio Titii dicentis ſe occidiſſe cum Cajo: hæc tamen præſumptio qualiſqualis eſt, quia confeſſus eſt contra ſe, non ſic in teſtibus. Et ideo creditur in aliis caſibus propter immanitatem delicti. Unde judex inquiret de fama & conditione hujus ſocii, non movebitur ex ſola illa confeſſione in dictis caſibus. Dicit enim gloſſa qualiſqualis præſumptio: & ſi inveniat eum bonæ famæ, ſola confeſſio talis non operabitur quicquam, quia debent eſſe præſumptiones & argumenta. Item hæc conſtitutio quando principaliter quæſitum eſt de homicidio, exigit, ut ſit levis vitæ, qui tormentari debet. Sed ſi eſſent plures confitentes, ſatis videtur probatum, ut de indiciis tunc datur copia eorum, ut juvet ſe, probando talia, per quæ enerveretur efficacia confeſſionum. Inclitus Rex Carolus primus voluit & ſtatuit, ut confeſſiones trium latronum confitentium de aliquo, ſint plenæ probationes, dum tamen unus neſciverit de aliis confitentibus. Hic proceſſus utrum fiat ex officio, nemine accuſante, cum non ſit de caſibus, ubi ſine accuſatione proceditur, qui no. ff. de mune. & honorib. reſcripto, §. ſi quis, & de adult. l. 2. §. ſi publico? Satis videtur quod ſic: & ita intelligatur. C. de cuſto. reo. l. 1. in prin. ibi, dicit publicæ ſollicitudinis cura produxerit, ex quo voluit lex haberi aliqualem probationem ex his confeſſionibus, ad quid hoc diceret, ſi non poſſet procedi ex eis: ſufficiat Legislatori dicere judici, ut interroget de ſociis. Alii intelligunt, ſcilicet, quod procedat juſſu, & puniat, ut C. de legibus, l. non dubium. Hæc maxime erunt vera, ubi ſine accuſatore proceditur: ut quia famoſus latro, & inſignis, ut ff. de appel. l. conſtitutiones.

Additio. *Adde quis dicatur latro famoſus? vide Doct. in l. 2. §. adverſus eos, ff. de ſepul. viol. Doct. in auth. novo jure. C. de ſer. fug. Et de materia latronum habetur per Bar. in l. capitalium in §. famoſos. ff. de pœn. Bal. in l. 3. C. de epiſc. audi. Doct. in c. ſi quis fortitudinem, 23. q. 3. Doctu. in cap. pro humani. de homi. lib. 9. Joan. And. in addit. Spec. ſuper rubr. de furtis.*

Et in his quæ ex officio nunciantur, ut C. de accu. ea quidem. Item quid ſi confeſſus in tormentis juſte adhibitis de ſe, & aliis fateatur in caſibus, ubi eſt qualiſqualis probatio? Deinde antequam damnetur, vel in ipſa damnatione dicat, quod mentitus eſt de aliis: & retractet, quantum in ſe eſt quod dixit? Conſtat quod ex quo ſemel perſeveravit in ſua confeſſione quantum ad ſuum præjudicium mutare non poteſt, ut ſupra dictum eſt: Quantum vero ad alios, quos nominavit, videtur quod ultimo dicto ſtetur: ſicut in teſte, qui redit, & contrarium depoſuit, & cum parte non fuit locutus, ut no. de teſti. auth. qui ſemel, & in ſum. eod. ti. §. pen. hoc eſt minus quam teſtis, ut prædictum eſt: & extra de confeſ. c. 1. Vel non plus valet, quam unus teſtis. Item videtur non valere, nec primum dictum, nec ſecundum: quia varius, ut ff. de teſti. l. qui falſa, & in eodem actu vario non creditur; multo magis ſi ex intervallo. Hoc totum eſt in judice, ut videat conditionem facti, & ſi procurante aliquo fiat hæc variatio in carcere ubi ſunt multi rei criminum, dicitur eſſe ſchola de hoc, ut unus informet alium. Idcirco ſolertes judices poſt confeſſionem, non ponunt reum confeſſum cum aliis captivis: ſed per ſe faciant ſeparatim cuſtodire: hæc cuſtodia bona eſt, maxime ubi abundant maleficia confeſſata, quæ plus puniuntur, ut ff. de extraord. cri. l. ſaccularii, nam ubi non conſtat aliud, non poſſet jure procedi contra illum, ſuper quem primo dixit, & poſtea negavit: plerunque enim fatentur de alio credentes ſe inde juvare, ut d. l. fi. de accuſ. & ideo pro exploratis facinoribus non habentur hujuſmodi reorum confeſſiones. Multum facit ſolertia judicis & vigilantia, ut occidat malos, hoc ſcilicet zelo juſtitiæ, arg.

Digitized by Google

Quid ergo, ut fuit de facto, Rex promiſit Januenſibus, vel aliis cæteris indemnitatem, & facere eos ſalvos, & in mari, & in terra. Si patiantur iſti naufragium in regno, & non veniant infra triduum ad petendum a Rege, vel officiali illius terræ, ubi naufragium paſſi ſunt, an teneatur fiſcus reſtituere ob promiſſionem prædictam? videtur enim promiſiſſe indemnitatem tam de ſeipſo, quam de aliis, ff. ſi ſervitus vendi. l. non alterius, & de condic. indeb. l. frater a fratre, & quia videtur promittere indemnitatem de eo, quod acciderit contra ſolitum, ff. de contrahen. emptio. l. ſi fiſtulas, §. fina. de ſolito tenetur omnibus, tanquam juſtitiæ debitor, 24. quæſtio. 5. ſecundo Regum. Promiſſio ergo debet aliquid operari, ff. de legat. 1. l. ſi quando, & ad municip. l. 1. in fi. Non poteſt opponere culpam quod non venerunt infra triduum, cum inde lucrum expectet fiſcus, arg. ff. de jure dot. l. cum in fundo, §. quod ſi mulier. Fiſcus eſt etiam in dolo locupletando de alieno, quod præponderat culpæ, ff. ad legem Aquiliam, item ſi obſtetria. §. fin. In contrarium promittere videtur hic id, quod eſt ſecundum jus, ex quo non exprimit de quibus ſalvi debent eſſe, id quod ſpecialiter non eſſet conceſſurus non videtur promittere ſic generaliter, ff. de pignor. l. obligatione, de pecu. l. qui peculii. Item conſuetudinem ſic obtentam hac generali promiſſione non videtur tollere. C. de inoffic. teſtam. l. ſi quando. Solutio: ſi conſuetudo eſſet rationabilis, ultimo allegata eſſent vera, & reducuntur hujuſmodi promiſſa ad jus commune, & ſecundum determinationem juris communis recipiunt interpretationem, ſcilicet, ut valeant ſicut jus volt. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. l. ex facto, in principio, & conſuetudo jus non ſcriptum eſt, Inſtitutione de jure natur. §. ex non ſcripto. Sed ſi lex ſcripta non habet rationem, non eſt lex, ut ſupra dictum eſt: multo minus eadem ratione conſuetudo rationem non habens non eſt conſuetudo, ſed corruptela, ut ſupra dictum eſt, & ideo etiamſi non promitteret venientes in regno debere eſſe ſalvos, ubi non delinquerent, ſalvi eſſe deberent per juſtitiam, multo ergo fortius, quando promittitur. Ille quidem, qui juravit in ſuis proceſſibus ſervare ordinem juris, in notoriis poteſt procedere non ſecundum juris ordinem. Hic enim eſt ordo, tunc non ſervare ordinem juris, extra de jurejuran. ad noſtram, ſecundum hoc ergo ſalvare debet, ut jure dicunt.

De injuriis Curialibus illatis. Rubrica.

UT *participatio*. Ex perſona ejus, cui infertur, creſcit injuria, & atrox æſtimatur, quando habetur reſpectus ad perſonam, cui infertur, & ad id per quod dignus eſt: quia officialis eſt magis dignus, ſi per Principem fuit ad officium deputatus. C. de advocat. diver. judi. l. reſtituendum, in fi. & de domeſt. & protect. l. 1. lib. 12. & ff. de albo ſcrib. l. fina.

ADDITIO. *Adde, quæ dicatur injuria atrox. in §. atrox. Inſtit. de injur. cap. tanta, de exceſſibus prælat. c. cum illorum, & ibi gloſſa de ſenten. excommunic. & gloſſa in c. fi. de donatio.*

De his dicitur eſſe crimen quaſi ſacrilegii dubitare, an dignus ſit, quem Princeps elegerit. C. de crim. ſacrileg. l. 2. ſed ſi dignitati infertur. Et ideo ſi injuria ſit ei, quia exercet officium, tunc ipſi Principi facta videtur, inf. libro 3. de inju. Cur. illa. l. obſervent.

quando violentiæ vel injuriæ in rebus, aut familiis eorum, qui de mandato noſtro intra Regnum, vel extra Regnum in exercitu: vel qui nobiſcum, aut officialibus noſtris in Curia noſtra commorantibus ab aliquo inferantur, duplicatam pœnam, quam circa defenſas, & violentias, & injurias, & alia maleficia ſacræ conſtitutionis noſtræ, (*a*) vel jura communia induxerunt, a committente præſtandam eſſe cenſemus.

De

(a) *Vel jura communia*. Supra de conteſt. defen. de conſtitutio. l. prima, ſupra de pœn. contra violat. conſtitutione prima.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

vent. Idem dicunt Moderni ſi fiat injuria vaſallo in contemptum domini. Quia idem ſi famulo noſtro, noſtri contemplatione, ff. de injur. l. injuriarum, §. ſi quis ſic, & l. lex Cornelia, §. illud, & l. ſi creditor, & Inſtit. eo. §. ſervus, & §. ſeq. & innuit Roffred. in actione injuriarum, in tractatu civilium, ſed ſequens conſtitutio, Eos, infra de injur. Curi. dicit, tunc Principi fieri injuriam, quando officiali fit, cum exercendo officium tales injurias patiuntur. Secus ſi ob inimicitiam, vel ob ſua privata negotia pertractanda, in illa etiam Papa non eſſet judex, 2. q. 8. ſi quis ergo, &c. 10. diſtin. ſi clemens, alias, ſi inimicus, in gloſſa. Si quis ergo occidat † habentem merum Imperium, dicitur committere crimen læſæ majeſt. ff. ad leg. Jul. majeſt. l. 1. §. 1. ibi, cujus ne, &c.

† Additiones. *Vide Capic. deciſ. 130. nu. 13. & 48.* De Bottis.

Vide And. in §. & bona. in 5. col. quæ ſint regalia, & Parid. de Puteo in tract. de ſyndica. in ver. an ſi officialis, in 2. col. & in ver. excellunt conſiliarii. Fabius Jordanus.

Et hoc intelligendum eſt, quando in exercitum reipublicæ, quæ Rex eſt, hoc fit. Fiſcus enim & reſpublica idem ſunt, ff. de bonor. poſſeſ. l. non eſt ambigendum, & patet per Senecam primo de clementia, ut in ſuperioribus dictum eſt.

Additio. *Adde l. reſpublica C. ex quibus cauſis major. glo. in ver. ex cauſa, in l. Imperatores, ff. de re jud. Bar. in rub. C. de jure fiſci. Bar. & latius Bal. in l. conſtit. C. de pœna judic. qui male jud. Ang. in l. 1. §. an bona, ff. a quibus appel. non licet. Hoſtien. in ſumma, tit. de teſta. in §. quando minor. in ult. col. verſic. hoc igitur.*

Puta ut careat Princeps tali milite, velut provincia ſine rectore remaneret quod ad aliquod malum rebellionis perveniret, occidit Juſti. & hoc dicitur in l. quiſquis. C. ad leg. Juliam majeſt. quod cum barbaris & hoſtibus factionem conceperat de occidendis collateralibus, alias, ſi non propter Principem, ſed quia erat inimicus occidentis, non dicitur crimen majeſtatis committere. Id enim eſt quando contra Principem hoſtili animo quis animatur, ff. ad legem Juliam majeſtatis, l. fin. & de bonis libertorum, l. 1. quod hic non eſt: licet ergo lædatur inde Princeps, & reſpublica, quia earent tali homine, judicatur delictum a principali intentione, quæ fuit non contra Principem agere, nam etiam ſecundum Ang. peccatum eſt in voluntate, ff. de fur. l. qui injuriæ, pater, ff. de cap. & poſtli. l. ſi quis ingenuam, §. incivilibus. Quomodo peccaverit contra Principem ille, qui in animo hoc non gerebat: ſed vindicavit ſe de inimico ſuo? hoc dici non poteſt. Sicut non dicitur abeſſe cauſa reipublicæ, qui cauſa ſui commodi abeſt, ff. ex quibus cau. majores, l. verum.

Additio. *Adde quod ille non dicitur abeſſe, qui ſtudiorum, & diſciplinæ cauſa abeſt, ut in l. quæſitum, in prin. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Bart. in l. Seja. §. Pamphilæ, ff. de fun. inſtr. Et ille non dicitur abeſſe, pro quo legitime reſponſalis exiſtit in judicio, ſecundum Angel. in l. ſi ſacco, in 2. notab. ff. de evictio.*

In Cardinalibus vero offenſis eſt crimen læſæ majeſtatis, per c. Bonifacii, lib. 6. de pœnis, c. felicis, eis eorum ratione infertur injuria, ſicut ſi Papa offenderetur privato odio. Papa vel Princeps, quamvis communicans alii, quem proſequitur, non alius ſit nocens, ut in c. ſi deinde, ipſum tamen offendens ejus majeſtatem lædit, nam qui hoſtili animo, &c. ut hic dicitur. Alii prælati vocantur in partes ſollicitudinis, 3. q. 8. multum. Vocantur enim & Domini Archiepiſcopi, ut Archiepiſcopus Neapolitanus, vel Capuanus. Sed Cardinalis dicitur Cardinalis ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ut in c. felicis, in principio: & ſunt ſpirituales filii ejus, in §. pen. & filii primi gradus dicit ibi Cardinalis in apparatu ſuo, & ſic Romanæ eccleſiæ dicuntur Cardinales, niſi certi loci. Romana eccleſia caput eſt, & magiſtra totius orbis, 19. diſtin. in memoria. Cujus ſponſus eſt Papa, & Cardinales ejus ſpirituales & primi gradus filii, & ſic totius orbis Cardinales ſunt, non certi loci, ut dictum eſt. Conſtitutio ipſa dicit eſſe crimen læſæ majeſtatis: habent enim majeſtatem ſicut pater eorum Papa, ut filius ejus Regis, & ſic in iſto reſpectu Rex 23. q. 1. ca. ult. Et nota, quod dicitur in alio apparatu conſtitutionis, felicis, ſuper verbo, percuſſit Cardinalem, quis non tenetur: defendit enim ſe legis auctoritate, & ideo non peccat, 24. q. 4. qui peccat. Item ſi occiderit cum moderamine inculpatæ tutelæ, jura enim dantes defenſionem indiſtincte loquuntur, ff. de juſt. & jo. ut vim. ad l. Aquil. ſcientiam, §. qui cum aliter. Tantum valet corpus pauperis pauperi, quantum corpus divitis diviti, licitum eſt etiam reſiſtere cuilibet officiali. C. de jure fiſ. prohibitum. Eadem ratione in Principe, ſi vellet occidere ſpeciali odio contra juſtitiam aliquem: nam ille defendit ſe. Eſt tamen attendendum, quod Princeps poſſet plerunque licite aggredi, invadere, percutere, ſeu occidere, & tunc non licet reſiſtere, ut ſi occideret proditorem, quod cuilibet licet, ff. ad legem Corneliam de ſicariis, l. 3. §. fin. & idem ſi vellet capere in caſu licito, & ſi defenderet, ff. ad legem Aquiliam, l. ſed & ſi quæcunque, in principio, poteſt ex regula, quod poſſum per alium & per me potero, ff. de adminiſtratione rerum ad civitates perti. l. 2. §. fin. in gloſſa. Vel erat Rex animoſus & obvians tali, voluit expectare, quod alius faceret. Sicut dicitur de Principe Manfredo occidente Burellum de Anglono in Theano, bis & ſimilibus caſibus non reſiſteretur ei. Aut ſi Cardinalis legatus, vel non legatus hæreticum vellet capere, non reſiſteretur ei: & in dubiis ſic eſt præſumendum, ut Rex per juſtitiam faciat, quia cor ejus in manu Dei eſt, in epiſtola, inter claras.

Additio. *Adde, quod cor Imperatoris, vel Regis eſt lingua, ſecundum Baldum in cap. mandatum, de reſcript. Quod dictum Bal. ſequitur Franc. Curt. conſi. 44. incipien. memoriæ recolendæ, in 8. columna, verſi. 3. præmitto.*

Et hæc eſt ratio, quia ſi Rex conſiliatur de occidendo, non tenetur etiam occidens, in Longobar. de conſilio mortis, l. prima. Sed ſi conſtet, quod injuſte fecit, tunc cor ejus non eſt in manu Dei, ſed contrarium eſt, ſicut iniquum jus habet matrem iniquitatem, dicit Jo. ff. de juſtitia & jure. l. penult. Unde & ſi conſtet, quod vaſallum velit Rex contra juſtitiam capere, & male tractare, dixerat enim ei hoc Rex notificando ſuam voluntatem, per ea quæ dicuntur in gloſſa ff. ex quibus cauſis in poſ. ea. l. Fulcinius. §. quid ſi latitantem. Quid ſi juſte timebit ire, timens capi de facto & occidi. ff. quod metus cauſa. l. timorem, tunc non eſt inobediens Regi: quia in tali actu non eſt Rex, ſecunda, quæſt. prima. ſcelus, & ſecunda, quæſtione ſeptima, non omnis dicitur quidem. C. ubi ſenatores vel clariſſimi. l. prima. Talis actus, & tale delictum regium omnem honorem excludit. Item & tunc Dominus privatur proprietate vaſalli, ſicut vaſallus feudo, quando non facit juſtitiam, Domino reddere debet vicem, de for. fide. c. 1. in fi. & in tit. quali-

tec

De obſervatione Juſtitiæ.

TITULUS XXXI.

Imperator zelator juſtitiæ, & neceſſitate ſui officii aſſert ſubjectis creare officiales diſtinctos in cauſis civilibus & criminalibus pro juſtitia copioſe exhibenda. hoc dicit. Matth.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

NOn (*a*) ſine grandi conſilio, & deliberatione perpenſa condendæ legis * jus, & Imperium in Romanum Principem, (*b*) lege Regia tranſtulere Quirites, ut ab eodem, qui commiſſo ſibi Cæſareæ fortunæ faſtigio, per potentiam populis imperabat, prodiret origo juſtitiæ, a quo ejuſdem defenſio procedebat. Ideoque convinci † poteſt non tam utiliter, quam neceſſario fuiſſe proviſum, ut in ejuſdem perſona concurrentibus his duobus, juris origine ſcilicet, (*c*) & tutela, ut a juſtitia vigor, & a vigore juſtitia non abeſſet. Oportet igitur Cæſarem fore Juſtitiæ patrem, & filium, dominum, & miniſtrum. Patrem & dominum in edendo juſtitiam, & editam conſervando. Sic & in venerando juſtitiam ſit filius, & in ipſius copiam miniſtrando miniſter. Hac igitur conſulta ratione commoniti, qui de manu Domini ſceptrum Imperii, & inter alia regna, Regni Siciliæ moderamen accepimus; noſtris fidelibus omnibus prædicti Regni noſtræ voluntatis propoſitum nunciamus. Quia nobis cordi eſt, inter ipſos, abſque exceptione qualibet perſonarum univerſis, & ſingulis, prompto zelo, juſtitiam miniſtrare, ut abunde ipſius copia per officiales noſtros, quibus ipſam commiſimus miniſtrandam, undique valeant invenire. Ipſorum officialium noſtrorum officia volumus eſſe diſcreta: civilibus quæſtionibus alios: & alios accuſationibus criminalibus præponentes.

† Alias, condicis.

De

De obſervatione Juſtitiæ.

(a) N*On ſine grandi*. In hac conſtitutione dicitur quod in perſona Imperatoris debent duo concurrere, juſtitia, & fortitudo, concor. Inſtit. in principio, & C. de Juſti. C. confir. & in Auth. ut omnes obe. judi. in principio. Item pollicetur ſe obſervare juſtitiam Regnicolis, & diſtinguere officiales, ne promiſcuis actibus rerum turbentur officia, ut C. de teſtam. conſulta divalia. & pulchra eſt hæc conſtitutio, & continet jus commune.

* ADDITIO. *An Barones cognoſcentes ſuperiorem, poſſint condere leges, & quando, Soc. conſ. 272. Aym. de antiq. tempor. fol. 178. Et quod in civitate, an poſſit inter cives. Aret. in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide catho. & quid ſit juſtitia, Belluc. in Spec. Princ. fol. 23. & quid in officiali, an poſſit facere ſtatutum contra legem ex cauſa, & quid in Prorege, Gram. deciſ. 26. n. 7.* Fab. Jord.

(b) *Lege Regia.* Poſita in principio ff. vet. in fine conſtit.

(c) *Et tutela*. Parum enim eſt jura in civitate eſſe, niſi ſint, qui jura reddant, & reddere poſſint, ut ff. de ori. ju. l. 2. poſt originem.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ter vaſ. propri. prive. c. 1. & ſi de feu. ſue. contro. c. Domino. Sed pone, miles factus eſt Juſtitiarius per Regem, Baro, vel Comes, a quo feudum tenebat: accuſabatur coram eo de aliquo crimine, quod in illa provincia commiſiſſe dicebatur. Juſtitiarius hic non fecit juſtitiam domino, cepit eum, vel voluit capere, non admiſſa allegatione vel fidejuſſione oblata per eum, cum non eſſet de caſibus, ubi capere deberet, deducendo ad actum pravum ſuam voluntatem, de cap. qui curi. ven. c. 1. & diximus in tit. quæ ſit prima cauſa. §. item qui domino, qui generaliter loquitur in eo, qui non facit juſtitiam, & ſi hoc eſt quando de feudo litigatur, ut gloſſa intelligit: multo fortius quando de perſona & in perſona offendit, juſtitiam non faciendo, præponderat enim offenſio injuſtitiæ in perſonam injuſte factæ, arg. ff. de pœ. in ſervorum, in fine.

De origine juris. Alias, de adminiſtratione Juſtitiæ. Rubr.

N*On ſine*. Pulchre dictata eſt hæc lex

Lege Regia tranſtulerunt regnum. Cum ad Regem pertinet eo ipſo, quod eſt rex, ut ſubditis ſuis imponat legem & condat. Unde ſi hodie liberi populi conſtituerent ſibi regem, eo ipſo ſuper eos hic Rex haberet legis condendæ poteſtatem. Sicut ſi faciat Regem ille qui poteſt, ut Papa Regem Siciliæ, per ea quæ dicta ſunt in proœmio ſupra. Dicitur Jeremiæ. 1. conſtitui te ſuper reges & regna, de Vicario Chriſti in terris, qui Papa eſt. 22. diſtinct. omnes.

ADDITIO. *Adde c. quanto, de transla. prælatur. c. Ego Ludov. 63. diſtin. c. non quales. 1. q. 1. clem. 1. de jurejur. clem. paſtoralis. §. non tam ex ſuperioritate, de ſent. & re judica. Innoc. in c. quod ſuper his. de voto.*

Sed numquid ſit tranſlata, id eſt conceſſa, ut ſic poſſit revocari, quaſi etiam ſibi retinuiſſet. ff. de offi. ejus cui man. eſt juriſ. l. 1. in fi. Unde ſecundum hoc, Quirites Romani, & Senatus poſſent leges condere. ff. de leg. non ambigitur. Verius dixit ibi Jo. quod non: dicit enim ibi tranſtulit. ff. de offi. præf. præ. l. 1. §. regimen. ff. de conſti. Prin. l. 1. quod eſt loco abdicationis a ſe. ff. de origi. jur. l. 2. §. & cum placuiſſet. Poteſtas populi Romani non erat ab illo, ſed a ſe, potuerunt igitur alii dare, ſicut voluerunt, & transferre incorporalia, ſicut eſt juriſdictio, quæ non proprie poſſidetur. Inſt. de reb. incor. ſed quaſi. ff. de acquir. rer. do. l. ſervus. §. incorporalis. Item continentur actiones appellatione bonorum, ff. ad Treb. ſi legatum. §. ſi quis bona. Si autem ab alio, non a ſe, non poſſet abdicare a ſe, invito eo, a quo habet. ff. de offic. prætor. l. fin. Differentia eſt igitur, utrum transferam & abdicem, an alii committam. Judicium ſolvitur, etiamſi totam cauſam commiſiſſet ordinarius, ſecus ſi delegatus, extra de offic. delegati, cap. ſuper. §. porro. Item primo caſu quando tranſtulit, nunquam revocabit, niſi ex cauſa, ut ſi Rex fiat Tyrannus, & ſic abutitur. ff. de orig. jur. l. 2. §. exactis. Vel non eſſet idoneus ad regimen. 15. quæſt. 1. alius. Cum excedit terminos regios, non eſt Rex. 2. quæſtio. 1. ſcelus, & 1. quæſt. 7. non omnes. Idcirco exceditur a non ſuis terminis, ſicut actio. ff. depoſi. l. Lucius. Meræ etiam donationes revocantur per ingratitudinem. C. de revo. do. l. fin. Et a locato & conducto expellitur. C. loca. & conduc. l. 3. & in decre. ad apoſtolicæ, de re judica. Ineſt hoc, ut non revocet, qui transfert in Regio ſtatu manente. ff. de ſolut. cum quis. Si non facit juſtitiam, ad quod Rex ponitur, non eſt Rex in integro ſtatu ſuo, nam ad hoc conſtituitur Rex. 2. Regum, decima cap. frangit fidem, & fides ei non ſervatur. C. de pact. cum proponas, hæc fractura fiet ab illo, qui dedit & contulit, ut dicit frater Thomas in libello, cogitanti mihi, & vide quod dicit Hoſtien. in ſum. de conſti. §. quis poſſit conſtitutionem facere, circa finem. §. Item tranſlatio in-

Digitized by Google

De cultu Juſtitiæ.

TITULUS XXXII.

Non ſervantes ſilentium in judicio, poſt tertiam judicis monitionem, judex, cui debetur reverentia, neceſſitatur illos punire pœna hic deſcripta: nec licet alteri, vel reo, vel eorum procuratoribus advocatis coram judice loqui ſine licentia judicis; & ea habita, non licet partibus advocatos loquentes interrumpere, niſi in tribus caſibus hic deſcriptis. hoc dicit. Matth.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

CUltus (*a*) juſtitiæ ſilentium reputatur: eorum igitur (*b*) in ſilentiis occurrentes, qui judiciorum ordinem tumultuoſis clamoribus ſæpe perturbant: Statuimus in poſterum litigantes, & quoslibet alios in judiciis exiſtentes, & cum reverentia magiſtratus jura reddentes, quietem juſtitiæ obſervare: nec priuſquam licentiam ab eo, qui judicio præerit, conſequantur, (*c*) jura ſua proponere audeant, (*d*) vel pro alio poſtulare: ſic modeſte partes volumus pro ſe, vel pro aliis in judiciis perorare, ut etiamſi advocato dicenti, quod advocatus ejus, vel pars principalis aliquid ad memoriam, de jure vel de facto reducat, mature ſine ſtrepitu aliquo dicere ſtudeat quod intendit: niſi forte celeris proteſtationis neceſſitas aut quod incontinenti quis advocati corrigere velit errorem, interruptionem inducat, cum inferri ſibi (*e*) præjudicium aliquis ex taciturnitate veretur. Si quis autem poſtquam ter per intervalla aliqua a Bajulo, vel a judice fuerit admonitus, vel ſi ſit aliquis (prout aſſolet) judici & judicio tædioſus, ſemel, bis, & ter, abſque intervallis aliquibus interdictus tacere noverit. Si ruſticus fuerit, unum auguſtalem: ſi Burgenſis, duos: (*f*) ſi Miles, quatuor; ſi Baro, octo: ſi Comes, ſexdecim auguſtales curiæ noſtræ componant. Scituris pro firmo quibuslibet officialibus noſtris, quod ſi ob gratiam alicui pœnam jam dimiſerint, nos (*g*) de bonis ſuis propriis ipſam integre procul dubio proſequemur.

De

De cultu Juſtitiæ.

(a) C*Ultus*. Prohibetur advocatus, vel alius clamare in judicio, ut C. de poſtulan. quiſquis, & eſt ratio. C. de ſtu. li. ur. Romæ. l. uni. in ſi. niſi velint, corrigere errorem adeocati ſui, & qui contra fecerit punietur pro qualitate perſonæ pecunialiter, pauper minus divite, quam pœnam ſi judex remiſerit de ſuo reſarciet.

(b) *In ſilentiis*. Alias inſolentiis.

(c) *Jura ſua*. Aliud olim jure Lombar. quia in cauſa ſua non tenebatur aliquis licentiam poſtulare, ut Lombar. de offi. judi. l. 1.

(d) *Vel pro alio poſtulare*. Quid autem juris ſit, ſi præſumpſerit pro aliis perorare, nulla licentia conſecuta? non exprimit conſtitutio præſens: ſequenda eſt ergo diſtinctio veteris juris, ut in Lombar. de officio judi. l. 1. Nam jure novo non diſtinguente, ſequimur diſtinctionem veteris juris, ut C. de appel. præcipimus, in fine.

(e) *Præjudicium*. Sed male, quia ſecundum Doctores noſtros, errorem advocati poteſt quis corrigere uſque ad ſententiam.

ADDITIO. *Adde, an advocatus poſſit corrigere errorem ſuum per Ang. in l. ea quæ, in princ. C. de erro. advoc.* Superantiur.

Vel ſecundum alios infra triduum, quod dic, ut in ſumma de errore advoca. & ideo mirum eſt quod hic dicit, nam omnis timor non excuſat, ut ff. de reg. jur. vani. & de re judic. ſi quis ab alio. ff. quod metus cauſa. l. metus. Eſt autem vanus metus, cum quis timet, quæ nulla ſunt digna ſuſpicione, ut C. de jure delibet. ſancimus, in t. reſpon. Hic non petebat a ſe geſta reſcindi per vanum timorem, ſed excuſari a delicto, vel non incidere in damnum, quia ignorat jus, ſcilicet civile, quod poteſt, quod dic, ut in ſumme de pœn. circa prin. & de jur. & facti ignot. §. porro, diſtingui poteſt, ſed cavet ibi, quia ibi dicitur, quod non debet excuſari a pœna conſtitutionis, quod eſt contra hanc. l. G.

(f) *Si miles*. Nota homines majoris dignitatis magis puniri, ſic ſupra de illici. por. armo. l. 1. quod dic ut ibi not.

(g) *De bonis*. Supra de impo. defen. ſi quis in poſterum, in fine.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

incorporalium debet fieri cum cauſa & titulo. C. mao. l. per diverſas, ſicut homo liber, qui ſe vendit, aut alicui ſe donat. ff. de lib. cauſa. l. ſi uſumfructum. §. 1. Liberi ergo populi carentes Rege, vel eo mortuo ſine filiis, ſi eligerent & facerent ſibi Regem, ſicut Quirites, eo ipſo haberet poteſtatem legis condendæ in eos, illo jure, quo Rex eſt, eorum voluntate, quia ſe ſubiciunt ei tanquam Regi. Nam poteſt quis per pactum devenire liber, & vaſallus alterius, ut in prima quæſtione de homagio.

Abſque exceptione perſonarum. Hoc exigitur de jure etiam divino. Deuterono. cap. 1. extra de judic. novit. Andreas.

De cultu Juſtitiæ. Rubrica.

C*Ultus juſtitiæ*. Hæc verba Prophetæ ſunt Iſaiæ. 32. circa finem, forte voluit dicere cultus judicii. Nam cultus juſtitiæ eſt voluntatem ſervare juſtitiæ, quæ eſt unicuique reddere quod ſuum eſt, hic colit juſtitiam. ff. de juſtitia & jure, l. 1. in ſileodo non eſt hoc. Item Silentiarius eſt nomen officii. C. lib. 10. de ſilent. per totam. Sed ponit juſtitiam pro eo, quod in fine judicii per ſemitam terminatur, quod dicitur juſtitia & jure ſtatus, extra de verb. ſignifi. cap. forus, quaſi dicat, ad talem juſtitiam pervenitur per examen judicii, in quo requiritur ſilentium, & ſic ponitur finis judicii, quia dicitur juſtitia pro toto judicio, vel diſcuſſione.

Pro alio poſtulare. Hodie ſine examinatione, & licentia Curiæ per litteras inde conceſſas, ut vidimus fieri advocationem: debet tamen ſervare tunc quietem in judicio, † ut hic lex jubet.

† ADDITIO. *Vide Parid. de Puteo in tract. ſyndica. in verbo, Advocati cauſarum, & gloſſam infra, in conſtit. univerſos*. Fab. Jordanus.

Et nota quod poteſt judex interdicere advocationem perpetuo & ad tempus. ff. de pœnis. l. more; hæc pœna non tolleret illem, ſed priſcæ ſeveritati accedit, ſic C. de ſepulchro violato. l. 3.

De bonis ſuis propriis. Etiam corporali pœna dimiſſa, vel minorata, eſt hic ut de ſuo corpore ſatisfaciat. C. ne ſacrum baptiſma reitere. l. fin. de qua plene diximus in titulo, quæ ſint regalia, ubi vide per te, quoniam ex his, quæ ibi ſcripſimus, omnia tibi patebunt, ita quod amplius minime dubitare poteris.

De

De quibus cauſis primitus cognoſcatur?

TITULUS XXXIII.

Omnes judices debent hunc ordinem ſervare in audiendis, & decidendis cauſis: ut in primis audiant, & expediant cauſas eccleſiarum, deinde cauſas fiſcales, poſtea cauſas pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum, ultimo cauſas alias. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

JUſti (*a*) cultoris partes aſſumimus, cum juſtitiæ telam ordinate teximus, ejuſque pomerium miſericordiæ rivulis irrigamus. Statuimus igitur, ut omnes Regni judices, quemcunque gradum juſtitiæ teneant, aut quolibet nomine cenſeantur, ordinem infraſcriptum in audiendis, & decidendis litigiis obſervare procurent. Cauſas eccleſiarum primitus, (*b*) deinde fiſcales, (*c*) ſubſequenter pupillorum, orphanorum, & viduarum, ſeu quarumlibet debilium perſonarum, examinandas accipiant, & ad debitum terminum deducendas, priuſquam aliorum litigantium cauſas audiant & decidant.

De dandis advocatis pupillis, & aliis miſerabilibus perſonis.

TITULUS XXXIV.

Suggerente, id eſt, ſubminiſtrante pietatis officio, Imperator jubet, quod pupillis, viduis, orphanis, pauperibus, & quibuslibet debilibus, ſive in judicio litigent, & ſic actores, ſive rei cum perſonis potentibus, vel non potentibus, ſive cum fiſco, expenſis regiæ curiæ dentur advocati pugiles: & commorantibus in curia etiam expreſſe neceſſarius victus, & in producendis teſtibus, eiſque dat immunitatem a ſolutione ſportularum, & apparitorum, & ſcripturarum, quæ debentur notariis actorum, & ſententiarum pro earum ſubſcriptionibus. hoc dicit. Vel ſic: Lætentur pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonæ de pietate, & protectione, quam habet de eis Imperator: quia ipſis litigantibus, cum quibuſvis perſonis, etiam cum fiſco, providet ſumptibus curiæ, de advocatis, & expenſis litis, & victus, dum in curia moram trahunt: ſtatuitque nihil eſſe ab eis poſtulandum, & a notariis actorum, & ab apparitoribus etiam pro ſubſcriptione ſententiarum. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Iarm.

† IMPER. FREDERICUS.

LEge (*d*) præſenti pietatis officio ſuggerente ſtatuimus, pupillis, viduis, orphanis, pauperibus, ſeu quibuslibet debilibus, præſertim contra potentes agentibus, aut defendentibus cauſas ſuas, ſeu jura noſtræ Curiæ deferentibus advocatos, & pugiles (ſi cauſa popoſcerit) de Curia noſtra gratis, & expenſas alias victui neceſſarias, dum neceſſariam in Curia moram trahunt, necnon teſtium producendorum impendia per Curiæ præſidem largiri debere cenſemus, nullas ab ipſis propterea ſportulas ab Apparitoribus, vel Tabellionibus noſtris omnino, aut pro ſententiarum ſubſcriptionibus aliquid volumus poſtulari.

Ut

De quibus cauſis primitus cognoſcatur?

(a) JUſti cultoris. Ut cauſas eccleſiarum, per hanc conſtitutionem dicunt quidam, quod eccleſia, procurator fiſci, pupillus, orphanus, vidua, pauper, ſeu quælibet debilis perſona declinare poteſt forum cujuslibet judicis: ſed per C. quando impe. inter pu. & vid. l. 1. non videtur quod poſſit eligere niſi forum Serenitatis Imperatoris.

(b) *Et deinde fiſcales*. Concordant. ut primo audiantur fiſcales, ff. de jure fiſci, apud Julianum.

(c) *Subſequenter pupillorum*. Concordant. in Lombarda, qui tut. dan. ſunt. l. 2. & C. de falſa mo. l. 1. ad finem, ibi, viduæ & pupilli æquiparantur, & ſpecialem indulgentiam ſortiuntur.

ADDITIO. *Adde Doct. in c. ſignificantibus, de offic. dele.* Superant.

ADDITIO. *Vide ad hanc conſtitutionem addita infra ad conſtitutionem, lege præſenti.* Caſ.

De dandis advoc. &c.

(d) L*Ege præſenti poſtulari*. Et ſic nota, quod pupillus, & vidua ſpecialem indulgentiam conſequuntur. C. de falſa mooeta. l. 1. §. viduas autem.

ADDITIO. *Adde G. de poſtul. l. fin. & ibi Paul. de Caſ.* Superantius.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De quibus cauſis primitus cognoſcatur?

J*Uſti cultoris*. Dicit in audiendis & decidendis litibus eſſe primas & privilegiatas quantum ad hoc, ut cauſæ eccleſiarum, & fiſcales, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum, & debilium æquiparentur hic: Quantum ad alia etiam, C. de ſacroſ. eccl. l. ſi. in prin. & ex quib. cau. ma. l. rem publicam, & de jure reip. l. 2. Sed quod per hanc l. iſtæ perſonæ poſſint declarare forum cujuſcunque judicis, ut gloſſa innuit, hoc ex lege iſta non poteſt colligi, propterea quia in uno æquiparentur, ſcilicet, in audiendis eorum litibus. Primo quod ideo hoc eveniat, non videtur ſuppoſitio, quod una perſona iſtarum haberet hoc, quod poſſet declinare forum cujuſcunque judicis: ſicut miſerabiles, infra tit. 2. ſtatuimus, non propterea alii non ejuſdem gradus poterunt ſimiliter illi in aliquo, ut in lege iſta, per ea quæ dicuntur in gloſſa 5. diſt. c. ad ejus vero concubitum. Item licet fiſcus habeat judices ſuos. C. ſi adver. fiſ. l. 1. & 2. tamen eccleſiæ, pupilli, & viduæ non habeot illos, ſed alio modo implorant audientiam Principis. C. quando impe. inter pu. & vid. l. 1. hæc non eſt competens materia in iſta l. Dicetur de hoc infra, tit. 2. ſtatuimus, & de offic. Juſti. l. 1.

De dandis advocatis pupillis & miſerabilibus perſonis. Rubrica.

L*Ege præſenti*. Favetur miſerabilibus † perſonis, & eſt de jure communi, in Authen. de man. Princip. §. ſic quoque, in fi. §. cum ſi. ibi, in gloſſa.

ADDITIO. *Adde, quæ dicantur perſonæ miſerabiles, in l. 1. C. quando Imper. inter pupil. Bart. in l. cum alienus. C. de legat. Ludo. Roma. in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. Doct. in c. ſignificantibus, de offic. deleg. Doct. in c. ſuper quibuſdam, de verb. ſignifi. Et an tales ſint ſub protectione eccleſiæ? Vide per gloſſam in c. licet de conſib. Deſto.*

Ut cauſæ prius inchoatæ terminentur.

TITULUS XXXV.

In omnibus judiciis debet ſervari iſte ordo, videlicet, quando cauſa propoſita eſt in audientia ad effectum, ut ſuper ea interloquatur, vel ut definiatur, non relinquatur indeciſa, & accipiatur alia cauſa ad determinandum: ſed illa, quæ primitus fuit propoſita in audientia, expediatur: ſive per interlocutoriam, ſive per definitivam ſententiam. Et ſi cauſa erit talis naturæ, quod ſi per interlocutoriam, vel per definitivam non poterit expediri, deducatur cauſa ipſa ad eum terminum, prout natura cauſæ popoſcerit. hoc dicit. Matthæus.

† Aliàs, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

PRæſenti lege decernimus, omnibus omnino judiciis valitura, ut inchoatis cauſarum audientiis, nullæ penitus aliæ miſceantur, priuſquam quæſtionibus primis per definitivæ, vel interlocutoriæ ſententiæ calculum finis legitimus imponatur, aut ad eum dilationis terminum, quem cauſæ natura popoſcerit, deducantur.

De officialibus Reipublicæ. Et † de pœna peculatus.

† Alibi deſunt verba ſequentia.

TITULUS XXXVI.

Officiales, vel judices a publico deputati, id eſt, a Rege, dum ſunt in adminiſtratione officii: ſi pecuniam publicam, id eſt, pecuniam ſpectantem regiæ curiæ ſobtraxerint, incidunt in pœnam legis Juliæ peculatus, cujus pœna eſt deportatio, ut in l. 3. ff. ad leg. Jul. peculatus, & hic dicitur, capite puniatur, gloſſa 1. hic intelligit de pœna capitali, ſcilicet, mortis naturalis. Tu vero intellige quod punitur pœna deportationis, quæ eſt pœna capitis, ſcilicet, mortis civilis. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

OFficiales (*a*) reipublicæ, * vel judices, qui tempore adminiſtrationis pecunias publicas ſubtraxerint: obnoxii ſint crimine (*b*) peculatus, capite (*c*) puniantur, niſi eis Regia pietate indulgeatur.

Si officialis Regis, cui hoc incumbebat ex officio, ſua negligentia permiſerit bona publica deperire, ipſe tenetur reſtituere fiſco regis de facul-tati-

De officialibus Reipublicæ, & de pœna peculatus.

(a) *Officiales*. Per hanc conſtitutionem augmentatur pœna criminis peculatus, quia hic eſt pœna criminis capitis, ſed per legem. ff. eo. l. 3. eſt deportatio.

* Additio. *Vide Parid. de Put. in c. ſyndicantur etiam officiales, & c. Regni, adhuc volentes*. Fab. Jordanus.

(b) *Peculatus*. C. de crimi. pecu. l. 1.

(c) *Puniantur, niſi eis*. Eſt enim pœna peculatus capitalis animadverſio contra judices, qui tempore ſuæ ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

Bal. in c. ex tenore, de foro compet. Doct. in c. nuper. de donatio. inter vir. & uxor. Et an miſerabiles perſonæ gaudeant privilegiis, quibus eccleſia? per Jaſo. in auth. quas actiones, in 1. notab. C. de ſacroſan. eccle.

† Additio. *Quæ dicantur miſerabiles perſonæ, & an furioſi & prodigi. Jo. Fab. inſtit. de fiduc. tut. in princ. Et quid de inutiliter nuptis, vel habentibus viros captos ab infidelibus vel perpetuo carceratos, vel abſentes, Bal. in l. fi. C. de plagia. vide addit. ad Dec. in l. in omnibus cauſis, de reg. jur. Et quid in ea, quæ nunquam habuit virum. Abb. in c. ne pro defectu, de elect. Quid in Eccleſia. Afflict. deciſ. 257. Et vide Guid. Papæ deciſ. 156. & Purpur. in l. 1. ff. de juriſdict. omn. jud. nume. 81. Arr. conſil.* 101. Fabius Jordanus.

Sed quid ſi pupillus aut vidua ſint divites, non videtur in eis habere locum lex iſta. Si referas verbum pauperibus, ut non contineat viduas, pupillos, orphanos, & debiles, ad quid ſi non indigerent, daret fiſcus? cum mendicantes ſint alendi annonis publicis, ſed non validi, & potentes? C. lib. 11. de mendi. vali. in gl. in rub. & l. 1. Item ſic dicit, §. ſic quoque, quod ſi non ſunt ſofficientes præbeat eis gratis, & ſic verbum (pauperibus) refertur ad præcedentia, ſcilicet, ad pupillos, viduas, orphanos, & ad ſequentia, ut ad debiles, ſic, ff. de inofficio. teſtamen. l. ſi proponas, §. ſi hereditatem, ubi verbum, ſcientes, & ad præcedentia, & ad ſequentia refertur. Habebit etiam hæc lex locum in pauperibus, qui non ſunt pupilli, viduæ, orphani, aut debiles, propter iſtos ponitur hæc lex generaliter in omni paupere, necnon in vidua, pupillo, orphano, & debili, qui ſunt pauperes. Eccleſiam non expreſſit hic, ſicut in ſuperiori lege, in eccleſiis non fieret hæc arctatio, ſi litera non exprimeret, quia materia legis hujus eſt de dandis impendiis his perſonis, ſatis bene dicitur, ut præfertur, quantum ad alia, ut ad habendum forum. C. quando Imper. inter pupil. ubi habent iſtud pupilli etiam ſi ſunt divites, dicit Azo in ſum. illius tituli. Jure Canonico aliter extra de offic. delega. cap. ſignificantibus, de quo dicetur infra titu. 1. ſtatuimus. Rex inclitus Carolus II. ſtatuit certum officium advocatorum pauperum hic, ut vidimus in uſu cauſarum, ut adjuvet eccleſiam, pupillos, viduas, orphanos, pauperes, & hujuſmodi indigentes, qui habent ſalarium a Curia, & tantum habent, ſi ſunt multæ cauſæ, quantum ſi non ſunt multæ. Non ponit ſe ad iſtas diſtinctiones. Carolus II. ſtatuit Advocatū pauperum.

L*Ege præſenti*. Nota quod per hanc conſtitutionem gagiari debet advocatus pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum de ſalario curiæ, & hodie dicitur advocatus pauperum Neapoli, qui ſalarium habet a Rege, & de pecunia Regis conſtitutum. Marinus.

Ut cauſa prius inchoatæ terminentur. Rubrica.

P*Ræſenti lege*. Hæc conſtitutio pertinet ad cultum juſtitiæ, ut uno negotio cœpto, niſi ſit finitum in judicio, nullum aliud inchoetur, & multi etiam magnates & judices imponunt pœnam in hoc, arg. ff. de pœn. l. moris, ut promiſcuis actibus rerum officia non turbentur. C. de teſta. l. hac conſultiſſima.

Additio. *Adde, Similis pragmatica edita eſt per Cæſaream majeſtatem Regis Caroli in ſacro Regio conſilio. Et vide ritum magnæ curiæ, Item ſervat ipſa Curia quod accuſator de eo, qui prius Curiam adivit & litteram Reginæ Joannæ legiſlatoris proprium eſt, & ad magnam conſtitutionem ſupra ſi civiliter agitur, & conſtitutionem ſupra juxta &c. regis Roberti quorundam, ubi de juſtitia etiam retardata, & infra quantum tempus cauſæ expediri habeant*. Cæſar.

De officialibus reipublica.

HIc habent quidam conſtitutiones duas, unam quæ incipit, Officiales reipublicæ: & aliam quæ incipit,

tatibus ſuis tantundem in æſtimatione, ad aliam vero pœnam non eſt obnoxius ex pietate Regis hujuſmodi conſtitutionis. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

REX † ROGERIUS.

OFficialis (*a*) qui (*b*) ſua negligentia bona publica deperire, vel minui permiſerit, in perſona propria, vel † rebus ſuis conſtituetur obnoxius, & hoc † aſpectu Regiæ pietatis.

† *Alias, &c.* † *Alias, pro reſpectu.*

De officio magiſtrorum Camerariorum, & Bajulorum.

TITULUS XXXVII.

Si pro commodo regiæ noſtræ curiæ officialis regis fuerit requiſitus ab altero regio officiali, debet præſtare illi officiali conſilium, & auxilium. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem*

REX ROGERIUS †

JUſtitiarios, (*c*) Camerarios, Caſtellanos, & Bajulos ſollicitos eſſe volumus, & devotos, ut (ubi neceſſe fuerit,) & pro commodis Curiæ noſtræ, per Dohanæ Secretos, & Quæſtorum magiſtros, vel alios officiales extiterint requiſiti, conſilium, & auxilium eiſdem debeant impartiri.

De officio Magiſtri Juſtitiarii, & Judicum magnæ Curiæ.

TITULUS XXXVIII.

In primis intendit providere, quod curia Regis, ideſt curia magiſtri Juſtitiarii ordinetur, & omnia ſecundum juſtitiam tractet, a qua norma juſtitiæ derivatur in aliis officialibus regni, tanquam a fonte in rivulis. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

NIhil (*d*) veterum Principum auctoritati ſubtrahimus, ſi juxta novorum temporum qualitatem de noſtro gremio nova jura producimus & novis abuſibus, nova remedia reperimus: habet enim iſtud ex officii neceſſitate præcipuum Imperialis excellentiæ dignitas, ut ſi per rerum mutationes, & temporum ad eradicanda vitia, plantandaſque virtutes, non videntur hominibus vetera jura ſufficere: nova quotidie reperire conſilia, per quæ virtuoſi ditentur (*e*) præmiis, & vitioſi continuis pœnarum malleis conterantur. Conſiderantibus igitur nobis ad laudabilem hominum Regni vitam, ſtatuta prædeceſſorum noſtrorum Regum, & Principum, quandam ex longæva guerrarum turbatione, quodammodo contraxiſſe rubiginem, dum uti pacifice ſtatutis eiſdem homines nequiverint in parte etiam. Ut igitur ſalvo prædeceſſorum noſtrorum pudore loquamur, propter ſequentium temporum nova diſcrimina ſtatutis ipſorum defectu non modico laborantibus ſtatim poſt noſtri receptum Imperii diadema, neceſſaria, nec minus continua nos oportuit excogitare remedia, per quæ poſſimus veterum ſtatutorum caliginem proviſionis noſtræ lima detegere, & conſilii plenitudine ſupplere defectum. Sicque nuperrime diebus iſtis, dum ab expeditione Ligurum, ad regnum noſtrum Siciliæ quietem veniremus aſſumere: licet breve iſtius etiam modici temporis ſpatium dare nolumus ad requiem, quin etiam præterita nitemur abſentiæ noſtræ tempore diſpendia commiſſa corrigere & in futurum de ſtatu pacifico noſtrorum fidelium cogitare: & ut ſecundum ordinem ſingula tractare-

---

adminiſtrationis publicas ſubtraxerunt pecunias. Et contra eos, qui miniſterium eis ad hoc exhibuerunt. Vel qui ſubtractas pecunias ab his ſcienter ſuſceperint. Contra alios vero, qui tenentur hac l. ſtatuitur pœna deportationis. Et publica eſt hæc actio, & ſopitur quinquennio, ut Inſt. de publ. jud. §. lex Julia peculatus, ff. ad leg. Jul. pecu. l. peculatus crimen & ſpeciale eſt in cauſa, quæ inchoatur contra heredes, ut ff. eo. l. ult. quod dic ut in ſum. de cri. pecu. §. eſt autem pœna peculatus, ſecundum Azo.

(a) OFficialis. Si officialis, puta procurator fiſci, vel alius quilibet, res fiſci perire permiſerit, de ſuo reſarciet.

(b) *Qui bona.* Deperire permiſerit publica, multo magis tenetur, qui ea uſurpavit, ſive ſit officialis, ſive quilibet alius, tunc hoc faciunt contra ſacramentum Bajulationis, ut ſupra ti. prox. puritatem, & inf. de ju. reg. l. cum univerſis. Sic & alias eſt major pœna ſapientis, quam negligentis, ut ſupra de violentia & maleficiis clandeſtinis. l. raptores.

De officio magiſtrorum Camerar. &c.

(c) JUſtitiarios. Ex auctoritate hujus conſtitutionis tenentur omnes officiales impartiri auxilium Secreto, arg. C. de epiſc. & cle. ſi quis in hoc genus.

De officio Magiſtri Juſtitiarii, & Judicum magnæ Curiæ. Rubrica.

(d) NIhil veterum Principum. Conſonat hoc juri Romano, ut C. de vet. jure enucl. l. 2. §. ſed quia divinæ.

(e) *Præmiis.* Unde dicit Horat. lib. epiſtol. hos verſus,

Ode-

ANDREAS DE ISERNIA.

cipit, Officialis, qui ſua negligentia; ſed non debent eſſe hic, ſed infra in rubrica de ſubtractione pecuniæ regiæ ab officialibus, & de negligentia eorum: poſt quam rubricam ſtatim ſequitur titulus de officio Bajulorum.

De officio Magiſtri Juſtitiarii, & Judicum magnæ curiæ. Rubrica.

NIhil veterum. Ad hoc debent tendere omnes boni Principes, eradicare vitia, & plantare virtutes. Vitia eradicantur per pœnarum inflictionem, quia culpæ proportionatur pœna. C. de pœ. l. ſancimus, nam & pro menſura peccati, erit & pœnarum modus. Deutero. 25. c. Tunc eradicatur vitium a vitioſo punito ſi supervenit ei pœna, nam vexatio tribuit intellectum, & pœnæ ſtatutæ ſunt in emendationem, ff. de pœn. l. ſi pœnam. Si moritur ex pœnæ ſupplicio, eradicatur ipſe ſimul cum vitio ſuo, quia mors omnia ſolvit, in Auth. de nup. §. deinceps. Eradicantur etiam vitia aliorum per pœnam unius, quæ eſt metus multorum. C. ad leg. Jul. rep. l. 1. nam pro ſolerti ſta-

Digitized by Google

remus, Curiæ noſtræ providimus ordinare juſtitiam, a qua, velut a fonte rivuli per Regnum undique norma juſtitiæ derivetur.

Nova conſtitutio, alias, hic eſt §.

Propter diverſa dicta, quæ habet iſta conſtitutio non poteſt breviter ſummari.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

STatuimus (*a*) * ut magnæ (*b*) curiæ noſtræ Magiſter Juſtitiarius nobiſcum in Curia commoretur: cui (*c*) quatuor judices volumus aſſidere, ut Magiſter Juſtitiarius Curiæ noſtræ ſupradictus (*d*) de crimine læſæ majeſtatis noſtræ:

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
ut no. ff. de juſti. & ju. l. 1. in princ.

* ADDITIO. *Adde glo. fina. in fi. ubi allegat hos verſus in cap. irrefragabili, de officio ordinar.*

ADDITIO. *Vide ad hanc conſtitutionem cum circa.* Cæſar.

Nova conſtitutio.

(a) S*Tatuimus ut magnæ curiæ.* Curia Magne vocatur ad differentiam Curiarum provincialium, ut patet in Auth. ut or. præfect. §. ſi vero ſolo, coll. 5. Sic & Reſpublira Romanorum dicitus magna ad differentiem Reipublicæ aliarum civitatum, ut in Auth. de triente & ſemiſſe, in principio.

* ADDITIO. *Ad hunc tex. & no. per Andr. & per Afflict. vide late per modernos in capit. Regni, quod decretum, fol. 94. & in cap. de violentiis, ver. 142. & Afflict. in deciſ. 257. Sed quæro juxta hanc conſtitutionem, aliquis habet privilegium quod non teneatur coram aliquo præſide reſpondere, quid ſi deliquit in territorio juriſdictionis præſidis, an ſit tutus privilegio, & idem ſi privilegium dictat, quod non poſſit niſi coram illo judice conveniri: nam ſi deliquit in juriſdictione alterius, utroque caſu poterit puniri. Secus ſi ille judex reſervatus, eſſet de illis, qui habent juriſdictionem in toto territorio, ſive varius in toto Regno, ut eſt magna Curia Vicariæ, ita Luc. de Penna in l. fina. C. de vetera. lib.* 12. De Bottis.

(b) *Curiæ.* Dicitur a cura, ut patet, ff. de origi. jur. l. e. ſecundum jus Lombard. dicatur a cruore, ut in Lomb. de teſt. l. conſtitutum eſt.

(c) *Quatuor judices.* Similis diſpoſitio iuris de majoribus judicibus eſt in Auth. de jud. §. quie vero petens, coll. 5.

(d) *De crimine læſæ majeſtatis.* In hoc crimine eſt accuſatoris electio velit accuſare coram Magiſtro Juſtitiario ut hic, vel coram Juſtitiario reginnis, ut in ver. hoc addito. In aliis tamen criminibus cognoſcant Juſtitiarii regionum, niſi ſpeciale privilegium accuſantis vel accuſati aliud inducat, ut in ver. in aliis, & niſi crimen ſit commiſſum præſente Magiſtro Juſtitiario, ut inſiu ut Juſti. ſileat. l. 1.

* AD-

ANDREAS DE ISERNIA.

flagello ſtultus ſapientior erit, Proverb. 19. Virtutes autem plantantur propter præmiorum retributionem, quæ merentibus propter actus virtuoſos debentur. C. de ſta. & imag. l. fi. nam ee hoc per virtuoſos ad virtutes magis attenditur: & alii per eeemplum ad virtutes ſimiliter animantur. Unde Seneca 20. epiſtolarum, epiſtola, quæ incipit, Epiſtola tua dicit, quod quando audimus enarrari virtutes aliorum, imaginem nobis vel virtuoſis virtutes oſtendunt, ſperantes conſequi præmiam de labore, per quem & cui, ſcilicet laboranti debetur reſtitutio præmii, † C. lib. 10. de re mil. contre rempublicem, & de agen. in reb. l. 1.

† ADDITIO. *Vide Par. de Put. in c. quia plerique, in ver. compoſitæ, & infra in conſtit. ut dignitatum.* Fabius Jordanus.

Nova conſtitutio.

S*Tatuimus.* Hic primo habetur qui ſunt Curiales; quia illi, qui ſine licentia de curia non poſſunt recedere. Curiales ſunt qui officia gerunt, ut colligitur C. lib. 10. de præd. cur. & C. de epiſc. & cler. auth. ſed neque curiales.

ADDITIO. *Adde an curiales comprehendantur nomine forenſium? per Doct. in l. 2. C. ubi in rem actio. Doct. in l. aſſumptio, ff. ad municip. Doct. in c. dilectus, il 2. de reſcr. Doct. in c. 2. & 3. de ſepul. lib. 6. Jo. Monac. in extravag. incip. Antiquorum.*

Dum ergo eſt in officio & miniſterio ad quod deputatur in curie habet hoc privilegium, extre non habet, arg. C. de re milit. l. fin. & de epiſc. & cles. l. generaliter. Quid ergo ſi obtenta licentia per aliquos dies in domo ſua forte ſteterit, vel quieverit, an retineat privilegium? Videtur, quod ſic, tempore ſcilicet ocii & quietis, cum habeat animum revertendi. C. lib. 12. de proxi. ſac. ſcrin. l. 1. & de incol. l. 2. lib. 10. in gl. & ff. de capt. & poſtli. re. l. nihil intereſt. Contrarium eſt verum de contractibus initis domi, multo fortius de delictis. C. lib. 12. de privi. ſchol. l. fi. in fi. niſi in eundo & redeundo, arg. C. de re mil. l. 1. ex qui. cau. ma. l. qui mittuntur, & l. ſi cui. §. 1. & hoc de privilegio fori, quod datur perſonæ, ſecus de privilegio dato rebus, ſuper quo tene quod dicimus in ſimili in ſcholari auth. habita, ſuper verbo, lite ſuper aliquo negotio.

Miſerabilium. Idem in pupillo, & vidua, † qui æquiparantur, ſupra de qui. cau. pri. cog. l. 1. in gloſſa, ſed vidua & pupillus habent ex l. C. quan. Imper. inter pup. & vid. l. 1. eccleſie etiam ee interpretatione: quia æquiparatur reipublicæ & pupillo. C. de ſacroſ. eccl. l. fi. ex qui. cau. ma. l. 3. & dicunt Moderni. C. li. 11. de fundis reip. l. univerſi. Videmus etiam quod omnes iſti hebent forum Magiſtri Juſtitiarii regionis, quæ ſimiliter curia Regis dicitur: nam omnia noſtra facimus, &c. C. de vet. ju. enuc. l. 1. §. cumque.

† ADDITIO. *Vide ad hanc materiam Didac. Cova. in c. 6. pract. q. & de vidua, quando poſſit trahere, vide eundem in c. 7. ubi late de materia eorum, quæ ponuntur hic per Doct. Par. de Put. de exceſſ. Baro. & Dec. in c. cum ſit generale, de fo. comp. & c. regni, Robertus primogenitus.* De Bottis.

De eccleſia vidi dubitari, † ſi habet forum Juſtitiarii regionis, & determinatum fuit in conſilio quod ſic, & facta fuit exinde declaratio, quæ eſt in regiſtris, quando rex Robertus eret Vicarius patris ſui.

† ADDITIO. *Vide Capic. deciſ. 160. & Affl. in deciſ. 257. & quod in clericis litigantibus de bonis propriis, vide And. in conſtit. ſancimus, & Affl. in conſtit. juſti cultores, & in hac conſtit. nu.* 16. De Bottis.

Quid ſi miſerabilis perſona conveniat miſerabilem, an trahat eum in magna curia; & an miſerabilis reus poſſit dicere, volo conveniri coram ordinario bajulo? Videtur quod ſit illius electio, qui ſit magis miſerabilis, ut. C. de epi. & cle. ſi quis ad declinandam, §. pe. Sed litera dicit ſimpliciter, quod miſerabilium eſt privilegium forum eligere, non diſtinguit miſerabiles, & magis miſerabiles, & ſic indiſtincte videtur intelligi, ff. de alea. l. 2. ſecus in aliis, in pupillo, vel vidue, quibus datur electio, tam coram Principe, quam coram ordinario, d. l. 1. C. quando Impe. tunc ſi pupillus pupillum, vel vidua viduam conveniat, ſtatur electioni conventi rei: quia habent per privilegium actor & reus, & reus plus, quia jure communi actor ſequitur forum rei. C. ubi in rem actio. l. fi. hæc eſt communis poſitio. Alii dicunt, quod ſi actor eligit ordinarium, & reus eligit magnam Curiam, ſtatur potius actori, nam tunc reus videtur eſſe in malitie, maxime cum teſtes, & alia neceſſaria commodius poſſit habere in ſua provincia, quam extra, arg. ff. quemad. te. ape. ſi quis ex ſignatoribus, malitiis

Digitized by Google

ſtræ: et de ſeudis * quaternatis, (a) & de quota parte ipſorum feudorum: et de appellationibus ordinariorum, ſeu delegatorum noſtrorum ad noſtram Curiam interjectis: et de quæſtionibus noſtrorum Curialium, qui immediate nobis aſſiſtunt, de ſpeciali conſcientia noſtra in Curia commorantium, qui de Curia noſtra ſine ſpeciali mandato noſtro non poſſunt recedere: necnon & (b) miſerabilium perſonarum, quarum eſt privilegium forum eligere, * (a)

---

* Additio. *Vide Marinum Frecciam in ſuo tract. de ſubfeud. fol. 239. nume. 8. & ibi vide quod audientia Idruntina etiam cognoſcit ex privilegio de feudis quaternatis*. De Bottis.

(a) *Et de quota parte feudorum*. Sed an de re aliqua particulari feudi quaternati cognoſcat Magiſter Juſtitiarius videtur quod non, quia hic non exprimitur, ergo Juſtitiario reſervatur, qui de rebus feudalibus cognoſcit, ut infra de offi. juſt. l. 2. in fi. nam magna eſt differentia inter quotam partem, & rem ſingularem, ut patet in cauſa evictionis, nam evicta quota parte committitur ſtipulatio evictionis, non ſic re aliqua evicta, quia ad intereſſe agitur ex empto, ut ff. de evict. l. 1. & l. nave. & de uſuca. l. eum quod & alibi patet hæc differentia. C. de here. inſtit. quoties, & alibi de fidei. l. una. & aliter agitur pro tota adminiſtratione, & aliter pro certo ca. quia in primo caſu demum adminiſtratione finita, in ſecundo etiam adminiſtratione durante, ut C. de admi. tut. l. 2. ad idem. C. de ſenten. paſ. l. ſi debitur. Ex particularibus enim propoſitionibus licet veris univerſalis propoſitio non appareat, ut extra de elect. c. in Gen. ad idem ff. de re. du. ſenatus. & ad Treb. l. ſi mulier. in fi. Econtra quod ſic, quia poſſet fieri fraus agendo de rebus ſingularibus, & ſic alia via lex poſſet circomveniri, quod eſſe non debet, ut de tut. & curato. da. ab his. l. ſcire. cum ſi. Solutio, ſi illa res, de qua eſt queſtio, ſit major pars feudi, locum habeat ſecunda allegatio, alias prima, argu. ff. de excu. to. l. ſcire. cum ſi. & l. propter litem, & de reg. jur. l. in tem. §. 1. quaſi major res trahat ad ſe aliam propter prævalentiam. Vel dic, ſi ex re illa denominabatur feudum, locum habet ſecunda allegatio, aliter ſecus, ar. ff. de lega. 2. l. peculium, §. quadringen. Vel dic, quod indiſtincte cognoſcat, ut colligitur in præal. l. infra, de offi. Juſt. l. 1. in fi.

(b) *Miſerabilium perſonarum*. Sed quæ ſunt miſerabiles perſonæ? dic, ut C. quando impera. inter vi. & pupi. l. 1. & in ſumma Azo.

Additio. *Adde Innoc. & Doct. in cap. ſignificantibus, de offi. deleg. Doct. in c. 1. de poſt. Doct. in cap. ex parte B. de foro comp. Specul. in tit. de advo. in §. 1. Bald. in l. cum alienam. C. de legat. Ludov. Roman. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. mat.* Superantius.

Additio. *Vide de electione fori viduarum & de materia hic contenta plene in deciſione ſec. Conſilii 257. & ibi, an eccleſia dicatur miſerabilis perſona, & quando hoc poſſit de jure communi, vel ſpeciali privilegio, ibidem, & de pupillis, viduis, & miſerabilibus perſonis, quod poſſint trahere ſpeciali privilegio coram Magiſtro Juſtitiario regionis, eſt capitulum regni, quia, aar. 176.* Cæſar.

* Additiones. *Quid in muliere accuſante de nece filii, an eligat forum ſi adſit magis legitimus accuſator. vide Cap. ſing. 143. Et an hoc privilegium competat etiam litis conſortibus Alex. conſi. 120. vol. 4. Soc. conſi. 82. vol. 3. Et an competat ceſſionario, Bald. in l. per diverſas. C. manda. Et an permittatur variatio, Sylva nupt. fol. 25. Et an poſſit renunciari huic beneficio, Petrus Belluca in Spec. fol. 120. Et an hæc renunciatio præjudicet fiſco, cui per electionem jus fuerat quæſitum, vide ibi, & per Ang. & Jacob. in l. in perſonam, ff. de pact. & quid in cauſa feudali, Affl. in c. Imperialem. §. præterea, ſi inter duos, de prohib. feu. alie. per Fed.* Fab. Jord.

Nota quod in anno 1541. die 16. Novembris in cauſa heredum quondam Geneſii de Mandria pupillorum contra Joannem Loyſium de Saldagna mercatorem artis ſericæ, per Magnificum Marium Saxum Reg. Conſiliarium fuit proviſum, quod dicta cauſa remittatur ad Conſules artis ſericæ non obſtante quod fuiſſet facta electio fori, & juratum de perhorreſcentia. Magiſter actorum Ambroſius de Spenis. Et idem fuit deciſum per Sacrum Conſilium, referente Magnifico Scipione de Arecie tunc Reg. Conſiliario digniſſimo, & poſtmodum relicto ſeculo effecto presbytero Regulari, Collegii beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & demum Epiſcopo Placentino & Cardinali benemeritiſſimo S. R. E. tit. S. Potentianæ, & tandem mortuo Archiepiſcopo Neapolitano & Card. prelib. tit. S. Potentianæ in cauſa Silviæ Caracciolæ cum Hieronymo Fraſſo. Magiſter actorum Laurentius Margiotta, & fuit latum decretum die 12. Julii 1550. & idem fuit deciſum per D. Marinum Frecciam Reg. Conſiliarium die 27. Maii 1555. in cauſa Magn. Fauſtinæ Torellæ cum chiſcoram. Magiſter Actorum. A. Cæſareus. De Bottis.

---

tiis autem non eſt indulgendum, ff. de rei vend. l. in fundo. Item ſecus ſi eſſent plures judices de jure communi, tunc eſſet electio actoris. C. de epiſ. & cle. cum clericis, de agen. in re. l. fin. ff. de judic. l. 2. §. plane, de eo quod cer. lo. l. 1. Item vidua † quantumcunque ſit dives, habet hoc privilegium, ut dictum eſt ſupra in l. lege præſenti. Niſi luxurioſe viveret, tunc omnis vidua perderet privilegium, ar. C. de jure do. his ſolis, §. ſi. de adul. l. quæ adulterium, in ſi. in Auth. qui. mo. na. eſſ. ſui, §. ſi vero rſinſa.

† Additio. *Contrarium tenet Imola poſt Card. in c. ſignificantibus de offi. deleg. ſequitur. Alex. conſ. 121. col. fi. vol. 2. Sed tu vide apoſtil. Bartho. de Capua, quam habeo in ff. veteri, in pergameno, in l. ne quicquam, §. obſervare, ff. de offi. procunſ. And. tenet hic quod pro rebus præſentibus clericus non gaudet privilegio clericali, quæ opinio ita ſimpliciter non procedit: ideo dic quod aut bona principaliter conſiderantur ut in tributis & decimis & in præſcriptione: & tunc non gaudet privilegio: aut perſona principaliter conſideratur, ut ratione fori, & in collectis, & tunc conſideratur privilegium, & ita hanc materiam eleganter declarat Dec. in c. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtit. col. 11. & Luc. de Penna in l. ſi diutina. C. de exact. tribut. lib. 10. ubi latius omnino videantur ambo*. De Bottis.

Item clericus pro contractibus & rebus propriis, quæ non ſunt eccleſiæ, non habet privilegium: quia, cum eccleſiis datur privilegium, perſonam non tamen tranſgreditur, ff. de conſti. Princ. l. 1. Privilegia rebus data, ſicut collectarum habent clerici, pro quo eſt. C. de epiſ. & cle. l. 2. Item ſi pupillus & vidua delinquant, dicunt quidam, quod non habent hoc privilegium, in delictis commiſſis in alium, arg. ff. de mino. l. auxilium, & C. ubi ſena. vel cla. l. 1. Alii dicunt (& ita vidimus uti) quod ſic, quia lex prædicta. C. quando Impe. indiſtincte loquitur, non diſtinguendo in criminali, vel in civili, & ſic indiſtincte intelligatur, ff. de publ. l. de precio, pro quo eſt etiam. C. lib. 10. de prox. ſa. ſcri. in l. in ſacris, Item quid ſi utatur jure ceſſo hujuſmodi privilegiata perſona; An habet hoc privilegium? Diſtinguunt quidam; Aut ceſſio facta eſt ei ex cauſa lucrativa, quia donator cedit ex cauſa donationis ei debitum ſibi ab alio: & tunc non habet privilegium; Aut ex cauſa non lucrativa, ſed neceſſaria, ut puta, quia debitor pupilli non poterat ſatisfacere ei, niſi cederet ipſi pupillo id, quod alius ſibi debebat, ar. ff. de condi. fur. l. & ideo, & de proc. l. ſi ſervum, §. ſi. qui ſatiſd. cog. ſi fidejuſſor. Alii indiſtincte dicunt quod ſic, propter verba generalia hujus conſtitutionis, & d. l. quando Impe. loquitur, dummodo bona fide, quæ præſumitur, arg. C. de evictio. l. penult. non ut adverſarius vexetur, ff. de alie. jud. cum melius. C. de procur.

(a) corporali præſtito ſacramento, quod adverſariorum ſuorum forte potentiam perhorreſcunt; (a)

(a) *Corporali præſtito ſacramento*. Hoc idem conceditur viduis, ut C. quando Imper. inter pu. l. unica. etiamſi non perhorreſcant potentiam adverſarii, ut ibi patet, in dictione, præſertim. Sed an per hanc conſtitutionem hoc immutetur, ut non aliter detur hoc privilegium eis, niſi timeant adverſariorum potentiam, & de hoc jurent, ut hic dicitur? Videtur quod in vidua habeat locum l. illa. C. quomodo, & quando Imper. C. de teſt. l. ſancimus, & C. de appell. l. præcipimus, ſic non jurat.

Additio. *Adde, quod hoc fallit, quando vidua eſt dives, ſecundum Card. Zab. in c. ſignificantibus, in 1. notab. de aſſi. delega. Abb. in c. licet, de foro comp. Et per Fran. de Aret. in l. poteſt. in 2. col. ff. ſol. matr.* Sopar.

Nam in vidua non immutatur illud jus antiquum per hoc jus novum, ergo non prohibetur ſtare, ut in l. ſancimus, cum ſimilibus, nec enim continetur vidua in numero miſerabilium, cum in rubrica prædicta ponatur, ut l. præcipimus diverſa, ut C. de codi. l. penul. & ſic vidi judicari de facto.

Sed

ANDREAS DE ISERNIA.

eur. qui ſtipendia. Item qui ſint miſerabiles? dicit Azo in ſumma, quando Imper. &c. ſicut etiam ſunt ſenes, & infirmi: & qui rebus ſuis præeſſe non poſſunt, ff. de lega. 1. l. civitatibus, in principio. Debiles, & pauperes, & omni auxilio deſtituti, ff. de offic. præſid. l. nec quicquam, §. advocatos. Quid ſi propter delictum fiat cæcus, vel mutilatus? † Dic quod hic non habet privilegium, quia litera. l. quando Imperator dicit fortunæ injuria miſerabilis. Hic autem eſt miſerabilis ob ſuam culpam, & ex malis meritis. &c. ff. depo. l. bona fides, in principio. Secus ſi a nativitate ſit cæcus, vel poſt ex morbo, vel alias ſine culpa ſua, dicitur juri ſatisfactum eſſe propter generalitatem literæ, quando Imperator. At delictum & culpa ſua non debet tribuere ſibi immunitatem, ff. ſolu. mat. l. ſi ab hoſtibus, de interdictis & relegat. l. relegatorum, §. fi.

† Additio. *Nota quod Covar. in pract. c. 6. fol. 37. col. 2. tenet contra Andream hic.* De Bottis.

Item quid ſi vidua, vel virgo, quæ etiam hoc privilegium habet, ſit deſponſata, non tamen traducta a viro, vel carnaliter cognita: an ſtatim perdat privilegium? Dic quod ſi deſponſata eſt per verba de futuro, non perdit, argu. ff. ad muni. l. ea quæ. Si per verba de præſenti ſic, quia pro maritata habetur, adeo ut conqueri poſſit ſponſus de matrimonio violato. C. de adul. l. fi. Et ſicut prohibetur donatio inter virum & uxorem: ſic prohibetur inter ſponſas per verba de præſenti, ff. de dona. inter virum & uxo. l. penul. & not. in d. l. ea quæ & d. tit. de dona. inter virum & uxor. l. 3. §. 1. in gloſſa ibi, quidem &c.

Additio. *Adde in toto tit. ff. de dona. inter virum & uxor. & per tot. tit. C. eo. Abb. in rub. de dona. Abb. in ca. fi. de dona. inter vir. & uxor. fallit ſi donator efficitur pauperior, ſecundum Saly. in l. irritam, in fi. verbi. C. de uſucap. pro dona. Et quid de donatione facta inter conjuges facto divortio? Vide per Ang. in l. ſi divortio, ff. de verb. oblig.*

Quamvis Moderni de hoc faciant magnum feſtum, quia quæſtio diſputabilis eſt. Item quid ſi pupilli, viduæ, † & hujuſmodi privilegiatæ perſonæ agant, vel conveniantur de feudo: an hoc habent privilegium, ut poſſint eligere, vel declinare Bajulos? Dic quod non, data eſt enim cognitio hujus rei certæ perſonæ, videlicet, Magiſtro Juſtitiario, ſi ſit quaternatum: & Juſtitiario regionis ſi non ſit quaternatum, ut in hac l. & infra de offic. Juſtitia. l. 1. in fi. & ſic alii judices ſunt privati quantum ad cognitionem feudorum.

† Additio. *Adde quod hoc privilegium eligendi forum datum miſerabilibus perſonis extenditur ad forum competentem reſpectu conventi: nam ſi conventus ab eccleſia, vel alia miſerabili perſona non poterat conveniri, niſi cum Seneſcalco, aut Magiſtro Juſtitiario; tunc non poteſt eccleſia eligere alium forum, ut declarat Afſl. in deciſ. 257. & in hac conſtit. num. 13.* De Bottis.

Unde nec expreſſus conſenſus partium poſſet facere, ut Bajuli de feudo cognoſcant. C. de juriſdic. omn. jud. l. privatorum, limitatæ ſunt enim juriſdictiones, & ſic non cognoſcent ultra, ſcilicet de eo, quod prohibitum eſt cognoſcere, ſicut in ſartunculatore, ut ff. de jud. l. ſolemus, in fi. nam pupillus, & vidua, & perſonæ hujuſmodi non poſſent in cauſa criminali eligere, vel declinare forum Bajuli, qui non habent merum imperium & mixtum, quia nec conſenſus partium hoc poſſet, per ea quæ no. C. de juriſdic. omn. jud. l. 1. Prohibitus autem cognoſcere pro re aliqua perpetuo prohibetur etiamſi partes vellent, argu. ff. de poſtu. l. quos prohibet. Generalia tamen verba hujus conſtitutionis, & d. l. 1. C. quando Impe. debent intelligi, ut eligat judex ille, qui alias præerat cognitioni rei, de qua eſt lis, ut non obſtet id, quod ſuperius dictum eſt, gloſſa vero poſita. C. de ſent. auth. & conſequenter, non continet veritatem. Quia non datur privilegium pupillis, & viduis, & hujuſmodi perſonis coram judicibus prohibitis, arg. ff. ad municip. l. Lucius, §. pen. in fi. & C. de inoff. teſta. l. ſi quando, & facit C. de epiſc. & cler. l. jubemus, in fi. Item, quid ſi Princeps, vel magna Curia eſt in terra ſua, puta Capuæ, quæ cognoſcit de omnibus quæſtionibus etiam privatorum, ut ſtatim dicetur, quia ſupplet alia officia, ut Juſtitiarius, ut infra eo. tit. l. honorem.

Additio. *Vide ritum magnæ curiæ, qui incipit: Item Curia ipſa, dum eſt in loco.* Caſ.

An ſit verum hoc, ut vidua & pupillus, & hujuſmodi perſonæ eligant litigare coram Bajulo, utrum audiantur? Et videtur quod non: quia cum magna curia reſidet in terra non eſt extraordinarius judex, ſed ordinarius. Bajulus etiam ordinarius eſt. Et quando ſunt plures ordinarii non ex privilegio, ſed a lege ſcripta, electio eſt actoris, ut ſupra dictum eſt. Lex, quando Imper. loquitur quando trahebantur privilegiati ad extraordinarium judicem: & in principio favemus actoribus, ex quorum perſonis ſortimur judicium, ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem, in princ. & de judi. l. ſolemus, & l. quod legatum, & ſi pars here. pet. l. 1. & de eo quod certo loco, l. non utique, licet fallat in ſcholaribus plures judices habentibus, ut notatur in auth. habita, item ceſſat ratio, quia in provincia ſua debet conveniri, ubi ſunt teſtes: quia in terra ſua erat magna Curia, ut dictum eſt: & ceſſante cauſa debet ceſſare & effectus, C. de epiſc. & cle. l. generaliter, contra quod eſt, quia licet magna Curia hodie ſit Capuæ, unde erat pupillus: cras diſcurrit, & erit alibi: & ſic cogetur extra provinciam & terram ſuam, quod non eſt in Bajulo, cujus Curia ſemper manet in terra: & ſic videtur inſpici quod evenire poteſt, arg. ff. de nego. geſt. l. divortio, ff. loca. & condu. l. ſi. quis domum, §. 1. & de juriſdict. omn. judi. l. fin. & quod ſolet evenire, attenditur, per argu. a ſolito, ff. de uſur. l. qui ſemiſſem, de pigno. actio. l. vel univerſorum. Aliqui dicunt primum eſſe verius: quia eſt favore pupilli: & eſt odioſum quod continet jus ſpeciale, quod citius tollitur, quam jus commune, in Auth. de non alie. §. quia vero, & odia reſtringuntur, ff. de libe. & poſthum. cum quidam. Aliis videtur aliud, nam ſi pupillus, & hujuſmodi perſonæ poſſunt recuſare ordinarium, ut Bajulum; & eligere extraordinarium, ut magnam Curiam, vel Juſtitiarium regionis: eadem ratione vel majori recuſabit extraordinarium, & eliget ordinarium alium: omnes quidem ſunt judices Principis, ut ſupra dicitur, ff. de offi. præſe. præt. l. 1. in fi. Item dicit Odoff. in d. l. quando Imper. quod tota die dicunt laici, quod Imperator eſt judex pupillorum, viduarum & pauperum. Hoc eſt verum, dicit ipſe, ſi volunt pupilli, viduæ, & pauperes: ſi nolunt, non: quia quod favore, &c. ff. de legib. l. quod favore. Magnum habent privilegium, quod ipſi trahunt invitos adverſarios coram Principe: ſed ipſi non trahuntur inviti. In aliis vero quam privilegiatis magna Curia præſens Capuæ cognoſcit de omnibus cauſis. Et de pertinentibus ad officium Bajulorum. Quia ſi ſilet Juſtitiarius, ut ſupra dicitur, multo fortius alii minores magiſtratus, per argu. a

ma-

(*a*) cauſas audiat, & juſtitia mediante decidat. Conſultationes inferiorum judicum pro ſua juriſdi-

Sed contrarium poteſt dici; nam, aut dices viduam contineri ſub miſerabilium appellatione, pro quo facit ſupra titu. prox. l. lege. & ſic ſervabitur quod hic dicitur. Aut non contineri appellatione miſerabilium, tunc non debet plus concedi non miſerabili, quam miſerabili, unde ſi miſerabilis jurat, multo magis non miſerabilis jurat, quia ubi eadem ratio, &c. ut ff. ad legem Aquiliam. l. illud quæſitum. & eadem quæſtio poſſet fieri per omnia ſimilis in pupillo. And.

(a) *Cauſas audiat*. Et etiam criminales, ut patet in exceptio. in ſequen. verſicu.

ANDREAS DE ISERNIA.

majori. C. de rei uxo. actio. l. 1. in princ. Alii dicunt contrarium, ut hac. l. §. in aliis, Primi reſpondent, quod §. in aliis, loquitur, quando magna Curia non eſt præſens in terra illa: nam ſi eſſet præſens, ipſa cognoſceret: quod patet, quia dicit quod petit eum evocari per litteras, ut verſ. ſeq. advenientibus. Sed quando magna Curia eſt præſens, non fit citatio per litteras, ſed per nuncium, ut videmus fieri, arg. ff. de arbi. ſed ſi interpellatus, §. arbiter. Verius dicitur, ut licet Juſtitiarius ſit prohibitus, Bajulus non prohibetur: nam eſt contra jus commune, ut minor prohibeatur judicare per majoris præſentiam. C. de donat. l. in hac, & in Authen. de defen. civi. §. non valent, non ergo trahetur ad alios etiam ſimiles, ff. de legibus l. quod vero, & in conſtitutione infra, eo. honorem, vetavit Juſtitiarium, tamen aliis permiſit, ff. de judi. cum prætor. Unde videmus de conſuetudine, quod etiam Bajulus cognoſcit, & magna Curia, dum eſt præſens ille, ſcilicet, qui prius aditur, alius erit tanquam præventus, ff. de judi. ſi quis poſtea. Poſſunt etiam eſſe plures ordinarii in diverſis judiciis de eadem re, quando eſt electio actoris, ut ſupra dictum eſt: & minime ſunt mutanda, &c. ff. de legi. minime. Sed nunquid in non privilegiatis poſſit prorogari juriſdictio Magiſtri Juſtitiarii expreſſe conſentiendo in eum ſcienter, vel tacite, conteſtando litem, & non opponendo, quod non eſt ſuus judex, de qua expreſſa prorogatione loquitur, l. 1. & 2. ff. de judi. & l. ſed & ſi ſuſceperit, & C. de excep. l. fi. ubi de cri. agi opor. l. 1. in gl. Videtur quod non, ut d. §. in aliis. Item tunc dicitur prorogari aliquid, quando erat, & emologatur, ff. de precar. l. ſed ſi manente, & de arbi. l. ſi cum dies, §. fi.

Additio. *Adde qui poſſint prorogare, Card. Zaba. in c. P. B. in 12. q. de offi. deleg.*

Sed juriſdictio Magiſtri Juſtitiarii in hoc non erat: Immo videtur prohibita in §. in aliis. Item prorogatio fit, quando judex, in quem ſic conſentitur, alias præerat illi juriſdictioni, ſed non inter illas perſonas, ff. de judic. l. 1. Unde de cauſis meri imperii non poteſt conſentiri in judicem civilium cauſarum, ut ſupra dictum eſt. Item ita demum obligat ſe quis ad pœnas excommunicationis, privationis beneficii coram judice, ſi judex eſt talis, qui poſſit excommunicare, & privare beneficio, extra de elec. cum dilectus, in fi. & de cri. fal. c. fin. 1. q. 8. quiſquis cordis. Verius eſt, quod poſſit, per l. 1. C. de juriſd. om. jud. ubi procurator Cæſaris cognoſcit de civilibus inter certas perſonas tantum, ſicut inter fiſcum & privatum, & tamen conſentitur in eum, modo prædicto. pro quo facit C. de pœ. l. procurator. Sic econtra Juſtitiarius cognoſcit de civili inter certas perſonas, ut ponit hæc conſtitutio. Cum ergo juriſdictionem habeat in civilibus, non niſi inter certas perſonas, fit prorogatio per alias. & erit juriſdictio prorogata eadem in genere, non in ſpecie. C. de nego. geſt. l. ſive, & de injur. l. dominum. Non ergo exigitur in hac prorogatione, quod ſit identitas ejuſdem generis perſonæ: ſed quod ſit ejuſdem generis identitas cauſæ, d. l. 1. de juriſd. omn. jud. & ſic non obſtat l. ſed ſi manente, & l. ſi cum dies, & §. in aliis, quia prohibetur vocatio coram Magiſtro Juſtitiario. Sed non prohibetur prorogatio, ſicut expreſſe dicitur in ſimili, ff. de ſer. l. prima, §. primo. Non obſtat de cauſis meri imperii: quia ibi mere eſt diverſitas ejuſdem generis cauſæ: hic ergo erit judex per conſenſum partium tacitum, vel expreſſum: & ſic non obſtat quod dicitur de pœna excommunicationis, & privationis beneficii.

Sed nunquid ſufficiat ſcire eum eſſe Magiſtrum Juſtitiarium, an oporteat, quod ſervet hoc, quod dicit hæc conſtitutio, quod Magiſter Juſtitiarius non cognoſcit in civili, niſi inter certas perſonas? Certe ſi in facto erraret, puta, quia crederet eum Juſtitiarium regionis, tunc non valet hujuſmodi conſenſus, ſicut exemplificatur de prætore urbano & peregrino, ff. de judi. l. ſi prætor. Si autem in jure, quia ſciebat eum eſſe Magiſtrum Juſtitiarium, ſed ignorabat, quod non haberet cognitionem niſi inter certas perſonas: tunc videtur, quod hic juris error non noceat, credebat enim, quod generalis judex, ſicut eſt Magiſter Juſtitiarius, poſſet cognoſcere de omnibus. Ita videtur gloſſa in d. l. ſi prætor. maxime ſi erat extraneus in regno, quia ignorans non videtur ligari, ff. de decre. ab ord. fac. l. fi. damnum autem videtur hoc, quia terminos provinciæ excedere cogitur: & teſtes producere in longiori loco, & ſumptus facere, ut d. l. ſi quis ex ſignat. Verius dicitur, ut hæc juris ignorantia in hoc noceat: quia conſtitutiones Principum, & leges ſcriptas ignorare non licet poſt tempus publicationis, C. de jur. & fac. igno. l. conſtitutiones, & de legi. l. leges. Unde id quod de ignorantia juris dicit gloſſa in l. ſi per errorem, non intelligitur de lege ſcripta, ſed de lege municipali, ut d. l. fi. de decr. ab ord. fac. Item externe debuit conſulere peritiores, ff. de bo. poſ. in bonorum, & conducere advocatum bonum, qui conſuleret ſibi, alias imputaretur ei ff. de ædi. edi. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium, cum ad hoc detur dilatio, ff. ex qui. cau. majo. l. item, in fi. & adde quæ dicta ſunt infra l. Capitaneorum.

S*Tatuimus*. In tex. eligere. Conſtitutio iſta favet viduis, & miſerabilibus perſonis, quod poſſint forum declinare, cum alios conveniunt: quod ſapit verbum illud cauſas. Et ſic iſta conſtitutio ampliat jus commune, & l. illam. C. quan. Imper. inter pup. & vid. quæ loquitur cum conveniuntur. Verum debent adverſariorum potentiam perhorreſcere, & jurare, ut hic. Sed quid ſi convenitur vidua ex contractu defuncti alicujus, vel paterno, ſeu tanquam heres, utrum habeat privilegium declinandi forum? l. heres abſens, & ibi gl. ff. de jud. & l. apud Julianum, ff. ex qui. cau. in poſ. ea. facit argumentum, quod non utatur privilegio. In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod poſſit forum declinare: & ita fuit determinatum in magna curia Vicariæ, in quæſtione cujuſdam viduæ de Averſa. Barth. de Capua.

In textu ibi, ſpatium. Quod eſt duorum menſium a die proclamationis ad eos factæ, ut in conſtitutione regni, Juſtitiarii nomen. Vel dic trium, ut in conſtitutione cauſas alias. Hodie autem per novum c. regni Regis Roberti, niſi infra ſemeſtre tempus a die conteſtatæ litis numerandum, civilis, vel criminalis cauſa coram Juſtitiario, vel capitaneo intentata, non fuerit terminata, revocatur ad magnam curiam Vicariæ regni, ut in c. regni, quod incipit, quorundam expoſitio, &c. Petrus de Monteforte.

In gloſſa præſitu, ibi, continetur. Nota utrum vidua contineatur appellatione miſerabilium perſonarum, ut in hac gloſſa & vide gloſſam Inn. poſitam ſuper c. quibuſdam, de ver. ſig. quæ dicit quod vidua connumeratur inter perſonas miſerabiles: vide conſtitutionem juſti. cultoris, §. ut cauſas. Petrus de Monteforte.

In eadem ibi, Sub appellatione miſerabilium. Et vere credo, quod appellatione miſerabilium perſonarum contineatur: pro quo facit optime, l. 1. C. quan. Imp. inter pupil. & vid. dum dicit ibi, quod ſi pupilli, & viduæ, aliæque miſerabiles, &c. unde cum dicit, aliæ,

riſdiſtione recipiat, de jure conſulentibus reſponſuris. In aliis autem nulli liceat adverſarium ſuum in noſtra Curia evocare: ſed apud civiles & criminales judices, prout eorum quilibet de cauſa cognoſcere ex officio ſuo poteſt, adverſarios ſuos citandi licentia concedatur. Hoc addito, quod de crimine læſæ majeſtatis noſtræ apud Juſtitiarios regionum, ſi hoc accuſator elegerit, cauſas audiri volumus, & decidi. Advenientibus etiam ad Curiam noſtram pro quærenda juſtitia, ſeu litteris impetrandis, primum inquiri præcipimus, ſi (a) ad civiles judices in civilibus cauſis, vel de (b) majoribus ad majores, primum recurſum habuerunt. Quod ſi forte negaverint, ad ipſos cum rubore, & expenſarum factarum diſpendio ſine litteris remitti jubemus. Ceterum ſi per eos denegatam, aut detractam fore ſibi juſtitiam, * ſibi præſtito ſacramento, firmaverint, nomine ſupplicantis & judicis cum adjectione dicti reſcripti conceſſi in memorabilibus actis, quæ ſuper his ſpecialiter fieri mandavimus annotato, tandem infraſcripta forma litteras obtinebunt; Quæ talis eſt: Talis juratus ad te remittitur: quod deſuper intercluſo negocio ad te petitam juſtitiam nequierit obtinere: expediendus infra ſtatuti temporis ſpatium per novas noſtræ munificentiæ ſanctiones.

Is autem, ad quem hujuſmodi litteræ tranſmittuntur omnes, quotquot in forma præſcripta officio ſuo durante acceperit, ab adminiſtratione remotus infra menſem continuum curiæ noſtræ judicibus apud quos geſta de talibus reſidebunt, priuſquam ad alterius ratiocinii calculum admittantur, per ſe, non per procuratorem præſentare debebit: redditurus de quolibet examine judicii rationem, ut (c) quilibet, vel de negligentia redargutus pœnam legitimam, quam non formidavit, accipiat: vel de diligentia comprobetur in præſentia adverſariorum, vel contumaciter fugitivorum, qui per ſucceſſorem ſuum ad inſtantem requiſitionem ipſius peremptorie citari debebunt, (d) cum ipſo noſtræ Curiæ ſe debeant præſentare, perjurii pœnam, probabili ratione, refundat. Sane ſi poſtquam inferiorum judicum quæſtionem ad ſe forte delatam, ad juriſdictionem ſuam dubitat probabiliter pertinere, dubitationis ſuæ cauſam litteris ſuis, non per partes ad curiam tranſmittendo: ſed certum infra quem reſponſionem expectet partibus terminum præfigendo, Curiæ noſtræ ſecure reſcribat juri, & qualitati negocii a noſtra Curia reſponſum idoneum recepturus.

De impetrandis litteris a curia Magiſtri Juſtitiarii.

TITULUS XXXIX.

Ponis ordinem, quem debet ſervare magna curia vicariæ, quando dirigit litteras ſuper tardata, vel denegata juſtitia inferioribus officialibus: vel ſcribit litteras citatorias ſuper proceſſibus, qui conficiuntur in magna curia: vel quando ſcribis inferioribus officialibus ſuper inquiſitionibus faciendis, & poſtea tranſmittendis ad magnam curiam: vel quando ſcribit litteras a communi juſtitia inter partes. Et dicit, quod dictæ litteræ debent fieri de conſilio omnium judicum: & ideo tacite debent per eos ſubſcribi: & poſtea debent ſigillari ſigillo regio, quod mandat fieri: & illud ſigillum debet remanere apud judices magnæ curiæ vicariæ. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

Litteras (e) de remiſſione prædicta, vel de citatione ſuper cauſis, & earum proceſſibus ad magnam curiam noſtram pertinentibus: necnon ſuper inquiſitionibus faciendis, & ad curiam noſtram remittendis: & demum de qualibet juſtitia, ordine ſupradicto ſervato, ſub titulo noſtri nominis, & ſpeciali ſigillo noſtro, quod de juſtitia fieri mandavimus, & quod apud judices curiæ noſtræ reſidere jubemus: de conſilio prædictorum omnium judicum ſcribi volumus, & etiam ſigillari.

Statuit, quod in curia Regis ſint duo judices, qui ſecum habeant unum notarium: quibus Imperator dedit mandatum, ut inquiſitiones factas, & ad regiam curiam tranſmiſſas per officiales re-

(a) *Ad civiles judices*. Facit in Auth. de man. Prin. §. ſed non permittimus.

(b) *Majoribus*. Alias criminalibus.

* Additio. *De materia comminationum vide Modern. in c. Regni, gravamina, nu. 86. cum c. quorumdam, fol. 159. & Grammat. in voto 28. ubi an Princeps poſſit comminari non obſtante privilegio conceſſo Baroni habenti primas & ſecundas cauſas. Freccia in ſuo opere, fol. nu. 4. late de materia comminationum & de materia avocationis, Cravet. in c. 9. pract. qq.* De Bottis.

(c) *Quilibet*. Scilicet impeditus.

(d) *Cum ipſo*. Scilicet impetrante.

De impet. lit. &c. Rub.

(e) Litteras. *Specialiter autem*. Ut inquiſitiones, nota de inquiſitione, & facit C. de bo. vac. l. fin. Et de hujuſmodi inquiſitionibus ſerva. l. 1. de inqul. fac. l. hi qui. quia non ſemper datur copia inquiſitionis, ut ibi patet in verſi. porro.

Additio. *Adde. De copia inquiſitionis & indiciorum ac nominum, & aliorum ſemper poſt allegata per hanc gloſſam videas conſilium Barbatiæ. Veron. quod incip. Decrevit magnificentia veſtra, & Ang. in tract. maleſic. in prin. & ſuper verbo, ex mero officio.* Carſ.

In quo caſu datur copia nominum prædictorum. In-

ANDREAS DE ISERNIA.

(quod eſt verbum implicativum) ſequitur quod pupilli, & viduæ, quæ ibi præcedunt, ſint miſerabiles: arg. optimum & nota ff. in procemio, §. quibus, ibi, & prope nulla alia eveniat arte, & ſic ſumit ibi gloſſa quod lex ſit ars, propter illud verbum, alia. Bartholomæus de Capua.

De impetrandis litteris a curia magiſtri Juſtitiarii. Rubr.

Litteras. *Reclamandi licentia*. Hoc bene dicitur, ut ſciat litigator id, quod tangit eum, ut C. de bonis vacan. lib. 10. in princ. de quo plenius dicetur infra

regni, diligenter videant, & quod probatum eſt, diſcutiant: & demum relationem faciant Magiſtro Juſtitiario, & Judicibus magnæ curiæ: & ſi non ſint talia, propter quæ veniat regia majeſtas conſulenda: data copia parti, ut ſe defendat, ſine ſubterfugiis, dicta magna curia cum ſumma celeritate decidat. Matthæus.

Specialiter autem duobus judicibus in curia noſtra ſtatutis, qui ſecum unum notarium ad hoc ſpecialiter deputatum habebunt, injunximus: ut inquiſitiones factas & ad curiam noſtram miſſas, cum omni diligentia, videant: Probata diſcutiant: & demum relatione ad Magiſtrum Juſtitiarium, & judices noſtros facta, ſi quæ ſunt, quæ conſcientia noſtra non egeant, cauſas inquiſitionum ipſarum, data copia partibus, quæ non ſubterfugii cauſa quærebant, reclamandi licentiam prædicti Magiſtri Juſtitiarii, & judices cum ſumma celeritate decidant.

Deciditur quoddam dubium tangens dictos duos judices regios: videlicet, quid ſi dicti duo judices regii acceperunt denunciationes pro rege, vel contra curiam regis, non expreſſo nomine denunciatoris, quid faciendum? & dicit hic primo ſtatuendo, quod nullatenus ulterius recipiantur denunciationes, non expreſſo nomine denunciatoris: ſed illæ, quæ ſunt recepta in prætreitum ſine nomine denunciatoris, decidantur per dictos duos judices ſecundum formam conſtitutionis inferius poſitæ, ſubaudi, quæ incipit, at hi qui. Matth.

Denunciationes autem pro nobis, vel contra curiam noſtram factas, quas in poſterum denunciatoris nomine (a) non expreſſo, recipi prohibemus: per judices ante factos diſcuti volumus, & ſecundum (b) formam in denunciationibus ipſis inferiori noſtri nominis lege firmatam. Commiſſiones de eis fieri, cauſas ipſorum inſtrui, & ad finem debitum deduci jubemus.

Nova conſtitutio.

Hic præcipitur, ut omnes ſupplicationes, quæ offeruntur regi tam ab hominibus Imperii, quam ab hominibus regis, ſive ſint de juſtitia, ſive contineant gratiam, debeant venire in manus Magiſtri Juſtitiarii: qui in ſero ejuſdem diei, vel die ſequenti, ſecundum aliam litteram, cum conſilio unius ex judicibus deputatis in curia regis, illas petitiones, quæ concernunt ſuum officium, decretabit cum ſigillo Imperii, & cameræ expediet: illæ vero petitiones, quæ ſunt expediendæ ſub forma cancellariæ regiæ, vel quod regia majeſtas eſt conſulenda: idem Juſtitiarius ſub ſigillo remittit per nuncium proprium, vel unum ex ſupplicantibus ad Libellenſem regium, id eſt, ad notarium regium: qui hodie dicitur ſecretarius regis, qui debet eſſe notarius: & ideo dicitur Libellenſis. hoc dicit iſta conſtitutio. Matthæus.

IDEM.

PRæcipimus offerri Magiſtro Juſtitiario omnes petitiones, tam de Imperio, quam de Regno: tam de juſtitia, quam de gratia. Ipſe autem eodem die, conſilio habito cum uno judicum prædictarum, ſecundo die naturam petitionum omnium examinabit, & eas, quæ ad ſuum officium pertinent per ſe expediat, quæ ſunt ſigillandæ ſigillo juſtitiæ Imperii, & ſigillo cameræ, eas videlicet, quæ ſunt de forma: alias autem, quæ conſcientiam noſtram requirunt, remittet ad Libellenſem noſtrum ſub ſigillo ſuo per nuncium ſuum, vel per aliquem ex ſupplicantibus.

† *Ut poſt renunciationem infra decem dies pronuncietur in omnibus.* † *Alias, poſt concluſion.*

TITULUS XL.

Statuit, quod omnes judices poſt concluſam cauſam infra 10. *dies, debeant pronunciare, niſi cauſa de ſui natura requirat conſultationem Principis, quæ facienda eſt per Magiſtrum Juſtitiarium, vel per unum ex judicibus magnæ curiæ vicariæ, & ipſi habent exquirere reſponſum regis. Caſus autem, in quibus res eſt conſultanda, ponuntur hic duo.*

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

HAc (c) lege in perpetuum valitura cenſemus: Ut tam Magiſter Juſtitiarius, quam alii

---

Interdum autem nec nominum, nec dictorum datur copia, ut in eadem conſtitutione, in principio. Interdum & nominum & dictorum. Interdum nec nominum nec dictorum datur copia: ut in eadem conſtitutione in principio. Interdum conſultatur conſcientia Principis in ead. l. §. de ſpecialib. Andr.

(a) *Non expreſſo*. Præterquam in duobus caſibus, ut inf. de of. juſt. l. hi qui. §. præterquam in eo. Andr.

(b) *Formam*. Quam formam habes infra de offic. juſti. l. hi qui. §. in prædictis.

Ut poſt renunciationem infra decem dies pronuncietur. &c.

(c) H*Ac lege*. Quando poſt concluſionem ſit pronunciandum tam in cauſa appellationis, quam in cauſa principali, quam etiam in inquiſitione. An-

ANDREAS DE ISERNIA.

fra de offi. Juſt. l. 2. Nomine non expreſſo. Et hoc bene dictum eſt, quia denunciatores in criminibus maxime habentur loco accuſatorium, extra de calumn. c. 2. ff. ad Turpill. l. ab accuſatione, §. nunciatores autem, nomen accuſantis autem eſt, ff. de accuſ. libellorum.

Ut poſt renunciationem infra decem dies pronuncietur in cauſis. Rubrica.

H*Ac lege*. Ponit celeritatem judiciorum & determinationem cauſarum.

Nobis inconſultis. Et hoc de jure communi, ut C. de quadr. præſcr. l. bene a Zenone, ibi, ut ex noſtra juſſione cauſa moveatur.

H*Ac lege*. In textu, infra decennium. Sed hodie non obſervatur. Mar. In textu tenet. Nota quod in omnibus quæſtionibus, quas curia tenet: vel ſi novus caſus emergat, non poteſt procedi regia conſcientia inconſulta, concordat conſtitutio, præſides, & c. quaternio, & l. bene a Zeno. ibi, ex juſſione noſtra. C. de quadr. præſc. Barth. de Capua.

alii inferiores judices infra decennium, poſtquam renunciatum eſt, [a] pronuncieot a renunciationis tempore numerandum. Et ſi talis quæſtio emerſerit, in qua noſtra conſcientia ſit neceſſario conſultanda, vel ſuperiorum judicum conſilium expectandum, Magiſter Juſtitiarius prædictus per ſe, vel per unum ex judicibus circumſpectionis noſtræ reſponſum exquirat: In illis tantum caſibus, io quibus nobis ioconſultis, procedi non poteſt, ut in his (a), quæ curia tenet, vel ſi [a] novus emerſerit, alii vero judices, ſi ſimilis caſus emerſerit, fideli relatione facta ſuperiorum ſuorum reſponſum exquirant.

Deciduntur duo dubia. Primum quid in cauſis inquiſitionum, & quid in cauſis appellationum, quando incipiunt currere illi decem dies ad pronunciandum. Et reſpondet littera, quod in cauſis inquiſitionum incipiunt poſt reſponſiones factas per inquiſitos: in cauſis vero appellationum incipiunt a die factæ concluſionis, ſicut in prima inſtantia, quando partes ſunt præſentes, ſi pars appellata eſt abſens, ſubaudi quia fuit citata, & contumax reputata, tunc illi decem dies incipiunt a die præſentati, & recepti proceſſus per judicem appellationis. Matthæus.

Idem in inquiſitionibus, & appellationibus dignoſcitur obſervandum, videlicet, ut currat decennium io inquiſitionibus poſt reſponſiones factas. In appellationibus poſt earum receptionem, niſi ambæ partes non ſint præſentes, ſed appellator tantum: ubi ſunt præſentes poſt renunciationem factam, ut ſupra.

Nova conſtitutio.

Hæc conſtitutio duo principaliter facit. Primo dicit, quod Magiſter Juſtitiarius, ſicut habet nomen magiſterii juſtitiæ, effectualiter debet miniſtrare juſtitiam taliter, ut ſit ſpeculum & norma omnibus judicibus inferioribus, qui debent aſpicere ad normam magnæ curiæ vicariæ & eam obſervare. Secundo dicit, quod magna curia vicariæ habet tres præeminentias. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Aliàs, Idem.*

MAgnæ (*b*) curiæ noſtræ (*c*) Magiſtrum Juſtitiarium, velut juſtitiæ ſpeculum, in cognitionum noſtrarum judiciis collocatum, non magis magiſterii nomine Juſtitiarium ceteris præfici volumus, quam exemplo. Ut in ipſo ceteri gradus inferiores aſpiciant, quod in ſe ipſos obſervent. Quædam tamen ejus io tantum ſpecialiter ſuot annexa judicio, ut de eis abſque delatione noſtri nominis ſpecialius eognoſcere oon præſumat. De Comitatibus videlicet, Baroniis, Civitatibus, Caſtris, & magois feudis, qui io quaternionibus Dohanæ noſtræ Baronum inveniuntur in ſcriptis. Curialium etiam quæſtiones, qui a Curia noſtra diſcedere (*d*) ſine mandato noſtro, vel ordinariorum noſtrorum pro velle non poſſunt. Qui tamen immediate nobis, vel officialibus noſtris, non pro ipſorum ſervitiis, ſed pro noſtris aſſiſtant, in aliquo forſan ab eis officio conſtituti, ſive agant, ſive conveniantur, Magiſtri Juſtitiarii examioent, & decidant, qui etiam prærogativa ſpeciali lætantur, ut illic adverſarios ſuos in civilibus & criminalibus cauſis valeant evocare. Appellationes, & conſultationes inferiorum judicum, ſeu etiam delegatorum a nobis, qui ad noſtri culminis audientiam deferuntur, dum nobiſcum in noſtra Curia commorantur, pro juriſdictione ſua ſuſcipiant audiendas, & fine debito terminandas.

† De

Additio. *Et quando dicatur renunciatum, & quando concluſum, vide ſuper pragmatica de publicatione proceſſus, & vide ritum, item quod poſtquam fuerit in cauſis concluſum.* Ceſai.

[a] Additio. *Nota hoc verbum, renunciatum eſt, juncta gloſſa prima, quod tunc dicitur concluſum in cauſa, quando eſt renunciatum probationibus, & aliis, pro quo eſt gloſſa in verbo, concluſerunt. §. quia vero, in Auth. de teſtibus, quam pro ſingulari allegat Ludo. in l. 1. 3. column. ff. de arbit. licet ſit alia gloſſa in cap. cum dilectus, in ver. concluſum, extra de fide inſtr.* De Bottis.

(a) *Quæ curia tenet.* Nota in his, quæ fiſcus tenet, non debet procedi Principe inconſulto, quod intelligas cum illa determinatione, quæ ſit infra l. 2. & ſeq. An autem Juſtitiarius poſſit cognoſcere de his, quæ fiſcus tenet? dic ut infra, de ſenten. in cauſis ſeu. l. 1.

[a] Additio. *Vide in l. humanitatem. C. de legi.*

Nova conſtitutio.

(b) M*Agna.* In hac conſtitutione dicitur quid ſit officium Magiſtri Juſtitiarii. Et eſt, ut ipſe ſolus cognoſcat de magnis feudis, de baroniis, de civitatibus & caſtris infra de offi. Juſti. in fi. Item cognoſcit inter curiales agentes, vel conventos. Item de omnibus appellationibus ad Principem factis.

(c) *Magiſtrum Juſtitiarium.* Nota hic, quod Magiſter Juſtitiæ ex re nomen habet, & ex nomine officii effectus ſignificatur ipſius, nam ab antiquitate pluribus data ſunt nomina ſignificantia a parte rei, ut in Auth. de defen. civi. in prin. & concor. C. de of. præf. ur. l. 3. & C. de epiſ. & cler. l. decernimus, & dic plene, ut nota ſupra de hær. l. inconſutilem, in principio.

(d) *Sine mandato noſtro.* ut C. lib. 11. de Decur. urbis Romæ. l. 1.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

Nova conſtitutio.

Hoc non habetur in alio exemplari commentariorum Andreæ de Iſernia.

M*Agnæ curiæ noſtræ.* Hic loquitur de Magiſtro Juſtitiario præſidente magnæ Curiæ. Quæ in quaternionibus. Quaternos iſtos hodie in Curia non habemus, alias videmus. Sed dic plene de eis, & de iſtis feudis, ut diximus in tit. de contro. feu. apud pares ter. c. 1. Curialium. Dic ut ſup. l. ſtatuimus. Appellationes. Dic ut ſup. l. Capitaneorum, §. appellationes, & C. de appel. l. ſi quando, & concor. in co. l. honorem, & dic ut ibi.

M*Agnæ curiæ.* In §. Quidam. Quia hic exprimitur, quod quæſtio, ſeu cognitio feudi quaternati ſpectat ad Magiſtrum Juſtitiarium, quæritur quid de re ſingulari feudi quaternati? & poſt multa, quæ hinc inde dici poſſent, conclude quod idem eſt dicendum, quia res hæc ſingularis feudi æquiparatur toti feudo, & ex rebus feudum conſtituitur, & ſic ſunt ſubſtantia feudi, & ideo ſubſtantia eſt ſpectanda. Bartholomæus de Capua.

Et vide gloſſam in conſtitutione ſtatuimus, in fine, & in

con-

Google

† Alibi hic non eſt aliqua rubrica. † *De eodem Magiſtro Juſtitiario.* *

TITULUS XLI.

Supra in conſtitutione præcedenti dictum fuit de tribus præeminentiis magnæ curiæ vicariæ: hic additur quarta præeminentia videlicet, quod ſi magna curia vicariæ reperitur in aliqua civitate regni, vel in quolibet loco regni, quouſque magna curia vicariæ ibi reſideat: Juſtitiarius regionis, qui illic inventus fuerit, ſilet, & dormit, quia luminare majus occupat luminare minus. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem. † IMPER. FREDERICUS.

HOnorem (*a*) debitum, (*b*) atque præcipuum noſtræ curiæ reſervantes edidimus, ut ſi quando etiam prædictus Magiſter Juſtitiarius civitatem aliquam, vel locum intraverit, quouſque in eodem loco Magiſter Juſtitiarius ipſe, una cum judicibus noſtris Curiam noſtram tenuerit, Juſtitiarii regionum, qui illic inventi fuerint, (*c*) ſilere debebunt, (*d*) utpote minori lumine per luminare majus superveniens, (*e*) obſcurato.

Ut Magiſter Juſtitiarius poſſit evadere oppreſſiones officialium & revocare.

TITULUS XLII.

Additur quinta præeminentia Magiſtri Juſtitiarii, videlicet, quia cognoſcit de injuriis, & oppreſſionibus, & concuſſionibus factis per inferiores officiales, & judices durante eorum officio. Deinde, & ſecundo ſubditur, quod ſi per officiales curiæ regis factum ſit ſpolium, juris ordine non ſervato, & ad utilitatem regiæ curiæ, Magiſter Juſtitiarius cognoſcit de hoc ſpolio etiam ſine ſpeciali mandato regis, faciat poſſeſſionem reſtitui ſpoliato, & faciat a regia curia emendari damnum. Tertio & ultimo ſubditur, quod idem Magiſter Juſtitiarius carceratos per Juſtitiarios provinciæ abſque ordinatione, vel mandato regio poteſt liberare, ſi ſibi videtur, etiam abſque ſpeciali conſultatione regiæ majeſtatis, & idem poteſt facere, ſi per alios officiales captura liberi hominis facta fuerit juſte, ſi poſtea injuſte ſit detentus, dummodo captura, & detentio non ſit facta de mandato regio. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

MAgiſter (*f*) Juſtitiarius injunctiones, * oppreſſiones, & concuſſiones inferiorum omnium

De eodem Magiſtro. &c.

* ADDITIO. *De officio Magiſtri Juſtitiarii, & ejus prærogativis vide Affl. decis. 366. ver. Item ſecundo.* F. Jord.

(a) H*Onorem*. Dicitur hic, quod Juſtitiarius præſente Magiſtro Juſtitiario quieſcit, & ejus juriſdictio dormit. Sic alibi præſcriptio, ut C. de præſc. 30. ano. l. ſicut.

(b) *Honorem debitum*. Alias eſt. §. 1. Sed conſtitutio iſta diſſonat juri Romano, ut plene de hoc no. C. de dona. l. in hac. Sed ad conſtitutionem illam ſonas. ff. de offic. Proconſ. l. fin. cum ſim. in præal. no. i. in hac. & facit infra de ſacra. præſtan. u Juſti. l. 2.

(c) *Silere*. Minor ergo emittit juriſdictionem propter majoris præſentiam. Sed ar. contra. C. de don. l. in hac. & C. de juriſdi. om. jud. l. periniquum, ad fi. ibi, ita tamen ut ipſis &c. & in Auth. de defen. ci. §. 1. ubi defenſor non perdit juriſdictionem propter præſentiam præſidis, & ad idem. C. de Pala. ſac. lar. l. nihil. lib. 12.

(d) *Utpote*. Nota, quod major cauſa trahit ad ſe minorem, ut ff. de judi. l. per minorem, & C. de ord. judi. l. quantum, & C. de acc. l. prius.

(e) *Obſcurato*. De offi. magi. Juſt. plenius tractatur in conſt. novis, quæ hic ſunt addendæ u conſtitutione ſtatuimus, uſque ad conſtitutionem, cauſas.

ADDITIO. *Vide plene de intellectu iſtius conſtitutionis per Andr. ſupra in conſtitutione ſtatuimus, col. pe. verſi. item quod ſi Princeps vel magna Curia, & vide ad eam c. regni, quod incipit, ut exercitum, & ritum magnæ Curiæ, item quod curiæ ipſa & qualibet ipſarum, & omnino Bart. in l. proconſ. ff. de offic. proconſ. & leg.* Caſ.

Ut magiſter Juſtitiarius &c.

(f) M*Agiſter Juſtitiarius*. Hic eſt contra illos, qui dicunt non poſſe agi contra fiſcum de recuperanda poſſeſſione. Poteſt enim agi, ut hic, cum hoc ipſo, quod ad eum pervenit poſſeſſio, ſuo nomine abletu, ratum habeat, ut ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties, ſed ſi rex præcepiſſet auferri, tunc eſſet contra. Rex enim non poteſt delinquere, ut not. Ray. in ſum. de conſi. mor. l. 2. in fi. & facit C. de jure fiſ. l. prohibitum, & arg. ff. de ju. fiſ. l. Titius, nec enim dolus aliquis poteſt cum Principe fieri, ut C. de diver. offi. l. probatorias, lib. 12. nec etiam ambitio, ut ff. ad l. Jul. maje. l. 1.

* ADDITIO. *Oppreſſiones, vide ritum duplicatum magnæ Curiæ. Par. de Pu. in tract. ſynd. c. de exceſſibus conſilia-*

ANDREAS DE ISERNIA.

conſtitutione juſtitiarii, in fine & ritum magnæ curiæ, & conſtitutione, præſides, & ibi And.

Nova conſtitutio.

H*Onorem*. Contra jus commune eſt: quia minor magiſtratus non debet ſilere propter præſentiam majoris, dictum eſt ſupra plene in l. ſtatuimus, in §. idem dicit Odoff. pro quo eſt C. lib. 12. de Pala. ſacr. l. 4. Sed pro hac conſtitutione eſt. C. de his qui ad eccle. confu. l. 6. in prin.

H*Onorem debitum*. In textu, intraverit. Sed in quo differt hæc conſtitutio ab illa conſtitutione, magnæ, ſupra eo. Reſpondeo, quia illa conſtitutio loquitur, quando intravit non cum Imperatore: hic autem quando abſque eo, & ſic hæc conſtitutio generalior eſt, quod finis conſtitutionis, magnæ, nam in fine dicit, quando magiſter juſtitiarius una nobiſcum &c. hic indiſtincte. Barth. de Capua.

In textu, Debebit, vide apoſtillam in c. Regis Caroli, quod incipit, item; ubi multa ſcripſi de judice. Bartholomæus de Capua.

Ut Magiſter Juſtitiarius poſſit emendare oppreſſiones officialium & revocare.

M*Agiſter Juſtitiarius*. Alias procurator noſter, & concor. ſupra eo. l. hac lege, nam ſi ad commodum & petitionem alicujus privati mandaret Princeps deſtitui, cognoſceret inde Magiſter Juſtitiarius; nam corrigit. C. ſi per vim, vel alio modo, l. ſi. & qood no. in l. meminerint, arg. ff. quod quiſque jur. l. 3. & C. qui po. in pig. ha. i. aſſiduis, & de per. bo. ſubla. l. 1. quæ diſtinguit utrum ad petitionem alterius conſenſerit, vel non. Quod autem dicit gloſſa, quod Rex non poteſt delegare, ut ſi mandaret pro ſua Curia tolli poſſeſſionem, vel rem, ut in Longo. de conſi. mor. l. 2. Et eſt intelligendum quando conſtaret, vel eſſet veriſimile, quod juſte mandaſſet. Ubi vero conſtat quod injuſte, non erit locus conjecturæ, quia proba-

Digitized by Google

omnium judicum, deſtitutiones etiam ſine ſpecisli mandato noſtro pro Curis noſtra ſactas, faciat emendare, & poſſeſſiones reſtitui deſtituto, nobis etiam inconſultis captivos etiam nobis non mandantibus, vel inconſultis per Juſtitiarios, vel per alios captos, & injuſte detentos faciat liberari.

Nova conſtitutio de eodem.

Juriſdictio Magiſtri Camerarii in regno inter fiſcum & privatum eſt limitata reſpectu bonorum, & fiſco non nocent inſtrumenta confeſſionata, hoc dicit, ſubaudi in tempore opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

CAuſas (a) per Magiſtros Juſtitiarios Camerarios in Regno, vel per Capitaneos in imperio coram eis contra fiſcum motas, & ad curiam terminandas delatas, ſuper debitis & rebus mobilibus [a] ſuo jure definiat. Item de modicis immobilibus, ſicut de domo una, & vinea una, quæ non ſunt magni precii: ſuper aliis autem conſcientiam noſtram, quam citius poterit per ſe, vel per unum ex judicibus, conſultabit. Hoc autem ſpecialiter ſuper

---

ſiliariorum, & per eundem plene in ca. judices, & e. ſyndicantur, & ſequentib. cap. 14. in quibus etiam de pœnis ipſorum. Cæſar.

Nova conſtitutio, &c.

(a) C*Auſas*. Naturali numerationi, ideſt corporali, & concor. C. de bon. proſcri. ſi quis poſt hanc, circa principium.

Additio. *Cauſas, vide in Dec. conſil. 109. Contra in ſi.* Cæſar.

[a] Additio. *Quæ ſint mobilia, vide Spec. in tit. de fructib. & intereſ. §. 1. ver. quod ſi prælatus, & an mancipia, vide glo. Pariſ. fol. 26. Et quid de annuis redi-*

ANDREAS DE ISERNIA.

batio tollit præſumptionem, ff. quod me. cau. l. ſi. in prin. Nec dicimus eum Regem quando inique præcepit, 2. q. 1. ſcelus, 2. q. 7. non omnes epiſcopi. Tunc cor Regis non eſt in manu Dei, cum ſit Tyrannus, dicit Seneca 1. de clem. Cum conſideras bonum Regem, iniquum attende. d. c. non omnes. Jus iniquum non habet matrem juſtitiam, ſed iniquitatem, dicitur in gloſſa ff. de juſti. & ju. l. pen. & adde quod dictum eſt ſupra, de inju. offi. illa. l. 2.

Inferiorum. De quibus judicibus intelligimus, an de his, qui actu adminiſtrant, & ſunt in officio, an etiam de illis, qui depoſito officio de adminiſtratione arguuntur. De hoc namque dicitur, in l. Capitaneorum, §. querimonias.

Et alios officiales. Quod dicit, alios, utrum intelliget præſentes vel etiam præteritos? Et videtur, quod de præſentibus tantum, non de amotis ab officio; de amoto quidem dicitur qui fuit cognitor & judex, ff. de teſti. ob carmen, §. 1. & 2. q. 7. ſtatutum. Item miles habet privilegium fori coram Magiſtro Juſtitiario militem. Sed ſi veteranus efficitur, etiam de eo, quod amiſit, vel contraxit in militia, non convenietur coram magiſtro militum, niſi tempore militiæ cauſa fuiſſet incepta. C. li. 10. de vetera. l. ſi. Si dicamus ergo illud forum tantum favore militiæ, non extenditur ad tempus, quo militare deſiit. Multo minus extenditur hoc in odium officialium, & culpa officialis amoti, quæ non debet tribuere immunitatem. Item poſtquam deſiit eſſe judex, non habebit nomen judicis, & ſi nomine caret, carebit effectu. C. de fer. l. a nullo. Item ſi libertas legetur, non continentur illi, qui fuerunt reſtituti natalibus, licet contineantur illi, qui jus anulorum impetraverunt, qui non ſunt ingenui, ut colligitur, ff. de jure ann. au. l. 1. & l. pen. & de bo. li. l. etiam. §. 1. & de in jus voc. l. ſed ſi hac, §. 1. & de cond. & demon. l. falſe, §. ſicuti C. de ju. anu. aur. l. 1. Item ſi quis adoptetur a ſenatore, tamdiu erit ſenatoris filius, quamdiu in familia ejus manet. Nam eo emancipato deſiit eſſe filius ſenatoris. ff. de ſena. l. ſenatores. Item præſentes affinitatum conſideremus, non præteritas, ff. de poſtu. l. ſi cui. §. 1. Econtra videtur quod etiam in amotis, quia talis homo, cum erat judex concutiendo, vel aliat delinquendo factus eſt de foro Magiſtri Juſtitiarii ſi poſtea deſinat eſſe officialis, non pro tanto deſinit eſſe de foro illius, quaſi fuiſſe ſemel ſufficiat, arg. ff. ſi quis cau. l. qui autem, §. illud, de ſer. cor. l. 1. §. ſi. nec quia deſinit eſſe judex, forum debet decreſcere, arg. ff. de ædi. edic. l. juſtiſſ. §. ſi. nam certis modis deſinit eſſe juriſdictio, ſed iſte non eſt de illis. Item C. ad l. Jul. repe. l. jubemus, & l. ſancimus, dicitur, quod ſive eo durante in adminiſtratione, ſive non, poteſt accuſari. C. ut omnes tam civiles quam criminales, l. 1. Dicitur in gloſſa quod etiam coram ſuperiore poteſt accuſari, vel conveniri, quia conſtat quod ibi deliquit. C. ad l. Jul. rep. l. 1. & cum hoc fuiſſet de facto, tanquam verius fuit judicatum, quia judex dicitur poſt depoſitam adminiſtrationem. Unde vocabulum retinet dignitatem, ſeu compendium dignitatis, ut in l. notabili. C. li. 12. de primice. l. 1. Item quia de eo, quod in officio deliquit convenitur ſub eodem judice poſt depoſitam adminiſtrationem, ſub quo & ante poterat. C. ubi de rat. l. 1. & arg. C. ubi decu. vel coar. l. ſi.

Nova conſtitutio.

C*Auſas*. Providet ſibi Imperator, ut magnæ cauſæ non terminentur, & fiſcales ipſo inconſulto, modicæ ſic. Modica non curantur, ff. de impen. l. omnimodo, & comm. l. in rebus, §. poſſunt, ſic ſupra eo. l. hac lege. Juſtitiarii audiont cauſas fiſcales, inſtituto procuratore per eos, præſente fiſci patrono, & magiſtro procuratore, ſed non definiunt, immo cauſas inſtructas tranſmittunt ad Curiam, infra ut Juſti. de feu. cogno. l. præſides provinciarum.

Sed quod ipſi interfuerint numerationi. Sane intellige, quod per inſtrumenta confeſſionum non probatur contra fiſcum. Sed quod realiter fuerit debitum, & eſt de jure Romano C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis, circa prin. de bo. dam. ſi quis poſthac. quia ſupererent tempora, infra quæ fiſcus principalis debitor, vel ſucceſſor de confeſſatis poterat exceptionem opponere de non num. pec. vel non recepta re; vel pecunia confeſſata ex ſua perſona, vel illius, cui ſucceſſit. C. de non num. pec. l. ſi cui, & dicit gloſſe in d. l. ſi quis, quod ſi maritus confeſſus eſt ſe dotem recepiſſe, deinde publicentur bona mariti, fiſcus opponet exceptionem non numeratæ dotis, quæ non currit vivente marito confeſſante. C. de dote cau. non nu. l. ſi. & in auth. ibi poſita. Sed ſi elapſa eſſent tempora, puta biennium, quando Titius confeſſus fuit mutuum, vel 30. dies in aliis contractibus, & Titii bona pervenirent ad fiſcum, præjudicat fiſco confeſſio Titii, cui ſucceſſit per inſtrumentum confeſſionis, quia infra ſtatuta tempora debuit excipi, ut in l. alleg. ſicut, in fine. Alii expediunt ſe, ut indiſtincte intelligatur, ſicut littera ſonat, & tanquam lex nova præjudicat veteribus juribus, quaſi ultima derogent prioribus. Hi imperiti minus perite loquuntur, cum jura non corrigentur, niſi expreſſe dicatur, in Auth. qui, mo. na. ef. ſui, §. ex tribus, & vetera rationabilia determinant nova per l. ſciendum, qui ſat. co. & in auth. offeratur, & de hoc dic plene, ut diximus in tit. de ſta. con. li. ec. ſa.

per curiæ debitis obſervato, quod non tantum per inſtrumenta confeſſionum, ſed per teſtes, qui naturali numerationi interfuerint, de debito probetur, niſi judex, & notarius, & teſtes in inſtrumento ſubſcripti, non de confeſſione tantum, ſed quod ipſi interfuerint numerationi, teſtentur.

De officio Capitaneorum, & Magiſtri Juſtitiarii.

TITULUS XLIII.

Hæc conſtitutio propter ſui longitudinem non poteſt breviter ſummari: niſi quod hic enumerantur decem, quæ ſpectant ad officium Magiſtri Juſtitiarii, & Capitaneorum regiorum. Matthæus.

IMP. FREDERICUS.

CApitaneorum autem, & Magiſtrorum Juſtitiariorum officium tale erit: circuire provincias ſibi decretas, & in dies ſolemnes Curias in locis, & terminis, prout ea melius videbitur expedire. Cognoſcere de magnis maleficiis, videlicet, per univerſitates locorum, Comites, & Barones publice perpetratis. Super illis etiam maleficiis cognitionem ſuam impartiri debebunt, quæ præſentibus ipſis in locis, vel parum ante adventum ipſorum contigerit perpetrari. Ut tamen ſi regionum Juſtitiarii ſint præſentes, cauſas ipſas per eos ſine mora qualibet audiri jubeant, & finiri. Abſentibus autem Juſtitiariis, ſi periculum evidens in cognitionis dilatione præviderint, conſequentes audiant, & definiant quæſtiones. Alioquin non officialium ordo ſervetur ad Juſtitiarium primum: deinde ad Magiſtros Juſtitiarios, & demum in defectum omnium, ad magnam Curiam noſtram volumus proclamari. Appellationes a ſententiis inferiorum judicum ad ipſos volumus interponi: & ab ipſorum ſententiis ad noſtram audientiam provocari. Ex generali etiam commiſſione noſtra ſpecialiter eis facta committimus Magiſtris Juſtitiariis antedictis, ut nobis circa Imperii noſtri partes extra Regnum agentibus, appellationes a ſententiis Juſtitiariorum, ſeu quorumlibet inferiorum judicum ad noſtram audientiam interjectis, ipſi ſuſcipiant, &, prout viderint de jure, decidant. Ita quod nulli noſtrorum fidelium liceat occaſione appellationis ad auditorium noſtrum factæ adverſarios ſuos extra Regnum expenſis, & laboribus fatigare: niſi forſitan ſuper crimine læſæ majeſtatis, vel ſuper eo crimine, de quo condemnatus vitam, vel membrum amitteret: vel forſitan exularet, aut exilii judicio ſtatum, aut omnia bona ſua, vel majorem partem ipſorum, deberet amittere condemnatus, appellationes ad nos contingeret interponi: tunc enim in electione eſſe volumus appellantis, utrum ad præſentiam noſtram adire voluerit, vel cupierit ipſorum judicium experiri. Querimonias etiam, quæ fient contra Juſtitiarios regionum, Secretos Cameræ, Caſtellanos, Procuratores Demaniorum noſtrorum, & alios officiales audient, & ex officio ſuo ipſorum exceſſus, & negligentias puniant, & interdum defectum eorum, juxta ſubſcriptam formam, prout expedierit, ſupplere procurent.

Specialiter autem ſi Caſtellanos, vel Procuratores Demaniorum, ſeu animalium noſtrorum, & cuſtodes defenſarum noſtrarum, inveniunt per fraudem, vel manifeſtam negligentiam male ſibi commiſſa tractaſſe; ipſos capiant de perſonis, & nobis ſignificent tranſgreſſionem ipſorum, ut inde fieri mandemus, prout noſtro beneplacito reſidebit. Ut tamen Caſtellanos de noſtra conſcientia deſtitutos de caſtris non amoveant ſine cauſa, quorum aliquem, qui ſe ex prædictis cauſis removere contigerit, per eoſdem remoti delictum, & ſubſtituti nomen nobis ſignificent ſeriatim, ut de ſubſtituto ipſo, aut de ſubſtituendo alio mandatum de ſcrinio conſcientiæ noſtræ procedat. Induſtriam, ſolicitudinem, & diligentiam Caſtellanorum noſtrorum, quæ in conſervandis, & medicandis caſtris, & Demaniis noſtris habuerint, per ipſos Celſitudini noſtræ frequentius volumus intimari, ut quemadmodum injuſtos, & iniquos pœnis affici, ſic bonos & juſtos Imperialibus præmiis volumus decorari. Prædictis præterea Magiſtris Juſtitiariis, & Capitaneis noſtris injunximus, ut ſi invenerint aliquem officialium noſtrorum per gratiam, aut odium manifeſtum, juſtitiam detraxiſſe, ſeu pecuniam, ſeu jojectas, ſeu canes, aut accipitres, aut aliquid aliud, præter eſculentum aut poculentum, quod ad plus duobus diebus ſemel in anno tantum, ſibi ſufficiat recepiſſe, ut tamen a litigantibus nihil omnino nec eſculentum recipiat, ſi de juriſdictione ſua ab aliquo litigante receperit, cum infamia privatus officio, per ipſorum bonorum ſuorum omnium infiſcationem mulctetur. Ceterum ſi de aliis non litigantibus, qui tamen de juriſdictione ſua ſint officiales, receperit aliquas res, accepta Domino reſtituta, in quadruplum fiſco noſtro damnatur. Litigator autem, qui judicem aliquem dando corruperit, vel corrumpere promittendo voluerit, etiamſi bo-

ditibus Tiraquel. de retract. conſang. in glo. 6. in ver. veditus, num. 3. 4. & 6. Fabius Jordanus.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

fa. §. Gazaros, ſuper ver. confiterentur.

C*Auſas per magiſtros*. In textu, Pro debitis, nota hic argumentum, quod debita, ſeu nomina debitorum continentur appellatione rerum mobilium, unde ſi fiat executio per curiam in 3. parte bonorum mobilium, poteſt fieri etiam in debitis, ſecundum juſtum argumentum. Marinus.

Adde Barth. de Cap. in l. ſi fideicommiſſum, ff. de judi.

Nova conſtitutio.

C*Apitaneorum*. Gloſſator non habet hunc ordinem in gloſſis ſuis. Sed ego proſequor ordinem libe

bonam cauſam habebat, in ipſa ſuccumbat. Hoc idem in eiſdem Capitaneis, & Magiſtris etiam Juſtitiariis, ſi circa prædictam prohibitionem noſtram receperint aliquid, volumus obſervari. Et ut io talibus quibuslibet, vel omnibus delinquendi materia ſubtrahatur, edicimus, ut officiales cui in corruptelam ſui promiſſionem fieri contigerit, promittentis nomen, & promiſſionis etiam quantitatem, & modum nobis, vel alicui, per quem ad nos notitia perveniat, præcipimus nunciari.

De officio Juſtitiariatus.

TITULUS XLIV.

Ad officium Juſtitiarii provinciæ pertinet cognoſcere, & punire omnia delicta, ubi venit imponenda pœna mortis vel mutilationis membri, & etiam de ſpreta defenſa: & de portatione armorum & de cauſis civilibus in defectu Bajulorum, & Camerariorum, & Baronum habentium civilem jurisdictionem, & etiam cognoſcere ſolum de feudis planis, de tabula, non quaternatis. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

JUſtitiarii * (a) nomen & normam jus, & juſtitia contulerunt, quibus quanto magis in nomine ſunt affines, tanto eorum veri, & ſolliciti debent eſſe cultores. Hinc eſt, quod ipſorum judiciis cauſæ capitales maxime reſervantur, & quod ipſorum officium debet eſſe gra-

De officio Juſtitiariatus.

* Additio. *Vide c. Regis Roberti, cap.... inci. nulla legis.* De Bottis.

(a) J*Uſtitiarii nomen*. Monentur Juſtitiarii ſuo nomine deſervire, ut idem ſint, ſicut dici deſiderant, ut C. de defen. l. defenſores, cum ſuis ſi. Et dicitur in hac conſtitutione, quid ſit eorum officium, & cognoſcunt de omnibus criminibus imponentibus pœnam membrorum, concord. ff. de offi. præ. illicitas, §. qui univerſas. Item de magnis furtis, quod eſt ultra 20. auguſtales: etiamſi civiliter agatur, & ſi modicum ſit, poteſt coram eo agi criminaliter. Item de civilibus cauſis, in defectu Bajulorum, vel Camerariorum, concor. extra de of. jud. or. c. 1. Item ſi dominus noluit facere juſtitiam de vaſallo ſuo in civili cauſa, quia tunc præſes cognoſcere poterit. Defectus autem eſſe videtur, ſi duo menſes in negligentia ſunt elapſi. Item non cognoſcit de cauſis feudalibus, nec de caſtris, quia de illis in magna Curia cognoſcitur. De jure communi majus erat præſidis officium, quia de omnibus & civilibus & criminalibus cognoſcebat. ff. de offi. præ. l. omnia.

ANDREAS DE ISERNIA.

bri mei, & hæc conſtitutio eſt de novis, & plena additionibus.

Et judices ſolemnes. Curias in locis, &c. Hæc eſt quædam nova conſtitutio, quæ incipit, & ſi generalis cura nos advocet, &c. quæ bis in anno Curiam ordinat congregare, exprimens loca, tempus, & modum Curiæ faciendæ, qui & quot intereſſe debent ordines querimoniarum, & coram quibus, & multa utilia, quæ ſi ſervarentur, bonum eſſet pro ſubditis, & pro regnante.

Parum ante adventum ipſorum. Non loquitur de Magiſtro Juſtitiario præſidente magnæ Curiæ, ſed de aliis diſcorrentibus, ut patet ex litera. Cum magna Curia ubi eſt præſens, de omnibus ipſa cognoſcit, & Juſtitiarii ſilent, ſupra eo. l. honorem, & dictum eſt in l. ſtatuimus. Si vero magna curia exiſtente Neapoli, delinquat ibi Capuanus, vel contrahat, & recedat, & vadit Capuam, an accuſabitur io magna curia Neapoli de delicto, vel contractu Neapoli in ſua præſentia inito & commiſſo? In contractu eſt opinio, ſicut no. ff. de judi. l. heres abſens. In delictis ſemper videtur gloſſari, quod fiat remiſſio, & ſi ibi non inveniatur, in Auth. ut oul. jud. §. ſi vero. Unde in delictis ſatis videtur quod ſic, & pro contumacia bannietur. In contractu vero cum illo temperamento, quod c. Rom. §. contrahentes, extra de fo. comp. pro contumacia in contractu non aſtringit perſonar, ut dicit Inn. ext. eo. c. licet, & c. dilecti. Item ſi promittat quis ſolvere in magna curia, compelletur ibi, ſi ibi inveniatur, non alibi, l. alibi, alias, non aliter, ff. de eo quod cer. lo. l. 1. & d. c. dilecti, per Inn. niſi conveniſſet, ut etiamſi eſſet alibi, conveniretur io magna curia, quia hæc renunciatio videtur valere, per ea quæ notantur in gloſſa d. c. dilecti. Item ſi opponatur ante litem conteſtatam non contracti in magna curia Vicariæ, vel hujuſmodi, non impediet conteſtationem, dicit Inn. in præd. c. Rom.

Appellationes. Loquitur de Magiſtris Juſtitiariis diſcurrentibus, nam quando ad Principem appelletur, appellatio venit ad magnam curiam, & ſic ad Magiſtrum Juſtitiarium, qui præeſt magnæ curiæ, infra de appel. l. appellationum tempora, nam & alias ad magnam curiam † poteſt appellari a quorumcumque ſententiis, omiſſis mediis, ſecundum gloſſam infra de jud. per imp. cel. prom. l. cum nova, a judicibus vero Baronum, aut a Baronibus, aut in terris Demanii, ad quem appelletur, ſi ad Magnam Curiam non appellatur? dicitur plene infra de officio Magiſtri Ca. l. officiorum.

† Additio. *Vide Moder. in c. regni, plerumque, num. 12. cum ſeq. fol.* 156. De Bottis.

Querimonia. Nota, officialis factus de conſcientia, ut ille ſolus deſtruat, qui conſtruxit, hoc eſt quod dicitur. C. ſi adverſus rem judicatam, l. 3. ff. de minorib. l. prætor. & l. minor.

De officio Juſtitiariatus. Rubrica.

J*Uſtitiarii nomen*. Conſtitutio hæc bene eſt gloſſata, & ſicut dicit gloſſa ſuper verbo, Inſultus. Omnis inſultus eſt excogitatus, niſi probetur contrarium. Et oportet, quod dicatur in libello quod fecit inſultum excogitatum, ff. de injur. l. lex Cornelia, §. lex itaque. Ubi dicit de impeto. C. de ſicar. l. his qui aggreſſorem. De aſſalimento habetur, quib. mo. feu. amit. §. porro, alias ſimiliter. Item nota, quod dicit, quod pro inſultu imponitur pœna corporalis, quia enomeratur inter crimina, dic ut in gloſſa ſupra de impoſi. defen. l. ſi quis in poſterum, in gloſſa, quæ incipit, quid ſi factor ſit inſultus.

Additio. *Adde an computetur inter crimina, adde gl. in l. de crimine. C. de accuſa. & per Bal. in l. nunquam plura, ff. de privatis delictis.*

Cognitionem. Etiam civilium in defectu. Habet ergo Juſtitiarius jurisdictionem in civili implicitam id eſt non exercitium jurisdictionis, ſed in jurisdictionem, & ſic videtur, quod poſſit eam committere, antequam Bajulus, & Secretus erunt negligentes, extra de reſcrip. c. paſtoralis, in fine. Corrigitur enim hodie quod dicitur, ff. de offi. Procon. l. 3. §. 6. per Auth. de colla. §. ad hoc. Hæc ergo jurisdictio in Juſtitiarium videtur, quod poſſit extendi per conſenſum expreſſum, & tacitum partium, & ſicut in ſimili dictum eſt de Magiſtro Juſtitiariu, ſupra de Magiſtro Juſtitiario. l. ſtatuimus. Ut ſi duo litigarent coram Juſtitiario de re civili, non errantes in facto, antequam Bajulus & Secretus eſſent in defectu, & non opponatur ante conteſtatam, prorogatur enim hæc jurisdictio impli-

gratuitum, nec ipſum licet alicui precii venalitate mercari. Quæ igitur ad ipſorum cognitionem pertineant prædeceſſorum noſtrorum aſſiſiis comprehenſa, apertius definimus, *(a)* Latrocinia ſcilicet, magna furta, fracturæ domorum, *(b)* inſultus *(c)* excogitari †, incendia, inciſiones arborum fructiferarum, *(d)* & vitium: vis mulieribus illata, duella, crimina majeſtatis, *(e)* arma molita, *(f)* defenſæ impoſitæ & contemptæ ab aliis, vel pro aliis ab eiſdem: & generaliter omnia, de quibus convicti pœnam ſui corporis, vel mutilationem membrorum ſuſtinere deberent. Magnum autem furtum accipimus ultra viginti auguſtales, etiamſi cività-

† *Alias, excogitare.*

(a) *Latrocinia*. Licet quædam enumerentur hic, quæ videntur ad Juſtitieriom pertinere: intelligas tamen hic poſite eſſe caoſa exempli. Idem eſt enim in omnibus aliis quæſtionibus criminalibus, & hoc jure utimur. Multa enim pertinent ad cognitionem Juſtitiariorum, quæ hic non numerantur, ut ſupra de rap. l. 1. & de illici. por. armo. l. 1. & l. Caſtellanos. & infra l. prox. ibi, vel de alio magno, &c. & infra de ſi. inſt. cum oova. infra de offi. advo. l. 1. inſ. de pœ. quæ in crimi. ca. l. cordi. infra, de jore Lombar. l. 1. Item quod omnes quæſtiones criminales pertineant ad Juſtitiarium, probatur a partibus ſufficienter enumeratis, & remotis. Lex enim dicit officialium alios eſſe præpoſitos civilibus quæſtionibus, alios accuſatiooibus criminalibus, ut ſupra, de obſer. juſt. l. 1. Qui autem ſit officialis, vide infra tit. prox. l. ult. Sed ad Bajulos non pertinent crimina, ut ſupra de offi. Baju. l. locorum, nec ad Magiſtrum Camerarium, ut ſupra de offi. Came. l. officiorum, nec ad Magiſtrum Juſtitiarium, ut infra eo. magnæ. Ergo pertinent ad Juſtitiarium, vel remanebuot impunita delicta.

(b) *Inſultus*. Inſultus probabitur, † & quod excogitatus fuerit præſumetur, ea enim, quæ in animo, vel cogitatione conſiſtunt, non probantur, quia probari non poſſunt, ſed per extrinſeca præſumuntur, ut Inſtit. de rerum divi. §. pavonum, & C. de ju. delibe. cum debitum, & ff. ad l. Rod. de jac. qui levandos, & C. de teſta. l. non codicillum. ff. de acq. poſſeſ. l. penul. §. ipſos.

† Additio. *Vide Suc. in reg. 161.* De Bottis.

Item dicitur cogitationis pœnam nemo patitur: quia ſi ſteterit quis in finibus ſolius cogitationis, nullo caſo punitur. ff. de pœ. l. cogitationis. Ubi autem ultra progreditur, ex ipſo facto, quod continet delictum, præſumitur animus delinquendi. Item ex ipſo facto quod eſt injurioſum, præſumitur animus injuriandi, niſi contra probetur, ut C. ad l. Cor. de ſica. l. 1. & C. de injur. ſi non convicii. Si quæris, ad quid ponitur, excogitari, ſi ſemper præſumitur excogitetus? Reſponde, quia ſicut ipſo facto præſumitur animus, ita per probationem contrarii facti poterit apparere, quod non ex animo delinquendi, ut ita vel nullo modo, vel minus, ſeu levius puniatur. Nullo modo, maxime ſi caſu, ut in venando committetur delictom; vel impetu, ut per furorem forte, vel ebrietatem, ut ff. ad l. Pompe. de par. l. pen. de offi. pre. divut, & de pœnis, reſpiciendum, §. ult. & de re mili. omne. §. qui vulnere. Levius punitur, ut cum laſcivia, vel male exemplo committitur, ut ff. ad l. Corn. de ſica. l. 4. §. ſed ex. & l. 5. §. 1. ff. de pœn. abſeotem, §. alt. l. reſpiciendum, §. fin. & l. ſi quis aliis. §. qui ambo. Et in his omnibus incumbit onus probandi reo, qui excipit, ut ff. de except. l. agere, & C. de prob. ut creditor. ff. de proba. l. in exceptionibus, & in Lombar. de homi. li. ho. l. de homicidio. Sed ego quæro, nonquid debet poni in libello, excogitari? Reſponde ſic: aliter enim probari noo poſſet animus nec præſomi, id enim præſumitur quod ponitur, † vel allegetur, ut ff. de proba. l. s. & l. in exceptione. §. cum quis, ff. de procur. l. quæ omnia, ibi, plane ſi dicat, ſic enim ibi dicitur, ſi dicat, & probaverit. G.

† Additio. *Nota gloſſam, quod ubi aliquid præſumitur a lege, intelligitur, ſi illud præſumptum allegetur, pro quo facit: nam licet in dubio præſumatur bona fides, eſt verum, ubi fuerit allegata, ut cumulat Jaſ. in l. non hoc, C. unde legi. tamen conſequentiam hanc gloſſa facit, nam ea, quæ præſumuntur, licet vere non ponantur, ficte tamen poſita intelliguntur, l. omnes, §. Lucius, & quod ibi not. ff. ſi quid in frau. credit.* De Bottis.

(c) *Excogitari*. Alias, excogitati.

(d) *Et vitium*. Alias, & vineatum, qood intelligas cauſa tollendæ dubitationis dictum, quod jus commune non lædit, ut ff. manda. l. qui mutuam, vitis enim ſignificatione arbores continentur, ut ff. arbor. fur. cæſe. l. vites.

(e) *Arma molita*. Sive agatur ex eis ad pecuniariam pœnam, ut ſupra de illici. porta. ar. l. 1. ſive ad amiſſionem manus, ut in tit. prædicto, ſi quis aliquem, amiſſionem vitæ, ut ſupre tit. prox. l. terminum vitæ.

Additio. *Adde quid contineatur appellatione armorum? vide gloſſam in clem. ne in agro, de ſta. mo. l. armorum, ff. de verb. ſign. gloſſam in Auth. de armis, in §. nunc autem.* Superantius.

(f) *Defenſæ impoſitæ*. Alias eſt, & contemptæ.

ANDREAS DE ISERNIA.

plicita, quia habet juriſdictionem, & non exercitium, ut dictum eſt, & ſi poterit committi, prædicto modo, poterit etiam prorogari. Item nota, quod non cavetur, quod Juſtitiarius cognoſcat de cauſis viduarum, pupillorom, & eccleſiarum: ſed utuntur, per ea, quæ dicta ſunt in d. l. ſtatuimus, & per titulum. C. quando Imperat. l. s. curia enim juſtitiæ Principis eſt: nam omnia noſtra facimus, quibus noſtram impartimur auctoritatem. C. de vete. iu. enu. l. 1. §. cumque.

De feudis. Et ſic certis perſonis feudi cognitio demendatur, ſic infra de prohibitio. feud. alie. l. conſtitutionem. De quaternatis dic ut diximus in tit. de contro. feu. apud pa. ſermi. c. 5. Et intelligas quod Magiſter Juſtitiarius, & Juſtitia cognoſcunt de feudis prædictis, ſive ſit quæſtio inter duos vaſallos, ſive inter dominum & vaſallum; cum conſtitutiones iſtæ indiſtincte loquantur: & ſic indiſtincte de qoolibet feudi litigio intelligentur, arg. ff. de leg. præſtan. l. 1. §. generaliter, & ſic corrigent communia jura dicentia, quod ſi ſit quæſtio inter duos vaſallos, cognoſcit domious feudi. Si inter domioum & vaſallum pares curiæ, in tit. de prohib. alie. feud. l. Imperialem, §. præterea, extra de judic. c. ceterum, & c. novit. de fo. compe. verum. De paribus curiæ habetur, & dicetur infra, l. 3. in tit. ſi vaſal. pro do. fidejuſ. nomi. l. ſi vaſallus, ubi per exguardum ſit diſcuſſio. Item videtur quod ſecundum iſtas conſtitutiones dominus non ſit ordinarius vaſallorum ſuorum. Verum eſt in feudo, ſive ſit qoaternatum ſive non. Sed in perſonali actione, & reali non feudali ſic, ut patet infra de dilationibus, l. 1. ibi, ut tamen in cauſis, quæ coram Bajulis, & locorum dominis aguntur &c. & infra qualiter in cauſis homa. l. probationum, & per ſuperiorem verſ. eodem modo per omnia &c. de quo dic pleoe, ut diximus in d. l. Imperialem, §. præterea. Idem dicit gloſſa, quod Caſtra ſunt feuda eo ipſo, quod Caſtra ſunt. Imo habentur loco quaternatorum feudorum: † quia utriuſque cognitio, ſcilicet, tam Caſtri, quam magni feudi quaternati eidem Magiſtro Juſtitiario pertinet, ut littera dicit.

† Additio. *Feuda quaternata quæ ſint. Frec. fol. 178. num. 1. & fol. 242. num. 34. ponit rationem, quare caſtrum feuda quaternata vocantur.* De Bottis.

Sed quid in eccleſia, ſi habet Caſtrum, an dicatur feudum, & ſic eo ipſo feudum Regis, cum omnia, quæ ſunt in Regno, præſumuntur Regis, ſicut omnia, quæ ſunt in diœceſi, præſumuntur eſſe de juriſdictione epiſcopi, ut in c. cum venerabilis, de religio. domi. 16. q. 1. §. omnes baſilicæ, ſecundum Hoſti. & diximus in tit. qualiter vaſal. ju. de. ſi. c. s. Poteſt acqui-

viliter de furto ipſo agatur, ut tamen etiam de quantitate (a) minori coram Juſtitiarin ad corporalem pœnam criminaliter poſſit accuſatio intentari. Cognitionem * civilium etiam cauſarum, (b) in defectu etiam (c) Camerariorum, (d) & Bajulorum, ad officium ſuum pertinere cognoſcat. Defectus * vero in Camerariis, & Bajulis tunc eſſe videtur, videlicet cum poſt duos menſes, * a die proclamationis ad ipſos factæ cauſæ eis a ſuperiori (e) commiſſæ fuerint, nec conquerentibus in rationibus ſuis ſatisfaciunt, ut tenentur & debent, niſi inſtructionis deſideratæ neceſſitas terminum exigat (f) largiorem. Eadem per omnia obſervanda in dominis, de quibus conſtiterit * infra prædictum tempus ad requiſitionem ſuperioris, vel mandatum noſtrum, hominibus nolle facere juſtitiæ complementum. De (g) feudis etiam & rebus feudalibus (h) ipſi cognoſcant: (i) præter quæſtiones de Caſtris, & Baroniis, & magnis feudis, (k) quæ in quaternionibus dohanæ noſtræ ſcripta ſunt, quæ omnia ſingulariter cognitioni noſtræ Curiæ reſervamus.

Ubi

(a) *Minori*. Quid de minimo? Dic ut notatur ſupra de officiu Baju. l. locorum Bajuli.

* Additio. *Limita hunc textum non procedere, quando mulier vel aliæ miſerabiles perſonæ vellent trahere adverſarios coram Juſtitiariis, ut per c. regni, quia nulla, & ibi Scribentes, fol.* 175. De Bottis.

(b) *In defectu*. Id eſt de omnibus iſtis Juſtitiarius adeatur, noo alius, ut hic & arg. C. de accuſ. l. ſi quis ſe, & ſi adeatur forte ſuperior ad hoc, ut cognoſcat de iſtis, ad Juſtitiarium remittitur, ut in Auth. de man. Prin. §. ſit tibi. Cum vero minor eſt negligens, poteſt cognoſcere maior, ut hic & in Aothen. de eccleſ. tit. §. ſi autem, quod eſt collat. 9.

(c) *In defectu Camerariorum*. Quando quæſtio movetur coram ipſis in caſibus, qui ponuntur ſupra de offi. ma. ca. l. officialis.

(d) *Et Bajulorum*. Quando agitur coram eis, & nota, qood hæc dictio copulativa, &, indicat defectum Camerariorum debere concurrere cum defectu Bajulorum, ad hoc, ot defectus Bajulorum pertineat ad Juſtitiarium; ſi enim defectus eſſet in Bajulis tantum, tunc pertineret ad Camerarium, ſeu Magiſtros Camerarios, ut de offi. ma. Ca. l. officiorum. Si vero Camerarius, vel Magiſter Camerarius deficiat in ſupplendo defectum Bajulorum, tunc pertinet ad Juſtitiarium, ut hic; ſimile habes in clerico & epiſcopo, & judice ſæculari, ut in Authent. colla. 9. de ſanct. epiſc. §. ſi quis autem pro pecuniaria, & de man. Princ. §. ſi tibi quoque, & ut diff. judi. §. ſi quis veru.

Additio. *Vide Parid. de Puteo in tract. ſyndic. c. qualiter. char.* 10. *& c. R. Ro. quorundam, & addita per me ſupra ad conſtitutionem, ſtatuimus.* Cæſ.

* Additio. *De materia comminationum vide Modern. in c. regni, gravamina, nu.* 56. De Bottis.

* Additio. *Ex verbis hujus conſtitutionis colligitur, quod cauſa debet eſſe in terminis, in quibus poſſit definiri, alias lapſus duorum menſium non nocet, vide Dec. in conſi.* 550. *col.* 2. De Bottis.

(e) *Commiſſæ fuerint*. Id eſt, remiſſæ. Juſtitiarius enim cauſas civiles committere non poteſt, cum ad juriſdictionem ſuam non pertineant, ut C. qui pro ſua juriſdi. l. 1. nec proprie dicitur commiſſio, inſpecta perſona ejus, cui committitur, ſi id quod mandatur, eſt de juriſdictione ſua, ſed potius remiſſio: ut in Auth. de man. Prin. §. ſit tibi quoque, & §. noo permittas, & C. ad leg. Corn. de fal. l. ſi lex. & ut diffe. judic. 1. reſpon. & §. ſi quis vero, & hæc eſt ratio, quare admittebatur proclamatio contra Bajulos, quia quæſtiones pertinebant ad eos. Si enim cognoſcere non poſſent, nec eſſet juſta proclamatio contra eos, ut C. de ann. excep. l. 1. §. ult. & quod quando mandantur alicui cauſæ, quæ ſunt de juriſdictione illius, cui madantur, dicantur remitti, probatur ſuperius de illic. port. ar. l. juris gentium, ibi, ſtatuimus &c. & quod tunc dicatur commiſſio, quando committitur alicui quod oon eſt de juriſdictione illius, cui committitur, probatur, ff. de offi. ejus cui mand. eſt juriſd. l. & ſi prætor. & adde quod no. ff. de offi. præſidis. l. ſæpe, & l. ſequen.

(f) *Largiorem*. Alias, longiorem.

Additio. *In dominis. Quando dominus vel officialis requiſitus non facit juſtitiam, quod poſſit fieri contra eos? vide Parid. de Put. in tract. ſynd. cap. an. ſi Rex. char.* 17. *litera A.* Cæſar.

* Additio. *Nota verbum conſtiterit; nam videtur, quod non debeat ſtatim elapſis duobus menſibus avocari cauſa; ſed ſi conſtiterit ſtetiſſe per Judicem, verbum enim conſtiterit, denotat conclaſionem in cauſa, c. ſignificaverunt, de teſtibus ubi not. Joannes And. in addit. magna ad Specul. in tit. de poſſeſſ. & petitor.* De Bottis.

(g) *De feudis non quaternatis*. Propter id, quod ſtatim ſequitur de Caſtris & Baroniis, de quibus cognoſcit Magiſter Juſtitiarius. De feudis enim non quaternatis per novam conſtitutionem præſides Juſtitiarii cognoſcunt uſque ad ſenteotiam, ot in oova conſtitutione præſides provinciarum, quæ eſt infra. De feudis etiam quæ curia noſtra tenet, ut inf. eod. l. præſides, niſi deſtitutio ſit facta de Principis mandato, ut ibidem.

(h) *Ipſi cognoſcant*. Concurd. infra qualiter juſtit. ſe ger. deb. l. 1. in fi.

(i) *Præter quæſtiones de caſtris*. Per iſtam exceptionem, præter quæſtiones de caſtris, &c. probatur, quod caſtra ſunt feuda, † eo ipſo, quod caſtra ſunt, cum ſupra de feudis dixerit, ut arg. ad hoc. ff. de leg. 1. l. Titiæ.

† Additio. *Caſtrum, ergo feudum, non intelligas de fortellitio, ſed de caſtro, ſive terra habitata, ita Paris de reinteg. feud. c.* 12. *in fi. ubi quis effectus reſultet*. De Bottis.

(k) *Quæ in quaternionibus*. Excipere videtur de rebus iſtorum feudorum quaternatorum, † ex eo quod ſupra de rebus fecerat mentionem, & ſic tam de feudis quaternatis, quam quota parte ipſorum, quam etiam rebus ipſorum cognoſcit Magiſter Juſtitiarius, ut ſupra tit. 1. l. 2.

† Additio. *Facit differentiam inter quaternata quæcumque feudi & res particulares, cujus ſit effectus, vide Parid. in d. tract. reinteg. feud. car.* 14. *cap.* 18. De Bottis.

Ubi

ANDREAS DE ISERNIA.

quiri feudum eccleſiæ ex munificentia Principis, & tunc eſt planum, ſi dicat, donamus tale Caſtrum in feudum tali eccleſiæ: poteſt enim feudum haberi ab eccleſia, ut a quolibet alio, ut in prima rubrica libri feudorum, §. fi. & in tit. de natura feudi, c. 1. Item etiamſi præſtitiſſet ſervitium, ſicut de feudo per tantum tempus, quo eſſet præſcriptum per 40. annos. In laico per 30. in tit. ſi de feu. contro. fue. c. ſi qui. per 30. his enim caſibus eſſet feudum. Sed ſi eccleſia tenet & tenuit caſtrum libere, nihil inde reditus præſtando: Si non probaret Curiæ Regis eſſe feudum, liberum cenſebitur, ſicut aliæ res eccleſiæ, quæ non ſunt in juriſdictione Regis, eo ipſo, quod ſunt in Regno ipſius, ut dictum eſt in d. l. 1. hæc autem conſtitutio ſi expreſſe diceret, quod omnia Caſtra ſint feuda, non intelligeretur de Caſtris eccleſiæ, quia non poteſt rebus eccleſiæ temporalis Princeps imponere legem: Imo ſi eſſent contra eccleſiam, eſſent caſſa & irrita, quæ ſi non eſſent pro eccleſia, noo acceptarent jura canonica, ut Princeps ſæcularis de rebus eccleſiæ ſe intro-

Ubi clericus in maleficiis debeat conveniri.

TITULUS XLV.

Si clericus commiſerit delictum aliquod, debet judicari & condemnari per ſuum Epiſcopum, & non per judicem ſæcularem: excepto, ſi commiſerit crimen proditionis contra Regem, vel aliud magnum crimen, tunc judicetur per judices ſæculares ipſius regis, hoc dicit. Matthæus.

REX GULIELMUS.

DE perſonis (a) * clericorum totius Regni noſtri volumus & jubemus, quod ſi de aliquo foriſfacto, de quo perſona judicari, vel condemnari debeat, appellatum fuerit, non a nobis, vel a Curia noſtra, ſed ab eccleſia, & in curia eccleſiæ de eo quod ad perſonam ſuam pertinet, judicetur, & ſecundum canones, & jus eccleſiaſticum condemnetur: Excepto ſi

(a)

Ubi clericus in maleficiis debeat conveniri. Rubrica.

(a) D*E perſonis clericorum.* Quicunque volt convenire clericum de aliquo maleficio, debet eum convenire coram judice Eccleſiaſtico, niſi in crimine læſæ majeſtatis, quia in eo omnium eſt exæquata conditio. C. ad l. Juli. majeſt. l. nulli. & ſic per delictum perdit privilegium ſuum, ut C. ubi ſena. l. 1.

Additio. *Adde, in quibus caſibus cognoſcit judex ſæcularis de clericis, & de rebus eorum? gloſſa in ver. malefactores, in c. cum ſit generale, de foro comp. Et gloſſa in ver. intra eccleſiam, in c. Principes ſæculi. 23. q. 5. Specu. in titu. de compet. judi. adi. in §. regulariter, verſ. in quibuſdam. Et per Feder. de Senis conſi. 29.* Superantios.

* Additio. *Clericatus probatur per teſtes, Veron. conſ. 31. ver. 12. Ang. in l. 1. §. diem. col. 2. ff. quemad. teſta. aper. Affſic. in conſtit. Apoſtatantes. nu. 20. Alex. conſ. 107. vol. 7. Aymo conſi. 134. Item per litteras Epiſcopi, Philip. Franc. in c. ſi judex laicus, de ſent. excom. in 6. & ibi late Anchar. Afflict. d. conſtit. Apoſtatantes, Abb. in ver. & alii. in c. nonnulli. de reſcrip. & per Bal. in l. non ignorat, qui accuſ. non poſſ. & de his litteris epiſcopi, quod ſint eis non remittantes clerici, vide c. Roberti in lib. Barattutis in archivio Regiæ Siclæ, nr. 60. Quid ſi clericus immiſceat ſe enormibus, an gaudeat declinatoria fori. vide Alex. conſil. 61. vol. 4. Guido Papa, decif. 196. Capic. deci. 161. & quid ſi reperitur in flagranti. vide eundem decif. 73. Et quæ requirantur ut clericus amittat privilegium. Alexan. conſil. 7. vol. 1. But. in c. perpendimus, de ſent. excomm. & quid ſi non incedit in habitu, vide Caccialup. in tract. de libert. eccleſ. q. 6. & Alex. conſi. 58. 1. volu. & conſ. 194. vol. 6. Quid ſi habet beneficium parvi reditus, vide Comeſ. in reg. Cancel. ſ. 151. q. 47. & quid ſi poſt delictum duxit uxorem, vide Bal. in l. affinitatis, C. commu. de legat. Quid de concubina clerici. Et quod coram eccleſiaſtico judice de ea cognoſci debeat, vide in regiſtro Barattutii in Regiæ Siclæ archivio, c. 179. & quomodo hoc ſit intelligendum, vide Anch. conſ. 196. incip. Magnifice & Illuſtriſſ. Princeps, & Boer. q. 72. Et quid de milite S. Lazari, vide in eodem regiſtro, c. 48. Quid de militibus Hieroſolymitanis, & S. Jacobi de Spata, Bellinca in Spec. fol. 13. Et quid in monacho profeſſo derelinquente habitum, Gandi. de maleſ. in titu. de pœnis, nu. 33. & quid in Rectore Hoſpitalis, Purpur. in l. 2. C. de juriſd. om. jud. nu. 70. Et an clerici poſſint mulctari pro contumacia a judice ſæculari, Dec. conſ. 141. Bar. conſ. 225. Bal. in l. generaliter. C. de epiſ. & cler. & multa ſunt caſus, in quibus judex laicus cognoſcit de clerico, Benedictus in cap. Raynutius, in ver. & uxorem nu. 410. cum ſeq. Guido Papa decif. 138.* Fabius Jordanus.

ANDREAS DE ISERNIA.

ttromittat, ut in c. dudum, de reb. eccl. alie. vel non alie. lib. 6.

J*Uſtitiæ nomen.* In textu, Inſultus. Quæro quis dicatur inſultus excogitatus? dic ut notatur per And. in c. 1. §. ſimiliter, quibus mod. feod. amit. ubi allegat hanc conſtitutionem. Ex eo quod inſultus excogitatus connumeratur inter magna & atrocia delicta & crimina, dicunt quidam, quod ſi unus ſolus armatus aggrediatur aliquem, quod poſſit accuſari lege Julia de vi pub. ut notatur in conſtitutione aſperitatem. Petr. de Moreforte.

In textu, pœnam. Nota hic, quod forte alibi non invenitur, quod pro inſultu excogitato imponitur pœna corporalis. Intellige, ſi intervenerit percuſſio, & ad hoc allegatur iſta conſtitutio, ut ſupra de defen. impo. Conſt. ſi quis in poſterum, in gloſſa ſed quid factus eſt inſultus &c. ſed qua pœna tenetur, qui inſultum excogitatum tantum ſine percuſſione fecerit? & videtur, quod arbitrio judicis, ff. de pœn. l. hodie, & l. ſanctio legum, & de effrac. l. 1. & expreſſius de mand. Princ. §. deinde competens, & ibi no. Sed dici poſſet, imo videtur quod imponatur pœna quinque librarum auri judici applicanda, & quinque parti, ut patet expreſſe in c. 1. §. ſi quis alium, & ibi And. in ver. manus, de pace tenenda, & §. ſi quis aliquem, & §. ſi vero temerarius, & ſi non poteſt ſolvere, debet fuſtigari, & extra patriam expelli per quinquaginta milliaria, & per quinquennium, ut eo. tit. in conſtitutione, ſuper alia quod ſibi, §. quod vero inopia, & ibi plene. Petr. de Monteſ.

Vide ſupra prædictas gloſſam & notam in conſtitutione Regni, aſperitatem, & conſtitutione ſi quis aliquem, & vide And. in c. 1. §. porro, quæ ſit prima cauſa beneſi. amit. & Lucam de Penna in c. Regni, qui cum Ronca. & tenenda eſt opinio Lucæ in loco prædicto pro quo facit, quia hoc caſu admittitur procurator, ut concludit And. de Capua, Alias Bart. in l. 1. C. ad legem Corneliam, de ſicariis.

Ubi clericus in maleficiis debeat conveniri. Rubrica.

D*E perſonis clericorum.* Hæc lex hodie maxime non procedit, quia nedum per jura canonica, imo nec per civilia perſona eccleſiaſtica trahitur ad judicium judicis ſæcularis. C. de epiſ. & cler. authen. ſtatuimus, & dicit gloſſa in auth. clericos quoque.

Additio. *Adde c. cum ſit generale, & ibi Doctor. de foro compet. Et an valeat ſtatutum quod clericus non poſſit declinare juriſdictionem poteſtatis, ſi coram eo conveniatur? vide per Bal. in auth. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bal. in auth. ſtatuimus. C. de epiſ. & cler. Bal. in l. ab adminiſtratione, C. de lega. Bal. in l. penul. in §. ad crimen. ff. de publi. jud. Ant. de But. & Moder. in c. ſi diligenti, de foro competenti.*

Similiter per capitula conventionum Regni conceſſa Regi Carolo primo, niſi in feudo, ut ibidem dicitur.

Additio. *Contrarium vide per D. Mat. de Afflict. decif. 2. 24. 85.*

D*E perſonis clericorum.* Jus canonicum contradicit huic conſtitutioni, quæ ſervata fuit contra dominum Urſillum Minutolum de Neapoli, & vide c. Regni, ad regale faſtigium, quod fuit inductum contra perſonas eccleſiaſticas, & familiares, & bona, quod jure canonum forte non poſſet defendi, & vide c. armorum uſus. Petr. de Monteſ.

Sed nunquid in hoc caſu clericus poſſit privari feudo per judicem ſæcularem? Jo. And. tenet quod non, in c. verum de fo. compet. ſed ſuper fructibus aliter tenet Hoſt. in c. pervenit, de fidejuſſ. Joan. Grillot.

In gloſſa ſi. Nota ex hac gloſſa caſus, in quibus clericus de jure iſto coram ſæculari judice convenitur, vide veritatem ſecundum quod notat And. in tit. de ſtatu. & conſue. contra lib. eccleſ. c. ſtatuimus, & c. æqualiter vaſal. jura. deb. fidel. Petr. de Monteſ.

(*a*) de proditione * aliquis fuerit appellatus, (*b*) vel de alio magno hujuſmodi maleficio, quod ſpectat ad majeſtatem noſtram, volumus, & præcipimus, ut de hoc, quod ſpectat ad Curiam noſtram, in noſtra Curia judicetur.

De præſtatione ſacramenti a Magiſtro Juſtitiario, & Juſtitiariis.

TITULUS XLVI.

Magiſter Juſtitiarius, vel Juſtitiarius provinciæ inter alia, quæ jurare debet, cum ſuſcipit adminiſtrationem officii, hoc ſpecialiter jurare debet, quod Deum & juſtitiam habebit præ oculis, & omnibus conquerentibus juſtitiam miniſtrabit ſine fraude, & quam citius poterit, litigantes expedire curabit. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

INter (*c*) cetera capitula, quæ in ſacramento præſtando a Magiſtro Juſtitiario ſeu Juſtitiariis cum adminiſtrationem ſuſcipiunt, continentur, hoc ſpecialiter & expreſſius volumus contineri, ut Deum, & juſtitiam habendo præ oculis, unicuique conquerenti juſtitiam faciant ſine fraude, & quam citius poterunt, litigantes expedire curabunt.

De ſervando † *honorem Comitibus, Baronibus, & militibus.* † *Alias, indemnitatem.*

TITULUS XLVII.

Judices ordinarii tam in prima inſtantia, quam in ſecunda, etiamſi ſit delegatus a Rege, non aliter judicare poſſunt in cauſis criminalibus, & civilibus, in quibus Comites, & Barones, & viri militares ſunt accuſati, vel conventi, niſi cum judicio parium, vel Comitis, vel Baronis, vel habentis feudum in capite a Rege, vel de eorum commiſſione judicetur, & datur eis juramentum, ut dent eorum judicium ſecundum Deum, & puram conſcientiam, primo ſecundum iſtas conſtitutiones, ſecundo ſecundum conſuetudinem approbatam, tertio ſecundum jus Romanum; & ſi eſt dubia cauſa ſecundum judicium Regis, & omiſſio formæ futuras ſententias reddit ipſo jure nullas, præteritas autem remanere in ſuo robore validas. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

UT (*d*) univerſis & ſingulis Regni noſtri nobilibus (*e*) honor (*f*) debitus integre conſervetur, Comitibus, Baronibus, ac ceteris (*g*) militaribus viris eorum judicia ſibi

(a) *De proditione*. Infra de adult. & vene. conſti. ſi. Et nota hic duos caſus, in quibus clericus debet judicari in Curia juſtitiæ, ſcilicet de proditione, & crimine læſæ majeſtatis.

* Additio. *Vide omnino c. Regni, ſtatuimus, quod ſi Comites, & ibi Scrib. fol.* 119. De Bottis.

(b) *Vel de alio magno*. Ut de maledicto, ut C. ſi quis Imper. ma. l. 1. Vel pone exemplum in crimine repetundarum, ut ff. de accuſa. l. ex judiciorum. Vel in crimine hæreſis, ut C. de hæreti. & man. l. Manichæos. Vel in crimine apoſtatatus, ut C. de apoſta. l. apoſtatarum, & ſimilis exemplificatio ſit, ff. de injuſto, rup. irrit. teſtamen. l. ſi quis filia. §. quid tamen, in fine. G.

De præſtatione ſacramenti &c.

(c) I*Nter cetera*. Magiſter Juſtitiarius debet jurare cito expedire lites ſine fraude. concor. C. de jud. l. properandum, de agri. & cenſi. l. litibus. Marinus de Cara.

Additio. *Deum & juſtitiam habendo pre oculis. Adde c. cum. aterni. de re judic. lib. 6. & in c. omnis 45. diſt.* Superantius.

De ſervando honorem Comitibus, Baronibus & militibus.

(d) U*T univerſis*. Conſtitutio iſta defert nobilibus, ut ſi contingat nobiles Barones, Comites, vel alios milites agentes, vel convenientes coram competentibus judicibus præſidis vel aliis fore damnandos, non debeat damnari per eum, qui cognoſcit, ſed per alios Barones nobiles, ſive ſit danda definitiva, ſive interlocutoria ſententia, & illi Barones, qui debent judicare, judicabunt. Primo ſecundum conſtitutionem. Secundo ſecundum conſuetudinem approbatam. Tertio ſecundum jus noſtrum, ſi dubitetur, recurretur ad conſcientiam Principis. Et idem erit in cauſa appellationis: nam non poteſt eſſe judex in cauſa appellationis, niſi nobilis, qui judicabit ſecundum iſtam formam, & de hoc judicabit, & facit ad hanc conſtitutionem in eo, quod alius cognoſcit, alius judicat, ut C. ubi ſent. l. 3. quod ſit ſimili favore, ſcilicet nobilitatis.

(e) *Honor*. Sic & in alio favetur eis, ut infra de pugnis ſubla. l. 1.

(f) *Debitus*. Nota, quod honor & privilegium hujus conſtitutionis datur illis tantum militibus, & Baronibus, qui vivunt in honore militari, videlicet, in equis, & armis, & aliis militaribus ſignis, quibus Barones, & milites condecet decorari, ut infra de pugnis, l. proſequentes, circa ſi. quæ hanc determinat in hac parte, & arg. ad hoc. ff. de jure immu. l. ſemper. §. negotiationis, ibi, quamdiu in hujuſmodi actu ſunt, &c. & C. de veteranis. l. nullus lib. 12. & de Decurio. l. per id tempus, lib. 12. de excuſat. tuto. ſi duas, in fine.

(g) *Militaribus*. Intelligas de illis militibus, qui vi-

ANDREAS DE ISERNIA.

De præſtatione ſacramenti a Magiſtro Juſtitiario ſeu Juſtitiariis. Alias, Forma ſacramenti, quam præſtat Magiſter Juſtitiarius. Rubrica.

Plana eſt, nec indiget expoſitione.

De ſervando honorem & indemnitatem Comitibus, *Baronibus, & militibus. Rubrica.*

U*T univerſis*. Aliqui habent hic rubricam, a quibus Comites & Barones judicentur, & hac conſtitutio bene gloſſata eſt. Sed in multis corrigitur dictum gloſſæ per c. in planitie ſancti Martini, quo cavetur ut habeant privilegium fori, ſive agant & accuſent, ſive conveniantur & accuſentur. Item ſive de feudo, ſive de re alia: quia ſive perſonaliter ſive realiter: quia cum dicit realiter, non diſtinxit de re feudali, vel non. Et ſic idem de re Burgenſatica, & recte: quia res ſequitur conditionem perſonæ, & non econtra. C. de impo. luc. deſcrip. l. 1. lib. 10. ad fin. propter dignitatem hominum, ff. de ædil. edic. l. juſtiſſime. Cui homini ſervit Angelica creatura, ut not.

ſibi invicem reſervamus, videlicet ut prædicti criminaliter accuſati (a) vel etiam conventi civiliter, non niſi per Comites, & Barones * & eos, qui a nobis tantum feuda in capite tenent, non, qui Comitibus, & Baronibus aliis teneantur, definitivas, & interlocutorias ſententias, etiam quæ principali negotio præjudicium poſſint afferre, recipiant (b) cum proborum virorum judicio, & aliorum nobilium conſilio proferendas, & per eoſ-

vivunt in honore militari, ut infra de proba. & inſtru. in illa conſtitutione, quæ incipit, proſequentes, in fine. Militaribus viris, alias, militibus juris eorum, &c. & non ſine cauſa poſuit viris, & non virium, quippe hi diſſerunt inter ſe, ut ff. de conſti. pecu. ſi maritus §. ſi quis autem, & hoc ideo dictum eſſe credendum eſt, quia non in omnibus juribus ſuis Barones, & milites habent judices ſpeciales, ſed tunc demum quando quæſtio eſt ſuper feudo, vel rebus feudalibus, omnes aliæ quæſtiones eorum, & civiles, & criminales pertinent ad judices ordinarios eorum, tam ex Regia veteri, quam ex nova conſtitutione Imperiali, ut infra de off. Bajul. l. locorum, ſu. e. l. 1. Si opponas de milite, qui feudum non habet, dico, quod nulla ratio eſt in promptu, ideo enim dicit juris eorum, quia ſi conveniantur coram Magiſtro Juſtitiæ militum, & ita coram ſuo judice ſpeciali, ut C. de juriſd. om. jud. l. magiſteriæ, & ff. de cuſto. reo. l. militibus. De aliis vero coram præſide provinciæ, ut ff. ad legem Cornel. de ſicar. l. fi. & alias una perſona ex diverſitatibus quæſtionum coram diverſis judicibus convenitur, ut C. de epiſ. & cler. auth. clericus quoque, & C. de inoffi. teſta. l. vilem. Item, ſi Decurio teſtamentum ſcripſit, quæſtioni ſubjicitur, ſi falſi quæſtio moveatur, ut ff. ad leg. Corn. de ſicar. ſi quis decurio. ſed & in aliis quæſtionibus non, ut ff. de Decur. l. fi. & C. de quæſtio. l. licet nullis, alias eſt littera communis, militaribus juris, quam ſervamus.

(a) *Vel etiam conventi*. Secus vero, quando hujuſmodi nobilem agerent, alias accuſarent: tunc enim non datur eis hujuſmodi privilegium, & eſt ratio, nam cum nobiles ſint inter ſe invicem judices, ut in hac conſtitutione, merito quando ipſi conveniuntur, vel accuſantur, actor, vel accuſator debet coram eorum judicibus experiri, & eorum forum ſequi. Sed quando nobilis agit, vel accuſat non nobilem, non debet eum trahere ad judicem ipſius, qui agit, vel accuſat, ſed ſimiliter ſequi debet forum ipſius rei: licet actor ſit nobilitate decoratus, ut C. ubi cauſa ſtatus agi upoc. l. ſi in poſſeſſione. Et Barones, ſive jure ordinario cognoſcant, ſive delegetur cauſa: delegari enim debet Comiti, vel Baroni, ut infra eo. ibi, vel delegatus a nobis, &c. G.

* Additio. *Ad intellectum hujus conſtitutionis vide And. in c. 1. de controver. feu. apud par. termi. ubi limitat non procedere, niſi in crimine læſæ majeſtatis, nu. 6. ver. in regno Siciliæ, & in c. 1. in fi. an apud judicem*. Fab. Jordanus.

(b) *Cum proborum virorum judicio*. Nota quod ſententia ferenda eſt cum conſilio ſapientum, ut nota C. de ſenten. ex peri. reci. l. 2.

Additio. *Adde an talis ſententia tranſeat in rem judicatam? per Barb. conſ. 44. inci. clementiſſimum Deum, in 4. vol.* Superantius.

Et poſſunt etiam inviti compelli ſapientes ad conſilium dandum, ut C. de pro. ſact. ſcri. l. 2. li. 12. non tamen advocati partium ad conſilium vocandi ſunt, ut ff. de his, quæ in teſt. delen. l. prox. & ibi plene no. ord. gl. Nota, quod quicquid ſiat de conſilio, alias de conſuetudine, & quicquid dicatur, advocati partium non ſunt vocandi in conſilio ferendæ ſententiæ, per hanc l.

Additio. *Adde Bar. in l. proxima, ff. de his, qui in teſta. delen. & ibi Paul. de Caſt. in 4. nu.* Superantius.

Et collige ex hac l. modum allegandi in advocatis, & modum deliberandi in judicibus: quantumcunque enim advocatus conſulatur depoſito officio advocationis, in nihilo tamen memor eſt affectionis partis ſuæ, ut C. de aſſeſſo. l. ult. in fine.

ANDREAS DE ISERNIA.

not. ff. de veri. cogn. l. cognitionum, §. 1. Factæ ſunt enim res cauſa hominum, non homines cauſa rerum, ff. de uſufruc. l. in pecudum. Primo quæri conſuevit hic, nunquid habeat locum hæc conſtitutio, quando proceditur ex officio? Nam loquitur de accuſatis & conventis, & ſic cum ſit odioſa, non trahitur ad ſimile, ff. de legibus l. quod vero, ſic dicunt quidam de conſtitutione, proſequentes, infra de teſtibus contra Comites & Barones. Et quod ſit odioſa, patet, quia de ordinario dat cognitionem extraordinario, hoc autem eſt odioſum. C. de dilatio. l. 2. Item licet officium ſit loco accuſatoris, ff. de offi. præfec. præto. l. congruit, & loco accuſationis civilis, ff. de religio. l. ſi quis ſepulchrum, de alimen. & cibar. lega. l. ſervos, tamen eſt actio vel accuſatio, quia diverſis nominibus appellantur, C. de codicil. ſi idem. Et ſi eſt ei ſimilis, non eſt idem, ff. depoſi. l. quod Nerva. Item ex quo non expreſſit de officio, videtur omiſiſſe, ut C. de caduc. tollen. l. 1. §. penul. de verbo. obligat. l. quicquid, & ſic in accuſatis & conventis tantum intelligetur, eo. titu. l. ſi minor. odioſa enim eſt conſtitutio, quia dat judicium compari: Sed aſinus auribus intumeſceret, ſi ſciret, ſe per comparem apprehendi, ff. de acqui. poſſeſ. l. heres, §. per ſervum. Verius videtur, quod ſit idem: nam quandoque loco agentis vel accuſantis deficientis, ex officio proceditur, ſicut in caſibus notatis, ff. de adulte. l. 1. §. ſi publico. Regulariter contra, ff. de mun. & hon. l. reſcripto, §. ſi quis. Veriſimile eſt in omnem caſum & commodum non voluiſſe nos debere procedi: ſicut ſi ageretur & diceretur cauſa & litigium, non ex officio, ſed per accuſationem & actionem procederetur, ff. ſi quis teſta. liber eſſe juſ. fue. l. 1. §. hæc actio. ſi quis cautio. ſi eum, §. qui injuriarum. Item cum princeps mandat inquiri ſpecialiter, veriſimile eſt procedi velle eo modo, ut non tollat iſtas conſtitutiones multis vigiliis excogitatas. C. de inoffi. teſta. ſi quando. Per conſtitutionem Regni raro fiebat inquiſitio, ut infra eo. tit. l. hi qui, §. de ſpecialibus, ad ea non aſpexit lator hujus legis, ff. de legibus l. nam ad ea. & hoc quando ex mero officio. Multo magis quando petente vel denunciante aliquo, inquiritur ex officio, quia denunciator habetur loco accuſatoris, extra de calu. c. 2. Quoties aliquid ſtatuitur contra jus in aliquo caſu expreſſo a lege ſcripta, non etiam requiritur voluntas agentis, ſicut ſunt iſti, qui volunt ſervare honorem viris honoratis, quibus debetur honor: quia cui honor eſt, &c. Ad Romanos 13. Et patet in Auth. ut ab illis, in princ. C. de ſtat. & imag. l. fin. & de procurator. l. penul. de injuriis, l. 2. ff. de ſenatorib. l. 1. & per totum, immo aliis propter eos. C. lib. 12. de dignitatibus l. mulieres. Et ut tales ſint teſtes, quales illi contra quos producuntur: argum. C. de hæreticis quoniam. Si in caſu non expreſſo ſit eadem ratio æquitatis, idem jus ſtatuendum eſt: argum. C. de furtis, ſi quis ſervo. & argum. de petit. heredit. item veniunt, §. adaptanda, eadem ratio ſi agetur ex officio, ergo idem jus, ad legem Aquiliam, l. illud, & ratio diverſitatis reddi non poteſt, ff. de verbor. obligatio. l. a Titio. Unde licet habeant diverſam naturam, in effectu ſunt idem, cum jus & poteſtas ſi-es ratio ſit eadem in utriſque, ut l. ſi idem, C. de codicil. cum re quis privatur, nec non ſine nomine diverſitas remanet. C. de nuptiis. Imperialis, §. 1. Illa quæ ſimilantur in effectu ſunt eadem, ff. de legibus non poſſunt, licet alia ſit origo unius, & alia alterius. Sicut dolus, qui ex malitia eſt, & lata culpa, quia ex fatuitate, alias facilitate, & idem dicitur in

Digitized by Google

eoſdem Comites, & Barones: interdum etiam (*a*) de commiſſione ipſorum per curiæ noſtræ judices decidendas, & quanquam Comites aliquando examinationi totius negotii non interſint: auditam tamen cauſam & plene diſcuſſam Juſtitiarii & Judices nobilibus, qui ſententiam debebunt ferre, ſeriatim enuncient, ut ſicut antedicti Comites, & Barones ſecundum conſtitutiones ſacras noſtras, (*b*) aut in defectu ipſarum, ſecundum conſuetudines Regni approbatas, (c) & demum ſecundum jura, quibus conſtitutiones prædeceſſorum noſtrorum & noſtræ non obviant, ac denique recepto reſponſo celſitudinis noſtræ, (*d*) ſi cauſæ dubietas hoc requirat, cauſam ſecundum Deum, & juſtitiam ſententialiter terminare procurent. A quorum ſententiis, ſi contigerit ad audientiam ſuperiorum judicum, vel noſtri culminis provocari, appellationis judex ordinarius, (*e*) vel delegatus a nobis, qui Comes ſimiliter ſit, aut Baro: de aliorum Comitum, & Baronum, ac judicum, & proborum virorum conſilio, appellationis cauſas honori noſtro, & juſtitiæ deferentes, confirmando, vel infirmando priorem ſententiam decidere procurent. Quod non ſolum in judiciis cognitionum noſtrarum, ſed in aliis etiam generaliter, ſive delegationis jure, ſive ordinarie cognoſcatur, inviolabiliter volumus obtineri. Et ut omnis omnino ab antedictis judiciis poſſit abeſſe dubietas, Comites, & Barones, & ſimiles, & qui vel in magna Curia noſtra, vel alibi debebunt de cetero intereſſe ſententiis, corporalia volumus ſacramenta præſtare, quod de puræ conſcientiæ gremio nulli favori, vel gratiæ deferentes, juxta ſacratiſſimas prædeceſſorum noſtrorum Regum Siciliæ, & noſtri nominis (*f*) ſanctiones, ac deinde ſecundum Regni noſtri obtentas conſuetudines, & jura, & poſtremo de conſcientiæ noſtræ conſilio, ſententias formate curabunt, ſenten-

(a) *De commiſſione*. Speciale in his, & in quibuſdam aliis, ut præfectis Prætorio, & aliis illuſtribus, ut per alios pronunciare poſſint: regulariter contra, ut C. de ſent. ex peri. reci. l. pen. in fi. Quid autem in pluribus judicibus, quomodo pronunciabunt? dic, ut in ſum. de arb. §. item compromiſſum, ut arbiter pronunciet, ſecundum Azo. G.

(b) *Aut in defectu ipſarum*. Nota judicandum eſſe primo ſecundum conſtitutiones, ſecundo ſecundum conſuetudines approbatas, tertio ſecundum jus Longobardum & Romanum, ut hic, & infra juxta fi. & infra in ll. conſt. quæ incipit, cum circa. Qualiter autem debeant judicare alii judices regni? dicitur infra l. puritatem.

(c) *Et deinde*. Alias demum.

(d) *Si cauſæ dubietas*. Id eſt, negotium alio enim modo conſulendus eſt Imperator ſuper novo negotio, quam ſi ſuper lege aliqua dubitetur, quod dic, ut in ſum. de leg. & conſtit. §. item ſi quis interpretetur, ſecundum Azo. G.

Et nota bonum argumentum juris civilis ad hanc conſtitutionem, videlicet, quod nobiles debent per nobilem judicari. C. de tut. & cura. illu. per l. 1. C. de cura. furio. l. fin. §. ſin autem teſtamentum. in ver. ſed ſi quidem nobilis, &c. Coæqualitas enim militiæ, & nobilitatis, quæ fortis eſt, hoc operatur, ut arg. ff. de excu. tut. l. ſed milites, circa prin.

(e) *Vel delegatus a nobis*. Hoc eſt bene notandum, quod delegato Principis alii delegante, appellatur a ſecundo delegato ad primum, ut hic.; ſecus autem in delegato ab alio delegante: tunc enim appellatur non primus delegatus, ſed delegans, ut ff. quis & a quo app. l. 1. §. ab eo. & C. qui pro ſua juriſd. l. 1. in fi. Vel aliter, delegatus fuit ab Imperatore non in principali cauſa, ſed in judicio appellationis, ut hic.

Additio. *Adde, qui dicuntur de gremio? glo. in cap. requiſiſti, de teſt. glo. in verbo, pauperes. in cap. ſi pater. eo. tit. lib. 6.* Superantius.

(f) *Sanctiones*. Nec habeant pro malo Comites & Barones, ſi ita debeant judicare, videlicet, ſecundum leges, non juxta eorum arbitrium: nam & ipſe Imperator imperium Deo dante ſuſcepit.

Additio. *Adde Auth. de inſtr. caut. in §. 1. Doct. in*

ANDREAS DE ISERNIA.

in l. quod Nerva, quod non ſunt idem, ſcilicet, per omnia, quia non quantum ad originis cauſam, ſed quantum ad effectum ſunt idem, quia lata culpa comparatur dolo, & dolum repræſentat, ff. de action. & obligat. l. s. §. his qui, ſi quis teſtam. lib. eſſe juſ. ſue. l. 1. §. 1. Sed compar diligit comparem, cum judex ſit vir bonus, ff. de verbo. obligatio. continuus, magis præſumitur diligere veritatem in judicando, quia amicus Plato, ſed magis amica veritas, &c. ut dicitur primo Ethic. De quolibet præſumitur, quod ſit bonus, donec conſtet de contrario, ff. de re milit. l. non omnes, §. a barbaris.

Additio. *Adde l. ſi vero, in §. 1. ff. qui ſatiſdare cogan. l. ſervos, ff. de manu. teſtam. l. omnium. C. de inoff. teſta. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. regula, ſemel. de re. ju. lib. 6. limita dicta jura, niſi agatur de præjudicio alterius, ſecundum Abb. in c. cum in jure de off. deleg.*

Alias dicitur, quod judex vir bonus tenebit medium C. de ſal. l. ubi. id eſt, veritatem, quæ eſt in medio, ſicut quælibet virtus dicitur ſervare medium, non ergo eſt vis an litigator intumeſcat, & ſi nobilis cognitor excedatur in dilatione ad nobilem litigantem, hoc non vetat oppeni hæc conſtitutio. Nam ſi ordinarie ageretur hoc multo magis opponitur teſtibus, ff. de teſti. l. 3. in prin. quando lex quæ trahit ad extraordinarium judicem, redigitur in corpore juris, ſicut eſt in corpore conſtitutionum, eſt favorabilis, non odioſa, no. in Auth. qua in provincia. C. ubi de crim. agi opor. Non obſtat quod conſuevit allegari contra hoc, quod eſt alius effectus inquiſitionis per officium, quia tunc non infamatur, quam accuſationis ordinariæ, quia tunc ſic. C. ſi tutor non geſſerit, l. 2. ff. de ſuſpe. tut. l. 3. §. præterea, in gloſſa de bo. lib. qui cum major. §. 2. nam ut ibi no. fortius vinculum eſt ordinarium, & durius extraordinario, ſicut eſt officium, ſi in duriori n fortiori vinculo quis infamatur, videlicet, & in ordinario hoc ſtatuitur per iſtas conſtitutiones, multo fortius in leviori, ut ff. de re judi. l. non debet licere. Sicut econtra ſtatutum in levioribus non trahetur ad majus, ſed durius, ff. de ſenato. l. qui indignus, de ſer. expor. cui pacto, arg. ex illo ſorte ſi de quo magis videtur ineſſe & non ineſt, nec id de quo minus. Imperatur non poteſt, ergo nec miles, in ordinario non valet ſine comparibus, ergo nec in officio. Sed ſi ſubvenitur doti quando nulla eſt ſtipulatio: multo magis quando eſt aliqua, ſed invalida. C. de rei uxo. ac. l. 1. in prin. econtra ſi non valet in levi, nec in duriori. C. de neg. ge. l. s. Adde quæ dicta ſunt in conſtitutione proſequentes. Sed qui ſunt militares viri? poteſt dici quod militaris vir non eſt miles: Sed portat inſignia militum juſſu Principis: Sicut Doctores in legibus, qui calcaria deaurata, & frænum ferunt, iſtis major debetur honor, quam militibus, dicuntur enim viri honorati. C. de offi. diver. jud. l. 1. alias fi. & advocati, qui militant, ut C. de advo. diver. jud. l. advocati, qui dicuntur nobiliſſimi. C. de poſtulan. l. providendum. Sic eſt diſferen-

tentiæ tamen (*a*), quæ ante tempora præſentis legis, citra prædictam formam (*b*) contra (*c*) Comites, & Barones, & ſimiles latæ ſunt, in ſuo robore perſeverent.

De

in l. digna vox. C. de legib. Ang. conſi. 375. incip. an ſententia reſtitutionis. Superantius.

Ut judicet ſecundum leges, ut in Auth. in medio litis non fieri ſacras, in ſi. col. 8. & in l. digna vox eſt. C. de legib. &c. & cuncti ſtudere debent timore Dei juſte judicare, ut in Authen. ut differentes judices. §. ſi tamen invenimus, ſemper vult Imperator obtinere quod leges volunt, ut in Authent. de judici. §. fina.

(a) *Quæ ante tempora*. C. de leg. & conſtit. princ. l. leges, & conſtitutiones.

(b) *Contra*. Alias circa. Marinus.

(c) *Contra Comites & Barones*. Videtur per finem iſtius conſtitutionis, quod iſta conſtitutio locum habeat, quando ſententia deberet contra hujuſmodi nobiles fieri, ſed quando in cauſis eorum ſententia eſt ferenda pro eis, non videtur expediens pronunciare de conſilio & commiſſione Comitum ſeu Baronum, ut argu. bonum. C. ubi Sena. vel clariſſi. l. quoties, §. adeo, ubi dicitur de quibuſdam illuſtribus, qui tantum coram Principe, vel ſacro cognitore id eſt delegato Principis accuſantur pro patefacto crimine contra eos, nec permittitur hujuſmodi ſacro cognitori damnare eos, vel in perſona vel in ſubſtantiis, niſi prius Principi referat, ſed abſolvere bene poſſet etiam Principe inconſulto. Et pro hoc intellectu facit hæc litera, ubi vult firmas eſſe ſententias latas ante hanc conſtitutionem citra formam prædictam contra Comites, & Barones, quaſi formam illam dederit ſuperius in ſuis ſententiis, quæ facerent contra eos. Sed in Magna Curia ſervamus formam hujus conſtitutionis in utroque caſu, videlicet, tam quando contra, quam quando pro eis pronunciamus, propterea in principio generaliter loquitur, nec diſtinguit, an recipiantur contra ſe, vel pro ſe.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſetentia inter conſulem, & conſolarem virum, quia conſules ſunt, qui in ipſo actu ſunt gerendi conſulatum. Conſulares qui inſignia conſulum beneficio Principis conſequuntur. C. de novo Cod. compo. §. ideoque, in gloſſa li. 12. de conſul. l. 3. & 4. Vel dic militares eſſe filios militum, qui nondum militant, & feuda non habent, tamen hunc honorem & dignitatem, aſſigno. C. de privi. eorum qui in ſa. pa. mi. l. 1. li. 12. nam nobilibus datur hic honor, ut littera dicit indiſtincte, non eis tantum qui feuda tenent. In d. c. in planicie, nominat tantum Comites, Barones, & feuda tenentes. Sed ſubaudiendum eſt, maxime, nam lex interpretans locum habet in omnibus, in quibus lex interpretata, ut in Auth. de filiis ante dota. inſtr. na. §. fi. licet littera dicat, per compares abſolvi debeant, aut etiam condemnari, non excludit, quin cum proborum virorum judicio, & aliorum conſilio procedant, quia hoc intereſt, etiamſi non diceretur, cum conſilio ſapientum pronuncietur. C. de ſenten. ex peri. reci. l. 2.

Additio. *Adde, an illi, qui tenentur requirere conſilium alterius, teneantur illud ſequi? vide per Arch. in c. abominibus, 63. diſt. ver. & ibi Abb. in c. 1. de capel. mona. ver. in c. cum in veteri, & ibi Ant. de But. & Abb. de elo. & in c. cum olim de arb. Niſi in caſibus enumeratis per Dominum. in c. hinc etenim, 49. diſt. & quid ſi conſilium fuit factum per imperitum, an ſit ei ſtandum? vide per Bal. conſ. 197. inci. honeſtus vir. in 3. vol.*

Si ergo nobilis militariter vivat, habet hoc privilegium, & filius militis nobilis eſt, natura enim prima immutabilis eſt. ff. de ſena. l. ſenatoris filius, de condi. & dem. l. filius. §. 1. ad muni. l. aſſumptio, in principio privilegium fori datum patri datur & filio. C. li. 12. de proxi. ſa. ſcri. l. in ſacrie, in principio, de profeſſ. & medic. l. fi. ſecus ſi militariter non viveret, tamdiu enim habet quis privilegium, quamdiu facit id, propter quod privilegium datur, ut in gloſſa. Unde oportet quod probet ſe militariter vivere. Hoc quidem facti eſt. Nemo enim ſic naſcitur. arg. C. lib. 10. de tab. l. generaliter. In facto enim non eſt præſumptio. ff. ex quibus cauſis majores. l. denique. de cap. & poſtli. l. in bello. §. factæ. Et quia in eo quod ponitur, vel excipitur eſt actor, cui incumbit probatio. C. de probat. l. actor. Si ergo non poſuit, nec probavit hoc quantumcunque ſit miles, & Baro, non ſufficiet. Et ſententia lata præter formam iſtius conſtitutionis valebit. Si autem poſuit & allegat, quod ſit miles, & militariter viveret, & non probet, idem erit; niſi notorium eſſet, quod militariter viveret, & miles eſſet, arg. C. qui & adver. quos. l. 1. Item ſi ſententia daretur pro nobili, non eſt neceſſarium, quod per compares, & nobiles pronunciaretur. C. de procur. non eo minus, licet gloſſa dicat contrarium ſervari in magna Curia propter generalitatem principii hujus conſtitutionis. Sed hodie verum eſt dictum gloſſæ per c. in planicie, quod dicit, abſolvi debeant, aut etiam condemnari. Nunquid poſſit Baro, & hujuſmodi perſonæ renunciare huic conſtitutioni, ut non judicetur per compares? Videtur quod non, quia videtur conceſſum toti ordini nobilium, arg. ff. ſol. matrim. l. alia. §. eleganter. Sed ibi contra bonos mores. dic ergo quod poteſt, quia videtur expreſſum. C. de pac. ſi quis in conſcribendo, licet jure Canonico clericus non renunciet foro ſuo, extra de foro compe. ſi diligenti. Omnes Barones, & Nobiles de Regno non poſſent renunciare huic conſtitutioni, ut præjudicent ſucceſſoribus aliis. Sed in eo quod tangitur unuſquiſque, cum de re ſua familiari convenitur, quilibet poteſt paciſci, ex quo de re publica non agitur, ff. de pact. l. juris gentium, §. ſi paciſcar. Nunquid tacite, ut ſi non oppoſuerit hoc ante litem conteſtatam, cum aliis præjudicium afferat, ff. de jud. l. ſed ſi ſuſceperit. C. de excep. l. pe. dic quod non præjudicat, ſi ſibi oppoſuit, ante litis conteſtationem, quia in fine cauſæ diſcuſſum negotium inſtructumque debet referri Baronibus. Sed ſi in lite & exercitio cauſæ non eſſet probatum, quod eſſet nobilis, & militariter viveret, non debuit cognitor divinare. Unde valeret ſententia tunc ſine Baronibus, & nobilibus, quia ubi expreſſe quis non poteſt, tacite renunciat. C. de jurejur. l. 2. §. ſed quia veremur, niſi conſtaret per acta, vel eſſet hoc notorium, ut negare vel celare hoc non poſſet, d. l. 1. qui, & adver. quos, & tunc ſi appellaretur, & in cauſa appellationis probetur eſſe Baro, vel Nobilis, Judex appellationis confirmabit, vel infirmabit ſententiam, cum conſilio Baronum. Non erit ex hoc ſententia prima nulla, quia in cauſa appellationis probatum eſt hoc, ex ſupervenienti quidem non infirmatur, quod recte proceſſit, ff. de itine. actuque priva. l. 2. Item nota, qualiter & per quæ jura judicatur in Regno. Nam primo ſervantur conſtitutiones, poſtea conſuetudines, quibus deficientibus jus Longobardum, & demum Romanum, dic, ut in gloſſa inſ. de officio Magiſtri Cap. l. puritatem.

Corporalia ſacramenta. Quid ſi non juraverunt nobiles, de quorum conſilio judicatur, an propterea erit ſententia nulla, quia contra formam hujus conſtitutionis eſſe videtur? Poteſt dici quod non, ubi appareret bene judicatum fuiſſe, ut hoc leve prætermiſſum non noceat, de ven. inſpic. l. 1. §. fin.; leve autem eſt bono viro ſacramentum, quia ſic ſermo videtur eſſe, non quod autem amplius eſt, ſi juramentum a malo eſt, extra de poſtu. c. 1. Si diceret eſſe ſubſtantialem non valeret, ff. de tranſact. l. cum hi. §. prætor. Aliqui habent hic rubricam, ſed totum eſt de offic. Magiſtri Juſtitiarii, ſicut patet per ſequentes conſtitutiones.

Ut *univerſis*. Nota ex iſta conſtitutione, quod quando fertur ſententia contra Baronem, requiruntur compares, pro hoc vide c. Regni quod incipit, item ſta-

Digitized by Google

De probibita officialium noſtrorum occaſione.

TITULUS XLVIII.

Subſtitutus in officio juſtitiariatus ſine licentia regis, puniatur pœna privationis omnium bonorum, & removetur ab officio. hoc dicit; vel ſic. Ille qui habet juriſdictionem a rege, ſi alium loco ſuo ſubſtituit ſine licentia regis, privatur officio bonis ſuis omnibus publicatis. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

DUram (*a*) & diram pœnam, * & qualitatem delicti minime congruentem Regis Gulielmi divæ memoriæ prædeceſſoris noſtri conſtitutione contentam, qua ordinatores, & ordinati in Vicariatus, & Juſtitiariatus officio, ſine nutu, & licentia Regiæ poteſtatis capitali ſententia feriuntur, imperiali manſuetudine mitigantes, decernimus, ſupradictos publicatis omnibus bonis ſuis ab officio, quod ſic illicite (*b*) uſurpaverant, (*c*) removeri.

Quod nullus Prælatus, Comes, Baro officium Juſtitiarii gerat.

TITULUS XLIX.

Per verba generalia in conceſſione terrarum non veniunt jura regalia, ſicut eſt merum Imperium. hoc dicit; vel ſic. Ex quo merum Imperium eſt de juribus regalibus, nullus Prælatus, Comes, vel Baro poteſt in terris ſuis illud exercere. Et ſi contra fecerit illa terra, ubi exercuit merum Imperium, publicatur regiæ curiæ. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

EA, (*d*) quæ (*e*) ad ſpeciale decus, & merum imperium * celſitudinis noſtræ ſpectare

---

De probibita officialium noſtrorum occaſione. Rubrica.

(a) D*Uram*. Qui officium Vicariatus uſurpat non capite, ut olim, ſed bonis privatur. Duram conſtitutionem, quæ eſt infra, ut Juſti. aliquem non conſti. lo. ſui. l. officia. quæ perſonis, &c.

* Additio. *Vide Capic. dec. 130. nu. 21. & Moder. in c. regni, quia vicarii, fol. 71. Et ſic nota quod Judex comperens ſcienter utens juriſdictione alterius, punitur pœna falſi. ita etiam expreſſe tenet Cyn. in l. cum quædam, §. quoties, quod Bal. reputat mirabile. ff. de juriſd. om. jud. Et ad intellectum And. vide Capic. in d. dec. 130. in ver. tertium dubium.* De Bot.

(b) *Uſurpaverant*. Vel concedendo, vel ſuſcipiendo, ut in utroque caſu videatur pœna mitigata, ut ſupra poſuit, & talis interpretatio placet juri, ut ff. de pœnis. l. penult. & l. præſes.

(c) *Removeri*. Contra de officio Magiſtri Juſtitiar. offic. *Quod nullus Prelatus, Comes, Baro officium Juſtit. &c.*

(d) E*A, quæ*. Nulla univerſitas, vel Prælatus, vel Comes poteſt facere juſtitiarium, ſed ſolus Princeps, quia ipſe ſolus ſpecialiter, cui conceſſit, habet merum Imperium, ut in ſumma, de juriſdict. omn. judi.

(e) *Ad ſpeciale*. Per præſumptiones. Quid autem ſi aliqui ante tempora hujus legis habuerant privilegia ſui judicis, ut in criminalibus cauſis? Forte dici poteſt privilegium non eſſe ſublatum, quia cum lex iſta generaliter loquitur, ex generali ſermone † non intelligitur eſſe detractum, quod alii per ſpeciale fuerat aſſignatum, ff. de leg. 3. l. uxorem. §. feliciſſimo. C. de ſecun. nupt. ſi quis priori, & in authent. ibi ſignata, nunc autem, & ff. ex quibus cau. ma. l. ſed ſi per præturem, §. deinde adjecit. ff. ſi quis cautionibus, ſed & ſi. §. quæſitum.

† Additio. *Pro hoc eſt tex. in l. in teſtamentis, de teſtam. juncta l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. vide Capic. deciſ. 130. num. 21. cum plurib. ſeq.* De Bottis.

In generali enim ſermone ſpeciale eſſe videtur, ipſumque determinare. ff. de re. jur. ſemper in generalibus. Idem enim ſervatur in legibus: Lex enim nova determinatur per veterem, nec vetus tollitur per novam, niſi ſint directo contrariæ, ut ff. de legibus & ſenatuſc. non eſt novum, & l. ideo. & l. ſed & poſteriores, & C. de appell. præcipimus, in fi. & in Auth. de admi. offici. §. fin. coll. 4. Nec obſtat quod eſt ff. de ſepulch. viol. l. 4. §. divus. Ibi enim conſuetudo erat directe contraria legi. Ego autem in hac quæſtione dico conſulendum eſſe Imperatorem, quia beneficia inconſulto Principe tribuuntur, non autem auferuntur, ut ff. de offic. proconſul. ſolent. §. ſicut autem, & C. ubi Senator. vel clar. l. fin. §. adeo autem.

Additio. *Vide in hac conſtitutione And. de Iſern. in c. 1. §. ſi quis alium. de pa. tenen. ubi quod merum & mixtum Imperium † ſunt de regalibus, & nunquam veniunt in generalibus conceſſionibus, de quo plenius per Pari. de Put. in tract. ſynd. in tit. de exceſſ. Baro. erga ſubdi. in fine. de quo meminit Decius conſ. 122. Si comes, qui diſcutit de hac conſtitutione, & omnino Luc. de Penna l. 1. C. de privil. ſchol. lib. 12.* Cæſ.

† Additio. *In conceſſione generali, an veniat merum & mixtum Imperium, vide Boer. deciſ. 52. Oldrad. conſi. 252. Alex. conſ. 30. col. 3. vol. 1. And. in c. 1. §. præterea, ſi inter duos, in fin. col. de prohib. feu. alie. per Fred. & in c. 1. de Capit. qui cur. vendi. Rom. conſ. 271. vit tota. Bal. conſi. 327. vol. 1. Cotta in memoria in verbo, Juriſdictione ſuper aliquo caſtro, & Loffred. conſi. 24. col. 1. & 2. Sed pone quod unus habet juriſdictionem civilem, alter merum Imperium in parte caſtri, vel in toto, an cuſtodia caſtri ſpectet ad habentem merum Imperium privative quoad habentem juriſdictionem, dic quod ſic, ut latius examinat Luc. in l. 2. col. 9. de exact. & exec. lib. 12.* Fab. Jord.

* Additio. *Nota quod die 18. menſis Julii anni* 1524.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſtatuimus. Bartholomæus De Capua.

In gloſſa in verbo conventi, ibi, agerent. Hodie vero Comites, & Barones habent privilegium iſtius conſtitutionis, ſive agant, ſive conveniantur, ſive realiter, ſive perſonaliter, ut in c. Regni, item ſtatuimus, quod Comites. Et habent privilegium in hoc, quod non poſſunt convinci, niſi per Comites, & Barones, ut in conſtitutione Regni, proſequentes. Petr. de Monteſ.

De probibita officialium noſtrorum occaſione. Rubrica.

D*Uram & diram*. Corrigit infra eo. officia, quæ perſonis, jure Romano eſt crimen læſæ majeſtatis facere ſe magiſtratum & magnum officialem ſine motu imperii, ff. ad l. Jul. majeſt. l. 3. in fine infra de injur. l. nec magiſtratus, in fine, & plerunque ſtatuitur jure Romano capitalis pœna in uſurpantes talia ſine juſſu & licentia, C. l. 12. de diver. offi. l. probatorias, & l. fin. §. ult. Nam falſum committunt, dicendo ſe poteſtatem habere, quam non habent: falſum eſt enim mutatio veritatis, in Auth. de fide inſtr. in prin. Ideo ubi non eſt certa pœna ſtatuta, punitur extraordinarie, eod. titu. de diver. offic. l. in his, & de mune. l. actuales, quia in falſo pro qualitate delicti aliquando eſt capitalis pœna, aliquando non. C. de fal. l. ubi, ff. eod. tit. l. 1. §. ult. Ubicunque ergo in hujuſmodi eſſet pœna capitalis † de jure communi, erit publicatio bonorum per hanc conſtitutionem, multo magis ſi puniretur extraordinarie: quia publicatio bonorum eſt minor modica corporali, ff. de pœ. l. in ſervorum, in fine, niſi aggravaretur pœna alio delicto: ut ſi dicendo ſe Juſtitiarium, oſtendat literas regias falſas, hoc capitale eſt, C. de falſis, majorem.

† Additio. *Capic. ubi ſupra, nu. 25. ad intelligentiam horum verborum.* De Bottis.

Iſti vero, qui dicunt ſe officiales, cum non ſint, ad alia miniſteria, puta, ad recolligendum pecuniam fiſcalem, puniuntur in quadruplum. C. de ſtat. & imagin. l. 1. & hoc non mutatur per hanc conſtitutionem, capitalem pœnam commutantem in privatione bonorum. At in prædicto caſu non eſt pœna capitalis.

D*Uram, & diram*. In textu feruntur. Iſta conſtitutio concordat cum conſtitutione officia. de jure autem communi committit crimen læſæ majeſtatis ut ff. ad leg. Jul. maje. l. 3. in fi. & dic ut ibi. Petrus de Monteforte.

Quod nullus Prælatus, Comes, vel Baro, &c. Rubrica.

E*A quæ*. Creatio magiſtratuum eſt de regalibus ad Principem ſolum ſpectantibus in tit. quæ ſint regalia.

ſtare noſcuntur, per præſumptiones illicitas volumus a nemine uſurpari. Hoc igitur piæ noſtræ majeſtatis edicto in perpetuum valituro firmiter inhibemus Prælatis eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, & Militibus *, locorum univerſitatibus, ne Juſtitiariatus officium in terris ſuis exercere audeant, vel gerendum alicui demandare; ſed Magiſtris Juſtitiariis, & Juſtitiariis ab excellentia noſtra ſtatutis, intendant. Contra præſentem autem prohibitionem noſtri culminis ſatagentes, tam ſtatuentes Juſtitiarios, quam ſtatutos, totius terræ ſuæ publicatione mulctamus.

Qua pœna Univerſitates teneantur, quæ creant Poteſtates, & alios officiales.

TITULUS L.

Nulla Univerſitas in hoc regno poteſt facere Poteſtatem, conſulem, ſeu rectorem, etiam prætextu conſuetudinis, & ſi contra fecerit, deſolabitur, & ipſius homines erunt angarii regis, & ſuſcipientes tale officium. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Aliter, Idem.*

CUm (*a*) * ſatis, abundeque ſufficiant officiales a noſtro culmine ſtabiliti ad hoc, ut

1524. *per Sacrum Conſil. Neapolitanum fuit declaratum in cauſa Excell. tunc Comitiſſæ Magdaloni, cum Comite ejus filio, quod in legato uſusfruct. caſtri non venit exercitium juriſdictionis meri & mixti Imperii, ſed tantum civilis juriſdictionis. Commiſſarius fuit tunc D. Joannes Martialis Regius Conſiliarius, Actorum Magiſter Alexander de Ambroſiis, & ad præcipue per not. per And. hic. vide quia facta eſt deciſ. per Capic.* 185. Piſanel.

* ADDITIO. *Adde Affl. deciſ.* 122. & 265. *nu.* 101. De Bottis.

Qua pœna &c.

(a) C*Um ſatis*. Prohibentur civitates creare poteſtates, imo nullam omnino conferunt juriſdictionem, ſed a ſolo Principe trahunt officiales, ſub pœna deſolationis. De jure communi civitas poteſt juriſdictionem transferre, ut conſuevit tunc fieri, ff. de juriſdictio. omn. jud. l. & quia.

* ADDITIO. *Vide Capic. deciſ.* 130. *nu.* 21. *cum ſeq. & num.* 32. *ubi an in caſu hujus conſtitutionis ſit etiam pœna publicorum bonorum, & num.* 27. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

lia. Idcirco uſurpantes puniuntur ad omnia bona, ut ſupra, l. proxima. Non debet quis uſurpare juriſdictionem, & utilitatem auctoritate propria. C. de judi. l. nemo. Sicut neque vindictam Dei, qui dixit, mea eſt ultio, & ego retribuam, Deuteronomii 32. Item attende quod gloſſa dicit, quod privilegium alicui nobili conceſſum per illum, qui poteſt in habendo merum imperium ante conſtitutionem iſtam, non eſt ſublatum per hanc: poſtea dicit conſultandum Imperatorem. Sed quod ſit ſublatum videtur ex eo, quod ſi facta eſſet lex, ut nobiles haberent imperium in vaſallos, poſtea fieret alia, quod non haberent, prima eſſet ſublata per ſecundam, ut l. ſed & poſteriores, ff. de legi. Si lex ſequens tollit præcedentem, tollet etiam præcedens privilegium, quod eſt privata lex, tertia diſtinctio. privilegia. faciliter quidem privilegium tollitur, in Authen. de non alienan. §. quia vero hoc contingit, quia ſunt contrariæ, idcirco verius eſt primum dictum gloſſæ, quia tale privilegium non eſt privilegium contrarium illi conſtitutioni, imo concordat, dicit enim quod Nobiles, Comites, & Barones, & Prælati non exerceant, nec faciant exerceri merum imperium in terris eorum: intelligitur ſine juſſu, & licentia Principis ſupra l. proxi. nam & ſi alias ſic generaliter loqueretur, intelligeretur excepta perſona ſuperioris, extra de jurejur. c. veniens. Qui vero ex prædicto privilegio merum exercet imperium, de licentia Principis id facit, propterea non eſſet conſultandus Imperator, imo ſimpliciter dicendum privilegium non eſſe ſublatum per hanc conſtitutionem. Ubi vero Imperator ſciret ex conſultatione vel aliter, utrum poſſit privilegium revocare? Dic quod ſi conceſſit merum imperium alicui nobili in terris ſuis faciendo eum judicem ad hoc, ut ad univerſitatem cauſarum, poſſet revocare † quando vellet, ff. de judi. l. judicium ſolvitur. Sed ſi in præmium pro bono ſervitio, quod Baro fecerat, contulit ei hunc honorem juriſdictionis criminalis in terris ſuis, & hoc non conſtaret per privilegium, minime extra de privileg. c. porro, ſicut aliam rem datam per Principem non poteſt ſine cauſa auferre. C. lib. 10. ne ſi rem quam vend. emp. l. 1. & lib. 11. de loc. fun. cur. l. ſi. Ita nec ipſum honorem juriſdictionis in præmium ſervitiorum collatum.

† ADDITIO. *Vide ſi conceſſio juriſdictionis poſſit revocari, & quando ad beneplacitum per Gulıel. Pernum conſ.* 16. *ubi in fi. allegat And. hic, & Capic. deciſ.* 121. *col.* 5. *in fine Gramma. deciſ.* 46. *Loffred. conſ.* 21.

colum. penul. De Bottis.

Incorporalia enim quaſi traduntur, ff. de acqui. rer. do. l. ſervus, §. incorporales. Cum cauſa videtur quod poſſit, ut ſi male utebatur juriſdictione, affligendo vaſallos, † argu. C. loca. l. 3. & de ſuſcep. & archa. l. ſi aliquis, de digni. l. judices, lib. 12. & in decre. depoſitionis Frederici Imperatoris de re judic. c. Apoſtolicæ. Si bene utitur, non revocabitur, ut dictum eſt.

† ADDITIO. *Nota quod male tractando vaſallos poteſt privari, vide hic Matth. & Jacob. in tract. feud. in verſ. Marchio, verſ. quaritur, & in ver. & dicti, col.* 10. *& in tract. de ruidis, col. antepen. per Luc. de Penna in l. ſi colonus.* 12. *q. C. de agric. & conſ. lib.* 11. *& And. in c. Imperialem, §. præterea, col.* 6. *de prohib. alie. feu. & Soc. conſ.* 272. *ver.* 6. *vol.* 2. *late per Aym. conſ.* 6. *col.* 24. *verſ. quartum flagitium. Gramma. conſ.* 162. *nu.* 15. *cum ſeq. & in deciſ.* 104. De Bottis.

Plus videtur, quod ſi dictum privilegium fuiſſet ad beneplacitum † Imperatoris, non eſſet revocatum propter generalia verba hujus conſtitutionis, quia cum ſpecialiter conceſſit illud Titio nobili, ſpecialiter debuit revocare, nam quæ difficulter conceduntur, ſicut ſunt privilegia, quæ ſunt privatæ leges, ut dictum eſt, difficulter tolluntur. C. lib. 10. de re mili. l. ſemel. & nihil eſt tam naturale quam unumquodque eo vinculo ſolvi, quo ligatur, ff. de reg. jur. l. nihil. & in verbis generalibus debet poni verbum comprehendens ſpecialia, ff. ad l. Aquil. l. ſi ſervus, §. inquit lex.

† ADDITIO. *Vult And. unum not. quod ſi conceditur privilegium ad beneplacitum & fieret generalis revocatio hujus privilegii. Vide Capic. in deciſ.* 116. *& unum verbum in deciſ.* 123. *nu.* 4. *Conceſſio ad beneplacitum, reputatur perpetua, D. Phil. Dec. in conſ.* 204. *in fine, & Capic. in deciſ.* 136. *Quando privilegium conceditur pretio vel ob ſervitia, quod non poſſit revocari, vide Soc. conſ.* 87. *in* 3. *dub. in novis. Affl. deciſ.* 128. *&* 282. *&* 392. *in* 2. *dubio. Et quando privileg. non poſſit revocari, vide Jacob. in l. conventionum, ff. de pact.* Fab. Jordanus.

De pœna univerſitatum, quæ creant poteſtates, & alios officiales. Rubrica.

C*Um ſatis*. Nota rationem, quare major pœna imponitur hic, quam in duabus proximis conſtitutionibus, ſcilicet, quia uſurpavit civilia & criminalia, & ſic plus, & quia qui totum vult, totum perdit. Et pauca ſemper aſtringere dicitur, qui ſuperfluum amplexatur. Item nota, quod hæc lex non loquitur de

illo

ut tam in civilibus, quam criminalibus cauſis, unuſquiſque juſtitiam valeat invenire, uſurpationem illicitam, quæ in quibuſdam partibus Regni noſtri invaluit, abolentes: Præcipimus, ut amodo, Poteſtates, conſules, ſeu rectores in locis aliquibus non creentur, nec aliquis ſibi auctoritate conſuetudinis alicujus, vel ex collatione populi officium aliquod, aut juriſdictionem uſurpet. Sed officiales tantum a noſtra majeſtate ſtatutos, vel de mandato noſtro Magiſtros Juſtitiarios, Juſtitiarios, Camerarios, Bajulos & Judices ubique per Regnum noſtrum volumus eſſe, & tam jura noſtra, quam noſtrorum fidelium (*a*) miniſtrare. Quæcunque autem (*b*) univerſitas in poſterum tales ordinaverit, deſolationem perpetuam patiatur: & omnes homines ejuſdem civitatis angarii (*c*) in perpetuum habeantur. Eum vero, qui aliquid de officiis ſupradictis ſuſceperit, capite puniri (*d*) cenſemus.

De

(a) *Miniſtrare*. Vel eo modo, qui ponitur ſupra, de officio magiſt. Ca. l. puritatem. Vel ut dicitur infra de jure regu. l. cum univerſis, & infra, de ſe. l. domini a vaſallis. Vel ut continetur infra de teſti. mul. & min. l. beneficium.

(b) *Univerſitas*. Videtur prima facie corrigi quod jure civili cavetur, ſcilicet univerſitatem poſſe dare juriſdictionem ordinariam, ut in Authen. de defen. civita. §. item. coll. 3. & §. non habente.

Additio. *Adde Ang. in l. perniquam. in 2. notab. C. de juriſ. om. jud.*

Vel dic quod etiam habet hodie univerſitas aliquod jus in conferenda juriſdictione: quia exigit ejus teſtimonium, ut infra in tit. t. l. 1. optimum argumentum ad hoc. ff. de his qui. ut indi. l. poſt legatum. §. his. & §. an libertus, & ff. de bo. lib. qui cum major. §. ſed & ſi vero. De jure autem factum univerſitatis indigebat confirmatione præfecti prætorio in hoc caſu, ut in præalleg. Authent. Qui autem confirmat, ille dare dicitur, arg. ff. de pac. legitima. & de verb. ſign. l. lege. quod dic, ut in ſum. de juriſd. omn. judi. circa principium in illo verſiculo, item dat juriſdictionem, & in ſuorum de defen.

(c) *In perpetuum*. Ideo credo majorem pœnam in hac l. imponi, quam in prima & ſecunda lege hujus tituli, quia hic univerſitas omnem juriſdictionem uſurpavit ſibi, criminalem ſcilicet & civilem: & ſic adimpletur vetus proverbium: Qui totum vult, totum perdit; & illud: Arma tenenti omnia dat, qui juſta negat. Et ad dictum proverbium facit. C. de inoffi. teſt. l. ſancimus antea, & ff. de jure fiſ. l. non intelligitur, in fi. & C. de plus petit. l. uni.

Additio. *Adde, quod importet verbum, in perpetuum, id eſt, quamdiu vivet, in l. 1. ff. pro ſoc. & l. & in perpetuum. ff. de procura. & gloſſa in verbo, perpetuum, in c. fundamenta. de elect. lib. 6.*

(d) *Cenſemus*. Quid ſi tempore turbationis, & guerræ aliqua univerſitas fecit aliquem Rectorem, Poteſtatem, Conſulem, ſeu Capitaneum ad honorem Domini Regis, & ad defendendum Terram pro eo: an univerſitas ordinans, & ordinatus ab ea puniatur ſecundum tenorem hujus conſtitutionis? Et videtur, quod ſic: nam lex dicit indiſtincte, quod qui ſine juſſu Principis geſſit bellum, tenetur lege Jul. majeſt. nec diſtinguitur, ſi geſtum fuerit ad honorem ſeu commodum Domini, ut ff. ad legem Juliam majeſtat. l. lex 12. Tabul. immo plus alias lex dicit, ſi quid egerit miles contra mandatum ducis belli, punitur, etiamſi rem proſpere geſſerit, ut ff. de re milita. deſertorem. §. in bello. Sed credo, quod hæc, quæ dicta ſunt, quod non excuſent tempore pacis, ſed tempore guerræ ſic. Et intelligendum hanc conſtitutionem factam fuiſſe pro tempore pacis, ſicut no. R. de legibus imponentibus pœnam pecuniariam, & non pœnam capitis eis, qui appoſitis ſcalis intrant civitatem, vel caſtrum per muros, quas dicit factas eſſe pro tempore pacis, & non habere locum tempore guerræ, ut notatur in Lombar. de fur. & ſer. fug. l. 1.

Additio. *Vide capitulum regni infra, quod incipit: Item collatores, ſyndici, &c. per quod prohibentur Juſtitiarii illos removere electos ab univerſitate, & omnino Pari. de Put. in tractatu ſynd. c. pone, quod univerſitas, & ibi, quos officiales poſſit eligere, & de congregationibus, & electionibus officialium abſque auctoritate ſuperioris, & ad materiam Jaſo. in l. omnes populi. ff. de juſtit. & jure, in nona & decima col.* Cæſar.

ANDREAS DE ISERNIA.

illo populo, qui fecit rectorem, vel Capitaneum tempore guerrarum ad defendendum terram in fide Regia, mitigatur & datur bonum exemplum, in gloſſa de eo quod dicit Caro. de for. l. 1. in Longob. quod qui ſcalis appoſitis muros aſcenderit tempore pacis, non punitur capite, cum tempore guerræ ſit ſcelus de jure Romano ff. de re. divi. l. fin. & dicit ſic fuiſſe Capuæ judicatum. Argumen. contra, quia lex debeter omnibus pariter tribuere ſecuritatem: ar. ff. de pœn. l. capitalium, §. ad ſtatuas, & conſuetudo, quæ eſt lex non ſcripta, æqualiter ligat omnes, ff. de admi. tu. l. ſine, §. interpoſita, ſed pro hoc facit, ff. de pœn. l. aut facta, quamvis videatur loqui de alio tempore brevi, ſcilicet, aut longo, vel nocturno, aut diurno.

Quid ſi eccleſia aliqua habeat ex conſuetudine antiqua & præſcripta jus cognoſcendi inter aliquos de re non ſpirituali, & per vicarium de criminibus, an hoc tollatur per hanc conſtitutionem. Conſtat enim quod conſuetudo ante hanc conſtitutionem, & poſt inducta tollitur per iſtam conſtitutionem, ut C. de uſur. l. eos, §. 1. & in auth. quomo. opor. epiſc. §. 1. Sed ipſa generalis juriſdictio, quam habet eccleſia, jam videtur facta eccleſiaſtica: extra de app. c. Romana, §. debet. Et hoc ſatis videtur, ut non poſſint prohibere etiam alias eccleſiam, quin utatur juriſdictione ſua, quia par in parem non habet imperium.

Additio. *Adde l. magiſtratus, ff. de arbitr. c. innotuit, de electio. c. 1. de treug. & pac. & gloſſam in ver. Marcellinus, in cap. nunc autem, 21. diſtin.*

Tamen credimus, quod Imperator laicis ſubditis ſuis poſſit hanc legem imponere, ut de rebus, quæ tenent ab eo non litigent coram alio judice, extra de foro compe. c. ex tenore, & c. ex tranſmiſſa, nam quilibet dominus eſt ordinarius inter vaſallos ſuos, in Auth. de quæſto. §. ſi vero, & communis poſitio eſt, quod ordinarius poſſit vetare partes ut non conſentiant in arbitrum, ff. de arb. non diſtinguemus, §. Jul. Quod intelligendum eſt quod poſſit prohibere de re, quæ tenetur ab eo, & lite, cujus rei ipſe eſt judex. Si autem eſſet judex ratione perſonæ, tunc poſſet ſe ſubmittere juriſdictioni alterius, ff. de judi. l. 2. Sic & Papa prohibuit clericos conſentire in alios judices, quam in ſuum epiſcopum, extra de foro competenti, cap. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, & C. de epiſcop. audien. ſi quis ex conſenſu.

Additio. *Adde an Papa poſſit facere, ut laici judicent clericos? Vide per gloſſam in verbo deſcenti. in c. ſi Imperator. 96. diſt. gl. in verbo divino, in c. quamquam, de cenſi. lib. 6. Innoc. in c. 2. de major. & obed. Abb. in cap. propoſuit, de conceſſio. preb. Abb. in c. ut ſi clerici, de jud. Abb. in c. fin. de foro compet. Abb. in c. non minus, de immu. eccle. Card. Zaba. in repet. c. perpendimus, de ſententia excommu. Jo. de Imol. in l. ſi vero, §. de viro, in 6. fallentia, ff. ſolut. matr. Oldra. conſ. 83. incip. An epiſcopus.*

De hoc dic plene ut diximus in conſtitutione Imperiali, in §. præterea, ſi inter duos, ubi circa finem diximus, quod pactum non valet: quia vidimus eccleſias facere tale pactum, quando concedunt in emphyteuſim alicui, vel quemlibet alium contractum præter feudalem

De Juſtitiariis, Aſſeſſoribus & actorum Notariis ordinandis, & de officio Juſtitiariatus.

TITULUS LI.

Opponitur contra Juſtitiarium, Aſſeſſorem, & actorum Notarium, quod ſubreptitie ſunt creati officiales: quia nulla fuit facta mentio in eorum litteris, quod ſunt oriundi de eadem provincia, vel ibi contraxerint parentelam pro ſe, vel filiis, & receperint bona ſtabilia in dotem. Item opponitur etiam ipſis Juſtitiariis, quod poſt aſſumptum officium receperunt familiares de eadem provincia contra iſtam ſacram conſtitutionem: hoc dicit uſque ad verſiculum, Et illud adjicimus, qui breviter hoc dicit: Juſtitiarius provincia non cognoſcit active, nec paſſive de cauſis ſuæ familiæ exiſtentis de provincia, ubi gerit officium ante aſſumptum officium, ſed durante officio non currit inſtantia, niſi de offenſis, & injuriis eis factis durante officio: hoc dicit uſque ad verſiculum, deinde generaliter, qui breviter hoc dicit: Juſtitiarius provincia non cognoſcit de cauſis civilibus, niſi de feudis non quaternatis, & parte feudorum: nec de cauſis appellationum a ſententiis Bajulorum. hoc dicit uſque in finem. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

JUſtitiarii per provincias ſtatuantur, qui non ſint de provinciis, quas ſibi munificentia noſtra decreverit, oriundi, nec in eis habeant incolatum: nec majorem fortunarum ſuarum partem ſtatuerint, (ut aſſolet) in eiſdem: nec ibidem per ſe, aut filios ſuos, præſertim acceptis in dotem rebus immobilibus contraxerint parentelas. Aſſeſſores, etiam, & actorum Notarios * (1) de decretis ſibi provinciis oriundos, vel qui in prædicta cauſa fuerint, eiſdem ſaluberrima proviſione negamus: Et illud adjicimus, ut poſt aſſumptum officium, originarios, ſive municipes, in deſtinatis ſibi provinciis in familia non aſſumant, nec ante magiſtratum ſuſceptum, aſſumptis, de criminibus & offenſis * (2) contra eum ante ſuum officium perpetratis, juſtitiam audeant miniſtrare: nec adverſarios eorundem ad querelam ipſorum coram ſua præſentia venire compellant. Nullo per hoc præjudicio familiaribus ſuis conqueri, vel accuſare volentibus in cauſis, quarum cognitio præſenti noſtra conſtitutione differtur, in poſterum generando. De criminibus * (3) autem, violentiis, & injuriis illis poſt aſſumptum officium illatis, de quibus ad eos cognitio pertinet, eis, ſicut omnibus de juriſdictione ſua, juſtitiam miniſtrare procurent. Deinde generaliter prohibemus, ut in civilibus cauſis, præterquam de feudis * (4) non quaternatis, ſeu parte feudorum ipſorum, nec principaliter, nec per appellationem officium ſuum aliquatenus interponant.

Qua-

* (1) ADDITIONES. *Actorum Magiſtri non poſſunt eſſe de eadem provincia. Adde Galiel. Benedictum in c. Raynutius, in verbo & uxorem. 5. deciſ. nu. 489. An autem ſubſtitutes ab eis poſſint eſſe de eadem provincia. Bal. in l. parabolani. C. de epiſ. & cler. dicit quod non. Sequitur Afſl. in conſtit. Magiſtri Camerarii, nu. 10. quod no. contra Capitaneos, qui relinquunt Locumtenentes de eadem provincia. Et pro hac opinione Bal. fuit deciſum in Sacro Regio Conſilio, referente Magnifico Joanne Andrea de Curtis, die 26. Decembris 1560. in cauſa univerſitatis Cariniolæ, cum Illuſtri Principe Hoſtiliano. Magiſter actorum eſt Jo. Petrus de Jubono.* De Bottis.

De Magiſtro actorum, an poſſit eſſe de eadem patria, vide Dominum Vincentium de Franchis, deciſ. 98. tamen quando eſſent parva caſtra, in quibus non eſſet copia exterorum, quod admittantur cives, argumentum eſt quod dicitur de Locumtenente per Bal. in l. certa forma, C. *de jure fiſci. lib. 10. & ita ſervatur.* Fab. Jordanus.

* (2) ADDITIO. *Hæc conſtitutio diſtinguit l. Senatus, ff. de off. præſid. dum ibi dicitur, quod de furtis & injuriis commiſſis in perſonam ſuorum familiarium non poteſt cognoſcere, nec juſtitiam miniſtrare: nam illud eſt verum de commiſſis ante officium, ſecus de commiſſis poſt, ut hic dicitur, & vide Alber. de Roſate in d. l. Senatus, ubi ample loquutus eſt.* De Bottis.

* (3) ADDITIO. *Vide Scribentes in c. Regni, Item ſtatuimus, quod Magiſtri. fol. 221.* De Bottis.

* (4) ADDITIO. *Hic notatur feudum non quaternatum, & ſic parvum, & pars feudi parvi. vide Parid. de reint. feud. c. 18. car. 14.* De Bottis.

Qua-

ANDREAS DE ISERNIA.

lem rei eccleſiæ: ut receptor ipſe non conveniatur de re ipſa, niſi coram eccleſiæ rectore, vel prælato, quod pactum non valet, quia jus publicum per pactum hujuſmodi mutari non poteſt: nam & actor non ſtringetur: etſi eccleſia eſſet judex competens: quia actor habet eligere forum rei, ut in l. cum clericis. C. de epiſc. & cler. Andr.

C*Um ſatis abunde*. Nota hanc conſtitutionem, quia probat, quod electi ad regimen civitatis per populum non dicuntur habere juriſdictionem, nec officium. Quia alias non poſſent eligi, & tenerentur pœna, de qua in iſta conſtitutione. Unde cum contrarium obſervetur, & videmus de facto fieri, probat quod non habent etiam officium, & non juvaret contraria conſuetudo, ut hic. Barth. de Capua.

In textu, Sed officiales. Vidi contrarium fieri, & eſt bene gloſſata. Petrus de Monteforte.

De Juſtitiariis, aſſeſſore & actorum notario, ordinandis. Rubrica.

J*Uſtitiarii per provincias*. Bona eſt hæc conſtitutio, licet nova, ſed male ſervatur. Et continet quatuor dicta. Primo dicitur, quod Juſtitiarii, judices, & actorum notarii non ſtatuantur in provinciis, unde ſunt oriundi, vel unde habeant incolatum, ut ff. ex quib. cau. major. l. hi qui. & l. ſi cui. & de aſſeſ. l. 3. & C. e. l. in conſiliariis. Nec poſſunt contrahere parentelas de ſe aut filiis, accipiendo res immobiles in dotem, ſicut prohibetur in tutore. C. de interdict. mat. per totum, & in rubrica.

Et illud. Iſtud eſt ſecundum dictum, quod non poſſunt prædicti accipere in familiares aliquos de provinciis, quas regunt: & ſi ante officium aſſumpſiſſent, non poſſunt cognoſcere de offenſis familiaribus ipſis illatis ante ſuſceptum officium: non tamen præjudicatur ipſis offenſis, quin poſſint poſtmodum convenire; ff. de offic. præſi. l. ſenatus, nec expirabit eorum querela propterea, ff. de judi. l. a. §. in omnibus.

De criminibus. Illud eſt tertium dictum de offenſis illatis, poſtquam fuerint in officio, familiaribus prædictis, facient juſtitiam, ſi ad eos cognitio pertinet in civilibus. Vel ſicut dicit gloſſa juris civilis, ff. de juriſd. omni. jud. l. qui juriſdictioni, & de judi. l. in

Qualiter Juſtitiarii ſe gerere debeant in provincia ſibi decreta?

TITULUS LII.

Conſtitutiones regni debent ſemper intelligi taliter, ut non denegetur defenſio naturalis: hoc dicit. Vel ſic: Non dicitur violare regni conſtitutiones, ſi judex ſupplet id, quod erat de jure prætermiſſum in ipſa conſtitutione: hoc dicit. Vel ſic: Præceptum ſuperioris generale intelligitur ſecundum jura. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem*

† IMPER. FREDERICUS.

JUſtitiarii (*a*) non per calendas, (ut aſſolent hactenus) ſed continue Curias per ſe, vel per alios judices ſuos, quibus nihil aliud, quam audientia quæſtionum debebit committi, regere debeant, cauſas audiant, & decidant. Civitates, * & loca ſuarum juriſdictionum continua diſcurſione perquirant: provincialium diſpendiis ipſis ad remota loca propter juſtitiam non vocando, quanto ſalubriter poterunt parcituri. Flagrantia maleficia non ulterius protrahant, ſed ipſa in locis, in quibus ea perpetrata repererint, punientes maleficos, ut puta, famoſos latrones, & fures, qui maleficia ſua nulla nequeunt tergiverſatione celare. Publicorum itinerum aggreſſores, ſeu quoslibet recentes, & publicos homicidas, per nemora forſitan fugitivos, vel aliter latitantes ob conſcientiam criminum patratorum, per ſe, interdum per alios, expenſa etiam, ſi viderint expedire, de Curiæ noſtræ pecunia, diligentiſſime perquiſitos, nullis dilationibus, ſeu accuſationum ſolemnitatibus expectatis, ſi deferentes, vel accuſantes defuerint, de provincia pœna legitimæ ſeveritatis extirpent: nec præſumptioni temerariæ per nos, noſtrorumque officialium, credatur attribui id, quod officii ſui debito, ad plenitudinem ſuæ fragilitatis adjunxerit.

No-

Qualiter Juſtitiarii &c. Rubrica.

(a) J*Uſtitiarii non per calendas. Flagrantia.* Nota, notoria delicta ſine accuſatore, & denunciatore puniri, ut C. de accuſatio. ea quidem.

* ADDITIO. *Vide c. Regni, hoc edictali, & ibi Scrib. fol.* 83. De Bottis.

No-

ANDREAS DE ISERNIA.

in privatis.

Deinde. Iſtud eſt ultimum dictum, quod in civilibus cauſis non cognoſcent, nec principaliter, nec incidenter, niſi eſſent in defectu Bajuli, & ſecreti, ut ſupra eo. l. 1. nec per appellationem in terris, ſcilicet Demanii, ubi a Bajulo appellatur ad Camerarium ſeu Secretum, a Secreto Camerario ad Magiſtrum Juſtitiarium infra, de off. Mag. Came. l. officiorum, in fine. Sed in terris Baronum appellatur ad Juſtitiarium infra de ſol. inſtru. cum nova, in fine, quod dic, ut d. l. officiorum.

J*Uſtitiarii per provincias.* In verſiculo, non quaternatis. Ex hoc moventur quidam, quod Juſtitiarius non poteſt cognoſcere de cauſis civilibus eccleſiarum, pupillorum, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, etiam ex privilegio eis indulto. C. quando Impe. inter pup. & vid. l. 1. quia Juſtitiarius non poteſt cognoſcere de civilibus: quod de plano concedendum eſſet, ſi perpetuo hoc verum eſſet. Quia judex habens cognitionem cauſarum criminalium, de civilibus tantum cognoſcere non poteſt, ut ff. de judi. l. ſolemus, §. latruncolator. in fine, niſi ratione connexitatis, vel incidentiæ, argu. ff. finium regund. l. 4. §. ſi dicatur, ff. de concuſſionibus l. 1. At Juſtitiarius cognoſcit de civilibus quæſtionibus in defectum Bajulorum, ut ſupra in conſtitutione, Juſtitiarii nomen & normam, & in defectum dominorum, non facientium juſtitiam vaſallis, ut ibidem dicitur. Cognoſcit etiam in civilibus de Comitibus, Baronibus, & ceteris militaribus viris, ut ſupra in conſtitutione, Ut univerſis. Item cognoſcit de feudis non quaternatis, & parte ipſorum, ut hic. Ergo ex privilegio Juſtitiarius poterit adiri, argu. C. de epiſcopo. & cler. l. jubemus, §. præterea, & de juriſd. omni. judi. l. 1. Alias ſi nulla ratione poſſet cognoſcere Juſtitiarius de civilibus, nullo modo diceremus Juſtitiarium poſſe cognoſcere de ipſis, quantumcunque ex privilegio adiretur, argu. dicta l. jubemus, §. præterea, quæ ad ſanum intellectum facit pro utraque parte, & C. de juriſdict. omn. judic. l. privatorum, niſi incidenter cognoſceret, ut ſupra dictum eſt. Sed ſublata omni dubitatione obtentum eſt per approbatam conſuetudinem ſine contradictione, quod Juſtitiarius ex vigore dictorum privilegiorum cognoſcat de civilibus. Et ad majorem cautelam, dum per aliquorum aſtutiam de hoc eſſet dubitatum, determinatum eſt per totum conſilium regni tunc Neapoli præſidens, & alios multos ſapientes, quod ſic debeat obſervari. Et ita ſcriptum fuit Magiſtro Juſtitiario, & omnibus Juſtitiariis præſentibus, & futuris per litteras ſigillatas ſigillo Vicariæ Regni Siciliæ: Quod in omnibus cauſis, ſeu litibus tam futuris, quam pendentibus, ſicut incommotabiliter, in quantum ad uniuſcujuſque officium pertinet, debeant obſervare: & de hoc eſt capitulum Regis Roberti, quia nulla legis ſanctio. Barthol. de Capua.

In textu, Aſſeſſores. Nota quem non debere eſſe aſſeſſorem in ſua provincia, & dic de hoc, ut not. ff. de aſſeſſoribus, l. ſi eadem provincia. Sed an officialis poſſit aſſumere aliquem aſſeſſorem de ſua provincia ſine ſpeciali mandato, ut hodie fit in multis partibus, & ſpecialiter in Calabria? dic quod non, arg. ff. de ritu nup. l. quacunque, in prin. & argu. de verb. ſign. c. abbate, circa fin. Petrus de Monteforte.

Item dicas, quod non poteſt aſſeſſor, ſicut nec capitaneus, alium ſubſtituere, ut in c. Regni, Item quod præfati officiales, Juſtitiarii videlicet, capitanei, judices, & aſſeſſores. Et no. in l. parabolani, §. ſi quis autem, de epiſc. & cler. Bar. Vinciguerra.

In §. de criminibus. Nota ergo, quod officialis poteſt cognoſcere de injuria illata familiaribus ſuis tempore officii. Sed nota, quod per hanc conſtitutionem diſtinguitur l. Senatus, ff. de offi. præſid. cum ſimilibus, nam in eis indiſtincte dicitur, quod præſes provinciæ de injuriis, & furtis in perſonas familiarum, nullo modo poteſt cognoſcere, nec juſtitiam miniſtrare. Nam per hanc conſtitutionem diſtinguitur: Siquidem illud eſt verum de commiſſis ante officium aſſumptum. De injuriis autem, vel violentiis in perſonas ſuorum familiarium commiſſis poſt aſſumptum officium poteſt Juſtitiarius cognoſcere, & juſtitiam miniſtrare, ut hic aperte dicitur.

In textu, Pertinet. Idem eſt, ſi eſt manifeſta injuria: nam ipſe idem cognoſcit, ut not. per Inno. in cap. ex parte.

In textu, Procurent. De jure communi eſt contrarium, ut ff. de juriſd. omn. jud. l. qui juriſdictioni. Petrus de Monteforte.

Nova Conſtitutio.

J*Uſtitiarii non per calendas*. Hæc conſtitutio quatuor habet dicta. Primum, quod Juſtitiarii omni tempore

Nova Conſtitutio.

Ordo juris ſervandus eſt in ceteris cauſis criminalibus, & in ipſis non ſunt concedendæ, niſi neceſſariæ dilationes, prævia juramenti præſtatione. Nec judicantes permittant partes ſumptibus ultra debitum gravari, & in compoſitionibus faciendis ſervetur ordo hic deſcriptus. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

CAuſas (*a*) alias, (*b*) ordinario judicio audiant, & examinent, & decidant infra trimeſtris temporis ſpatium, niſi forſitan inſtru-

Nova Conſtitutio.

(a) C*Auſas*. Nota in quantum tempus durat inſtantia criminalis cauſæ, accuſatione pendente.

(b) *Alias*. Sed coram Bajalis ſtatuitur tempus duorum menſium, ut infra de cau. l. prima, in fine.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

pore debeant facere juſtitiam: qoia beati, qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore, ut in Longobar. de feriis, l. 2.

Civitates. Secundum dictum, quod non debet trahere ſubditos ad loca remota, cavendo diſpendiis ſubjectorum, & hoc male ſervant officiales: maxime quando volunt compoſitionem ab univerſitatibus de inquiſitionibus generalibus, ut infra l. proxima, in fine. Sic etiam ſtatuitur in c. in planicie ſancti Martini, quod in eis vicinis, non in remotis committantur ſervitia Curiæ.

Additio. *Vide c. regni, Proviſa juris ſanctio*. Cæſar.

Flagrantia. Tertium dictum. Hic nota quid eſt maleficium flagrans: † quia eſt id, quod de recenti commiſſum eſt, quod quidem durius punitur, ff. de pœn. l. diuturno. Et talis maleficii poteſt apparere patrator, & non apparere: ſed captus in flagranti eſt, qui in ipſo actu deprehenditur. C. de epiſco. & cler. l. raptores, & de defen. civi. defenſores. Vel antequam perveniret ad locum prædeſtinatum, ſicut fur manifeſtus, ff. de furtis, l. 3. Aut latitans non per magnum intervallum inventus, nullo actu extraneo medio, ff. de adul. quod ait, §. ſi. Et a quocunque poteſt capi in flagranti, ut d. l. 3. de furtis, ubi non refert, deprehendatur a domino rei furtivæ, vel ab alio quocunque.

† Additio. *Vide Moder. in c. Regni, quod decretum, nu. 20. fol. 95. & ibi quæ dicuntur delicta notoria, & qualiter fiat proceſſus*. De Bottis.

Multo fortius per illos, qui attinent læſo, puta per tutores, curatores, vel parentes, d. l. raptores, & de exp. eirg. l. 1. Dummodo capiens ducat captum ad judicem puniendum, d. l. defenſores, quæ dicit oblatos ſibi reos deprehenſos in latrocinio, non dicit a quo, nec nos diſtinguimus: de offi. præſid. l. 3. Nam non refert per quem fiat, dummodo bene fiat. Alii non capiuntur ſine licentia judicis. C. de exhiben. reis niſi fugiens, dicit ibi gloſſa multo plus, ſi in flagranti, non debet expectare, ut ſe per fugam abſentet, ff. de jud. l. ſi longius, & ne fuga ejus fiat inſtructio. ff. de reg. jur. l. fin. Non tamen cogitur quis capere, † ſi non ſit officialis, hujuſmodi delinquentes, per ea quæ not. ff. de reg. ju. culpa, niſi eſſent proditores, per conſtitutionem Regis Caroli primi, ut diximus infra de foriudic. l. pœnam, in fine.

† Additio. *Vide Moder. in c. Regni, ſubditorum, num. 137. cum ſequen.* De Bottis.

Sed licet, ut dictum eſt, ſi velit: quia etiam clericum in flagranti poteſt capere, & ducere ad judicem, extra de ſent. excommu. c. ut famæ, nam quod ibi exigitur de mandato prælati, intellige in non notorio, ut in gloſſa, & de judi. c. cum non ab homine. Vel ſi caperet, non ut ad judicem ducat, ſed per detentionem, facit crimen notorium, ut d. gloſſa.

Additio. *Adde Pet. de Ancha. in regula, ea quæ, de reg. jur. lib. 6. Abb. in c. cum non ab homine. de judi. Doct. in c. ſi quis diaconus, in ult. col. 50. diſtin. Bal. Inſtit. in §. furtorum, de oblig. quæ ex delic.*

Non peccat, qui judicum oculis hoſtem communis ſalutis oſtendit. C. de mathematic. quicunque. Qualis autem proceſſus fiat contra captum in flagranti? diximus infra de his qui fide. da. poſſunt, aut non, l. humanitate. Convicti dicuntur, qui non poſſunt negare crimen, C. de pœn. qui ſententiam, & qui commiſſa nulla poſſunt tergiverſatione celare, ut hic, & extra de verb. ſign. cum olim. in fi. 2. q. 1. c. de manifeſta. Item nota, quod maleficos debent perquirere per ſe, & per alios, ut capiant eos ad expenſas Curiæ: quia cum publica utilitas verſetur in puniendo maleficos. C. de pœn. l. ſi operis, ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicite, ubicunque publica utilitas eſt, fiſcus ſolvit pecuniam. C. pro quibus ca. ſervi. lib. accip. l. 2. ff. ad Syllan. l. lege Cornelia. §. ſi. quemadmod. ſervi. amit. l. ſi locus. §. 1. de adult. ſi poſtulaverit. §. juſſit lex, cum concor. Non intelligas, quod perquirat, & inquirat de maleficiis per alium, ſed per ſe ſolum: quia cum ſit meri imperii, non poteſt demandari, ut dicitur infra in l. ei qui. & l. inquiſitiones, & patet in Anth. de coll. §. jubemus. Item nota, quod ubi accuſator eſt, non fiet inquiſitio, ſed tunc demum in prædictis maleficiis inquiritor, quando non eſt qui deferat, vel accuſet. Nam non indiſtincte inquiritur ſpecialiter de criminibus, ut d. l. hi qui. facit ad principium hujus tertii dicti. ff. de pœn. l. capitalium. §. famoſos, & ibi omnes Doctores antiquos & modernos, qui iſtam materiam adeo late examinant, ut nihil amplius addi poſſit.

Nec præſumptione. Ultimum dictum, quod ſi Juſtitiarii & officiales ex debito ſui officii audiant ſecundum juſtitiam ad punitionem malorum, attribuetur ei per Principem ad laudem, non ad temeritatem, vel præſumptionem: auctoritatem quidem dignitatis debent augere ingenio ſuo. ff. de offi. præſi. l. obſervandum.

J*Uſtitiarii non per calendas*. Nota, quod quicunque officialis, ſive Juſtitiarius, ut hic, ſive capitaneus, ſive quicunque alius, non poteſt committere aſſeſſori ſuo, ſive actorum notario regere curiam, cauſas audire, examinare, decidere, nec ſolam cauſarum deciſionem, & examinationem, vel regere curiam, poſſet ei committere, ut patet hic, & infra. l. proxi. in principio. Verum eſt tamen, quod audientiam quæſtionum ſolam officialis poteſt committere ſuo aſſeſſori, ut hic patet expreſſe, & hic eſt verus intellectus: licet in contrarium poſſet dici, quod judex ſive aſſeſſor poſſit cauſas examinare, curiam regere, ac cauſam decidere ipſe ſolus, ut hic videtur ſonari propter dictionem disjunctivam, vel, quæ hic ponitur. Sed primus intellectus eſt verior, & disjunctiva hic poſita pro conjunctiva ponitur, ut l. ſæpe. de verb. ſign. Item hæc conſtitutio videtur innuere, quod juſtitiarius per ſeipſum poſſit curiam regere, cauſas audire, & decidere ſine aſſeſſore, & notario: ad quod facit, l. prox. in principio; ſed non eſt verum. Pet. de Monteſ.

Nota conſtitutionem iſtam juſtitiariis regionum dare licentiam, judicibus ſuis poſſe cauſarum audientiam committere. Sed huic conſtitutioni derogatum eſt per duo c. Regni noviſſime edita, quæ prohibent juſtitiarios aliqua crimina committere. Et quod in cognitionibus cauſarum omnium de conſilio judicum procedant ad tormenta, & cognitionem, quamvis magna curia, & ejuſdem curiæ judices multa modica cauſarum civilium, & criminalium expediant ſine magiſtro juſtitiario. Quæ capitula poſita ſunt poſt capitulum illud, poſt corruptionis amara diſcrimina, & vide quod notet And. de Iſer. in conſtitutione, in pecuniariis. Per. de Monteſ.

Nova conſtitutio. Rubrica.

C*Auſas alias*. Accelerat finem cauſarum criminalium, ſic ſupra de offi. magi. Juſti. l. hac lege. Dicit etiam

ſtructionis deſideratæ neceſſitas, veluti ſi probationes ex longinquo petantur, terminum exigat longiorem. Super hoc ſpecialiter a petente dilationem ſacramento præſtando, quod non cauſa differendi judicii, ſed ex neceſſitate præſcripta dilationem expoſcat. Nec illud omittimus, quod occaſione faciendarum Curiæ proviſionum, pro ſententiis proferendis, partes ultra debitum non aggravent, nec ipſos per provincias trahendo poſt Curiam, propter hoc, laborum & ſumptuum vexatione fatigent. Sed illas proviſiones reputent competentes, quas judex & notarius actorum, qui apud eos fuerint, ſufficere, pro negotiorum qualitate cenſebunt. Prædicti autem actorum notarii, & non Juſtitiarii, ſicut olim pecuniam omnem, tam ex proviſionibus, quam undecunque ex Juſtitiariorum officiis proventuram, ad generale pondus recipiant, & conſervent. Et de receptis infra diem receptionis gratis faciant apodixas, & ipſi recipiant antapocham de ſolutis.

De inquiſitionibus faciendis.

TITULUS LIII.

Ad officium præſidis pertinet purgare provinciam malis hominibus; ideo jubet, quod fiant generales inquiſitiones, forma hic declarata. hoc dicit. Vel ſic: ſi monitioni judicis non paretur: quis non audiatur. hoc dicit. Vel ſic: bannum, ſive edictum excuſat juſte impeditos. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

INquiſitiones (*a*) generales * per provincias, & partes provinciarum, ubi, & quando expedire viderint Juſtitiarii, facere non omittant de malefactoribus & hominibus malæ converſationis, & vitæ, per ſeipſos, judices, & notarios ſuos, & non per alios ſimplices, quibus eas hactenus committebant. Comminabuntur autem prædicti Juſtitiarii, & comminationes obſervent. Quod quicunque de his, qui præſentes coram eis fuerint, vel ad quorum notitiam edictum de inquiſitione generaliter facienda pervenerit, ſuper injuriis ſuis querela, aut de mala fama, ſeu converſatione cujuſpiam, vel de aliquo crimine, vel maleficio in provincia patrato, veritatem non depoſuerit, vel querelam, donec inſtantia faciendæ inquiſitionis duraverit, de maleficiis uſque ad illum diem in antea perpetratis, & injuriis ſibi illatis, ut accuſator, aut teſtis (*b*) nullatenus exaudiatur: niſi juſtam, & probabilem timoris, vel ignorantiæ cauſam oſtenderit repellendus, propter quem edicti tempore conqueri, vel inquiſitionem deponere minime potuiſſet.

No-

De inquiſitionibus faciendis.

(a) I*Nquiſitiones*. Comminabuntur, quæ comminatio facit aliquem eſſe in mora, qui alias non fuiſſet, ut ff. de adminiſtratio. tutor. tutor qui repertorium, §. de modo uſurarum, & dic quæ ibi not. ff. de judic. l. ad peremptorium, & de offic. Procon. l. nec quicquam, §. de plano, & C. comminationes vel epiſtolas, l. 1. & ff. ubi pop. edu. debe. l. 3. circa finem.

* Additio. *Adde quod hodie non fiunt generales inquiſitiones, ut per Parid. in tract. ſind. in ver. inquiſitio. vol. 3.* De Bottis.

(b) *Nullatenus exaudiatur*. Et ſi infra hoc tempus non venerit aliquis ad conquerendum, poſtea non audietur, ut C. qui accuſare non poſſunt, l. ſi ea. cum multis ſimi. ibi not. And.

Additio. *Adde hoc verbum, Nullatenus, quod importat ipſo jure, not. in l. ſi qua mulier. C. ad Velleja. Card. Zabar. in cap. ſuper litteris, in 14. not. de reſcrip. Item quando hoc verbum eſt appoſitum in lege, vel canone importat tantum, quantum clauſula decreti annullativa, & ſic tollit facultatem diſpenſandi, ita tenet Ant. de But. & Jo. de Imo. in clem. 1. de ſequeſt. poſ. & fruct. Archi. in c. quoniam, ſuper verbo, nullatenus, de immun. eccleſ. lib. 6. Joan. And. in c. Romana, §. penul. de appella. lib. 6. in novel. Et ibi D. Jo. And. in c. quia fruſtra, de uſuris. Et ita teneas, quamvis contrarium ſentit gloſſa in verbo nullatenus in d. cap. quoniam, & ibi Domi. qui eſt ſibi contrarius.*

No-

ANDREAS DE ISERNIA.

etiam quod cum conceditur dilatio ad probationes ex longinquo producendas debet jurare is, qui ea petit. Et ponit verba, quæ ſunt C. de dila. l. 1. Et addit de ſacramento.

Nec illud. Secundum dictum concor. ſupra l. prox. verbo, civitates; quod vero dicit pro ſententiis proferendis, corrigitur hodie per c. in planitie ſancti Martini, quod incipit, Item ſtatuimus, quod ſive in Magna Curia &c. Sed illas promiſſiones. Plana eſt, & male ſervatur, quia Juſtitiarii ut plurimum ipſi iidem componunt, nec vocant judicem & notarium. Et quantum ad compoſitiones pro ſententiis corrigitur, ut ſupra prox. dictum eſt.

C*Auſas alias*. Et ſic nota, quod officialis, ſive Juſtitiarius, ſive capitaneus ſit, debet ipſe audire cauſas, & examinare, & decidere: & non poteſt committere judici vel notario: quia nihil poteſt committere judici, niſi audientiam quæſtionum, ut in conſt. præced. Barth. de Capua.

Hic vide textum notabilem in l. 1. C. de proxi. ſacrorum ſcrin. & in l. cuſtodiis. ff. de publ. judi. & ibi Argentinum Panſelum. Barth. de Capua.

Notatur hic, quod notarii actorum de pecunia proventuum, quam recipiunt, gratis tenentur facere apodixam illis, a quibus recipiunt, quod nunc in curia malo modo ſervetur, & ſic ſemper qui pecuniam recipit, tenetur facere apodixam, ut hic ſequitur. Barth. de Capue.

In textu, debitum. Hodie hoc eſt ſublatum in regno per c. Item ſtatuimus, quod nihil ſolvatur pro ſcripturis ſententiarum. Pet. de Monteſ.

In textu, nec ipſos. Nota, quod male ſervatur hodie per officiales.

In gloſſa unica. ibi, criminaliter. Hodie eſt c. Reg. quod incipit, quorundam expoſitio, & c. quod niſi juſtitiarius intra ſemeſtris temporis ſpatium determinaverit quæſtiones, quod illa quæſtio devolvitur ad curiam Vicariæ Reg. & ita ſervatur in magna curia Vicariæ. Petrus de Monteforte.

In eadem gloſſa in fine. De jure civili aliter eſt, ut in l. 1. C. ut infra cert. tempus, & l. properandum. C. de jud. Marinus.

De inquiſitionibus faciendis. Rubrica.

I*Nquiſitiones generales*. Ubi & quando hoc correctum eſt per c. incliti Regis Caroli II. quod incipit, generales inquiſitiones, quia ſemel tantum in anno: Alii intelligunt de generali inquiſitione quantum ad perſonas, non quantum ad crimen. Vel verius dic, ut infra l. proxima.

Per ſe ipſos. Sic in Auth. de collat. §. jubemus. Teſtes enim in cauſa criminis judex recipit, non alii

com-

na hic deſcripta, hoc dicit. Matthæus.

Nova conſtitutio.

Ex teſtibus examinatis in generali inquiſitione non proceditur ad condemnationem contra inculpatos: ſed proceditur ipſis citatis: & data copia repertorum, & defenſionis: & tunc convicti puniuntur pœna ſtatuta per regni conſtitutiones, ceſſantibus teſtibus: in generali inquiſitione non poteſt procedere ex officio ad inquiſitionem contra certam perſonam de crimine, niſi in caſibus ſpecialibus, & tunc illa ſolemnitas, quæ requiritur, quando proceditur per accuſationem, debet ſervari, quando proceditur per inquiſitionem, excepto quod in crimine laſæ majeſtatis contra perſonam regis non exprimitur nomen delatoris, & ſint judices perſpicaces in dictis inquiſitionibus, ut nihil omittant dolo, aut negligentia ſub pœ-

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

HI, (*a*) qui per inquiſitiones hujuſmodi generales inventi fuerint notabiles, ſi tale quid contra eos probatum appareat, per quod mori non debeant, nec membro aliquo mutilari, & per decem, aut plures, quos Juſtitiarii communi fama, & bonæ opinionis invenerint, convicti fuerint, utpote quod rixatores, & frequentes delatores armorum contra conſtitutiones noſtras, quod luſores * publici taxillorum, (*b*) aut tabernarum frequentatores, quod ultra facultatem ſuorum proventuum non ex mercationibus aut artificiis largiorem, quam debeant, vitam ducant, ad publicum opus deputentur, ad tempus, per litteras Juſtitiarii Ma-

Nova conſtitutio.

(*a*) HI *qui per inquiſitiones*. Notabiles. Interdum notato per inquiſitionem non fit copia, nec nominum, nec dictorum, ut in principio hujus conſtitutionis. Interdum contra, ut in verbo, primo. Interdum nominum, & dictorum, ut in verbo, porro, & habet hoc locum in inquiſitione generali. Interdum dependet de conſcientia Principis ſit facienda copia, vel non, ut in inquiſitione ſpeciali, ita ſcilicet in duobus caſibus, cum inquiritur de crimine læſæ majeſtatis, & de conſcientia ſpecialis criminis, ut in verbo, de ſpecialibus. Item cum fit inquiſitio contra ſpecialem perſonam debet præcedere nomen delatoris, quod eſt regulare, ut infra, in verbo, in prædictis, & ſupra tit. 1. litteras, in fine. Fallit in duobus caſibus, ut in verbo, in prædictis. And.

Additio. Luſores. *Adde an iſte ludus ſit prohibitus? vide gloſſam ſummæ, 36. diſt. & gloſſam in verbo ad aleas, in c. clerici, il 2. de vi. & hone. cler. & an poſſit repeti id quod perditur in ludo? vide per Card. in clem. fin. in §. ſed & tales, in 10. q. de vi. & hon. cler. Alber. in auth. interdicimus. C. de epiſc. & cler. Bal. in l. fi. ff. quando actu. non da.* Soperant.

* Additio. *Vide infra in conſtitutione mores diſſolute viventium, & Parid. de Puteo in verbo, inquiſitio. nu. 10. cum ſeq. ubi dicit hanc conſtitutionem correctam per cap. Regni ſubjungendo, &c. & vide Marant. in 6. parte, in materia inquiſitionis, in fine nu. 168. qui reprehendit Parid.* Fab. Jurdanus.

(*b*) *Aut quod ultra facultatem.* Nota & facit in Auth. ut determinatus ſit nu. cle. §. cum vero Deo amabiles, colla. 1.

ANDREAS DE ISERNIA.

committit. C. de fi. inſtru. auth. apud eloquentiſſimum. Cognitionem criminum non delegat, niſi quando abeſt, ff. de officio ejus cui man. eſt juriſd. l. 1. §. 1. & a familia tunc poteſt inquirere, ff. ad Syllan. l. 1. §. quæſtionem, ſed ſi committeretur contra prohibitionem legis, factum non valeret. C. de leg. non dubium, pro quo eſt in Auth. quomodo opor. epiſco. §. ſi quis autem, imo irritaretur de novo, vel denuo facienda, inf. l. hi qui, in fine.

Comminabuntur autem. Satis eſt juſtum, quod hic dicitur, pro quo eſt. C. qui accuſ. non poſſ. l. ſi ex. ff. de accuſa. l. Titia, & ſtatutum eſt ad hoc, ut ſit finis litium, & accuſationum, idcirco juſtum, ff. pro ſuo, l. fin.

Niſi juſtam & probabilem. Pro quo eſt, ff. de juris & fac. igno. l. 1. C. qui admit. ad bo. poſſ. l. 2.

I*Nquiſitiones.* In textu, Generales. Quæ ſemel in anno fieri debent, per c. Regni, poſitum in rubrica, de inquiſi. c. fi. Petrus de Monteforte. Et ſic eſt hodie correcta per dictum cap. Joann. Grillus.

Nova conſtitutio.

HI *qui.* Hodie corrigitur principium hujus conſtitutionis per c. incliti Regis Caroli II. ut ſemper detur copia nominum, & dictorum & omnium repertorum, & ibi diſtinguitur numerus teſtium, per quos debet probari inquiſitio, ut per eam procedatur ad pœnam.

Aut quod ultra facultatem. Refert Maximus Valerius, quod Athenis erat Areopagus, ubi inquirebatur quonam quæſtu quiſque ſuſtentabatur, non enim oportet ad menſuram expenſarum poſſeſſionem quærere, ſed ex his, quæ quilibet habet ſuas debet expenſas metiri, ut in Auth. ut deter. ſit nu. cle. in 2. coll.

De ſpecialibus. Specialis inquiſitio non fit jure Romano, nec per has conſtitutiones; niſi in caſibus, quorum duo ſunt in hoc §. videlicet læſæ majeſtatis, & quando Princeps ſpecialiter mandat. Item ubicunque procedit ex officio † ſine accuſatore, ut not. in gloſſa ff. de adult. l. 1. §. ſi publico. Inſtit. de pub. judi. in principio.

† Additio. *Vide Moder. in c. Regni, item quod prædicti Juſtitiarii occaſiones, fol. 66.* De Bottis.

Item. C. de aboli. l. 2. Item in manifeſtis latronibus, & in criminibus notoriis. C. de cuſt. reo. l. 1. In principio, ibi, publicæ ſollicitudinis cura produxerit, licet gloſſa hic intelligat litteram illam generaliter, ubicunque alius verus non apparet delator, vel accuſator. Hoc autem eſſet deſtruere regulam illam, nemo ſine accuſatore punitur, ff. de mune. & hono. reſcripto §. ſi quis, & conſtitut. ſuperior. Juſtitiarios non per Calendas, enumerat certa crimina, ubi ſi non eſſet delator, vel accuſator, proceditur & inquiritur, ſicut ſunt famoſi latrones, & fures, & itinerum aggreſſores recipientes, alias receptantes: & publicos homicidas fugientes, vel latitantes; ergo in aliis criminibus obtinet jus commune prædictæ regulæ, arg. ff. ad munici. l. 1. in fine, & quod in hoc §. dicitur, quod ad ſingulorum ſingulares delationes non procedatur ad inquiſitionem ſpecialem: ergo ſi non eſt delatio, procedatur ad inquirendum, hoc arg. implicat turpem ſonum, & ſic non eſt recipiendum, ſic. C. de epiſc. & cleri. l. conventiculam, & de condit. inſert. l. 1. nam, ut dictum eſt, deſtrueret regulam ſupradictam, de hoc die, ut infra, l. proa. in Auth. de collatio. §. jubemus. Cum dicit, per ſe judices requirere maleficia, intelligendum eſt, ut non committat, vel deleget, nec per ſe, id eſt ſine accuſatore, quia eſſet deſtructio dictæ regulæ, ſicut Moderni communiter dicunt. Quæ autem ſint crimina notoria? dic. 1. q. 1. c. de manifeſta. in gloſſa. Item dicimus inquirendum ſpecialiter contra ſocios criminum, & confeſſatos per aliquem de ſociis in illis caſibus, ubi talis confeſſio facit aliquam præſumptionem, ut not. in gloſſa C. de accu. l. fi. in fine, & ad hoc adducimus dictam litteram, publicæ ſollicitudinis cura produxit inquiſitiones generales ad purgandam provinciam malis homini-

Magiſtro operum deſignandum, & ejuſdem Juſtitiarii arbitrio juxta probata, & perſonæ qualitatem, provida deliberatione taxandum, quo tranſacto cum litteris ſuis Magiſter operis teneatur dare gratis licentiam condemnatis ad propria revertendi: quod generaliter ſervandum cenſemus in omnibus, qui ad opera publica deputantur, ut deſignetur eis condemnationis tempus, & cauſa. Vel ſi qualitas delicti popoſcerit, quod in perpetuum condemnati publicis operibus deputentur: hoc ipſum & ſententia præſidis manifeſte contineat, & litteræ ſuper hoc miſſæ manifeſte declarent. Ceterum ſi tale quid contra eos probatum extiterit, ex quo perſonam amittere debeant, vel membrorum mutilarionem incurrere, aut perpetuo carceri macerari: tunc, ſiquidem is contra quem inquiſitio facta fuerit, levis vitæ, & malæ converſationis fuiſſe non probabitur, (a) vel per quoſcunque (b) maleficus non probetur, inquiſitionis ei copia tribuatur. Porro ſi per ipſam inquiſitionem, * aut alia contra eum facta, levis converſationis & vitæ probetur, aut quod propter manifeſtam fugam ex maleficio ſuerit forbannitus, & per decem bonæ opinionis viros, non inimicos delati, probatum ſuerit contra eum: facta ſibi copia nominum tantum omnium teſtium, non dictorum, nec eorum ſpecialiter, qui contra ipſum inquiſitionem deponunt; ad condemnationem ipſius, juxta qualitatem probati criminis, procedatur. (c) De ſpecialibus autem (d) cauſis, & ad ſingularium delationes, contra ſingulares perſonas factas ad inquiſitionem criminalem faciendam minime procedatur; præterquam in crimine læſæ majeſtatis contra perſonam noſtram, vel noſtrorum collateralium perpetrato, vel niſi ſpeciale conſcientiæ noſtræ mandatum ſuper inquiſitione ſacienda habeatur. In quibus cauſis dandam, vel negandam inquiſitionis copiam plene per inquirentem, ad nos relatione præmiſſa, certificatum eſt noſtræ majeſtatis arbitrium, provida deliberatione mandabit, quæ quidem relatio continebit conditionem deferentis, atque delati, & nomen & famam ipſius, criminis etiam qualitatem, teſtium numerum, & ipſas depoſitiones eorum: famam etiam eorundem, (e) quatenus ipſam per inquiſitionem ſummariam Juſtitiarius ſcire poteſt. (f) In prædictis etiam caſibus & omnibus aliis, in quibus inquiſitio (g) facienda eſt, ſecundum jura communia, vel noſtri nominis ſanctiones exprimendum eſt delatoris nomen, & omnes ſolemnitates ſervandæ ſunt, quæ veteribus legibus & noſtris conſtiturionibus (h) ſuper delarionibus & delatoribus editis continentur, præterquam in eo tantum crimine læſæ majeſtatis noſtræ, quod perſonam noſtram directo contingit; vel niſi juſta & probabilis per eum apud quem delatio facta eſt, videbitur cauſa timoris, propter quam delator in publicum prodire formidet. Nihilominus tamen inquiſitor hoc caſu omnia teneatur ex officio ſuo circumſpecte proſpicere, tam in perſonis productorum teſtium, quam in omnibus circumſtantiis aliis, & ſpecialiter, quis ſit zelus delatoris, aut cauſa, quæ ipſum ad ipſam delationem inducat: & generaliter ſic omnia ex officio ſuo ſuppleat inquiſitor, quod in aliquo ignorantia prædictorum delato nocere non poſſit: quæ ſi per inquirentem perſpicaciter obſervata non fuerint, inquiſitio irritetur, (i) denuo

(a) *Vel quoſcunque*. Alias quotieſcunque.
(b) *Maleficus*. Alias maleficiis.

* Additio. *Sed licet hoc caſu ſit danda copia, utrum debeat deſignari locus & tempus capitulorum, quod non: alias valent, & ſic non procedat inquiſitio, alias vitietur, & videtur, quod ſic, ff. de accuſat. l. libellorum.* De Bottis.

(c) *De ſpecialibus autem cauſis delationes*. Nota delationes, quia ſi non præcedant delationes, quod poteſt inquiri etiam contra ſpecialem perſonam: & quod ibi dicitur infra in l. ſequen. intelligitur, cum apparet accuſator, & ſic etiam poſſent intelligi jura communia. Andreas. Nam ſecundum jus Romanum † dicitur, quod in quacunque cauſa, reo exhibitu ſive accuſator exiſtat, ſive cum publicæ ſolicitudinis cura produxerit, ſtatim debet quæſtio fieri, &c. id eſt, examinatio, ut C. de cuſto. reo. l. 1. in principio, & ita datur ibi intelligi, quod ubi non apparet accuſator, debet adeſſe ſolicitudo publica, ſcilicet ſolicitudo judicis ad inquirendum, & puniendum delinquentes.

† Additio. *Hæc gloſſa tenet, quod ex officio ſuo judex excitatus frequentibus clamoribus, quos nequit ulterius diſſimulare, poteſt procedere, quod hodie eſt correctum per c. Regis Roberti, quod incipit, membrorum, quod permittit in certis caſibus tantum poſſe procedi: ideo vide ipſum, & aliud c. ut delatas. Et nota, quod quando fama deferente clamore ubi proceditur contra aliquem per inquiſitionem, judex debet primo inquirere, an fama ſit vera priuſquam procedat ad inquiſitionem criminis, alias non valet proceſſus inquiſitionis, niſi ille contra quem inquiſitio fit, ſit præſens, & taceat, ut hæc omnia probantur in c. ut qui. de accuſ. in 6. & hoc caſu debent offerri capitula, alias confeſſio ſine capitulis, non valet, vide notam in c. 2. de accuſ. in 6.* De Bottis.

(d) *Cauſis*. Alias, caſibus.
(e) *Quatenus*. Alias, cum cauſa.
(f) *In prædictis etiam caſibus*. Scilicet duobus in proxi. ver.
(g) *Facienda eſt*. Contra ſpecialem perſonam.
(h) *Super delationibus*. Ubi debet procedi utraque parte præſente, vel altera contumaciter abſente, ut ff. de ju. fiſ. l. 2. §. divus, & l. ſenatus, §. quod ſi tribus, ergo ſatis colligitur hic, quod in inquiſitione, quæ fit contra ſpecialem perſonam ſervetur ordo juris, qui eſt, ut utriuſque habeatur præſentia: ut extra de accuſ. ad petitionem, & nota in c. qualiter §. debet, & l. noſtra dicit, quod in prædictis delationibus ſervandis eſt ordo juris, ut C. de delat. l. pe. lib. 10. Andreas.
(i) *Denuo facienda*. Concord. C. de bo. proſcrip. l. ſi quis intra, in fine.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

nibus. ff. de off. Præſid. l. congruit. ſit ſemel in anno, ut diximus ſupra, l. proxima.

Dandam, vel denegandam inquiſitionis copiam. Nunquid ſit hodie correctum per prædictum c. Regis Caroli II. indiſtincte dicens, quod quando generalis, vel ſpecialis inquiſitio legitime facta fuerit, dari deberet copia nominum, dictorum, & omnium repertorum? Non videtur, nam ſpecialia derogant generalibus. ff. de

nuo facienda, ipſo nihilominus de dolo, vel negligentia prout, ex arbitrio noſtro proceſſerit, condemnando.

† Alias, hic non eſt rubrica, quia videtur duplex, nam eadem ſunt ſupra poſita.

De prohibita † officialium noſtrorum occaſione.

TITULUS LIV.

Dictum eſt in conſtitutione præcedenti, in ſecunda parte, quod ſi per teſtes decem in inquiſitione generali receptos bonæ opinionis, probatur contra aliquem hominem malæ vitæ de crimine, in quo venit imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, non dabitur ſibi copia defenſionis: quia non publicantur ſibi illi teſtes, qui depoſuerunt contra eum, ſed tantum, nomina patefient ei: hoc in iſta conſtitutione corrigitur expreſſe, & jubet, quod judices dent dictis inculpatis copiam defenſionis & ſic copiam illorum teſtium, & audiantur in ſuis defenſionibus, ſubaudi legitime factis. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

ITem dira, & dura obſervatio, quæ hactenus obtinebat, videlicet, quod ſi per inquiſitionem contra aliquem factam, per decenarium numerum probatur: non dabatur copia reclamandi: Nolumus, quod de cetero obſervetur, ſed & per quemcunque, & quoſcunque probetur, copiam habeat accuſatus, & in ſuis defenſionibus [a] audiatur.

No-

[a] Auditio. *Nota nemini defenſionem denegari, & nota, quod videtur decidi quod detur copia repertorum ad hoc ut audiatur in defenſionibus, vide cap. Regni, in generalibus & c. ſubjungendo, & Capic. deciſio. 74.* De Buttis.

No-

ANDREAS DE ISERNIA.

de pœnis. l. ſanctio. de verb. obl. doll. nam & ſi corrigeretur, poſſet princeps mandare denegari copiam, non obſtante illo c. Dicit enim hæc littera, provida deliberatione mandabit. Sed an Princeps poſſit hoc ſtatuere, ut non detur defenſionis copia? ſtatim dicetur in fine hujus conſtitutionis.

Delatoris nomen. Habetur enim pro accuſatore, ut ſi non probet, puniatur de calumnia, ſicut ſi accuſaſſet, extra de calum. c. 2.

Cauſa timoris. Bene ſtatuitur, hic providet bene Imperator, ut maleficia non remaneant impunita. ff. ad l. Aquiliam. l. ita vulneratus, in fine.

H*I qui per inquiſitiones*. In §. ceterum. Nota, quod carcer perpetuus eſt de iſto jure, & de jure canonico, non autem civili, & ideo per iſtam conſtitutionem eſt correcta. l. incredibilis. C. de pœn. Marin.

In textu, per decem. Hodie tantum quatuor ſufficiunt, & nihilominus eſt danda copia dictorum, ut in capit. Regni, ſubjungendo. Pet. de Monteforte.

In textu, in crimine læſæ majeſtatis. Et ſic nota, quod in crimine læſæ majeſtatis non ſervatur ſolemnitas juris: quia extra ordinem proceditur, ut hic aperte vides. Sed de jure communi videtur contrarium: quia in eo crimine proceditur juris ordine ſervato: nam dicit textus actione propoſita, &c. ut C. de epiſc. & cleri. l. ſi quæcunque, in fi. argu. tamen in contrarium facit l. apoſtatantium, in principio C. de apoſtatis, & in auth. quomodo oporteat epiſcopos. §. licentia. in gl. forte etiam ſecundum jus. Barth. de Capua.

In gloſſa 1. ibi, porro. De hoc vide, ut nota. C. de bo. var. l. 1. Pet. de Mont.

In gloſſa ibi, præſentia. Et hoc caſu debent offerri capitula, alias confeſſio ſine capitulis aliquid non valeret, ſed dic, ut notatur in cap. 1. de accuſat. in 6. Petrus de Mont.

In gloſſa verbo hi qui. Patet ergo aperte per hanc gloſſam, quod ex officio poteſt procedi contra ſpecialem perſonam de crimine. Concordat, quod notatur ſupra de hæret. c. inconſutilem, & ibi gloſſa ubi etiam inchoatum eſt judicium per viam accuſationis, accuſatore deſiſtente, judex omiſſa via ordinaria procedit ad inveſtigationem criminis, per viam inquiſitionis. C. de abolitio. l. fallaciter, quod notabile eſt, & hoc eſt ne maleficia remaneant impunita. l. ita vulneratus, cum ſimilibus ad leg. Aquiliam. quæ ſpectant ad judicem. l. is apud quem. C. de eden. Et quia crimina undecunque claruerint, ſunt punienda. 24. q. 4. c. ecce. Sed illud quæritur, quod ſæpe de facto contingit: Reus accuſans de aliquo crimine, puta homicidio, dedit regiæ curiæ fidejuſſores de parendo juri, & juſtitiæ faciendæ in forma: poſtea accuſatore mortuo, vel deſiſtente, judex ex officio ſuo inquirit, & procedit contra reum, quod poteſt, ut dixi. Reus non ſiſtit ſe in judicio, conveniuntur fidejuſſores ab eo dati: quæritur numquid tenentur? Et videtur primo, quod non, quia cautio interpoſita coram uno judice, non committitur coram alio. ff. judica. ſolvi. l. cum apud. & l. 3. 1. reſponſo. quare videtur, quod cautio interpoſita ſuper ordinaria non committitur, ſi proceditur ex officio: quia de ſimilibus idem eſt judicium. ff. de negot. geſt. l. ex facto. in fi. & videtur expreſſum. ff. de jud. l. non a judice. §. ſi quis ab eo. ubi qui acturus uno judicio ſatis accepit, ſi agat alio, non committitur cautio, ut ibi dicitur. Videtur dicendum, quod cautio committitur: quia ſi contra reum principalem omiſſa accuſatione poteſt procedi ex officio, ut hic: ergo reus eſt obnoxius. Igitur fidejuſſores ab eo dati tenentur. Fidejuſſor enim tenetur in omni eo, quo principalis conveniri poteſt. ff. de adminiſtra. tuto. l. ſi in herede. in fine primi reſponſi. Et fidejuſſores a reo dati, videntur dati in omnem cauſam, quæ ex criminatione deſcendit. ff. de fidejuſſoribus l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos, ff. quorum legatorum. l. diverſum, in principio. Nec obſtant dictæ leges judicatum ſolvi, quia loquuntur in ſtipulatione judicatum ſolvi, quæ judicialis dicitur. ff. de prætor. ſtipulat. l. 1. §. 1. quæ ideo interponitur, ut judicium ratum ſit: ut ibi dicitur, & ne decretum prætoris ſit eluſorium, ut in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de judi. Unde mutata perſona judicis (licet de juris ſubtilitate idem ſit judicium. ff. de judic. l. proponebatur,) tamen in veritate conſtat, quod mutatum eſt, ut ibi notatur. Et ideo fidejuſſores dati coram uno, non tenentur coram alio: quia ejus judicis ſententiæ ſe ſubeſſe non ſubdiderunt, ut eadem l. 3. ff. judic. ſol. At in caſu præmiſſo non eſt mutata perſona judicis, per quem maxime dicta cautio fuit interpoſita, ſed perſona accuſatoris, in cujus locum ſubſtituitur officium judicis de legis poteſtate: unde illud officium fungitur poteſtate accuſatoris. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe juſſus fuerit. l. 1. §. hæc actio. Nec obſtat dicta l. de judic. quia ſecundum unum intellectum loquitur, quando acturus uno judicio pro una re ſatis accepit, poſtea egit pro alia. Ideo ſtipulatio interpoſita pro una non committitur pro alia, ſi agatur. Quia de illa re, de qua poſtea agitur, nec judex, nec litigatores ſenſerunt: unde cum non venerit in judicium. ff. de exceptio. rei jud. in fine primi reſponſi; merito cautio pro ipſa interpoſita, non committitur pro alia, ad quam poſtea agitur. Certum eſt enim, quod petita una re, non videtur peti, nec dicitur poſſe peti alia, etſi in generali petitione unius, poſſet dici includi alia, ut ſi peto rem, videor petere fructus, ut no. ff. de judi. l. ſolemus. Nec placet, immo improbabilis eſt illa lectura, quæ ponitur in l. non a judice. Abſurdum enim eſſet dicere, quod mutata ſolum actione, videatur mutari judicium, ut ibi dicitur. Originalis quidem cauſa, & ſubſtantialis potius conſideranda eſt, quam titulus actionis. ff. de fidejuſſ. l. ſi tutor. §. 1. C. ad Maced. l. ſi filius. Nam mutatio actionis non mutat judicium, nec cauſam, nec petitionem, ſi non eadem res petatur. Nec plus per ſecundam, quam per primam. ff. de jurejur. l. duob. §. exceptio. ff. loc. l. ſi vulneraveris. ff. de act. & obli. l. qui ſervum, & ex hoc habes clarum intellectum. ff. jud. ſol. l. cum quærebatur, in fi. & ibi no. Barthol. de Capua.

De prohibita officialium noſtrorum occaſione. Rubrica.

I*Tem dira, & dura*. Ex hoc bene ſtatuitur, ut ſemper detur copia defenſionum: quia defenſio eſt de jure naturali, ut ff. de juſt. & ju. l. 3. ad l. Aquil. ſcien-

Nova conſtitutio.

Nullus officialis in Regno debet aliquem admittere ad accuſandum, vel denunciandum aliquem de aliquo delicto, niſi prius ſe obligaverit apud acta, ſcilicet de probando crimen objectum, ſubaudi ad certam pœnam pecuniariam, quia hodie pœna talionis de conſuetudine eſt ſublata. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

PRæſenti (*a*) lege ſancimus, ut nec Magiſter Juſtitiarius Curiæ noſtræ, nec alii Juſtitiarii regionum accuſatores, (*b*) aut criminum delatores, aliter ad judiciorum ſuorum ingreſſum admittant, niſi prius vinculum (*c*) inſcriptionis * accipiant, prout veteribus legibus eſt inductum, ut deſiſtentiæ pœnam, atque (*d*) calumniæ, in calumniantes (*e*) & deſiſtentes conſtanter obſervent.

Ut

Nova conſtitutio.

(a) PRæſenti lege ſancimus. *Accuſatores*. Ut C. qui accuſ. non poſ. l. 3. & de accu. l. pen.

(b) *Aut criminum delatores*. Ut ff. ad Turpil. l. accuſa. §. nunciatores, & melius de jure fiſci, ſenatus, in principio.

(c) *Inſcriptionis*. Ad quod ſola libelli oblatio ſufficit, ut no. C. de fide inſtru. l. 2. & continent jus commune. C. de accu. l. fi. & ſic ubi apparet certus accuſator, non proceditur ad inquiſitionem, ſed per libellum debet accuſari, quia nemo ſine accuſatore punitur. Nec obſtat in Auth. de col. §. eos, qui loquitur in eo caſu, in quo loquitur l. congruit, ſcilicet cum delicta committentur: & ignorantur delinquentes: Vel etiam cum ſciuntur delinquentes, ſed non eſt qui accuſet. Et hoc videtur ſumi ſupra l. prox. in verſ. de ſpecialibus, ut ibi notat Andr.

* Additiones. *Hodie per ritum Curiæ talis inſcriptio non fit, ſed ſolum tenetur certa pœna, no. per Specul. in tit. de accuſ. §. 1. verſ. item quod non recte libellum in fine.* De Bottis.

Temere accuſantes condemnantur hodie in expenſis, Grammat. deciſ. 39. & quod in fiſco, vide eundem Grammat. deciſ. 60. & an accuſator teneatur præſtare cautionem de proſequendo litem, vide Cap. ſing. 142. & an carcerari, vide eundem ſing. 144. Fab. Jordanus.

(d) *Calumnia*. Intelligas de evidenti calumnia, ut in deſiſtente ab accu. l. pœnam.

(e) *Et deſiſtentes*. Redde ſingula ſingulis, ſcilicet, ut in deſiſtentes pœna deſiſtentiæ; in calumniantes pœna calumniæ, & facit ad hanc conſtitutionem, infra de pœ. cal. l. 1. in princ.

Ut

ANDREAS DE ISERNIA.

ſcientiam. §. qui cum aliter, & in irrationabilibus. ut ff. ſi quad. pau. fe. di. l. 1. §. cum arietes, naturalia † enim Princeps tollere non poteſt. Inſti. de ju. nat. §. fi.

† Additio. *Vide Thom. Gram. voto 30. nu. 9. ubi an Princeps poſſit diſpenſare, quod teſtis examinatus parte non citata faciat indicium. Et ubi quod ſi judex habeat liberum arbitrium.* De Bottis.

Idem etiam de jure divino, probatur Act. 25. quod ſimiliter Princeps tollere non poteſt, ut in communi diſtin. C. ſi contra jus, vel uti. pub. l. fi. & ita eſt defenſio in judicio, ſicut in prælio, quia in judicio pugnatur & certamen eſt. C. de advoc. diver. judi. l. advocati, & de hoc plenius diximus in tit. quæ ſint regalia, ſuper verbo, committentium crimen læſæ majeſtatis.

Nova conſtitutio. Rubrica.

PRæſenti. Dicit hic gloſſa magni viri & famoſi Doct. D. Andreæ de Barulo, quod quando delicta committuntur & ignorantur delinquentes, nec eſt qui deferat, & accuſet, quod poteſt procedi per inquiſitionem etiam contra ſpecialem perſonam, & ſic intellexit id, quod dixit ſupra l. proxi. §. de ſpecialibus, quia maleficia non debent eſſe impunita. Et quantum ad homicidia clandeſtina, quorum auctores ignorantur, verum videtur, per conſtitutionem, ſi damna clandeſtina. Certe & ſi ſuper damnis rebus illatis, hoc idem eſt, ut d. l. ſi damna. multo fortius, quando perſonæ offenduntur aliter, quam per occiſionem, quia animata corpora præferuntur rebus. C. de ſacroſanc. eccl. l. ſancimus, & ſic erit inquiſitio generalis quantum ad perſonam, nec quæretur tunc ſi Titius, aut Cajus maleficium commiſit, quia eſſet ſubjectio non inquiſitio. ff. de quæſtio. l. 1. §. qui quæſtionem. Sed erit ſpecialis quantum ad crimen, & perquiretur quis fecit tale ſacrilegium, vel adulterium. Nec obſtat ſupra eo. l. Juſtitiarii non per Calendas, quia poteſt eſſe, quod enumerentur crimina gratia exempli. q. d. idem in aliis ubi accuſator, vel delator non apparet, ſicut cum dicitur, domum, intelligitur idem in fundo. C. de rei vend. l. domum, cum concor. Sed quid eſt, quod dicit ignorari patratores maleficii in accuſatione, cum non præſumatur maleficus accuſatus? C. de accuſ. l. fi. in princ. Dic quod, quando nominatur & exprimitur nomen maleficii, accuſabitur per libellum. Quando vero ignoratur, per inquiſitionem, alias maleficium eſſet impunitum, & in utroque, ſive accuſetur, ſive inquiratur, non erit quis maleficus, ut puniatur, niſi probetur. Et ſic videtur illud eſſe occultum maleficium, & ejus ignorari auctores, quando nullus inde arguitur. Et ad univerſitatem terrarum ſe defendere debet, ut in l. ſi damna. & ſi eſſet fama, quod Titius commiſiſſet, ex quo non accuſatur, idem erit, quia non debet habere plus immunitatis, ut non inquiratur in eo, quod eſt famoſum, argu. ff. de nuza. l. non ſolum, quod vi aut clam. l. Servius, nec erit turpis ſonus, in §. de ſpecialibus, immo congruus, ut maleficia non remaneant impunita, ad quod omnia jura tendunt.

Additio. *Adde gloſſam in verbo, canonicas, in c. 2. de poſtul. prælat.*

Secundum hanc autem eſſet deſtruere dictam regulam, Nemo ſine accuſatore punitur: & ideo alii aliter dicunt, ut in conſtitutione juſt. non per Ca. in enumeratis criminibus tantum, ſed quia non expreſſit, locus ſit conjecturæ, ut voluerit idem eſſe in omnibus aliis maleficiis, ex quo aliqua crimina expreſſit, ſed quia non expreſſit, præſomit tus quod voluit. C. de cad. tol. §. pe. pro quo eſt. ff. de verb. obl. l. ſi minor, & ad ea, quæ non exprimuntur, etiam utiliter lex non trahitur. ff. ſol. matr. l. ſi vero, §. de viro, nec remanebunt hujuſmodi maleficia impunita, quia in generali inquiſitione, quæ fit quolibet anno, ſemel poterit probari, id quod probabitur in hac ſpeciali, nec videtur intereſſe ſi non probetur ſtatim, cum poſſit probari poſtea in inquiſitione generali. arg. ff. de fun. l. qui tabulas, in hoc tamen videtur poſſe intereſſe, ſi in loco maleficii perpetrati fuerunt tunc exteri, qui ſunt receſſuri, vel ſenes aut valetudinarii, per quos veriſimile erat, poſſe maleficia probari & ſuſpicio erat apud judicem de morte, vel abſentia ipſorum, qui poſſent, ut credebatur, id teſtificari. ff. de fur. l. quidam tabularum, ad l. Aqui. l. in lege, tunc videntur recipiendi per judicem tales teſtes. Ad quod poſſet reſponderi, quod illa raro poſſent evenire, ideo non multum curandum, arg. ff. de uſuca. l. juſto. in prin. & de leg. nam ad ea. ſed ſi eveniret, tolerabilius videtur non rumpere dictam regulam, maxime cum poſ-

ſit

Ut Juſtitiarii, & univerſi officiales, ſeu ipſorum familia nihil a litigantibus recipiant.

TITULUS LV.

Omnes judices, & officiales regis debent habere manus mundas, nec eſculentum, & poculentum a litigantibus, vel ſupplicantibus recipere, ſub pœna privationis officii, infamiæ, & pœna furti manifeſti. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

APud Juſtitiarios (*a*) * regionum, & omnes alios inferiores magiſtratus, & judices difficultas, & ordo Cancellariæ, quem ſpecialiter in Magna Curia noſtra ſervare mandavimus, nullatenus obſervetur, niſi quoad hoc, ** ut nec ipſi, nec officiales, aut familiares eorum aliquid ab impetrantibus, ſeu litigantibus omnino recipiant, nec (1) eſculentum, nec poculentum, etiam infra triduum conſumendum. Quod ſi contra præſentem conſtitutionem noſtram, aliquid recepiſſe fuerint dilucida probatione convicti: ſiquidem pecuniam, equos, aut quælibet animalia, arma vel hujuſmodi precioſa, a litigantibus, aut non litigantibus, vel impetrantibus præter eſculentum & poculentum, quod infra duos dies conſumendum proximos, ſemel tantum dum in locum permanſerint, recepiſſe ſufficiat. Et ſi a litigantibus, aut impetrantibus eſculenta & poculenta, ſeu jojectas, aut donationem recepiſſe, vel promiſſiones de eis admiſiſſe probentur, ſpoliati honoris cingulo cum infamia eorum, quæ in donatione, vel promiſſione receperint, tanquam manifeſti fures, quadruplum Curiæ noſtræ componant.

Ut Juſtitiarii habeant certos advocatos.

TITULUS LVI.

Juſtitiarii provinciarum debent eſſe contenti, ut certus numerus advocatorum poſſit advocare in curia ſua, ſed ſi alii advocati receperint officium poſtulandi publice in juriſdictione ſua, illos etiam permittat advocare. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

JUſtitiarios regionum certis, & deſignatis advocatis in curia ſua volumus eſſe contentos: ſed omnibus, quod in juriſdictione ſua advocationis officium a curia noſtra receperint, coram ſe poſtulare permittatur.

Nova conſtitutio.

Regula eſt, quod Juſtitiarius provinciæ cognoſcit de feudis non quaternatis, & rebus non quaternatis, quas tenet regia curia, convenitur coram eo. Et iſta eſt regula; ab iſta regula excipitur iſte caſus, ſi rex mandavit aliquem de bonis feudalibus deſtitui, & ille deſtitutus velit agere coram Juſtitiario contra fiſcum, in hoc caſu Juſtitiarius nullam habet juriſdictionem, niſi rex

---

Ut Juſtitiarii, & univerſi officiales, ſeu ipſorum, &c.

(a) A*Pud Juſtitiarios.* Quadruplum. Nota Juſtitiarium puniri in quadruplum ejus, quod accepit in officio, occaſione officii ſui ultra eſculentum & poculentum, concor. ff. ad leg. Jul. l. lege in fin. & C. de aſſeſ. l. 3., & nihilominus poteſt puniri criminaliter pœna deportationis, & ultra, ut ibidem, & ad hoc accedit infra de numero & tempore officialium, l. volumus, ubi poteſt puniri arbitrio judicis, alias principis: & ſic concor. cum ll. prealleg. & hæc quæ hic dicuntur ſunt verba, quando ſponte accipit. Si autem extorſit, tunc etiam tenentur in quadruplum damnum paſſo, ut infra de injur. Curiali. illa. l. 2. ad finem. Andreas.

* Additio. *Concordat c. Regis Caroli I. cap. 65. incip. hoc edictali. cap. 66. Item quod Juſtitiarii &c. Regis Caroli II. incip. item nullus, cap. 75. & c. nullus Juſtitiarius, & c. ad hoc volentes, & in conſtitutione cum circa.* De Bottis.

** Additio. *Ne contrarietur hic textus, potes dicere quod hæc erant verba & ordo Cancellariæ, quem reprobat Imperator hic, & dum infr. in ver. a litigantibus videtur dicere contra. Dicas quod ibi loquitur de eſculentis & poculentis durantibus ultra duos dies. Tamen cogita, ſi melius dici poteſt, licet per cap. ſup. no. ſit expeditum.* De Bottis.

(1) Additio. Nec eſculentum & poculentum. *Adde c. cum ab omni. de vita & hon. cler. & in c. ſtatum, de reſcrip. lib. 6. & ibi Doct.* Superant.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

ſit non mori & non abeſſe, ſicut mori & abeſſe. Sic de duobus malis eligetur minus malum, ff. de reg. jur. l. quoties nihil ſine captione, & ut tolerabilius ſit tantiſper expectare, quam novum modum probandi adinvenire, arg. ff. de inju. l. prætor. §. ſi poſt. nam daretur occaſio malignandi officialibus malis, qui multi ſunt & fraodulenti, C. li. 10. de jure fiſ. facultas, in fine, & quorum eſt pertinax & avara protervitas. C. de epiſc. & cler. l. omnes, §. præterea, ſemper enim diceret ſe velle inquirere per ſenes, & valetudinarios, & exteros receſſaros. Tollenda eſt autem eis hæc occaſio. Inſtit. vi bonorum raptorum, §. ſed nedum talia.

Ut Juſtitiarii, nec eorum familia aliquid a litigantibus recipiant. Rubrica.

A*Pud Juſtitiarios.* Repetit quod dixit ſupra de offi. Mag. Juſti. l. Capitaneorum, §. prædictis, quod Juſtitiarii nihil recipiant, nec familiares eorum, præter eſculentum & poculentum, ſi contra faciant, cum infamia repelluntur ab officio, & in duplum condemnantur, quando fuit ſponte oblatum. Sed ſi per vim extorſiſſant, in quadruplum condemnarentur læſo, ut infra de injur. offic. illa. l. 2. tanquam fures manifeſti. Item nota, quod æquiparantur datio & promiſſio, ſic C. de teſtibus l. ſi quis, teſtibus, in fine.

A*Pud Juſtitiarios.* Pro intellectu hujus conſtitutionis, vide c. hac edictali l. & c. quod nullus Juſtitiarius, & c. ad hoc volentes, & in conſtitutione cum circa. Jo. Grillus.

In textu, quadruplum. Vide c. ad hæc, ſi enim extortum eſt illud quadruplum, applicatur parti læſæ, ut in conſtitutione, obſervent diligenter, circa finem ſuper verbo, quadruplum. Jo. Grillus.

Ut Juſtitiarius habeat advocatos. Rubrica.

J*Uſtitiarios regionum.* Plana eſt, quod omnes qui officium habent advocationis a Curia, poſſunt poſtulare

rex ſpecialiter ſibi commiſerit hanc cauſam, & durat uſque ibi, inſtituto. Hic eſt ſecunda pars, in qua ponitur quædam declaratio ad dictam regulam, ut quando agitur contra fiſcum ſuper ipſis bonis feudalibus, non quaternatis coram Juſtitiariis, ipſe debet conſtituere procuratorem fiſcalem in illa cauſa, & præſentibus advocato fiſcali, ac procuratore rerum curiæ, in illa provincia debet conficere proceſſum uſque ad calculum definitivæ ſententiæ excluſive, deinde cauſam illam inſtructam, ideſt fabricato proceſſu, uſque ad concluſionem incluſive, quia tunc dicitur cauſa inſtructa, dato peremptorio termino alteri parti, quod ſe in curia regia præſentet. hoc dicit. Matthæus.

† Aliat. Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

PRæſides * provinciarum de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus, quæ a Curia noſtra tenent, niſi deſtitutiones nobis ſpecialiter mandantibus factæ ſint, ſuo jure cognoſcant inſtituto procuratore pro parte Curiæ noſtræ præſentibus fiſci patrono, ac procuratore rerum curiæ noſtræ, qui in provincia commorantur, & ipſas uſque ad calculum ſententiæ definitivæ perducant; deinde cauſas inſtructas dato parti petitoris peremptorio termino ad noſtram curiam tranſmiſſuri.

Juſtitiarius provinciæ debet permittere, quod Bajuli locorum poſſint ſine eorum impedimento exercere juſtitiam in cauſis civilibus, quia ſeparata eſt una juriſdictio ab alia. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Aliat. Idem.

JUſtitiarii de cetero non compellant ſibi continue Bajulos locorum aſſiſtere, cum diſcreta ſint eorum officia, nec unius exercitium debeat per alium impediri.

De

* ADDITIO. *Nota qualiter procedatur in quæſtionibus rerum, quas Curia tenet. Similiter eſt in Magiſtris Camerariis ut inf. de quæſt. inter fiſc. l. quoties, & nota, quod non poteſt procedi conſcientia regia inconſulta, ut ſupra in conſtitutione hac lege.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

lare coram Juſtitiario, ſi ſunt de juriſdictione ſua, nec debet eos repellere, niſi eſſet cauſe, ff. de pœ. l. moris, & C. de poſtu. l. 1. & l. ſi quiſquis, debent quidem examinari in Curia Principis, quando conceditur eis officium, & habere litteras conceſſionis officii, alias puniuntur in una libra auri, infra de offi. advoca. l. 1. & 2.

Nova conſtitutio.

PRæſides provinciarum. Cognoſcit Juſtitiarius de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus feudorum non quaternatorum, quæ tenet Curia, ſicut ſi teneret privatos, ſupra eo. l. 1. in fine, excipitur quando deſtitutio facta eſſet de mandato Principis, tunc Princeps ſpecialiter mandabit ſibi cognoſci, ſic ſupra titu. 1. l. Magiſter Juſtitiarius injurias, ut ibi dictum eſt. Et quando cognoſcet Juſtitiarius de prædictis feudis, & rebus feudalibus, quæ Curie tenet, ipſe faciet procuratorem pro parte Curiæ, & erit præſens advocatus fiſci, & magiſter Procurator illius provinciæ: & cauſam deducet uſque ad ſententiam, quam non dabit Juſtitiarius, ſed mittet totam cauſam inſtructam ad Regiam Curiam, ut ipſe Princeps provideat quomodo, & per quem definiatur, ſic ſupra tit. 1. l. cauſas. Nota quod Juſtitiarius facit procuratorem Curiæ in cauſa ipſius, quæ movetur contra Curiam coram eo. ſic infra de teſti. mino. l. beneficium, de jure Romano ex juſſione Pincipis cauſa movetur. C. de qua. præſcr. l. fin. Nunquid ſi alius tenet hujuſmodi feuda, & res, quæ dicuntur ad Regiam Curiam pertinere, poſſit Juſtitiarius procuratorem facere, qui agat exinde coram eo? Videtur quod ſic: quia ſi poteſt quando contra fiſcum moveatur cauſa, eadem ratione, vel majori, quando pro fiſco, nam ſi providet in unum caſum, providet in ſimili, ff. de condict. ob cauſam, l. ſi extraneus, & de poſtu. het. inſtit. l. fi. & ſupra eo. l. 1. in fine. Simpliciter enim ibi dicit Juſtitiarium cognoſcere de talibus, & non diſtinguit in agendo, vel conveniendo. Conſultius tamen faceret, ſi procuratori, vel fiſci patrono in magna Curia exiſtentibus ſignificet, & informet eos de jure curiæ, quod curia habet in hujuſmodi rebus, & ipſe Juſtitiarius non intromittat ſe, nam regulariter cauſæ fiſcales habent certum judicem, ſive in agendo, ſive in conveniendo, ut C. ubi cau. fiſc. l. ad fiſcum, in gloſſa. Sed hæc conſtitutio in hujuſmodi prædictis rebus fecit judicem Juſtitiarium, quando contra fiſcum agitur, in aliis, videlicet, quando fiſcus agit, remanet jus commune, pro quo eſt, ff. de judi. l. cum prætor. in prin. arg. quod ſi clericus agat contra epiſcopum, cognoſcit archiepiſcopus. Non idem econtra ſi epiſcopus contra clericum agat, 10. Jo. 9. q. 3. conqueſtus, in gloſſa. Sed tunc quando fiſcus petit, cognoſcit & inquirit magiſter Procurator infra de offi. mag. procu. l. 1. diſtincta enim ſunt officia advo. Item in caſu hujuſmodi conſtitutionis nunquid Juſtitiarius poſſit abſolvere curiam, quando non eſſet probatum per actorem, & non remittere cauſam inſtructam ad magnam curiam? Videtur quod non, quia ſpecialiter dicit eum cognoſcere uſque ad ſententiam. Unde ſententiando ademit ſibi poteſtatem: & ſic cum non poſſit condemnare, non poterit abſolvere, ff. de re. jur. l. nemo. illa intelligitur quando in genere nullam habet juriſdictionem. Secus ſi juriſdictionem habeat, puta in cognoſcendo, ſed non in condemnando: quia tunc poteſt abſolvere. C. ubi ſeo. vel clar. l. quoties, §. adeo. Idcirco ſatis videtur, quod ſic: arg. C. de proc. l. non eo minus, & quod not. glo. ff. de jure fiſci, l. 3. §. divus. Eſt enim inductum in favorem fiſci, ut cauſam inſtructam tranſmittat ad curiam, ad hoc ut ſapientes, qui ſunt in curia coram Principe, attente proſpiciant, ne curia offendat injuſte in ſententia proferenda, hoc ergo in læſionem curiæ retorqueri non debet, ut C. de leg. l. quod favore.

JUſtitiarii de cetero. Plana eſt, quia officium Juſtitiarii non debet impedire officium Bajulorum, ut in Authent. de defenſor. civi. §. non permittit, imo debet eis favere, ut infra l. 3. ſubſequenti.

De

De tranſactionibus.

TITULUS LVII.

Poteſt hic poni regula affirmativa, & regula negativa: affirmativa regula eſt, licitum in paſſo levem injuriam illam remittere injurianti gratuito, pacto vel per tranſactionem, antequam injurians citatus ſit vocatus in banca, vel antequam veniat dies comparitionis, in qua comparere debeat, pro hoc facit conſtitutio, ſponte volentibus. Regula negativa hæc eſt, quod non licet paſſo atrocem vel enormem injuriam illam remittere, nec gratis, nec per tranſactionem, & dicitur atrox injuria illa, quam jus commune appellat atrocem. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem.*

POſtquam (*a*) * citatæ partes coram Juſtitiario comparerant, liceat ipſis legitimas conventiones, & tranſactiones inire, præterquam in enormibus (1) injuriis, ex quibus illas rantum reputari cenſemus enormes, quæ per jura communia deſignantur (*b*) atroces.

Ne filius pro patre, vel contra, vel frater pro fratre conveniatur.

TITULUS LVIII.

Unus pro alio non punitur, fallit in crimine læſæ majeſtatis, ubi pater pro filio, & filius pro patre in aliquo punitur. hoc dicit. Primo ſi præſtatur alimonia per agnatos præſentes agnatis forjudicatis præſentibus de bonis ipſorum delinquentium, bona dimiſſa dictorum delinquentium publicantur. hoc dicit. Secundo non poteſt pater compelli ad ſolvendum pœnam pecuniariam, ad quam tenebatur ejus filius, & illam eluſit propter paupertatem, ut liberet eum a pœna corporali, ſed volens poteſt eum liberare a pœna prædicta corporali, ſolvendo pœnam pecuniariam pro eo. hoc dicit uſque in finem. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem.*

PAtres (*c*) pro filiis, & econtra, præterquam in crimine læſæ majeſtatis: fratres * pro fratribus, aut pro conjugibus conjuges in dotibus, aut in dotalitiis ſuis, diſpendium minime patiantur, niſi forte patribus, filiis, fratribus, aut viris exulibus, vel forſitan fugitivis, aut forjudicatis præſentes alimoniam ſubminiſtrent publice, vel occulte: quo quidem caſu, bona per excellentiam noſtram dimiſſa præſentibus publicentur, patribus tamen, humanitate nobis ſuadente, permittimus, ut cum ipſorum filii pauperes pecuniarias pœnas eludunt, & ſunt corporaliter puniendi, ſicut omnes, qui propter paupertatem pœna pecuniaria puniri non poſſunt, pœnam pecuniariam exolvendo, filium liberare, non tamen ipſos ad hoc coarctamus invitos.

Primum dictum: Juſtitiarii, ad quos ſpectat ſolicitudo, & cura exigendi pecuniam fiſcalem, in qua exigenda non debet eſſe mora propter ſtipendia, quæ præſtantur de continuo militibus. Secundum dictum eſt ibi, & ut Magiſtris Camerariis quod juſtitiam provinciæ, quando fuerint requiſiti a Magiſtris Camerariis, vel Bajulis, & aliis officialibus, ut eis præſtent conſilium, & auxi-

---

De tranſactionibus.

(a) P*Oſtquam*. Alias priuſquam.

* Additio. *Vide c. ad audientiam, infra car. 298. intellige etiam gratuito, ut infra ut lite non conteſt. l. 1. gloſſa ſua. Et intellige hanc conſtitutionem de not. in conſtitutione contingit interdum, in gloſſa penultima, & in conſtitutione poſt citationem emiſſam. Et intellige in criminalibus, quæ non ingerunt pœnam ſanguinis, ut in d. conſtitutione poſt citationem, §. fi. etiam poſtquam ventum eſt coram judice, no. glo. in d. conſtitutione, contingit interdum.* De Bottis.

(1) Additio. Enormibus. *Adde quæ dicatur enormis injuria, vel atrox. Inſti. de inju. in §. atrox. in cap. cum illorum, de ſent. excom. gl. in c. fi. de ao. & in c. tanta, de exceſ. præla.* Superant.

(b) *Atroces*. Quæ habentur, ff. de inju. l. prætor. §. fi. & Inſtit. eod. tit. §. atrox.

Ne filius pro patre, vel contra. &c.

(c) P*Atres pro filiis*. Subminiſtrent, quod quidem eſt prohibitum, ne fuga inſtruatur, ut ff. de requi. re. l. fi. in fine, licet videatur contra de patre, in Auth. de inceſt. & inuti. nup. §. ſi vero contigerit. Andr.

* Additio. *Vide c. Regni, Item ſtatuimus, quod ſi forte, & ibi Scrib. fol.* 127. De Bottis.

Ut

ANDREAS DE ISERNIA.

De tranſactionibus. Rubrica.

P*Oſtquam citatæ partes*. Loquitur in criminali, & in civili. Multo fortius ubi juriſdictionem habet Juſtitiarius: ad quod eſt infra, qualiter liceat a lite diſc. l. 1. & C. ut nemo invit. l. 1. & 2.

P*Oſtquam*. Hanc conſtitutionem intellige, ut notatur in conſtitutione regni, contingit interdum, in gloſſa penultima & in conſtitutione, poſt citationem emiſſam. Item hanc conſtitutionem intellige in criminalibus, quæ non ingerunt pœnam ſanguinis, ut in dicta conſtitutione, poſt citationem emiſſam, §. fi. & in iſtis eſt licitum paciſci, etiam poſtquam ventum eſt coram judice, ut not. glo. in dicta conſtitutione contingit interdum. Marinus.

In texto, atroces. In quibus non eſt licitum tranſigere, etiam gratuito, ut no. infra, ut li. non conteſt. l. 1, in gloſſa ſua. Marinus.

Ne filius pro patre, vel e converſo, vel frater pro fratre conveniatur. Rubrica.

P*Atres pro filiis*. Alias, matres.

In crimine læſæ majeſtatis. Hoc referas ad filium, qui punitur ex proditione patris. C. ad leg. Jul. majeſt. quiſquis.

Additio. *Adde caſus, in quibus filius punitur pro patre. vide per gloſſam in l. divi fratres, de ju. pa. in l. emancipatum in §. fi. & ibi Bart. ff. de ſena. glo. & Dect. in l. adeptivum, ff. de in jus vocan. Bal. in l. filiusfa. in ult. col. ff. qui ſunt ſui, vel alieni juris Arch. in §. ſi ergo, in ult. col. 17. q. 1. Dyn. in regula, non de-*

auxilium circa ea, quæ pertinent ad ſuam juriſdictionem, illud debet impleri. Tertium dictum eſt, quod nemo tenetur ſuis ſumptibus laborare. Matthæus.

† *Alias. Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

JUſtitiarios regionum, prout prædeceſſorum noſtrorum Regum Siciliæ conſtitutionibus eſt inductum, ſolicitos eſſe volumus & devotos, Ut Magiſtris Camerariis, Bajulis, & aliis officialibus, cum per eos extiterint requiſiti, conſilium & auxilium, prout ad juriſdictionem ſuam pertinet, debeant impartiri. Ceterum, ad hoc, ut Juſtitiarii ipſi cum perſonis ſibi per noſtram Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris ſuis laborare diſpendiis, non cogantur per ſpeciales & ſacros noſtræ conſuetudinis apices, prout ſtatus cujuslibet pro tempore fuerit, ſtatuimus eiſdem in expenſis annalibus, & ſufficientibus providere.

Ut Juſtitiarius alium loco ſui ordinare non poſſit.

TITULUS LIX.

Tria continet hæc conſtitutio. Primo, quod neque Magiſter Juſtitiarius, neque aliquis Juſtitiarius provinciæ poteſt in locum ſuum ſubſtituere aliquem vel facere eum Vicarium in juſtitia miniſtranda, & annullat omnem abuſum in contrarium. Secundo dicit, quod ratio hujus dicti eſt, quia ſi cauſa una criminalis alteri ſit commiſſa, iſte delegatus non poteſt ipſam alteri ſubdelegare, multo minus poteſt Magiſter Juſtitiarius, vel alii Juſtitiarii univerſitatem cauſarum criminalium alteri committere, vel non facere eum vicarium, vel locumtenentem loco ſui. Tertio dicit, quod ſi dicti officiales fecerint locumtenentem loco ſui in dictis officiis, tam ipſe qui commiſit, quam ipſe locumtenens puniuntur pœna mortis. hoc dicit. Matthæus.

REX GULIELMUS.

OFficia (*a*), quæ perſonis * perſonaliter conferuntur, perſonas tranſgredi, quibus ſunt col-

Ut Juſtitiarius alium, &c.

(a) O*Fficia quæ perſonis. Quiſquis autem.* Alia pœna hodie ſtatuta eſt, ut infra de proh. off. noſtro. occa. l. duram.

* ADDITIO. *Hæc conſtitutio quoad pœnam eſt correcta, vide Maran. in tract. jud. 4. parte, diſtin. 2. col. 4.* Fab. Jordanus.

* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

debet, de reg. ju. lib. 6. & per Abb. in 3. par. ſtatutorum. q. 12.

Sed pater pro filio proditore, non arg. C. de bo. proſcrip. l. ſi filius. Uxor pro marito, vel econtra ſimiliter non. C. ne uxor pro marito. l. ob culpam, niſi in cauſa primipilaria, ut ibi no. non tamen poſſunt alere facinoroſos de bonis ſibi dimiſſis ex forma infra de bo. forju. l. pœna. & l. ſeq. ob filiorum, & de illa fit hic mentio, & ibi in gloſſa iſta. Sed nunquid de alieno victum marito præſtet, vel de aliis bonis, quam prædictis, in forjudicato non ex cauſa male. non invenitur puniri, quia de certis bonis, hic dicit, in aliis ergo videtur permittere, arg. ff. de jud. l. prætor. ſi voluiſſet, idem in aliis expreſſiſſet. C. de cadu. tollen. §. pen. adda quæ dicta ſunt in d. l. pen. In proditore videtur aliud, quia debet renunciare pater filium, & filius patrem, ut in Auth. ut lice. ma. & au. §. ſi vero contra imperium. Item in aliis criminibus non cogerentur hujuſmodi perſonæ alere, † ſi nollent, quia male meritis, &c. ff. depoſi. l. bona fides, in principio nam illos debemus alere, qui ſunt grati, & qui non meruerunt exheredari. ff. de lib. agnoſ. l. ſi quis a liberis. §. ſed & ſi quis, in fi. & C. de alen. libe. l. fi.

† ADDITIONES. *Adde Pet. Duennas in reg. 68. 7. limit.* De Bottis.

De filio, quod poſſit conveniri pro debito patris, quando ipſe fuit alimentatus ex illa pecunia. vide Jaſ. in l. ſi cum ſervum. ff. ſi cer. pet. Econtra pater obligatur pro filio, ſi patitur illum adminiſtrare ſua bona & conſentit, vide Affl. deciſ. 308. Quid in ſola ſcientia patris. Fulg. conſi. 50. Barb. conſi. 5. vol. 4. Ruyn. conſil. 123. vol. 5. Et quid in uxore, Alexan. conſ. 42. 1. vol. Fabius Jordanus.

Sed proditor filius exheredatur, ut in §. ſi vero, & in corpore, ut cum de app. cogn. in §. cauſas, imo poteſt occidi, ut ff. de relig. l. minime.

ADDITIO. *Adde in quibus caſibus pater poſſit exheredare filium in §. cauſas, in Auth. ut cum de appellatione cognoſcitur. Et glo. in cap. Quintavallis de jurejur. Et an in caſibus, in quibus pater poteſt exheredare filium, poſſit ei alimenta denegare? vide textum juncta glo. in verbo, deſiderat. in l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his. ff. de lib. agnoſc. glo. in l. fi. C. de alim. liberis. Bart. in l. divor. ff. de parricid. Et in tract. de alim. Ant. de But. & Abb. in c. cum haberet. de eo, qui duxit in matri. quam pollu. per adul. Et an pater exheredando juſte unum filium, augeatur legitima aliorum, propter ejus exheredationem? vide in auth. noviſſima. C. de inoffi. teſta. Et an pater poſſit exheredare filium, quando fuit contra ea, quæ ſunt ſtatuta ab eccleſia, & a quatuor conciliis principalibus? vide per Jacob. Alvar. conſ. 3. incip. utrum uſurarius manifeſtus, in ult. col. verbo, ſed cum filius. Quod conſilium eſt poſitum poſt lecturam D. Jacobi Alvar. ſuper feudis, & an exheredatus ſuccedat in feudo, vide per Jacob. de Ardizo. qui fuit magnus feudiſta, in ſumma, de ſucceſſione ſub rubricella, An filius emancipatus. Et per Jacob. Alvar. in c. 1. qui feu. da. poſ. in uſib. feud. Et in quibus caſibus pater exheredatur a filiis, & in quibus frater a fratre, vide per gloſſam in verbo portione. in fi. Inſti. de inoffi. teſtam.*

Multo minus non aletur, ut. ff. de adul. l. nec in ea. cum turpes perſonæ non aluntur, ut in Auth. qui. mo. na. ef. ſui. §. fi. Sed iſti facinoroſi turpes ſunt, & non lugentur. ff. de his qui no. infa. l. libe. §. non debent.

Pecuniarias pœnas. Ut ff. de pœn. l. 1. in fine.

J*Uſtitiarios regionum.* Unus officialis debet aliis favere, juvare, & obedire de altero requiſitus, ſicut in Auth. ut nulli judi. §. ſi vero quis, alter alterius auxilio indiget, ſicut juſtitia armis, & econtra arma juſtitia. C. de jud. co. con. in prin. Sic enim miſericordia indiget juſtitia, & econtra, 45. diſt. c. diſciplina. Item ſtatuit quod officiales ſui habeant gagia, ut non deprædent ſubjectos, ſed ſint contenti annonis, quæ a fiſco dantur, ut in Auth. juſju. quod præſt. ab his, circa medium.

Quod Juſtitiarius alium loco ſui ordinare non poſſit. Rubrica.

O*Fficia.* Corrigitur pœna hujus conſtitutionis ſupra eo. l. duram, & l. ea, quæ. quando committuntur criminales tantum, tunc eſt publicatio bonorum, ſed ſi per uſurpationem committerentur criminalia & civilia, tunc eſt pœna capitis, ſup. eod. l. cum ſatis.

O*Fficia.* Pro intellectu hujus conſtitutionis vide c. quia de vicariis. Et corrigitur iſta conſtitutio per conſtitutionem, duram & diram. Jo. Gril.

Hodie officiales habent litteras aſſumendi, & utrum quis

collata, non poſſunt: Magiſtros Juſtitiarios, & Juſtitiarios, qui alios hactenus loco ſui Vicarios ſtatuebant, a licentia prædictæ præſumptionis illicitæ coercemus. Cum enim cauſa aliqua ſingularis, quæ criminalis ſit, ab aliquo aliis regulariter committi non poſſit, multo minus prædictarum cauſarum univerſitas poterit delegari. Quiſquis autem contra prædicta fecerit, * ordinator & ordinatus capitali ſententiis ſe noverint ſubjacere.

De juramentis non remittendis a Bajulis.

TITULUS LX.

Judex poteſt teſtibus examinandis remittere juramentum, ut deponant ſine juramento, ut in Longobarda de teſtibus l. de perjuriis, & in Longobarda de teſtibus l. 2. hoc expreſſe vetat hic Imperator ſub pœna. Et iſte intellectus habet conformitatem cum jure communi reſpectu diſpoti, non reſpectu pœnæ, ut in l. juriſjurandi. C. de teſtibus, ubi judex non debet examinare teſtes ſine juramento: nec juramentum teſtium poteſt remittere, ut ibi: & ita ſtatuit hæc conſtitutio, & addit pœnam. Et iſte intellectus multum mihi placet: & eſt intellectus paupertatis meæ. hoc dicit. Matthæus.

† Alias. Idem.

† REX GULIELMUS.

CRebra (*a*) noſtrorum fidelium excellentiæ noſtræ relatio pateſecit: Quod quidam Bajuli noſtri uſque adeo ſuæ bajulationis (*b*) extendunt officium quod ſacramentales, quos cauſarum qualitatibus per ſententiam judicum præſtari contigerit, Bajuli ipſi interdum de (*c*) gratiis, & ſæpius pecunia recepta remittunt, quod reputantes iniquum in poſterum prohibemus: Pœnam unius libræ auri in Bajulum, qui contra fecerit, ſtatuentes.

De diſcreta cognitione cauſarum. Alias de officio Magiſtri Camerarii.

TITULUS LXI.

Magiſtri Camerarii, qui recipiunt officium camerariatus a regia curia, habent ordinariam juriſdictionem in civilibus cauſis, præterquam de feudis: & ſunt judices competentes in terris Demanii Regis in cauſis civilibus inter Bajulos, & Gabellotos, & privatas perſonas, & a ſententiis Bajulorum ad eos appellatur: a ſententiis ipſorum Camerariorum non appellatur ad Juſtitiarium provinciæ, ſed ad Regem, vel ad magnam curiam vicariæ. hoc dicit. Matthæus.

† Alias. Idem.

† REX GULIELMUS.

OFficiorum (*d*) periculoſa confuſio privatorum jura, qui juſtitiam ſitiunt, plerumque confundit. Sane cum prædeceſſorum noſtrorum diſcreta proviſio ad hæc diligenter intendetit, ut publicarum perſonarum officia ſegregaret: Proviſionem ipſorum effectu debito proſequentes, Statuimus Magiſtros Camerarios, qui a Curia noſtra officium camerariatus in creden-

---

* Additio. *Vide Capic. decif.* 230. *nu.* 21. *& Moder. in cap. Regni, quia de Vicariis, fol.* 72. De Bottis.

De juramentis non remittendis a Bajulis. Rubrica.

(a) C*Rebra.* Præſens conſtitutio punit Bajulorum exceſſus in eo, quod ſacramentales remittunt, ut infra de pœ. Ba. in fine.

(b) *Extendunt.* Hoc verbum innuit, quod remittere ſacramentales, non pertinet ad officium Bajuli, ergo nec vocare: tunc enim poſſent remittere & illis ſine licentia diſcedere non liceret, ut C. li. 10. de Decu. l. ſi quis Decurio. Vel melius dico, quod Bajulus poteſt & debet compellere Sacramentales venire ad judicium, ut in jure Longo. qualiter quis ſe defen. de. ut l. Sacramenta, non tamen poteſt eos remittere, vel de eis gratiam facere in præjudicium alterius partis. ut hic dicitur, & arg. ad hoc. ff. de tranſact. cum hi. §. ſi prætor, & de reg. jur. nemo poteſt mutare.

(c) *Gratiis.* Sic & prætor † non poteſt gratiam facere cauſæ cognitionis, quæ exigitur in tranſactione alimentorum, ut ff. de tranſac. cum hi. §. ſi prætor. nec etiam ſolemnitatis, quæ exigitur in decreto interponendo in alienatione rerum minorum, ut ff. de rebus eorum, qui ſub tu. l. magis, §. ſi heres.

† Additio. *Et ſic nota, quod ea, quæ ſunt neceſſaria ad actum, non poſſunt remitti per judicem, de quo in l. nemo poteſt, de leg.* 1. *& per Moder. in alleg. §. ſi prætor.* De Bottis.

De diſcreta cognitione, &c.

(d) O*Fficiorum.* Camerarius, qui dici poteſt procurator Cæſaris, cognoſcit de omnibus his, de quibus Bajulus. In defectu enim Bajulorum. Item cognoſcit inter Gabellotos. Item a Bajulis appellatur ad eos,

---

ANDREAS DE ISERNIA.

quis poſſit ſervire per ſubſtitutum, vide gloſſam in l. nullus, quæ eſt ſuper verbo, decoratus. C. de decu. lib. 10. Marinus.

In textu, capitali. In hoc corrigitur hæc conſtitutio per conſtitutionem, diram & duram, & per conſtitutionem, ut quæ. ſicut ſupra, quia non imponitur pœna capitis, ſed bonorum confiſcatio. Marin.

De juramentis non remittendis Bajulis. Rubrica.

C*Rebra.* Alii habent hanc conſtitutionem ſupra in tit. de offi. Magi. Juſti. Sed melius eſt hic. hic punit Bajulos de ipſis ſacramentalibus jure Longobardo inductis. Utrum impulſentur ſi aliqua ſuſpicio præceſſit, vel ſemiplena probatio, aut non? & aliquis cœpit probare ordinarie, deinde impulit ſacramentaliter an poſſit? Et utrum tunc cum proteſtatione, vel ſine. Et qualiter jurent Sacramentales, diximus plene in tit. de contemp. inter dum. & vaſ. de inveſt. feu. c. 1. §. ſimiliter.

De diſcreta cognitione cauſarum. Alias de officio Magiſtri Camerarii. Rubrica.

O*Fficiorum.* Iſti hodie ſunt Secreti, & habent cognitionem cauſarum civilium in quatuor caſibus, ut in gloſſa dicitur. Et gloſſa dicit, quod duæ quæſtiones poſſunt determinari per litteram iſtius conſtitutionis, ibi dum dicit, in defectu ipſorum tantum, &c. Una eſt quod a ſententia Bajuli † & judicis terræ Baronis appellatur ad Baronem, hoc non videtur inde poſſe ſumi, quia ſi Juſtitiarius de principali cognoſcit in defectu Baronis, & non ante, non ſequitur, quod in appellatione Juſtitiarius non ſit judex: niſi poſtquam Baro defecerit facere juſtitiam de ſententia Bajuli ſui, quia hic caſus per conſtitutionem aliquam non

dentiam recipiunt, vel conducunt, de cauſis civilibus tantum, præterquam de feudalibus, (a) pro ſua juriſdictione (b) ad requiſitionem Bajulorum, (c) vel in defectu ipſorum tantum poſſe cognoſcere, & ipſas rationabiliter definire cauſas, quas inter Bajulos & Gabellotos ſuæ juriſdictioni ſubjectos oriri ſæpe contingit, ipſas audiri volumus, & ſententialiter terminari. Appellationes etiam, quas in cauſis civilibus in præſentia Bajulorum a ſententiis judicum ordine judiciario cognoſcentium, ad ipſorum audientiam, (prout aſſolet) ſi contigerit interponi, ipſos ſuſcipere volumus, & ſuſceptis eiſdem, ad confirmationem vel infirmationem ſententiarum earum, prout viderint de jure, procedant: a quibus ad nos, & non ad Juſtitiarium, ſicut olim, provocationes volumus interponi.

De

---

nos, & ſatis poteſt dici, quod cognoſcit inter privatum & fiſcum, ut C. ſi adver. fiſ. l. 1. & dic ut ibi.

Additio. *Adde an Camerarius Papæ, & Imperatoris dicantur habere dignitatem? vide per Arch. Joan. And. & Benedictum Capram in c. 1. de conſtitutione lib. 6.* Superantius.

(a) *Pro ſua juriſdictione*. Non enim ex requiſitione Bajuli aſſequitur juriſdictionem Magiſter Camerarius & Camerarius, ſed eam ex ſe habent; licet enim ſuam ceſſerit Bajulo, non tamen a ſe eam penitus abdicavit, ut de offi. præſi. legatus, ſicut dicitur de poteſtate translata in Principem a populo Romano, quod dic, ut in ſum. de legibus & conſtitutionibus. Attamen exercitium juriſdictionis non habet, niſi Bajulo requirente; ſic & alius habet actionem communem cum alio. Sed unus tamen habet exercitium actionis, quod dic, ut in ſum. de rei uxo. actio. §. item datur præterea actio, ſecundum Azo.

(b) *Ad requiſitionem Bajulorum*. Quatuor caſus ponuntur in l. illa, in quibus Magiſter Camerarius habet exercitium juriſdictionis. Primus ad requiſitionem Bajulorum. Secundus in defectu ipſorum. Tertius quando quæſtio eſt inter Bajulos. Quartus, quando quæſtiones devolvuntur ad eos per appellationem. Poteſt addi & quintus, ſcilicet, quando quæſtio eſt inter privatum & Bajulos, & ſumitur iſte quintus caſus ex ratione tertii caſus, qua enim ratione cognoſcet inter Bajulos, eadem ratione inter privatum & Bajulum. Bajulus enim cum ſit magiſtratus, & non de majoribus, & ita poſſet in jus vocari, ut ff. de in jus vocando, l. nec magiſtratus, & conveniri debet coram proximo ſuperiori: quod dic ut in ſumma, ut omnes tam civiles quam mili. ju. fere per totum, ſecundum Azo. coram Bajulo conveniri non poteſt, ut ff. de arb. l. nam. & ff. ad Trebell. l. ille a quo, §. tempeſtivam.

(c) *Vel in defectu ipſorum*. Nota ordinem: in defectu enim Bajuli pervenitur ad Camerarium, in defectu Camerarii ad Juſtitiarium, ut ſupra de offi. Juſt. l. 1. ibi, defectus, &c. & licet littera illa videatur alium ordinem ponere, aliter tamen intelligitur quam prima facie videatur ſonare. Similem ordinem habes in Auth. de man. Prin. col. 3. §. ſit tibi quoque, & in Auth. ut differ. ju. coll. 9. §. ſi quis vero, & §. hoc autem, & §. ſi tanquam. Si quæras poſt quantum tempus videbitur defectus in Bajulis, ut perveniatur ad Camerarium? dic, ut in prælleg. l. de offi. Juſti. Vel forte Camerarius definiet tempus ſicut recurritur ad officium judicis in his, quæ non ſunt definita per legem, ut ff. de ju. delib. l. 1. §. ult. Vel in defectu ipſorum tantum poſſe cognoſcere, in defectu Bajulorum cognoſcit de principali cauſa Secretus, ut hic in defectu dominorum non facientium ſemper Juſtitiam hominibus eorum: cognoſcit etiam de cauſa principali Juſtitiarii ut ſupra in conſtitutione Juſtitiarii nomen, & normam, quæ poſita eſt ſub titu. de offi. Juſti. Et ex hoc videtur, quod poſſint terminari duæ quæſtiones. Una, quod a ſententia Bajuli, & judicis terræ Baronis, appellatur ad Baronem: Alia, quod a ſententia Baronis appellatur ad Juſtitiarium, cum, ut dictum eſt ſupra, propter defectum Baronis non reddentis juſtitiam devolvatur cognitio ad Juſtitiarium, & non ad Secretum. Eſt & alia ratio, quare non appellatur ad Secretum a ſententia Baronis: quia Secretus in nullo caſu eſt judex militarium virorum, ſed Juſtitiarius ſic, ut ſupra in conſtitutione ut univerſis, & ideo ille, qui corrigit nobilem, in omnibus corrigit, & ſententiam ejus, dum tamen a ſententia Baronis, vel Bajuli, & judicum terræ ſuæ appelletur ad Magnam Curiam, poſtpoſito Barone, & Juſtitiario ſemper recipiatur ſublato ordine. l. 1. ff. de app. in prin. ut dixi. infra in conſtitutione, quæ incipit, cum nova. Marinus.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

non ponitur: imo videtur contra ordinationem novæ decretalis, de appellationibus. c. Romana. ubi ab officialibus epiſcopi, non ad epiſcopum appellatur, quia cenſetur idem auditorium.

† Additio. *Ad hanc materiam Didac. Covar. in cap. 4. pract. qq. num. 6. & ſeq. A ſententia Bajuli appellatur ad Baronem: ſed an Baro poſſit facere Bajulum, qui ſit de eadem met Terra, Bertrand. conſuluit quod non, in conſ. 1. 7. quæſtio. vol. 3.* De Bottis.

Item de jure communi omnes appellationes defenſorum locorum, quorum hodie dicimus Bajulos, deveniunt ad Præſidem, ut in Auth. de defen. civita. §. & judicare, in fi. §. Hodie hoc eſt immutatum per conſtitutionem in Terris Demanii, ubi appellatur ad Secretum, ut hac conſtitutione, ergo in Terris Baronum remanet, ex quo in eis non mutatur. C. de appellationibus, præcipimus, in fi. Et ſic videtur debere intelligi conſtitutio, cum nova, in fine infra de ſolemni. inſtru. ubi dicitur, quod appellationes veniunt ad Camerarium Secretum, hodie quando in terris Demanii, ad Juſtitiarium. Si in terris Baronum, ut referantur ſingula ſingulis ad Magiſtros Juſtitiarios, ad quos in utroque caſu poteſt appellari dimiſſis mediis, ut hic in fine gloſſa ſuper hoc verbo poſita, & ſic intelligendum eſt ſupra, titu. 1. l. Juſtitiarius per provincias, in fine, ubi dicitur, quod Juſtitiarius non intromittit ſe de appellationibus in terris Demanii, ut hic in fine dicitur, utuntur tamen Barones hac gloſſa. Sed dicimus, quod poſſit etiam tunc appellari ad præſidem, ſi non vult ad Baronem appellare, per dictum §. & judicare, & quia hoc non vetatur. Ceterum ſi iſtam materiam ad plenum ſcire, & intelligere volueris, vide dominos Cano. in c. 1. & per totum titulum, de appell. & ibi gloſſas late hoc diſcutientes. Bar. & omnes Doct. de appel. eo. tit. Poſſet etiam dici, quod hæc gloſſa ſic debeat intelligi, ut a Bajulo Baronis, & judice ſuo ipſe tantum, ſeu ad ipſum tantum appellatur, & a Barone ad Juſtitiarium, & non per ſaltum omiſſis mediis. ff. de app. l. Imperatores, illa ratione, quia Baro eſt dominus & judex ordinarius vaſſallorum, ut in Auth. de Quæſtore. §. ſi vero, extra de fo. comp. c. verum, ſicut a dato judice appellabitur ad eum, qui dedit. ff. quis & a quo ap. l. 1. in prin. & ſic non obſtat de officiali epiſcopi, quia ille officialis non eſt judex, imo ſicut aſſeſſor loco epiſcopi ejus. Secus enim ſi Epiſcopus ordinarius cauſam ſpecialiter delegaret, vel faceret judicem ad univerſitatem cauſarum, tunc neceſſario diceretur appellari ad delegantem, ut d. l. 1. quis & a quo app. Eadem ratione non obſtat, quod dicitur de defenſore, quia intelligitur de Terris Demanii: quia de Barone non eſt, quia eſt ibi ſuperior ordinarius Baro, qui dedit judicem, & Bajulum. Conſtitutiones ergo dicentes appellari ad juſtitiarium, intelliguntur in defectu Baronum:

nam

De eodem.

Ordinare & ponere aſſiſiam in rebus venalibus, ſubaudi, quæ renovantur de anno in annum, ſpectat ad officium Magiſtri Camerarii, qui dictam aſſiſiam imponere debet in locis ſuæ provinciæ, cum conſilio Bajulorum & aliorum virorum, prout ipſe elegerit. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem. † REX GULIELMUS.

MAgiſtros Camerarios regionum, aſſiſias * rerum venalium per ſingulas civitates, & loca volumus ordinare cum conſilio Bajulorum, aliorumque noſtrorum fidelium loci, quos ad hoc viderint opportunos.

De officio Secreti.

TITULUS LXII.

Iſta conſtitutio eſt localis in provincia Calabriæ, quæ dicitur, quod a porta Roſeti citra, quæ Terra eſt in provincia Calabriæ, Secretus dohanæ, & Magiſter Quæſtoris, qui idem eſt cum Secreto dohanæ, non exerceant in futurum officium prædictum, ſed illud exerceant Magiſtri Camerarii. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem. † REX GULIELMUS.

PRæſenti (*a*) lege decernimus, ut officium, quod per regias conſtitutiones, & noſtras dohanæ de Secretis, & Quæſtorum Magiſter hactenus exercebat, a porta Roſeti citra, Magiſtri Camerarii exerceant in futurum.

Nova † conſtitutio. † Alias, §.

Iſta conſtitutio dat nobis in primis ad intelligendum, quod ſeparatum officium Secreti dohanæ & Quæſtorum Magiſtri ab aliis officialibus, ſcilicet Magiſter cameræ, & iſti per ſe, & per ſubſtitutos poſſunt gerere officium, ſi eis data ſit poteſtas a Rege, quod poſſint ſervire per ſubſtitutum. Secundo loco declarat, in quibus conſiſtit officium dohanæ Secreti, & Magiſtri Quæſtoris, & dicit, quod conſiſtit in primis, ut inventos theſauros procuret incorporare fiſci commodis, ſecundo ut pecunia abſconſa, cujus domini non reperiuntur, dilucida probatione perveniat ad manus fiſci; tertio, ut ſi res naufragii ſine dominis reperiantur, nec ſint legitimi ſucceſſores, perveniant ad fiſcum; quod ſi aliquis laicus, vel clericus ſit mortuus ab inteſtato ſine deſcendentibus, vel aſcendentibus, collateralibus, qui poſſent ſuccedere, ejus hereditas libera, quæ non debet ſervitium, tunc debet venire in fiſcum, excepta tertia parte dictæ hereditatis, cujus pretium debet converti per Secretum pro anima ipſis defuncti in eleemoſynis pauperum; niſi dicto Secreto videbitur dictam tertiam partem etiam facere pro fiſco, tunc ejus precium non debet pro defuncti anima erogare. hoc dicit uſque in finem. Matthæus.

† REX GULIELMUS. † Alias, Idem.

DOhanæ (*b*) de Secretis & Quæſtorum Magiſtri diſcretum officium ab aliis ſeparantes

---

* Additio. *Ad quem ſpectet imponere aſſiſiam rebus venalibus, vide And. in c. ſi vero violator. § poſt natale, de pace tenen.* Fab. Jordanus.

De officio Secreti.

(a) P*Ræſenti lege*. In hac conſtitutione dicitur, quod ſit officium † Secreti, vel Magiſtrorum Quæſtorum, ac ſi diceret Procurator Cæſaris: & cognoſcit de theſauris inventis.

Additio. *Adde quæ requirantur, ut theſaurus dicatur, vide per Barba. conſi. 39. incip. clementiſſimum & piiſſimum ſalvatorem, in 4. vol. Et an ſit beneficium fortunæ, vide in l. ſi quis, § 1. ff. de acqui. rer. do. Et per quam actionem petatur theſaurus repertus? vide in l. 1. in §. theſauros. C. de theſaur.* Superantius.

† Aoditio. *Pondero hanc gloſſam, juncta gloſſa in conſtitutione officiorum, quod idem important Camerarius, Secretus, Magiſter Quæſtorum, & Procurator Cæſaris.* De Bottis.

Et de naufragiis, & cum aliquis ſine herede deceſſerit, bona ſua in fiſcum advocat. concor. ff. de jur. fiſ. l. 1. Tertia parte data pro anima ſua, ſcilicet, defuncti.

Nova conſtitutio.

(b) D*Ohanæ de Secretis*. Et quare ſic dicantur, dic ut ff. de orig. jur. l. 2. §. idem temporibus, & di-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

nam dicta conſtitutio Juſtitiarii nomen, dicit eodem modo per omnia obſervando, &c. Unde ſicut in Terris Demanii in defectu Bajuli primo Secretus, deinde Juſtitiarius de principali cognoſcet, ita in Terris Baronum, ut in defectu Baronis. Primo Baro, deinde Juſtitiarius, ſic dicitur ibi in defectu dominorum Juſtitiarius cognoſcit. Sic videtur in appellationa dicendum, quod primo appellatur ad Baronem. Ut ordinarius in principali datus, detur in appellatione, ut C. de procu. l. ita demum, quia ſi dicatur Bajulum, & judicem Baronis eſſe delegatos ad univerſitatem cauſarum, idem erit, ſcilicet quod ad delegantem appelletur. d. l. 1. quis & a quo ap. quod vero dicitur ibi, eodem modo per omnia, &c. illa identitas eſt in principali, quæ eſt in appellatione, alias non in appellatione. In Terris Demanii Juſtitiarius nunquam ſe intromittet, ut hac. l. in fi. & dicta conſt. Juſtitiarii per provincias. Sed illa identitas in Barone trahetur ad cauſam appellationis, qua Juſtitiarius eſt judex militarium virorum, ut hic innititur in gloſſa, ad Magnam Curiam appellatur omiſſis mediis, ſicut ad Papam, & eccleſiam Romanam. 2. q. 6. c. ſi quis noſtrorum. & ad c. Romanam.

O*Fficiorum*. In gloſſa in verbo poſſe cognoſcere, ibi, quod a ſententia Baronis. Sed quæro, aliquis prælatus habet temporalem juriſdictionem in terris iſtius Regni, ad quem appellabitur ab ejus ſententia, an ad ſuperiorem, vel Juſtitiarium, ſicut a ſententia Baronis? Videtur quod ad ſuperiorem ſuum, hoc Ber. not. extra, de delict. pu. c. ſi. Sed contrarium no. Inn. in c. verum. de fo. comp. cum Ber. concordat Spe. in tit. de app. verſi. nunc tractenus, ver. ſi. Pet. de Monteſ.

De eodem.

M*Agiſtros Camerarios regionum*. Secretus hanc aſſiſiam facit rerum victualium, alias venalium, cum conſilio Bajulorum, dicitur inf. de offi. Baju. l. 3. De qua aſſiſia diximus in tit. de pace tenen. & ſupra in 1. par. hujus principii.

Nova conſtitutio. Rubrica.

D*Ohanæ*. De theſauris eſt innovatum & correctum per c. incliti Regis Caroli II. ut plene diximus de hac

tes, ſuper quibus, & de quibus per ſe, vel per alios, quibus hoc ſpecialiter deſtinarent, ſe intromittere debeant, præſentis conſtitutionis noſtræ tenore duximus advertendum: In primis videlicet, (*a*) de theſauris inventis, & de pecunia abſconſa ab aliquo, quorum domini per probationes dilucidas reperiri non poſſunt. Item de his, quæ de naufragiis Curiæ noſtræ debentur, cum ex naufragio quorum res ſunt, aliqui, vel ex eis ſucceſſores legitimi non ſuperſunt, (*b*) intromittere ſe debebit. Præterea ſi aliquis clericorum, qui hereditaria poſſederit, vel laicorum de terra Demanii noſtri (*c*) ſine herede deceſſerit, (*d*) nec filium, vel filiam legitimam, aut aliquem aſcendentium, vel deſcendentium, aut ex latere venientium, qui ad ſucceſſionem ipſius ab inteſtato poſſit de jure venire, reliquerit, (*e*) nec teſtamentum fecerit, cum ejus hereditas libera, & abſque ſervitio Curiæ fuerit, cum omni juris ſolemnitate, publice ſubhaſtata vendatur, & tertia pars precii, pro quo vendita fuerit, pro morientis anima pauperibus erogetur, & reſiduum prænominati Secreti, & Quæſtoris officio noſtræ Curiæ reſervetur, niſi forte prænominatus Secretus, & Quæſtor nobis viderit expedire, ut æſtimatione prædictæ tertiæ pro defuncti anima erogata, ipſæ res hereditariæ in fiſci noſtri poſſeſſione ſerventur.

Juſtitiarii, Camerarii, Caſtellani, & Bajuli debent eſſe circa eorum officium ſoliciti, & devoti in occurrentibus, & concernentibus commodum Regiæ Curiæ, & præſtare conſilium & auxilium Secretis, & Magiſtris Quæſtorum, ubi fuerint requiſiti. hoc dicit. Matthæus.

† REX GULIELMUS. † *Alias, Idem.*

JUſtitiarios, Camerarios, Caſtellanos, & Bajulos eſſe volumus ſollicitos & devotos, ut ubi

---

& dicti ſunt a genere, ut ff. de offi. Quæſto. l. 1.

(a) *De theſauris*. Theſauri inventi pertinent fiſco, & ea quæ ex naufragio ſuperſunt, quorum domini non inveniuntur, & ſic quod de naufragio dicit, concordat cum l. & auth. quæ eſt. C. de fur. ſimiliter, concur. ſupra de naufr. l. 1. licet per iniquam Regni conſuetudinem ſit in eo, quod hic dicitur, derogatum. Andreas.

De theſauris. Theſaurus eſt pecunia inventa, cujus non extat memoria.

ADDITIO. *Adde l. nunquam, §. theſaurus, ff. de acqui. rer. dom. & in l. actor. ff. de auro & argen. lega.* Superantius.

(b) *Intromittere ſe debebit*. Non tamen pertinet ad eos de infligenda pœna furtipientibus ex naufragiis, quia cum ſit capitalis, ut ſupra de ſorripien. ali. de nau. vel incen. l. raptores, pertinet ad Juſtitiarium, ut infra de officio Juſtitiarii, l. 1.

(c) *Sine herede deceſſerit*. Quando ſit locus curiæ in bonis decedentis ſine herede, & quis videtur ſine herede decedere? dic ut not. de jure Longobardorum, de ſuc. l. ſi quis ſine herede, ſecundum Ray. & in ſum. C. lib. 10. de bon. vacant. l. vacantia. Et concor. ſecundum Pla. ut dicitur infra de jure rerum regni, alias, de emptione facta a villanis, & Angariis de bonis hereditariis ab hominibus Demanii, conſtitutione, ſi quando juſis re. l. fi. Sed nunquid vir & uxor præfertur fiſco? De jure communi non eſt dubium, ſed conſtitutio iſta nihil dicit de hoc: ſed cum hic enumeret certas perſonas, forte uxorem omittendo, prohibuiſſe videtur.

(d) *Nec filium vel filiam*. Ponit jus commune, ut C. de bonis vacantibus l. vacantia.

(e) *Nec teſtamentum*. Hoc verbum oſtendit frivolum eſſe conſilium eorum, qui conſulunt morientibus inteſtato non habentibus legitimos ſucceſſores, quod cum heredem inſtituunt, relinquant aliquid Curiæ jure inſtitutionis, ſed quanquam in hominibus Demanii videa-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

hac materia in tit. quæ ſint regalia. ſuper verbo theſau. Item quod dicit de clericis ſimpliciter correctum eſt, extra de ſucceſ. ab inteſt. c. 1. & 2. Nam ſuccedit eccleſia, cui ſervit, non fiſcus, quod dic per Hoſt. in ſumma, eo. circa principium.

ADDITIO. *Adde quod hoc eſt, verum niſi ſunt conſanguinei, ut in c. quicunque, 12. q. 5. alter eccleſia ſuccedit, ſecundum Hoſt. in ſum. tit. de teſta. §. & per quem. Et quid ſi non haberet conſanguineos, ſed duas eccleſias, quæ earum ſuccedat? vide per Hoſt. in ſum. eo. tit. in §. qualiter eccleſia, ver. quid ſi quis clericus. Fallit niſi illæ eccleſiæ commiſiſſent ingratitudinem contra prælatum, quia tunc non ſuccedit prælato ab inteſtato, etiamſi non extarent conſanguinei, de quo eſt gloſſa not. & eſt gloſſa ſi. quam ſequitur ibi Ant. de But. in c. fi. de poſtu. Pet. de Anch. in repet. regulæ, ea quæ. de reg. ju. in 6. in 3. q. & per Bal. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſc. & cler. & quid ſi clericus non haberet conſanguineos, nec eccleſiam, ſi decedit ab inteſtato, quis ſuccedit ab inteſtato? Dic quod epiſcopus, ita dicit Abb. in c. in præſentia. in recollectis, verſ. no. ſing. de prob. qui dicit ſe vidiſſe de facto. Idem dicit Abb. in c. quia diverſitatem, in l. fi. de conc. præb. Idem Abb. in c. excommunicamus, el 2. de hæret.*

Canones in clericis, & perſonis eccleſiaſticis derogant legibus Principum, maxime in Regno Siciliæ, ubi quilibet Rex jurat revocare hujuſmodi leges & non concedere, alias condere: ſicut dicunt conventiones Regni Caroli primi cum eccleſia Romana. Item quæritur in gloſſa nunquid vir & uxor præferantur fiſco in ſucceſſione? & dicit forte omittendo uxorem, cum enumerat certas perſonas, videtur eam prohibuiſſe, pro hoc gloſſa facit jus Longobardum, quod præfertur juri Romano in Regno, ut inf. proxi. puritatem, illud quidem jus non cognovit cognatos, uxor non eſt agnata, videtur quod ſit de cognatis. Alii dicunt contra, nam ſi lex hic enumerando certas perſonas omiſit uxorem, admittitur per alia jura, quæ non corriguntur, niſi quando expreſſe dicitur, etſi non ſit agnata, vel cognata, quia non eſt affinis: ſed cauſa affinitatis, imo videtur quod ſit pluſquam agnata conjuncta viro, ut unum cenſeantur ambo, de hoc plene diximus in tit. quæ ſint regalia, ſuper verbo, bona vacantia. Item ſi de exteris, qui dicuntur garagangi, non poſſunt facere teſtamentum in alios, ſine licentia Regis, & mandatu, ut in Longob. quæ hic allegatur.

DOhana. In textu, videlicet. Intellige hunc §. ſecundum modificationem juxta tex. Inſt. de rer. divi. §. theſauros. Et dic hic, inventis, ſcilicet, in loco fiſci, vel publico, in quibus caſibus dimidium theſauri pertinet ad fiſcum, dimidium ad inventorem. Si tamen aliquis inveniat in loco ſuo theſaurum, vel religioſo, vel ſacro loco, theſaurus pertinet ad inventorem, ut in d. §. theſauros, & ideo ubi invenitur theſaurus in publico, magiſter ipſe camerarius habet ſe intromittere de medietate theſauri, ſecundum §. theſauros. Bart. de Cap.

Nova Conſtitutio. Idem.

J*Uſtitiarios, Camerarios, Caſtellanos, & Bajulos*. Superfluit hæc l. per l. pen. ſup. titu. 1. concor. in Longob. ut Epiſcopi & Comites invicem auxilium ſibi præſtent. l. 1. & 2.

De

ubi neceſſe fuerit pro commodis Curiæ noſtræ, per dictum de Secretis, & Quæſtorum Magiſtros, vel officiales alios extiterint requiſiti, conſilium & auxilium eiſdem debeant impartiri.

De præſtando ſacramento Bajulis & Camerariis.

TITULUS LXIII.

In hac conſtitutione ponitur forma ſacramenti, & qualiter judicent Bajuli, Judices, & Camerarii. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Idem.

† REX GULIELMUS.

PUritatem, (*a*) quam nos ipſi ſectamur, ab officialibus noſtris in judiciis maxime præſtolamur. Et ut in pœnam eorum, qui contra fecerint, ultionis divinæ judicium, noſtræ indignationis aculeis aggregemus, præſenti lege ſancimus, ut omnes Camerarii, & Bajuli priuſquam in gabellam, vel credentiam bajulationes noſtras, quas adminiſtrandas ſuſceperint, tactis (1) corporaliter ſacroſanctis evengeliis, in publico (*b*) corporalia ſubeant ſacramenta, quod pure & ſine fraude, non amore, non odio, non prece, non precio, nec timore, omnibus conquerentibus, abſque perſonarum exceptione, prompto zelo juſtitiam miniſtrare curabunt, & ſecundum conſtitutiones noſtras: & in defectu earum, ſecundum conſuetudines approbatas: ac demum ſecundum jura communia, Longobarda, * videlicet & Romana, prout qualitas litigantium exegerit, judicabunt. Curiæ noſtræ Demania, & jura quælibet illæſa ſervabunt: & quod ipſa non negligant, nec ea in alios, ullo alienationis, vel locationis titulo transferant, nec per ſe occupabunt, aut occupari permittant, ſed occupata & detenta ab aliis noſtræ Curiæ nunciabunt. Illud etiam in ſacramento Bajulorum expreſſum inſerendum eſſe volumus: ut pœnas, ſeu mulctas noſtris conſtitutionibus comprehenſas ab his, qui in eas inciderint, prout ad eorum officium, ſeu cognitionem cauſæ pertinere noſcuntur, nulli omnino honori, & gratiæ deferentes, & ſine diminutione requirant, & recipiant requiſita, nec a partibus, præter ſubſcriptiones ſententiarum infraſcripta quantitate taxatas non (*c*) plus recipiant, niſi quod eſt noſtra conſtitutione proviſum. Et jurare prædicta faciant Gabellotos ſuos, quod nil ultra veterem formam, & nova ſtatuta requirent, vel ab aliis extorquebunt: niſi quod eis conſtitutio Regni, & noſtra permiſerit.

No-

---

deatur abſurdum, ut hic: tamen in garagangis neceſſe eſt: cum ſine mandato Regis in alios teſtari non poſſint, ut in Longobardo, de advenis, l. omnis geragangi. l. ult. Garagangi dicuntur advenæ, qui de exteris finibus in regni finibus adveniunt, ut præalleg. l. omnes.

De præſtando ſacramento Bajulis, & Camerariis. Rubrica.

(a) P*Uritatem*. In hac conſtitutione ponitur forma ſacramenti, quam præſtant Bajuli & Camerarii, concord. in Auth. jusjurandum, quod præſtatur ab his, qui admit.

(1) Additio. Tactis corporalites ſacroſanctis Evangeliis. *Adde gloſſam in verbo tacta. in cle. 1. de hæreticis, gloſſam in verbo tactis, in clem. 1. de ſurejur. gloſſam in verbo, corporali, in c. ut circa, de elect. in 6. gloſſam in c. 1. in §. item ſacramenta, de pace juram. fir. in uſib. feu.* Superantius.

(b) *Corporalia ſubeant ſacramenta*. Collige hic modum, qualiter jurare debeant Bajuli, & judices in ingreſſu officii. Nam in ambobus loqui poteſt, per ea quæ dicit infra, judicabunt, & infra, de offi. Baju. & etiam de Camerariis. Sacramentum vero aſſecuratinnis, quod præſtant vaſſalli dominis eorum, habes infra de aſſecu. do. a vaſallis, l. una.

Additio. *Adde textum in c. quatuor modis*, 12. q. 3. Superantius.

* Auditiones. *Nota jus Longobardum dici commune, ergo omnes debent in regno uti jure Longobardo, cum hic videtur derogare juri communi, de quo nota gloſſam ſup. a quibus com. & Bar. in l. univerſis, ff. ... ibi, Longobarda, idest ſi vivunt jure Longobardo, illud præferatur juri Romano, ſi autem non, tunc ſervetur jus Romanum, & ita communiter fuit ſervatum, ut teſtatur Luc. de Penna in l. 1. col. 7. de conduct. lib. 11. ubi tenet quod jus Longobardum non ſit jus commune, ſed ſpeciale, & dicit quod verba ſecundum jura communia referuntur ad Romana, vide quia, pulchre loquitur.* De Bottis.

De legibus Longobardis, & quomodo ſerventur in Regno, vide Andreas in prælud. feudo. c. 3. & in c. 1. §. bona vacantia, quæ ſint rega. & in c. 1. de pace tenen. §. ſi quis hominem, & in cap. 1. de ſtir. ſeu. pater. §. & conſuetudo, vide Maran. q. 2. & Jo. de Arno. ſing. 8. Fabius Jordanus.

(c) *Plus recipiant*. Aliter dicitur in advocatis, dic, ut infra de offi. advo. l. 2.

No-

ANDREAS DE ISERNIA.

De ſacramentis a bajulis magiſtris Curiæ præſtandis. Rubrica.

P*Uritatem*. Ponitur ſacramentum officialium, ut æqualiter judicent.

Prout litigantium qualitas. Nam ille, qui vivit jure Francorum, judicabitur per jura Romana, alii per Longobarda, quæ derogant Romanis legibus, ut hic, & ſup. tit. 1. l. ut univerſis. Multi tamen non utuntur jure Longobardo in regno, ſicut Neapoli, & Averſæ, quos non excuſat conſuetudo, quæ tollitur per has conſtitutiones, ſive præceſſerit, ſive ſubſecuta fuerit. C. de uſu. l. hos. ver. ceterum, & ſupra in prologo, circa fi. Salerni etiam quidam vivunt jure Romano, & aliqui jure Longobardo. Sed omnes iſti excuſant ſe, quod ſunt Franci, & jure Francorum vivunt, imo quia ſic ſemper vixerunt, & vivunt, & hoc tollent iſtæ conſtitutiones, ut patet ſupra, de jure Francorum, in ju. ſub. l. 1.

P*Uritatem*. Iſta conſtitutio corrigitur per c. Item incipiant, & officiales omnes. Joan. Grillus.

Tom. I.

Nova conſtitutio.

Dicti Magiſtri Camerarii dohanam tam terræ, quam maris, plateatica, foreſtagia, paſſagia, & alia tam vetera jura, quam nova regiæ curiæ, poſſunt committere fidelibus regiis, vel locare prout melius videtur pro utilitatibus fiſci. Bajulationum officia, quæ ad miniſtrandum juſtitiam pertinent, non vendantur, ne juſtitia precii venalitate tradatur: debet autem committere fidelibus, & bonæ opinionis de demanio per quemlibet locum unum tantum ſtatuendo, & non plures, & ſi vidreit non expedire cuilibet loco habere unum, coadunabit plura regenda per unum Bajulum judicem, & notarium, qui non ſint municipes de aliquo ipſorum locorum, nec aliquis evocabitur extra locum ſuum. Debent etiam diſcurrere provinciam, & ſingula loca, ipſorum defectus corrigendo, & ſupplenda, & quilibet Bajulus habebit judicem creatum a curia, vel creandum a prudentioribus ipſius loci, & notarium regia auctoritate conſtitutum, qui ſtatutas habebunt expenſas, poſſint etiam compellere ad recipiendum dicta officia quoslibet Bajulos judices, & notarios, quos forte repererint reniteates. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias. Idem.*

† REX GULIELMUS.

MAgiſtri (*a*) Camerarii, qui per quorumlibet præſidatuum regiones amodo ſtatuentur, non vendat Bajulationum officia, quæ ad adminiſtrandam juſtitiam pertinent in audiendis, & definiendis quæſtionibus, quarum ad eos cognitio ex juriſdictione, vel mixto imperio partium, ſeu veteribus legibus, & noſtris conſtitutionibus demandatur. Indignum namque fore decernimus, ut ſacratiſſimum quiſquam juſtitiæ mioiſterium precii venalitate mercetur. * Sed Bajulationes eaſdem committant viris fidelibus, & opinionis electæ, prudentioribus, & generoſioribus, ac ditioribus, prout locorum conditio miniſtrabit, qui ſint de Demanio noſtro tantum. Per loca quælibet unum tantummodo ſtatuant, non plures, adeo ut nec ſocietatis occultæ velamine, nec prædictæ Bajulationis officium a pluribus adminiſtrari permittant. Ex parvis autem civitatibus, locis, & municipiis, in quorum ſingulis Bajulus, unus judex, atque notarius ſunt neceſſarii, ne ſine magno Curiæ noſtræ diſpendio cauſari valeant plura, volumus inſimul combinari unius Bajuli, judicis & notarii, qui non ſint de ipſorum locorum aliquo muoicipes, vel etiam oriundi juriſdictione regenda, ut tantum non de uno loco ad alium advocent litigantes, ſed per vices, & tempora, in quolibet locorum ipſorum ſedeant, & ibidem, prout cauſarum qualitas, & numerus exegerit, commorantes petentibus juſtitiam ſubminiſtrent. Bajulorum proceſſus per ſingulas civitates, & loca frequenti diſcuſſione perluſtrent: defectus ipſorum, quos frequens & diligens inquiſitio revelabit, ſuppleant, & emendent. Quorum ſinguli judices uoum de fidelioribus & prudentioribus loci, de creatis a nobis aut creandis ab eis, continuum adjicient aſſeſſorem, & notarium unum actorum ſimiliter fidelem, & cautum ex his, qui a nobis tabellionatus officium ſuſceperunt, qui tam pro ſe per Curiam noſtram expenſas ſtatutas accipient, quam pro prædictis Bajulis, judicibus, atque notariis per loca quælibet ordinatis, ordinata ſtipendia miniſtrabunt. Concedimus etiam Magiſtris Camerariis ſupradictis Bajulos, judices, atque notarios, quos ſi in non recipiendis officiis forſitan invenerint pertinaces, pignoribus captis, vel per impoſitiones & exactiones mulctarum, (prout melius viderint expedire) & demum ſi hæc contumacia clarior, & pertinacia durior prædictorum exegerit, per captionem perſonarum, ad præſentiam noſtram nobis in Regno morantibus: Alioquin ad regionum Juſtitiarios ſub fida cuſtodia mittendorum, ipſos ad ſubeunda prædicta publica munera coercere. A quibus etiam Bajulis, judicibus, & notariis, in publico ſacramentum recipicot, ſecundum formam veteribus legibus, & noſtris conſtitutionibus comprehenſam. Dohanas autem tam terræ, quam maris, foreſtagia, plateatica, paſſagia, & alia tam vetera jura, quam nova Curiæ ooſtræ noſtrorum fidelium fideicommittere poterint, vel locare, prout melius fiſci noſtri profectibus viderint expedire.

Nota contra renitentes publica ſubire munera.

De

Nova conſtitutio.

(a) M*Agiſtri Camerarii.* Per impoſitionem, concor. ff. de mune. & hono. l. ſi quis magiſtratus.

* Additio. *Nota, quod officiales poſſunt dare ad credentiam gabellas, & vendere. Vide Parid. in tract. ſyndica. ver. ſic. excedunt quoque Barones.* Fabius Jordanus.

No-

ANDREAS DE ISERNIA.

Nova conſtitutio.

M*Agiſtri Camerarii.* Non debet vendi juſtitia.
Additio. *Adde textum in cap. non licet judi.* 11. *q. 3.*

Et membrum, quod vocatur virga juſtitiæ pertinens ad juſtitiam adminiſtrandam hoc ſpecialiter. Nam vendita Bajulatione in genere Bajulus emptor miniſtrat juſtitiam, infra de off. Bajulorum. l. 1. tranſit tunc bancus juſtitiæ cum univerſitate, ſic ff. de acq. rer. dom. l. quædam, de contrah. emp. l. in modicis, defectus quoque ſit in juſtitia ſup. ti. 1. l. 1.

Concedimus etiam. Ponit pœnam non obedientium Magiſtris Camerariis, & renoentium publica munera ſubire, non poteſt Secretus committere jura Curiæ procuranda fidelibus, vel locare. Hodie per nova capitula Regis Caroli primi, de venditione, debet vendere: ſed ſi non contingat eos committere aliis procuranda, illis, quibus committitur, non tenetur reſpondere: niſi de puris & meris proventibus Bajulationum, infra de officio Bajulorum, l. ſæpe. quæ tanquam poſterior derogat iſti.

De

De quæſtionibus inter fiſcum, & privatos movendis.

TITULUS LXIV.

Nova Conſtitutio.

Magiſtri Camerarii cognoſcunt de omnibus quæſtionibus movendis inter fiſcum, & privatum, præterquam de feudalibus, & ipſas adjuncto ſibi Juſtitiario, cum agitur contra fiſcum, & præſente fiſci patrono, & procuratore inſtituto provido, & fideli uſque ad ſententias examinent, & dato parti alterius termino peremptorio ad regiam curiam mittant. Cum vero agetur contra fiſcum pro aliquibus debitis, quæ conſiſtant in pondere, numero, vel menſura, non admittant ſolum inſtrumenta, ſed probentur per teſtes, qui interfuerint numerationi naturali, non pauciores quinque, ſi quantitas excedit libram auri: alioquin per legitimum numerum petita probentur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Idem.

† REX GULIELMUS.

QUæſtiones (*a*) omnes inter fiſcum noſtrum & privatos movendas, tam perſonales, quam reales, quæ non ſint de feudis, vel rebus feudalibus, cognitiones atque judicia Magiſtri Camerarii accipiant, * & ipſas adjunctis Juſtitiariis, cum contra fiſcum agitur, & præſente fiſci patrono, & inſtituto provido & fideli procuratore pro parte noſtræ Curiæ, uſque ad ſententias examinatas, dato parti alteri peremptorio termino, & per nuncium & litteras ſuas ad Curiam noſtram mittant. Ut tamen ſuper quibuslibet debitis, quæ a Curia noſtra petuntur, & quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, hanc formam obſervent, videlicet, quod non per inſtrumentum tantummodo, ſed per teſtes, qui numerationi naturali, menſuræ, vel ponderi, perſonaliter interfuerint, non pauciores quinque, ſi petita quantitas auri libram (*b*) excedat: alioquin per legitimum numerum petita probentur. Ceterum ad hoc, ut ipſi Magiſtri Camerarii cum perſonis ſibi per noſtram Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris, ſuis laborare ſtipendiis non cogantur: per ſpeciales ſacros noſtræ manſuetudinis apices, prout ſtatus quilibet pro tempore fuerit, ſtatuimus, eiſdem in expenſis annalibus & ſufficientibus provideri.

De cognitione cauſæ coram Bajulis Curiæ Regiæ.

TITULUS LXV.

Cognoſcit Bajulus de omnibus civilibus cauſis, præterquam de feudalibus; cognoſcit etiam de furtis, & criminibus levibus, quæ non imponunt membri abſciſſionem. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† REX GULIELMUS. † Alias, Idem.

LOcorum (*c*) Bajuli, qui a Magiſtris Camerariis, & a Curia noſtra quandoque in credentiam, vel in extalium Bajulationem recipiunt

---

Nova conſtitutio.

(a) Q*Uæſtiones. Numerationi & menſura.* Concord. ſup. de off. Magiſt. Juſti. l. fi.

* ADDITIO. *Hæc conſtitutio declarat conſtitutionem cauſas per magiſtros &c. ſupra. Quid de emptore rei fiſcalis, Capic. deciſ. 197. & quid ſi fiſcus ſuſcipit judicium pro emptore. Bart. in q. incip. Piſanæ civitatis, col. 4. Everard. de mod. argum. fol. 44. Et quid ſi fiſci intereſt alio reſpectu quam evictionis. And. in c. 1. de lege Corradi, §. ſi inter pares, & per Afflict. in cap. 1. ſi de feu. inter dom. & vaſal. lis oriatur, & per Ludov. conſ. 212. ubi quando contenditur inter duos privatos de re feudali, vide Spe. in ti. de feu. & Alex. conſ. 9. 3. vol. & ubi ſit agenda quæſtio collectarum, Luc. in l. 1. D. de priv. ſchol. 1. col. et in l. 1. C. de fun. fiſc.* Fabius Jordanus.

(b) *Excedat.* Quid ſi eſt quæſtio de libra auri, nec plus, nec minus? Reſpondeo ut notatur in ſimili quæſtione, infra de prob. l. in cauſa depoſiti. Andr.

De cognitione cauſæ coram Bajulis Curiæ Regiæ. Rubrica.

(c) L*Ocorum Bajuli.* Cognoſcit Bajulus de omnibus civilibus, exceptis feudalibus cauſis, &c.

ADDITIO. *Adde, de materia feudi habetur in c. ceterum*

ANDREAS DE ISERNIA.

De quæſtionibus inter fiſcum & privatum movendis. Rubrica.

Q*Uæſtiones omnes.* Hæc conſtitutio debet eſſe in titu. de offic. Mag. Came. & continet ſuperfluum: nam prima pars uſque ad verſum ut tamen, repetit in Magiſtro Camerario id, quod dictum eſt in Juſtitiario, ſupra de offic. Juſtit. l. præſides, & quod ibi conceditur, quod Juſtitiarius cognoſcat de feudis minimis, & rebus feudalibus: hic deneget in Magiſtro Camerario: ſed dat ſibi cognitionem in aliis rebus, & quæ ibi dicta ſunt in Juſtitiario repetenda ſunt hic in Magiſtro Camerario: maxime, quia littera dicit contra fiſcum. Secunda pars ponit in iſto Magiſtro Camerario, idem, quod dictum eſt in Magiſtro Juſtitiario ſupra de offic. Mag. Juſtit. l. cauſas. Limitatur tamen hæc quantitas, videlicet, uſque ad libram auri, & quæ dicta ſunt ibi, repetenda ſunt hic.

Ceterum. Tertia pars, ibi vult officiales iſtos habere gagia, & expenſas a Curia, ſicut ſupra, de offi. Mag. Juſt. l. pe. in fi. iſti Magiſtri Camerarii ſunt hodie Secreti, ut in ſuperioribus dictum eſt.

Q*Uæſtiones.* Sed cum hodie non ſint Magiſtri Camerarii, erit cognitio Magiſtri Juſtitiarii, ubi eſt patronus, & advocatus fiſci, arg. C. ubi cau. fiſ. l. ad fiſcum, & de delato. l. omnes. lib. 10. & de jure fiſci. l. ſi fiſcus alicui. & de modo mulct. l. fi. Non autem erit cognitio magiſtrorum rationalium, quia non habent cognitionem ipſarum cauſarum, quæ vertuntur inter fiſcum, & privatum, ubi eſt quæſtio de introitu, vel exitu pecuniæ, ſicut patet per c. officii eorum. Et ita vidi determinari de facto in conſilio. Barthol. de Capua.

De cauſarum cognitione coram Bajulis. Rubrica.

L*Ocorum Bajuli.* Hic quærit gloſſa, ſi Bajulus habet mixtum imperium? Sed expreſſum videtur ſupra de offic. Mag. Camer. qui ſunt Secreti, hodie vendunt bajulationem in genere, in qua tranſit juriſdictio, quam ipſi Secreti habent, ut ibi dictum eſt. De cauſa vero ſtatus non cognoſcit Bajulus. Nunquid dabit tutorem? Videtur quod non: quia hoc tantum ei committi videtur, cui id nominatim datur, ff. de tut. l. mutuo. §. tutoris datio. Item eſt permiſſum tantum ma-

Digitized by Google

piunt, civiles cauſas (a) omnes, reales videlicet, & perſonales, quæ ſuper feudis, & rebus feudalibus minime moventur, ad juriſdictionem ſuam noverint pertinere ſuper (b) minimis etiam furtis, & aliis offenſis; de quibus comprobati pœnam ſui corporis, vel ablationem (c) membrorum incurrere non deberent, audientiam ſuam impartiri debebunt.

De

---

rum, & in c. novit. de judic. c. 1. & 2. de feriis, cap. verum, & ca. ex parte, de foro compet. c. quæ in eccleſiarum, de conſtitutione cap. cum ſeculum, de ju. patro. cap. de forma. 21. q. 5. c. laturus. 23. q. 2. Superantius.

Item de criminibus levibus, quæ non imponunt membri abſciſſionem, ſicut defenſor civitatis, ut in Autheo. de defen. civit. §. audient. Majus autem eſt officium Bajulorum, quam defenſoris, quia iſte de omnibus civilibus cognoſcit in infinitum, ille tantum ad ducentos aureos, ut eo. tit. §. & judicare, ideo dico iſtum habere firmiter mixtum imperium. Nam cum mixti imperii ſint civiles, & huic omnes civiles committuntur: ergo & cauſæ mixti imperii. Quia indefinita æquipollet univerſali, ut ff. de ſervit. urb. præd. ſi ſervitus.

Additio. *Adde l. ſi pluribus ff. de leg. 1. gloſ. in c. ut circa, de elec. lib. 6. Fallit, quando eſt prolata a teſte, & tunc non æquipollet, ſecundum Petrum de Anch. & Jo. de Imo. in c. quanto, de his, quæ fiunt a prælat. Oldr. conſ. 100. incip. In executione. Alex. de Imo. conſ. 110. incip. Viſis acutiſſimis diſputationibus in 1. vol. Alex. conſ. 8. incip. In cauſa & lite vertente inter dominos, in 2. vol. Alex. conſi. 112. incip. viſo ſuperiore themate, in 3. vol. Alex. conſil. 10. incipien. Viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Dominum Franciſcum, in 4. volum. Alexan. conſil. 68. incip. Et dudum diſcuſſo. in 2. vol. Alex. conſil. 7. incipien. Super hac dubitatione, in 1. volum. Et eſt hoc conſilium duplicatum, conſi. 198. in 2. vol. Idem Alexan. conſil. 66. incip. Viſo teſtamento, in 2. vol.* Superentius.

Item ſi tantum feudales cauſas excipit, in omnibus aliis permittit, ut C. de procur. l. ſi maritus, cum ſuis ſimil. at defenſor non habet mixtum imperium, ut ff. ad municip. l. ea quæ. Sed nunquid Bajulus cognoſcit de cauſa ſtatus? dico quod non, omnino: quia cauſa illa eſt meri imperii & capitalis dicitur, & ſoli præſidi committitur, & ſervitus morti comparatur, ut C. de ped. jud. l. 2. ff. de li. cau. l. 1. 2. & 3. & de re. ju. ſervitutem. And.

(a) *Omnes perſonales.* Sumi poteſt ex hac l. argumentum, quod Barones debeant conveniri coram Bajulo, ſi non eſt quæſtio de feudo, & rebus feudalibus. Sed contra, infra de off. Mag. Juſt. l. fi. G.

(b) *Minimis etiam furtis.* Nota hic tria genera furtorum, magnum, minus, & minimum.

Additio. *Adde, quod immo ſunt quatuor ſpecies furtorum, de quibus enumerat Paul. de Caſt. authen. ſed novo jure. C. de furtis, & per Angel. in l. 1. in princ. ff. eo. tit.* Superantius.

De magno & minoribus habes ſupra de offic. Juſtit. l. 1. De minimo habes hic. De magno, ſive civiliter, ſive criminaliter agitur, Juſtitiarii eſt cognitio: de minori non, niſi criminaliter agatur: de minimo cognoſcit Bajulus, hæc probantur hic, & in præalle. l. 1. de offi. Juſtit. Item quantitas magni furti expreſſa eſt in d. l. 1. C. de officio Juſtit. de quantitate minoris dic a contrario ſenſu legis, quæ eſt, de verb. ſign. hæc adjectio, ff. ea qui. cau. ma. l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter. De quantitate vero minimi, quantum ad juriſdictionem, habes, ff. de dolo. ſi oleum, §. ult. & l. idem, & infra de dila. l. 1. Quantum ad juriſdictionem, ideo dixi, quia furtum committitur, & furti agitur etiam pro vili gallina, ut Inſtitut. de rer. div. §. gallinarum, ff. de fur. ſi quis uxori, §. ſi quis maſſam. Sed ego quæro, an pro minimo furto poſſit agi criminaliter? lex enim indiſtincte dicit pro furto civiliter agi poſſe, ut C. quan. civi. actio præju. cri. l. 1. ff. de fur. l. ult. Item habes, quod de furto domeſtico & levi neque civiliter, neque criminaliter agi poteſt. ff. de furt. l. ſi libertus, & de pœ. l. reſpiciendum, §. furto. De minori etiam furto ſi civiliter agatur, de eo cognoſcet Bajulus, ne remaneat impunitum, cum ad Juſtitiarium non pertineat, niſi criminaliter agatur, ut in l. prædicta, de offi. Mag. Juſtit. de minimo vero furto ſecundum leges iſtas, dic ut hic notatur. G.

(c) *Membrorum.* Patet hic quod de minimo furto non agitur criminaliter: ſi enim agaretur criminaliter, † pœnam corporis, & abſciſſionis membri pateretur accuſatus, ut in Lombar. de fur. l. de latronibus, & hoc ſicut innuit hoc verbum, negatur. G.

† Additio. *Gloſſa iſta tenet, quod de minimo furto non agatur civiliter: tamen hodie ſecus eſt, ut in c. ad hoc, inf. Ego credo quod hæc conſtitutio magis habeat reſpectum ad auth. hodie. C. de ſervis fugit. Item ideo dicit de minimis, quia de magnis nec civiliter poſſet cognoſcere, ſupra in conſtitutione, Juſtitiariis nomen & normam.* Bartholomæus de Capua.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

majoribus magiſtratibus ut præſidibus, & legatis, & proconſulibus ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. 1. Item defenſor civitatis non dat ei, cujus facultates ſunt ultra quingentos ſolidos, ut Inſti. de Atil. tuto. §. pe. Verius dicitur, quod ſic, etiamſi pupillus ſit multum locuples, dummodo non ſit feudum: quia in feudo dat Bajulum ſolus Rex, ut infra de ju. Baju. l. 1. & de ſucceſ. l. in aliquibus, in fi. & hoc, quia omnes cauſæ civiles pertinent ad Bajulum: & qui dicit omne, nihil excipit, ff. de ſervi. urba. præd. l. ſi ſervitus, licet poſſit exponi, id eſt, omnis generis, ſic Inſtit. de ſuſpect. tuto. §. 1. habet ergo pluſquam defenſor, qui ultra trecentos aureos non cognoſcit, in Auth. de defen. civit. §. judicare. Plus enim, vel non minus eſt cognoſcere de re magni valoris, quam tutorem dare ei, qui habet magnas facultates: ſed cujuſcunque facultatis ſint, facultates cognoſcit Bajulus, dummodo non ſit feudalis, ut ſupra dicitur. Item, quia eſt mixti imperii, ut l. cognitio. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd. de quo cognoſcit Bajulus, ut ſupra dicitur. Et ſi dicatur, quod debet nominatim committi, non autem eſt nominatim, quod ſit inter ceteros. ff. de lib. & poſth. l. 2. Dic, quod ſi nominatim committatur, valet, ut in l. cognitio. nec prohibetur ibi, quin detur ei, qui de mixto imperio cognoſcit. ff. de juriſd. om. jud. l. 1. ubi nominatim, & expreſſe dicit, quod qui de mixto imperio cognoſcit, poteſt dare tutorem. Sed an de ſuſpecto tutore cognoſcit Bajulus? & videtur, quod ſic, propter utilitatem pupillorum, ff. de offic. ejus cui man. eſt juriſ. l. cognitio. ff. de ſuſpect. tut. l. 1. §. 1. Alii dicunt contrarium: quia cauſa famæ eſt criminalis quodam modo: quia ex parte accuſati de ſuſpecto non conſtituitur procurator. ff. de ſuſpect. tut. l. plane. in gl. hæc additio non videtur valere, communiter contra, ff. de procu. l. ſervus quoque. §. publice, in gloſſa. In ſecundo genere cauſarum, ubi imponitur pœna relegationis, & infra, ſicut eſt cauſa ingratitudinis, qui accuſatur per procuratorem, eo. tit. l. ſed hac. §. 1. & l. non ſolum. §. fin. ubi dicitur non facile dari procuratorem: forte intellexit, quando arguitur de dolo, & de ſubtractione rerum pupillarium, & loquitur ex parte accuſati, dicit gloſſa. Item in remotione ab ordine dignitatis, & honore conſtituitur procurator. ff. quæ ſen. ſine app. l. 1. & illa gravior eſt, quam removeri poſſit a tutela, quod poſt ſententiam infamat, quando ob culpam. Inſtit. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis, & C. de dignit. l. judicem. lib. 12. & in dicta l. plane. excuſatur ex ulti. quia non accuſavit contutorem de ſuſpecto: quia ignoravit eum male agere, ut dicit

lit-

Digitized by Google

De fure capto per Bajulum, Juſtitiario aſſignando cum re furtiva.

TITULUS LXVI.

Bajulus ſi aliquem furem ceperit extraneum de magno, vel minori furto, non dimittat eum: ſed aſſignet eum Juſtitiario cum re furtiva, & omnibus bonis ſuis: ſi vero fuerit civis, vel villicus, ſimiliter aſſignet Juſtitiario. Et per Bajulum omnes res ejus mobiles ipſius furis debent vendicari ad utilitatem Regii fiſci. hoc dicit. Matthæus.

† REX GULIELMUS.

† *Alias, Idem.*

BAjulus (*a*) ſi furem ceperit, abire ipſum aliquatenus non permittat: ſed ſi quidem fur extraneus ſit, ipſum cum toto ſuo, & re furtiva

De fure capto per Bajulum Juſt. &c. Rubrica.

(a) B*Ajulus*. Conſtitutio iſta vult, quod ſi Bajulus furem capiat, ad Præſidem remittat puniendum, coocor. in Auth. de deſen. ci. §. eodient. & intellige de fure, qui magnum commiſit furtum, alias ipſe poſſet cognoſcere, ut ſupra tit. 1. in fine.

* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

littera: non dicit, qoia non potuit per procuratorem. Et ſi poterat per procuratorem, non debebat afferere, quod ignorabat. ff. de actio. empti. l. Jolianus. §. 2. Satis æquum dicetur, quod ille, qui poteſt dare, poſſit removere, quia & ejus eſt corrigere, cujus eſt condere. C. de legib. l. fi. de ſacroſanc. eccleſ. omni. propter militarem pupillorum, ut ſicut plures invitantur ad accuſandum, ita plures ad judicandum: durum eſt tamen dicere contra gloſſas commuoiter dicentes, prætorem, in Roma, in provinciis præſides, & legaros, proconſules tantum de ſuſpecto cognoſcere. ponit Azo in ſumma, de ſuſpectis tutoribus & ff. de adminiſtrat. tutor. l. 1. §. ſuſpecti, ubi ponitur nomen præſidis generaliter, dicit Azo in dicta ſumma pro omnibus, quibus defertur ſuſpecti cognitio, qui ſunt Prætor, Præſides, & legati, Proconſol. Leges etiam communiter dicunt, quod eſt actio, vel accoſatio. Item nota tria genera furtorum, magnum ſcilicet, minus, & minimum, ut in gloſſa. De minimis, quæ ſunt uſqoe ad duos aureos, ff. de dolo. ſi oleam, & l. ſeq. cognoſcit Bajulus. Sed utrum tunc criminaliter agitur? Innuit gloſſa, quod non, quia eo caſu eſt pœna abſciſſionis membri, ut in Longobarda de fur. l. de latronibus, hæc non videtur ratio ſufficiens: quia Longobardie legibus noo utimur in maleficiis. Erit ergo ratio, quia pœna corporalis imponitur pro primo furto, quamvis modico: quia fuſtigatio, & mercatio ſecundum novem conſtitutionem jure Romano: in furtis enim animadvertitur extra judicium, ſeu extraordinarie, alias extra ordinem, ff. de furt. l. fin. & de privatis delict. l. ultima. Animadverſio deſignat pœnam in corpore, ut ff. de juriſdict. omn. jud. l. imperium, arbitrio judicis, ubi certa pœna non imponitur, ſeu ſtatuitur, ff. de effract. l. 1. §. expilatores, & de pœnis, l. ſanctio. Et licet non ſit more, vel membri abſciſſio aliter, tamen pro motu judicis caſtigantur fures, ut in Auth. ut nulli judic. §. penul. quæ eſt C. de ſer. fug. auth. ſed novo. Mens tamen hujus conſtitutionis videtur, ut de his minimis delictis cognoſcat Bajulus, etiamſi criminaliter agatur: quia cum omnes civiles cauſæ pertineant ad Bajulum, ut littera dicit, ad quid poneret de cauſa civili modici furti, quæ poteſt eſſe unius gallinæ. inſtit. de rerum diviſione, §. gallinarum, in fine. Niſi dicas, quod ideo poſuit, ut etiam de civilibus, quæ infamant, ſicut eſt furti, ut ff. de his qui notantur infamia, l. furti, & l. 1. eod. tit. poteſt Bajulus cognoſcere. Vel ideo poſuit, ut Bajulus cognoſcat de furtis: & de hujuſmodi furtis, recipiendo probationes: non tamen ut puniat, ſed ut informet eiinde Juſtitiarium, ad quem habet hujuſmodi malefactores remittere, ut infra l. proxima, & C. de accuſationibus, l. ea quidem, lib. 12. de decurion. l. 2. & ff. de cuſtod. reorum, l. divus. Vel ut habeat in eis modicam coerctionem, ut ff. de juriſdict. omn. jud. l. magiſtratibus, ſed illam habent defenſores, ff. de officio ejus, l. fi. Vel dic, quod poſuit pro carcere, in quo poteſt ponere hujuſmodi maleficos, donec mittat eos ad Juſtitiarium, ut infra l. proxi. nam carcer non eſt pœna corporis, qui ad continendos, non ad puniendos maleficos eſt inductus, ff. de pœnis, l. aut damn. §. ſolent. licet ſit pœna etiam carcer. C. de cuſto. reo. l. 4. & eſt pœna noxiorum carcer. C. lib. 10. de exact. tribut. l. nemo. pœna eſt, id eſt, pœnalis, ut ſupra dicitur. Nam etiam vincula non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam adhibentur, ff. de ædil. edic. l. ſi tamen. §. ei qui. in gloſſa.

L*Ocorum*. In gloſſa nota hic, ibi, ſed ego quæro ſcilicet, ad pœnam corporaliter, vel membri abſciſſionem imponendam, & quod hic dicitur, quod pro minimis furtis poteſt agi criminaliter, intelliges uſque ad pœnam fuſtigationis incluſive: ergo hæc gloſſa non facit quæſtionem de minimo furto, per quod imponitur pœna fuſtigationis, ſed de eo furto, per quod imponitur pœna corporalis, vel membri abſciſſio. Barthol. de Capua.

In ea. gloſſa ibi, criminaliter, dic quod hodie eſt clarum, ut in cap. Regni, quod incipit, ad hoc, & ſi bis eſt commiſſum, eſt pœna furcarem: ſi ſemel, pœna fuſtigationis, cum ſignatione, ut in d. c. Barth. de Capua.

Sed communis conſuetudo interpretatur illud c. de tribus minimis furtis. Petrus de Monteforte.

De fure capto per Bajul. Juſtit. aſſig. cum re furtiva. Rubrica.

B*Ajulus ſi furem*. Nota, quod in furto publicantur bona mobilia. ſed jure Romano non, ut in Auth. ut nul. jud. §. fi. & C. de bo. proſc. auth. bona, & eſt conſtitutio hæc Regis Gulielmi forte primi: quia ſecundus dicitur fuiſſe bonus. Vel erat tunc frequentia furtorum, alias furum: ideo exaſperavit pœnam. ff. de pœn. aut facta, §. fin. Quod autem dicit gloſſa, quod ſi minimum eſſet furtum, ipſe cognoſceret; intelligendum eſt, ſi civiliter ageretur: qoia ſi criminaliter vellent accuſare, neceſſario haberent eum ad Juſtitiarium mittere: cum ipſe Bajulus criminaliter cognoſcere non poſſit, ut dictum eſt ſupra, l. prox. Sed quid ſi Bajulus, vel Magiſter juratus non capit, ſed recipit cautionem ſub pœna, quod tali die coram Juſtitiario præſentet ſe ad mandatum, & citationem Bajuli, an Juſtitiarius condemnet eum, ut contumacem, ſicut ſi de mandato Juſtitiarii fuiſſet citatus? Dic quod tenetur ad pœnam conventam in cautione, ff. de jud. l. e. §. ſed ſi dubitetur, quæ cautio tenet etiam coram alio præſtita, ut ibi. ff. jud. ſol. l. pen. in fine.

ADDITIO. *Alias dic, quod citatus tenetur ad pœnam corporaliter, alias tenetur ad pœnam contentam in cautione*. Cæſar.

ADDITIO. *An & quando & de veritate iſtius dicti, an duret iſta cautio, vide omnino Bart. in l. cum apud, ff. judic. ſolvi. col. 4. & omnino Alb. in l. 2. C. de procur.* Cæſar.

Creditur eis, & ſtatur in his, quæ facta fuerunt, & pertinent ad eos, argu. C. de accu. l. ſi ea. cum ſi. Et ſi non fuit adjecta pœna certa, judex arbitrabitur, & ſtatuet, ff. de cuſt. reor. l. ſi quis reum, non tamen Juſtitiarius banniet eum ex tali citatione, ſeu mandato Bajuli, & Magiſtri jurati: quia etſi ei commiſiſſet Juſtitiarius, ut citet facientes delicta: nihilomi-

Digitized by Google

† *Alias, ruſticus.* tiva Juſtitiariis noſtris aſſignet. Si autem civis fuerit, ſeu villicus, † fur cum eo quod fuerit furatus, Juſtitiariis ſimiliter noſtris aſſignet: res autem mobiles ipſius furis, quaſcunque habuerit, per Bajulos ejuſdem loci fiſci juribus vendicentur.

De officio Bajulorum.

TITULUS LXVII.

In hac conſtitutione proſequuntur ea, quæ pertinent ad officium Bajulorum: nam ultra juriſdictionem civilem, quam habent, & mixtum imperium, ut in conſtitutione præcedenti dictum eſt, pertinent etiam ad officium Bajuli tria, quæ hic continentur. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX GULIELMUS.

AD officium Bajulorum * præcipue volumus pertinere, contemptas aſſiſiarum pœnas ſuper ponderibus & menſuris a venditoribus rerum, & locatoribus operarum exigere, ac irremiſſibiliter extorquere. Quas ſi in totum, vel in partem dimiſerint, de bonis ſuis procul dubio fiſco noſtro perſolvent. Habebunt autem apud ſe Bajuli prædicti menſuras, pondera, & aſſiſias ſcriptas per ſe ipſos, & judices ſuos, menſe quolibet, cum ſumma diligentia perquirendas, ne diu graſſari valeant per ipſorum negligentiam transgreſſores. Pœnas bannorum etiam ab eiſdem de conſilio judicum, & aliorum noſtrorum Regni fidelium, non ultra unciam puniendorum, exigant, & ſine remiſſione recipere non omittant. De quorum bannorum numero fore cenſemus pœnas, per ipſos partibus coram ſe litigantibus indicendas, quæ forſan irreverenter ad ipſos, vel invicem inſolenter in judicio litigabunt, quæ tamen pœnæ quantitatem auguſtalis unius per vices ſingulas non excedant.

De mutuatione † & recommendatione pecuniæ. † *Alias, de pœna negantis depoſitum, vel mutuum.*

TITULUS LXVIII.

Si conventus actione mutui, depoſiti, vel commodati negaverit mutuum, depoſitum, vel commodatum: & poſtea lite pendente, antequam conſtiterit de debito prædicto, confeſſus eſt debitum, in nihilo debet puniri. Sed ſi perſiſtit in negatione, & actor probavit legitime mutuum, vel commodatum, vel depoſitum, Bajulus debet eum condemnare ad reſtitutionem ipſius, nec non ad tertiam partem ejus quod negavit: & probatum fuit, quando ſecuta eſt ſententia condemnatoria commodis regii fiſci applicandam. hoc dicit tota iſta conſtitutio. Matthæus.

REX GULIELMUS.

REgiæ (a) majeſtatis * prudentia exigit Regni ſubjectorum conſuetudines ſupervacuas

* Additiones. *Scribentes, in cap. Regni, incip. Item præfati Secreti, fol.* 102. Jacob. Anellus de Bottis.

Et quam juriſdictionem habeant Bajuli, & an ſint de majoribus judicibus vide Jo. de Amicis, conſ. 42. Fabius Jordanus.

De mutuatione, &c.

(a) R*Egiæ majeſtatis*. Si debitor, vel depoſitarius negaverit pecuniam mutuo datam, depoſitam, vel commodatam, ſi convictus fuerit, punietur in tertia rei æſtimatione, quæ pœna danda eſt fiſco. Sponte tamen confitentibus parcetur pœnæ exactio, concor. C. de non nu. pe. auth. contra qui propriam, cum ſuis ſimi. G.

* Additio. *Vide pragm. Reginæ Joannæ de modo procedendi in civilibus cauſis, incip. conſtitutionem.* Fabius Jordanus.

ANDREAS DE ISERNIA.

minus ipſe, qui debet banniri & condemnari, debet citari, ff. de judi. l. de qua re, quæ citatio continebit dilucide a quo, de qua re, & cujuſmodi querimonia, &c. ut infra de exor. & præpa. jud. l. 1. pro quo facit ff. quod cujuſque univer. nota l. item eorum, §. ſed ſi niſi judex ſic mandet · quia hoc quominus tollentur poſitiva contraria, pluries videtur in hoc opuſculo, ff. de exer. l. ſed ſi homo, alias, l. ſed & hoc.

De officio Bajulorum.

A*D officium Bajulorum*. Pœnas aſſiſiarum contemptarum, & ponderum, & menſurarum, ſcilicet injuſtarum debet Bajulus exigere. Et poteſt imponere pœnam non ultra unciam in bannis forte factis, & contemptis officii ſui tempore, in aliis uſque ad unum auguſtalem, ſic infra de pœn. conte. in civi. cau. l. pœnam, in fine.

Non ſervatur modus. C. de modo mulctarum, l. eos, & dic quæ dicta ſunt infra, lib. 3. in conſtitutione ad legitima pondera.

A*D officium Bajulorum*. In textu, Auguſtalis. Bajulus ergo uſque ad unum auguſtalem tantum poteſt pœnam imponere, ut hic. Sed pone, quod impoſuit pœnam ultra auguſtalem, forte uſque ad unciam, nunquid liceat? certe pœna non valet, tamen quoad unum auguſtalem valet, arg. l. hactenus, §. ſi quis cantum, de conſtitutione pecu. & in Auth. de inoſ. & immen. dotib. §. videtur, & C. de dona. l. ſancimus, & l. ſi quis argentum, cum ſi. & vide Andream de Iſernia in procem. conſtitutio. in 2. gluſſa in fine. Petrus de Monteforte.

De quibus rebus Bajuli trigeſimam recipere debeant.

Rubrica.

R*Egiæ majeſtatis*. Subjectus alii non poteſt legem imponere, C. de ſumma trini. l. 1. ff. de jur. omn. jud. l. fi. Item nota, quod depoſitarius, commodatarius, & debitor, qui mutuo recipit, ſi velit litigare, & non reſtituere poſt terminum, & legitimum tempus, perdunt tertiam. Item ſi tractus ad judicium confiteretur veritatem, in nullo punitur: ſed ſi negat veritatem, & probatur, & convincitur eo damnato ſimiliter perdit tertiam; ſed ſi tranſegit, & concordavit, perdit tertiam partem ejus, quod per tranſactionem exolvit, ut in gluſſa, quæ dicit, quod per confeſſionem jure iſto fit litis conteſtatio, & qui ſatisfacit ante ſententiam abſolvitur, ſed ſi non ſatisfacit ante ſententiam, tunc ſic. Ubi ergo dato libello ante lit. conteſt. fateatur animo lit. conteſt. dabitur ſententia, alias ſi ex abrupto ſtatim, quod fuit interrogatur ante libellum datum, fateatur, tunc datur præceptum, ut ſolvat. C. de lit. conteſt. l. 1. in gloſſa ff. de judi. l. ſi debitori, tunc pœna iſtius legis non teneretur. Sed an tunc ſoleat trigeſimam? dic ut infra, l. conſtitutionem. Andreas da Iſernia.

cuas (*a*) radicitus extirpare: Hac igitur edictali lege ſancimus, univerſos noſtræ juriſdictioni ſubjectos, qualiſcunque ſit, qui rem, vel pecuniam mutuo acceptam, vel apud ſe depoſitam, commodatamque, vel quamlibet aliam rem illis, quorum res eſſe conſtiterit, invitus ultra terminum, vel legitimum tempus detinere tentaverit, creditore, depoſitore, ſive commodatore illæſis, ad tertiam partem rei (*b*) in cauſam deductæ debere mulctari, & eandem compendiia Bajulationia noſtræ acquiri. Sane per præſentia pragmaticæ (1) ſanctionis edictum noſtris fidelibus duximus diſtinguendum, quod ſi debitor non fuerit ad callida argumenta converſus, animumque non habuerit creditorem ſuum credito, & debito defraudare, & ſine diſpendio creditoris & fatigatione aliqua in Curia veritatem (*c*) confeſſus fuerit, nulla varia exactione, debitorem prægravari jubemus.

Si autem veritatem debitor negaverit, & ſuis calliditatibua petitorem circumvenire voluerit, victus de toto eo, in quo fuerit adverſario (*d*) condemnatua, (*e*) integram tertiam Curiæ noſtræ perſolvat.

De clericis conveniendis pro poſſeſſionibus, quas non tenent ab eccleſia.

TITULUS LXIX.

Si clericus habeat bona patrimonialia emphyteutica: pro quibus ſolvere debet aliquem canonem, reditum, ſive cenſum regiæ curiæ, vel alicui privatæ perſonæ, vel ipſi clerico de novo ſunt conceſſa, ſub aliquo reditu, & oriatur controverſia inter clericum & laicum ſuper ipſis bonis, vel eorum reditu, debet clericus conveniri coram illo judice eccleſiaſtico, ubi ſita ſunt ipſa bona, & non ubi clericus habet domicilium: qui judex occaſione dictæ litis, nullo modo poteſt procedere ad capturam, vel incarcerationem ipſius clerici, hoc dicit ſecundum intellectum gloſſæ hic. Matthæua.

† REX GULIELMUS.

† *Alias, Idem.*

SI quis (*f*) clericus de bereditate, vel aliquo tenimento, quod non ab eccleſia, ſed ab

(a) *Radicatus extirpare.* Quæ continent aliud, quam leges. Et ideo non ſunt conſuetudines dicendæ, imo ut ſupervacuæ extirpandæ.

(b) *In cauſam deducta.* Id eſt, in ſententiam, ut in fine hujus legis probatur.

(1) Additio. *Adde quid ſit pragmatica? vide in l. fin. & ibi gloſſam. C. de divers. reſcr. gloſ. in l. jubemus nullum, C. de ſacroſ. eccl. gloſ. in ca. pervenit, 1. diſtin. Inno. in c. 1. de re. permut. Card. Zaba. in c. ſuper litteris, de reſcr. Card. & Joan. de Imo. in clem. 2. de vi. & ho. cle. Dom. de Sancto Gemi. in cap. omnes 19. diſt.* Superant.

(c) *Confeſſus fuerit.* Facta eſt ergo conteſtatio litis, quæ hoc jure ſit per confeſſionem, ut infra de dila. & ex. l. 1. & ſic, aut confeſſus ante ſententiam ſatisfacit, & tunc abſolvendus eſt ab obſervatione judicii, & hoc eſt quod dicitur, omnia judicia eſſe abſolutoria, quod dic, ut in ſum. Inſtit. de perpe. & tem. actio. circa finem. Aut non ſatisfacit ante ſententiam, tunc eſt condemnandus confeſſus ad ſolutionem, licet quidam contra dicant, quod dic, ut in ſumma. C. de confeſ. §. item quod dixi confeſſum haberi pro condemnato, & §. in criminali, & §. in civili autem cauſa, ſecundum Azo.

(d) *Condemnatus.* Si autem concordaverit, dat reus Curiæ tertiam partem ejus, quod per tranſactionem perſolvit, ut infra de exor. & præpa. l. ſponte. G.

(e) *Et integram tertiam curia conſequitur.* Super hac conſtitutione talem ſubjicio quæſtionem. Aliquis mutuavit, depoſuit, vel commodavit alicui aliquid: & poſtea reſtitui ſtipulatus eſt, agit contra eum ſtipulatione, reus negavit, ſed victus condemnatus eſt, modo quæritur, nunquid debet condemnari ad tertiam eius, quod damnatus eſt, ut hic dicitur? Et primo videtur, quod non, quia ſi in iſtis accuſationibus hoc invenitur ſpeciale conſtitutum, in aliis videtur prohibitum, arg. ff. de judi. cum prætor. cum ſuis ſi. Item quia in aliis accuſationibus nil mutatur, ergo ſtare non prohibetur, ut C. de teſt. ſancimus, & de appellationibus præcipimus. Item expreſſum & optimum argu. ff. de pecu. leg. l. 2. §. ſi filiusfam. & ff. de conſti. pecu. item illa verba, §. 1. in fine. Sed certe imo condemnabitur ad tertiam iſte reus, nam omnia negat, & ideo non titulus inſpicitur accuſationis, ſed factum, ut ff. de dona. l. qui id quod, in princ. & C. ad Mace. l. 3. & quia actio ſubrogatur in locum alterius, &c. ut ff. ſi quis cau. l. ſi eum, §. qui injuriarum. Item quia hæc fuit mens conſtitutionis iſtius. Andr.

De clericis conveniendis, &c.

(f) S*I quis clericus.* Si clericus habens rem Baronis, puta fundum: & ipſe habitet Neapoli, debet conveniri ſub judice Baronis, non Neapoli. Quod intelligo de judice competenti, puta eccleſiaſtico, quia ſub alio conveniri † non poteſt, quantumcunque vellet Imperator, ut extra de foro compe. cap. ſi diligenti, nam Imperator non poſſet tollere legem Papæ, ut arg. ff. de arbi. l. 3. Et nota, quod iſta conſtitutio continet jus commune, ut C. ubi in rem act. l. ſi. Si quis clericus infra de fide inſtr. l. cum juſtitiæ.

† Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

De clericis conveniendis pro poſſeſſionibus, quas non tenens ab eccleſia. Rubrica.

S*I quis clericus.* Iſtæ conſtitutiones nihil valent: imo ſunt caſſæ & irritæ: quia ſunt contra perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiaſticam libertatem, ut in auth. caſſa & irrita. niſi quia Imperator potuit tollere illam auth. C. de le. l. digna vox. Jure canonico hæc decernuntur corruptelæ.

Additio. *Adde, quæ dicantur ſtatuta contra libertatem eccleſiæ? vide tex. in c. 2. de verb. ſign. in 6. Bal. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. Card. Zabar. in repet. c. perpendimus, de ſent. excom. Abb. & Joan. de Imo. in cap. fi. de rebus eccleſ. non alie. Lap. alleg. 22. Angel. conſi. 48. incip. in thremate dicto, duo dubia eliciuntur. Abb. conſil. 63. incip. videtur primo dictum legatum, in 1. vol. Idem Abb. conſil. 84. incip. præſens dubium, in eo. vol.*

† Additio. *Vide eundem And. in c. 1. §. eccleſiaſticam, de ſtatu. contra liberta. eccl. & in c. 1. §. ſed mulier. nu. 4. & in fi. de capit. Conra. & vide ad hanc conſtit. Guliel. Bened. in c. Raynutius, in ver. & uxorem, nu. 414. pro feudo tamen, quod clericus tenet a laico, poterit coram eo conveniri, ut per And. in c. 1. qualiter vaſſal. immo poſſet cogi ad præſtandum juramentum fidelitatis huic domino temporali, ut ibi, & in c. 1. de nova forma fidelita. & per Jacobi. in tract. de feud. in ver. Princeps, col. 6. in fi. & plures alios caſus vide per Jacobi. in l. 1. ff. de judic. & Bar. & Bal. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Fab. Jordanus.

Nam in liberis rebus, & Burgenſaticis fiſcus ab inteſta-

Digitized by Google

† *Alias, a nobis.* ab † aliis, vel aliquo per (1) patrimonium, ſive aliud teneat, appellatus fuerit, volumus, ut de hoc in Curia illius, in cujus terra poſſeſſionem, vel tenimentum habuerit, (*a*) reſpondeat, & quod juſtum fuerit, faciat, non tamen, ut perſona ſua exinde capiatur, vel (*b*) incarceretur.

De ſacramento præſtando a Bajulis.

TITULUS LXX.

Iſtud juramentum, quod habent præſtare Bajuli juxta formam traditam ſupra in conſtitutione Puritatem, per manus Magiſtri Camerarii, vel Secreti, debent publice, & non ſecrete præſtare, & hoc dicit iſta conſtitutio. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

BAjuli (*c*) locorum, & judices publice ſuper juſtitia miniſtranda ſacramenta præſtabunt, quæ præſtanda per Magiſtros Camerarios præmiſſa conſtitutio noſtra decrevit. Illud tamen ſacramento Bajulorum expreſſe vidimus inſerendum, ut pœnas (2) & mulctas veteribus legibus, & noſtris conſtitutionibus comprehenſas ab his, qui in eas inciderint, prout ad ipſorum juriſdictionem, & cognitionem cauſæ pertinere noſcuntur, nulli omnino gratiæ, & honori penitus deferentes, ſine diminutione requirant, & recipiant requiſitas.

Nova conſtitutio.

Vult hæc conſtitutio quod clericus, vel quivis alius religioſus reſpondeat coram judice ſæculari de qualibet interdicto conventus. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias. Ideat.*

DE Burgenſaticis * petitorio, vel quolibet poſſeſſorio adipiſcendæ, recuperandæ, vel etiam retinendæ poſſeſſionis clericum, ſeu etiam quemvis religioſum pecuniaria actione conventum in civili volumus examine reſpondere, rei qualitate potius in hac parte, quæ petitur, quam

† Additto. *Nota clericum, & religioſum poſſe conveniri coram judice ſæculari in cauſa civili ſcilicet ubi retinerent ſeu poſſiderent ipſi bona burgenſatica, quæ ſunt de burſa Imperatoris. Ratio erit, quia potius in hoc caſu inſpicitur qualitas rerum, quam qualitatis perſonæ, & judicis eccleſiaſtici, & ut res Imperatoris habeant ampliorem prærogativam, quam alia res cujuſcunque, & intellige hanc conſtitutionem ſecundum notam in conſtitutione ſi quis clericus, ſup. tit. 1. & convenitur etiam clericus coram judice ſæculari in cauſis criminalibus in duobus caſibus, ut in conſtitutione de perſonis. Sed qui contineantur appellatione clericorum, omnis ordo ſacer, de jure canonico, 21. q. 1. de perſona, de jure civili no. auth. presbyteri. C. de epiſ. & cler. Sed an contineantur Canonici, vide extra de ver. ſig. c. cum tibi, & qui appellatione Sacerdotum, c. 2. extra de cohabit. cler.* De Bottis.

(1) Additio. *Adde, quod bona patrimonialia clericorum, gaudent eodem privilegio cum bonis eccleſiæ, ut eſt gloſſa in ver. obligata, in c. ex litteris, de pign. c. fi. in ver. facultatibus de vi. & hone. cle. glo. in c. ſumuntur, 16. q. 1. Card. Zab. in c. 1. de dolo, & contumac.* Superantius.

(a) *Reſpondeat*. Vide multa ſimilia ad hanc conſtitutionem, quæ ponit hic in ſom. qualiter divet. le. ho. ſu. res di. de. l. 1.

(b) *Incarceretur*. Qoid in laico, nunquid in cauſa civili, ſi non ſatisfaciat, incarcerabitur? credo quod ſic, quia ceſſio bonorum ad hoc prodeſt ſibi, ne detrudatur in carcerem, ut C. qui bo. ced. poſ. l. 1. Item non eſſet privilegium clericale, ſi quilibet de populo hoc haberet, ut ff. ad muni. l. 1. & de condi. inſti. l. verba, & de le. 1. ſi quando, & C. de theſau. l. 1. li. 10.

De ſacramento præſtando a Bajulis.

(c) BAjuli. Eſt finis conſtitutionis, quæ eſt ſupra, Puritatem.

(2) Additio. *Adde an iſta differant inter ſe, vide per Spe. in ti. de ſen. prolat. in §. 1. ver. eſt & quarta ſpecies, & per Archid. in cap. ſtatuimus, in ult. col. 16. q. 1.* Superant.

* Additio. *Hæc conſtitutio corrigitur per c. Item ſtatui-*

ANDREAS DE ISERNIA.

teſtato non ſuccedit clerico, cum quo nullum habet cognitionem. 12. q. ult. c. ult. extra de ſucceſ. ab inteſt. c. 1. & 2. & dictum eſt ſupra, de off. Mag. Cam. l. præſenti. in fi. quæ ſimiliter caſſa eſt, quantum ad hoc; ſic etiam caſſa eſt ſupra, de offic. Juſtit. l. perſonis clericorum, & adde, quæ ibi dicta ſunt. Deceptus fuit hic legiſlator, dum dicit hic attendi hujus rei qualitatem, non perſonæ conditionem, ſeu judicii, pro quo eſt, quia res convenitur non perſona, immo perſona ratione rei, quando inanimata eſt, & improprie dicitur conveniri res. Nam res ſumit cognitionem a perſona, non econtra. C. lib. 10. de impo. lucr. deſcr. l. 1. §. 1. de acq. here. l. per procuratorem. C. de inof. teſt. l. fin. in fine. Sic in delictis perſona delinquit, & non res, in Auth. de man. Prin. §. oportet. Inde judicium ſæculare non eſt de rebus clericorum, quia bona eorum ſumunt conditionem perſonarum. 11. q. 1. c. ex his, dignior eſt perſona, quam res, nam res gratia hominum ſunt inventæ. ff. de uſu. l. in pecudum, de uſufr. l. pen. jux. illud poeticum: Res mihi, non me rebus ſubjicere volo, concor. ut no. C. de ſacroſanc. eccl. l. ſancimus, in fi. Dicunt etiam imperiti, quod Papa, & eccleſia Romana approbavit iſtas conſtitutiones, & ſic ipſe videtur feciſſe. ff. de verb. ſignific. l. lege obvenire. ſed iſta affirmatio, ſeu probatio, ſeu confirmatio non apparet. Unde ei, qui eam dicit, incombit probatio. ff. de probat. l. 2. & ſi apparet in genere, non videtur approbare id, quod ſpecialiter conceſſurus non erat. ff. de pec. l. qui peculium. ff. de inof. teſt. l. ſi quando ſicut patronus remittendo jus patronatus, reverentiam ſibi debitam non remittit. C. de bo. li. l. fi. Et epiſcopus remittendo jura epiſcopalia, non remittit cathedraticum, ut extra, de don. c. fi.

SI quis clericus. In gloſſa. 1. No. ex hac gloſſa expreſſum per c. ſi diligenti. de foro compet. cum ſi. clericum etiam in patrimonialibus privilegiatum, ut non conveniatur niſi coram judice eccleſiaſtico: ſic etiam no. Jo. And. in c. ſi quis in jus. ext. de re ju. lib. 6. ſic & pro patrimonialibus non ſolvit collectas, ut dicit c. Regis Caroli II. tempore vicariatus in planitie S. Martini, quod incipit, Item ſtatuimus, quod clerici.

De ſacramento præſtando a Bajulis. Rubrica.

BAjuli locorum. Repetit, quod dixit ſupra de offic. Mag. Camer. l. puritatem. And. de Iſer.

Nova conſtitutio.

DE Burgenſaticis. In textu, Reſpondere. Nota clericum, & religioſum poſſe conveniri coram judice ſæ-

quam perſonæ conditione, ſeu judicii qualitate penſata.

De numero Bajulorum per loca.

TITULUS LXXI.

Quoniam multitudo ſæpe officialium judicum habentium cauſam judicare, non poſſunt de facili convenire in unum ad judicium, & ideo litigantibus paratur impedimentum, ſtatuitur hic, ut tres tantummodo conſtituantur Bajuli, qui ſint de demanio Regis in locis, in quibus debent conſtitui Bajuli, & non plures. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

SÆpe (*a*) contingit, quod multitudo officialium, qui de facili convenire non poſſunt, litigantibus in ipſorum rationibus impedimentum inducat. Statuimus igitur, ut tres tantummodo Bajuli, & non plures, in locis quibuslibet ſtatuantur: & ipſos etiam de demanio, & homines demanii eſſe præcipimus.

Ut clerici, vel judices non ſint Bajuli, & de pœna facientium contra.

TITULUS LXXII.

Clerici ſæcularibus negociis non debent ſe immiſcere, prout ſacri canones ſtatuerunt: & ideo non poſſunt eſſe Bajuli, neque judices Bajulorum: & contrarium facientes puniuntur pœna publicationis bonorum ſuorum: & in Calendis Septembris debet fieri conceſſio Bajulationis, vel ad extalium, vel ad credentiam. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † Alias, Idem.

CLerici (*b*) quoque, quos a forenſibus negociis ipſe ordo clericalis excludit, ad adminiſtrationes Bajulorum, vel ipſorum officia nullatenus admittantur.

Quod etiam ad judices extendentes, ipſos a Bajulationibus, & Bajulorum conſortiis privatis, & publicis removemus: Eoſdem etiam publicatione bonorum ſuorum, ſi contra fecerint, condemnantes, & Bajulationes omnes ubique per Regnum a Calendis Septembris inchoari præcipimus, ſive in extalium, ſive ad credentiam collocentur.

In quibus † rebus petatur trigeſima? † Alias, de trigeſima, & ſalario officialium.

TITULUS LXXIII.

In quacunque re vel contractu, excepto mutuo, commodato, & depoſito, tenetur ſolvere condemnatus Bajulo trigeſimam: vel ſi tranſactio intervenerit, tunc ab utraque parte exigetur. In prædictis vero tribus caſibus recipit a convicto tertiam, a confeſſo nihil, & plus accipiens punitur Bajulus in duabus libris auri, præter perjurii pœnam. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † Alias, Idem.

COnſtitutionum (*c*) prædeceſſorum noſtrorum defectum neceſſario ſupplemento ſupplen-

---

tuimus, quod clerici, & per aliud cap. item ſtatuimus, quod clerici, qui clericaliter. De Bottis.

De numero Bajulorum per loca. Rubrica.

(a) S*Æpe contingit*. Frænat hæc conſtitutio multitudinem Bajulorum, ut ultra tres non ſint concor. in Auth. de teſt. l. 1.

Ut clerici, vel judices non ſint Bajuli, & de pœna, &c. Rubrica.

(b) C*Lerici quoque*. Prohibet clericos a Bajulationis officio, concor. C. de teſt. l. hac conſultiſſima, & prohibet judices forte illa ratione, qua quis merito ſacerdotes appellat, ut ff. de juſt. & ju. l. 1. Item dicit, quod in Calendis Septembris debent vendi & concedi Bajulationes: ſed jure noſtro in Calendis Januarii, & tunc ille dies erit feriatus, ut ff. de feriis, l. pridie.

In quibus rebus petatur trigeſima. Rubrica.

(c) C*Onſtitutionum*. In quacunque re, vel in contractu, exceptu mutuo, depoſito, & commodato, tenetur condemnatus ſolvere trigeſimam Bajulo, vel

---

ANDREAS DE ISERNIA.

ſæculari in cauſa civili, ſcilicet ubi ipſi retinerent, ſeu poſſiderent aliqua bona burgenſatica, quæ ſunt de burſa Imperatoris. Ratio eſt, quia potius inſpicitur qualitas rerum in hoc caſu, quam qualitas perſonæ & judicis eccleſiaſtici, & ut res Imperatoris habeant ampliorem prærogativam, quam aliæ res cujuſcunque alterius. Convenitur etiam clericus coram judice ſæculari in cauſis criminalibus in duobus caſibus, ut in conſtitutione, de perſonis. Et intellige hanc conſtitutionem ſecundum ea, quæ notantur in conſtitutione, ſi quis clericus, ſupra tit. 1. Marinus.

De numero Bajulorum. Rubrica.

S*Æpe contingit*. No. de multitudine, quæ innumeroſa nihil habet honeſtum, ut in Auth. de referen. circa ſi. alias, de ſan. epiſco. Sic 1. Machab. 3. c. Non in multitudine exercitus eſt victoria. & Veget. lib. 3. nimis alias unus copioſus exercitus magis propria multitudine, quam hoſtium ſuritate deprimitur, maxime ſi rudis & indocta, quæ parata eſt ſemper ad cædem. Item no. de tribus Bajulis, corrigitur ſupra de offic. Mag. Camer. quæ dicit unum, nota etiam de clericis, pro quo eſt. C. de epiſ. & cler. l. placet.

S*Æpe contingit*. Credo, quod hæc conſtitutio intelligatur, quod tantum tres bajuli conſtituantur ad exercenda jura bajulationis, ſeu duhanæ, quæ continentur ſupra de ſacra. præ. l. ſi. & non loquitur hæc conſtitutio de juſtitia adminiſtranda: quia in ea unus tantum Bajulus debet eſſe, & non plures, ut ſupra de ſacr. præ. l. Magiſtri Camerarii, in princ. in qua etiam dicitur, quod bajulatio juſtitiæ vendi non poteſt, & melius infra de apparitore. l. occupatis. §. ſtatu. & vide, quia D. And. de Iſer. in præallegata conſtitutione occupatis, in ſua lect. allegat hanc conſtitutionem pro contraria, & non ſolvit. Pet. de Montefort.

De trigeſima ſolvenda. Alias, trigeſima & ſalario officialium. Rubrica.

C*Onſtitutionum*. In tribus contractibus, mutui, commodati, & depoſiti loquitur ſupra eo. l. Regiæ, ſi habeat juriſdictionem Bajulus in litigiis aliarum rerum quarumcunque, habet Bajolus trigeſimam a damnato. Sed ſi tranſactum eſt ab utraque, habet eam. Hæc trigeſima ſolvitur Bajulo poſt ſententiam. Alii dicunt, quod recipitur ab utraque parte: & quod ſtatim libello dato, ſcilicet in ipſa conteſtatione litis.

plentes, quæ in certis tantum quæſtionibus, & perſonis, commodato videlicet, mutuo, & depoſito, Bajulos tertiariam recipere (*a*) ſtatuebant, nec de aliis aliquid: ſanctiones ipſis non modicam malignandi materiam offerebant. Statuimus, ut de cauſis aliis, tam mobilium, quam immobilium, & quarumcunque rerum, quæ non cadunt in nomen contractuum prædictorum, ſi perſonali qualibet, vel alia actione reali petuntur, trigeſimam tantum (*b*) quantitatis, (*c*) vel æſtimationis rei petitæ Bajuli ipſi exigant, (*d*) & recipiant (*e*) a damnato, (*f*) cum cauſa per ſententiam decidetur: ſicut judicialibus (*g*) novella noſtri numi-

---

vel ab utraque parte, ſi tranſactio intervenit. Plus accipiens punitur in duabus libris auri. Quantum autem de jure communi licitum ſit judicibus accipere, patet in Auth. de judi. §. ne autem. In prædictis tribus caſibus accipiet a convicto tertiariam, a confeſſo non, niſi ut ſupra de neutu. & co. Sed nunquid a confeſſo recipiet trigeſimam in ceteris contractibus? videtur, quod non, quia quod ibi in tertiorio, hic in trigeſima videtur fore dicendum, cum ſit eadem ratio, ſed quod hic dicit accipi a tranſigentibus, & ſic tranſactio pro victoria habetur, argu. ff. manda. l. fin.

(a) *Statuebant*. Supra de depo. & mu. & comm. l. Regiæ meteſtetis.

(b) *Quantitatis*. In perſonali.

(c) *Vel æſtimationis*. In reali. In actione vero injuriarum ſervatur aliter, ut dicitur infra, qualiter judi. l. 1.

(d) *Et recipiant*. Ne labor ſit ſine mercede, ut in Auth. de judi. coll. 6. §. ne autem. Sed an in principio, aut poſt latam ſententiam? videtur, quod medietas in principio, & medietas in fine exigi debeat, argum. prædicti §. contra quod in fine, ſicut hic dicitur, ſed dicas, quod ſtatim lite conteſtata faciat judex ſe cautum de ipſa trigeſima in pecunia, vel in pignore: & lata ſententia inter ipſum & Bajulos dividatur, ut infra, qualiter judex, de judic. l. 1. & trigeſima ab his petende, in ver. ſtatuimus.

(e) *A damnato*. Id eſt, victo reo, videlicet, vel ab actore. Non enim a ſolo reo quando damnatur hæc trigeſima dari debet, ſed etiam ab actore, quando vincetur actor, & reus abſolvetur: quia non debet plus licere actori, quam reo, ſicut dicit regula juris, & immo æqualitas debet ſervari in judiciis: præcipue circa hujuſmodi ſportulas, de quibus hic dicit, ut C. de fru. & li. expen. l. fi. & de prox. ſac. ſcri. l. in ſacris, circa fi. ubi dicit æqualitatem litigatoribus volumus obſervari, lib. 12. & ideo expoſui damnato ideſt victo: nam proprie reus dicitur damnari, cum vincitur: ſed actor cum perdit, & reus abſolvitur, dicitur victus. C. de pet. hær. l. fi. §. ſin autem ex contractibus & in fine ubi dicitur, quod ſi petitor fuerit victus, & ff. de pign. ſi ſuperatus, & de re judi. l. ſæpe, §. ſi ex duobus, & C. de judi. l. properandum, §. ſin autem. Vel dic, quod etiam actor poteſt dici damnatus, cum perdit: nam abſolutio rei, damnatio eſt in actore: ſicut & libertas dicitur ſervitus iſto reſpecto, ut ff. de ſervi. urb. præd. l. 1.

(f) *Cum cauſa per ſententiam*. In duobus hic corrigitur per inferiorem conſtitutionem, Circa juſtitiæ, &c. videlicet in eo, quod hic dicit trigeſimam recipi a damnato. Recipi enim debet ab utraque parte. Item in eo quod dicit trigeſimam recipi poſt ſententiam: debet enim recipi ita, quod ſit de ea cautum ſtatim libello oblato, ideſt, in ipſa litis conteſtatione, prout utrumque patet in præallegata conſtitutione, in novis adjectionibus, quæ ſunt ibi, & concor. in Authen. de judic. §. ne autem, ne labor ſit ſine mercede, & argu. ff. de re milit. l. 4. §. ſed & ſi menſor. & ita tenetur in aliquibus partibus regni. Quod iſta etiam trigeſima, quæ ſolvitur curiæ, vel Bajulo, debet ſolvi ab utraque parte, maxime quia hic ſe refert ad illam conſtitutionem, Cum circa. Vel ſi vis dicere, quod hæc conſtitutio non corrigatur in aliquo, ſed trigeſima Bajulorum poſt ſententiam, ſemper a ſolo victo præſtetur: ſicut in aliis multis Regni partibus obſervatur: dic, quod eſt ratio diverſitatis de trigeſima Bajulorum ad trigeſimam judicum: quia cum iſta trigeſima Bajulorum ſolvatur poſt ſententiam, ut hic, victus victori tenetur in expenſis, ut C. de judic. properandum. §. ſin autem. & in Auth. de jud. §. oportet, ubi de hoc coll. 6. dolo peteret victus quod victor ſolvat medietatem hujus trigeſimæ, quod jam liquet ſe ei reſtituturum, ut ff. de re judic. in condemnatione. §. fin. & de doli exceptio. l. dolo. Imo melius eſt, ut evitetur circuitus, quod recta via integra hæc trigeſima exigatur a victo, ut arg. ff. de leg. 2. cum ab uno. & argu. ff. de condict. inde. l. dominus teſtamento. cum ſi. ibi no. non ſic liquet in trigeſima judicum, quæ ſolvitur in ipſa conteſtatione litis, ut dictum eſt. Et nota, quod poſtquam judex recipit trigeſimam, non debet recipere ſubſcriptionem pro ſententia, ut infra in præalleg. l. cum juxta. Vel dic ut ibi in adjectionibus ſuis. Et eſt ratio, quia trigeſima Bajulorum ſolvitur lata ſententia, ſed trigeſima judicum ſolvitur in conteſtatione litis.

(g) *Novella*. Infra qualiter judi. judic. per. & videns novam conſtitutionem infra duorum principum.

ANDREAS DE ISERNIA.

Et in his duobus dicunt corrigi iſtam conſtitutionem per ſequentem, ſcilicet Cum circa, in hoc conſiſtit tota virtus. Gloſſa quærit utrum a confeſſo recipiatur trigeſima? & dicit fore dicendum, quod cum ſit eadem ratio, ergo idem jus. Item certe ubi ante litis conteſtationem rem non confiteretur dato libello, ſed ſtatim, quod fuit in judicio, & judex non laboravit, nec actori diſpendium aliquod pertulit ſine ſui fatigatione. Tunc videtur dicendum non deberi trigeſimam aliquam Curiæ, nam iſta conſtitutio non judicat, ſed facta eſt ad ſupplendum dictam conſtitutionem Regiæ. Sed illa trigeſima, alias tertiaria illius conſtitutionis non exigetur dicto caſu, quando confitetur: ergo nec in iſtis, de quibus hæc conſtitutio loquitur ſupplendo, quia interpretans habet locum ubi interpretatum, ut in Auth. de fil. ante do. inſtru. nat. circa finem, quamvis actor laboravit in faciendo reum citari in judicio, pro quo ſolvit citatori, & ſententia commonitoria, ſententia dicitur. C. de exhib. re. l. neminem, & de epiſc. & cler. l. cum clericis, & lib. 10. de agric. & cenſ. & de prin. & agen. in re. l. fin. libro 12. Quamvis labor & ſumptus actoris non ſit conſiderandus, quantum ad trigeſimam judicis ſolvendam, quæ debetur pro labore ipſius judicis, non actoris, ut in Authen. de jud. §. ne autem labor, & licet Curia fatigaverit faciendo eum citare per ſervientem, qui eſt ad gagia Curiæ, hæc modica laboratio non debet attendi, ff. de impen. l. omnino, & commodo, l. in rebus, §. poſſunt. At ſi dato libello confiteretur animo conteſtandi litem, & litigandi: tunc ſecus, & ſic intelligendum eſt, quod dicit gloſſa in d. l. Regiæ, quia per confeſſionem facta eſt litis conteſtatio, ut nota de lit. conteſt. l. 1. Sed ſi judex poſt confeſſionem prædictam factam non animo litem conteſtandi videat confeſſum ſatisfactionem diffugere: vel alia ex cauſa ante præceptum de ſolvendo, & det præceptum de ſolvendo, ut ff. de jud. l. ſi debitori, videtur quod habeat trigeſimam: laboravit enim, & ſic poteſt hæc gloſſa intelligi, nam præceptum de ſolvendo ſententia dicitur, a qua poteſt appellari, ut dicunt Moderni, ut ff. de mino. l. ait prætor §. non ſolum alias §. quid tamen, ſummodo non malitioſe ſeu aſtute det præceptum de ſolvendo, ut ibi. nam trigeſima, &c. hac ſola de cauſa, tunc ad iniquum compendium trahetur actor, ut C. pro empt. l. fin. quoniam ſi reus confeſſus paratus ſit ad ſatisfaciendum infra dictum tem-

minis conſtitutio introduxit. Si vero cauſa tranſactionis remedio decidatur, tunc ab utraque parte litigantium recipiant trigeſimam ſupradictam. Bajulus autem contra prædicta, vel aliquod ſupradictorum veniens, quæ in noſtris & Regum aſſiſiis continentur, (*a*) præter perjurii pœnam in (*b*) articulis jurisjurandi contentam, de quo (*c*) divina ſententia condemnatur, duas libras auri puriſſimi ærario noſtro ſe noverit illaturum.

† Alias. Idem. Et in antiquis codicibus hic eſt §.

† IMPER. FREDERICUS.

Circa tamen compilationes * Neapolis, & Straticotis Salerni, ſcilicet Meſſanæ, quibus cognoſcere licet de criminibus de ſpeciali & antiqua prærogativa, & Regni noſtri obſervatione dignoſcitur eſſe conceſſum, ordinatione conſtitutionis præſentis nihil volumus innovari.

De ordinandis judicibus & quando, & de quibus rebus poſſit peti trigeſima. Alias de officio judicum.

TITULUS LXXIV.

Poſt regnum in pace reformatum vult Imperator reformare juſtitiam, quæ eſt ſocia pacis, & repulſis judicibus, qui erant pro tempore invaſionis regni, mandavit creari alios judices, quos monet, ut ſecundum jura judicent, & ferant ſententias incorruptas. Debent enim judices habere manus mundas, ut in Authen. de manda. princ. in fi. 1. col. & non vendere auro juſtitiam, ut in Auth. ut judi. ſine quo, ſuffrag. §. neceſſitate, in fi. §. ne tamen labor judicis ſit irremuneratus, ut in Authen. de jud. §. ne autem, & hic in fine vult quod poſſit ſemel accipere in cauſa a partibus eſculenta, & poculenta, & trigeſimam totius æſtimationis litis, in poſſeſſorio concedit eis ſexageſimam, quæ trigeſima vel ſexageſima ſolvetur eis poſt cauſam finitam ſententia vel tranſactione. Item habebunt ſimilem partem de compoſitionibus maleficiorum, & etiam rerum incorporalium, ſcilicet jurium, id eſt, ſervitutum, & differt hæc conſtitutio ab illa, quæ eſt ſupra de trigeſima exigenda, quia illa conſtitutio providet Bajulo, hæc judicibus, ut hic in gloſſa. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias. Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

Cum (*d*) circa * juſtitiæ tramites imperialis clementia oculos ſuæ proviſionis adver-

(a) *Præter perjurii pœnam*. Quæ eſt poſita infra de aleatoribus. l. 3. & in Lombar. de perjur. l. Deo.

(b) *Articulis*. Qui poſiti ſunt. C. de jura. calum. l. 2.

(c) *Divina ſententia*. Hæc pœna divina non excludit legitimam, ſic & in C. de ſumma Trinitate, & fide cathol. l. 2. in fi. & ſupra eod. puritatem. Alibi vero legitima non excludit cœleſtem, ut C. de don. ſi quis argentum. §. ult. in fi. adde circa materiam iſtam, quod notatur in jure Longobar. de prohi. ali. mi.

* Additio. *Aſſiſſius legit non compilationes, ſed compalatios, id eſt Judices Bajuli, ſic dictos quod in palatio jus dicerent. Infra tamen in conſtitutione, Cum nova, Compares dicti videntur.* Fabius Jordanus.

De ordinandis judicibus, & quando & de quibus rebus poſſit peti trigeſima &c.

(d) Cum *circa*. Poſt regnum in pace reformatum vult Imperator juſtitiam reformare, quæ eſt pacis ſocia: & repulſis judicibus, qui erant pro tempore invaſionis regni, mandavit creari alios judices, quos monet, ut ſecundum jura judicent, & ferant ſententias incorruptas. Debent enim habere judices manus mundas, ut in Auth. de mand. Princ. in fi. 2. col. & non vendere auro juſtitiam, ut in Auth. ut judi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem in fi. §. Ne tamen labor judicum ſit irremuneratus, Auth. de judic. §. ne autem, & hoc in fi. vult quod poſſint accipere ſemel in cauſa a partibus eſculenta & poculenta, & trigeſimam totius æſtimationis litis. Et hoc habet locum, ubi agitur petitorio. Sed ubi agitur poſſeſſorio, concedit eis ſexageſimam, quæ trigeſima, vel ſexageſima ſolvetur eis poſt cauſam finitam ſententia, vel tranſactione. Item habebunt ſimilem partem de compoſitionibus maleficiorum, & etiam rerum incorporalium, ſcilicet jurium, vel ſervitutum, ſi fuerint pecuniæ, & differt hæc conſtitutio ab illa, quæ eſt ſupra de trigeſi. exhi. quia illa Bajulo, hæc judicibus providet.

* Additio. *Contra hanc conſtitutionem vide Luc. de Penna in lege, annonas. C. de erogat. milit. annon. vol. 2. lib.* 12. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

tempus, ita quod non ſit actor cum ſacco paratus, ff. de ſolu. l. quod dicimus, aut ſi procurat, ut actor dicat ſe contentum, & non inſtet plus, nec proſequatur, vitabit trigeſimam, quia præceptum non dabitur, ſi actor non vult. Nam finis per præmiſſa impoſitus eſt liti: ſed ubi judex nihil laborat, non habebit. Qui enim non laborat, non manducat, ff. de damno infecto, l. quamvis.

Additio. *Adde l. fi. ex duobus, ff. de noxa. cap. fin. 1. quæſtio. 2. & in cap. ſi tempus, de pæ. diſtinct.* 4.

Et præmia debentur labori atque virtuti. C. de ſtatu. & imag. l. fin. De Tiro, l. 2. lib. 12. ille vero, qui tranſigit non confitetur, imo facit rem dubiam, ff. de tranſactio. l. 1. ideo aliud ſtatuitur in tranſigente, in illo etiam bonus judex laborat, ſcilicet, ut partes concordentur. Quid enim aliud agit prætor. &c. ff. de oper. no. nunciat. l. 1. §. unde quæritur. Boni quidem prætoris eſt hoc, ff. ſi cert. per. l. quidam. Et ſi dicatur, quod tranſigens fatetur, ſicut qui paciſcitur, ff. de his qui notantur infamia, l. quoniam, non ſequitur, imo eſt contrarium ei, qui confitetur tranſigens, cum ſi fatetur, ut dictum eſt, ſine damno erit, ut dicit conſtitutio Regni. Quando reus venit ad judicium, quia citatur, ſed non alias animo litigandi, agnoſcens veritatem, & confitens, non laboravit tunc judex, & ſic non habebit trigeſimam. Unde ſi petat a judice, quare vocatur, non per hoc habet animum litigandi. C. de litis conteſtatio. l. 2. in princ. ſic non videtur conſentire in judicem, qui edi genus ſibi poſtulat actionis, ff. de jud. l. non videtur, ut ſciat utrum debeat cedere vel contendere, ff. de edendo. l. 1. in princ. & ſi forte citator domi expreſſit, quod debet fieri, ſcilicet, quomodo, & de qua re, coram quo, & cetera ſupra, de exordiis & prælara. in l. edictorum, forte non intellexit: vel non retulerunt ſibi illi de domo, vel vult melius ſcire a judice. Nam vox præconis paucis innoteſcit, ff. de in integrum reſtitutione, l. divus, hæc cognitio ſi expectet & recipit libellum, vel proponitur contra ſe, quando eſt cauſa ubi non datur libellus, & tunc confiteatur, ſatis videtur inde, quod vult litem conteſtari, ut in glo. no., & qui confitebitur ſe mutuo recepiſſe, poteſt probare quod ſolvit, vel aliud ſimile. C. de probationibus l. 1. Quamvis enim difficile ſit probare animum litem conteſtandi, vel non, ff. de interrogato. actio. l. quia probari poteſt, & probatur per ea, quæ quis agit, & dicit. C. de teſta. l. non codicillum, ſicut interiora probantur per exteriora, de acquir. rer. dom. l. 2. §. illud, tunc debebit trigeſimam, cum conteſtetur, ut in litis conteſtatione, ut d. §. ne autem. Dom. Andr. de Iſer.

De ordinandis judicibus, & quando, & de quibus rebus poſſit peti trigeſima. Rubrica.

Cum *circa*. Primo repetit de numero Bajulorum, ſupra eod. l. ſæpe. Repetit etiam quod officiales habeant manus mundas, ſic ſupra de officio Juſtitiarii

vertit, & ſui regiminis extollit faſtigium, armando legum muoimine imperatoriam majeſtatem, & ſubjectorum gravamina, & oppreſſiones relevat, qui ſola (*a*) poſt Deum magnificentiæ Principis lenitate reſpirant. Diſcrete itaque viciſſitudine temporum, dum poſt bellorum ſtrepitus, obtenta victoria ſuccederet quies pacis, ad hoc ſe noſtri nominis principalis ingenii erexit proviſio, ut paci juſtitiam ſociaret: Ad quod itaque dum perpenſæ deliberationis conſilio vacaremus, diſtincta poſt modum moderatione (*b*) præſcripſimus, quot, & quales Bajuli, judices, atqne notarii per urbes ſingulas, juſtitiam miniſtrarent, videlicet, ut his, quos dudum invaſorum Regni noſtri per diverſas provincias concreavit iniquitas, penitus antiquatis, & ipſorum loco de mandato noſtro duobus uut tribus, aut quinque in locis aliquibus, qui contractibus tunc interſint, & uno tantummodo, qui una cum Bajulo cauſas examinent & decidant, viris providis & fidelibus ſubſtitutis, ut in novi Regis victoria, novella juſtitiæ (*c*) propago conſurgat, qui juxta tenorem noſtrarum conſtitutionum, (*d*) & jura, (*e*) & conſuetudines (*f*) approbatas cauſas audiant, auditas examinent, & a gratiarum & munerum ſordibus abſtinentes, de puræ conſcientiæ gremio gratuitas ſententias proferant, non venales: nihil omnino, præter eſculenta, & * poculenta, (*g*) ſemel tantum in cauſis, per ſe vel per alium a litigatoribus capientes. Sed de munificentiæ noſtræ gratia (*h*) ſalarium a Curia noſtra recipiant, prout unicuique prædictorum in locis ſingulis per noſtram excellentium eſt proviſum. Statuimus etiam ut (*i*) trigeſimam partem quantitatis in petitione deductæ, vel æſtimationis petitæ rei ſub ſacramento partis & texatione judicum (*k*) ex utraque parte litigantium, poſt definitivæ ſententiæ calculum, vel cauſas tranſactione, vel amice-

(a) *Poſt Deum*. Impetatoe enim poſt Deum eſt communis pater omnium ſubjectorum, ut in Auth. neque virum, quod ex do. eſt, ad finem, colla. 8. & concor. ſupra de feu. impo. l. ultima, alias fidelium noſtrorum.

(b) *Præſcripſimus.* Supra in quarta conſtitutione, quæ incipit, in locis Demanii.

(c) *Propago*. Simile infra in l. ultima hujus li. ad laudem.

(d) *Et jura*. Nota quamdiu locus eſt legi, non eſt ad conſuetudinem recurrendum, ut t. diſtin. conſuetudo, & argum. ff. de auro & argen. leg. pedicolis. §. argento, & ad idem. ff. de leg. & ſenatuſcon. l. de quibus, in prin. & concor. ſupra de ſervi. vi. co. & Baju. ut uoiverſis, & de ſacra. a Ba. & Ca. præſt. l. puritatem.

(e) *Et conſuetudines*. Nam ita debet judicare judex, ut hic, & ſupra in octava conſtitutione, quæ incipit, ut univerſis & ſingulis, & ibi notatum eſt de hoc.

(f) *Approbatas*. Non ſervabis hic ordinem litteræ, ne novis & noviſſimis legibos contradicat, quid enim primo ſequi debeat judex in pronunciando, quid ſecundo, & tertio, & deinceps, habes ſopra, de offi. Mag. Juſti. l. ulti. Novo etiam jure primo judicet judex ſecundum legem, ſcilicet non ſcriptum, deinde ſecundum jus, ſcilicet, ſcriptum, ut in Auth. coll. 3. de deſen. ci. §. interim, & juſ. quod præſt. ab his. §. æquus, & hoc ex eo probatur, quia cunſuetudo legi derogat in eo loco, in qao inducta eſt, dummodu conſuetodo ſit poſterior lege, quod dic ut in ſum. quæ ſit lon. conſuet. §. quantum. Ordinem oamque ſcripturæ ſervamus, quoties quæritur quis homo, cui primæ perſonæ debeat præferri in aliquo obtinendu, ut ff. de uſufr. quoties. Ubi autem hoc non quæritur in perſonis. Sed hoc, an valeat ſcriptura ante ſolutionem: & in quam cauſam debeat accepta fieri pecunia, & qualiter debeat ferri ſententia, aut quo ordine, non ſpectamus ordinem ſcripturæ, ſed jus, ut ff. de leg. 3. cum pater. §. fidei. ff. de ſolu. in his. & eſt ratio, quia prælatio ex ordine conſideratur, an valeat aliquid vel non de jure. Ponit hic qualiter judex judicare debeat, ad hoc ut ſententia juris conſequatur effectum, ſupra vero de ordine diverſorum judicum.

* Additio. *De officialibus recipientibus victum ab univerſitatibus, quod condemnentur in quadruplum, vide cap. Caroli I. in lib. Barattutii. cap. 12. lib. a.* Fabius Jordanus.

(g) *Semel tantum*. Sic C. de poſtu. quiſquis. §. oemo ex his, ubi dicit quod ſibi ſemel officii, &c.

(h) *Salarium a Curia*. Quod dicit de ſalario, corrigitur infra titu. t. cum juxta.

(i) *Trigeſimam*. Sopra de offi. Mag. Ca. & Ba. in fi. titu. Trigeſimam partem, ſcilicet unam pro ſe, de qua loquitur hæc conſtitutio: & alteram trigeſimam pro procura. de qua loquitur præcedens conſtitutio, &c.

(k) *Ex utraque parte litigantium*. Eſt enim hoc ſecun-

ANDREAS DE ISERNIA.

rit l. puritatem, & quod judicet ſecundum has conſtitutioner, & in earum defectu ſecundum conſuetodines approbatas, ut ſupra ead. l. & eod. tit. l. ut univerſis, plene dictum eſt. Item vult, ut Bajulus, & judices recipiant trigeſimum, de boc plene dictum eſt ſupra, l. conſtitutionem, & l. Regiæ. Hæc eſt quædam additio circa litteram, quæ dicit ſalaria dari Bajulis & judicibus, & ſtatim ſequitur, ſtatuimus etiam ut trigeſimam &c. Et ſic videtur, quod utrumque habeat, ſcilicet ſalarium & trigeſimam, quia verbum, Etiam, videtur implicare, ut utrumque debeatur. C. ſi tutor vel curator, in l. etiam. Sed non eſt verum, quia habentes ſalaria a Curia nihil pro ſe recipiont, ſed omnes trigeſimæ, obventiones, & proventos ſunt Curiæ, quæ dat ſalaria, ſupra eod. l. cum juxta, quam quidam ſicut gloſſa habent poſt iſtam & verbum, Etiam, implicat ad verbum, Statuimus, ſive enim ſubſequatur hanc, ut gloſſa habebat, non tolleretur præcedens, ff. de leg. non eſt oovum, & l. ſequen. ſive præcedat. Leges enim non corriguntur, niſi quando expreſſe dicitur. Unde ſcio quæſitum, an idem in aliis officialibus, ut Juſtitiariis, judicibus, actorum notariis, & ceteris ſalarium habentibut a Curia? Et communis ſententia ſeu opinio eſt, quod habentes ſalarium, non habent trigeſimam, cum ſit eadem ratio, ergo idem jus, per ea, quæ alias notantur in gloſſa in ſimili in Authen. de judi. §. ne autem labor. Per hoc patet, quod quædam conſtitutio, quam habent quidam hic, & incipit, pro ſcriptura autem, corrigitur per præmiſſa.

In actione injuriarum. Jure Romano, dicit gloſſa, quod de eo quod eſt petitum, ff. de juriſd. omn. jud. l. cum quadam, §. quoties.

Sexageſimam. C. de jure emphy. l. fio. in illo jure illius legis dicitur de quinquageſima. Hæc conſtitutio, & ſupra eod. l. conſtitutionem, & l. Regiæ, videntur loqui in Bajulo Demanii regis Gulielmi, & Imperatorum condentium has leges. An idem ſit in Bajulo Comitum & Baronum, & feudatariorum, & eorum judicibus, ut recipiant trigeſimam per jura? quod videtur, quia pro labore datur trigeſima eis, ſicut & ſportula, ut in Authen. de judic. §. ne autem labor. & hi laborant in cauſa, ſicut & Bajuli, & judices Demanii. Econtra quod non: quia Comites, & Barones, &

cabili compoſitione, deciſas, pro judicaturis ſuis, & ſubſcriptionibus conſequantur, & (a) ſtatim oblato (b) libello, & parti porrecto in pecunia, vel in pignore pro Curia noſtra, & pro ſe, demum lite, ſententia, vel tranſactione finita, triceſimam inter ipſos æqualiter dividendam Bajulus, judex, atque notarius, pro ſcriptionibus & ſubſcriptionibus ſuis conſequantur. Præterquam in actione injuriarum, in qua de eo tantum, quod in taxatione & condemnatione deducitur, vigeſima † perſolvatur. Verum ſi poſſeſſionis in judicio ſola reſtitutio poſtuletur, tunc ſexageſimam tantum recipiant, (c) reliquam trigeſimam ſub deciſione pleniſſima in petitorio percepturi, æſtimatione poſſeſſionis cum ſacramenti ſolemnitate præhabita, ut eſt dictum, ut ſic cum qualitate cauſæ viciſſitudo ſalarii compenſetur: & judices Curiæ non cogantur laboribus vacuis laborare. De compoſitionibus maleficiorum etiam, quæ privatis perſonis, vel parti reipublicæ inferuntur, eandem partem a partibus, vel officialibus Curiæ judicibus percepturis, circa quaſi poſſeſſionem jurium his omnibus, quæ in judiciis poſſeſſionum rerum corporalium duximus obſervandis: Ad cujus ſalarii præſtationem partes, aut ſponte præſtitis, vel ſuffragio Curiæ receptis pignoribus protinus arceantur.

† Trigeſima.

Nova conſtitutio.

Si eſt lis inter homines Prælatorum, Comitum, vel Baronum exiſtentes in terra Demanii domini Regis in quibus Prælati, vel Comites vel Barones habeant juriſdictionem; & judex, qui eſt in terra ipſa Demanii conſtitutus a Rege fuerit requiſitus ab aliqua ex partibus litigantibus coram Curia Prælati, vel Comitis, vel Baronis, quod debeat accedere, & intervenire in cauſa ipſa, & audire, & decidere debet cauſam ipſam, & determinare, & tunc habebit una cum judicibus Prælati, vel Comitis, vel Baronis triceſimam æqualiter

cundum vetera jura: Sportulæ namque, quæ dantur judicibus, debent ab utraque parte præſtari, ut in Auth. de judi. & ut nulla. §. ne autem circa.

Additio. *Adde an ſportulæ dentur ordinariis? vide per Doct. in cap. cum ab omni. de vi. & hon. cler. & an ſportulæ dentur arbitro? vide per Spec. tit. de arbi. in §. ſequitur. Bart. in l. fin. C. de princ. agen. in re. lib. XI. & an ſint hodie interdictæ de jure canonico, vide in d. c. cum ab omni. per Doct. & per Innoc. in c. I. de plus petitis.* Superantius.

Nam æqualitas hinc inde ſervanda eſt, ut C. de proximis ſacrorum ſcriniorum. l. in ſacris, & de fru. & lit. exp. l. ult. & de argu. ff. de arbi. ſi de meis. Soc. ibi, in fine. r. reſpon. & l. ſi cum. §. pen. Sportulæ autem, quæ executoribus dantur, a reo præſtantur, ut Inſtit. de actio. §. tripli. & ſupra de offic. Magiſt. Camer. & Baju. l. Regiæ majeſtatis, & l. ult. in princ. & infra, de extraor. præpa. jud. l. ſæpe. excipias hoc jure in trigeſima, quæ deberet Bajulis ab utraque parte, ſi cauſa tranſactionis remedio decidatur, ut de off. Magi. Came. & Baju. l. ult. circa fin.

(a) *Statim libello oblato.* Concor. cum authen. offeratur, ſed de conſuetudine exigitur litis conteſtatio.

(b) *Libello porrecto.* Scilicet in conteſtatione litis, ut in Auth. de judic. §. ne autem, coll. 6. & ideo dicit, ſtatim: quia ſecundum jura iſtarum conſtitutionum ſtatim libello oblato ſequi debet litis conteſtatio, ut infra de dila. & ex immu. l. dilationes in judicio hactenus obſervatas, & ſic in ipſa litis conteſtatione, quæ ſtatim ſequitur. Simile dicitur in litigatore, quod in continenti in triduo proximo poteſt revocare errorem advocati, quia videlicet cauſa ſic de facto triduo tantum duravit, cum alias uſque ad ſententiam revocaret, ut C. de erro. advoc. l. ſi. non ergo Bajulus, & judex deberent in ipſo inſtanti eſſe cum ſacco parato: ſed iſtud (ſtatim) cum aliquo temporis temperamento intelligatur, ut ff. de ſolut. quod diximus, & l. ratum videlicet uſque ad litis conteſtationem, ut dixi. Nam ante litis conteſtationem partes libere poſſunt a lite diſcedere, & pacta, vel tranſactiones impune, & ſine diſpendio facere in cauſa civili, ut infra de tranſactio. inter partes. l. ſponte.

(c) *Reliquam.* Scilicet trigeſimam, & aliter eſt in textu trigeſima.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

& feudatarii ſunt ordinarii vaſallorum, ut in Authen. de quæſtoribus, §. ſi vero, & diximus in titulo, quid ſit inveſtitura in principio. Sed ordinarii, ſicut epiſcopi cauſas committendo, & delegando ipſi de ſuo debent ſatisfacere pro labore eorum, & non poſſunt hi expenſarum nomine, vel alia cauſa exigere quicquam a litigante: nam habent reditus, & jura epiſcopalia, per quæ ſunt debitores juſtitiæ, extra de vita & honeſt. cler. cap. cum non ab homine, in gloſſa de offi. ordin. cap. inter cetera, hæc ratio ſic eſſet in regnante Barone, Comite, & Feudatario: quia reges habent jura regni, & reditus, ut juſtitiam ſervent inter ſubditos, & habent feudatarii, præter exactiones indebitas, & extorſiones, & ſubventiones debitas in quinque caſibus conſtitutionis, quamplurimum, propter quod juſtitiam debent procurare eis miniſtrari. Sed per iſtas conſtitutiones & jura Romana, quibus ſolvuntur ſportulæ. C. de agent. in re. l. fin. cum ſimilibus, aliud ſtatuitur: & ſic debentur Bajulo Regis in Demanio, eadem ratio eſt in Bajulis & judicibus Baronum: & ſic videmus uti, & ſpecialiter de contraria conſtitutione Regni: per quod idem videtur in trigeſima: quia interpretatio habet locum, ubi interpretatum, ut ſupra dictum eſt: nam feudatario feudum datur cum juribus, juriſdictionibus, terraticis, ſeu territoriis, hominibus, alias omnibus, &c. ſicut dicit forma privilegiorum. Territorium dicitur a terrendo, juriſdictionem importans, ff. de verb. ſign. l. pupilli, §. territorium. Et idem eſſet, ſi ſimpliciter daretur feudum: quia eſſet judex hominum, ut d. §. ſi vero, per iſtas generalitates. Et quia debentur labori, ſi Rex, Comes, Baro, vel feudatarius, ſi de cauſa cognoſcerent, haberent trigeſimam, cum ſint judices. Aliud ergo eſt jure Canonico ſpecialiter ſtatutum in hoc. Quando vero petitur, & judex impetratur & datur a ſuperiore ordinario, impetrans dat expenſas ſi proficiſcitur extra domicilium: etiam jure canonico, ut d. c. cum non ab homine, dicit gloſſa. Et ſi ambo impetrent actor & reus, uterque præſtat, dicit Innoc. extra de reſcrip. c. præſenti. Ideo ſi univerſitas Demanii, vel Baroniæ, vel Caſtri feudales eligant judices: & Rex & feudatarius confirment, in iſtis videtur minus dubitabile, quod habere debent trigeſimas. Licet enim confirmans videatur dare judices in Authentica, de defen. civi. §. interim, de verborum ſignificationibus l. lege obvenire, nihilominus dant electores, ſine quorum electione non confirmantur, nec dantur. C. de defen. civit. l. defenſores, & non ſunt paria ſemper confirmare, & dare, ff. de juriſ. om. jud. & quia, in gloſſa, & in exemplo hujus l. Et videtur eſſe, ſicut in prædio plurium, ubi ſi unus concedat viam, deinde alii, per conceſſionem ultimi confirmantur conceſſiones præcedentium, quæ tamen non poterant revocari ante ultimam conceſſionem, & ſic videtur habere ab omnibus viam. Licet ultimo

con-

liter inter eos dividendam, & ſimpliciter de pœna, & mulcta. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

DE quæſtionibus, quas inter homines Prælatorum, Comitum, & Baronum in terris noſtri Demanii (prout aſſolet) habitantes, moveri contigerit: de quibus idem Prælati, Comites, & Barones juriſdictionem, aut curam habere noſcuntur, volumus, ut judex per noſtram Curiam pro tempore conſtitutus, ad Curiam Prælatorum, ſive nobilium ſe conſerat requiſitus, cauſas ipſorum audiat, & debito fine decidat: tam trigeſima, quam pœna legitima, ſive mulcta per officium judicis inferenda inter Curiam noſtram, Prælatos, & nobiles ſupradictos, quorum vaſalli litigantes extiterint, æqualiter dividendis.

Si eſt quæſtio inter fiſcum Regium, & Comitem, vel Baronem de eo videlicet, quia fiſcus dicit talem hominem eſſe vaſallum de Demanio Regis; & ſic Cæſarianum, & Comes, vel Baro dicit eum eſſe ſuum vaſallum; tunc iſta quæſtio erit cognoſcenda, & determinanda per Bajulum terræ Demanii, & tota tricesima ſpectat ad Bajulum terræ Demanii; ſed pœna, quam debet ſuſtinere vaſallus, dividitur proportionaliter inter regium fiſcum, & dominum condemnati.

Ceterum ſi contigerit ex litigantibus alterum hominem eſſe Demanii: tunc trigeſima tota, nec non & pœna, quam vaſallum noſtri Demanii debere pati contigerit, ad Bajulum noſtri Demanii redigentur: pœna vero, qua vaſallus alterius punietur, prout in ſuperioribus dictum eſt, inter fiſcum noſtrum, & dominum condemnati proportionabiliter dividetur.

Quid ſi judex terræ Damanii requiſitus, ut ſupra, ſit impeditus longa abſentia, vel longa infirmitate, quid faciendum: dicit iſte textus, quod Magiſter Camerarius illius provinciæ interim ſtante dicto impedimento, debet ſtatuere, quod unus ex judicibus dicti loci, ordinatis ad contractus, habeat intervenire in audiendo, & decidendo dictam litem, & providere faciat ei de expenſis pro rata temporis, quo vacavit.

Statuimus etiam, ut ſi quando judex ſuper examinandis quæſtionibus ordinatus abſens neceſſario fuerit, vel adverſa valetudine præpeditus, † tunc ſi quidem longa ſutura fuerit infirmitas, vel abſentia judicantis, Magiſter Camerarius regionis ſtatuat interim unum ex aliis judicibus civitatis, & loci ſuper conficiendis contractibus ordinatis, cui pro rata temporis in ſtatutis expenſis valeat provideri.

† *Alias, impeditus.*

De ſalario Bajulorum, judicum, & notariorum Curiæ.

TITULUS LXXV.

Bajuli, judex, & notarius actorum habentes ſalaria a publico nihil aliud habeant, neque de tricesimis, neque de pœnis, ſed tota pecunia ex tricesimis, & pœnis & aliis emolumentis proveniens, ponatur in capſa habente tres claves: & ſingulis quatuor menſibus per Magiſtrum Camerarium habebitur ratio a Bajulis, & habeat expenſas de dictis emolumentis. Et in fine anni dicti Bajuli ſtent in ſyndicatu: & reperti culpabiles doloſe in eorum offisio, inquiſitio remittatur ad magnam Curiam vicariæ, ut ipſos puniat pœna perjurii ad mutilationem manus: ſed ſi ſine dolo, Magiſter Camerarius puniet eos ad tertiam partem bonorum mobilium. Et ad officium Bajuli pertinet omnes malefactores capere, & aſſignare Juſtitiaria. hoc dicit. Matthæus.

IDEM.

CUm juxta providum, & ſalubre conſilium antiquorum viam præcidere cupiditatibus cupientes, de Camera (*a*) noſtra, ſalaria Bajulis, judicibus atque notariis exhibenda, non in-

De ſalario Bajulorum, judicum, & notariorum Curiæ. Rubrica.
(a) C*Um juxta de Camera*. Nota, quod qui habet ſalarium de Curia, non debet habere trigeſimam, alias ſecus, ut ſupra de ſalar. judi. & trigeſi. eo. l. cum circa.

* AD-

ANDREAS DE ISERNIA.

concedens videatur confirmare præcedentes, ff. de ſervi. ru. præ. l. per fuodum, patet etiam ex eo, quod capitolum ſede vacante, non poteſt conferre ſeu confirmare beneficia ad collationem epiſcopi pertinentia extra ne ſe. vacan. c. illam. lib. 6. & eo. tit. c. ſi. confirmare tamen poteſt præſentatum a patrono. de majo. & obe. cum olim. & c. his quæ. & no. Hoſt. ne ſe. vacan. circa ſi. & ſic qui non confert, confirmat, & habere dicitur a patrono licet prælatus confirmet. Et confirmare unus ſine alio non poſſet.

Nova conſtitutio.

DE *quæſtionibus*. Quantum ad id, quod de clericis dicit, corrigitur jure Canonico, ut dictum eſt ſupra eo. l. ſi quis clericus, poſuit legem laicis, qui litigant coram Bajulo in terris Demanii: nam ſi eſſet in terris Prælati, vel Baronis, Epiſcopi eſſent ordinarii judices, in Auth. de Quæſt. §. ſi vero. Statuimus etiam ſecundum dictum Azo. quod facit, ff. de jud. l. ſi longius, & de vacatione mune. l. prætor. §. ſi poſt cauſam. And.

Nova conſtitutio.

C*Um juxta*. Nota, quod judices, Bajuli, & notarii, aliique officiales habentes ſalaria a fiſco, quibus debent eſſe contenti, ut in auth. juſjuran. quod præ. ab his, circa medium, & ideo non lucrantur trigeſimam, ſed eam, & omnes obventiones, & proventus omnes debent eſſe Curiæ. Item nota, puniri mutilatione manus propter perjurium, ſicut infra in penul. rub. hujus libri de blaſphe. Deum, alias, de perjurio. l. eos qui ſcienter.

Ad officium Bajuli. Alias eſt lex, & repete quod dixit ſupra eo. l. 1. & 2. & facit. C. de epiſ. & cler. l. raptores.

Receptatores ſcienter, Dolus enim exigitur in delictis, qualites autem receptatores puniantur, dicetur infra de forjudica. l. pœnam, §. fina.

Cum

injoſta recompenſatione, providimus: ut obventiones omnes, quæ de trigeſimis pœnis legitimis, ſeu judicialibus mulctis, damnis, aut quibuslibet ſimilibus aliquibus noſtris fidelibus inferuntur, Bajulis, ſeu judicibus ipſis obveniunt, integre noſtris ærariis applicentur, de quibus omnibus Magiſtri Camerarii per ſingulos † menſes * cum Bajulis diligentem rationem expurgent: & relictis ſibi pro ſe judice, atque notario pro rata temporis ſtatutis expenſis, quod ſupererit pro Curia noſtra ſervetur. Et ut cujuslibet peculatus via cuilibet præcludatur, & modus: Providimus, ut obventiones prædictæ, ſub infraſcripta forma, per præfatos Bajulum, judicem, & notarium recipiantur, & receptæ ſerventur, videlicet, in ſcrinio uno tres claves diverſas, & foramen obliquum ad immiſſionem auri, habente:, quarum prædictarum quilibet unam apud ſe retineat, ubi percepta pecunia reponatur: quod non, niſi io præſentia Magiſtri Camerarii per omnes prædictos, aut ipſorum aliquem valeat aperiri. Per ſingulos etiam menſes quatuor a Magiſtro Camerario de Bajulia, judicibus atque notariis, proceſſibus inquiretur: & demum, anno perfecto, per generales inquiſitores a noſtra Curia deſtinatos exactiſſima fiet inquiſitio contra eos. Qui autem inventi fuerint per Magiſtrum Camerarium ſupradictum, vel inquiſitores culpabiles: videlicet, quod odio, (1) vel amore, prece, vel precio alicujus juſtitiam facere petentibus denegaſſent: aut per fraudem infra ſtatutum tempus juſtitiam facere petentibus denegaſſent: aut per fraudem infra ſtatutum tempus juſtitiam facere detrectaſſent: vel quod ſuæ juriſdictioni ſubjectos per (2) venales ſententias, aut ſimilibus aliis gravaminibus manifeſtis oppreſſeriot, ut remiſſa inquiſitione ad magnam Curiam noſtram, de perjurio manus mutilatione mulctentur. Et ſi durante officio per Camerarios in manifeſta deſidia inventi fuerint, non dolo, tertia parte mobilium puniantur. Et ad officium * ſuum Bajuli, & judices prædicti pertioere cognoſcant, malefactores in ipſis maleficiis deprehenſos, & forbannitos ſine licentia Curiæ redeuntes, & ſcientes receptores eorum capere de perſonis, Juſtitiariis aſſignandos. Ab aliis autem malefactoribus in terra præſentibus fidejuſſores recipiant, ſi eos dare potuerint, præterquam in criminibus exceptis. Aut ſi ipſos dare non potuerint, eos perſonaliter capiant Juſtitiariis ſimiliter aſſignandos.

† Aliàs, quatuor.

De pœna † contemptorum Curiæ Imperialis, & de pœnis eorum.

† Alias, iſta conſtitutio poſita eſt ſub Rubrica de de foro compet.

TITULUS LXXVI.

Præcipitur in iſtu conſtitutione, quod nullus laicus, vel clericus, trahat aliquem ad aliam Curiam, quam ad Curium regiam. Et ad officiales deputatos per regem, ſcilicet de his, quæ ſpectant ad ejus juriſdictionem, qui contrarium fecerit, puniri debet pœna publicationis omnium bonorum mobilium, & immobilium, etiam feudalium. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

CUm (a) juſtitiæ copiam (b) per officiales noſtros cunctis Regnicolis maodaverimus elargiri, pœnam in eos, qui noſtra juriſdictione

* Additio. *Ex hoc textu credo, quod ſumpta eſt illa forma, ſcilicet, quod ſinguli quatuor menſibus mittuntur quinterni ad Summariam, continentes proventus omnes acquiſitos per eos ratione officii, & ita ſervatur in magna Curia, quod judices accipiant proventus computandos cum eorum proviſione.* De Bottis.

(1) Additio. Odio, vel amore, prece, vel precio. *Adde tex. in c. quatuor modis.* 11. *q.* 3. Superantius.

(2) Additio. Per venales ſententias. *Adde, quod judex, qui corruptus eſt prece, vel precio, & dedit ſententiam, efficitur infamis, ut in l. de eo. & ibi Paul. de Caſt. & Doctor. C. de pœna jud. qui male judica. Et talis facit litem ſuam, ſecundum Bal. in l. properandum. C. de judi. Immo tenetur civitas, vel Princeps, qui creavit illum judicem, ſecundum Ludov. Rom. conſil.* 338. *incipien. in caſu propoſitæ conſultationis advertendum cenſeo. in* 2. *dub. quod conſilium ſequitur Jaſ. in l. ſi quis in conſcriben. in quarta colum. C. de pac.* Superantius.

* Additio. *An privata perſona poteſt requirere privatam perſonam, ut aliquem malefactorem capiat, & cuſtodiat, donec judex eum accipiat, & videtur quod ſic, ut in Authen. ut liceat matri, & aviæ. §. quia vero. §. generaliter, ad finem.* De Bottis.

De pœna contemptorum Curiæ Imperialis, & de pœnis eorum. Rubrica.

(a) CUm juſtitiæ copiam. Si quis habeat cauſam cum fiſco, non debet declinare forum publicum. alias punitur publicatione bonorum ſuorum, facit ad hoc argumen. ff. de juriſdict. omnium judic. l. in criminali.

(b) *Per officiales*. Supra de offic. Mag. Camer. & Ba. l. ſi aliquis.

CUm juxta providum. In textu, de perjurio. Nota Judicem, qui denegat facere juſtitiam, puniri pœna perjurii, cum & quilibet judex jurare debeat, cuilibet interpellanti juſtitiam miniſtrare, ut in Auth. ut juſjur. quod præſt. ab his qui admi. recip. & in Authen. ut differentes judi. §. ſi vero alibi dicit lex, quod tenetur ad reſtaorationem damni, & perdit dignitatem: ſeu aliter punitur juxta motum Principis, ut in Authen. de queſto. §. ſuper hoc, ut litig. ju. §. fin. & vide ad hoc C. ad offic. civi. jud. l. fin. & de epiſco. & cler. authentica, ſtatuimus, & de mand. Princ. §. ſi tibi. de trien. & ſemiſ. §. his quoque, & de pac. jur. fir. §. judices. Barthol. de Capua.

Nova conſtitutio.

CUm juſtitiæ copiam. Quod dicit de clericis corrigitur jure Canonico per ea, quæ dicta ſunt, ſupra eod. l. ſi aliquis, & repete ea, quæ dicta ſunt ſupra de officio Juſtitiarii cum ſatis. Infiſcatione. Jure Romano eſt minor pœna, ut l. in criminali. C. de juriſdictio. omn. judic. & in feudo planum eſt ſecundum omnia jura, quod dominus feudi cognoſcit.

Additio. *Adde, quod hoc etiam militat in clericis, ut in c. ceterum de jud. Et ibi Doct. in c. verum, & ibi Doct. de foro compe. glo. ſum.* 11. *q.* 1. *Archid. in c. clerici. de cler. conjuga. Et per Bal. in l. fin. C. ſint cenſu, vel reliquis.*

Per conſtitutiones iſtas ſolus Magiſter Juſtitiarius de quaternatis, & ſolus Juſtitiarius de non quaternatis, ſupra eo. l. 1. & de officio Juſtitiarii, l. 1. unde ad aliud forum euntes tenerentur ad pœnam. Item in aliis cauſis, ut laici non trahant alios ad extraordinarium judicem, ſed ſi voluntarie ambæ partes ſubjicerent ſe juriſdictioni alterius, hoc non prohibetur, ff. de jud. l. 1. per ea quæ dicta ſunt ſupra de offic. Juſti-

ne contempta ad forum aliud de his, quæ ad Curiam noſtram pertinent (a), convolaverint, conſtitutione præſenti, duximus ſtatuendam, videlicet, ut ſive clerici, ſive laici ſint, confiſcatione bonorum mobilium, & immobilium, ſive ſint patrimonialia, ſive feudalia, puniantur.

De feriis, & ſalariis judicum, & notariorum inſtrumenta ſcribentium, & ſcribenderum, & de eorum forma ſervanda.

TITULUS LXXVII.

Propter ejus longitudinem ſuperfluum eſſet aliter ſummare. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

BAjulos, (b) * & omnes judices, ac actorum notarios, a mane uſque ad veſperas, præter neceſſarias horas comeſtionis (c) & ſomni, ſui copiam omnibus præſtare præcipimus, officii ſui partes petentibus omnibus præbituros. Exceptis diebus (d) Nativitatis Domini, * Paſchalibus, (1) atque Dominicis, ac beatæ Virginis, & Apoſtolorum feſtivitatibus dedicatis: in quibus & judices alii, qui annales erunt, ſe de audiendis, & decidendis quæſtionibus nulla-

(a) *Convolaverint.* Quid ſi reus vocatus non reſponderit? dic ut in ſumma de in jus vocan. in principio & vide ſuper hoc C. de juriſdi. om. jud. in crimineli.

Additio. *Iſta conſtitutio in antiquis reperitur ſupra ante conſtitutionem locorum Bajuli: ſed quia Andr. legit hanc hic illam reliquit, ut ſimultaneus ordo ſervetur. Adde, quod hic ponitur unus de caſibus, in quibus vaſallus eſt obligatus domino, & ſimili pœna punitur Baro, qui ſibi uſurpat merum & mixtum imperium, ut in conſtitutione ea, quæ ad decus, & in cap. Regis Roberti ad regale faſtigium, vide in deciſ. conſ. 165. in caſu 25.* Cæſar.

De feriis, & ſalariis judicum, & notariorum inſtrumenta ſcribentium, &c. Rubrica.

(b) B*Ajulos omnes a mane uſque &c.* In Autheot. de judic. §. ſedebunt. G.

* Additio. *An in conceſſione feudi veniat bajulatio? Dic quod non, niſi expreſſe concedatur: nam bajulatio antiquitus dicebatur gabella bilancionis, ut per Andr. in cap. 1. ut ſi. quibus mod. feud. amitt. ergo de regalibus, cap. 1. ver. vectigalia, & ibi Andr. quæ ſint regal. Item habet juriſdictionem, ut in hac conſtitutione, & aliis, & juriſdictiones ſunt de jure publico, ideſt Regis patrimonio, ut declarat Andr. in cap. 1. §. Valvaſſores, ibi, de publico, de his, qui feu. da. poſ. unde non poſſunt haberi, niſi a Rege, ut dixit Azo in ſumma, C. de juriſdict. om. jud. & Bald. in l. privatorum. C. eodem titu.* Fab. Jordanus.

(c) *Et ſomni.* Quieſcere namque debent tempore meridiano, ut ff. de oper. libe. l. medicus, & l. cum patronus, in fine.

(d) *Nativitatis Domini.* Sed tota die videmus, quod poſt diem ſecundum, vel tertium Nativitatis judicatur. Unde non videtur quod obſerventur ſeptem dies feriati ante, & poſt, quod verum eſt licet ſecus in Paſchate, ut not. ff. de fer. l. pridie, & idem dicit Lombar. in d. l. de feriis, quod & hæc conſtitutio ſentit. Item de jure Longobar. tempore meſſium † & vindemiarum non ſunt feriæ: ſed jus debet reddi, ſicut aliis temporibus, ut in Longobar. de fer. l. 2. quod hæc conſtitutio ſentit poſtquam non excipit hoc tempus meſſium & vindemiarum, & ita ſervatur in Regno. Sed in Magna Curia, bene vidi ſervari feſta Paſchalia, ſcilicet 7. diebus ante, & 7. poſt.

Additio. *Adde cap. fi. & ibi Doct. de feriis, & in clem. 1. & ſi dominum, de reliq. & venera. Sanct.* Superantius.

† Additio. *Secundum hoc, cum ſint illæ feriæ abolitæ, ſi indicantur in aliqua curia Regis, crederem quod eſſent repentinæ, & non ſolemnes, ideo ſi datus eſſet alicui parti terminus ad probandum, & eo termino pendente tales feriæ indicerentur, tunc dicerem debere fieri reſtitutionem eorum dierum, quibus feriæ duraverunt, ut ff. ex quibus cau. majo. l. ſi per prætorem. §. ſi feriæ, & ita ſervatur de facto.* De Bottis.

* Additio. *De jure canonico idem obſervatur in quolibet feſtivitate, quæ celebratur a clero & populo ut extra de feri. c. conqueſtus. Sed an iſtis diebus licitum ſit gratis operas præſtare? Poſt longam diſputationem Luc. in l. unica, C. ne ope. de collat. lib. 10. tenet quod non.* De Bottis.

(1) Additio. Paſchalibus. *Adde quod feſtum Paſchæ Reſurrectionis eſt majus, quam feſtum Nativitatis Domini, quia naſci eſt naturale in omnibus, ſed reſurgere eſt miraculum divinum, ſecundum Paulum de Caſtro in l. omnes, in quarto not. C. de feriis. Et de feſto Paſchæ vide plene per tex. & glo. & Arch. in cap. celebritate, de conſecr. diſtin. 4.* Superantius.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

ſtitiarii l. cum ſatis, quæ hic ſunt repetenda. Littera tamen dicit convaluerit, non tollatur. C. de inuf. teſta. l. ſi quando, ſed potius reducatur ad ultimum tantum trahentem invitum ad alium judicem, ut l. in criminali, & hic augmentat pœnam hujus. Quæ videntur contra rationem juris, reducuntur ad commune jus, arg. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. ex facto, quamvis legiſlator, ut littera ſonat, providerit commodo honoris ſui, hoc tamen in legiſlatore non attenditur, 4. diſt. erit, quia ex hoc judicare eſt minus juſtum, ut ibi dicitur. Andr.

C*Um juſtitiæ.* Credo, quod hæc conſtitutio intelligatur in cauſis civilibus tantum, quia textus hic dicit, cum juſtitiæ copiam per noſtros officiales mandaverimus, quia mandatum eſt ſupra, quod de quæſtionibus inter fiſcum & privatum de feudo, vel rebus feudalibus Juſtitiarius habeat cognitionem, ſed de civilibus ſeu realibus, ſive perſonalibus, Magiſtri Camerarii habent cognitionem, ut ſupra, ut juſti. hab. cet. advo. l. fin. & de quæſtio. inter fiſcum, & priva. l. 3. & propterea hæc conſtitutio videtur loqui de prædictis caſibus, & quod forum prædictorum officialium declinari non poſſit, ubi cognoſcitur inter fiſcum, & privatum in caſibus ſupradictis, & pœnam imponit forum prædictum exinde declinantibus. Bartholomæus de Capua.

De feriis, & ſalariis judicum, & notariorum inſtrumenta ſcribentium, & ſubſcribentium. Rubrica.

B*Ajulos omnes. Apoſtolorum feſtivitatibus.* Jure Canonico in hoc ſtamus in feriis, ſcilicet, inductis in honorem Dei, quoniam his partes renunciare non poſſunt, ff. de feriis, l. 1. in gloſſa. Statuitur idem eſſe in omnibus feſtivitatibus, quas populus illius terræ, ubi jus redditur, ſolemnizat. extra de feriis, c. fi.

Et judices alii. Secundum dictum: & limitat quantitatem judici, & notario, pro ſcripturæ inſtrumenti, & eſt multum utilis propter protervos & pertinaces. Sic limitavit trigeſimas, ſupra eod. cum circa, & l. cum juxta. Sic & ſportulas. C. lib. 12. de agen. in re. l. fina.

Huic conſtitutioni. Tertium dictum: limitat tempus, & intellige ſi requiratur notarius, & judex, & debet infra ipſum tempus. Officium notariatus debet eſſe ſine diſpendio, arg. l. ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemad. te. ape. De expenſis dicitur in gloſſa, ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. 2. quod autem requirere debet is, cu-

latenus intromittant: ſed de contractibus, & inſtrumentis conficiendis per notarios, prout eſt juris, & moris. Pro ſcriptionibus, * & ſubſcriptionibus ſuis Tarenum unum, ſi libram auri contractus excesſerit, alioquin dimidium recepturi. Huic conſtitutioni ſalubriter providimus inſerendum, ut judices, atque notarii infra hebdomadam, a die, qun fuerint de ſcribendo rogati, inſtrumenta ſcribere & ſubſcribere teneantur: neceſſitate rogantibus imponenda, ſtatutum pro ſcribendis & ſubſcribendis a Curia noſtra ſalarium * exhibere: ac pœna dupli ſalarii conſtituti partibus, ſi priuſquam fuerint inſtrumenta conſcripta, de non ſcribendis eiſdem ſub atteſtatione ſolemni renuntiationem emiſerint: & judicibus, atque notariis imminente, ſi infra terminum præſtitutum, notarii ſive judices, inſtrumenta non feceriot: vel facta per eos non recollegerint, qui rogarunt. Ceterum ſi caſu contigerit judicem, ſive notarium prius io fata decedere, quam inſtrumenta ſint, prout ad eorum quemlibet pertinet, conſummata, Decernimus ut ſi quidem partes ſuperſint, vel ipſarum heredes, quarum rogatu contractus iterum valeant celebrare, per competentis coercitionis modos, indictiones mulctarum, videlicet, aut pignorum captiones, ad reficiendos contractus per Bajulorum officium (a) compellantur. (b) Quæ partes ſi forte defuerint, ſi quidem notarius, * qui geſta conſcripſerit integræ vitæ, famæ, & opininnis extiterit: & manus ejus, qui ſchedam conſcripſerit, nota ſit aliis judicibus atque notariis civitatis & loci: placet idoneorum teſtium, qui interfuerint, (1) duorum ad minus jurata teſtificatione recepta, per alium ejuſdem loci notarium (c) ſchedam eandem recipi: & inſtrumentum, prout eſt juris, & moris, ab ipſo conſcribi: * A judice, qui contractui ſive negotin ſe ioterfuiſſe ſatebitur ſubſcribendum, vel ab alio judice civitatis ejuſdem, ſi forte prius extiterit humana ſorte ſublatus, qui tamen rei agendæ non ſe interfuiſſe deſcribet: ſed qualiter ioter acta præmortuorum judicum, atque notariorum, teſtium depoſitionibus roborata: deſcripti negotii ſeriem recepiſſe teſtetur. Ceterum, ad hoc ut ipſi Bajuli cum perſonis ſibi per noſtram Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris ſuis laborare

* Additio. *An habeat locum in teſtamentis, vide Lucam de Penna in l. mediterranea. C. de anno. & tribu. lib. 10. & in l. rura. C. de omni agro deſer. lib. undecimo, ubi tenet quod chartula reperta penes notarium, non tamen poſita in protocollo, non poteſt reaſſumi.* Jacobus Anellus de Bottis.

* Additio. *Salarium notario, a quo debet ſolvi. vide in conſuet. Pariſ. §. 13. in gloſ. 9. in principio, & ibi, quid in ſalario proxeneta.* De Bottis.

(a) *Compellantur.* Eſt etiam de jure Romano in en ſcilicet caſu, quando amittitur inſtrumentum, ſcilicet debiti, quod compellatur debitor de novo promittere. Vel ſi extat imbreviatura, iterum fit inſtrumentum, ut ff. de admin. tut. chirographis, 1. reſpon. in glo. 1. ad promiſſionem novam, & c. accedit C. de diſcu. lib. 10. l. ne caſu.

(b) *Quæ ſi forte defuerint.* Quia citatæ partes ad Curiam venire contemnunt: & optime concor. hoc cum l. ff. de juriſd. omn. jud. l. ſi ego. §. 1. in fi. §.

* Additiones. *Notarius, qui fuit rogatus, ſi eſt abſens & rebellis, an poſſit ejus rogatus per alterum notarium reaſſumi, vide Affl. deciſ. 6. & vide caſum, in quo poteſt reaſſumi, licet notarius, judex, & omnes teſtes ſint mortui, Affl. deciſ. 48. vide glo. in verbo non minus. §. 1. in Auth. de inſtrum. caut. & fide. ubi dicit quod tres teſtes ſunt neceſſarii, quando inſtrumentum excedit libram auri. Et quid in inſtrumento dotali, vide Capic. deciſ. 29. in fine. Et multa de reaſſumptione inſtrumenti per alium notarium, vide per Boer. deciſ. 36. 37. & Gramat. deciſ. penul. ubi quid ſi non reperitur in protocollo?* Marcus Antonius Pulverinus.

Quid ſi inſtrumentum dicatur falſum, an interea reaſſumi poſſit in publicam formam, ſi teſtes reperiantur infirmi. vide Affl. deciſ. 165. & quid ſi profertur copia a protocollo, an probet, ſi notarius & teſtes mortui ſunt, in deciſ. 178. in 6. dub. & quid in abbreviatura notarii, ſi inſtrumentum non eſt in protocollo deſcriptum, vide Dec. conſ. 447. Et quod partes poſſint cogi ad reficiendum inſtrumenta, ſi ſunt mortui notarius & teſtes, vide declaratum in regiſtro Roberti penes Barattucium 1. par. c.139. & 177. Fabius Jordanus.

(1) Additio. Qui interfuerint duorum. *Adde c. novit. de judi. c. licet, & c. in omni negotio, de teſtib. c. cum eſſet, & c. relatum, el 1. de teſt. originaliter Deuter. 9. Matth. 18. & 2. ad Corin. 13.* Superantius.

Et ſi eſſet ita miſer, & ſimplex teſtis, quod neſciret ducere pennam, ita quod faceret virgam prædictam per longum, & ex latere, tunc notarius teneat cum manu ſua manum teſtis, & trahat eam per chartam, ita quod faciat eum facere virgam per longum, & ex latere, & ſic ſignum crucis, ut dictum eſt, ut in Auth. de teſti. §. 1. ubi bene probantur prædicta. Et poſt hujuſmodi ſignum ſubſcribet notarius dicens: Signum talis teſtis illiterati, & facit ad prædicta in Auth. de inſtru. ca. in fi. §. oportet vero in his, qui litteras neſciunt, & dic ſimiliter, ut ibi.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſcribant propria manu contra jus Romanum. Uſus tamen obtinet, quod illitteratis teſtibus ſufficit facere crucem: & alius ſciens litteras, quod ſcribat ſic, ſignum crucis propriæ manus talis teſtis illitterati, mos & uſus talis ſervandus eſt, arg. C. de injur. l. fi. in fine. Qualiter hoc fiat, dic plene hic in gloſſa. Et quod facere crucem tantum ſit ſubſcribere, eſt arg. C. de jure deli. l. fi. §. ſin autem dubius. Unde ſi inſtrumentum habeat ſubſcriptionem judicis & notarii, ac unius teſtis tantum, quia alii teſtes forte ſunt mortui, non probabit tale inſtrumentum: quia fuit negligens in faciendo ſubſcribi, ut dicit gloſſa pro quo eſt: quia ſi unum ſubſtantiale deeſt, nihil valet quod agitur. C. de teſt. l. ſi unus, ff. de tranſa. l. cum hi. & hoc verum. Niſi ſubito mortui eſſent teſtes, parum poſt confectum inſtrumentum caſu forte inopinato, arg. ff. de admi. tut. l. etiam, & ut in poſ. leg. l. plane, repentinæ enim plerunque hominis eveniunt mortes, in Auth. ut fac. no. conſtitut. circa finem. Et multis pericula eveniunt in mari & in terra, ff. de donatio. cauſe mor. l. Senatus, §. mortis cauſa. Nam quid prohibet hominem mori, ff. rem ra. ha. l. ſi ſine, in fine. Sed quid ſi in aliquo loco non inveniuntur notarii? videtur quod unus poſſet ſcribere loco notarii, ar. C. qui teſta. fa. poſ. hac conſultiſſima, in fine. Verius eſt contrarium: quia requiritur miniſterium perſonæ publicæ, arg. ff. de ſolut. l. inter artifices. Qualiter ergo conſuletur contrahentibus, vel teſtantibus in talibus locis, vel etiam ubi ſunt notarii, ſed non potuerunt intervenire, cum confeſtim eſſet inde contrahens receſſurus, ff. de judi. l. heres abſens, §. 2. Vel ſubito morbus ſupervenerat ducens ad mortem? dic quod adhibeant teſtes, & per eos probent, nam hæc conſtitutio arctat probationem, quæ fit per inſtrumenta, ut falſitas evitetur, non probationes per teſtes, quæ non debent anguſtari, ff. de teſti. l. 3. §. curent. C. de jureju. l. generaliter littera hæc indicat, & non eſt veriſimile legis hujus latorem per hanc conſtitutionem velle tollere omnia jura ſuper his inducta, arg. C. de inoff. teſt. l. ſi quando, quia in ambigua voce legis ſumenda eſt interpretatio, quæ vitio caret, ff. de leg. l. ambigua. & ſic major numerus teſtium exigetur, quando probo per inſtrumentum, quam quando ipſos teſtes producerem: & erit ratio, quia plus creditur vivæ voci, quam mortuæ, in Auth. de fi. inſtr. §. ſi vero. Idem erit in omni contractu, & teſtamento, in quibus non fuit judex & notarius, quia probabitur per teſtes, & alios legitimos modos probandi, inſtrumento non facto. Sed ſi velit probare per inſtrumentum, oportet, quod habeat numerum teſtium hic præfinitum. Vel in ſubſidium adhibebuntur judex & notarius alterius loci. ar. C. de teſt. l. fi. in principio, quod dictum eſt plene in tit. quæ ſint rega. in verbo, poteſtas. Quid de notariis imperii facientibus in Regno Siciliæ inſtrumenta non ſecundum hanc formam, ſed ſecundum uſum Imperii? Etiam promptum eſt dicere, quod non valeret; cum Rex Siciliæ & quilibet Rex non ſubditus imperio, poſſit facere legem poſitivam ſuis in Regno ſuo, ut dictum eſt ſupra in prologo.

Additio. *Poſſit facere legem poſitivam ſuis in regno ſuo. Adde diffuſe per Ant. Corſetum in tract. de regib. q. 48.*

Satis autem eſt rationabilis lex hæc obſtruens falſitatem tot inſinuata & ſubſcripta inſtrumenta manibus, &c. d. l. hac conſultiſſima, in fine.

Modus Imperii eſt, quod unus notarius facit totum, & ſcribit nomina teſtium ſicut vult. Quid de Papalibus notariis? † de his eſt magnum dubium: quia Papa eſt proprietarius in Regno Siciliæ, a quo Regnum tenetur in feudum, & ſic in ſuos videtur creare notarios, cum proprietas ſit ſua, arg. ff. de re. li. & ſumpt. funer. l. 2. §. in locum alterius, cum concor.

† Additio. *Quid ſi teſtamentum eſt factum per notarium Apoſtolicum. Et quid ſi teſtes ſunt ſubſcripti ſigno Crucis? Jo. de Amic. conſ. 115. & late de notario Apoſtolico Dec. conſ. 36. num. 3. & conſ. 42. num. 2. & Corn. conſ. 25. vol. 4. Adde Affl. deciſ. 245. nu. 3. ubi an poſſit conficere inſtrumenta de rebus ſpectantibus ad eccleſiam, & Luc. de Pen. in l. fi. 4. q. C. de loc. præd. civi. tenet, quod etiam in profanis poteſt conficere inſtrumenta notarius Apoſtolicus, de quo vide Affl. ubi ſupra, & an poſſit conficere teſtamenta, vide Capic. deciſ. 201. & de inſtrumentis vide Bovr. deciſ. 242. & an probent coram judice eccleſiaſtico Thom. Gramm. in conſilio civili 116. Proprietarius Regni eſt Papa, vide Jaſ. in l. traditionibus, 2. col. C. de poſt. & in l. ſi domus, §. ſi fundus, 2. col. de leg. 1. & in l. ſi is qui, §. ſi jurevero, ff. de interd. in cauſa. Alex. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus in principio de dam. infec. & in conſilio 159. volum. 5.* De Bottis.

Item Imperator condendo hanc legem videtur excepiſſe auctoritatem ſuperioris ſui, ar. extra de jurejur. c. veniens, in fine, ff. ad muni. l. Imperatores, pluries enim vidimus inclitos Reges noſtros uti Papalibus notariis, ſed non poteſt trahi ad uſum ſubditorum. Quia Rex ſciens utendo tullit in illo caſu hanc legem, ut d. l. ſed & hoc reſcripto, quod ſubditi legi aſtricti non poſſunt facere, ſemper Rex dicitur ſcire, in cujus pectore ſunt omnia jura. C. de teſt. l. omnium.

Additio. *Adde c. 1. de conſt. lib. 6. glo. in ver. inſufficientem, in c. 1. de renun. glo. fi. in c. præterea, 23. diſt. glo. in ver. queſtio. in c. ſæpe contingit, de appell. Bald. in l. 2. C. ſi contra jus vel util. pub. Et etiam iſta jura habent locum in Papa. Item in ipſo quod quis eſt Papa, eſt Doctor utriuſque juris auctoritate, & non ſcientia, ſecundum Bal. in c. 1. in ult. col. de conſeſ.*

Secus ſi ignoraret eum eſſe notarium per Papam tantum creatum. Quia Princeps poteſt errare in facto. C. de his qui u non do. manu. l. fin. Unde ſubditis durum eſt contra ſtimulum calcitrare adverſus tenorem hujus conſtitutionis: nam Regno tranſlato in Siciliæ Regem omnia tranſierunt in eum, præter exceptuata; inter quæ non eſt creatio notarii. Dictum eſt ſupra pluries in prologo, & ſupra l. proxima. Rex habet utile dominium, quod præfertur directo, ſuper quo accipe bonas ſimilitudines in materia theſauri inventi in feudo per feudatarium, quia debet eſſe feudatarii inventoris, non infeudantis proprietarii ſecundum Joan. diximus in tit. quæ ſint reg. ſuper verbo, & theſauri, ſic in verbalibus conventionibus: ſicut ſunt conventiones habitæ inter ſanctam Romanam eccleſiam & Cardinales, id eſt quicquid non exprimitur, habetur pro omiſſo, ff. de verb. obl. l. quicquid, & ſic non obſtat c. veniens. Quid de inſtrumentis quæ veniunt aliunde, ut de remota provincia, † & ultra mare, vel alia longinqua patria; an ſtabitur eis, ſine aliqua probatione, quod ſit notarius publicus ille, qui dicit ſe inſtrumentum conſcripſiſſe, & ſe notarium? glo. in ſum. de fi. inſtru. dicit quod ſic ut ſufficiat inſtrumentum apparere in forma publica non cancellatum &c. C. de edi. di. Adri. l. fi. pro quo eſt.

clerici (*a*) cujuſcunque ſint ordinis * in judices & notarios nullatenus ſtatuantur.

De

(*a*) *Cujuſcunque*. Accedit C. de epiſc. & cler. l. placet, & l. repetita. C. de teſta. l. conſulta divalia. & in Auth. de ſanc. epiſ. §. alterum autem. licet in judice ſufficiat habere factorum peritiam, ut expreſſum eſt, extra ne. cle. vel mo. &c. §. ſi quæritur, ubi plene de hoc.

Additio. *Adde textum in l. ſi quis curialis. C. de epiſ. & cle. & Pari. de Put. in tract. ſyndi. littera. C. capi. clericus*. Cæſar.

* Additio. *Niſi in cauſa ſuarum eccleſiarum, arg. ext. de poſtul. cap. 1. & ult. & hæc not. Goffr. in ſumma, ne cler. vel mon. §. ſed quoniam*. Bartholomæus de Capua.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

eſt. C. quemad. teſt. ape. l. 2. qui negat eum tabellionem, probet, pro quo eſt in Auth. de fide inſtru. §. ſi vero quiſquam, & quod dicitur de Barbario, de offi. Procon. l. ſi.

† Additiones. *Vide Abb. in c. 2. 4. not. ext. de fide inſtr. Affl. dec. 251. ubi dicit quod ſufficit probare per teſtes ſolum notarium confeciſſe plura inſtrumenta & eſſe in poſſeſſione notariatus, quando præſumatur pro ſuo notariatu, & quid ſi reperiantur inſtrumenta antiquiſſima, & non extat fama quod ille, qui illa confecit, fuerit notarius, an probent, vide ibi quia multa dicit in hac materia, & in dec. 245. nu. 3. ubi etiam præſumatur præſentia ſine exhibitione actorum*. De Bottis.

Vide ad hoc Alex. conſi. 73. vol. 2. Corn. conſ. 142. vol. 3. Bal. conſi. 108. vol. 3. & per Soci. conſi. 95. vol. 3. & Corn. in conſ. 24. vol. 4. Et quis debeat probare aliquem eſſe notarium, vide Alex. conſ. 70. vol. 3. & plene Lanfranc. in c. quoniam contra, de probat. in verſi. inſtrumentorum productionem, verſ. quæro ulterius. Fabius Jordanus.

Alii Moderni dicunt contra, ut qui dicunt eum notarium, probent, cum non naſcatur tabellio, ſed creatur cum ſolemnitate. C. lib. 10. de tab. l. generaliter, nec probat qui negat. C. de proba. l. actor. Et daretur materia falſum fabricandi, quando perſonæ non cognoſcuntur, poſſet alius facere qui non haberet poteſtatem, in d. l. fin. de edi. divi Adria. dicunt Doctores conſtare, vel non revocari in dubium de perſona ſcribentis: hic enim prius debet conſtare de perſona, ff. de condic. l. quidam. Barbarius geſſit publice præturam, hic tabellio non cognoſcitur, nec geſſit ſe pro notario ſcientibus his, inter quos producitur hoc inſtrumentum. Innoc. de fide inſtru. c. 2. dicit quod privatæ ſcripturæ non creditur, niſi adjuvetur teſtibus, vel comparatione litterarum. Et ſubdit idem, forte dicendum eſt in forenſi inſtrumento, ar. contra. C. de dona. l. in donatione. Sed non eſt contra, quia ibi dicit, cum publica monumenta ſufficiant, nec eſt opus teſtibus. At hic negatur hoc eſſe publicum monumentum, nec conſtabat, dicit etiam eod. tit. c. 1. quod officium tabellionis eſt contra jus, ut credatur chartæ animalis mortui ſine alio adminiculo.

Additio. *De reaſſumptione inſtrumenti, cujus teſtes, judex, & notarius ſunt mortui, vide c. regni Regis Caroli, ne perſonarum, char. 191. Et de materia iſtius conſtitutionis vide in dec. conſil. 61. 14. 48. 114. 166. 178. & ſemper conſtitutionem aliam Regni, Bajulos. Adde quod inſtrumenta, vel quicunque actus, qui in publicam formam ſunt redigendi pro magiſtratibus Regni non valent, niſi fiant per notarios publicos de Demanio, & non per notarios ſubjectos, prout de hac eſt cap. Ladislai, univerſis, alias non ſint, char. 190. cujus ratio & cauſa videtur fuiſſe timor dominorum, qui poſſet notarios concutere, &c. Sed quid ſi reperiatur inſtrumentum contra Baronem, quo caſu videtur ceſſare ratio diſpoſitionis dicti capituli? Cogita, prohibitio tamen generalis eſt dum prohibet omnes ſcripturas, quæ tangunt Barones, & aliter non diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. Et ſimiliter addas quod inſtrumenta, in quibus nomen alicujus hoſtis, vel proditoris Regis, & generaliter cujuſcunque invaſoris ſcriptum eſt, non probant, ſed debent cremari, ut dicit conſtitutio Regni, inſtrumenta, infra lib. 2. Et de fide inſtrumenti, de notario & aliis ad hanc conſtitutionem, & quod dicatur antiquiſſimum in dec. conſil. 245. Et de fide inſtrumenti confecti extra Regnum in deciſ. 251. Et de reaſſumptione inſtrumenti per mortem notarii, & materia inſtrumentorum per Fel. in c. cum P. tabellio, & ſequent. extra de fide inſtr. Jaſ. in auth. ſi quis in aliquo in 10. fallen. C. de eden. Barr. in l. 1. in principio, & in §. ſi duobus ff. de bon. poſſeſſ. ſecun. tab. ubi an ſufficiat charta de papyro, vel quod ſcribantur in ære, vel ligno, vide conſtitutionem præcedentem, conſuetudinem. Et quod ſi notarius eſt diminutus fide, & ſubſcribitur alter idoneus, vel ſubſcribatur teſtis idoneus cum non idoneo, an ſuppleatur defectus? Felinus in capitulo, tertio loco, extra de probatio. in ſuis limitationibus, tenet quod in caſu iſtius conſtitutionis non ſuppletur, vide quæ addidi ad Andream hic, cum iſta conſtitutio ſit ſatis practicabilis. Et ſi reperitur inſtrumentum, in quo mortui ſunt judex, & omnes teſtes in cauſa dotali, an poſſit reaſſumi per notarium, qui ſolus ſupervixit? vide quaſdam litteras, ſeu pragmaticam Reginæ Joannæ, quæ incipit, Joanna II. &c. alias, conſiderantes, quæ mandat, quod fit, ſervata tamen quadam ſolemnitate, de qua in eis, & vidi inſtrumentum reaſſumptum, in quo notarius ſolus vivebat, decreto ſac. Conſi. referente mag. d. Jo. Marciali Regio Conſi. in cauſa dotium amitæ. Per. Anto. Toragles, exiſtente Proſecretario ipſius ſacri conſi. Annibale Fammatio, cujus manu apparet ſcriptum decretum dictarum litterarum*. Cæſar.

Additio. *Vide ad materiam iſtam deciſio. Neapoli. 252. Et vide conſilium Decii. 42.*

I*Nſtrumentorum robur*. Sed pone, quod produxi quoddam inſtrumentum pro publico, & ut in publicam formam redactum in proceſſu cauſæ, apparet in eo, ut in publico aliquis defectus, per quem ut publicum vitiaretur, ſed ut privatum valeret, & fidem faceret, puta quia eſſet trino teſte notatum, vel quia deficit indictio, vel conſul, quod vitiat publicum inſtrumentum, non tamen privatum, ut ff. de pign. modo quæritur, an iſto inſtrumento uti poſſim ut privato? Item an inſtrumentum productum in judicio, per unum tantum teſtem ſubſcriptum, poſſit tolli de actis, ut ſubſcribatur ab aliis teſtibus, qui nominantur in ipſo, & ſic iterum in judicio produci? Reſpondeo non, argu. de æqualitate dot. §. ordine alias quod ab initio, &c. Barth. de Capua.

Sed pone, quod inſtrumentum quoddam eſt, in quo non eſt certa quantitas deſcripta, utputa, eſt quoddam inſtrumentum procurationis, in quo non ſunt teſtes deſcripti, vel non eſt judex, an in caſu iſto habeat locum iſta conſtitutio? videtur quod non, quia hæc conſtitutio eſt contra jura communia, in quibus non ſervatur iſta ſolemnitas: & loquitur in inſtrumentis certam quantitatem continentibus, & non aliis: ergo non recedemus ab ejuſdem conſtitutionis verbis. Barth. de Capua.

Adverte tamen in quantum iſta conſtitutio vult in fine, inſtrumenta confecta per notarios Apoſtolicos fidem non facere: nam invenitur declaratum, & conventum inter quemdam Legatum Papæ de latere, & Regem tunc Regni, quod poſſit contrahi, & teſtari cum notario Apoſtolico, ſecundum uſum Regni & formam hujus conſtitutionis, & ita ſervatur, & vidi teneri per magnos viros. Jo. G.

Et ſentit hoc And. hic, & vide Luc. in l. ſi. 4. q. C. de loca. præd. civ. li. 11.

De

De advocatis ordinandis, alias de officio Advocatorum.

TITULUS LXXXV.

Nullus poteſt gerere officium advocationis coram Magiſtro Juſtitiario vel Juſtitiariis, niſi primo ſit examinatus, & approbatus per Magiſtrum Juſtitiarium, & Judices magnæ Curiæ, quando vult advocare in magna curia vicariæ, & quando vult advocare coram Juſtitiario per Juſtitiarium, & ejus Judices: vel fuerit approbatus per litteras Regis. hoc dicit. Matthæus.

† Alias. Idem.

† REX ROGERIUS.

ADvocatorum (*a*) * officium, qui dubia dirimunt facta cauſarum, non tam utile, quam neceſſarium reputantes, noſtris conſtitutionibus duximus inſerendum: quos ſub tali forma volumus ordinari, ut non niſi examinati per Judices Curiæ noſtræ, & per noſtram celſitudinem (*b*) approbati in eadem Curia noſtra audeant poſtulare. Coram Juſtitiario ſimiliter regionum per Judices, qui eis pro tempore aſſidebunt examinari, & per eoſdem Juſtitiarios poſtea approbari debebunt.

De præſtatione ſacramenti ab advocatis.

TITULUS LXXXVI.

Jurat advocatus partem ſuam ſine tergiverſatione juvare, & quod ipſam de facto non inſtruet, contra veram conſcientiam non alleget, & quod cauſas non recipiat deſperatas, & cognitas: deſperatas in proceſſu refutabit, non quod ad alterius partis patrocinium accedere poſſit, & quod augmentum ſalarii in proceſſu judicii non requiret, nec de parte litis ineat pactionem, advocatus contra faciens remotus ab officio cum nota perpetuæ infamiæ condemnabitur in tribus libris auri. Item clerici prohibentur advocare in ſæcularibus judiciis, præterquam in cauſis ſuis propriis, & conſanguineorum, vel affinium, & in cauſis eccleſiaſticis & miſerabilium perſonarum, & officialis ipſum recipiens advocatum, punitur in una libra auri, & advocatus, qui illicitum patrocinium receperit, eadem pœna mulctandus eſt. hoc dicit. Lallus de Thuſcio.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

ADvocatos (*c*) tam in curia noſtra, quam etiam coram provinciarum Juſtitiariis, & Ba-

---

De advocatis, &c.

(*a*) ADvocatorum officium*. Advocati non poſſunt poſtulare, niſi examinati per judices magnæ Curiæ probentur: debent enim advocati eſſe litterati, ut C. de advoc. diver. de poſtu. l. 2. licet in judicio ſufficiat habere factorum peritiam, ut C. de jud. l. 2.

Advocati. Advocati officium. C. de advocatis diverſorum judi. l. advocati.

* ADDITIO. *An advocatus cogi poſſit ad ſuſcipiendum patrocinium alicujus; & an ſine ſalario, vide Capel. Thol. dec. 481. Et an liceat advocare contra Dominum, a quo tenetur feudum. Gram. deciſ. 80. Et an liceat paciſci cum cliente de lite proroganda, vide Guid. Papæ deciſ. 102. & 190. Jo. de Amicis conſ. 148. Et ibi ſi partes ſe concordaverunt ante ſententiam, an advocatus debeat habere ſalarium. Et quid de advocato fiſci, an præſtatur Conſiliarie. Rubeus conſ. 86. Et an confeſſio facta per advocatum, poſſit revocari per clientem, & infra quantum tempus. Alex. conſ. 71. 3. volu.* Fabius Jordanus.

(*b*) *Approbati.* Nota, quod non poteſt quis exercere officium advocationis ſine licentia regis, ut in Longob. de teſtam. l. ſi quis cauſam, & ibi de hoc.

De præſtatione ſacramenti ab advocatis. Rubrica.

(*c*) A*Advocatos.* Conſtitutio iſta ſatis poteſt dici, quod continet jus commune: tradit enim nobis formam ſacramenti, quod præſtat advocatus, & con-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

De officio advocatorum. Rubrica.

A*Dvocatorum officium.* Quid ſi Doctor legum poſtulat pro aliis ſine litteris, an incidat in pœnam hujus, & ſequentis conſtitutionis in fine? dic quod non. Nam ratio pœnæ in aliis eſt, quia primo debet approbari, ut dicit littera, ſed Doctor fuit approbatus ad majus, quam ſit advocatio, ſcilicet ad magiſterium, ut l. magiſtros, lib. 10. de profeſ. & medi. Multo fortius videtur approbari ad minus, ſicut cum conceditur quod majus eſt, conceditur quod minus eſt, de teſti. l. ſi quando, ne fideju. do. dentur, l. 1. & cum ceſſet ratio, quia eſt examinatus & approbatus, ceſſare debet & pœna, ff. de repu. l. alti. §. ait lex.

ADDITIO. *Adde, an ſemel examinatus debet iterum examinari, ſi tranſit ad longe a loco re? vide per Bal. in c. ſcriptum, in ult. colum. de elect. & hoc practicatur inter dominos de Rota.*

Sicut cum ceſſante cauſa ceſſat effectus. C. de teſt. tut. l. ult. Et videtur expreſſum, quia valde diſciplinati, ſicut ſunt Doctores, non ſunt in numero aliorum, ff. de excu. tuto. l. ſi is qui duas, §. pen. ibi, valde diſciplinatos, &c. & ſic pronunciatum fuit de facto.

A*Dvocatorum.* Nota ex hac l. quod quis officium advocationis exercere non poteſt, nec debet ſine licentia Regis, ſine litteris, alias punitur in duodecim unciis, ut in l. proxi. verſ. ſi quis autem. Sed poſſet dare conſilium, per l. 1. §. advocationis, ff. de variis & extraordin. cogni. & facit definitio advocationis, ut ff. de poſtul. l. 1. §. poſtulare, & optime facit l. Paulus, §. fi. ff. de legibus. Nec tanquam procurator poterit intervenire, alias inciderit in dictam pœnam, per dictum §. advocatos, nam iſte facit fraudem, ſcilicet de nomine ad nomen, ſicut præſides, qui prohibentur mittere loci ſervitores, mittunt vicarios, ut in Auth. ut nul. jud. in principio. Nam largo modo procurator dicitur advocatus, ut in præal. leg. §. & in gloſſa l. ſalarium, ff. mand. cum ſimil. Barth. de Capua.

Alii tamen dicunt, quod conſilium eſt, quod proteſtetur, quod non ut advocatus, ſed ut procurator dicit, argu. ff. de adopt. l. ſi pater. §. qui quos. Petrus de Monteforte.

De præſtatione ſacramenti ab advocatis. Alias, de officio advocatorum, & eorum ſacramento. Rubrica.

A*Dvocatos.* Ponit ſacramentum advocatorum, & eſt jus commune. Ponit etiam pœnam in advocantibus ſine licentia: & officiali, qui ipſum admiſit, quod intelligendum eſt ſcienter, quia non offendit diſciplinam, qui ignoravit militem, ff. loca. l. ſi ignorans. Item nota clericum poſſe poſtulare pro ſe, & certis perſonis, videlicet conſanguineorum, affinium, & miſerabilium perſonarum, & in cauſis eccleſiæ, & eccleſiaſticarum perſonarum; & ſic ſunt de tertio numero

& Bajulis ſtatuendos: necnon & per partes ſingulas Regni noſtri, ante receptum officium, tactis (1) ſacroſanctis evangeliis corporalia volumus (a) ſacramenta præſtare: quod partes, quarum patrocinium ſuſceperint, cum omni fide & veritate, ſine (b) tergiverſatione aliqua, adjuvare curabunt. Ipſas de facto non inſtruant. Contra veram conſcientiam nullatenus allegabunt. Et quod cauſas non recipiant deſperatas: & ſi quas forte receperint partis fortaſſe mendaciis coloratas, quæ juſtæ ſibi in principio videbantur, & in proceſſu judicii, vel de facto, vel de jure compareant ipſis injuſtæ, ipſarum patrocinium incontinenti dimittent. Spretæ parti, prout priſcis legibus eſt ſtatutum, licentia convolandi ad alterius patrocinium deneganda. Jurabunt * etiam, quod augmentum ſalarii in proceſſu judicii non (c) requirent, nec (d) de parte litis ineant pactiones. Quod ſacramentum non tantum ſemel præſtitiſſe ſufficiat, ſed coram Magiſtro juſtitiæ, & Juſtitiario regionum anno quolibet renovabunt. Si quis autem advocatorum contra prædictam formam, & ſacramentum venire tentaverit in aliqua cauſa parva, vel magna, ab officio cum perpetuæ infamiæ nota remotus, tres libras auri puriſſimi fiſco noſtro componat. (e) Denique (f) clericos in ſæcularibus cauſis, & judiciis omnibus præſtare patrocinia prohibemus: præterquam in cauſis ſuis propriis, conſanguineorum, vel affinium. Item in cauſis (g) eccleſiarum, ac (h) miſerabilium perſonarum: ita ut tunc etiam ſine pretio valeant poſtulare. Si quis autem noſtrorum fidelium ad advocandum ipſum (i) admiſerit, præſenti noſtra conſtitutione contempta, libram unam auri ſacro ærario noſtro ſe illaturum agnoſcat: Advocato nihilominus, qui illicitum patrocinium recipere præſumpſerit, eadem pœna mulctando.

De

concor. C. de judic. rem non novam, & de poſtu. l. 5. & l. quiſquis. Item prohibet clericos poſtulare, niſi pro ſuis conſanguineis, quod intellige in foro ſæculari: in ſuo enim bene poſſunt, ut C. de epiſ. & cler. l. placet.

(1) ADDITIO. Tactis ſecroſanctis evangeliis. *Adde gloſſam in c. 2. in §. item ſacramenta, de pace juram. firm. in uſib. feud. gloſſam in ver. tacta. in clemen. 1. de hære. gloſſam in ver. tactis. in clem. unica. de jurejur. gloſſam in ver. corporali. c. ut circa. de elect. in 6. tex. in cap. presbyter ſi a plebe. ver. evangelio coram poſito. 2. q. 5. & in cap. quæ de cauſa. ibi in tex. ante corpus ſancti Apollinaris, eadem cauſa, & quæſtione. Abb. in c. tuis quæſtionibus de teſtibus, Abb. in c. laudabilem, in 2. not. de praeſcr.* Superantius.

(a) *Sacramenta*. Ut C. de advo. di. ju. l. ſi patroni.

(b) *Tergiverſatione*. Tergiverſator eſt, qui adverſam partem adjuvat, prodita cauſa ſua. C. de judic. rem non novam. §. patroni.

* ADDITIO. *Vide tu, quomodo hoc intelligatur per Guid. Papæ deciſ. 102. & deciſ. 190. & per Gozad. conſ. 3. num. 25. & unum verbum Borr. in tra. de auctor. magni Conſil. num. 32.* De Bottis.

(c) *Requirent*. Strictius tenentur Bajuli, quam advocati; illi vetantur accipere, ut ſupra qualit. Cam. vel Baj. in l. puritatem. Iſti autem quærere prohibentur, ut hic. Poſſet autem reddi ratio, quia illi facerent in fraudem legis, quod majus delictum eſt: iſti vero in fraudem hominum, quod eſt minus, ut argum. ff. de jure patronatus. l. ſi libertus.

(d) *De parte litis*. C. de poſtu. l. ſi quis.

(e) *Denique clericos*. Utputa, ſacerdotes, ut in Lombar. de advoca. & vicedominis. l. ut epiſcopi.

(f) *Clericos*. In ſacro ordine conſtituti, & etiam in minoribus, ſi de bonis eccleſiæ vivant, prohibentur coram judice ſæculari poſtulare, niſi in cauſa propria, vel eccleſiæ, ſeu miſerabilis perſonæ, ut extra de poſtula. c. uno. Poſtulare eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in jure apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere, ut ff. de poſtu. l. 1. §. 2. Clericos, concor. C. de epiſc. & cle. placet, & in Auth. de ſanc. epiſc. §. alium.

(g) *Eccleſiarum*. Ut arg. ff. de excuſ. tut. l. adminiſtrantes, in fine.

(h) *Miſerabilium*. Laudabile enim eſt juvare indigentes, & pro pauperibus poſtulare, ut in Auth. de defen. ci. in ſi.

ADDITIO. *Adde Doct. in c. ſignificantibus de off. deleg.* Superantius.

(i) *Admiſerit*. Nota, non eſt advocato concedenda licentia, niſi ei, qui in legibus per tempora ſtatuta ſtuduerit, ut C. de advo. di. ju. l. jubemus. §. nec de cete-

ANDREAS DE ISERNIA.

mero poſtulantium, ff. de poſtu. l. 1. forte intelligitur ſecundum canones, neceſſitate inſtante: quia poſſet conjuncta perſona habere æque idoneum, extra de poſtulat. prælat. c. 2. & ſic diſtinguetur per jus canonicum, ſicut auth. offeratur. C. de lit. conteſt. per l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. & ſic conſtitutio hæc non diſtinguit, ſed diſtinguit alia lex, ſcilicet Canonica, ff. de teſtibus, l. quæſitum, nam ſemper cum clericus agit, vel eſt in curia ſæculari, ſervantur in eo jura canonica, C. de epiſc. & cle. authen. clericus. Sed illa intelligitur, quando ageret cauſam propriam: cum vero pro alio poſtulat, agit cauſam alienam: & ſic videtur ſervari hæc conſtitutio inducta in favorem pro conjunctis perſonis, quæ non debet reſtringi, ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. Indiſtincte loquitur, indiſtincte intelligitur, ff. de aleator. l. 1. cum aliis concord. An autem clericus pro conjunctis perſonis poſſit eſſe procurator in foro ſæculari? Satis videtur quod ſic, ut quod ſtatuitur in uno, ſtatuatur in alio ejus ſimili, ff. mand. l. ſi. de condi. ob cau. l. ſi extraneus. C. de conſtit. pecu. l. ſi.

ADDITIO. *Adde, quod ſic in judicio eccleſiaſtico, ſecundum Abb. in c. per venerabilem, in 1. not. qui fil. ſint leg. Abb. in c. cum eſſent, in 1. nota. ac ſimo. Abb. in c. in noſtra, de procur. Archid. in c. pervenit. 86. diſtin. Ludo. Rom. ſingul. 282. incip. tu ſci. Card. Zabar. in c. ſacerdotibus, in 2. notab. ne cleri. vel monachi. Pro ſæcularibus dic quod non, ut in cap. clerici, & in c. cum ſacerdos, de poſtu. Limita primo dicta jura in cauſa ſui affinis, vel amici, intellige de affine, & amico, dummodo alibi advocatum habere non poſſet, ut nota. Doct. in c. ſi. de poſtu. Secundo limita, ſi clericus non haberet beneficium, a quo poſſet ſe ſuſtentare, nec epiſcopus ei provideret, dummodo non advocet in cauſis criminalibus, ut voluit Abb. in cap. 1. de poſtu. in 3. limita, niſi eſſet Abbas, qui mandaret uni monacho, quod advocaret pro uno monacho monaſterii, quia tunc ille monachus poteſt, ut per Inno. in c. cum I. & A. de re judi. quem ſequitur Abb. in c. ex parte. de poſtu. 4. & ult. limi. in miſerabilibus perſonis ſecundum Doct. in c. ſi. de poſtul.*

Et ſi poterit poſtulare quod eſt majus, poterit etiam procurare, quod eſt minus, per ea, quæ dicta ſunt ſupra in l. prox. ff. de reg. jur. l. non debet, & econtra cui denegatur minus, denegatur & majus, ff. de ſer. expor. l. cui pacto. Item large ſumpto vocabulo procurator, advocatus dicitur, niſi in caſu, ff. de var. & extraor. co. l. 1. §. advocatos, & dicitur, in gloſſa

Digitized by Google

De Salario advocatorum.

TITULUS LXXXVII.

Ubi res, quæ in judicio deducitur, recipit æſtimationem, ſalarium advocatis ſolvetur a ſuo clientulo uſque ad ſexageſimam æſtimationis rei in judicio deductæ, ſive ſit advocatus actoris, ſive rei; fallit in actione injuriarum, in qua judex ſuo arbitrio taxabit ejus ſalarium, & res, de qua litigatur, non recipit æſtimationem, judex ſuo arbitrio a clientulo præſtare faciet advocato ſalarium. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias. Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

HAc edictali lege jubemus advocatos omnes pro eorum ſalariis (1) quandocunque ipſos in privatorum cauſis oporteat poſtulare, non amplius exigere vel a litigantibus ſtipulari, quam ſexageſimam partem cauſæ, pro qua ſuffragium ſpoponderant, ſi res, quæ petitur, æſtimationem recipiat. Ceterum ſuper his, quæ non poterunt æſtimari, volumus advocatorum ſalaria judicis arbitrio definiri, quemadmodum cauſæ ſtatus, & etiam rei ſacræ, necnon & hominum, dum contra ipſos accuſatio inſtituitur de tali crimine, de quo convicti capitaliter puniantur: vel alias contra ipſos procedi poſſit, juxta criminum qualitatem, præterquam in actione injuriarum, in qua volumus a tempore oblati libelli Bajulos & judices advocatorum ſalaria prætaxare, & ceteris aliis his ſimilibus, quæ jura vetera præſcripſerunt.

De officio Magiſtrorum Procuratorum Curiæ.

TITULUS LXXXVIII.

Procurator rerum Regiæ Curiæ habet juriſdictionem circa recuperationem bonorum occupatorum regiæ Curiæ, in quorum recuperatione procedere poteſt per denunciationem, & per inquiſitionem, & ſi pars citata, quæ poſſidet, ſemper contradicit, ipſum admittat ad defenſionem, & inſtructa cauſa referat regi, & expectet regium reſponſum nihil innovando, & res ipſa Regiæ Curiæ diligenter procurari faciat, & pro earum utilitate, & neceſſitate de proventibus ipſorum bonorum cum judicio deputatorum ſine alio mandato debet expendere, ſolvere autem ſtipendia Caſtellanis, ſervitoribus & aliis exiſtentibus in Caſtro

---

cetero, quæ ſunt quinquennii, ut in proœ. ff.orum. §. ſed quia ſolitum, in verſi. quibus ſi bene, &c. quia infames removentur a poſtulando. ff. de poſtulan. l. 1. ſed procuratoris officium eſt viliſſimum & infamiſſimum. C. de decu. l. ſi quis decorio. & arg. Inſti. de excep. §. fin. Et infames removentur ab honoribus. C. de dign. l. 1. Jure civili clericus non poſtulat, nec procurator eſſe poteſt, ſed prohibetur niſi in cauſa ſua, vel collegii. C. de procu. l. militem, de epiſ. & cle placet. & in Auth. de ſan. epiſ. §. illud.

(1) Additio. Hac edictali. Pro eorum ſalariis. *Adde quod tales non debent excedere ſummam centum florenorum ſecundum gloſſam & Bal. in rubrica. C. manda. Doct. in l. 2. in §. ſi cu. ff. de var. & extraor. cognitio.* Superantius.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſa ff. de ju. fi. l. 3. §. divus Adr. in fine magnæ gloſſæ, & ff. mand. l. ſi ſalarium, in fine gloſſæ, & ſic erit procurator etiam in non neceſſitate, quia alius proc. &c. ff. de proc. l. 1. §. uſus, ar. contra, quia poſtulare eſt honor, quod patet, quia infames removentur a poſtulando, ff. de poſtu. l. 1.

Additio. *Adde Ang. in l. 1. in §. ſecundo loco ff. de poſtul. Et per Jo. de Platea in l. infames, in ult. col. verſ. Item adde, C. de infam.*

Sed procuratoris officium eſt viliſſimum. C. lib. 10. de decu. l. ſi quis procu. & arg. Inſti. de exce. in fi. infames autem removentur ab honoribus. C. de dig. l. 2. lib. 12. Jure Romano clericus nec procurator, nec advocatus eſſe poteſt, etiam pro patre: niſi in cauſa ſuæ eccleſiæ vel ſui collegii. C. de proco. l. militem, de epiſ. & clericis, l. placet, in authen. de ſan. epiſc. §. alium.

A*Dvocatus*. Videtur quod advocatus officium non habeat: quia libertus poteſt eſſe advocatus, ut in l. 2. C. de poſtul. & tamen libertus ad aliquam dignitatem, ſeu officium aſpirare non poteſt: imo punitur lege Jul. ambitus, ut C. ad leg. Jul. amb. l. 1. ergo, &c. Petrus de Montef.

De Salario advocatorum. Rubrica.

H*Ac edictali*. Hic habent quidam rubricam, de ſalario advocatorum, & dat pro ſalario advocatorum ſexageſimam partem litis, ſicut Bajulo, quando agitur de poſſeſſione, ſupra de offi. Baju. l. cum juxta, circa fi. Sed ſi æſtimari lis non poteſt, ſicut cum agitur de ſtato, de re ſacra tam fiſci, quam privatorum, ſive de criminibus, in quibus eſt pœna corporalis; ſtatuitur ſalarium arbitrio judicis, pro modo ſeu facultate cauſæ pro facundia advocati, ff. de variis & extraordinariis co. l. 1. §. divus, & C. de ſuffrag. l. 1. Excipitur actio injuriarum, ubi a principio dati libelli, Bajuli, & judices taxant ſalaria: ſic aliud ſpeciale in actione injuriarum, d. l. cum juxta, & melius dicitur hic, quam infra de ordi. in Cur. ſervan. in l. ſi de quantitate, & conc. eo. ti. l. judices.

H*Ac edictali lege jubemus*. Quæro, utrum ſalaria advocatorum ſint quaſi caſtrenſia? & dicunt quidam quod ſic, per l. cum antiqui, §. percipiunt, de inoffi. teſt. Alii dicunt, quod non, ex quo hodie non habetur a publico, ſed a ſingularibus perſonis. Sed tu dic, quod illa ſubrogantur loco ſalarii, quod datur a publico, ergo ſapiunt ejus naturam, ut nota in l. 2. C. de advo. diver. jud. argum. l. 1. §. hoc, ff. ſi quis teſt. lib. eſſe juſſ. fue. Petrus de Monteforte.

De

ſtro, pertinet ad officium Magiſtri Camerarii. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

INter (*a*) multas * & arduas ſollicitudines noſtras, quibus ordinata diſpenſatione diſponere Regno noſtro ſatagimus, noſtrarum rerum fiſcalium curam, quæ, velut res noſtræ quodammodo privatæ cenſentur, non improbabiliter vidimus collocandam: earum procurationibus perſonas idoneas præponere cupientes, per quas nobis ſic jura noſtra reddantur, ut in eorum juribus fideles noſtri propterea non graventur. Statuimus igitur, ut per quemlibet præſidatum, unus Magiſter Procurator rerum noſtrarum, & unus Magiſter fundicarius debeant ordinari: qui jura fiſci noſtri percipient & percepta conſervent: qui etiam Magiſter Procurator, videlicet, per ſingulas juriſdictionis ſuæ partes ad denunciationes fidelium delatorum: vel nullis deferentibus etiamſi viderit expedire, inquiſitionem facere ſtudeat diligenter, & data poſſeſſoribus poſt inquiſitionis copiam, de jure ſuo contradicendi licentia, quæ ad jus Curiæ noſtræ pertinere compererit, fiſci noſtri juribus ſtudeat vendicare. Ut tamen poſt cauſam ſufficienter inſtructam, & ad conſcientiam noſtram fideli relatione deducta, ſi poſſeſſor in contradicendo perſtiterit: non aliter ad occupandam poſſeſſionem manus extendat, quam ſi ſuper

De efficio Magiſtrorum Procuratorum Curiæ. Rubrica.

(a) I*Nter multas*. Nota de generali inquiſitione, quæ fit ad revocationem rerum fiſcalium, quæ ab aliis poſſidentur, quia dabitur poſſeſſoribus copia reclamandi, & ſi non allegent poſſeſſores aliquid ſufficiens, reducuntur bona in fiſcum, nec videtur opus eſſe alia ſolemnitate, quod videlicet, detur libellus, & quod detur inde ſeotentia in ſcriptis, ut hic innuitur. & C. de aquæduc. l. diligenter. lib. 11. & de fun. & ſal. di. do. uſus. & de fun. & ſal. rei do. l. ult. li. 11. & C. ne rei do. l. fi. & C. de bo. vac. l. 3. & l. fio. lib. 10. licet videatur contra. C. de delato. l. omnes, ubi dicit, & recto juris ordine, &c. Sed reſpondeo, quod hoc, quod dixi, eſt rectus ordo in fiſcalibus. Alias eſt ibi littera retro juris ordine, &c. & tunc facit pro me. q. d. is ordo ſervetur, qui retro obtinuit; & ſine dubio haſtenus iſte ordo ſervatus eſt in Regno per Magiſtros Juſtitiarios rationales magnæ Curiæ, quod ubi de jure curiæ quomodolibet conſtat: nec poſſeſſor vocatus alleget pro ſe aliquid ſufficiens, ſtatim fit revocatio ad manus Curiæ, ſine libello & ſententia, ſeu alio judicii ſtrepitu. Item videtur contra. C. de coove. fiſ. deb. l. hi qui. in fi. lib. 10. & C. de condu. & procur. ſive exacto. prædi. fiſc. l. 1. lib. 11. Sed iſtæ duæ leges faciunt potius pro me: nam ibi debitor fiſci quæſtionem habebat cum debitore ſuo, vel conductnt domus Auguſtæ habebat quæſtionem cum alio privato de illo fiſcali prædio, unde dicitur, quod cauſa iſta tractari debet ſecundum communem juris & judicii ordinem, quia inter privatos eſt quæſtio, licet de re fiſcali, ſeu ratione fiſcalis debiti ageretur, non propterea iſta cauſa præter communem ordinem tractanda eſſet, & ſic datur ibi intelligi, quod ſi de fiſcalibus cauſam fiſcus directo tractaret: non ille communis ordo judicii ſervaretur, ſed ſine fruſtratione aliqua expediretur, ut in ea. l. hi qui. in principio, alias nulla eſſet illarum legum dubitatio.

* AddITIO. *Adde Gloſſam fin. ſupra in conſtit. puritatem. vide etiam Jo. Ant. de Nigris in prima rubrica cap. regni, nu. 51. & in cap. prædicti Magiſtri fol. 103. in c. item ſtatuimus quod ſi procuratores, fol. 111. Ex hoc textu colligo quod procurator, ad quem ſpectat cura rerum fiſcalium, poteſt cognoſcere & decidere, quando poſſeſſor non contradicit, ſed data contradictione tunc eſt conſulendus Princeps, & ita in fi. declarat hic And. & latius exprimitur in c. ſtatuimus quod ſi procuratores, dum dicit in competenti tribunali, & ſic excludit illas perſonas, quæ curam habent de patrimonio, tum quia And. hic dicit quod in hoc inſpicienda eſſet poteſtas data a Principe, videtur innuere, quod ſi Princeps dederit poteſtatem determinandi quod poſſet, & ſatis innuitur hic dum non data contradictione vel allegatione ſubſiſtente dat juriſdictionem vendicandi & cognoſcendi; in dubio autem quando tractatur de cauſa fiſcali Princeps eſt comprehendendus, ut ſupra in conſtitutione, hac lege, & in conſtitutione, præſides provinciarum & in conſtitutione, quæſtiones omnes. Attende, quia ſecundum has conſtitutiones quando tractatur de magnis cauſis Magiſter Juſtitiarius erit Judex & Rex debet conſultari in dec. ut ſup. in conſtitutione cauſas per Magiſtros. Sic poteſt intelligi c. ſtatuimus, dum loquitur de competenti Tribunali.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

De officio Magiſtrorum Procuratorum Curiæ. Rubrica.

I*Nter multas*. Ordinata quidem caritas incipit a ſeipſa, in Auth. de trien. & ſemiſ. §. 1. in fine. C. de ſerv. & aq. l. præſes & l. manifeſtæ.

Cenſentur. C. de quad. præſcript. l. fin. circa principium, ff. de leg. 1. l. apud Julianum, §. ult.

Non graventur. Nam ſi fiſcus eſt dives, non extendat ad iniquitates manus ſuas, dicit cap. Papæ Honorii. Hi Magiſtri Procuratores poſſunt ad delationem alterius, vel ex ſuo officio inquirere de occupatis, ſed Magiſter Cameræ, & præſes provinciæ cognoſcunt de rebus fiſcalibus, quando fiſcus convenitur tantum, ut dictum eſt ſupra de officio Juſtitiarii l. præſides, & data copia reclamandi, ſi nihil, vel aliquid inſufficiens allegetur, revocat ad manus Curiæ, dicit gloſſa non dato libello, vel petitione, ſicut faciunt Magiſtri Rationales, hinc probat gloſſa hinc inde, & vide quod ſatis dici poteſt de re non magni valoris, qui valor † ſecundum facultates poſſidentis attenditur, argumen. ff. de judic. l. ſed & ſi ſuſceperit, §. fina. in gloſſa; nam ſi de omnibus bonis, vel de majori parte bonorum, aut de uno Caſtro, obtineant alia jura, quæ dicunt ſecto tramite cauſas fiſcales audiendas, pro quo eſt argumen. conſtitutionis, proſequentes, de teſti. contra Comi. & Bajul.

† AddITIO. *Vide Moder. in c. regni, ab olim, fol. 17.* De Bottis.

Hodie cum habeat alias formas Magiſtri Procuratoris, inſpicienda eſſet eorum poteſtas, extra de privileg. cap. porro, ſic diſtinguitur inter magnam litem, & brevem ſupra de offic. Bajul. l. ab omnibus, maxime ſi inquireretur generaliter, ubi qui tanguntur, non vident teſtium juramenta. Sed ſi poſſeſſor perſiſtit in contradicendo, quia defenſiones ſuæ, non eſſet clarum, quod ſint nullæ, tunc non revocat: ſed cauſam inſtructam cum fideli relatione remittit ad principem, ſic & ſupra de offic. Mag. Juſtit. l. cauſas, & l. hac lege, & d. l. præſides. Aliter ſtatuitur per c. Regis Caroli primi in Secretis volentibus inquirere de falſis ponderibus, & menſuris.

I*Nter multas*. An autem poſſeſſor iſte victus per talem inquiſitionem habeat regreſſum contra ſuum auctorem, cum tales inquiſitiones fiant juris ordine non ſervato? nam ſi juris ordo ſervaretur, actor aſſiſteret huic poſſeſſori, & defenderet cauſam. Injuria facta emptori, non tangit venditorem, ut ff. de evictio. l. ſi per imprudentiam, poſt perfectum enim contractum omne periculum ad emptorem pertinet, ff. de

Digitized by Google

ſuper hoc (*a*) de Curia noſtra mandatum receperit ſpeciale. Prædicta autem poſtquam revocata (*b*) legitime fuerint, & alia, quæ per prædeceſſores officii revocata per Curiam noſtram repererit poſſideri. Demania etiam, & morticia, * excadentias, granaterias, piſcarias, ** herbas, alumina, (1) & generaliter omnia, quæ per noſtram Curiam (*c*) procurantur, ad procurationis ſuæ ſolicitudinem (*d*) revocabit. Animalia autem Curiæ noſtræ, & omnes beſtias, maſſarias per Curiam, & alios, qui præſenti pro tempore fuerint, cum diligentia debita faciant procurari: & ex eorum proventibus, tam Curiæ noſtræ, quam caſtrorum noſtrorum neceſſitatibus, & utilitatibus ad requiſitionem proviſorum ſuper caſtrorum noſtrorum proviſionibus ſtatutorum faciat provideri. Stipendia autem, quæ in pecunia oumerata conſiſtunt Caſtellanis, & ſervientibus, ac perſonis aliis ſtatutia in caſtris per Magiſtros Camerarios regioonm volumus miniſtrari.

Forma qualiter locandæ ſunt res fiſcales.

TITULUS LXXXIX.

Nova conſtitutio.

Rerum excadentialium locatio in perpetuum conceditur procuratori fiſcali, perſonæ idoneæ, exceptis feudis, & rebus deputatis ad uſum caſtrorum, vel ſolatiis regis, nec tenetur rex ipſa expreſſe confirmare, & ipſi procuratori providetur de expenſis annalibus ſufficientibus. hoc dicit, Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

SI quando forte contigerit a Magiſtris Procuratoribus locationes excadentiarum *** noſtrarum per privatos & fideles noſtros pro tempore poſtulari: io ipſarum locationibus formam hujuſmodi volumus obſervari. Videlicet, ut procurator privatus a locatione feudorum militarium, ſive ſiot quaternata, vel non, prorſus abſtineat. Et ab his, quæ ſunt caſtrorum noſtrorum munitionibus, vel ooſtris ſolatiis deputata, niſi ſuper hoc de rei petitæ conſcientiæ noſtræ ſcrineis mandatum recipiat iteratum. In aliarum autem excadentiarum locationibus ſic ipſos procuratores procedere præſenti conſtitutione ſancimus, videlicet, ut de fide, & converſatione petentis, conditione, ac valore rei petitæ, quid ſcilicet ex eis proventibus proveniat annuatim, per fideles noſtros primitus inſtruantur. Et ſi petentem fidelem noſtrum invenerint, eundemque bonum cultorem, & frugi, ac rebus ſuis ſalubriter, ac perſpicaciter diſponentem, nec in offenſionem, vel malevolentiam alicujus locationem expetere ſupradictam, placet tam ſuper ſubhaſtatione, quam aliis legitimis ſolemnitatibus obſervatis, quas & cautela juris antiqui, & noſtri Regni conſuetudo depoſcit: conſilio Magiſtri Camerarii proviociæ, nihilominus accedente expetitam excadentiam locationis perpetuo jure concedi, & poſſeſſores earum, quibus prædicto modo, conceſſæ fueriot perpetua ſecuritate gaudere: Aut ſi eorum aliquis ad cautelam majorem ſuam ſeu ſucceſſorum ſuorum ſuper locationibus ipſis confirmationem a nobis impetrare voluerit; idem Magiſter procurator una cum Magiſtro Camerario ſupradicto ſub ſigillis ſuis, judicum, aliorumque noſtrorum fidelium loci, qui ſuper hoc conſilium dederunt, per litteras ſuas Curiæ noſtræ diſtincte deſcribant locum, valorem, qualitatem, & quaotitatem rei locatæ: quid, & quantum Curia noſtra de re ipſa perceperat annuatim, cujuſmodi cenſum, ſive ſervitium percipere debeat de eadem, quid denique per locationem ipſam Curiæ noſtræ utilitatis accreſcat, ut ex eorum plena relatione perdocti deliberare poſſimus, an prædictam confirmationem concedere nobis expediat, an negare. Ceterum ad hoc ut Magiſtri Procuratores cum aliis perſonis ſibi per noſtram Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris ſuis laborare diſpendiis non cogantur, per ſpeciales & ſacros noſtræ man-

(a) *De Curia noſtra*. Ut C. de jure fiſ. l. prohibitum, & de bon. vac. l. fi. §. Decurio.

(b) *Legitime fuerint*. Vel quia nullus reclamat: & ſi reclamabat aliquis, non allegabat cauſam ſufficientem, nam hæc duo ſunt paria, ut ff. quod cujuſque univ. nomi. l. 1. §. pen.

* ADDITIO. *Quæ dicantur morticia, & quæ excadentiæ, vide Joan. Anton. de Nigris in rubrica de portulanis, nume.* 12. De Bottis.

** ADDITIO. *De alumine, & cujus ſint mineræ, vide poſt Andr. in §. argentariæ, quæ ſint regalia, per Affl.ct. in deciſio. 321. & Jacob. in tractatu feudor. in ver. argentifodinis, & per Paul. de Caſtro in conſil. 351. in antiquis, incip. in Chriſti nomine, & de piſcariis vide Andr. ibidem in verbo, reditus piſcatorum, ubi de ſalinis, pro quo vide Ludo. in l. divortio. §. fundus. ff. ſoluto matrimonio. Et quid de venatione, vide Decium conſilio* 197. Fabius Jordanus.

(1) ADDITIO. *Alias, aluminis, & tunc ab alo, alis, & ſic de herbis, quæ alunt, vide in deci. Conſil.* 321. *in regia Camera, ubi de hac conſtitutione*. Cæſar.

(c) *Procurantur*. Et ſic Curia poſſidebat.

(d) *Revocabit*. De facto.

*** ADDITIO. *Vide capit. Regni, prædicti magiſtri, & cap. in forma, vide hic formam concedendi excadentias, allegat Parid. de reintegra. feudo. capit. ſrato, in fine capituli*. De Bottis.

* Au-

ANDREAS DE ISERNIA.

de perl. & commo. rei ven. l. neceſſaria, vide hanc quæſtionem ff. locati. l. ſi ſundus, §. fin. & ff. de admi. re. ad civi. perti. l. fin. §. idem reſcripſerunt. Barth. de Capua.

Qualiter locandæ ſunt res fiſcales. Rubrica.

Nova conſtitutio.

SI *quando*. Et hic dicit rubrica qualiter locandæ ſunt res fiſcales: hæc ponit de locatione excadentiarum, ſe-

manſuetudinis apices, proot ſtatutus quilibet pro tempore fuerit, ſtatuemus eiſdem in expenſis annalibus, & ſufficientibus provideri.

De locatione Demanii.

TITULUS XC.

Nova Conſtitutio.

Procurator fiſci res cultas de Demanio Regis non poteſt locare, niſi uſque ad quinque annos, dummodo non diminuatur antiquus reditus, ſed paludes & nemora de Demanio poteſt locare ad extirpandum, & colendum in perpetuum ſervatis ſubhaſtationibus, & aliis ſolemnitatibus, quæ in præteritis locationibus etiam debent ſervari. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

AUctoritatem Magiſtris Procuratoribus indulgemus Demania noſtræ Curiæ fidelibus noſtris ad modicum tempus, non ultra quinquennium ſtatuendum, & ad certam fructuum partem prout popoſcerit qualitas temporum, & locorum colenda concedere. Paludes etiam & nemoroſa loca, quæ defenſis noſtris, & publicis paſcuis, ſeu lignorum incidendorum uſibus deputata non ſint, cum indemnitate noſtra, necnon de conſilio noſtrorum fidelium extirpanda, & colenda concedant. Ceteris ſuper his proventuum parte, vel cenſu (prout melius expedire viderint) conſtitutis, veteri nullatenus diminuto. Quæ ſi ſubhaſtatione, & qualibet alia juris ſolemnitate ſervata, prædicto modo fuerint etiam in perpetuum colenda conceſſa, etiam perpetuo jure ſubſiſtant: præſertim cum a nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris iidem procuratores ad locandum paludes, & nemora ſupradicta nacti fuerint pro tempore poteſtatem: nec auctoritate noſtra deceptos * ſe doleant poſſeſſores, & laborum ſuorum, & ſumptuum incommoda pertuliſſe triſtentur. Quæ in prædictis locationibus etiam per procuratores noſtros ſubhaſtationis, & alia debita ſolemnitate ſervata confectis, volumus obſervari.

Non debet aliquis compelli ad emendum vina Curiæ, vel alias res etiam juſto pretio: permittitur tamen quod prius vendantur vina Curiæ, quam aliorum, quod eſt ubique locorum conſuetum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

MAgiſtris (*a*) procuratoribus noſtræ Curiæ ſpecialiter prohibemus, ne eorum aliquis fideles noſtros compellat invitos jura Curiæ noſtræ, vel res alias juſto etiam precio comparare. ** Illud tamen eis pro Curia noſtra permittimus, quod eſt ubique terrarum generaliter conſuetum, quod eiſdem noſtris fidelibus intercedant, quod non ipſi *** prius jura ſua, quam noſtra: quæ in loco ipſo fuerint communi, juſto, & celeri precio diſtrahant.

De

* Additio. *Concordat tex. in l. ſecunda*, C. *de Palud. vide Parid. de reintegr. feud. cap. 7. num. 18. & cap. 12. ubi loquitur de expenſis, & allegat hanc conſtitutionem*. De Bottis.

(a) M*Agiſtris Procuratoribus*. Argumentum bonum ad hanc conſuetudinem: de ope. lib. l. medicus, & l. libertus.

** Additio. *Nemo cogitur rem aliquam emere, ut hic, & ita etiam nec vendere. Fallit in paupere habente domum ruinoſam: nam cogitur vendere diviti. Ferdinan. Loaz in l. filiusfamil. §. Divi. nume. 80. ff. de lega. 1. Roman. ſingul. 158. Item in colono, qui cogitur vendere domino juſto pretio. Bartol. in l. prima*, C. *de metal. & metallar. lib. 10. Et an eccleſiæ vicinæ quis teneatur vendere, Grammat. deciſio. 75. pro quo eſt cap. Regis Roberti in libro Barattucii, lib. 1. c. 131.* Fabius Jordanus.

*** Additio. *Facit iſte tex. in argu. quod ſi Baro habet territoria feudi, vaſalli non poſſunt alia territoria colere, deſerendo culturam rerum feudalium. Et ita plures deter-*

ANDREAS DE ISERNIA.

ſequens conſtitutio de locatione Demaniorum. Excadentias ergo poteſt Magiſter Procurator locare in perpetuum, ſicut dicit littera, præterquam ſi excadentiæ ſint feuda quaternata, vel non, & ea, quæ uſibus caſtrorum, necnon ea, quæ ſunt ſolatiis principis deputata, hæc non poſſent locari, niſi ſecunda juſſio, alias proviſio Regis præcedat, quia contra utilitatem publicam, in Auth. de mand. Princ. §. deinde, hinc ſumpta eſt forma commiſſionis iſtorum.

SI *quando forte*. Pro declaratione hujus conſtitutionis vide cap. Regni, prædicti magiſtri, & c. in forma. Barth. de Capua.

De locatione Demanii. Rubrica.

Nova conſtitutio.

A*Uctoritatem*. Hæc loquitur de locatione Demanii, quæ poteſt fieri per Magiſtros Procuratores uſque ad quinquennium tantum, ſed nemora & paludes, ut reducantur ad culturam, etiamſi ſint de Demanio, poteſt locare perpetuo, quando eſt utilitas Curiæ certo modo, ut dicit littera. In hac tamen & ſuperiori conſtitutione ſervata ſubhaſtatione, & aliis ſolemnitatibus, poteſt princeps de ſuo mandato alienare hujuſmodi bona. ff. de leg. 1. apud Julianum, in fine.

De eodem.

M*Agiſtris procuratoribus*. Removet gravamina ſubditorum, ut Magiſter Procurator non cogat ſubditos emere vinum Curiæ. C. de jure delib. l. nec emere. Sed antequam vendant vinum Curiæ, ſubditi non debent vendere vinum eorum, quia ſic eſt ubique terrarum generaliter conſuetum, dicit littera hujuſmodi conſtitutionis, maxime ſunt in Apulia, ſicut quod nullus coquat panem niſi in furno Curiæ, innititur ergo conſuetudini. Quid ſi conſuetudo non apparet in aliquo loco Regni Siciliæ, immo eſt in contrarium conſuetum? videtur quod ſi fuit conſuetudo talis tempore hujus conſtitutionis, uſus in contrarium non derogat, præcipue quoniam quod per negligentiam publicanus omiſit, alias exercere non prohibetur, ff. de public. l. licitatio. §. earum rerum, ſed ſi appareat, quod in aliquo loco, puta, in Aprutio ſemper fuit con-

De officio Magiſtrorum Fundicariorum.

TITULUS XCI.

Fundicarii nihil emant aut emptum in fundicum mittant ſine teſtimonio Bajuli, judicis civitatis, & notarii loci, qui curabunt fundicos ſalis, ferri, azarii, & alias merces ſtatutas ad fundicandum, præter victualia, quorum exitus aliis eſt commiſſus, ne gravent alios ad emendum ſalem, & nullus emat ſalem extra provinciam, in provinciam deferendum, ſub pœna publicationis bonorum omnium emptoribus ſeu quibuſlibet aliunde ſalem deferentibus, exceptis his, quæ cum navigiis de ultramarinis partibus deferuntur, nec alii vendi poſſit niſi curiæ, & mercatores ementes ſalem a prædictis fundicariis libere poſſunt portare extra provinciam quo voluerint, & mercatores depoſitis mercibus fundicandis in fundicis, hoſpitentur ubi volunt, ſub pœna publicationis mercium fundicandarum, ſi alibi repoſuerint quam in fundicis, vel fundicum fraudaverint, dum tamen caveant fundicarii, quod non compellant mercatores fundicare alias merces, niſi quæ in novis ſtatutis videntur fundicari. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Item.

† IMPER. FREDERICUS.

MAgiſtros noſtros fundicarios Curiæ noſtræ, ſicut quoslibet officiales noſtros puritatem omnimodam, tam circa nos, quam circa fideles noſtros volumus obſervare. Ideoque præcipimus, ut iidem Magiſtri Fundicarii nil emant, aut emptum in ſundicis intromittant ſine teſtimonio Bajuli, & judicis civitatis, & loci publicæ ſcripturæ ſuffragio roborando. Procurabunt autem Magiſtri Fundicarii fundicos ſalis, ferri, azarii & mercium exituras, quæ fundicandæ per Curiam noſtram ſunt ſtatutæ, præter victualia, quorum exitus aliis officialibus per noſtram Curiam ſpecialiter eſt commiſſus. Volumus autem prædictos Fundicarios ab infraſcriptis noſtrorum fidelium gravaminibus abſtinere. Quod non compellant eos in majori quantitate ſalem emere, quam ipſi voluerint: dummodo prohibeant & diligenter obſervent, quod extra provinciam ſibi decretam provinciales ſui in magna, vel in modica quantitate ſalem non emant in provinciam deferendum, pœna publicationis bonorum omnium emptoribus, ſeu quibuslibet aliunde ſalem, præter mandatum ſpeciale Curiæ noſtræ deferentibus, præſtituta: niſi ab ultramarinis partibus in navigiis ſal deferatur, quod non alii, ſed Curiæ aſſignetur pro precio, quo cum Curia convenire poterunt deferentes, Mercatoribus ementibus ſalem ab eis, & ipſis jura Curiæ noſtræ ſolventibus permittatur, quo voluerint infra provinciam, & precio quo poterunt diſtrahere, nec certo loco, ſeu a certo venditore tantummodo ſalem homines comparare compellant. Mercatores etiam ad civitates, ubi ſunt fundici venientes, exoneratis & depoſitis mercibus, quæ fundicari debent in fundicis, ubi, vel quo voluerint per civitatem hoſpitari permittant, pœna publicationis mercium mercatoribus imminente, qui alio loco merces fundicandas, ſine ſpeciali mandato fundicarii depoſuerint, vel modo quolibet jus fundici fraudare, ſeu furari tentabunt: Dum tamen fundicarii caveant, quod nullas res alias præter eas, quæ in novis ſtatutis fundicari, ſeu dohanari mandavimus, mercatores, ſeu quoslibet diſtrahentes fundicare, ſeu dohanare compellant.

Nota pro iſtis ementibus quantitatem ſalis, & poſtea illam revendentibus in fraudem Magiſtrorum fundicariorum, qua pœna puniantur.

De

determinavi, feci & ultimo loco in cauſa excellent. Comitis Biccari cum univerſitate die 4. Octobr. 1553. allegavi Luc. de Penna in l. 2. in fine. C. de conſib. lib. 11. & in l. generali, colum. ſecunda, C. de decurio. libro 10. vi-

ANDREAS DE ISERNIA.

contrarium obſervatum a tempore, cujus non extet memoria, non videtur credendum principi teſtificanti in facto ſuo proprio, eſſe conſuetudinem, quæ non eſt, C. de teſti. l. omnibus. Innititur hæc conſtitutio huic rationi, ſeu cauſæ, quia eſt conſuetum, quæ ratio, ſeu cauſa cum non ſit vera, etiam præter ipſam rationem, ſeu cauſam potuiſſet Imperator hoc ſtatuere, lex, ſicut ſententia propter hujuſmodi vitium non valeret, ff. de excuſa. tuto. l. qui teſtamento. Intendit quidem Legislator removere ſubditorum gravamina, ut patet per plures ſubſequentes conſtitutiones. Non erit igitur dicere per illam induci gravamen, quia vult removere gravamina, argumen. C. de indi. vid. toll. l. 2. & unde vi. l. meminerint, non ſunt dure proſequenda dicta Regum, maxime quando longum tempus inerat, quoniam memoria hominum labilis eſt, ff. de acquiren. poſſeſſio. l. peregre. Unde in dubio, & quando clare non conſtat principem minus vera dicentem, rationabiliter debet credi uni legislatori, ſicut eſt iſta, quæ non poſſet redigi in volumine, niſi cancellarius & multi alii approbarent, per ea quæ dicuntur in l. humanum, cum concordantiis ſuis, de leg. & conſtitutionibus.

De officio Magiſtrorum Fundicariorum. Rubrica.

M*Agiſtros Fundicarios*. Eſt nova hæc conſtitutio. Quia fundicum hic Fredericus Imperator impoſuit primo. Et ideo tanquam de male quæſito prælati non habent decimam, ar. ff. pro ſocio, quod autem, cum concor. Fundicus ſolvitur de omnibus mercibus grana 15. per unciam. Sed de victualibus, ſeu aliis habentibus jus exituræ quod eſt pluſquam fundici, non ſolvitur, nec de animalibus, nec de poſſeſſionibus, nec de pannis, nec de carnibus, nec de pane vendito, ſicut dicunt alia ſtatuta Imperialia, quæ ſunt in dohanis, nec ſunt redacta in hoc volumine. De ferro etiam, ſale, pice, & azario ſolvitur majus jus. Item mercatores venientes ad locum, ubi eſt fundicus, debent exonerare merces in loco fundici, alibi non, quia perderent merces, niſi fundicarius id concedat, quia debet concedere, ex antiquo uſu, quando merces ſunt ſubtiles, aureæ, vel aliæ precioſæ, quas eſſe in fundico non eſt bene tutum. Item mercator, qui jus fundici fraudavit, vel furari tentavit, perdit merces, puta, recedebat, jure fundici non ſoluto, ita quod furtum jam deduxit ad actum, ut in communi diſt. l. ſi quis non dicam rapere.

De probibito Curialium commercio.

TITULUS XCII.

Probibiti ſunt officiales regii babentes juriſdictionem annualem in provinciis eis decretis, & eorum judices, & notarii, & familiares & contrabentes cum eis, ut non ineant contractus mutui, aut donationis, vel emptionis, & venditionis, aut in emphyteuſim conceſſionis, aut contractus dotis ſub pœna bic contenta, niſi circa ea, quæ victui ſunt neceſſaria. boc dicit. Matthæus.

† Alias. Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

COmmuniter tam Juſtitiarii, quam Camerarii, & omnes alii provinciarum annui officiales ab infraſcriptis nbſtinere debebunt, videlicet quod durante prædicto tempore magiſtratus eorum, nec ipſi, nec judices, aut notarii, nec familiares eorum mutuum in provinciis ſibi decretis n ſuis provincialibus in pecunia, vel rebus nliis accipiant: Domos, vel quaſcunque poſſeſſiones ab cis in provincia ipſn nullo prorſus alicnationis titulo, etiam in emphyteutico jure accipiant: matrimonia ſive ſponſalia, nec etiam contractus ineant cum eiſdem, pœna publicationis bonorum omnium, & amiſſionis officii, cum infamia officialibus contra boc venientibus, imminente: qui præterquam de victui neceſſariis quemcunque contractum de mobilibus, vel immobilibus, ſeu ſe moventibus, cum hominibus inierint ſuæ juriſdictioni ſubjectis. Creditoribus autem ulienantibus, ac contrahentibus omnibus publicationem pecuniæ mutuatæ, & conventi precii, dotium etiam promiſſarum quarumlibet, deinde rerum in contractu venientium eis imminere cognoſcant.

Nova Conſtitutio.

Neceſſarias & utiles expenſas in rebus fiſci factas per officiales regis rationales regiæ cameræ debent admittere, & computare, & non facere dubium, quod doceant de mandato, quia bæc conſtitutio dat eis mandatum, boc dicit vel ſic, qui de ſua pecunia expendit in rebus fiſci neceſſarie, & utiliter ſine ſpeciali mandato, recuperabit a regio ærario, vel tenetur rationalis excomputare in ſuo ratiocinio. boc dicit. Mutthæus.

† Alias. Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

UT officinlibus procuratoribus noſtris quibuslibet propter expenſarum defectum negligendi res noſtras non ſit occaſio, vel meliorandi cauſa non deſit, volumus & mandamus, ut ad requiſitionem ipſorum omnes proventuum noſtrorum actores pro reparandis caſtris, & domibus noſtrin plantandis & colendis vineis, ſeu quibuslibet aliis poſſeſſionibus noſtræ Curiæ procurandis, ſufficientem pecuniam ſubminiſtrent. Cεterum ſi ad requiſitionem ipſorum actores noſtri eis petitam pecuniam ſubminiſtrare noluerint, mandato celſitudinis noſtræ nullatenus expectato, volumus ut Caſtellani vel Procuratores ipſi pecuniam de proventibus adminiſtrationis ſuæ, vel de ſuo proprio in neceſſitates, vel utilitates noſtras confidenter expendant, ne occaſione mandati noſtri, quod ſuper boc a nobis non habent, aut diſpendia vereantur, quin expenſam ipſis de ærario noſtro reſtitui faciamus: vel in ratiocinio ſuo per ratiunales noſtros excomputetur eiſdem.

No-

vide Fret. in ſuo tractatu, fol. 230. verſi. quadrageſimaprima auctoritas. Jo. Ang. Piſanel.

* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

De probibito officialium commercio. Alias, de probibitis, a quibus univerſi officiales abſtinere debeant. Rubrica.

C*Ommuniter.* Et hic habent quidam rubricam de illicito officialium commercio, quæ continet jus commune, ut officiales ab hominibus juriſdictionis ſuæ non recipiaut mutuum, nec emant domos, vel alia quæcunque, niſi neceſſaria pro victu, nec ipſi, nec familiares. C. de condict. indeb. l. 1. quod qualiter ſit intelligendum, diximus plene in 2. rubrica 2. libri feudo. ſcilicet, in titu. de feu. guardiæ, circa fi. Item non poſſunt contrahere matrimonia. C. ſi rector provin. l. 1. ponuntur hic aliæ pœnæ. Andr.

ADDITIO. *De iſta conſtitutione vide per Par. de Put. in tracta. ſyndica. in cap. officiales, char. 36. littera C. ubi examinat hanc conſtitutionem, & rationem ipſius, & ibi an officialis poſſit tempore ſui officii in loco ſuæ juriſdictionis bona emere, vel domos conſtruere, vel a ſubjectis munera recipere, & quæ. Et an, & quando & quæ munera poſſit recipere, vide eundem eod. tracta. in cap. an ſi tempore, char. 35. ead. littera.* Cæſar.

C*Ommuniter.* In verbo ſponſalia. De jure autem communi ſponſalia licet poterant fieri, ut plene no. C. ſi rect. provinciæ, l. 1. & dic ut ibi. Barthol. de Capua.

In textu, qui præterquam de victui. De jure Romano officialis matrimonium contrahens non patitur pœnam, niſi quia matrimonium non valet. C. de nuptiis, l. ſi contra, ff. de ritu nuptiar. l. qui in provincia, l. ſi quis, niſi per vim. C. ſi quacunque prædit. poteſtate, l. unica. ubi habes, qualiter puniatur officialis, qui per vim vel terrorem uxorem ducit in ſua provincia, vel loco ſuæ juriſdictionis. Petrus de Monteforte.

Nova Conſtitutio.

UT *de officialibus.* Hæc lex poſita eſt ſupra de offi. magiſt. in l. capitaneorum, §. ut officiales, de verbo ad verbum: & ſatis eſt utile, ut pro cultura dentur expenſæ: non enim ſine expenſis fructus de terra percipiuntur, quæ fiunt in arando, ſeminando, & huiuſmodi, & nullus ideo caſus intervenire poteſt, qui impediat deductionem earum, ff. ſolu. matrimon. l. divortio. §. impendia. ver. fructus, familiæ erciſc. l. fundum qui. Permittit inſuper, quod ſi officialis ſuus, actor, ſeu adminiſtrator non habeat pecuniam, expendat in hoc de ſuo proprio: nam reſtituet ei, vel eam ſibi in ſuo ratiocinio computabit. Andreas.

ADDITIO. *Hanc conſtitutionem dicit And. in ſuis conſtitutiones, Capitaneo. eſſe §. illius conſtitutionis, & ibi illam legebat, ponitur tamen hic propter ordinem ſervandum.*

No-

Nova Conſtitutio.

Probibentur officiales gravare fideles ad portandum pecuniam ad Curiam, vel aliter ſerviendum: nec debent ipſorum animalia capere expenſis & mercede animalium non ſolutis, contra faciens expenſas & mercedem ſolvet de ſuo eiſdem, & tantundem Curiæ. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

OMnes officiales * noſtros abſtinere præcipimus a gravaminibus, quæ noſtris fidelibus hactenus inferebant, mittendo ipſos interdum pro deferenda pecunia ad ærarium noſtrum, ſeu pro quibuſlibet aliis Curiæ noſtræ ſervitiis, interdum ipſorum animalia capiendo, & nec ipſis perſonis ſtatutis per Curiam noſtram expenſas, nec pro vecturis animalium mercedes ſimiliter definitas aliquatenus exolvebant. Quod qui fecerint, de bonis ſuis expenſas, & mercedes eiſdem hominibus, & Curiæ noſtræ tantundem exolvere compellantur.

De officio Caſtellanorum & ſervientium.

TITULUS XCIII.

Qui non complevit diem in carcere, nihil ſolvit pro liberatione; qui complevit, ſolvit medium Tarenum; contra faciens punitur in nonum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

REX GULIELMUS.

CAſtellani, (*a*) ** & ſervientes ab incarceratis, qui eodem incarcerationis die, quacunque hora extiterint liberati, nihil omnino recipiant. Si autem in eodem carcere noctem incarceratus *** fecerit, non pluſquam dimidium Tarenum pro liberatione ab incarcerato ipſo volumus poſtulari.

De eodem.

IMPER. FREDERICUS.

SI quis Caſtellanorum, vel ſervientium ultra id, quod ab incarceratis ipſis recipere regia

---

* ADDITIO. *Adde modernos in cap. Regni, gravamina, nume. 37. Nota iſtam conſtitutionem dicentem, quod etiam quod quis pro ſervitio publico, ſeu ejus animalia mittuntur, debet ſolvi ſalarium competens, quod nota pro officialibus hodiernis mittentibus aſſociantes carrugium, vide cap. quæ hominibus noſtri regni, & cap. quod nullus officialis, quam ſubofficialis.* De Bottis.

De officio Caſtellanorum & ſervientium. Rubrica.

(a) C*Aſtellani.* Incarceratus, qui diem in carcere non complevit, nihil ſolvit pro liberatione ſua: alias ſolvat dimidium Tarenum. ſi plus Caſtellanus exigit, in nonuplum reddit.

** ADDITIO. *Vide Modernos in c. regni Caſtellanos, nu. 44. fol. 73.* De Bottis.

*** ADDITIO. *Si carceratus de nocte non extiterit, ſed de die tantum in carcere, nihil ſolvit carcerum cuſtodibus: ſi de nocte grana 10. vide cap. regni de non capiendo vaſallos a dom. cap. 2. vide cap. item ſtatuimus, quod preſonerii, & cap. Magiſtro Juſtitiario, & quod dicitur in hac conſtitutione habet locum, ſi per mille noctes ſtaret.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

Nova Conſtitutio.

O*Mnes officiales.* Inhibet gravamina ſubditorum ſpecificando, ut non mittat ſubditos ad Curiam, niſi cum pecunia Regis: nec capiant animalia ſubditorum, niſi prius ſolvant mercedem pro vecturis: & punit ſi contra fiat. Omnia hæc & alia continentur in c. Regis Caroli, & hoc melius clarificatur inf. l. proxi.

ADDITIO. *Vide cap. Regis Caroli, quod nullus officialis, quod prohibet aliquem mitti proprio ſumptu pro ſervitio Curiæ.* Cæſar.

O*Mnes officiales.* Nota contra officiales regni, qui capiunt animalia pauperum, ut portentur res ipſorum officialium, & non ſolvunt, & loquitur iſta conſtitutio de ſalariis & expenſis: nam bene poſſunt capere. Pro declaratione hujus conſtitutionis vide cap. quæ hominibus regni noſtri, &c. quod nullus officialis, quam ſubofficialis. Joan. Grillus.

Omnes. Nota contra officiales regni, qui capiunt animalia pauperum, ut porteat res ipſorum officialium, & non ſolvunt, & loquitur conſtitutio de ſalariis & expenſis: nam bene poſſunt capere homines, & eorum animalia, dummodo ſolvant, ut de appa. & eor. ſal. l. ſic, in fine. Barth. de Capua.

In textu, a gravaminibus. Dic quod gravamen eſt, quia ipſi officiales non ſolvebant vecturas animalium, mercedes, & expenſas hominum, quos pro ſervitiis curiæ mittebant: & non intelligas quod gravamen ſit in mittendo homines pro ſervitiis curiæ, vel capiendo animalia, quia hæc eis conceduntur, quia ſtatutæ ſunt expenſæ, ut infra de app. & eo. ſal. l. ſic, in fine, tam pro vecturis animalium, quam pro expenſis ſeu laboribus hominum mittendorum pro ſervitiis curiæ, ut hic dicitur. Præterea conſtitutio punit officiales non ſolventes vecturas animalium, & alia ſupra dicta in expenſis, & mercibus tantummodo, & non in alio, ut hic dicitur, ergo de gravaminibus expenſarum tantum loquitur. Barth. de Capua.

De officio Caſtellanorum, & ſervientium. Rubrica.

C*Aſtellani.* De hoc quod dicit iſta l. eſt cap. ſpeciale Regis Caroli I. vel II. quod incipit, Magiſtro Juſtitiario, poſitum ſub rubrica de non capi. Vaſal. a Dominis.

C*Aſtellani.* In textu, in verbo nocte una vel pluribus, quia pro nocte vel noctibus pretium non recipitur, ſed pro liberatione hodie conſtitutio iſta eſt confirmata per c. regni, de non capiend. vaſal. a domi. cap. 2. Barth. de Capua.

Et vide c. Regni, pro declaratione hujus conſtitutionis c. regni, Item ſtatuimus quod preſonerii, & c. Magiſtro Juſtitiario. Joan. Grillus.

De eodem.

S*I quis Caſtellanorum.* Si fiat contra tenorem ſuperioris proxime l. punitur contra faciens, ſcilicet in nonuplum, & ſimplum reddetur leſo.

No-

gia conſtitutione per..iſſum eſt, receperit: in nonuplum id, quod injuſte perceperit, fiſco noſtro componat. Et ſimplum, quod a prædictis ſic injuſte receptum eſt, ipſis omnimodo reddendo.

† *Alias, de Cuſtodibus.*

De cuſtodia † captivorum.

TITULUS XCIV.

Nova Conſtitutio.

Cuſtos, cujus negligentia evaſerint captivi, bonis omnibus publicatis, per annum debet in carcere macerari: ſi vero per fraudem juxta antiqua jura pœna capitali punitur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Idem,*

† IMPER. FREDERICUS.

CUſtodes, (*a*) * de quorum cuſtodia captivi per negligentiam ipſorum evaſerint, bonis ſuis omnibus publicatis, per annum ſqualore carceris decernimus macerari: ut carcerem incarcerati ipſimet non deſerant, qui in carceratis cuſtodiendis aliis negligentiam commiſerunt. Hi autem, qui per fraudem incarceratos abire permiſerint, juxta (*b*) antiqua jura capitali ſententia feriantur.

De ſervientibus exeuntibus extra caſtrum ſine licentia ſui Caſtellani.

TITULUS XCV.

Caſtellani prohibentur ſe immiſcere negotiis civitatis, & ſervientes ſui ſub pœna duorum auguſtalium. Item ſervientes non debent exire extra Caſtrum ſine licentia Caſtellani, nec ultra quatuor ſimul, ſub pœna quatuor auguſtalium, & ſi ſerviens non habet aliquid, deputetur ad opera publica per medium annum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

CUlpam (*c*) non immerito (*d*) reputantes, aliquem immiſcere ſe rei ad ſuum officium

De cuſtodia captivorum. Rubrica.

(a) CUſtodes. In hac conſtitutione, & ſequenti, ſi cuſtodis negligentia incarceratus aufugit, punitur cuſtos in carcere per annum. Si dolo, punitur capite, ut ff. de cuſto. reo. l. fin.

* Additio. *Vide ad materiam hujus conſtitutionis Thom. Gram. in voto 29. & ibi qua pœna venit puniendus ſubſtituens cuſtodem, cujus culpa carceratus aufugit.* De Bottis.

(b) *Antiqua jura.* Ut ff. de cuſt. reo. l. milites, & l. fin. C. de cuſto. reo. l. penul. in quibus ll. plene de hoc.

De ſervientibus exeuntibus, &c. Rubrica.

(c) CUlpam. Caſtellani prohibentur ſe immiſcere negotiis civitatum, & ſervientes ſui ſub pœna quinquaginta auguſtalium, cum non debeant ſe immiſcere officio impertinenti, ut arg. C. de epiſc. & cler. repetita. Item ſervientes non debent exire extra caſtrum ſine licentia Caſtellani, nec ultra quatuor ſimul, ſub pœna quatuor auguſtalium, pauperes luunt in corpore ad opera publica per medium annum. concordan. ff. de pœnis. l. prima, §. primo.

(d) *Reputantes.* Ut dicit regula juris, culpa eſt, & nota in prima parte conſtitutionis hujus, quod non debet

ANDREAS DE ISERNIA.

Nova Conſtitutio.

CUſtodes. Punitur negligentia publicatione bonorum, & pœna annalis carceris. Sed quid ſi hic cuſtos vellet ſuſtinere pœnam, quam fugiens de carcere pati debebat, ſi fuiſſet convictus de crimine, quo tenebatur, an evitet pœnam hujus conſtitutionis? ſatis videtur, quod poſſit hoc dicere, quod ſit audiendus: nam cum eſt in dolo, punitur capitaliter, ut ſequitur in fine quod intelligitur, ſi ſic erat ille fugiens alias puniendus, ut not. ff. de cuſto. reo. l. milites, & l. fin. ergo ſic erit quando per negligentiam, ut non ſit deterioris conditionis, quam ille, qui eſt in dolo, ff. de noxa. l. non ſolum. Item quia cuſtos dicet ſemper, domine, dolo feci eum fugere, & ſic ſemper patietur eandem pœnam. Sed forte cum jus Romanum imponat aliam pœnam, & aliam hæc conſtitutio, videtur, quod ſit in electione judicis, quam velit inſtigere, argum. ff. de effra. l. 1. §. 2. dicet enim judex, cum non conſtet de dolo tuo, confiteris illud in eluſionem pœnæ hujus legis, hoc volo præſumere in minus, argumen. ff. de ſuſpect. tuto. l. hæ enim cauſæ. Primum videtur fortius, quia probatio per confeſſionem eſt invalida, ſicut per teſtes, ff. de inoffic. teſta. l. qoi de inofficioſo, maxime quando doloſitas eſſet in animo: unde non arguebatur, quod prece, vel precio. Et ſic difficile eſſet probare aliter, quam per confeſſionem, ff. de inter. act. l. 1. quia prodeſſet hoc ipſi cuſtodi puniendo, quando fugiens erat in carcere propter leve delictum, quo convictus exilio temporali, vel interdictione rei certæ puniretur, ut ff. de injur. l. fin.

Additio. Coſtodes. *Quid ſi erat injuſte carceratus, & liberari debebat ſaltem ſub cautione, vel ſine, ſi non adhibuit diligentiam cuſtos, & aufugit, an puniatur per hanc conſtitutionem pro eo, ſicut pro condemnando de proximo ad ſupplicium? Et quid ſi incarceratus erat ibi gratia correctionis forte a patre poſitus, vel ſervus a domino? Et quid ſi conſtabat de abſolutione fugientis. Et quando, & in quibus officiales dicantur negligentes, vel non. Et quid ſi erat carcerarius ordinarius, & officialis non confidens de eo appoſuit alios cuſtodes, an teneatur de fuga carceratum? Et cautelam pro officiali, ut ſalvet cuſtodem & ſe, vide per Par. de Put. in tract. ſyn. c. officiales, & c. carcer. littera C. fol. 29. & an & quando generaliter cuſtos teneatur de fuga, vel excuſetur, & de ejus diligentia, & quando per caſum fortuitum, vel miraculoſe quis evaſit, vide eundem ibidem, c. an ſi plures, ubi de hac conſtitutione, & qualiter ipſa corrigit jus commune, & ibi plures caſus excuſantes cuſtodes & ponentes illos, & ibi qui ſint diligenter cuſtodiendi, vel non. Et quod in dubio ſemper præſumitur pro culpa cuſtodis, & de alimentis carceratorum ibidem, c. an carcerarius. Et an & quando poſſit cuſtos liberare carceratum impune, ibid. c. licet dicatur. Et alios caſus de fuga vide in cap. qualiter autem, ibidem, eadem littera.* Cæſar.

CUſtodes. Quæro, Camerarius, ſive Magiſter juratus aſſignavit quendam captivum quibuſdam, & mandavit eiſdem ad pœnam unciarum auri decem, ut ipſum captivum deberent Juſtitiario aſſignare. Modo illi ſolverunt captum, & ſic ſolutus compoſuit coram Juſtitiario, an illi teneantur ad pœnam prædictam? Pro & contra dici poteſt. Sed videtur, quod non teneantur, & videtur quaſi caſus in l. 1. §. quæſitum, ff. de aqua quoti. & æſti. & vide l. 2. ff. de condi. & demon. in fine ibi, nam ſi facta, & C. qui veniam æta. l. fi. & de nup. l. ſancimus. Petrus de Monteforte.

In textu, per fraudem, utputa pecuniæ corrupti, vel amore, vel ſcienter hoc faciunt.

In textu, antiqua jura. Qualiter autem puniantur frangentes carcerem & fugientes, vide ff. de effracto. l. 1. in principio & l. in eos, ff. de cuſto. reo.

In textu, captivi. Sed quid ſi captivus aufugit fractis carceribus? dic quod habetur pro confeſſo de crimine illo, pro quo tenebatur carceratus, l. in eos, ff. de cuſto. reo. & ibi per Bar. & Cyn. & vide l. milites, ff. de cuſto. reo. & ſic no. pro domino Comite. Petr. de Monteſ.

De ſervientibus exeuntibus extra caſtrum ſine licentia ſui Caſtellani. Rubrica.

CUlpam. Non debet Caſtellanus, vel ſerviens egredi fines ſeu terminos ſibi commiſſos, nec extra caſtrum

eium minime pertinenti, præſenti conſtitutione inviolabiliter prohibemus Magiſtris Caſtrorum, Caſtellanis, & ſervientibus eorundem, ut extra Caſtrorum ſita, ſine ſpeciali conſcientiæ noſtræ mandato, de nullo negotio Terræ * ipſius, in qua Caſtrum ſitum eſt, ſe aliquatenus palam iotromittere audeant, vel occulte. Si quis autem de prædictis contra fecerit, ab officio ipſo remotus, pœna quinquaginta auguſtalium fiſco noſtro inferenda, mulctetur. Servientibus etiam expreſſius inhibemus, ut extra Caſtrum non exeant (*a*) ſine licentia ** ſpeciali Caſtellani, & cum ipſos de Caſtellis ob aliquam cauſam exire contigerit, plures quam quatuor inſimul poteſtatem non (*b*) habeant exeundi. Servientes autem contra prædicta temere attentantes pœna quatuor auguſtalium puniri volumus: aut ſi non habent de peculio aliquid, per dimidium annum ad opera publica deputari cenſemus.

Nova Conſtitutio.

Civiles exceſſus Caſtellanorum per Magiſtros Camerarios regionuur, criminales vero per Juſtitiarium, etiam ipſorum durantibus officiis, audiantur, & emendentur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias. Idem.*

CAſtellanorum civiles exceſſus per Magiſtros Camerarios regionum: criminales vero per provinciarum Juſtitiarios, durantibus etiam ipſorum Caſtellanorum officiis, audiri volumus, & ſecundum juſtitiam emendari.

De Apparitoribus & eorum ſalario.

TITULUS XCVI.

Bajulus reum futurum citari faciat per apparitores ſuos, qui jurent de veritate dicenda, & habebit unum, duos, vel tres ad plus pro qualitate loci, & ſolvetur apparitori ab actore pro qualibet citatione infra terram granum auri unum, extra civitatem pro quolibet milliare granum unum, & erit qualibet citatio Bajuli peremptoria continens terminum tertii diei computatis diebus factæ citationis, & quo ſiſtere debet in-

---

bet quis officium ſibi commiſſam extendere ultra mandatum, & tangere de officio alterius, ut C. de off. procon. & leg. l. ult. & de appa. præ. an. l. 2. & de oumerariis in provinciis. l. fi. lib. 10. & eſt ratio ſatis pulcra, ne dom hic ſibi invicem, &c. ut C. de exec. & exact. l. 2. in fi. lib. 12. nam promiſcuis actibus rerum turbantur officia, ut C. de teſtamen. hac conſultiſſima, & de aſſeſſor. nemo. & de poſtul. quiſquis, & ſic fiſcalis confunderetur ratio, quod vitatur, ut C. de compen. l. 1. Alibi etiam legitur, quod non debet quis fungi duplici officio, & occupantur univerſa commoda, nibil reliquis relicturus.

Additio. *Adde l. fi. C. de proxi. ſac. ſcrin. ca. domus. & capita, ſingula. 89. diſtinct.* Superantius.

Unde verſus: Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſur, ut C. de proxi. ſacr. ſcrin. l. hac parte. libro duodecimo, & dic ut ibi in gloſſa ordinaria. Quicquid ergo agit officialis egrediendo commiſſionis limites, nibil valet tanquam actom ab incompetenti, ut C. ſi a oon compe. ju. l. prima, per totum, & ff. manda. l. diligenter. in principio, de arbit. Pedius. in fine. cam enim ſuos excedat terminos, merito exceditur a non ſuis, ut C. de edic. divi Adria. tollen. l. fina. & ad fin. & de his, quæ vi metus cau. ge. ſunt. l. tertia. & datur etiam privatis licentia reſiſtendi officiali hujuſmodi quatenus excedit, ut C. de jure fiſc. prohibitum, libro decimo, & de mes. devotum, & de execu. & exactio. l. contra. libro duodecimo, nam en ipſo ſuſpectus habetur, quod ſe iogerit non commiſſis, ut ff. de procura. quæ omnia. §. primo immo, quando in certis capitulis facta eſt commiſſio, ſuper aliis intelligitur interdicta, ut C. de procur. l. maritus, in fine, cum ſuis ſimilibus ibi notatis in gloſſa ordin. & puniendus eſt iſte talis officialis, qui ſe immiſcet rei impertineoti, ut C. de aquæductu. l. ſi quis per divina. lib. 11.

* Additio. *Vide Muder. in c. regni, Caſtellanos, nu. 35. & 36. & Scribentes ibid. nu. 26. 27. fol. 72.* De Bottis.

(a) *Sine licentia.* Facit ad hoc quod non poſſit diſcedere ſine licentia, C. de Decu. l. ſi quis decurio vel propriæ rei. & de epiſc. & cler. ſi qua per calumniam, in fi. & ar. C. de colo. Tra. l. unica. lib. 10. & ff. de re mili. l. non omnes. §. 1. & l. qui commeatus, & C. de comm. l. 1. & per totum, lib. 12. & C. de re mili. l. tribuni. & l. omnes, & de princ. ageo. in re. l. 1. lib. 12. cum ſuis ſimilibus. Nec enim in cuſtodia deſides eſſe debent a Caſtris aberrantes, ubi eos convenit aſſidua morari, & frequentes eſſe, & ſe quotidiano exercitio ad cuſtodiam præparare, ut C. de dome. & prote. l. pen. in fi. & de re mili. milites, & ad idem C. de offic. præfe. præt. Affri. l. in nomine domini. §. ſi ergo prædictum eſt. Et nota contra vagabundos, ut C. de advo. di. ju. l. 2. & de preca. l. 2. lib. 12. & de epiſco. & cler. l. generaliter, & in Authent. quo. oportet epi. §. non aliter. Et ad id quod ſequitur at plures quam quatuor non licentientur ſimul exire, eſt argumentum bonum, ut C. lib. 12. de ero. milit. anno. l. per hanc. §. ſuper his. ubi dicitur, quod non debet dari commeatus ſimul pluribos, quam triginta militibus. Et nota, quod non eſt ſolummodo puniendus ſerviens contra faciens, ut hic: verum etiam Caſtellanus, qui dederit licentiam incompetenter: puta, eo tempore quo omnes ſervientes debent eſſe præſentes, forte propter incurſum hoſtium ibi exiſtentium, vel aliam expedientem cauſam, vel ſi licentiaverit ſimul plures, quam quatuor, ut in præalleg. l. 1. de commeatu. Et cum non ſit in Caſtellano ibi certa pœna ſtatuta, relinquo eam arbitrio judicantis, ut in l. hodie. ff. de pœnis, &c.

** Additio. *Facit tex. in l. ſi quis decurio. C. de decurio.* De Bottis.

(b) *Habeant aliquid.* Nota quod in defectu pœnæ pecuniariæ ſuccedit corporalis, † ut hic, & C. de ſerv. fugi.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſtrum ultra quatuor ſimul & cum licentia Caſtellani, punitur etiam competenti pœna, & eſt bene gloſſata, vide rationes & concordantias in gloſſa.

C*Ulpam.* In textu, ibi, ſine licentia. Facit textus, l. ſi quis decorio. C. de decurio. quæ allegatur quod famuli non debent recedere non petita licentia a dominis. Barth. de Capua.

Nova Conſtitutio.

C*Aſtellanorum.* Nota, durantibus officiis, quia non ſunt omnes magiſtratus, ff. de injur. ne magiſtratibus, & de jud. l. pare litterarum.

C*Aſtellanorum.* In verbo, Durantibus. Idem eſt in Bajulis, quia minores magiſtratus ſunt, ut ff. de in-

infra terram; ſi extra terram quarti, vel quinti, vel demum octavi diei; ſi extra provinciam menſem unum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

IN civilibus (*a*) cauſis Bajulos, & judices regni noſtri formam hujuſmodi volumus obſervare, videlicet, quod ad petitionem agere volentis, Bajulus reum futurum citari faciet per apparitores ſuos, qui jurent de veritate dicenda, de quibus unum, aut duos, tres, aut plures, aut prout qualitas loci exiget, habere debebit. Apparitori autem pro qualibet citatione, infra civitatem, aut locum facienda, granum auri ab actore præbeatur: extra civitatem, aut pro quolibet miliari granum unum: * Et erit quælibet citatio Bajuli peremptoria, continens terminum tertii diei in civitate computatis die citationis, & die, quo ſiſti debebit in judicio. Extra civitatem vero ſi citandus in eadem provincia fuerit, quarti, aut quinti, aut demum octavi. Extra provinciam vero menſis unius prædictis diebus ſimiliter computatis. His quæ per ſacras noſtri nominis ſanctiones in citationibus per Magiſtrum Juſtitiarium Curiæ noſtræ (*b*) vel Juſtitiarii regionum ediximus, ſuo robore duraturis.

Nova conſtitutio.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

SIc noſtra ſervitia perfici volumus, ut occaſione ipſorum fidelium noſtrorum aliquis contra juſtitiam non gravetur. Ideoque præſen-

fugi. quicunque, & ff. de juriſdictio. omn. judi. ſi quis id quod. §. primo. & de offic. præſid. l. illicitas, ad fin. & de in jus vocan. l. fina. & ſupra de prohibi. porta. armo. l. 1. in fi.

† Additio. *Intellige quod dicit hæc gloſſa quando eſt vilis perſona, ff. de pœn. l. capitalium. §. non omnis.* De Bottis.

De Apparitoribus & eorum ſalario. Rubrica.

(a) IN *civilibus cauſis*. Curiæ noſtræ, ut ſupra de offic. Magi. Juſtitia. litteras, in principio.

* Additio. *Non tamen poſſet petere pro reverſione, ut per Parid. in tract. ſindic. in ver. judex. in fi. ex hoc dicunt quidam quod in regno omnis citatio ſit peremptoria, etiamſi non dicatur, & hæc conſtitutio docet judicem, quod hanc citationem faciat fieri ſub peremptorio, ut in conſtitutione, edictorum ordinem, ibi, citatio fiat una pro omnibus, quæ peremptorium continebit, imo ſufficit præcedenti die pro ſequenti, ut notatur in conſtitutione, deliberationis.* De Bottis.

(b) *Vel Juſtitiarii*. Ut infra de litteris citatoriis. l. edictorum. l. citationis litteræ.

Additio. *Nota hic ad intellectum pragmaticæ de ſervitiis præſtandis, quia ſi capitur animal ſine homine, minuitur ſalarium hominis: & nimirum, quia robur hominis, ætas & opportunitas temporis in operis præſtandis attenditur, ut dicit tex. in l. ſi non fortem. §. libertus, ibi, namque plerunque. ff. de condictio. indeb. & hoc eſt, quod diſponit ca. Regni, gravamina, dum de ſervitiis præſtandis per homines & per animalia loquitur de ſalario dando per Curiam, & in c. quod nullus, & nota quod pragmatica illa quando ſtatuit ſalarium, loquitur de homine cum animali proprio, & ſic ſi capitur animal alterius & ille cum proprio conduxit animal alterius, non debet habere ſalarium grani unius.* De Bottis.

Ut

ANDREAS DE ISERNIA.

inju. l. ne magiſtratus, & ſupra de offi. Camera. l. 2. in gloſſa. Barth. de Capua.

De termine, infra quem citati ſe debeant præſentare.

Nova conſtitutio.

IN *civilibus cauſis*. Et hic habent quidam rubricam, & loquitur in citatione Bajuli, quia aliud in Magiſtro Juſtitiario, & Juſtitiario, ut in fine dicitur, infra de litteris cita. l. edictorum, & l. ſeq. Et quidem quantum ad tempus hoc corrigi videtur, quia prima die futurus reus eſt citandus, infra de dilat. & excep. l. dilationes, ſed ibi dicit gloſſa quod iſta corrigit illam, & iſta ſit nova, & illa ſit vetus.

Peremptoria. Dicunt quidam, quod illud eſt ſpeciale in citatione Bajuli, ut eius citatio eo ipſo ſit peremptoria, etiamſi non dicatur per litteram iſtam, ſed in aliorum citationibus debet ipſa citatio peremptorium continere, d. l. edictorum. Alii exponunt hanc litteram, erit citatio Bajuli peremptoria, quia Bajulus debet dicere, Cites talem peremptorie, ut veniat die tali, cum non ſit ratio diverſitatis, quare aliud ſit hic, & aliud ibi, & ſic idem jus debet eſſe, ff. de verbo. obligatio. l. a Titio. Et in ambigua voce legis, ſicut eſt iſta littera, quæ ad utramque poſitionem volvi poteſt, ſumetur intellectus vitio carens, quo non videtur carere, ſi dicimus Bajulum intellexiſſe peremptorie, cum id voce non expreſſerit, ff. de ſupell. leg. l. Labeo, nam jure ſcripto certo modo pervenitur ad peremptorium, ff. de judi. l. ad peremptorium, Et oportet quod judex dicat, Cito te peremptorie. Aliat non intelligitur hoc verbum, ut non per Innoc. extra de accuſat. cap. ad petitionem, in 2. gloſſa, & hæc opinio verior eſt, ut dictum eſt in d. l. edictorum. Primi dicunt quod hic legislator voluit abbreviare lites, ut patet per omnes conſtitutiones, & ideo voluit hic, & in d. l. edictorum, quod citatio contineat peremptorium eo ipſo quod præcedit citatio, quia dicit quod erit una pro omnibus, ſi vero non eſſet peremptoria, eſſent multæ, ut d. l. ad peremptorium, cum ll. ſequent. Videmus autem in citationibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & Præſidum provinciarum, aliorumque officialium contineri, quod citet peremptorie, & ideo non videtur ab hac interpretatione uſus conſueti & ſoliti debere recedi. arg. ff. de legi. l. minime. Primi reſpondent, quod ea quæ cauſa dubitationis tollendæ exprimuntur, non lædunt jus commune, ff. mand. l. qui mutuam, ff. de regu. jur. l. quæ dubitationis.

Extra provinciam. Sed quomodo citat extra territorium? † ff. de juriſd. omn. jud. l. fi. Dic duobus modis. Primo citandus eſt extra provinciam, ſcilicet per illum judicem, in cujus juriſdictione degebat ad requiſitionem Bajuli, in Auth. ut nulli judi. §. ſi vero quas. Et ideo ſatis citat Bajulus quando ad ſui requiſitionem hoc fit, ſicut ibi, ſi te condemnavero, id eſt, condemnari fecero. ff. de his qui no. infa. l. furti, §. mandati. Secundo modo, ut prædictum verbum, extra provinciam, referatur ad verbum, fuerit, quaſi dicat, ea quo in domo ſua non invenitur: quia eſt extra provinciam, citatio contineat unum menſem, nam ſufficit citatio facta domi, ubi habitat ſpecialis familia citati, ut l. citationis, quæ ſequitur d. l. edictorum.

† Additio. *Adde tandem And. in conſtitutione edictorum, & hanc formam dicit Maranta obſervari, in ſuo Speculo aureo, 6. par. verſi. verum ad ſecundum, ubi hoc limitat, ut ibi per eum.* De Bottis.

IN *civilibus*. In verbo, tertii diei. Imo ſufficit præcedenti die citati pro ſequenti, ut notatur in conſtitutione, deliberationis. Barth. de Capua.

Nova conſtitutio.

SIc *noſtra ſervitia*. De eadem materia eſt, ſicut eſt ſuperior proxima. Nam officialis habens equum

non

ſenti conſtitutione decernimus: ut nullus officialis, ſi ipſe equos habeat occaſione ſervitiorum, vel nuntiorum noſtrorum, compellat aliquem equum, vel jumentum, aſinum, vel quodcunque vehiculum alicui commodare, ſed pretio pro ſervitiis noſtris locet. Quod ſi non habet licentiam, habeat aliqua compellendi animalia pro ſervitiis noſtris precio unius Tareni auri, per diem cum homine, vel ſine homine pro dimidio Tareno locare. Ceterum ſi locata animalia per manifeſtam ductoris negligentiam, vel quod ipſa ultra ſtatutam dietam per malitiam duxerit, mori contigerit, juxta æſtimationem trium, vel quatuor bonorum proborum virorum fidelium, per quos priuſquam locatio fiat, æſtimationem locandi vehiculi volumus fieri, & per Curiam noſtram domino precium reſarciri jubemus. Nullus etiam officialis compellat aliquem equos ſuos vendere, niſi precio Curiæ noſtræ, quos & per quatuor bonos viros volumus æſtimari.

Ut nullus officialis cogat aliquem ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis, & quod nullus occupet.

TITULUS XCVII.

*Procuratores Cæſariani non quærant ab aliquo titulum ſuæ poſſeſſionis, ſed ſi quod jus putat habere regia Curia privilegium fiſci ſervans fideliter proſequatur, & ſi quis ſcienter occultaverit rationes, & jura regia, condemnatur in quadruplum omnium fructuum a die ſententiæ percepto*rum. *hoc dicit.* Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

AB (*a*) officialibus * noſtris fidem exigimus & induſtriam expectamus. Cujuſdam tamen ſuperſtitioſæ ſolicitudinis cauſam ab ipſis vidimus removendam, per quam zelo ſolicitæ fidei, quam non habent, fideles noſtros indebitis vexationibus interpellant, quærendo ab eis titulum poſſeſſionis ſuæ, & cauſam, cum nihil per Curiam noſtram de ſpeciali, vel communi jure contra pacificos poſſeſſores ** proponatur ab eis: vel propoſitum approbetur: niſi quod occaſione dominii generalis, quod in rebus, & juribus omnium ſubjectorum noſtrorum habemus, ſpeciales ab eis rationes exigunt. Volentes igitur talium verſutiis obviare: vexationes hujuſmodi fidelibus noſtris illatas, vel in poſterum inferendas præſenti conſtitutione noſtra, Deo propitio valitura, perpetuo prohibemus. Sed ſi quas rationes, & jura Cæſariani noſtri Curiam noſtram in re cujuslibet poſſeſſoris habere confidunt, privilegiis fiſci noſtri ſervatis, illa fideliter & ſolicite proſequantur. Nihilominus fidelibus noſtris omnibus ſub pœna fidelitatis, qua nobis tenentur, aſtricte mandamus, ut rationes & jura noſtra de cetero non occultent. Sed nullus aliis delatoribus expectatis ipſi ſe deferant. Procuratorum noſtrorum ignaviam forſitan ſua diligentia recludant, & fidelitate compenſent. Ceterum ſi quis in poſterum jura noſtra ſcienter, quadam occultatione ſuppreſſerit, (*b*) in quadruplum omnium fru-

Ut nullus officialis cogat aliquem &c. Rubrica.

(a) AB *Officialibus noſtris. Dominii generalis.* Nota, quod aliud ſonat jus generalis dominii, & aliud jus communis dominii. Generalis dominii nihil proprium vendicatur, ſed ſola quædam juriſdictio, & protectio; ſed jure communis dominii dicitur eſſe quid proprium, donec contrarium appareat, ut patet in conſtitutione, ſi dubitatio, &c. & hoc per hanc conſtitutionem colligitur.

* Additio. *Vide Modern. in cap. regni, gravamina, nume. 37. 38. 39. cum ſequen. & num. 41. & Afflict. in conſtitutione, omnes officiales, ubi de hac conſtitutione, & hic Lallum de Tuſcia.* De Bottis.

** Additio. *Vide Andr. in l. Imperialem. §. præterea ſi in feudalibus, de prohibita alien. per Freder. & Jaſon. in l. prima. C. unde cogna.* De Bottis.

(b) *In quadruplum.* Ut infra de re deman. *l.* dignum fore.

No-

ANDREAS DE ISERNIA.

non debet compellere ſubditum commodare animal, ſed ſuum proprium debet mittere. Si vero non habet, poteſt compellere animalia ſubditorum ſoluta mercede unius Tareni per diem homini cum animali, ſine homine medium Tarenum, hodie ſunt grana 13. & tertia homini ſine animali grana 7. minus tertia. Item ſi negligentia vel malitia ducentis, animal moriatur vel deterioretur, diſtingue ſuper eum, quia ſi duxit animal ultra locum, ad quem conductum fuit tenetur, ff. commo. l. cum, & l. ſi.

Nova conſtitutio.

AB *officialibus noſtris.* Hæc eſt bona conſtitutio contra Cæſarianos procuratores, & advocatos fiſci, qui dicunt omnia, quæ ſunt in Regno, Regis, ſi poſſeſſor titulum non oſtendit. Dicit enim verum non eſſe, quia non cogitur poſſeſſor titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere. C. de peti. here. l. cogi. Et dicunt Moderni lib. 11. de conduct. domus Auguſt. l. 2. omnia quidem patrimonialia Cæſaris, & fiſcalia ſunt Principis, & bona ſubditorum Burgenſatica libera in Principis juriſdictione conſiſtunt. C. de quadr. præſcrip. l. ſi. & dictum eſt plene ſupra, in prologo, & hoc eſt, quod dicit hic littera, ratione dominii generalis: quod in bonis ſubditorum habens generale dominium eſt juriſdictio: quia cum ſit ſummus magiſtratus jus decernendi, & ſubmovendi habet in bonis ipſis, ff. de verb. ſign. l. pupillos, §. pen. Inde dicebat Apoſtolus, Qui me judicat dominus eſt, prima ad Corinth. 4.

Additio. *Adde textum in c. aliorum, 9. q. 3.*

Et pſalmiſta, Cognoſcetur dominus judicia faciens, multum facit hæc conſtitutio ad ea, quæ dicuntur inf. l. 3. in conſtitutione ſi dubitatio. protectionem inſuper habet in bonis prædictis non obſtante errore Martini. Item mandat, quod nullus ſcienter ſubtrahat, alias ſupprimat, vel occultet jura fiſcalia, & ponit pœnam.

Volentes. Et hic quidam habent rubricam, ut boves domiti non pignorentur: & idem dicitur de aratris, vel armis, ut in fine conſtitutionis hujus, ideſt de campis proſciſſis & aratis & pratis ad ſeminandum, ſeu ad ſemen. Intelliguntur autem iſta, niſi debitor aliud

non

fructuum, a die ſententiæ perceptorum, poſſeſſores hujuſmodi condemnamus.

† *Alias, hic eſt rubrica: De numero officialium & infra quod tempus eorum adminiſtratio duret.*

† *Nova conſtitutio.*

In regno unus eſt Magiſter Juſtitiarius, & in ſingulis provinciis regni unus debet ordinari Juſtitiarius, & unus Judex, & unus actorum notarius, & unus Magiſter Camerarius: & in ſingulis civitatibus unus per Magiſtrum Camerarium debet ordinari Bajulus, & unus Judex: & omnia iſta officia durant tantum per unum annum, niſi aliud ipſe Rex ſtatuerit ex cauſa. Officium vero notariatus durat ad vitam: & in civitatibus debet eſſe certus numerus notariorum, & judicum ad contractus ſecundum taxam poſitam in hac conſtitutione. hoc dicit uſque ad finem tota iſta longa conſtitutio. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

OCcupatis (*a*) nobis circa totius reipublicæ noſtræ curas delicioſum nihil, aut modicum cogitantibus non ſunt laborum additamenta, ſed requies: qua de componendo ſtatu regni noſtri Siciliæ cogitamus, utpote, cum inter cetera, quæ juribus noſtris paternæ ſucceſſionis reliquerit debitum, vel fortunæ felicitas, acquiſitionibus poſtmodum aggregavit. Regnum Siciliæ præ ceteris, velut electum quoddam viridarium inter agros, cura præcipua colere diſponamus, ad illud potiſſime ſatagentes, ut eradicatis in totum amaritudinis (*b*) fructibus, & nocivis, in eo pacis & juſtitiæ robora affluant, & provide nutriantur, ut ſit admirantibus omnibus ſimilitudinis ſpeculum, invidia Principum, & norma Regnorum: cum ſtatum pacificum populorum juſtitia roboret, & ordo decoret: id ordinatum fore prævidimus juſtitiam ordinare, quam copioſe mandavimus regni noſtri fidelibus miniſtrari: ut non tam ordo, quam copia ſacrum & providum noſtræ voluntatis propoſitum præconizet. Ad cujus conſummationem cura perſpicua laborantes, neceſſarium duximus, officialium omnium, per quos juſtitia colitur, & culta petentibus miniſtratur, taxare tempus officii, & numerum præfinire: ne vel confuſio numeri pluribus præſtet prædæ materiam, vel infinitas temporis graſſandi licentiam tribuat longiorem. Statuimus igitur, ut per provincias ſingulas, quæ certis Juſtitiariatuum & Camerariatuum terminis limitantur, non plures, quam unus Juſtitiarius, & unus Magiſter Camerarius ordinetur: quorum Juſtitiarius quilibet judicem unum continuum, & notarium unum actorum * habebit. In civitatibus ſingulis unum tantummodo Bajulum, & judicem unum, qui cauſarum cognitionibus præſint, juxta præmiſſam noſtræ manſuetudinis formam, per Magiſtrum Camerarium, & tres judices, qui geſta conficiant, per noſtram excellentiam volumus ordinari: Civitatibus Neapolis, Meſſanæ, & Capuæ tantum exceptis, in quibus propter contractuum multitudinem quinque judices, & octo notarii creabuntur: ita quod nullus Magiſter Judex aliquatenus ſit in Regno. Horum officialium ** omnium tempora præter notarios, qui ubique terrarum perpetui ſtatuantur, (*c*) anni circulo præcipimus terminari: niſi vel eminens adminiſtrationis induſtria, vel ſubſtituendi defectus nobis aliquando, quibus ſolum ordinationem Juſtitiariorum ubicunque fuerimus, reſervamus, temporis ſpatium de neceſſitate, prout ſuaſerit, prorogandum.

† No-

Nova conſtitutio.

(a) OCcupatis nobis. *Perpetuus*. Id eſt, dum vivunt, ſic ff. pro ſocio. l. 1. Et nota, quod de jure Romano officium iſtud tabulariorum durabat triennio tantum, ut C. de numer. & act. l. 2. in fi. lib. 12.

(b) *Fructibus*. Concordat ad hoc quod dicit Boetius de conſolatione Philoſoph. metro 5. de agro ſeminando, ut bene fructificet, prius auferantur malæ herbæ, metrice ſic: Qui ſerere ingenuum volet agrum. Liberet arva prius fruticibus. Falce rubos filicemque reſecet, Ut nova fruge gravis Ceres eat.

* Additio. *Si unus eſt dominus feudi, alter bajulationis, officium magiſtri bajulationis ſpectat ad illum, qui bajulationem habet, juxta tex. in c. quoniam contra, in princ. ext. de probat. & videtur ſentire hic And. cujus verba in verbo, Notarius, ita emendari debent, Notarius ad contractus creatur perpetuus, ad acta juſtitiæ ad annum, ſicut judex, &c.* F. Jord.

** Additio. *Sed an finito anno poſſit Judex ſubſcribere ſe inſtrumento confecto tempore ſui officii? & an notarius poſſit inſtrumentum exemplare, ſi ad aliud officium aſſumptus eſt? Barthol. de Capua ſing.* 140. Fab. Jord.

(c) *Anni circulo*. Nota † quod officiales durant tantum per annum.

Additio. *Adde l. defenſoribus, cum gloſſa C. de defenſoribus civita. & per Jo. de Pla. in l. neminem, in 2. no. C. de ſuſcept. & Archa. lib. 10. Et quid de officiali poſito ad beneplacitum, an æquiparetur perpetuo? vide gloſſam*

ANDREAS DE ISERNIA.

non haberet: ſicut declarat capitulum Incliti Regis Caroli Secundi, quod incipit, boves. Nam tunc debitor fiſcalis etiam perſonaliter aſtringeretur, ff. ad legem Juliam pecu. l. ſacrilegium, in fine. C. lib. 10. de exactio. tribut. l. nemo, & privati, niſi cederet bonis. C. qui bonis ced. l. 1.

Additio. *An dominus poſſit cogere vaſallum oſtendere titulum feudi, vide And. in conſtitutione ſi dubitatio, & Dec. conſi. 264. in ver. 17. Saly. & alias in l. cogi. C. de peti. hered. ubi de mand. & Alex. in conſi. 6. in 1. vol. per totum, & in conſi. 20. in 4. vol. & an eccleſia teneatur docere de titulo, cum illum acquirat ſine traditione? vide no. in l. fi. C. de ſacroſan. eccle. & per Barba. in conſi. 11. in 2. vol. colum. 7. & 27. cum ſeq. incipit illud.* Cæſar.

AB *officialibus*. In textu, redimant, id eſt, fideles noſtri, & dic redimant, id eſt, ſuppleant, & vide ſuper hoc c. regni, item ſtatuimus, & facit textus in c. 1. §. ſimiliter, qui ſucce. te. & ff. de iu. fiſci. l. eſt & decretum, & ibi, compeſcere ſcilicet, fideles noſtri. Petrus de Monteforte.

De tempore, & numero officialium.

Nova Conſtitutio.

OCcupatis *nobis*. Per pulcra verba, & bene dictata eſt, ſicut & plures præcedentes. Primo dicit, quod in officio quolibet unus tantum debet eſſe, nam unus

Digitized by Google

† *Alias, eſt hic rubrica. Quanto tempore officialis debet ſtare in ſyndicatu?*

† *Nova conſtitutio.*

Novus officialis ſyndicabit veterem, & tempus ſyndicationis erit quinquaginta dierum, intra quod procedetur ad querelam, & per diligentem inquiſitionem: & ſi in dolo, vel fraude, vel in culpa reperiatur, ultra quod tenetur ad reſarciendum damnum paſſo, punietur arbitrio Regis: & ſi reperiatur aliquis, qui injuſte querelam expoſuit, puniatur arbitrio judicis: & juſtiſſimi & boni, & vigilantiſſimi officiales ſunt digni laude, & debent præmiis decorari. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

VOlumus, (a) & præſentis legis edicto ſancimus, ut juxta formam juris antiqui, poſt finitum officium Juſtitiarii & Camerarii degradati cum officialibus ſuis, per quinquagiota dies apud ſucceſſores continue commorentur: infra quos omoibus de juriſdictione ſua licentia libera tribuatur defectum ipſorum in publicum producendi. Quod circa mandata ooſtra vel fiſci noſtri commoda ſeu privatorum jura fraudulenter, aut perperam proceſſiſſent. Nec minus contra ipſos inquiſitiones juxta ſolitum morem, cum omni diligeotia fieri mandamus, & demum ſi per inquiſitionis officium, vel delationes aliquorum officialis ioventus fuerit culpabilis, aut doloſus, præter damna, quæ per ipſum nobis, aut ſubditis integre volumus reſarciri, tranſgreſſionis ſuæ pœnam, quam noſtra ſententia dictaverit, ſuſtinebit. Nec illud omittimus, quin ſicut maleficos & injuſtos, querelarum vocibus accuſari, & cenſuræ noſtræ vigore coerceri mandamus, ſi juſtiſſimos, & vigilantiſſimos judices publicis acclamationibus collaudari, & munificentiæ noſtræ præmiis decorari velimus.

† *No-*

ſam in verbo, electionem, in clem. 2. de reſcri. lib. 6. Cyn. & Bal. in l. quiſquis. C. ſi cer. pet. Bar. in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi pretori. ff. de no. oper. nunc.

† ADDITIO. *Nota ex hac gloſſa juncta conſtit. quæ loquitur etiam de magiſtris actorum, quod iſti magiſtri actorum debent ſtare ſyndicatus.* De Bottis.

Nam neque eos, qui placuerint, gravare juſtitiæ eſt: neque eos qui diſplicuerint, tenere prudentiæ eſt: debet enim officialis finito anno reddere rationem.

ADDITIO. *Adde l. cum quidam. ff. de admin. tut. l. 1. C. ut omnes jud. glo. & Decio. in c. adverſus. de imm. eccl.*

Ut facilius ſi quis in furto fuerit deprehenſus recenter quærat integrare jacturam, & ſic interim, donec ſe liberaverit a vinculo rationis, & ſatisfecerit fiſco, non eſt ad officium eligendus, ut de ſuſcep. l. neminem. lib. 10. Et dic plene, ut ibi. Sed hoc videtur ſtatutum non in favorem, vel honorem officialis, ſed fiſci, ut ff. de vac. & exact. mu. l. ult. §. conductores.

Nova conſtitutio.

(a) V*Olumus reſarciri.* Cum pœna quadrupli fiſco applicanda eſt, ut ſupra de offi. Mag. Juſt. l. apud, & dic ut ibi.

De exordiis judiciorum. Nota ergo quod citatio, † vel vocatio ad judicium eſt de proceſſu, & ordine judiciario, ut in hac conſtitutione, & duabus ſequentibus, & in conſtitutione nova, in civilibus, quæ debet eſſe poſt legem ſequentem & infra de dilatio. ex ju. præce. brc. l. dilationes, ibi, ut pridie reus futurus, &c.

ADDITIO. *Adde in §. omnium. Inſtit. de pœ. tem. litig. gl. in verbo, citationes, in ca. quoniam contra, de prob. glo. in ver. formam, in cap. prudentiam, de officio deleg. Arch. in c. placita 15. q. 4. Dom. in cap. ſtatuta. in §. cum vero. de reſcriptis. in 6. Doct. in rubr. C. de in jus vocando. Pau. de Caſt. in l. 1. ff. eod.*

† ADDITIO. *Jo. And. in decreto, 15. q. 4. placita ſecularia. Lanfran. in c. quoniam contra de prob. contra allegat.* De Bottis.

Et quod ſit de proceſſu, patet aperte extra de probationibus, cap. quoniam contra falſam. Nam omne judicium a citatione incipit, ut Inſtitutionibus de pœna temere litigantium. §. omnium, & ita cum ſit principium eſt potiſſima pars judiciarii ordinis, ut ff. de origine jur. l. 2. Et propterea citatio non debet fieri die feriato, ut C. de fer. l. dies feſtos, & l. 1.

ADDITIO. *Adde Cyn. in l. in minorum. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria, Bart. in l. cum filius, in §. alt. ff. de ver. oblig. in c. placita. 15. queſt. 4. Doct. in cap. fin. de feriis. Bald. in capite, bonæ memoriæ. il 2. de elect. Bart. in tracta. de citatione, in 7. q.*

Nec in diem debet cadere feriatum, ut ff. ſi quis in jus vocatus non ierit. l. 2. in fi. licet videatur contra ff. de novi ope. nun. l. 1. §. item nunciatio. & de adulter. miles. §. ſexaginta, ſed ibi idem conceditur de diebus feriatis: quia eſt tale factum, in quo non eſt neceſſe adire prætorem pro tribunali ſedentem: & ita poteſt expediri diebus etiam feriatis, ut C. de fer. actus.

ADDITIO. *Materiam iſtius conſtitutionis examinat Paris de Put. in tractatu ſyndi. cap. viſo. char. 13. littera A. vide*

ANDREAS DE ISERNIA.

unus Juſtitiarius, unus Magiſter Camerarius, unus Bajulus, in hoc eſt contra ſup. de offi. Baju. l. ſæpe, unus judex, & unus notarius ad faciendam juſtitiam: ſed ad contractus plures, ad hoc 7. q. 1. in apibus, & 1. q. 6. c. ſcitote, non vult magnum Juſtitiarium in Regno.

Secundo limitat tempus: quia vult officia eſſe annalia: & removet perpetuos judices: ſicut prætores per ſingulos annos. C. de offi. præt. l. fi. Sed jure Romano defenſores biennio hodie in Auth. de defenſo. civitat. §. Interim, olim quinquennio, ut C. eo. tit. l. 4. & olim incipiebat annus officii in Calendis Januarii, ff. de condi. & demonſtr. l. Publius. Notarius ad contractus creatus perpetuus, ad acta juſtitiæ ad annum, ſicut judex: quia hic combinatur, judicem & notarium unum actorum. In judice ut non ſit perpetuus, concor. in l. judices. Andreas.

Magiſter actorum debet eſſe annalis.

Tom.I.

ADDITIO. *Ad hanc conſtitutionem, maxime in fine videas ſupra c. Regis Roberti, importuna, alias, ſane, char. 176. & c. Reginæ Joan. item quod predicti officiales, & aliud c. Regis Roberti, ferre vos volumus, infra char. 80. Et vide caſum, in quo quis non poteſt eſſe amplius officialis, infra in conſtitutione, eos tantum, char. 57.* Cæſar.

O*Ccupatis.* In textu, in civitatibus ſingulis. Vide quod novum inducit hæc conſtitutio: corrigit enim conſtitutionem, in locis Demanii, ubi ponit quod ſint tres judices, hic ponit quod ſit unus: Item quod unus ſit Bajulus in quacunque civitate: & ſic corrigit ſupra de numero Bajulorum, l. ſæpe contingit, quod nota. Petrus de Monteforte.

Nova Conſtitutio.

V*Olumus.* Removet jus commune. C. ut omnes tam civi. quam milit. l. 1. ſed per cap. in pla-

X 2 ni-

† *Alias, eſt rubrica. De electione officialium.*

† Nova conſtitutio.

Studium Regis eſt eligere in judices viros litteratos, & ſapientes: & præferre in officio concernente juſtitiam majorem idoneum minus idoneo: & judex & notarius conficientes falſa acta, puniuntur pœna mortis, qui judices tenentur judicare ſecundum jura iſtarum conſtitutionum: & ubi non loquitur conſtitutio ſecundum conſuetudines validas, non contra aliquam regni conſtitutionem, ſed ipſis deficientibus, ſecundum jus commune in loco publico, ubi ſolitum eſt jus reddi, & non in locis privatis. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

JUdices * ubique locorum remotis perpetuis hactenus ordinatis, ut eſt dictum, annui viri illuſtres, & fideles, & juriſperiti, ſi unquam in regno reperiantur idonei, decernantur. Quod ſi competitores habeant forſitan promovendi, de utriuſque meritis teſtimonio ſuorum concivium & examinatione ſolicita doceatur: ita quod in officiali promovendo diſcretio, & in remoto juſtitia conſervetur. De notariorum, ** & judicum manibus in conficiendis publicis documentis veritas intemerata procedat: in quibus ſi falſitas fuerit, vel corruptela probata, non mutilationis manus, ut olim, ſed decapitationis ſupplicium ultimum temerarius patiatur. Judices ſecundum formam conſtitutionum noſtrarum, & jura communia, & conſuetudines approbatas, quæ conſtitutionibus non reſiſtunt, de puriſſima conſcientia, cauſas audiant, ut tamen ipſas, nec alibi quam apud Bajulos civitatum in curiæ noſtræ prætorio, ubi conſueverunt jura decerni, vel apud alium, qui juriſdictioni præeſt, diſcutiant, & audiant quæſtiones, quod enim judicibus ſupradictis ordinariis juriſdictiones concedimus infra annum, non ſic accipi volumus, ut apud ipſorum prætoria, ex litigantium forte conſenſu, quæſtiones accipiant, ſed in præſentia officialium, & Bajulorum noſtrorum ipſas examinent, & fine debito ſtudeant terminare.

De in jus vocando. Alias de exordiis & præparatoriis judiciorum.

T I T U L U S XCVIII.

Citato cui competit exceptio revocandi domum ſtatuitur per judicem, qui eum citare fecit, peremptoria dilatio competens ſecundum diſtantiam loci, & tempora hic expreſſa ad comparendum: & ſi comparuerit, & non docuerit de iſto impe-

di-

---

vide capi. Regis Caroli, item ſtatuimus, & aliud Regis Roberti, veterem, & aliud, ſimili modo, & vide Pariſ ubi ſupra in cap. an officialis, & in cap. & modo. Cæſar.

* Additio. *Adde c. idem importuna, & c. electionem, & de notario addente aliquid in margine protocolli vide Alexan. conſil.* 53. *vol.* 7. *& de omiſſione notarii, vide Boer. dec.* 116. Fabius Jordanus.

** Additio. *Vide Capic. dec.* 153. *& Gram. deciſ.* 27. *& ibi quid in actuario falſificante acta, & quid ſi ſtatutum eſt nullum, ibidem & an extendatur ad mandantes.* De Bottis.

De

A N D R E A S D E I S E R N I A.

nicie, pro quolibet anno debet ſtare per quadraginta dies, vel pro rate temporis, & nihilominus poſſunt accuſari & inquiri contra eos, & punientur, ut dicit littere. Item in quadruplum, ſicut fures manifeſti, ſup. de offi. Juſti. l. apud. Andreas.

V*Olumus*. In gloſſe reſarciri. Quæro, citatus die feriato comparuit in judicio, & non oppoſuit, & fuit lis conteſtata, & in diſputatione proceſſus opponitur de nullitate, an audiatur? fuit dictum pro & contra: tandem omnes Legiſtæ & juris periti in curia Vicariæ Regni tenuerunt judicium valere. quia ex quo reſpondit, ſibi imputet, quaſi ex novo conſenſu. Barth. de Capua.

In textu, ſuis. Id eſt judice & notario actorum: ſed de aliis familiaribus ſuis nulla fit mentio hic, credo tamen quod familiares non teneantur morari, quia dicit de officialibus tantum: ergo in aliis prohibetur: arg. C. de procur. l. maritus. Barthol. de Capua.

Nova Conſtitutio.

J*Udices*. Removeatur judices perpetui, ſic & ſupra occupatis, & præfeciuntur illi, qui ſunt de Regno, ſi inveniuntur idonei: arg. C. de epiſc. & cler. l. in eccleſiis. Judices & notarii conficientes inſtrumenta debent cavere, ut veritatem ſcribant, alioquin capite puniuntur. Ante hanc conſtitutionem puniebantur ad mutilationem manus, ut dicit littera in Lombar. de eo qui char. falſam, l. 1. Item debent ſedere ad judicandum in prætorio ſolito, ut ff. de juſti. & jure. l. penal.

J*Udices ubique locorum*. Nota hic, quod ſi notarius publicum falſum condat inſtrumentum, quod debeat pœna capitis puniri: ſed ſi notarius facit inſtrumentum de contractu prohibito, puta quia ſcripſit inſtrumentum de feudi alienatione ſine conſenſu domini, punitur: quia amittit officium notariatus, & infamis efficitur, ut de prohibita feudi alienatione per Lotharium, c. 1. §. notarium, & ibi nota 10. collat. Sed de prohibita alienatione feudi per Fredericum c. Imperialem, §. ſcriba. 10. collat. punitur notarius pœna infamiæ, & amittit officium, & punitur pœna manus, & vide ut ibi notatur. Sed ſi tabellio aliquo modo in officio ſuo deliquit, utrum poſſit amodo officium exercere? dic quod non, ut notatur in Auth. de armis, in 6. collat. ad fin. Ad idem facit C. de ſuſceptoribus & archariis, lib. 10. l. ſi aliquid. Sed circa iſtam materiam, dic ut plene notatur per Innoc. extra de heretic. c. fraternitatis, circa principium magnæ gloſſæ. Joan. Grillus.

De

dimento, contumax reputabitur. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

SI (*a*) quem * noſtrorum fidelium ad proclamandum de aliquo coram Magiſtro Juſticiario Curiæ noſtræ, vel regionum Juſtitiariis neceſſitas forte compulerit, vel voluntas: Si quidem ** adverſarium ſuum in Curia ipſa repererit, quem ob aliam ſpecialem cauſam, & juſtam non veniſſe conſtiterit, vel quod ibidem (*b*) ea perfecta (*c*) ſubſiſtat, de ipſo recepturus juſtitiam protinus (*d*) conqueratur. (*e*) Ob aliam autem cauſam (*f*) veniens, ſive civiliter, ſive criminaliter impetatur (*g*) revocandi domum jus poterit impetrare. Verumtamen, recepto prius (*h*) termino peremptorio quam rece-

---

De in jus vocando. Rubrica.

(a) *SI quem noſtrorum.* Si adverſarium meum volo convenire in Curia Juſtitiarii, vel Magiſtri Juſtitiarii, & ipſum illic invenero, diſtinguitur, aut erat ibi ex cauſa neceſſaria, quæ nondum erat finita: & tunc habet jus revocandi domum. concord. ff. de judic. l. 2. §. exequi. Aut ex cauſa voluntaria, & tunc non habet jus revocandi domum. Nec enim abſentibus ex voluntaria cauſa ſubvenitur, ut ff. ex quibus cauſis ma. & qui data. ſed cum conceditur ei prædictum jus domum revocandi, datur ei terminus peremptorius, quod dictæ Curiæ, in qua inventus fuerit, ſe præſentet: & eſt terminus talis: ut deducto tempore, quod labitur in eundo, & redeundo, ſi diſtabat per octo dies a Curia domus ſua, poſſit morari domi per ſex dies: ſi per 9. dies diſtat, poſſit morari per octo: ſi longius, poſſit morari per duodecim. Et nota quod tempus eundi, & redeundi computatur pro abſentia neceſſaria, ut ff. quibus ex cauſis majores. l. item hi.

* Additio. *Ad materiam hujus conſtitutionis vide Didacum Covar. c. 5. pract. qq.* De Bottis.

** Additio. *Sed an poſſit ei offerri libellus, vide Spec. in tit. de libell. concep. §. ſequitur, ver. Item debent, & de hujus revocatione vide Innoc. c. licet, de foro competenti. Sed an conventus criminaliter cogatur dare fidejuſſores, ſi domum revocat, credo quod non. ff. de judic. l. 2. §. ſed ſi dubitetur, ratione ſumpta ex textu.* De Bottis.

(b) *Ea perfecta.* Paria ſunt nullam fuiſſe cauſam, & fuiſſe aliquam & finitam eſſe, ut ff. de condi. ſine cauſa. l. 1. §. fine. & ff. de nau. fœ. Julian. primo reſpon.

(c) *Subſiſtat.* Sic ff. de judi. l. omnes, ibi, plane ſi perfecta. G.

(d) *Conqueratur.* Si vult, alioquin contra, ut C. ut nemo priva. agere vel accu. co. l. 1. ſimilis locutio eſt C. de tranſ. l. 3. in principio.

(e) *Ob aliam autem cauſam.* Repete juſtam, ut ſupra eo. l. puritatem, & addas neceſſariam, ut ff. de jud. l. 2. §. legatis. Et cave tibi, quia non tantum in illis caſibus, qui gratia exempli ponuntur ibi, datur jus revocandi domum: ſed etiam in aliis ſimilibus; quod probatur ex eo, quod ibi dicitur vel alterius negotii &c. quod dic ut in ſumma. de juriſdi. om. ju. §. ſortitm, ſecundum Azo.

(f) *Veniens.* Semper intelligas cum cauſa pertineat ad juriſdictionem illius Curiæ, in qua impetitur. Veniens, facit ad hoc bene ff. de judi. l. conſenſiſſe. §. legatis, & l. non alias, & l. ſi reſtituatur.

(g) *Revocandi domum*. Nota, quod hæc verba ſumuntur. ff. de judi. l. 2. §. legatis, ſed aliter accipiuntur ibi, quam hic, quia ibi revocat jus domum, id eſt, judicium modum videlicet, in domo, id eſt, in domicilio ſuo judicium agitetur. Hic vero non modo conveniatur in Curia ubi reperitur, ſed primo revertatur ad domum. Nihilominus ad Curiam reverſurus ubi repertus eſt, & reſponſurus ibidem.

(h) *Termino.* Nota hic argumentum, quod quando pupilla vel vidua vel alia miſerabilis perſona citra co-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

De in jus vocando. Alias de exordiis & præparatoriis judiciorum. Rubrica.

SI *quem noſtrorum fidelium.* Amodo hæc conſtitutio, & ſeq. ſunt bene gloſſatæ.

Vel quod ibidem ea perfecta ſubſiſtit. Scilicet, conſtiterit, quod ea perfecta, non remittitur ad domum ſuam, ff. de judi. l. 2. §. plane, nam ceſſante cauſa, ceſſat effectus. C. de epiſc. & cler. l. generaliter. Inventus † ergo in judicio, ſi non ob aliam venit cauſam, tenetur reſpondere. Secus ſi eſſet ex cauſa neceſſaria: aliud vero ſi cauſa voluntaria, ut in gloſſa. Jure canonico, ſi citetus venit ad judicium proponens ſe non citatum, præſumitur quod citatus venerit: niſi probaret ſe ex alia cauſa veniſſe ad judicium, extra de electione bonæ memoriæ, verbo, ipſorum quoque.

† Additio. *Vide late Marant. in ſua pract. 6. par. ver. propoſui. num. 9.* 10. De Bottis.

Et qui mittit nuncium ad Curiam excuſationem proponens, cum deberet per ſe comparere, vel procuratorem mittere, haberet contumax, & citatus præſumitur: quia ſicut miſit nuncium, ſic potuit mittere procuratorem, ut ibi dicitur: niſi eſſet caſus, ubi nuncius proponeret excuſationem: qua propoſita, non tenetur reus procuratorem mittere: ut ſi proponat cauſam infirmitatis vel ſimile, de quo dicetur infra l. proxi. Sed nunquid hoc caſo ſtatim, † quod invenit eum in judicio, dabit ſibi libellum, & ſine citatione reſpondebit? Reſpondeo, opus erit quod citetur, cum judicium a citatione incipiat. Inſtitut. de pœ. teme. litig. §. omnium, & debet dici cauſa in citatione, ut infra l. proxi. ut ſciat reus utrum debeat cedere, vel contendere, infra de excep. l. 1. & ar. ff. de eden. l. 1. Et quod dicit hic protinus conqueratur, ſcilicet ut non revocet domum, non enim debet venire actor cum ſacco paratus, arg. ff. de ſolu. l. quod dicimus, & l. ratum.

† Additio. *Vide Luc. de Pen. in l. omnia. C. de principio ag. lib. 12. qui intelligit, quando certum eſt eum non fore citatum, alias ſecus.* De Bottis.

Recepto termino. Dicit gloſſator, & quaſi pro veritate affirmat, quod ſi pupillus, vidua, vel hujuſmodi declinant forum Bajuli, vel ordinarii ſui, & eligit Juſtitiarium, vel alium, & is quem declinat, ſtatuit terminum peremptorium ad comparendum coram Juſtitiario ſeu judice electo, non eſt opus alia citatione, ff. de judi. l. 2. §. ſed ſi dubitetur, & in cor. ibi. Alii dicunt, quod ſi in præfixo termino aſſignato coram Juſtitiario, ſeu judice electo non pareat ille, qui declinavit, non eſt contumax, ſed oportebit quod Juſtitiarius de novo citet eum, arg. ff. de judi. l. edictum. Alii dicunt melius, & ſic ſervatur, quod ille, qui declinatur, quia deſinit eſſe ſtatim judex, non habet ſe ulterius intromittere de cauſa, ſeu de lite. arg. ff. de judi. l. judicium ſolvitur, quia, l. 1. C. quando Imper. inter pupil. & vid. dat cognitionem cauſæ electo per pupillum, & viduam, & revocat ab illo, qui declinatur, & ſic terminum quem dat. Sicut ab incompetenti non valebit ad hoc. Et in §. ſed ſi dubitetur, erat judex dans terminum: quia ad eum in termino debet redire ad reſpondendum.

SI *quem noſtrorum fidelium.* In verſi. allegetur. Nec tenetur ſatiſdare de præſentando eum in certo termino, ut extra de accu. c. veniens, nec judicatum ſolvi, ut nota. C. de proco. l. exigendi, ubi gloſſa. Tenetur tamen ſatiſdare de reſtituendis expenſis, ſi injuſte appareat excuſaſſe: ut colligitur in Auth. de depoſito, circa principium. Barth. de Capua.

Et ſimiliter tenetur ſatiſdare de ſolvendo intereſſe ſe-

Digitized by Google

recedat, in quo ſe debeat Curiæ præſentare. Cujus ſpatium ut omnis omnino fruſtrationis occaſio a judiciis excludatur, præſentis legis ſerie duximus annotari, & pro locorum diverſitate diſtingui: ut ſi conventi domus a Curia diſtet per octo dietas, aut pauciores octo, tanti temporis dilatio concedatur, quod per ſex dies domi moratus, dietis competentibus numeratis pro qualitate itineris, & perſonæ ad Curiam revertatur. Si autem per decem dietas domicilium ejus a Curia diſtare noſcatur, per prædictum modum dinumeratione dierum, & dietarum habita diligenti, tantum temporis impetret ad regreſſum, quod deducto tempore itineris, & reverſionis ad Curiam, per octo dies domi valeat commorari. Ceterum ſi ultra decem dietas diſtat a Curia domicilium fugitivi quantuncumque diſtantia allegetur, dinumeretur tempus ad iter & reditum competens (ut eſt dictum) quo ſtudioſe, & diligenter dimiſſo, dato, prout prædictum eſt, peremptorio pro reditu, tam in caſu præſenti, quam in omnibus ſupradictis, domi ſibi liceat per dies duodecim commorari. In quibus omnibus dilationibus, ſi venire contempſerit impetitus, contra ipſum ex peremptorio quantum de jure procedi poterit, procedatur.

De litteris citatoriis.

TITULUS XCIX.

Citatio debet committi alteri quam adverſario & debet eſſe certa, & cum cauſa, & una pro omnibus, cum peremptorio termino hic expreſſo, & ſi citatus criminaliter non comparuit perſonaliter, & ſi civiliter per alium legitime, contumax reputabitur, niſi defenſor pro eo probavit juſtam cauſam abſentiæ. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

EDictorum (*a*) ordinem priſcis legibus ſtabilitum ad breviorem modum reducere cupien-

---

coram ſuo ordinario judice declinat forum ipſius, & alium eligit ſecundum formam privilegii ſui, is, quem declinat, debet præfigere ſibi terminum peremptorium ad comparendum coram judice electo, nec eſt alia citatione opus, & videtur expreſſum. ff. de judiciis. l. 2. §. ſi dubitetur, ubi dicit, quod ſi conſtiterit, &c. & dic de hoc ut ibi extraordi. not.

Additio. *Adde quod miſerabiles perſonæ ſunt de foro eccleſiæ, ut in c. prin. 2. & 3. 82. diſt. in c. ex tenore, de foro comp. c. novimus, in fi. de verb. ſign. & per Spec. tit. de competenti judicis aditione, in §. 1. ver. 19.* Superantius.

De litteris citatoriis. Rubrica.

(a) E*Dictorum ordinem*. Conſtitutio iſta duo operatur circa citationes, abbreviat ordinem edictorum: quia primo quatuor edictis citabitur, ut no. ff. de judi. ad peremptorium, cum. ll. ſeq. ſed una citatio peremptoria pro omnibus ſufficit ſemper, ut hic circa medium: quod de jure communi erat in voluntate judicis, ut eo. tit. nonnunquam. Item tollit materias altercationum, ad quas citati ſæpe convolabant inficiantes ſe citatos eſſe, & dubium erat, an crederetur nuncio de jure communi: quod credatur, eſt ar. ff. de re. du. l. 2. §. illud. quod non credatur, eſt arg. C. de decur. l. 1. iſta dubietas hic tollitur: quia non debent litteræ citatoriæ mitti adverſario citando, ſed alicui bono viro, puta judici, qui eam citet in præſentia teſtium, ut in conſtitutione ſecunda, in principio & ad hoc eſt argu. ff. rem rat. hab. l. 3. §. ſatiſdatio, & quia ſemper ipſe negaret, cum judicium reddatur in invitum, &c. ut ff. de verb. obl. inter ſtipulantem, in principio citabitur igitur cum prædicta forma, quod debeat ſe præſentare Curiæ infra 30. dies, ſi degat in quacunque parte regni, alias habet ſpatium 60. dierum, quod ſpatium ex juſta cauſa abbreviari poteſt, arg. C. de dila. ſive pars, & venit reſponſurus in criminali cauſa per ſe, ut arg. ff. de pub. judi. l. pe. In civili per ſe vel procuratorem, l. 2. ubi juſtam cauſam abſentiæ allegat.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſecundum uſuram, ſecundum Inno. Plus ſecundum opinionem aliquorum, tenetur ſe obligare ad pœnam de verificando illum eſſe abſentem, & eſſe in loco, in quo dic ſecundum Argentinum de Nea. in l. cuſtodias, §. ad crimen. de pn. jud. Hodie circa hoc vide c. regni, poſt commiſſum a delinquente flagitium, ſecundum Argentinum ibi, in l. pen. §. ad crimen, de pub. jud. ubi cautum reddit aſſeſſorem in hoc. Petrus de Monteforte.

De litteris citatoriis. Rubrica.

E*Dictorum*. Non ad eum, ut olim. argu. ff. de arbi. ſed ſi interpellatus, §. arbiter.

Et de qua re, & hujuſmodi querimonia. Ecce cauſam, debet enim continere citatio † cauſam, 3. q. 2. ſi epiſcopus, in gloſſa 5. q. 2. ſi primates, & innuitur in c. præterea, extra de dila. & apertam, per quam poſſit reus ſcire utrum debeat cedere vel contendere, ut dictum eſt ſup. l. proxi.

† Additio. *Vide Luc. de Penna in l. ante omnia, col. 4. C. de Caſtren. lib. 12. ubi dicit quod valet citatio, videlicet cum præſentia Titii ſit nobis ad præſens plurimum opportuna, mandamus &c. ibi, & quærit an Princeps poſſit ſine cauſa citare.* De Bottis.

Sed ſi ſcivit cauſam, reus citatus non debet plus certiorari, argu. dicti. c. præter ea, vel ſi fuit inſtructus, non habet dilatorias inducias, quia non debuit certiorari qui ſcivit, ff. de actio. emp. l. 1. in fine ſciens & ipſe ſe decipi. ff. quod fal. tu. auctore. l. 1. in fine de acq. here. l. item veniunt, §. quid ergo, de adml. tu. l. pater. §. ex quo. Item ſufficit denunciare, ne nubat, etiamſi cauſam non dicat, ſcilicet, quia volo te accuſare de adulterio: ineſt enim cauſa, ff. de adul. l. denunciaſſe, in principio nam & vaſallus infra annum & diem debet polliceri fidelitatem & inveſtituram petere, ut in tit. de cap. Corra. §. 1. Et in tit. per quos fiat inveſti. §. 1. in gloſſa 1. quod cauſa inferenda ſit citationi. C. de edi. di. Adri. tol. l. fi. & alle. ff. quando di. leg. ce. l. hujuſmodi.

Additio. *Adde Card. Zabar. & Doct. in c. veritatis, de jurejur. Abb. in c. nihil. de electio. Bald. in c. 1. quo tempo. miles, in uſibus feud. Cald. conſi. 7. incip. an feudatarius teneatur, in tit. de feudis. Pet. de Anchar. conſi. 173. incip. D. Lazarus fuit inveſtitus de quodam feudo. Card. Zabar. conſi. 34. incip. circa primum dubium duo principaliter ſunt videnda. Abb. conſi. 83. incip. conditori omnium poſtulato ſuffragio, in 2. col. in 1. vol. Idem Abb. conſi. 3. incip. attento in præſenti, in 2. vol. Joan. de Ana. conſi. 32. incip. 3. ultra alia dubia. Ludo. Rom. conſi. 27. incr. viſo themate, mihi propoſito, in principio. Pau. de Caſt. conſi. 162. incip. circa id, de quo quæritur, in pen. col. Alex. de Imo. in conſi. 79. incip. circa primum, de quo quæritur, in 1. vol. Franciſ. de Curt. conſi. 82. incip. Deus pius Jeſus Chriſtus. Et quid ſi ſint tres fratres, unus petit inveſtituram ſuæ partis infra annum, alii vero ſunt contumaces, & partem ſuam perdiderunt, an accreſcat fratri inveſtito, an ſolidetur cum dominio? vide* per

Digitized by Google

pientes, ut ex ais in poſterum nulla quæſtionis materia poſſit oriri, apertiſſima conſtitutione ſancimus. Ut citatoriæ litteræ per Juſtitiarium, & Bajulum deſtinandæ, non, ut olim, ad ipſum eundem, qui citandus fuerit ab aliquo per adverſarium ſuum tranſmittantur, ſed per aliquem bonum virum, qui in illis partibus, ubi reus degere dicitur, commoratur, oſſignentur eidem: vel per ſpecialem citantis nuncium eædem litteræ deſtinentur, vel per quodlibet edictum aliud (*a*) citatorium etiam ſine ſcriptis fiat. In quibus litteris debent dilucide contineri, (*b*) coram quo, & a quo, & de qua re, ac cujuſmodi querimonia deferatur, & tempus expreſſum. In quo per ſe tantum, (*c*) ſi criminalis ſit accuſatio, vel per ſe, vel per

(a) *Citatorium*. Dum tamen de mandato domioi citatio fiar, aliter auim non valet, ut C. de exhib. re. l. ulti. niſi fieret per officialem, per l. ea quidem. C. de accu.

(b) *Coram quo, & a quo*. Unde verſus. Quis agat, quæ res, quæ quæſtio, tempus: Quo reus adveniat forma citationis erit.

(c) *Si criminalis*. Publico crimine vel privato, dum tamen expectetur pœna capitalis imponi, quod dic, ut io ſum. de procur. §. conſtituitur autem procurator in lite. G.

ANDREAS DE ISERNIA.

per Bald. in c. quæ in eccleſiarum, verſi. quare, pater & avus, de conſtitutio.

Sed oon facit ad hoc: nam quod dicitur ibi cauſa, ex qua debentur præcedere ſemper debet, id eſt, prius debet impleri cauſa, propter quam legatum relictum eſt. Sed ounquid poteſt mandare judex, ut citet umnes, qui faciunt brigam, vel aliquod delictum? nam citator exprimere debet de qua re, & cujuſmodi &c. Nam videtur, quod citatio judicis debet hoc coutinere, ut dicit littera, dilucide &c. pro quo eſt, ff. quod cujuſ. uni. no. l. item eorum, §. ſed ſi ita. Nam citatio ſententia citatoria dicitur, ſecus in procuratore, qui poteſt conſtitui ad lites futuras, ff. de procur. l. 4. & adde quod diximus ſupra de offi. Baju. l. 2. Fiet una pro omnibus, quæ peremptorium continebit. Hoc eſt dicere, quod ſemel citet, & ſemper dicat judex, quod peremptorie citet in civilibus, ut verbum hoc peremptorium, ſemper exprimatur a judice citante, ſic ſupra, l. proxi. & infra quod tempus partes ſe de præſen. l. io civilibus cauſis, ubi plene dictum eſt ſemper infra ibi, io termino peremptorio, &c. De jure Romano erat in poteſtate judicis, quando mitteret peremptorium, ff. de jud. l. nonnunquam. Conſtitutiones iſtæ abbreviant lites, ut in principio hujus l. dicitur, imponit neceſſitatem judici citanti, quod ſemel citet peremptorie, unde ſi judex citaret ſic, veniat die Lunæ & die Martis, & die Mercurii peremptorie, una eſt citatio, tamen non tenetur comparere, niſi in peremptorio, ut infra, in verbo peremptorium. Et quod dicitur de comparitione die Lunæ & Martis, ſuperfluo dicitur, quod non vitiat; ſicut, Arma virumque cano. ff. de verb. obli. l. quæ extrinſecus. Quid ergo ſi judex mandavit ſine hoc verbo peremptorie? dic quod non ſufficit, ſed oporiat peremptorie procedere, & ſic non erit una tantum, d. l. ad peremptoriom, judex enim omittens id, quod lex præcipit, facit contra l. & ſi dolo, tenetur in totum: ſi imperite & ignoranter, tenetur in tantum, quantum bono judici videbitur, de quo, & quid ſit hoc dicere, diximus, plene in titu. de contro. inter do. & emp. in fine. Alii expediunt ſe quod non, quicquid judici permittitur juris ſubjicitur neceſſitati, ff. de jud. l. non quicquid. C. quomo. & quando judex, l. 1.

Si vero extra Regnum degat. Communiter intelligitur degat, id eſt, habitet, ſive domicilium habeat, ut dunium conſtitutam ad habitandom, ut ſi Romanus habitans Romæ, deliquit, vel contraxit in Regno, vel in Regno habet poſſeſſionem, aut feudum, de quo io Regno debet conveniri ad judicium, ponitur degat in Auth. ut nul. ju. §. ſi vero quis, ſed tunc impropria videtur ſtare verbum citatio, quia judex Regni non habet citare Romanum in Roma: imo videtur quod debeat requirere judicem Romanum, ut citat. d. §. ſi vero. Item cum Roma non diſtet ultra 5. vel 6. dietas a Regno, quomodo dantur 60. dies? Item quid ſi diſtaret magis, puta ſi eſſet Anglicus, vel Hiſpanus, non habebit pluſquam 60. dies pro loci diſtantia. Sed littera non dicit, quod judex Regni citet extra Regnum, ſed dicit, quod citandus eſt. Unde requirit judicem Romanum, quod ipſe citatus compareat infra 60. dies. Verum, quia poſſet judex Romanus non parere requiſitioni judicis Regni, cum non ſit ejuſdem dominii, ſicut quando Imperator Romanus dominabatur toto orbi, idcirco dicunt aliqui, quod judex Regni poſſit per nuncium ſuum citare in Roma, quia citatio continet ſolum miniſterium, oon tamen cognitionem, infra, l. ſeq. & ff. ſi men. fal. mo. di. l. 2. Nec ob. l. extra territorium jus dicenti, tripliciter intellecta, quorum intellectus nullus eſt contra hoc. Iſtam materiam plene tractavimus in tit. de contro. inter me & vaſ. de beneficio. dic plene ut ibi, ubi etiam dictum eſt, utrum excuſatori dicenti citatum in domo ſua, quod citatus fuit, & eſt extra Regnum, & faciet inde fidem, dentur 40. dies ad denunciandum citationem citato, ut tunc ponatur, degat id eſt, agat. Eſt verum ſi ante completos dies datos, citatus veniat, vel redeat, quod teneatur ſtatim reſpondere, in termino autem peremptorio comparere debebit, non quod ſit neceſſe quod actor vel accuſator dicat in peremptorio accuſo contumaciam Titii citati, licet ſit in uſu, bene debet comparere, & dicat quare venit, ut diximus plene in dicto titulo de contro. inter me & vaſ. meum, & alium de beneficio.

Excuſatio legitima. Dicont multi periti de Regno, quod iſtæ conſtitutiones magis dilucide ponunt, & affirmant, de excuſatione, alias excuſatore, in qualibet cauſa reipublicæ, ſi non defendantur, ſcilicet, plene, hoc enim importat hoc verbum, ff. de procur. l. ſi. patiuntur miſſionem & venditionem. C. de reſtit. milit. l. ignorare, ff. de leg. l. eadem, ſic & infirmi, & pupilli, ff. de her. inſtit. l. ſi quis inſtituatur, §. fin. Sed certe ſatis cavetur de excuſatore jure Romano, ff. de excu. tut. l. ſcire, §. ſufficit, & quicquid dicatur per diverſitates dictarum legum & ſimilium, intelligendum eſt ſemper, quod ubi reus non defenditur plene, nec aliqua excuſatio proponitur pro eo, non habeant locum ipſæ leges: ſed ſi excuſetur reus, non procedetur ultra, ſicut contra contumacem: ſed dabitur terminus excuſatori, infra quem denunciet citato, ut ad judicium veniat, nam & in capitalibus cauſis admittitur excuſator, cum ibi non poſſit per alium plene defendi, ff. de procur. l. ſervum, §. publice, ſicut dicit Roffred. in ti. de bon. auth. judic. poſſid. & in trac. ſecundi decreti, & Innoc. in tit. de eo qui mit. in poſſeſ. cau. rei ſer. c. ſi adverſarios, ut ſi allegetur per excuſatorem, quod reus aberat, & abeſt cauſa reipublicæ, & probetur, oon procedetur ulterius uſque ad reditum ejus, etiam ſi cauſa erat inchoata: nam etſi excuſaretur, haberet reſtitutionem taliter abſens contra totum illud, ad quod proceſſum erat, eo non defenſo plene, no. C. de reſtit. milit. l. 1. Idem etiam eſſet tunc in accuſatore, ut infra io conſtitutione hoſtici. Si vero excuſetur, quod tempore citationis erat abſens cauſa probabili, ut ſtudiorum: vel voluntaria, ut mercaturæ: quamvis imputetur ei taliter abſenti, quod non dimiſit, quando reliquit generalem procuratorem in domo ſua, qui eum plene defenderet, ut notatur extra de procuratoribus c. dilectus, & quamvis ſufficiat tunc eum citari in domo ſecundum communem opinionem. C. de anna. excep. l. ut perfectius, ta-

per (a) alium, ſi civilis quæſtio moveatur, citatus debeat in Curia comparere. Citatio fiet una pro omnibus, quæ peremptorium (b) continebit & terminum triginta dierum ad plus a die citationis receptæ continue numerandorum in quacunque parte Regni citandus manere dica-

(a) *Aut alium*. Quid ſi non contineatur expreſſim, ut in civili cauſa compareat citatus per ſe, vel per alium? Reſponde ita intelligitur ut poſſit per alium comparere citatus, ut C. de procur. l. in pecuniariis.

(b) *Continebit*. Si autem legitima citatio non præceſſit, prout hic dicitur, & reus fuerit condemnatus: nulla eſt ipſo jure ſententia, ut C. quo modo & quando jud. l. ea quæ, hoc etiam eſt in accuſatore, qui accuſationem inſtitutam poteſt repetere, ſi eo non citato, reus fuerit abſolutus, ut C. de accuſa. l. accuſantibus. Repeta hic no. ff. de ſententiis, quæ ſine appell. reſcin. l. 1. §. pen. & C. de judi. properandum, §. & ſi quidem.

ANDREAS DE ISERNIA.

tamen ut citatio perveniat ad notitiam citati, poſitum eſt, ut excuſatori detur terminus, infra quem compareat ſecundum locorum diſtantiam: & ſic poſſent intelligi leges, quæ dicunt debere citationem pervenire ad notitiam citati, ff. de appel. ex conſenſu. §. fin. cum concord. & eſt expreſſum in hac conſtitutione & ſeq. nam per c. dilectus, habet procurator dimiſſus tantundem, videlicet terminum ad conſulendum abſentem, utrum velit cedere vel contendere, in l. ſi quis inſtituatur, non fuit propoſita excuſatio, quod reus erat peregre, vel infirmus, quamvis gloſſa hic dicat, ſed non bene, quia ſi fuiſſet propoſita, infirmo juſſiſſet, ſeu jubere debuiſſet diem judicii prolongari, ff. ſi quis caut. l. 2. §. ſi quis, ſi fuiſſet morbus ſonticus, ſecus ſi levis, ut vetus quartana, ff. de re judi. l. quæſitum. Idem ſi abſens cauſa reipublicæ, ff. eum qui appel. l. 2. Item ſecundum alios conſtabat ibi de debito, & ideo dabatur curator bonis ad ſolvendum, & nihilominus datur ibi reſtitutio in læſione, cauſa cognita, in pupillum. Si erat debitum ex perſona patris: ſecus eſt, ff. de minor. l. in poſſeſſione, §. cum dicitur, hic excuſator non proponit cauſas cauſæ, quæ colliguntur ex actis: ut ſi dicant, citatus non tenetur venire, quia judex vel actor eſt excommunicatus, vel ſi petat copiam reſcripti, vel citationis, & ſimilium: quæ debet fieri per illum, qui plene defendit, ut dixit Innoc. extra de accuſat. cap. veniens, & Odoffred. In d. §. publice, ſed allegabit cauſas abſentiæ juris, vel facti, & hoc eſt quod ſequitur. Non debuit comparere ſcilicet de jure: nam allegavit, quod citatus erat minor ſeptennio, & ſic citatio nulla, ut ff. de adminiſtr. tut. l. 1. §. ſufficit, vel citatus die feriata, ut dictum eſt ſupra in rubrica hujus tituli. Vel non potuit comparere, hoc eſt facti: quia dixit citatum iviſſe ad ſanctum Jacobum: vel infirmum. Sic ponitur in potentia juris & facti, extra de reſcrip. ſi citatus. De infirmo dicitur extra de procurat. querelam, vel quia erat extra territorium judicis, ff. de juriſdi. omn. jud. l. fi. Unde dilatorias, & declinatorias, & peremptorias non proponit excuſator, cum illæ ſint cauſæ, vel judicii, alias ſunt cauſæ, cauſæ id eſt, judicii, quæ per ſe vel procuratorem, aut defenſorem proponuntur, extra de procurat. c. conſtitutus, per Innocentium, & hic excuſator poteſt eſſe etiam cum mandato, quia infirmus poteſt mittere ad hoc proponendum etiam ſine mandato, d. l. ſcire §. ſufficit. Sed ſunt quædam, quæ ſi cum mandato proponuntur, nocent, ut quando dicitur: ſi ut potuit mittere excuſatorem, ita & procuratorem, extra de elect. bonæ, de dolo & contum. cum dilectus, puta, ſi citatus mitteret excuſatorem, quod eſt abſens niſi ante citationem feciſſet procuratorem ad excuſandum eum, qui ivit ad ſanctum Jacobum, ſi contingeret eum citari. Item quilibet poteſt excuſare, etiam minor, & infamis, ut dicunt prædicti in cap. veniens, & in §. publice, ſed minor non poteſt eſſe procurator, niſi pro conjunctis, ff. de procur. l. minor. C. eo. tit. l. exigendi. De infame non eſt mirum, quia poteſt eſſe procurator, Inſtit. de except. §. fi. Sed quæro, nunquid clericus poteſt excuſare illum, pro quo non poteſt eſſe procurator, ut pro conjunctis? Videtur quod non, ut extra ne cler. vel monac. c. 1. in Authen. de ſanctiſ. epiſ. §. illum, quod dixi ſupra de offi. advoca. l. 2. Econtra videtur quod ſic, quia per quemcunque & quilibet admittitur ad inſtruendum judicem de veritate, ff. de adminiſt. tut. l. ad inſtruendam. C. de prec. Imper. offer. univerſa. Sed obſtat, quia excuſatio debet probari, ut hic dicitur, & d. c. querelam, & c. cum dilectus, unde ſi probetur per ſacramentum excuſantis, ſicut Moderni dicunt, & communiter eſt in uſu, per §. ſufficit, nam legitima probatio eſt per ſacramentum, ſive lex deferat, ſive pars, ff. de jurejuran. l. 1. & l. admonendi. Leve alias legitime erit dicere clericum admitti: quia non implicabit ſe nimis negotiis ſæcularibus, ſic exponunt Moderni, d. §. ſufficit, dum dicit, cujus fidem ſufficit firmare, & etiam eſt ex ipſo naturali inſtinctu naturæ. Juſtitia habet multas partes, inter quas eſt religio & ſacramentum ſecundum Tullium in Rhetorica ſua. Ponitur ergo totum pro parte: nam ſacramentum eſt religio: unde dicitur juriſjurandi religio. ff. de jurejur. l. 1. C. eo. tit. l. 2. ſed ſi eſſet neceſſarium probare excuſationem: puta, ſi judex ſuſpicaretur clericum malitioſe proponere, & exigit probationes alias, quam ſacramentum, maxime, cum non poſſet clericum de perjurio punire, & videtur hoc eſſe in arbitrio judicis, ſicut illud, utrum in civili committat audientiam teſtium, vel non, in Auth. de teſti. §. multæ, in gloſſa. Quod quidem verum videtur, cum non ad unam tantum ſpeciem probationis cognitor attendere debet, ff. de teſti. l. 3. §. ejuſdem. Tunc poſſet videri clericum non admitti, quia implicabit ſe negotiis ſæcularibus. Et cum hoc accidiſſet de facto, diſtinguebant quidam periti, quod ſi clericus habet probationes in promptu, eſſet idem, ſicut quando juraret: ſecus ſi non in promptu, quia tunc ſæcularibus actionibus immiſceretur: arg. C. de compen. l. fi. ff. ut in poſſ. lega. l. ſi is a quo. Item quia recipiendo terminum ad probandum facit partem: & ſi non probat, eludit judicium. Determinatum fuit, quod admittatur tanquam minus malum: argu. l. exigendi, in fine. C. de procurat. nam in c. veniens, dicit Inno. per quemcunque, & pro quolibet: qui omnem dicit, non excipit clericum, 19. diſt. ſi Romanorum, de maior. & obed. ſolitæ.

Additio. *Adde l. 3. ff. de offic. præſid. l. Julianus, ff. de leg. 3. l. a mandato. C. mand. Archid. in c. cum eccleſia, 3. q. 2. Joan. And. in reg. poteſt quis, de reg. jur. lib. 6. in mercur.*

Cum ſit quædam informatio, ſed ut non eludat, caveat idonee, quod ſi non probat, ſolvat expenſas & intereſſe, alias non admittatur: nam excuſare eſt quædam ſpecies defenſionis, imo defenſio, in §. publice, ibi, nam in capitalibus defenſio datur, improprie ponitur pro excuſatione. Defenſor vero idoneus non eſt ſine ſatiſdatione, maxime quando fruſtrando efficit ne ad exitum cauſa deducatur, ff. de proc. l. fi. Alius tamen laicus ſine ſatiſdatione condemnabitur ad expenſas, ſi non probat, infra de dila. l. 2. in fine. Sed quid ſi juraverit laicus citatum fuiſſe & eſſe infirmum, vel abſentem: & perjuravit ſcienter, nunquid punitur de perjurio truncatione manus? ut infra de blaſphem. Deum, l. 2. Satis videtur quod ſic. C. de jurejuran. l. 2. in gloſſa & ff. de crimine ſtelliona. l. fi. quia tale perjurium fuit nocivum alteri, licet cauſa & negotium terminatum propter ſacramentum non retractetur, ff. de jurejur. l. 1. & diximus infra l. pen. libri hujus. Alii dicunt contra per ea, quæ diximus in tit. de conſuet. rec. feu. §. ſacramentum, quia cum ſit in arbitrio judicis probari per ſacramentum, vel alias probationes, ut dictum eſt, imputetur judici & parti, qui non inſtetit, ut per alias probationes fieret inde fides.

catur: plerunque etiam brevius ſpatium (*a*) indicetur, ex qualitate temporum, & proximitate locorum: vel ſi cauſa ſit urgens, propter quam tam longum tempus concedi non poſſit. Si

(a) *Indicetur*. Sed contra videtur ff. de judi. l. per intervalla, ibi, non minus, &c. Sed dic, ut no. ff. de jud. l. nonnunquam, in fine, ſecundum Azo.

ANDREAS DE ISERNIA.

fides. Idcirco multi judices, quando deferunt ſacramentum excuſatori, faciunt eum obligari ad certam pœnam, eo quod probatio intereſſe difficilis eſt, ff. de præt. ſtip. l. fi. ut ſi appareat contrarium, ſolvat pœnam parti, clericus ſi ſit perjurus, etiam a ſuo judice non punietur exinde, niſi aliter ſibi conſtaret, ut in c. at ſi clerici, extra de judic.

Additio. *Adde c. de his, 50. diſt. & in c. querelam, de jurejur. & perjurus eſt extra protectionem & auxilium Dei, & eccleſiæ, ſecundum Bal. in c. ego. N. de jurejur. in 1. col. verſi. ſi Deus me adjuvet.*

Item probato, quod erat & eſt abſens: quia iverat ad talem locum: hoc eſt difficile probare: unde ſufficiet, quod probetur per ſacramentum vel teſtes, quomodo viderunt citatum ante citationem diſcedere de terra, dicentem ſe iturum ad talem locum, ut in gl. hic innuitur, pro quo eſt ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. §. quid ſit. Difficile eſt probare animum, ut ff. de interro. act. l. & quia. Etſi ſic probaretur, quod viderunt eum morantem in tali loco, non ſequitur, quod nunc moretur, quando eum excuſat. Sed quid ſi non adjicit locum: quia dicit excuſator, & teſtis, quod audivimus eum dicentem ſe iturum peregre? dicunt quidam dari terminum ad arbitrium judicis, qui magis intellectu, &c. ff. de ſolu. l. quod dicimus, & l. ratam, ad leg. Falc. l. 1. §. item ſi ita. Sed quod erit hoc arbitrium, quod dabit dies ad eum quærendum? videtur quod 30. C. de exhib. re. l. 2. §. nec ex longinquo. Econtra videtur quod tot dies, infra quos poſſit eum perquirere per territorium loci, & terræ unde eſt, ut cum dicatur abſens, dicamus eum abſentem a territorio, ſic in Auth. de ſi. inſtr. §. 1. cum enim multis modis dicatur quis abſens, ut ibi. Non aſſumere debet id quod pejus eſt pro eo, illa ratione, quia quando receſſit, debuit dicere familiæ, ad talem locum vado: tenetur quidem relinquere generalem procuratorem inſtructum, ut in c. dilectus. Aut ſaltem uxori ſuæ debuit dicere, ſicut Juſtinianus, qui habuit conſilium cum Theodora, in Authen. ut judi. ſine quoquo ſuffra. §. hæc omnia. Vel verius, ex quo eſt abſens a loco judicii præſumetur in dubio non exiviſſe provinciam, & tot dies dabuntur, per quos infra provinciam poſſit perquiri, ar. ff. de an. & ar. leg. l. Mævia. in ſi. de leg. 3. qui concubinam. §. uxori. de oper. lib. quod niſi. de procur. ſed hæc. in princ. nam plus eſt diligens magiſtratus in negotiis reipublicæ, quam quilibet alius in ſuis, quia officialis habet ſingularem induſtriam exploratam ſide & gravitate. ff. de offi. Præfec. Præt. l. 1. At quilibet debet eſſe, nec multum diligens, nec minus, alias multum negligens. ff. de uſur. l. ſi bonæ. commo. l. ei. & l. in reb. & hoc in alienis. In ſuis non tantum curatur. ff. ſolu. matr. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. Sed magiſtratus non percipit pro utilitate reipublicæ extra provinciam. C. lib. 10. de anno. & tribu. l. pro locis, & l. nemo. & l. ſeq. ergo nec extra provinciam pro propriis utilitatibus quis ire præſumitur, niſi contrarium probetur: non ergo per longum ſpatium expectabitur. ff. de inta. l. ſed ſi unius. §. quod autem de judi. l. ſi longius. Item quia dicitur multum abſens, quando eſt in alia provincia, ut ff. de cond. fut. l. parvi. in glo. pro quo eſt C. de præſcrip. lon. temp. l. fin. Et ſi minus tempus daret judex, & condemnet poſt, quia condemnaret ſicut contumacem illum, qui non eſſet, non valeret ſua ſententia. Nam ubi minus dat tempus judex, lex ſupplet. ff. de re judica. l. 4. §. ſi quis, ſicut dilatione pendente, &c. C. de dilatio. l. ſive pars, & videtur expreſſum in Auth. de exhib. & intro. reis. §. ſancimus, & nota in ſim. ff. de fer. l. 1. Sed ſolet quæri, utrum tenor iſtius conſtitutionis ſervetur quando Princeps, vel Rex citet. Et utrum, quando quis citetur ad aliquod extrajudiciale? Et utrum pœna appoſita in citatione exigatur, ſi ſit contumax ſine condemnatione, vel vocatione alia? Item quæro, quæ pœna poſſit poni in citatione extra judicium? Iſtam materiam alibi plene tractavimus, ſed in compendio dic ad plenum, quod Princeps plerunque cognoſcit de cauſa. C. de leg. alias ſi contra jus, vel uti. pu. l. ſi. & tunc ſervabit legem ſcriptam a ſe latam, vel ab alio, licet enim ſit ſolutus legibus, vult tamen legibus vivere. Inſtit. qui. mo. te. infir. §. fin. niſi ex certa ſcientia vellet contrarium. Poſitiva enim tollit quandocunque, prout vult. C. ſi contra jus, vel uti. pub. l. ſi. in glo. Ad ſecundum videmus etiam officiales vocare aliquem non adjecta cauſa, ut forte prohibeat ei præſenti, ut non faciat aliquod prohibitum, aut quod non moveat arma. ff. de uſufru. l. æquiſſimum. §. 1. Servabitur quod eſt uſitatum. Hæc conſtitutio loquitur tantum in judicio. Unde in eo tantum intelligetur. ff. de verb. obl. ſi minor pro uſitato. ff. de legi. l. ideo. Et ſi quidem habeat certam pœnam, vocatio illa exigetur in Principis etiam vocatione, per ea quæ dicunt Moderni lib. 10. de theſau. l. 1. alias eſſet pœna ſacrilegii, ſed in alio officiali crimen ſtellionatus, ut notatur in d. l. 1. Et in iſtis extrajudicialibus conſuevit poni pœna grandis, & levis, ſicut eſt negotium arduum & ponderoſum, & grave, propter quod vocat, & ſicut poteſtas vocantis habentis merum imperium, unde & ſub. pœna omnium bonorum tenet, ut dicunt Moderni, ut C. lib. 10. de jure fiſci. l. certa. de Decu. & quidam ignaviæ, & l. gravis. lib. 10. Ad tertium videtur quod non condemnetur ad hanc pœnam, quia hujuſmodi pœnarum impoſitiones ſunt comminationes, quæ non habent vim rei judicatæ. C. commi. vel epiſ. in rubro & nigro, & ſpeciale dicit gloſſa eſſe in pupillo. ff. de admi. tut. l. ſi tutor, qui repertorium. §. ſolet, & §. qui deponi. Vel quod ibi dicitur, ſequitur decretum glo. non tanquam validum, ſed quia & ſine decreti interpoſitione illæ uſuræ debebantur ex mora, quæ inducebantur ex decreti interpoſitione, pro quo eſt etiam. C. ubi cauſæ fiſca. l. 1. Item cum mandatur aliquid alicui fieri ſub pœna excommunicationis, non eſt excommunicatus, ſi non fiat, extra de in. pa. relatum, de ſagit. c. 1. loca. & conduc. c. 1. ſi ſtetur in finibus prohibitionis, ſecus ſi diceretur, quod ſit excommunicatus ex nunc, ſi non fiat, quaſi ſententia, quæ ſit lata ſub conditione, tenet, extra de ſimon. ſicut, ſub conditione extranea non datur, ut condemno te ſi navis venerit ex Aſia, ſed ſub conditione de præſenti ex his quando ſiunt in judicio, dixit Joan. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. 1. ut ſi dominus vocat feudatarium ad præſtandum ſervitium, &, ſi non veniat, imponit pœnam, ut privetur feudo, ſi tunc diceret dominus, quod ex tunc ſit privatus feudo, ſi non venit ad præſtandum ſervitium, videtur quod teneat ſecundum Joann. Sine hac pœnæ comminatione oporteret privari per ſententiam etiam ſi perditur ipſo jure, tunc quia propter poſſeſſionem, aliàs privationem, neceſſaria eſt ſententia, quibus mod. feud. amit. §. ſed nec juſtior. de feu. ſine culpa non ami. l. 2. & 3. tamen cum prædicta comminatione, ſi non venit, videtur ex tunc ſententiatum, & capietur feudum tanquam in executione rei judicatæ, quæ ſententia habuit locum non a die interpoſiti talis decreti, ſed a die conditionis exiſtentis 63. diſtin. Salernitanæ, in glo. Verius videtur, ut abſque aliqua condemnatione exigatur pœna certa, & ſtatuatur extraordinaria ad arbitrium judicis, quia pœna infligitur propter contumaciam, quia non venit, & contempſit. Et ſic exigitur infra de aud. reſti. in l. in pecuniariis, circa ſi. ibi, quo caſu pœna impoſita exigatur, ſi contumax in judicio vocatus non venit, ſta-

Si vero extra Regnum is, qui citandus eſt degat, *60.* dierum ſpatium citatio continere debebit, in termino autem peremptorio citatus comparere tenebitur per ſe, vel per alium, ſi civilis eſt quæſtio legitime in principali cauſa defendendi, aut pro ipſo excuſatio legitime (*a*) allegata probari, propter quam in termino prædicto ſibi dato (*b*) non potuerit, vel (*c*) non debuerit in curia præſentari.

De

(a) *Allegata probari*. Utpote citatus eſſet peregre ſine dilatione, vel quod eſſet ægritudine impeditus, ita ut in jus produci non poſſit, ut patet optime, ff. de here. inſtit. l. ſi quis inſtituatur, in fine, & dic ut ibi in gloſſa. Et nota, quod hujuſmodi cauſa abſentiæ debet legitime probari, & ſic per teſtes, vel aliam plenam probationem, ut hic. Videtur contradici infra de for. & forban. l. pœna, circa principium. & ita videtur contra: de excu. tut. ſcire oportet. §. ſufficit, ubi dicitur, quod ſufficit juramentum, ut ibi plene extraor. no. Niſi dicas, quod hæc intelligatur ſecundum illam, & quod hic dicit, legitime, referatur ad excuſationem allegatam, quod ſit legitima, & non ad probationem, ut in l. pœnam, nam alias bono modo quomodo abſentia ante citationem probari poteſt per teſtes. Niſi diceres, quod ſufficit, ſi teſtes deponant, quod viderunt eum diſcedere de terra ante citationem, & accinctum ad eundum ad talem locum. Vel dic, quod hoc corrigitur.

(b) *Non potuerit*. De facto, ut ff. de re jud. contumacia.

(c) *Non debuerit*. De jure, ut ff. de judi. ſi quis ex ali.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſtatim plectitur ad tertiam, hæc enim eſt pœna legis. Major autem videtur ratio, quando certa pœna per judicem imponitur, quia durius agitur cum eo, qui contemnit judicem, quam cum eo, qui contemnit legem. ff. de arbi. l. Celſus, totus tit. commina. vel epiſtolas, loquitur in debitore negante. Nam ſi conſtaret de debito, poſſet judex ſibi pœnam imponere, quod ſolvat. Et ſic intelligunt quidam Moderni §. ſolent. l. tutor qui repertorium. Item datur præceptum quod ſolvat. ff. de jud. ſi debitor. Item ſi dicatur ibi, quod judex ſequatur decretum prætoris non propter contumaciam, ſed propter moram, quod decretum non declarat, & hic propter moram, quia non venit, valet pœna. Sed tunc quando ſub certa pœna citavit, non exigetur tertia, vel major. d. l. in pecuniariis. Hæc omnia patent per acta, & ideo non eſt neceſſaria alia condemnatio. 2. q. 1. §. quando, ſic de omnibus, quæ jubet judex in judicio, tanquam judex. C. de teſti. l. nullum. Si vero obligaſſet ſe reus non in judicio ad certam pœnam, ut veniret, quando vocaretur, & vocatus non venit, committitur pœna, quæ exigetur quando probabitur, & ſic tunc oportet citari & convinci. Poterit enim eſſe quod remiſſa erat per pactum illa pœna poſt conventionem, non convictus non debet damnari. 2. quæſt. 1. nos in quemquam, & arg. C. de pact. l. ſi pacto quo pœnam, ſed quando judex invenit obligationem in actis, & ſit contrarium, non debuit divinare, quod fuit ſibi remiſſa. ff. man. l. ſi fidejuſſor. §. non male, nam vocatus debuit hoc allegare per ſe, vel per alium, quem debuit in domo relinquere, ut dictum eſt, arg. ff. de judi. l. ſi quis ex aliena. quandocunque vero veniens audietur ex hac juſta cauſa, & revocabitur quod factum eſt per reſtitutionem. ff. de damno infecto. l. ſi finita. §. ſi forte, & ſi veniat, re integra, antequam fiat executio, revocabitur. ff. ut in poſſeſſ. leg. ſi pecuniæ.

E *Dictorum ordinem*. In textu, etiamſi ſine ſcriptis. Nota, quod citatio poteſt fieri ſine ſcriptis. In contrarium eſt caſus in l. contumacia, de re judica. & ff. de fideicom. lib. l. cum vero. §. ſubventum. Bartholomæus de Capua.

In textu, a die citationis. Sed pone, quod citatur aliquis, quod tertio die poſt citationem compareat, nunquid dies citationis computetur? dic quod non per iſtum textum, quia littera a; excluſionem & ſeparationem denotat, ut ff. de actio. emp. l. ratio. §. fin. de heredi. po. Inſti. l. 1. in fi. ibi, a morte teſtatoris id eſt poſt mortem, arg. contra quod computetur. C. de appell. l. 1. Sed primum verius, & ita in judiciis quotidie obſervatur. Bartholomæus de Capua.

Et dic circa hoc, quod elapſo die peremptorii, in quo citatus non comparuit: hodie habet triduum de æquitate, infra quod triduum poterit impune exinde comparere, quo die elapſo poſt peremptorium condemnatur reus contumax. Bartholomæus de Capua.

Et dic quod citatio debet continere cauſam, alias eſt nulla, ut hic, & ſi continet injuſtam, non tenetur venire citatus, ut notat Innoc. in c. quod ſuper. de major. & obedientia. Petrus de Monteforte.

In gloſſa citatorium ibi, l. ult. Et tali modo citatus non cogitur venire, imo citatus tali modo punitur, ut ff. de falſ. l. qui nomine, & in Auth. de quæſt. §. ſi vero.

In gloſſa allegata, in princ. Sed an excuſator debeat ſatiſdare de repræſentando perſonam, quam excuſat? dic quod non, ut notatur in Auth. de depoſ. circa principium, & eſt ratio, quia ex quo allegat cauſam juſtam abſentiæ, non eſt contumax, ergo patet quod contra ipſum non poteſt procedi tanquam contra contumacem, ut ponitur in gloſſa in l. in eo. §. 1. de reg. jur. & melius per Innoc. de accu. cap. veniens. Nicolaus Ruffus.

In eadem, ibi, juramentum. Et hanc opinionem tenet Nicolaus Ruffus, pro quo eſt. ff. de bo. aucto. jud. poſ. l. fi. §. fi. Sed Odoffr. diſtinguit, aut per dictam excuſationem læditur alius, ut quia impediebatur, propterea ſolutio, vel condemnatio facienda, & debet plene probari, aut nullus lædebatur, & tunc habet locum. §. ſufficit. ibi, pupillus non lædebatur, quia dabitur ſibi alius tutor, ita tenet ipſe in prælegato. §. ſufficit. Petrus de Monteforte.

In eadem gloſſa ibi, ante citationem. Quod hic dicitur, hodie eſt correctum per ca. Ducis Calabriæ, ubi dicitur, quod ſi aliquis fuit in civitate uno die vel duobus ante, & eſt de illo delicto diffamatus, & citatus eſt, quod tunc ſi teſtes deponunt, quia viderunt eum accuſatum euntem ad talem locum, iſta excuſatio non auditur, per c. ſupradictum, quod incipit, poſt commiſſum a delinquente flagitium factum per dominum. Bartholomæus de Capua. Petrus de Monteforte.

In eadem gloſſa ſupra in verbo juramentum. Veritas eſt quod allegans cauſas abſentiæ, non teneatur probare, ſed ſuo ſacramento creditur, ut extra, de proc. c. querelam, nec tenetur ſatiſdare de præſentando eum in certo aliquo termino, ut in c. veniens, de accuſat. & no. de reg. ju. l. in eo. §. 1. Sed an teneatur ſatiſdare judicatum ſolvi? dic quod non, ut notatur per gloſſam C. de procur. l. exigendi. Sed an teneatur ſatiſdare de ſolvendis expenſis, ſi injuſte appareat excuſaſſe? dic quod ſic, ut colligitur in Auth. de depoſito. circa princ. ſecundum Bartholomæum de Capua. Griſonm.

In eadem, ibi, per teſtes. Hoc etiam eſt de jure canonico, ut in cap. cupientes, de elect. in 6. Petrus de Monteforte.

In textu, Legitime in principali caſu. Nota ergo ex hoc contra opinionem Inno. in c. querelam, de dolo & contuma. quod etiam ſine ſpeciali mandato poteſt quilibet pro abſente tantum cavere, ſive ſimpliciter cauſam allegare, ſecundum quod gloſſæ hic poſitæ intelligunt. Sed quid ſi procurator conſtitutus in criminalibus fuit repulſus, an admittatur ſaltem ad allegandum cauſas abſentiæ? videtur quod non, arg. l. maritus. C. de proc. in contrarium eſt caſus, extra,

de

De aſſignatione litterarum citatoriarum.

TITULUS C.

Tam pro cauſa civili, quam criminali, videlicet, citatio facta de commiſſione judicis in domo habitationis ipſius citandi, ſi in ea appoſitus eſt terminus triginta, vel quadraginta dierum in præſentia teſtium: & ſi non comparet, nec allegatur juſtum impedimentum, contumax reputabitur. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias. Idem.*

CItationis (*a*) litteræ (*b*) tam per Juſtitiatium, quam per Bajulum, tranſmittendæ ipſi eidem, qui citandus fuerat, ſi ejus copia haberi poterit, ſub publicæ perſonæ teſtimonio, (*c*) vel præſentia duorum, vel trium te-

---

De aſſignatione litterarum citatoriarum. Rubrica.

(a) C*itationis*. Si citandus præſtet aditum ad ſe, citari debet, ut ſupra tit. prox. dixi: & hic dicitur in principio, alias ſi non compareat, ſufficiat ad domum mitti citatio ſaltem in limine, concur. ff. de damno infec. l. 4. §. 2. cum ſim. & ille judex, cui citatio eſt commiſſa, poteſt hoc expedire, ſive per ſe, ſive per alium, cui ipſe commiſerit: nam non eſt ſibi mandata cauſæ cognitio, quæ deſideret interpoſitionem decreti, quod per libellum expediri non poſſit, ut ff. de offi. procon. & leg. l. nec quicquam. §. ubi decretum, ſed eſt electus miniſter: igitur poterit alteri committere, quod eſt no. argu. contra, imo expreſſum extra de offic. jud. deleg. c. fin. Si citatus prædicta forma, per ſe, vel per alium, non comparuerit infra terminum, contumax reputetur, & ſic non eſt neceſſe, quod citatio perveniat ad notitiam citati, ut ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind. l. 1. §. item cum.

(b) *Litteræ*. Quæ debent peremptorium terminum continere, ut ſupra l. proxi. poſui. de illis enim facit hic mentionem quandam adjiciendo diſtinctionem.

(c) *Vel præſentia*. Per hanc conſtitutionem ſolvitur illa quæſtio, quæ ſen. ſine appell. l. 1. §. item cum ex edicto, & dicitur eſſe lis ſub judice, ut no. ff. de appell. ex conſenſu.

ANDREAS DE ISERNIA.

de dilationi. c. fi. Sed quæ dicatur cauſa ſimpliciter, & quæ cauſa cauſæ: dic quod cauſa infirmitatis, vel abſentiæ, non eſt cauſa cauſæ: ſed cauſa tantum, aliar cauſatum: ſed cauſa cauſæ eſt quando procurator ſic generaliter ordinatus vult dicere, quod non tenetur coram vobis venire, quia eſtis ſuſpectus, vel non ſuus judex, vel excommunicatus. Iſta enim eſt cauſa cauſæ ſecundum veram opinionem Inno. poſitam in c. cum dilectus, de dolo, & contuma. & in c. veniens, de accu. & in c. querelam, de procur. & per Archid. de elect. c. 1. lib. 6. & 3. q. 6. c. hoc quippe. Ratio diverſitatis: quia in c. 1, allegando abſentiam, judicium differtur tantum; in ſecundo dico, non eſtis ſuus judex, tollitur judicium in totum, quod non poteſt per alium pati ſine ſpeciali mandato per dicta jura. Barthulumæus de Capua.

In textu, excuſatione legitime probata. Nota quod pro voluntaria abſentia datur terminus, & dilatio ad comparendum, & hoc eſt novum, quia alias de jure communi procederetur ad miſſionem in poſſeſſionem, ut hic: niſi abſentia voluntaria fuiſſet poſt citationem, de quo dic, ut per And. in tit. de contro. inter va. & alium, de benefi. Petrus de Monteforte.

De aſſignatione litterarum citatoriarum. Rubrica.

C*itationis litteræ recepto a familiaribus ſacramento*. Hoc ponitur ad favorem ejus, ad cujus petitionem fit citatio, † & ad majorem exaggerationem, ſicut de eo, quod dicitur, quod peremptorium debet pervenire in notitiam citati. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. item cum ex edicto.

Additio. *Adde an peremptorium ſit ponendum in prima citatione? vide per Hoſt. in ſum. tit. de dila. in §. quot ſunt dilationum ſpecies, in 1. col.*

† Additio. *Non habet locum in Bajulo, ut per Parid. in trac. ſyndic. in verbo, monſtrat, & in reperto. And. in verbo, citatio. in prin. vide eundem And. de Iſer. infra c. 1. col. 2. in fi. de contr. inter vaſal. & alios de benefi.* De Bottis.

Quod ſi non fiat, non minus valet citatio. C. de legi. l. quod favore, nam non eſt de ſubſtantia, & ſic valet ſine eo. ff. de ventre inſpiciendo. l. 1. §. fi. aliar contra. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor. & ſi non fiat, agat citatus contra citatorem, proinde arg. C. de jud. l. ſancimus, nam in criminalibus non exigitur, ut ad notitiam perveniat vocati, ut not. ff. de requi. reis. l. 1. Multo fortius in civili, & in criminali, ut no. de acc. l. 4. & qui accuſ. non poſ. l. 3. nam ſemper ſufficit, quod citatio fiat domi, ut hic plene in gl. Quod autem dicitur hic, in qua uxor ejus, vel filii, vel ejus ſpecialis familia commoratur, reſpexit frequentiam, ad quam jura adaptantur, ff. de leg. nam ad ea. communiter ſic contingit, quod abſentes tales perſonas relinquunt in domo. Si ergo citatio eſt facta alibi, & alibi relinquit familiam, de quo conſtat, citatio non valebit. Sed ſi non relinquit aliquem in domo, ſufficit citationem fieri in domo, ubi conſuevit habitare, quando erat præſens, ſecundum omnia jura, quando dicunt, ſufficit citatio facta domi, alias quilibet effugeret judicium, dum ſciret, vel opinaretur ſe debere citari, recederet, nullo derelicto in ſua domo, cum deberet relinquere procuratorem, ut in c. dilectus, & ſic ſufficit data inſtantiam. 1. quæſtio. 1. ſicut urgeri. Si vero reliquerit, & eſt mortuus in abſentia cauſa probabili, ſicut ſtudiorum, & ex cauſa voluntaria, eſt differentia, ut ff. ex quibus cau. ma. l. necnon de in integ. reſtit. l. fin. in diſtinct. abſentiarum in glo. Quod vero dicit ſub publico teſtimonio, vel præſentia duorum, &c. videtur quod ſufficiat judex, aut tabellio, qui dicitur perſona publica. C. de epiſc. & cle. l. orphanotrophos. C. de falſis. l. ſi quis Decurio. Item quod dicit, vel duorum, &c. videtur determinare, ut non ſtetur dicto citatoris, aut nuncii † jurati, niſi fiat coram duobus vel tribus teſtibus, & hinc ſumitur forma litteræ citatoriæ, qua mandatur, ut reſcribat diem citationis, coram quibus & quicquid inde fecerit is, & ſic utimur, ut ſi reus condemnatus maxime dicat ſe non citatum, probetur per teſtes, qui interfuerunt: ſed ſi non refertur, non credatur citatori, vel nuncio jurato, ut ff. de rebus eorum, l. magis. §. ne tamen. extra de appel. cum parati. in glo.

† Additiones. *An credatur nuncio: & an ſi nuncius retulit in ſcriptis ſe perſonaliter citaſſe, demum dicit quod erravit, ſi ſtetur primo vel ſecundo dicto, vide Bolog. in conſi. 52. col. 2. & omnino Guid. Papæ in deciſ. 628. de quibus verbis mentionem fecit Luc. de Penna in l. 1. C. de decur. lib. 12. ubi late proſequitur.* De Bottis.

Et an credatur nuncio dicenti ſe citaſſe aliquem, vide Rom. conſi. 497. & late per Jaſ. in §. quadrupli, Inſtit. de act. & quod relatio nuncii debet eſſe clara, Alex. conſi. 2. vol. 3. Et quando ejus relationi credatur, & quando dicto officialis, Luc. de Penna in l. 1. C. de decur. & ſtatio. lib. 12. Fabius Jordanus.

Alicubi extra Regnum de maximis factis creditur nuncio Curiæ. In Regno oportet ſervari formam hujus conſtitutionis, quia etiam in terra, ubi eſt Curia, fit citatio per ſervientem Curiæ, qui refert ſe citaſſe coram talibus. Abſurdum eſſet, quod uni ſervientium, qui conſueverunt eſſe leves perſonæ, in una magna re ſoli credatur, ſed publica perſona habetur pro duabus, unde non ſoli publicæ perſonæ creditur, quia eſſet con-

Digitized by Google

teſtium aſſignentur. Quod ſi, ubi ſit qui citandus fuerit, ignoretur: vel inventus haberi ad ſe aditum (a) non permittat, ſufficere volumus, quod denunciatio (b) domi * fiat, in qua uxor ejus, vel filii, vel alia ſpecialis familia commoretur, recepto a familiaribus ſacramento, quod citationem factam, quamprimum poterunt, ad notitiam citati perducant. Si vero domus (c) non aperiatur citare volenti, litteras citatorias in limine domus poni jubemus, ſub teſtimonio ſupradicto, & ex tunc triginta, vel ſexaginta dierum tempus, quod in ſe litteræ continent continuum numeretur. Quæ omnia per eum, cui fuerit commiſſa citatio, volumus expediri, & ſeriatim citanti reſcribi. Illa in poſterum dubietate ſummota, quod is, cui facienda citatio extiterit denunciata, mandatum ipſum, tam per ſe, quam per alium fide dignum, cui ſpecialiter hoc commiſerit, exequatur: (d) cum hic, (e) non ut judex cauſæ,

(a) *Non permittat*. Secus de jure veteri. Ie enim, qui in domo eſt, ſi aditum ad ſe non præſtet, nec ex publico conſpiciatur, nec re, nec verbo in jus vocatur, ut ff. de in jus vo. pleriqne, & l. ſatis. Vel dic idem eſſe quoad affectum, quia tanquam contra contumacem procedirur contra eum, quod dic, ut no. in l. illa, pleiique, & l. ſatis, & in ſum. de in jus vocan. §. qualiter, & in ſum. de offic. jud. ju. G.

(b) *Domi fiat*. Facit. ff. de liber. agnoſ. l. 1. circa prin. ff. de dam. inſec. l. 4. §. toties. ff. de excuſ. tu. ſcire. §. 3. & quod vi, aut clam. l. ante. §. 1. C. de ann. excep. ut perfectiur. Quid accipiatur nomine domus? dic ff. de liber. agnoſcen. l. 1. in princ. G.

Additio. *Adde l. cetera. §. hoc ſenatus, de lega. 1. l. 1. ff. de Car. edi. Ange. in l. pleriqne. ff. de in jus vocan. cap. inter alia. de immu. ecc. & an comprehendatur oſtium domus? vide per Jaſ. in d. §. hoc ſenatus, & an veniat navis? vide per Ludo. Rom. in l. 1. §. domum. ff. ad Syll. & per Barba. in rubrica de reb. ecc. non alie. & an veniat apotheca? vide per Fely. in proœ. Dec. in 5. col. ver. & licet appellatione domus.* Superantius.

* Additio. *Quando ſufficiat citari quem ad domum, vide Roma. conſ. 454. Et quod quando tractatur de magno præjudicio, non debet quis citari in domo, Soc. reg. 2. & Card. conſ. 113. Item, quando reus nunquam fuit in judicio, debet perſonaliter citari ad ſententiam vel ad juramenta teſtium, vide add. ad Ang. in l. 1. §. ſi. quan. appel. ſit, & quando debeat citari procurator & quando principalis, vide Dec. conſ. 460. & quando procurator citatus poſſit petere terminum ad ſe inſtruendum a principale, vel ab ejus amicis, Bal. in c. cum dilectus de procur. Spec. in tit. de dilat. Et quod de citatione facta in eccleſia, an valeat, Jo. Fabri. in l. præſenti. C. de his que ad eccle. confug. Et an valeat citatio ſine die, Rotæ, deciſ. 335. & latiſſime quando quis poſſit citari ad domum, & quando quis præſumitur ſcire, quæ ſibi domi denunciata ſunt, vide Tiraq. el. in tract. retract. conſang. §. 9. glo. 2.* Fabius Jordanus.

(c) *Non aperiatur*. Concord. ff. quod vi, aut clam. l. vim facit. in prioc. extra de dolo, & contum. c. ultimo, & dic, ut ibi.

(d) *Cum hic*. Ille vero, cui commiſſa eſt citatio, poteſt alteri citationem hujuſmodi demandare. Andr.

(e) *Non ut judex*. Iſta videtur potius ratio in contrarium, nam is, cui a Principe, vel a Papa aliquod miniſterium ſive factum committitur, & ſic non ut judex, vel cognitor, ſed magis ut quidem executor facti aſſumitur, ſubdelegare, & per alium expedire non poteſt. Quando vero juriſdictio ſine cauſæ cognitione a Papa, vel a Principe alicui demandatur, is uti-

ANDREAS DE ISERNIA.

contra l. juriſiurandi. C. de teſt. ſed citatori & ipſi. Ubi vero negaret reus ſe citatum, poterit legitimis modis probare contrarium, ut ſi per plores teſtes probaret ſe illo die, quo citatur, penitus fuiſſe abſentem. C. de contrahen. ſtipu. l. optimam.

Nec ab aliis legitime defendatur. Concord. ſupra l. proxi. in fine. Sed quid ſi miſit procuratorem inſufficientem, puta, quia in procuratorio non continebatur, quod fidejuberet pro eo de judicato ſolvendo ſub hypotheca quod eſt neceſſe, ut Inſti. de ſatiſ. §. ſed hodie? teneret quidem judicium cum tali procuratore, & fieret executio contra dominum, ff. de procu. l. ſi procuratores, §. per contrarium. Sed ut cautius ſit actori, induxit hoc novum Juſtinia. ut ſatiſdet dominus ſub hypotheca. Et ideo ſi velit actor, reputabitur reus contumax, quantum ad hoc, ut fiat miſſio, ut in d. §. Sed an tunc poſſit aut debeat huic remitti condemnatio ad tertiam partem mobilium, quæ eſt Curiæ, ut infra l. proxi. judicatum fuit quod ſic, nam legitime defenderetur in principali, ſi vellet actor, & teneret judicium, ſicut prædictum eſt. Si ergo eligit potius fieri miſſionem ad Curiam & judicem, non contempſit, ut tanquam contumax, perdat tertiam. Mulcta quidem, quæ judici acquiritur, habet locum quando contempſit venire, non aliter, ut no. ff. ſi quis jus di. non ob. l. 1. in fine glo. quæ incipit, hic no. &c. nec eſt in culpa citatus ſi non diſputavit de apicibus juris, ff. man. l. ſi fidejuſſor. §. quodam, cum etiam magis juriſperiti & experti notarii plures in hoc errent, & tunc interpretandum erit in bonam partem argu. ejus quod no. ff. de verb. obli. ſtipulatio iſta. de teſte, qui dicit vidiſſe Titium poſſediſſe, quia reducitur ad id quod valeat, eo quod peritiſſimi definire poſſeſſionem non ſunt auſi, & juris error in damnis non nocet, ff. de juris & fac. igno. l. error. Item principale, ſicut eſt condemnatio partis, poteſt eſſe ſine acceſſorio, ſicut eſt condemnatio Curiæ, argu. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. ex pupillari, non econtra, ff. de reg. jur. cum principalis, hoc ſatis bene dicitur, ſed multi extendunt, ut condemnatio Curiæ fiat tunc tantum, quando contumax eſt in delicto, ut quia perſonaliter inventus non venit, ſecus ſi ficte fuit contumax, ut quia citatus in domo, quod ad eum non pervenit, vel habebat cauſam, licet injuſtam non veniendi, hic non contemnit, quia ignorat, ff. loc. ſi ignorans. Innuitur per Azo. in ſum. ſi quis jus di. non ob. & no. Roffr. eo. tit. §. item quare, ſed hoc in contrarium ſervatur propter judiciorum rigorem ſervandum, cum ſufficiat citari in domo, ut neceſſe habeat relinquere procuratorem, ut in c. cum dilectus, & licet habeat juſtam cauſam non eundi, debet ire, vel mittere procuratorem hoc allegaturus, unde ficte contumax eſt in dolo præſumpto omittens ea, quæ leges præcipiunt. Gloſſa determinat in contrarium infra eo. l. rei vendicatione conventos. Et iſtud dicit eſſe verius, quia contumacia eſt delictum, quia neſcivit ſe citatum, licet ſit negligens non relinquendo procuratorem, etiam in diſſoluta negligentia & in lata culpa, & lata culpa dolus non eſt, licet ſit ſimilis dolo. ff. depoſi. l. quod Nerva. ff. depo. l. ſi fidejuſſor. in principio, ubi ſi ſciviſſet, debuiſſet ire, vel mittere allegaturus id. Et dic in d. l. rei vendicatione.

Contumax reputetur. Nunquid poſt terminum comparens purget moram? dic quod ſic re integra. C. de tranſact. l. nec intentio, ff. de op. leg. l. mancipiorum, in ſi. &, ut in poſſ. leg. ſi pecuniæ, tamen reſtituet expenſas, quas fecit adverſarius a die, quo fuit contumax, niſi probet ſe juſta cauſa abfuiſſe. C. de judi. ſancimus, ff. ſi quis cau. & ſi poſt tres, in gloſſa, & extra de procura. c. 2. in gloſſa. Idem dic in defenſore excuſante, ſeu excuſatore, poſt terminum re integra, ſcilicet quantum ad condemnationem probare poſſit legitimum quid, quare in termino ſtatuto non

ſæ, (a) ſed ut quilibet miniſter alius ad faciendum aliquid aſſumatur, nec cauſæ cognitionem hoc contineat, quod mandatur, ut (b) per libellum non valeat expediri. Quæ omnia volumus in poſterum obtinere, ſive civiliter quis, ſive criminaliter impetatur. Prædictis autem modis, vel quolibet prædictorum citatus, ſi per ſe non compareat, nec ab alio legitime defendatur, vel pro ipſo legitima excuſatio (c) proponatur a judicibus (d) contumax reputetur.

De

utique ſubdeleget, primo enim caſu eligitur perſonæ induſtria, a qua non eſt aliquatenus recedendum, ut extra de offi. & pot. jud. deleg. c. ult. & ibi de hoc. Et ad id. C. de exac. trib. l. miſſi opinetores, lib. 10. & ff. de ſolu. l. inter artifices, de oper. liber. l. operæ io rerum, dic ergo, quod hoc factum, ſcilicet, de citando non exigit magnam induſtriam, & eſt tale, quod poteſt per alterum eepediri, ut arg. C. de caduc. tollen. §. ſin emem in faciendo, & ff. de duob. re. l. nemo. Sed dubium erat, cum citatio facienda demandaretur ab alio, quam a Principe, non videbatur poſſe ſubdelegari, ut C. de judi. l. a judice.

(a) *Sed ut quilibet*. Id eſt, vilis, ſic exponitur. ff. qui ſatiſdare cogantur. l. ſi vero pro condemnato. §. qui pro rei qualitate, quaſi dicat iſtud eſt vile miniſterium, quod eſt commiſſum, ubi ſcilicet non exigitur induſtria, & ſic poteſt is, cui eſt commiſſum expedire per alium, alias ſecus, ut ſupra, proxi. nu. Item hic ſicut declarat littera, fuit mandatum, ſecus ſi juſſio, vel præceptum, ut no. ff. de offic. præſid. l. ſæpe, & l. ſeq.

(b) *Per libellum*. Id eſt per ſcripturam. Ea enim quæ cauſæ cognitionem &c. quæ no. ff. de reg. ju. l. omnia, de quibus ſi plenam ſequi vis doctrinam, repete quæ no. ff. de rei vend. l. omnia quæcunque cauſæ, &c. ſecundum Accurſ. & ad id. ff. de off. Procon. & leg. nec quicquam. §. ubi decretum.

(c) *Proponatur*. Et probetur, ſupra. l. proxi. in ſi.

(d) *Contumax*. l. proxi.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

non venit ille, quem defendit, vel excuſat, quia ſi poſſet principalis, poterit & defenſor. C. lib. 10. de proximis ſacrorum ſcriniorum, l. in ſacris, ff. ſoluto matr. l. elia. cum concord. & tunc ad expenſas non tenebitur, ſicut nec principalis, ſi autem longe poſt terminum ante condemnationem dicit eum non poſſe nunc venire, ſolvet expenſas, ſicut & ipſe reus principalis ſolveret, ut dictum eſt, licet ergo dicatur hic, ſupra l. proxi. in fine in termino ſibi dato, & infra terminum, &c. non excludit quin poſſit, ſi res ſit integra. Non obſtat, ff. rem ra. ha. l. bonorum, ubi infra tempus, quo poſſet peti debet haberi ratum, quia & hic infra tempus venit, ſcilicet antequam condemnetur: ſecus eſſet in actore, ſi ejus procurator eſſet inſufficiens, etiam in peremptorio die, quia poſtea ei non ſupplebitur, cum ſit jam circumductum peremptorium, ff. de judi. l. & ſi poſt. in reo habet locum d. l. bonorum, & ſic conceditur reo, quod non actori. arg. C. de dila. ſi quando, ff. de do. excep. l. pure. §. fin. & ſubtiliter colligitur, C. de temp. in integ. reſtit. l. petendæ. Reo conceditur re integra, ut dictum eſt, dummodo expenſas & intereſſe actori ſolvet a die contumaciæ, quia jus ejus non debet fieri deterius, d. l. & ſi poſt tres. Judex tamen poteſt reum contumacem die peremptorii ultima hora condemnare, quod dic, ut dicitur extra de off. deleg. conſuluit. In contractu totus dies † eſſet ſolventis. Inſtit. de verb. oblig. §. omnis, & de inuti. ſtip. §. ſi. Poteſt etiam expectare & gratiam in tempore facere. C. quomodo & quando ju. l. 1. peremptorium circumducitur morte rei, ſicut actoris, ff. de re jud. in ſum. §. ſi. & tunc ſi transfertur judicium in heredem, citatur ex integro, ſicut & in contractu interpellatur heres iterum. C. de ju. emp. l. pen. in gloſſa.

† Additio. *Nota ex verbis Andr. quod ſi dantur duæ vel tres dies ad comparendum, poterit condemnari ultima hora diei, & ſic non expectare lapſum termini totius*. De Bottis.

C*itationis litteræ*. Nunc quæritur, his diebus proximis eſt de facto tractatum, quidam accuſatus eſt de morte Sempronii, & propter ſui contumaciam ad tertiam partem bonorum mobilium condemnatus, reliquis bonis ejus uſque ad anni circulum annotandis, & quia crimen prædictum fuit evidens atque notorium, judex contumaciam puniens, in exemplum, motu ſuo domus fecit dirui, in quibus erat ſolitus dictus contumax habitare, quod frequenter judices motu proprio faciunt, ut ff. commu. divi. l. ſi is cum quo. Elapſo vero anni ſpatio e tempore condemnationis ejuſdem, cum prædictus judex inſtante parte contra accuſatum ipſum vellet procedere ad forjudicationis ſententiam proferendam, citari fecit eundem, quæ citatio in prolatione dictæ ſententiæ per ſupradictum ritum curiæ opportune requiritur, citetur autem cum inveniſſet domum dirutam accuſati, ac neminem ibi habitantem, ipſum juxta præſentis conſtitutionis edictum citare nequivit, quæritur qualiter ſit procedendum ulterius in citatione prædicta? Circa quod dicendum videtur probabiliter, quod cum modus citationis per conſtitutionem iſtam inductus de citando in propria domo ſervari non poſſit, quia domus eſt diruta, ſervabitur modus legis antiquæ, ut fiat citatio per edictum publice propoſitum, ſeu proſcriptum, ſicut fiebat per leges antiquas, ut in Auth. de litigioſis, §. omnem, colla. 8. arg. ff. de inſtit. actio. l. ſed & ſi pupillus, §. proſcriptum, & ff. de ſervis fugitivis, l. 1. in fine, alias incipit lex, in publicum. Et hoc probat argumentum efficax præſentis conſtitutionis, ut infra ſequitur, quod ſi domus non reperiatur citare volenti, litteras citatorias in limine domus poni jubet. Dicimus autem ponendum citationis edictum in locis frequentioribus civitatis, unde homines communius, frequentius, & uſiterius tranſeunt, argumentum bonum & expreſſum. C. de defenſoribus civitatum, l. jubemus. Eſt etiam regulariter, quod quoties beneficio novi juris non valet uti, debet recurri ad ſubſidium veteris conſtitutionis, argumentum bonum, ff. de reg. jur. l. quoties. Bartholomæus de Capua.

In verbo, Exequantur. Nota ad quæſtionem de facto Neap. Quidam Dux commiſit Juſtitiario terræ Hydruntis, ut faceret citari quendam Baronem ſuper quæſtione feudali per ſe, vel per alium Juſtitiarium, commiſit citationem aliis, ille vero citavit prædictum Baronem, & fecit relationem Duci, & non Juſtitiario, dubitabatur nunquid talis relatio valeret? & determinatum fuit per ſapientes Neapolitanos, quod ſic, & hoc probatur, ff. de here. inſt. l. impuberem, §. qui codicillos, & l. aſſe toto. eo. tit. Bartholomæus de Capua.

In verbo, Aſſignetur. Sed hodie hæ litteræ citatoriæ principales non aſſignantur, ſed earum copia principali perſonæ, ſi vult eam. Bartholomæus de Capua.

In verbo, Volumus. Sed quid ſi ille, qui debet citari, ſit magna perſona, ita quod dubitatur ire ad ipſum citandum, dic quod ſufficit, quod ponatur citatio in loco vicino, ſeu in eccleſia vicina illi citando, ita Andr. de Iſernia, 10. colla. de mili. vaſallo, qui contumax eſt. Imo plus, quod ſtetur verbo citantis, ut notatur ibidem, & eſt caſus extra de foro competenti c. 3. & ibi per Joan. Andr. Nicolaus Ruffus.

In textu, domi. Nota quod ſi citandus non invenitur, debet fieri domi, & ad hoc, ut valeat citatio

facta

De pœna contumaciæ in civilibus cauſis.

TITULUS CI.

Hodie ſublatis pœnis antiquis Juſtitiarii, pro contumacia ante litem conteſtatam, non imponit pœnam niſi tertiæ partis bonorum mobilium, ſive cauſa ſit civilis, ſive criminalis, ſive contumax ſit pauper, ſive dives. Bajuli vero pro contumacia non puniunt contumacem, niſi in uno auguſtali in uno menſe. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

PŒnam (*a*) * novem unciarum auri, & tertiæ, quæ in contumaces hactenus in judiciis obtinebat, a noſtra republica proſcribentes, Contumacem, cujuſcunque conditionis ſit; conventum civiliter, vel criminaliter (*b*) accuſatum, tertia parte bonorum mobilium noſtro ærario inferenda, in poſterum mulctari (*c*) cenſemus. Sic enim & judiciorum vigor augebitur, & perſonarum competens diſcretio (*d*) inducetur. Plerunque etenim contingebat aliquem vilem, & pauperem in prædictis novem unciis condemnari, qui non tantum aliquando, aut amplius non habebat, in quo mulcta prædicta, nedum fines modeſtiæ, ſed ſeveritatis etiam terminos excedebat. Contingebat interdum nobilem aliquem, & in facultatibus opulentum, pœnam ipſam eludere, dum nihil fere diminui de patrimonio providebat, ſed quota detracta mobilium æqualem pro qualitatibus perſonarum contumacibus pœnam imponit. Civilibus autem cauſis coram Bajulis agitandis citatus contumax,

De pœna contumaciæ in civilibus cauſis. Rubrica.

(a) PŒ*nam*. Pœna contumacis eſt in tertia parte mobilium, & hac ratione contemptus alia pœna imponitur. ff. ſi quis jus di. non ob. quia adverſarius in poſſeſſione rerum ipſius mittitur pro menſura, &c. ut infra proxima conſtitutione in auth. ei qui jurat. C. de bo. auctor. ju. poſ. l. cum proponas, tunc demum mittitur in poſſeſſionem feudaliam, ſi feudales res poſſidet contumax, cum paganica non ſufficiunt, ut hic, & hæc pœna locum habet ante litis conteſtationem.

Pœnam. Loquitur hæc conſtitutio de citationibus, quæ fiunt per Juſtitiarium. De citatione vero Bajuli qualiter fiat? loquitur conſtitutio nova, in civilibus. hic debet eſſe poſita, quæ nova conſtitutio corrigit l. 2. de dilatio. & de except. l. dilationes, ubi dicit pridie antea futurus reus citari debet, &c. ibi no.

* Additio. *Vide Aff. in conſtitutione grandis, num.* 5. De Buttis.

(b) *Accuſatum tertia*. Sed nunquid judex, vel Bajulus poterit indicere pœnam majorem tertia parte bonorum mobilium? & recte quæro, quia delegatus, cui minus licet poſſit hoc facere, ut infra de proba. l. in pecuniariis, alias, de an. teſt. l. 1.

(c) *Cenſemus*. Nunquid reliqua bona annotantur? videtur quod ſic, ut infra de pœna contumaciæ in crimin. cauſa. Sed credo, quod illa loquitur in criminaliter accuſato, & in hoc differt hic titulus ab illo.

(d) *Inducetur*. Punitur contumax ad tertiam partem bonorum mobilium: quod intelligo, cum eſt contumax coram Juſtitiario, vel Magiſtro Juſtitiario; nam coram Bajulo aliter punitur, ut in fi. ſequitur, & ſupra de offi. Ba. l. ad officium, in fi. Item contumax patitur miſſionem in poſſeſſionem, ut infra l. prox.

ANDREAS DE ISERNIA.

facta domi, quando citatus perſonaliter non invenitur, quæ ſint neceſſaria, dic ut per Archid. extra de elect. c. 1. in gloſſa ſuper verbo omne circa primum. Petrus de Monteforte.

In textu, §. ſi vero. Super hoc vide, quod notatur in c. cauſam, §. quod ſi forſan. in Cle. de elect. Petrus de Monteforte.

In gloſſa ille vero ibi, demandare, de quo dic extra, de offic. deleg. c. fi. per Inno. ubi notatur quod ſic, & vide ibi. Sed videtur, quod non poſſit: quia certum miniſterium eis commiſſum eſt, ut extra, de offi. deleg. cap. quoniam, niſi mandatum eſſet eidem quod citet per ſe, vel per alium ſimilem, extra, de dolo & conta. c. ult. ſed de jure civili, exequutor ambaſſiatam ſibi commiſſam alii exequutori delegare non poteſt, argumen. C. de exact. tribu. l. miſſi opinatores, lib. 10. Bartholomæus de Capua.

Hic etiam quæritur, quid ſi aliquis habet domum, in qua habet familiam, ut hic dicitur; & apothecam, in qua continuo laborat, ubi erit citandus? dic, ut extra ordinem, not. in l. in lege cenſoria ff. de verbor. ſignific. Bartholomæus de Capua.

In textu, denunciatio domi fiat. Si vero citandus non habeat domum, quia forte ex crimine ejus eſt diruta, ſervetur modus legis antiquæ, ut fiat citatio per edictum publice propoſitum, ut Auth. de litig. §. omnem, & ff. de inſti. l. ſed ſi pupillus, §. proſcriptum, & de ſervis fug. l. 2. alias, in publicum, pro hoc infra in limine domus: & intellige in locis frequentioribus arg. C. de defen. civit. l. jubemus. Eſt enim regulare quod quoties beneficio novi juris aliquis uti non poteſt, recurritur ad ſubſidium veteris conſtitutionis, arg. ff. de reg. jur. l. quoties duplici. Bartholomæus de Capua.

De pœna contumaciæ in civilibus cauſis. Rubrica.

PŒ*nam novem unciarum*. Bajulus citat prima die ante comparitionem, infra de dila. l. 1. & punit in uno auguſtali tantum per menſem contumacem jure Romano ter in anno. C. de modo mul. l. fi. Et habet locum hoc in mulcta infligenda a judice, ſecus de pœna legis. C. de ſer. fug. l. quicunque. Superiores Bajulo, ut Juſtitiarius & Magiſter Juſtitiarius citant per alia intervalla pro locorum diſtantia, ſupra eo. edictorum, & condemnant ad tertiam mobilium. Poſſet etiam majorem imponere pœnam citato, argumento infra de audien. teſti. in pecuniariis, & hoc innuit gloſſa, quæ pœna utrum exigatur ſine alia condemnatione, non videtur, quia nec tertia mobilium loco ejus pœnam majorem infligit, arg. ſi quis teſt. liber eſſe juſ. fu. l. 1. §. hæc actio. Dic tamen, ut ſupra, l. edictorum circa finem. Et ſi citavit ſub majori pœna quam debeat, citatio valet: ſed non pœnæ impoſitio, ff. de admi. tu. l. tutor qui repertorium, §. ſolent. Et judices in ſumma adminiſtratione conſtituti, ſcilicet habentes merum imperium, poſſunt citare ſub pœna omnium bonorum, in arduis dicunt Moderni, C. lib. 10. de ju. fiſ. l. certa. de decu. ſi ad magiſtratum, nam & poſſunt confiſcare principaliter, non ex conſequentia criminis, ſecundum Joannem, & Azo. C. ne ſine juſ. judi. lic. confiſ. l. 1. Sed hoc, aut corrigitur hodie, aut in deſuetudinem abiit, quia contrarium videmus ſervari, dum ſcilicet alias pœnas infligunt judices criminoſis. Diximus plene in tit. quæ ſunt reg. ſuper ver. inceſt. nup. & habet locum etiam in cauſa appellationis contumacia contracta, dictum eſt infra in conſtitutione appellationum tempora, infra de appel.

Con-

max, pro qualibet contumacia, & per quemlibet menſem, quo in ipſa duraverit, auguſtalem unum curiæ noſtræ perſolvat.

Duplici pœna affligitur contumax in actione perſonali, quia condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium. Secundo, quia mittitur reus in poſſeſſionem ſuorum bonorum ſtabilium pro menſura debiti ex primo decreto. hoc dicit. vel ſic, conventus actione perſonali, & condemnatus ad tertiam partem bonorum mobilium pro contumacia, patitur etiam primum decretum, quod exequitur pro bonis Burgenſaticis, & in ſubſidium bonis feudalibus. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem. † Alias, vel. † Alias, pro qualibet contumacia unius auguſtalis pœna mulctatum.

† IMPER. FREDERICUS.

CONtumacem (a) civili, & † perſonali actione conventum (b) ex nova conſtitutione noſtra, tertiam † mobilium partem mulctatum (c) antiquis juris regulis inhærentes, ante litem conteſtatam miſſionem ✠ in bonis pro menſura debiti declarati, quod ab ipſo exigitur, pati cenſemus. Si tamen contumax hereditariarum rerum, & feudalium poſſeſſor extiterit, in poſſeſſionem hereditariarum primitus, deinde (d) feudalium actorem inducendum eſſe cenſemus.

✠ Miſſio in poſſeſſionem bonorum debitoris ex primo decreto.

De pœna contumaciæ poſt litem conteſtatam in † *civili actione.*

† Alias, in civilibus cauſis.

TITULUS CII.

Si civili perſonali actione conventus poſt litis conteſtationem ſit contumax, ſi de cauſa liquet procedetur ad definitivam, a qua contumax non poteſt appellare, ſi non liquet, interponitur primum decretum, ſicut ante litem conteſtatam, & ſi probetur infra annum, de ejus latitatione, vel vera contumacia, quia dixit, nolo venire, interponetur ſecundum decretum quod dicta bona, in quibus miſſus fuit in poſſeſſionem ex primo decreto, vendantur, & ſi non probatur de latitatione, nec quod citatus dixit, nolo venire, poſt annum, interponetur ſecundum decretum, exceptis bonis feudalibus, in quibus non poteſt interponi ſecundum decretum ſine ſpeciali mandato Regis. Et judex poteſt ipſum contumacem, data commoditate, capere, & detinere carceratum tanto tempore, quanto ſtetit contuman, aliter facta venditio eſt ipſo jure nulla. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

SI (e) quis * poſt litem ſuper perſonali actione in civili judicio conteſtatam contumax

---

(a) C*Ontumacem*. Die ut ſupra l. prox. & hoc quando aliquis eſt contumax ante lit. conteſt. in quo caſu fit miſſio tantum, poſt litem vero ſerva l. ſeq.

(b) *Ex nova*. Supra l. proxi.

(c) *Antiquis juris*. C. de judi. l. properandum. §. enim autem ante miſſionem. Adjiciunt hic judices, quando pronunciant contra contumaces de hujuſmodi miſſionis cauſa rei ſervandæ, donec reus affectus tædio veniat in judicio reſponſurus. Quæ additio bona eſt, quando reus eſt contumax in actione perſonali: nam ibi incompetenter aptantur verba illa, cauſa rei ſervandæ, ideſt debiti ſervandi, ut patet in Auth. de exhi. & intro. re. §. ſi vero non adminiſtra. ad fi. col. 5. & ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. ſimiliter, & illa verba, donec tædio affectus, &c. in perſonali tantum actione locum habent, cum enim ſecundum veram opinionem hujus, miſſus in poſſeſſionem in perſonali non poſſideat, ſed tantum cuſtodiat, nec reus, qui hujuſmodi patitur miſſionem deiiciendus, ſive deponendus ſit de poſſeſſione, ſed ambo ſimul, ſcilicet actor & reus in poſſeſſione perſiſtant, erit actor ſic miſſus oneroſus & tædioſus convento, ut ſi conventus vadat in cameram domus ſuæ, actor ſequatur eum, & ſic in quacunque parte rei, in qua paſſus miſſionem conventus eſt, & actor ſimul proſequitur eum, ita quod conventus tædio, ſic affectus comparabit, & reſpondebit actori. Alias donec reſpondeat invitus actor non dimittet eum in pace, ut hoc patet, ff. ut in poſ. leg. l. Is cui. in princ. ubi prædicta verba, donec affectus tædio, ſumuntur. In reali autem actione: prædicta adjectio eſt prorſus incongrua, nam cum ibi petatur, quod eſt ſuum, & non quod eſt ſibi debitum, ut ff. de au. & arg. l. Quintus Mutius. §. argen. & l. ſcribit. in princ. non poteſt dici, quod actor mittatur in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ, ideſt debiti ſervandi, ſed mittatur in poſſeſſionem rei petitæ, ſimiliter cum eſt in reali miſſus, ſtatim poſſideat, & conventus, qui miſſionem patitur deſinat poſſidere, licet poſſeſſionem recuperare valeat infra annum, & ita in poſſeſſione ambo inſimul non conſiſtant. Nam poteſt dici actor convento tædium facere, & ſecundum ſignificationem illorum verborum, donec affectus, &c. tam reus poſſet recuperare poſſeſſionem quandocunque etiam poſt annum: nam illud verbum, donec, multum ſe extendit, & perpetuitatem denotat, ut patet. ff. de alimen. & cib. leg. Caio Seio. §. 1.

(d) *Feudalium*. Venditionem autem feudalium ſolus Imperator permittit, ut infra l. proxima.

De pœna contumaciæ poſt litem conteſtatam, &c. Rubrica.

(e) S*I quis poſt*. Dixit ſupra de pœna contumaciæ ante litem conteſtatam, nunc poſt litem conteſtatam. Et quidem ſi citatus prædictis modis, puta, vel perſonaliter, vel domi, ut ſupra, qualiter citatio ad fi. de abſ. l. citationis litteræ, & ſic loquitur de vero & ficto contumace, qui ſi lite conteſtata non veniat, ſi liquet de cauſa, proceditur ad definitivam ſententiam, & condemnatus contumax non appellat, concor. C. de judi. l. properandum. §. cum autem, & hic, & ibi expreſſum eſt, quod ficte contumax non appellat, & ſic credo ſecundum Azo. licet Doctores contradicant. ff. de judi. poſt edictum. Si vero non liquet de cauſa, aut ille contumax latitat, & fit miſſio, & venditio. concor. ff. de bo. aut ju. poſſ. Fulcinius. §. 1. aut non latitat, & fit ſtatim miſſio & venditio poſt annum, quod credo jus novum eſſe, cum contra latitantem non fiat venditio, ut l. Fulcinius. Feodalia vero non debent vendi ſine principis ſcientia.

Additio. *Adde in c. imperialem, de prohib. feu. ali. per Frede. in uſib. feu. Bal. in c. 1. §. & decedenti, qui feu. da. poſ. Bal. in l. licet. C. de liber. cau. c. cum ſæculum, & ibi Doct. de ju. patro. & ibi Abb. in 1. no. Doct. in c. ad noſtram, de empt. & vendi. & an feudatarius poſſit vendere annuos reditus, per Bal. in c. cum eccle. in 5. col. de conſt. ver. nunquid feudatarius.* Superantius.

Si vero quis eſt expreſſe contumax patietur pœnas, quas patitur expreſſe contumax, hoc amplius, quia ſi judex velit, re ipſa, citabit eum, & faciet eum malo ſuo velle venire, concor. optime l. conſentaneum. C. quomodo & quando iu. Et in pœnam ſuæ contumaciæ ſtabit in carcere quouſque duret inſtantia cauſæ. Sed hic quæro, ſi ante litem conteſtatam ſit aliquis contumax & latitat, nunquid patietur venditionem? nihil dicitur de hoc in hac conſtitutione, nec præcedenti. unde ſervabo jus antiquum, ut fiat venditio, ut C. de bo. au. ju. poſ. l. cum proponas, & ibi no.

* Additiones. *Vide Hip. ſing. 377. & in ſing. 72. &*

ANDREAS DE ISERNIA.

C*Ontumacem*. Hæc l. loquitur ante litem conteſtatam & non de miſſione feudalium, quando alia condemnatus non habet: ſed tunc vendi non poſſunt ſine mandato principis. infra l. proxi. facit, ff. de re iud. commodis. C. quæ res pigno. ob. poſſ. l. præmiorum. Qualiter fiat miſſio in perſonali, & qualiter in reali, dicit hæc gloſſa.

De pœna contumaciæ poſt litem conteſtatam in civili actione. Rubrica.

S*I quis poſt litem*. Bene compoſita eſt hæc l. & rationabiliter eſt bene gloſſata. Ven-

max fuerit, ſiquidem judici ex his, quæ coram eo acta ſunt, poſſit de cauſa liquere, ad definitivam ſententiam contra contumacem, vel pro eo, prout qualitas quæſtionis exegerit, procedatur ei, qui prædictis modis contumax fuerit, quos (*a*) nova noſtri nominis conſtitutio introduxit, appellationis remedio juxta (*b*), divorum Principum prædeceſſorum noſtrorum placita denegando. Si vero ex his, quæ acta ſunt ad definitivam ſententiam procedi non poſſit: ſecundum ordinem proximum (*c*) conſtitutionis noſtræ, in poſſeſſionem bonorum contumacis pro modo debiti declarati miſſione ſecuta liceat petitori judicem competentem, quod edictum citationis emiſit, adire: & de adverſario ſuo, qui ad judicium venire contempſit, latitationem probare, videlicet, quod ſe ſpecialiter animo & propoſito ſubterfugiendi judicium abſentaverit, quo probato venditionem rerum hereditariarum a judice, quas pro prædicta contumacia poſſidebat, poterit impetrare. Quod ſi de latitatione probare actor non velit forte, nec poſſit, ſed abſentiam tantum contumacis inculat: tunc uſque ad annum integrum (*d*) a die commiſſæ contumaciæ ipſum præcepimus expectari: quo tranſacto (*e*) venditionem hereditariarum re-

& 118. F. Jor.

Ad hanc. conſtitutionem vide quid no. Spec. in tit. de contum. §. nunc. & plenius, in §. ſequitur. verſ. ſi vero agitur. De Bottis.

(a) *Nova.* Quæ eſt in conſtitutione, l. citationis litteræ.

(b) *Divorum.* ff. de jud. l. & poſt. §. fi. Placita. ſi ſit contumax in non veniendo, ſecus ſi ſit contumax in non exhibendo, in non reſtituendo: tunc enim ſi præſens condemnatus ſit: Quanti in litem juraverit actor, quia non exhibuit, non reſtituit, appellare poteſt, ut de ap. l. creditor. §. juſtus, quod dic, ut in ſum. de appel. §. item & vincit.

(c) *Conſtitutionis noſtræ.* Per l. ſuperiorem proxi. reo, civili & perſonali actione convento abſente per contumaciam lite non conteſtata poſt pœnam tertiæ mobilium impoſitam, quæ curiæ lucro cedit mittendus erit actor in poſſeſſionem bonorum rei juxta menſuram debiti declarati, hoc idem dicit faciendum hæc l. poſt litem conteſtatam, ſi non eſt liquidum de cauſa, & quod hic dicitur crediderunt Doctores noſtri ante tempora hujus. l. ſicut no. C. de judi. l. properandum. §. ſin autem reus, in gl. quæ incipit ſcilicet reum. Et hoc tamen eſt liquidum, &c. hoc ibi aperte colligitur in corp. Auth. de ex. & intro. re. coll. 5. §. ſi vero etiam quidam jurent, ibi enim ſi recte intelligatur, non erit dubitatio, an poſſit hoc facere judex poſt litem conteſtatam. Sed an poſſit hoc facere judex delegatus ante litem conteſtatam? videbatur actor deſtitui auxilio, ſicut ibidem dicitur colligi. Colligi etiam poſſunt prædicta in ſum. de judi. §. ſi vero præſens actor. & §. reus igitur abſens, ſecundum Azo.

(d) *A die.* Si fuerit ordinarius, qui edictum miſit, alioquin ad delegantem eſt recurrendum, ut C. de jud. properandum. §. ſin autem reus, quod dicit, ut in ſum. de exhi. re. §. excuſatio. ſecundum Azo. §. ſpecialiter, idem etſi ex alia cauſa ſe abſentaverit, tamen & hoc ſubſit, ut ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. Fulcinius. §. ſi quis in poſſ. in fi. in ver. ergo.

(e) *Venditionem.* Sed ante impetratam venditionem quæritur uſque ad quantum tempus dominus audiatur? Reſponde ibi poſt 20. annos eum audiri, non enim poſſidet actor, niſi eſſet ſibi adjudicata pro debito, vel niſi diſtraxiſſet, ſecus autem in actione reali, quod dic, ut in ſum. ubi in rem act. ſecundum Azo.

ANDREAS DE ISERNIA.

Venditionem impetrabit. Etiamſi ſit contumax, debet ante litem, ſed poſt impetratam venditionem, ſi non fiat venditio, dominus audietur poſt 30. annos, dicit etiam gloſſa, delegatus poteſt citare verbo, ſed re & verbo, non. Item expreſſe contumax incarceratur etiam ante litem conteſtatam, & in his conſiſtit fere tota gloſſa.

Animo ſubterfugiendi. Hoc probabit per illos, qui audierunt reum abſentantem ſe dicentem, quod ideo recedit, ut dicitur in gloſſa l. Fulcinius, §. quid ſit latitare, ff. ex quibus cau. in poſſ. eat.

Feudalia ex decreto noſtro. An ſecundum decretum dabitur a judice ſine præcepto Imperatoris? loquitur enim hæc lex de venditione feudalium, quæ non poteſt fieri ſine principis mandato: quando vero paritur ſecundum decretum, in hoc non innovatur: ergo non prohibetur ſtare. C. de teſta. l. ſancimus, de appel. l. præcipimus, in fine, & in eo impetrando non ſervabitur annus: ergo eadem ratione ſecundum illud, quod ſtatuitur, in gloſſa ff. de dam. infec. l. ſi finita, §. Julianus, ſed eadem ratio eſt in ſecundo decreto, quæ eſt in venditione: quia utrobique perdit dominium is, cujus fuit, & ad novum dominum tranſit feudum: & ratio diverſitatis non videtur. Item ſi velit ſibi adjici, & inſolutum dari ordine poſito in §. ſi pignora. l. ait prætor. ff. de re judic. l. a divo Pio. quia loco venditionis eſt illa adjectio. C. de evictio. l. ſi prædium, unde in feudalibus contrahetur pignus judiciale per judicem in ſubſidium, ubi condemnatus non habet alia bona. ff. de re judic. l. commodis, ſed non vendentur, vel adjicientur ſine mandato regio: quia non poſſunt alienari ſine Regis mandato & aſſenſu, ut infra de feud. & re feuda. l. conſtitutionem. Miſſio ergo † in feudali indiſtincte in ſubſidium permittitur, ut hic, & ſupra l. proxima, & habebit eam miſſus in vita debitoris feudatarii: nam eo mortuo redibit ad filios, ſi non ſunt heredes patris, quando feudum eſſet ex pacto & providentia: ſecus ſi eſſet hereditarium, in quo filii eſſent heredes, ff. de peti. hered. l. & non tantum. Filius heres tenetur, ſicut patet. C. de rei vendic. l. cum a matre, & in titu. an agnatus, &c. vel ad dominum, ſi ei acquiritur, ut notatur in ſumma, utrum feud. poſſ. capi in cauſa feudi.

† Additio. *Vide Bruneum in conſil. 18. col. 5. Laffred. conſil. 14. nu. 73. cum ſeq. ac Jacobo. in tract. feud. in ver. & dicti, col. fi. Adde, quod in feudo titulate non fit miſſio ex primo decreto, Affli. in conſti. ſive reali, nu. 3. Adde Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glo. 7. nu. 49. 50.* De Bottis.

Venditio vero per ſecundum decretum, & alienatio perpetuo non fiet ſine principe, ut hic, qui videbit utrum debitum ſit contractum propter dominium, alias, dominum, vel ſi onus feudi. puta, ut dominum adjuvaret, vel pro ſervitio faciendo contraxit debitum, vel pro maritanda ſorore, vel amita, ad quod tenetur de feudo, infra de ſucceſſ. l. in aliquibus. Et iſtis ſimilibus caſibus Rex debet conſentire † alienationi: & judex ſecundum decretum interponere. Sed ſupra, dicitur contrarium, argumento eorum, quæ notantur in ſumma, in ſequen. tito. utrum pignus judiciale contrahatur de feudo.

† Additio. *Vide Benevent. in c. Imperialem, fol. 14. littera S. & pluribus ſeqq. ubi ponit, quæ dicantur contra feuda, & quæ feudataris, & fol. 13. littera L. & ſeq. declarat And. hic, & vide omnino eundem, fol. 49. littera R. & fol. 50. littera O. & ſeq. ubi declarat hanc materiam diſputando quod ſi obligato feudo cum aſſenſu poſſit inde ſequi venditio ſine alio aſſenſu, & quid ſi Rex non conſentiat, an habeatur pro præſtito, vel teneatur ad intereſſe, vide Benevent. ubi ſupra, fol. 14. littera E.* De Bottis.

In aliis debitis pro facto feudatarii non tenebitur Rex conſentire alienationi perpetuæ. licet in vita feudatarii ſic, ſicut prædictum eſt: alioquin in poteſtate eſſet

rerum a judice, quas ob adverſarii ſui contumaciam prædicto modo poſſederit, (a) impetrabit. In feudalibus * autem cum hereditaria non ſuperſunt, ſive contra latitantem ſtatim latitatione probata, ſive poſt annum contra contumacem tantummodo diſtrahendis, noſtræ celſitudinis conſcientiam & mandatum ſi nobis hoc mandare placuerit, ** requiri (b) cenſemus, ita ut prædicta feudalia ex decreto noſtro tantummodo, non alterius judicis diſtrahantur. Eadem cenſura, quæ contra latitantes inventa eſt, de venditione bonorum latitatione probata continuo facienda ſervanda contra evidentem & expreſſum (c) contumacem, qui ad judicium aperte dicat ſe venire omnino non velle, ita ut nihilominus, etiamſi (d) judex viderit commode fieri poſſe per eundem, reipſa, & perſonaliter venire ad judicium (e) compellatur. Captus autem per judicem modo prædicto io contemptus ſui pœnam io tantum debet (f) cuſtodiæ carceris mancipari, quamdiu inſtantia (g) cœpti judicii, quo impetitur, perſeveret. Contra prædictam autem formam venditionem tam rerum hereditariarum, quam feudalium, per obreptionem vel gratiam impetratam, ipſo jure nullam eſſe cenſemus.

De fide uobilium & iguobilium ſuper declaratione debiti facienda.

TITULUS CIII.

Ad effectum obtinendi primum decretum pro menſura debiti declarati, id eſt petiti in actione perſonali ſufficit, quod probetur debitum proprio juramento actoris uſque ad ſummam hic contentam ſecundum varietatem conditionis perſonarum, ultra vero dictas ſummas fiat probatio per inſtrumenta, vel per teſtes prout vult jus commune. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Aliat, Idem.*

QUæſtiones (h) *** juris peritorum ſuper declaratione debiti facienda competenti moderamine decidentes, ſancimus. Si quando declaratio debiti, pro cujus menſura miſſio in poſſeſſionem bonorum contumacis eſt facienda

(a) *Impetrabit*. Statim annum integrum. Jure civili non erat definitum in hoc caſu, quod dic, ut in ſum. de bo. auth. jud. poſ. §. miſſionem, & in ſum. de exi. re. in po. §. poſt miſſionem. §. quæret aliquis. §. tranſactio in perſonalibus. In realibus vera ſerva infra de rei vend. quæ continet jus commune.

* Additio. *Vide late per D. Frecc. in limit. conſtitutionis, Divæ memoriæ. fol.* 109. *num.* 8. De Bottis.

** Additio. *Ergo aſſenſus eſt gratia, & patet in fi. ibi, vel gratiam, aſſenſus ergo eſt decretum, & ſolus Princeps interponit*. De Bottis.

(b) *Cenſemus*. Quia nullo modo alienari poſſunt ſine licentia Imperatoris, ut infra de jure rerum re. l. conſtitutionem. G.

(c) *Contumacem*. Nota, quod latitans & expreſſe contumax æquiparantur, ad hoc etiam facit. ff. de fideicom. li. l. ſi eum ſervum. §. hæc autem verba, & l. ſi legatario. §. fin.

(d) *Judex viderit*. Ordinarius, quid in delegato? Nunquid citabit? videtur, quod non, ut C. de bo. auth. jo. poſ. cum proponas, ſed contra in Auth. de litig. §. omnem vero. coll. 8. ibi enim eſt conceſſa citatio judici delegato, ſed ſpeciale eſt in legato a Principe ſecundum quoſdam, vel melius diſtingue. Citatio alia re & verbo: Alia fit verbo tantum. Prima non conceditur delegato, quia jubere cavere, &c. Secunda conceditur. De pedaneo dic, ut in ſum. de arbi. §. producitur. G.

(e) *Compellatur*. Ut ff. de injur. l. injuriarum. §. ſi quis.

(f) *Cuſtodia*. Jure Long. interdicitur beneficium ei, qui non vult juſtitiam facere, quouſque juſtitiam faciat in Longo. de offi. judic. §. de univerſali.

(g) *Cœpti judicii*. Subaudi, maxime, quia non cœpto judicio fit citatio & re, & verbo. Cum enim certis perſonis detur privilegium ne vocentur re & verbo, patet in aliis legem communem eſſe contrariam, & hoc probatur. C. de offi. di. ju. l. 1. quod dic, ut in ſum. de in jus voc. §. qualiter. Vel forte quod hic dicitur de incarceratione, habet locum tantum, cœpto judicio. Nam magis delinquit, qui eſt contumax tantum cœpto judicio, quam ante, ſic enim dicitur, aut deterior namque dolus ejus agnoſcitur, qui interruptam iterum litem deſeruit, quam qui ſemel cœptam dereliquit, ut in Authen. de litigio. coll. 8. §. ſi vero apud judicem, licet enim ibi loquatur de eo; qui ſecunda vice ſe abſentavit: verba tamen ibi poſita ad præmiſſum caſum poſſunt aptari, quod dic, ut in ſumma de judic. §. & ſunt hic duo, & §. ſi ante litem conteſtatam. G.

De fide nobilium & ignobilium ſuper declar. &c. Rubrica.

(h) QUæſtiones. Contra contumacem ante litem conteſtatam fit miſſio pro menſura debiti declarati, ut ſupra dictum eſt. Super hoc conſuevit dubitari. Qualiter conſtabit de debito, ut ſic debitum declaretur, & uſque ad certam quantitatem, quæ littera dicit, creditur ſacramento actoris ultra illam debet plene conſtare, ſed per auth. ei qui jurat, ſemper ſummarie cognoſcitur, præſtito juramento calumniæ ab actore, ut ff. de exhi. theſau. & hæc omnia, quæ prædicta ſunt in hac conſtitutione, & tribus præcedentibus, obtinent in perſonali actione. De reali dicitur in ſeq.

*** Additio. *Ad hanc conſtitutionem vide Bal. in rubrica*

ANDREAS DE ISERNIA.

eſſet cujuslibet feudatarii alienare feudum ſine conſenſu Regis, recipiendo mutuum, & emendo inde Burgenſaticum, vel baratando, ſi tunc feudum perderet, caperetur perpetuo in cauſa judicati, & nunquam feudum domino aperiretur, alias acquireretur, & lex prædicta prohibens alienationem feudorum, circumveniretur, quod eſſe non debet, ff. de tuto. & curatn. da. ab his, l. ſcire, §. oportet, ideo dicitur in l. commodis, placuit interdici. in vita ergo ſua loquitur. De hoc etiam plene dixi in 10. colla. de inveſtitura de reb. alien. fac. §. quid ergo.

De fide nobilium & ignobilium, &c. Rubrica.

QUæſtiones. Novum jus ponit & utile.

Sacramenta ipſius. Utimur corporaliter tangendo librum licet littera non dicat.

Additio. *Adde gloſſam in verbo, corporali, in cap. ut circa, de elect. lib.6. gloſſam in ver. tacta. in clem.* 1. *de hære. gloſſam in verbo tactis, in clemen.* 1. *de jurejur. gloſſam in c.* 1. §. *item ſacramenta, de pace juram. firman. in uſib. feud. Card. Zabar. in c. ego N. de jurejur. Abb. in c. quoties cordis oculus*, 1. *q.* 7. *Et quid de illis, qui jurant non tactis evangeliis, vel reliquiis, cruce, & ſimilibus, vel ſuper animam ſuam, an valeat tale juramentum? vide per Innoc. in c. & ſi Chriſtus, de jurejur. in* §. 1. *verſ. in ſum. Doct. in c. fraternitatis, de frigi. & male. Joan. de Fantu. in c. in ſynodo*, 35. *q.* 6. *& gloſſam in verbo ſacroſanctis ſcripturis, in l. generaliter, in* §. *pen.*

da, petatur, mixtam conſiderationem habere volumus perſonarum, necnon etiam & quantitatis in judicio declarandæ. Nam ſiquidem Comes fuerit, qui quantitatem ipſam debeat declarare, ſacramento ipſius Comitis tantum, uſque ad quantitatem centum unciarum auri credatur. Baroni autem de quinquaginta unciis. Simplici militi, de vigintiquinque. Burgenſis autem bonæ opinionis, & diviti de libra auri una.

Aliis autem uſque ad tres uncias jurantibus tantum, nulla alia in poſterum probatione quæſita volumus eſſe credendum. Ultra autem prædictas ſingulas quantitates ab actoribus (*a*) communis juris probatio exigatur per authentica inſtrumenta, videlicet, per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores.

De reſignanda poſſeſſione, & de rei vendicatione.

TITULUS CIV.

Conventus rei vendicatione, ſi eſt contumax ante litem conteſtatam poteſt pro actore interponi primum decretum, & remitti in poſſeſſionem rei petitæ revocabilem infra annum, ſi comparet contumax, & purget contumaciam: ſed ſi eſt contumax, & poſt litem conteſtatam, & non liquet de cauſa, mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, & eſt verus, & perpetuus poſſeſſor, ſi vero liquet de cauſa, debet ferri ſententia juſtitia mediante. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

REi (*b*) vendicatione conventus lite nondum in judicio conteſtata, ſi (*c*) contumax

---

ca C. de manumiſſ. vindic. ubi etiam ſi ex forma ſtatuti denegaretur defenſio reo, tamen actore non probante reus abſolvitur, quod dictum pro ſing. refert Bart. Veronen. cantela 343. & Cotta in verbo, actore. De Bottis.

(a) *Communis juris.* Nota quod de jure communi eandem vim obtinent tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium, ut hic, & C. de fide inſtrumentorum in exercendis, & ſimiliter de jure communi debent eſſe teſtes omni exceptione majores, ut hic, & C. de contrahen. & committen. ſtipul. optimam.

Additio. *Adde gloſſam in verbo idoneos, Inſti. de inuti. ſtipulat. gloſſam in verbo majores, in cap. 1. de conſ. & aff. Bar. in l. admonendi, ff. de jurejur. Alexan. de Imo. conſil. 18. incip. viſo proceſſu cauſa vertentis, in 1. vol.* Superantius.

De reſignanda poſſeſſione, & de rei vendicatione. Rubrica.

(b) R*Ei vendicatione.* Qua dominiu datur, ff. e. l. in rem priorem. Et contra poſſeſſorem, ut C. de al. ju. l. 1. vel eum qui dolo deſiit poſſidere, ut ff. eo. qui petitorio, & l. ſin autem, §. ſed & his, de reg. jur. qui dolo. & l. parem. & dic iſto caſu dari utilem rei vendic. ut ff. de nova. l. electio. §. ſed his.

Rei vendicatione. In reali actione punitur contumax ante litem conteſtatam in tertia parte mobilium. Item patitur miſſionem in poſſeſſionem rei petitæ, & per curſum anni efficitur actor irrevocabilis poſſeſſor: concor. C. de præſcr. 30. an. ſi quis emptione. Lite conteſtata ſi non liquet de cauſa, ſtatim fit poſſeſſor irrevocabilis, ut C. ubi in rem act. l. 2. Sed ſi liquet, idem quod in perſonali, ut ad definitivam ſententiam procedatur, ut l. properandum, §. ſin autem reus: & ſatis patet, quod hæc conſtitutio continet jus commune.

(c) *Contumax.* Eſt autem contumax, qui peremptorie citatus præſentiam ſui facere contemnit, ut ff. de re jud. contumacia.

Additio. *Adde Barto. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando jud. Barto. in l. ſi finita, ff. de dam. inf. Innoc. in c. calumnia. de pæ. Anto. de Butr. in c. 2. de jud.* Superantius.

Et tunc iſta duo locum habent, ſcilicet, pœnæ impoſitio, & miſſio in poſſeſſionem. Ubi vero is, qui non velit venire, non contemnit: quia abſens eſt: vel quia præſens, habet tamen cauſam, licet injuſtam quare non veniat, & ita non dedignatur venire contemnendo judicem, vel actorem, ſatis eſt adverſarium ejus mitti in poſſeſſionem alia pœna ceſſante, ut ff. de in jus voc. l. ſatis, & no. hoc. ff. ſi quis jus dic. non ob. l. 1. §. ult. ſed forte jure Auth. utrumque locum habet in utroque caſu, quia ſi abſens citatus non venit, & mittitur actor in poſſeſſionem, reus rediens reſarcit damnum actori, ut in Auth. de exhi. & intro. re. coll. 5. §. ſi vero etiam quidam. Vel melius magis parcendum eſt alicui circa pœnam, quæ præſta-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

§. pen. C. de reb. cred. Paul. de Caſt. in l. teſtium, in 2. not. C. de teſtib. textu in c. presbyter ſi a plebe. ibi, evangelio coram poſito. 2. q. 5. & in cap. quæ de cauſa, ibi, ante corpus ſancti Apollinaris, eo. cau. & q.

Sed in honeſtis & magnis perſonis ſufficeret jurare verbaliter, quia & illud ſacramentum dicitur, C. ſi quis alteri, vel ſibi, l. 3. Idem ſi agatur ex delicto: quia & in illis dicuntur creditores, ff. de verb. ſignific. l. ſi cui. & l. creditorum. Et innuit Roffre. in titu. de bonis aucto. judic. poſ. in principio. Idem in actione injuriarum, quæ cedi & vendi poteſt ante litis conteſtatio. ff. de hære. vend. l. ſi nomen. C. eo tit. l. fi. in gloſſa. Licet non ſit in bonis noſtris ante litis conteſtationem, ſcilicet, ut tranſmittatur ad heredes, ff. de injuriis, l. injuriarum, fiet enim miſſio pro quantitate, qua æſtimabitur damnum, vel injuria declarabitur, ut hic dicitur: pro quo eſt C. ubi de crimine agi opor. auth. qua in provincia. verſic. en autem abſente, ſecundum caſum antiquorum. Idem in omnibus aliis ex delicto, cum commodum pecuniarium continent, ff. de petit. heredita. l. quod ſi in diem §. Julianus, ut ſicut in aliis fit miſſio pro menſura debiti declarati, ut hic. Ita in præmiſſis ex delicto ſummatim, probata injuria per ſacramentum declaratu, facta taxatione a judice, mittet in poſſeſſionem, quia taxatio etiam fiet in actione injuriarum, ff. de injur. l. conſtitutio. De qua materia vide copioſe per D. Abba. & communiter alios canoniſtas per totum titulum, de injuriis, qui omnes caſus diſtinguunt. Sed an talis taxatio de jure fiat citata parte? vide ibidem per omnes Doctores: quia in practica facient tibi honorem. Item nota, quod ſummaria dicitur quatuor modis. Primu quantum ad probandum, ut l. theſauris. Secundo quantum ad cognuſcendum, quando cognoſcit non datu libello. C. de ſententiis ex pericu. recitan. authent. niſi breviores, & C. de naufragiis, l. de ſubmerſis, lib. 10. Tertiu quantum ad exequendum. ut C. de bonis auctor. judic. poſſiden. l. cum proponas, Quarto, quantum ad cognoſcendum in executione, ff. de re judic. l. a divo Pio, §. ſi ſuper rebus, & ſeq. §. Idem ſi petitur ſervitus, vel agitur ad factum, vel ad præſtationem operarum, vel vaſallagii & ſimilium. Nam æſtimatur quod petitur, ff. de condict. indeb. l. ſi non ſortem, §. libertus ad leg. Falcidiam. l. in ratione, §. 1. de no. ope. nunciat. l. ſi prius, de oper. ſervo. l. 1. C. de ope. liber. l. fin. hanc æſtimationem, ſeu precium declarabit, ut hic dicitur, & de eo fiet miſſio in contumaciam.

De reſignanda poſſeſſione, & de rei vendicatione. Rubrica.

R*Ei vendicatione.* Continet jus commune, & bene exponitur per gloſſam, quæ in fine dicit ſecundum decretum non habere locum in reali, quia per illud datur dominium, ſed agens in rem dicit ſe dominum, de

max fuerit præter prædictam pœnam (*a*) tertiæ partis mobilium Curiæ noſtræ debitam: Item miſſionem in poſſeſſionem rei petitæ adverſario aſſignandam (*b*) cauſa cuſtodiæ (*c*) patietur, ita videlicet, ut anno tranſacto actor, verus & (*d*) perpetuus poſſeſſor (*e*) per lapſum tem-

ſtatur Coriæ, cum ſit pœna reſpectu utriuſque, ſcilicet ſolventis & recipientis, ut ff. ſi quis in jus voca. non ierit. l. ex quacunque, §. t. quam circa pœnam, quæ præſtatur parti, quæ eſt pœna reſpectu ſolventis tantum: actor enim nihil lucratur, ſi damnum ſibi, quod paſſus fuerat, reſarcitur: & melius eſt favere retentioni, quam adventitio lucro, ut ff. de reg. ju. l. non debent actori. G.

(a) *Tertiæ partis*. Hæc pœna tertiæ partis, quæ hic dicitur, infligitur illis contumacibus, qui conveniuntur in magna curia, vel coram Juſtitiario, illi enim, qui conveniuntur coram Baronibus, vel Bajulis, puniuntur in uno auguſtali pro qualibet contumacia, ut ſupra de pœna contum. l. t. Miſſionem tamen patitur in utroque caſu, ut ſup. ti. 1. 2. & 3.

(b) *Cauſa cuſtodiæ*. Quod dicit cauſa cuſtodiæ, non debuit dixiſſe, quia ſtatim poſſidet miſſum in realitatem, ſi ſuperior judex dicat, ſicut hæc conſtitutio impune dicit, nihilominus mutata forma juriſdictionis poſſidet: miſſus etiam tunc, quod dic ut plene no. Roff. in libellis de bon. author. ju. poſ. §. ſed nunquid, circa finem libelli. 1. in tra. de offic.

Cauſa cuſtodiæ. Nota contra ſententiam domini Joannis & domini mei, qui dixerunt miſſum in poſſeſſionem reali actione ſtatim poſſidere, ut in ſum. C. ubi in rem actio. circa fin. & in ſum. de bon. auctor. judic. poſſid. §. ubi autem major. hic enim dicit, quod in reali actione ſit miſſio in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ: ergo non poſſidet, qui ſic mittitur, ff. ut in poſſeſ. l. ſi duo. §. creditores, & de acqu. poſſeſ. l. poſſideri, §. ult. mihi videtur, quod non per prædictas ll. nec per iſtam mutetur ſententia prædictorum, quod enim dicitur, quod miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ non poſſidet, tunc verum eſt, quando perſonaliter agitur, vel ad factum, quod continet incertum, ut ff. de verb. obl. l. ubi autem, §. qui id quod. Vel aliquid certum, perſonali tamen actione, ut apparet per exempla, quæ in legibus prædictis ponuntur: & eſt ratio, quia quando perſonaliter agitur, non ſit quæſtio de dominio, vel poſſeſſione alicujus rei certæ. Pro his enim non agitur perſonali actione, ff. de act. & obl. l. actionum genera. & ideo non poteſt puniri reus in amiſſione poſſeſſionis, de qua nulla quæſtio fuit, de ædi. edic. l. ædiles, §. item ſciendum, eo ſalvo, quod dicitur de interdictis, quæ licet ipſe ſint perſonalia, in rem tamen concepta ſunt, ut ff. de interdi. l. t. §. ult. Idem in actionibus perſonalibus quæ ſunt in rem, ut eſt actio, quod met. cau. ff. quod me. cau. l. metum, §. fin. & l. ſi cum exceptione, §. in hac. Idem in actione miſta in rem, & in perſonam: puta in hereditatis petitione, quod dic, ut in ſum. quod me. cauſa, §. metum, & ff. quod me. cau. in ſum. de præſcript. longi temp. §. poteſt & illud dici. Cum ergo in rem agitur, mittitur actor in poſſeſſionem rei petitæ: ſicque punitur contumacia rei amiſſione poſſeſſionis, pro qua ratione dominii quæſtio mota fuit. Et quod miſſus in poſſeſſionem ſtatim poſſideat, probatur ſecundum Joannem, ff. de damno infec. l. ſi quis, & C. de præſcrip. 30. an. l. ſi quis emptionis, §. oportet, & §. ſi quis. Ex eo quod hic dicitur poſſeſſionem eſſe adverſario aſſignandam, non obſtat verbum, cuſtodiæ, quod hic ponitur: quia non dicit, quominus poſſideat: ſed propter facultatem recuperendæ poſſeſſionis, quæ infra annum recuperari poteſt, argu. optimum ad hoc, ff. de noxa. l. ſi ſervus, §. hi qui, & ff. de acq. poſſ. l. poſſideri, §. Nerva.

(c) *Patietur*. Cuſtodit, & ad cuſtodiam tenetur, qui nec dominus eſt, nec poſſeſſor, ut miſſus in poſſeſſionem cauſe cuſtodiæ, ut ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. l. cum legati. Item poſſeſſor & non dominus, ut creditor, ut ff. de uſuca. l. ſervi. & C. de pigno. actio. l. ſicut. Item dominus & poſſeſſor; ut venditor ante traditionem rei venditæ, ut de periculo & commodo rei ven. l. cuſtodiam, & Inſtit. de empt. & vend. §. cum autem, & in Evangelio: cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. Si autem fortior illo ſupervenerit, univerſa arma ejus, in quibus confidebat, auferet, & ſpolia ejus diſtribuet: & cetera pulcra, quæ in Evangelio ſequuntur: & in orationibus ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ aſſidue Deum pro nobis orat, legitur, Cuſtodi Domine, quæſumus, eccleſiam tuam propitiatione perpetua: & quia ſine te labitur humana mortalitas, tuis ſemper auxiliis abſtrahatur a noxiis, & ad ſalutaria dirigatur; & alibi: Salva nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormientes, ut vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace.

Additio. Perpetuus. *Adde quod nomen, perpetuum, in jure ſumitur multis modis, de quibus per Cy. in l. edita. C. de eden. & glo. in l. 1. ff. pro ſocio*. Superantius.

(d) *Perpetuus*. Quaſi dicat infra annum verus poſſeſſor eſt, poſt annum verus & perpetuus, nec poteſt aliter intelligi: tempus enim non eſt modus acquirendæ poſſeſſionis, ſicut nec amittendæ poſſeſſionis, quod facilius contingit, & probatur hoc C. de acquir. poſſeſ. l. licet, & ff. de uſucapion. furti. §. ultimo, & de acquirenda poſſeſſione, poſſideri. §. in admittenda, & l. quemadmodum, & ff. de interdic. & releg. l. relegatorum. §. ultimo.

Additio. *Et vide Specul. in titu. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis. §. 1. verſi. 1. & in titulo de reſtitu. ſpol. §. 1. Doctores in d. l. placet. ff. de actis. & obligat. & vide ad materiam litteræ notabilem gloſſam de conſecra. diſtinct. 3. cap. omni tempore, & gloſſam in cap. tenere. 31. diſtin. Doctores in l. ſine præfinita, de pœn. quid autem de tempore, per quod inducitur obligatio ad uſuras minores, & excludatur obligatio ad majores? Vide Baldum in l. adverſus, in verſi. quanto tempore. C. de uſu. Quomodo autem computetur? Vide Doctores in cap. ſuper eo. de appellatio. gloſſam ordinariam in l. 3. §. minorem. ff. de minor. & gloſſam in c. ſtatutum. de præben. in 6. Doctores in l. cor. §. ſin autem. C. de appel.*

Eſſe autem perpetuum, vel temporale, alias temporis eſt, ut Inſtitut. de perpetuis, & tempor. actionibus. Per judicis autem decretum præcipientis aſſignari poſſeſſionem, ut hic dicit, juſte poſſidetur, ſi poſſeſſio fuerit corporaliter apprehenſa. Idem etſi per controverſiam adverſarii non poterit aliquis poſſidere, ut hic dicit, ut ff. de acquir. poſſeſ. l. juſte. & l. poſſideri. §. ultimo. in ſi. & ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. l. ſecunda. & l. ſi ſervus, ibi enim loquitur de deductione ſervi. & ff. de bonis auctoritat. judic. poſſid. l. quemvis. Et nota, quod hic loquitur lite conteſtata, cum non ſit liquidum de cauſa. Idem eſt lite quaſi conteſtata, ut C. ubi in rem act. ſi quis alterius.

(e) *Per lapſum*. Nunquid requiritur ſecundum decre-

ANDREAS DE ISERNIA.

de hoc dicit plene gloſſa, ff. de damno infecto. l. ſi finita. §. Julianus, item dicit gloſſa in principio, quod pœna tertiæ partis bonorum, quæ acquiritur Curiæ propter contumaciam, non habet locum, quando citatus non contemnit venire, quia eſt abſens, vel præſens, & habeat cauſam, licet injuſtam, quare non veniat, puta, propter mortem filii poſt novem dies erat doloroſus, ita quod ex mœrore non venit, hæc cauſa eſt injuſta, hoc eſt, poſt novem dies, in Authentica, ut defun. ſeu fu. §. primo, & C. de ſepul. violato, authent. ſed nec. ff. de in jus vocan. l. ſecunda, in fine. Hoc ſciat judex: etiamſi non allegetur, abſtinebit ſe a condemnendo ad pœnam, argumento. C. qui admittit ad bonorum poſſeſſionem, l. bonorum. Cognoſcet etiam per reſponſalem citationis: ſi dicet, quod fuit citatus in domo, non perſonaliter: quæ cita-

temporis ſpatium efficiatur. Lite vero conteſtata ſuper actione reali, ſi de cauſa non liquet, (*a*) rei petitæ poſſeſſio petitori vera & perpetua aſſignetur. Ceterum ſi de cauſa non liquet, prout in perſonalibus (*b*) cautum eſt, judex ad deciſionem cauſæ, prout viderit, de jure (*c*) procedat.

De contumace convento reali, ſive perſonali actione.

TITULUS CV.

Contumax in actione reali, vel perſonali ante litem conteſtatam, ſi vult recuperare infra annum poſſeſſionem feudi, quam habuit ex primo decreto agens, qui ſolvit ſervitium pro feudo, non aliter recuperabit poſſeſſionem feudi, niſi reſtituto eo, quod ſolutum fuit pro ſervitio feudi per ipſum detentorem, vel poſſeſſorem, ac etiam niſi ſolutis auguſtalibus Bajulis pro contumacia. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

SIve (*d*) reali, ſive perſonali actione conventus, & contumax reputatus, ſi infra legitima tempora poſſeſſionem rerum feudalium ob cauſam contumaciæ, aſſignatam recuperare voluerit, tantum minus nomine fructuum a poſſeſſore requirat, quantum pro ſervitio, quod Curiæ noſtræ de re poſſeſſa debetur, poſſeſſor exolvit. Ad hoc enim, ut ſervitiorum noſtrorum exactio ✠ non fruſtretur, ab illis feudorum ſervitia debita volumus exigi, qui feuda ipſa quolibet titulo detinere noſcuntur.

Illud nihilominus præſenti conjungimus ſanctioni, quod poſſeſſionem citatus contumax nullo modo recuperet aſſignatam, niſi prius auguſtali, vel auguſtalibus debitis Curiæ noſtræ ſolutis, pro contumacia jam contracta. Et ſi quid de his Bajulus citato dimiſerit, de proprio ſuo ✠ curiæ noſtræ componat.

✠ Nota, quod adoha ſolvitur e poſſeſſore percipiente fructus, pater, quia ſi per contumaciam detinetur detentatio feudi detinene ſolvit, & propterea facit illationem de poſſeſſore ſeu detentore quocumque titulo.

De tractu termini conſtituti. Alias, de elongantibus terminum ſibi datum.

TITULUS CVI.

Si judex poſt litem conteſtatam in cauſa mere civili dedit terminum partibus ad aliquid faciendum, puta ad probandum, & defendendum, & jam in fine dicti termini, ipſæ partes non comparent coram judice: vel de earum voluntate, ipſæ ſibi ipſis prorogant terminum datum a judice ſine conſenſu, vel licentia judicis, actor & reus puniuntur in decima parte dictæ litis pro æquali portione. hoc dicit in effectu iſta conſtitutio. Matthæus.

✠ Judex non exigens pœnam, in quam partes convenerunt, ſulvit de ſuo.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

COntingit (*e*) interdum actorem ſimul & reum civilibus cauſis recepto ab eis perempto-

---

cretum, ſicut in perſonalibus? ut in l. properandum. §. ſin autem, & ff. de re judicata, a divo Pio. §. primo. Dicas quod non, ut hic: quia lapſus anni facit eum poſſeſſorem, ut in reali, ſicut hic dicitur, & C. ubi in rem actio. l. 2. in fi. & de præſc. trigiata annor. ſi quis emptionis, in fi.

Additio. *Adde quod dicitur multum tempus, de quo vide per Barbatiam conſilio quinquageſimotertio, incipien. Clementiſſimum Deum. in 4. nu.* Superantias.

Sed quæ eſt ratio diverſitatis? Reſpondeo, per actionem realem petitur quod ſuum eſt, per perſonalem petitur ſibi debitum, ut Inſtitu. de actionibus. §. appellamus, & quod ſuum eſt, &c. Hoc plene notatur. ff. de dam. infecto. l. fi.

(a) *Rei petitæ*. Concor. C. quomodo & quando jud. l. conſentaneum, & dic, ut ibi.

(b) *Cautum eſt*. Supra titulo ſecundo.

(c) *Procedat*. Videtur ergo quod non patiatur aliam pœnam contumax poſt litem conteſtatam.

De contumace convento reali, ſive perſonali actione. Rubrica.

(d) S*Ive reali*. Si propter contumaciam non venientis miſſus eſt actor in poſſeſſionem feudi, quia poſſeſſor habet neceſſe ſervitium, quod feudum debet ſolvere fiſco, quod ſolvit retinet ſibi de fructibus medii temporis fructuum. Dic circa iſtam materiam, ut in ſumma, de bonis auctor. jud. poſſid. §. alter autem miſſus.

De tractu termini conſtituti. Alias, de elongantibus terminum ſibi datum. Rubrica.

(e) C*Ontingit*. Puniuntur tam actor, quam reus, qui termino accepto non venerunt ad judiciam:

ANDREAS DE ISERNIA.

tatio ſufficit quantum ad partem, ut fiat miſſio, ſi non venit, ff. de in jus vocendo. l. ſatis. Quantum ad pœnam procuratoris oportet, quod contemnat, & ſic delinquat, ut diximus ſupra eodem titulo, l. citatione, hoc tamen male ſervant judices. Alia recitata per gloſſam ſunt communia.

De contumace convento reali, ſive perſonali actione. Rubrica.

S*Ive reali*. Nota de ſervitio feudi, quia debetur ex re. & ſequitur poſſeſſorem, † ſic C. ſine cenſu, vel reliq. l. 1. & 2. quia ipſa prædia, ſeu ipſum feudum dicuntur conveniri, ff. de publ. l. Imperatores, de jure fiſci. l. denique.

† Additio. *Adde conſuet. Pariſ. §. 1. glo. 5. num. 1. & 2. & ex hoc vide quid dicat Benevenutanus in cap. Imperialem, fol. 20. littera R.* De Rottis.

De tractu termini conſtituti. Alias, de elongantibus terminum ſibi datum. Rubrica.

C*Ontingit*. Hic derogat juri communi, quo in cauſa civili partes paciſcuntur, ſicut volunt: nam poſt litem conteſtatam etiam in civili non licet: immo puniuntur in decima parte litis, ſi in ſtatuto termino non compareant in judicio proſecuturi litem. Ante vero litem conteſtatam, licet deſiſtere, & paciſci indiſtincte. Sed ſi reus compareat, & actor non, cogitur actor, reo poſtulante, proſequi cauſam, ut in authent. qui ſemel. Et tota conſtitutio loquitur in cauſa civili.

C*Ontingit interdum*. Quæro id, quod de facto ſæpe contingit. Aliquis infert mihi violentiam turbativam, ago contra ipſam uti poſſidetis, ut ceſſet a turbatione, ille eſt contumax, & venire non vult, & nihilominus turbat, qualiter actori conſulitur, & qualiter

emptorio termino, vel per Curiam ipſis dato: (a) ad judicium non venire: qun fit, ut eorum diſpendium judicii (b) proceſſum impediat, & honori & auctoritati judiciali illudat. Igitur manifeſtius definimus utrunque, ſcilicet, actorem & reum in (c) decima parte (d) motæ litis pro æqualibus portionibus eſſe mulctandos, ſi expreſſo conſenſu, ſine licentia Curiæ terminum prorogaverint: (e) Vel non veniendo tantummodo deſides arguantur.

Nova conſtitutio.

Fœminæ non debent venire coram aliquo officiali domini Regis: & ſi venerint in ejus pœnam, ut ſervetur honeſtas, debet ſibi denegari audientia, donec revertantur, & redeant ad domum ſuæ habitationis, niſi ſit ita paupercula, quod oporteat perſonaliter laborare, vel niſi talis ſit mulier, quæ paupertate laborat, ideſt, male ſe habeat: quia pauper, ſicut dicimus, iſte laborat podagra. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

MUlieres ad Curiam noſtram, vel alicujus officialis noſtri præſentiam venientes, nullatenus admittantur, ſed in ipſarum pœnam quod præſentari ſe conſpectibus publicis non verentur, expediri eas, priuſquam ad propria redeant, prohibemus: niſi tanta perſonarum, vel rerum inopia prægraventur, quod in aliorum defectum ipſas oporteat perſonaliter laborare.

De pactionibus † inhibitis, & de volentibus a lite diſcedere.

† Alias, de tranſactionibus inter partes.

TITULUS CVII.

Sine licentia judicis poſt litem conteſtatam non licet litigantibus recedere a lite, pacto, vel tranſactione: & ſi fiat, & illa tranſactio tendat in fraudem fiſci, puniuntur tranſigentes in tertia parte ejus, quod ſolutum eſt actori, ſubaudi, vel promiſſum. Et ſi reus mendax fuerit: quia dixit nihil, vel minus dediſſe, comperta veritate, punitur in duplum dicta tertiæ partis, & de hoc mandat diligenter inquiri per judicem. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

SPonte (f) volentibus (g) a lite diſcedere (h) pacta etiam, vel (i) tranſactiones inire poſt citationem emiſſam ante litem conteſtatam tantum in civili judicio, abſque ulla contumaciæ pœna licentiam partibus non negamus: poſt conteſtationem vero litis habitam ſine licentia, & jure Curiæ expreſſius hoc partibus inhi-

---

tium: & eſt pœna in decima parte litis: & hoc intelligo poſt litis conteſtationem: ſicut apparet per determinationem ſequentis conſtitutionis.

(a) *Ad judicium*. Lis enim erat conteſtata, aliter enim non eſſet judicium, hoc argumentum facit ff. de judic. judicium ſolvitur, quod etiam ex eo probatur, quod hic loquitur de impedimento proceſſus. Item, ante litem conteſtatam, reus non poſſet puniri, quia eo poſtulante compelleretur actor proſequi propoſitam actionem, & ita ſi non poſtulat ipſe, non compellitur actor, ut C. quomodo & quando judex. in authen. qui ſemel. Item quia lite non conteſtata uterque deſiſtet impune, ut infra proxi. ſponte.

(b) *Proceſſum*. Lite conteſtata in cauſa civili, ſi actor & reus ad certum terminum prorogent, vel non compareant in termino ſibi dato, puniuntur in decima parte litis: ſi autem tranſigant, habet locum conſtitutio ſequens. Andr.

(c) *Decima*. Credo, quod hujuſmodi mulctæ, ſive pœnæ decimæ partis litis cauſam dederit quædam actio vetus, de qua fit mentio Inſtitut. de pœna temere litigant. §. hæc omnia, & etiam jus Auth. quod illa renovavit actionem veterem, ut in Authen. de li. §. ad excludendas.

(d) *Motæ*. Comparuerant jam coram judice, alias liceret, ut ſupra de offi. Juſti. l. priuſquam. Vel verius, illa loquitur in criminalibus, hæc in civilibus, in quibus ſerva conſtitutionem ſequentem. Andr.

(e) *Vel non veniendo*. Inſta de deſiſt. ab acc. ſæpe contingit. §. conſtitutio. & iſta ſufficiant pro declaratione litteræ, quæ quamde ſe clara eſt, ulterius inſiſtere opus non eſt, ideo ſtudioſe lector his contentus ſis. Mar.

De pact. inhib. &c. Rubrica.

(f) SPonte. Ante litem nulli prohibitum eſt tranſigere ſuper civilibus actionibus, quamvis facta ſit citatio. Poſt litem vero conteſtatam ſine auctoritate judicis non poteſt quis tranſigere. Contrafacientes punit hæc conſtitutio, ut patet in littera: & iſta corrigit jus commune, ſecundum quod poterat quis ſuo ſenſu lite conteſtata, vel non ſuper civili actione tranſigere, & expreſſe, & tacite, ut C. de pact. poſtquam liti. nam quidem aliud, &c. ff. de ope. no. nun. l. 1. §. ſive, in criminali vero de iure communi eſt prohibitum lite conteſtata ſine præſidis auctoritate, ut ff. de abolit. l. 1. §. abolitio. & l. abol.

(g) *Volentibus*. Scilicet, actore & reo: reo enim poſtulante neceſſe habet actor litem perficere etiam ante litem conteſtatam, ſi reus jam ſit conventus per judicem, vel executorem, ut C. quomodo, & quando judex, in aut. quod. ſemel. G.

(h) *Pacta*. Scilicet, gratuita: ut ff. de tranſact. l. 1. ff. de jure fiſci. l. in fiſco, & ad leg. Jul. de vi publi. l. qui cœtu. §. qui vacantem.

(i) *Tranſactione*. Scilicet aliquo dato, vel retento, ut C. de tranſact. l. tranſactio.

ANDREAS DE ISERNIA.

tes procedatur per judicem? Reſponde: jura canonica excommunicarent ipſum, ex quo eſt talis, quod in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ mitti non poteſt, ut extra, ut lite non con. c. quoniam frequenter. Jure civili judex poſſet mulctam indicere per edictum, ſi quis jus dicenti non obtemperavit, vel actor ſuum taxaret intereſſe, & ſic fiat miſſio ad inſtar cujuslibet perſonalis actionis, ut in Authen. de exiben. reis. Vel melius, judex ex officio ſuo prohibeat ne turbet, quandiu de jure ſuo probet: & interim faciet poſſeſſorem ſuum pacifice poſſidere, & gaudere, argumen. ff. de no. ope. nunc. l. ſi prius, ff. de uſufruc. l. æquiſſimum, ff. de opt. leg. l. mancipiorum, ff. de ingen. manu. l. diffamari. qui accuſ. non poſ. l. ſi ea. C. Ruſſ.

De tranſactionibus inter partes. Rubrica.

SPonte. Hæc in civili ſimiliter loquitur, in qua ante litem conteſtatam, etiamſi ſit facta citatio, licet tranſigere, vel paciſci, ſi poſt litem conteſtatam in termino neuter compareat, vel prorogent terminum ſine conſenſu curiæ, habet locum ſuperior conſtitutio, ſcilicet pœ-

inhibemus. Quod ſi hoc facere in fraudem juris noſtri tentaverint, (*a*) ejus tertiam, quod pro tranſactione actori exolvit conventus abſque diminutione aliqua fiſco noſtro componet. (*b*) Si autem reus aliquid actori pro prædicta occaſione dederit, & nihil, aut minus ſe dediſſe in diſpendium Curiæ mentiatur, in ejuſdem inficiationis pœnam (*c*) duplum tertiæ ſupradictæ, quam confeſſus dare debuiſſet, exolvat. Quæ omnia diligenter per officiales noſtros inquiri volumus, ut ſicut cuilibet jus ſuum inviolate ſervamus, ſic in jure noſtro defectum perpeti non poſſumus.

De privilegiis eorum, qui citati extra civitatem non veniebant, & privilegiorum irritatione.

TITULUS CVIII.

Ex diverſitate locorum non debet diverſum jus ſtatui, ſed in toto regno ſit hæc lex quod citatus a judice competenti, ſi ſit contumax, puniatur ſecundum ſacras regni conſtitutiones, non obſtante quocunque privilegio, vel conſuetudine approbata. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

PRivilegia (*d*) quibuſdam locis a nobis, vel prædeceſſoribus noſtris indulta, necnon conſuetudines in locis ipſis obtentas, veluti Meſſanæ, Neapoli, Averſæ, Salerni, vel aliis quibuſcunque, per quæ citati a Curia noſtra, vel a Juſtitiariis regionum ſuper cauſis, quæ ad eorum juriſdictionem ſpectare noſcuntur, ſe hactenus tuebantur, ne loca ipſa tenerentur exire ad juſtitiam faciendam: Ac propterea citationibus ſpretis, pœnam contumaciæ evitabant, & ſic licentius maleficia committebant, præſenti conſtitutione (*e*) irrita & inania eſſe cenſemus. Sed omni omnino diſcretione (*f*) ſubmota, quicunque & (*g*) undecunque (*h*) fuerit

(a) *Ejus tertiam*. Hanc legem intellige in illis caſibus, in quibus tertia debetur, ut ſupra de offic. Mag. Cam. l. Regiæ, ne ſit contra hoc, quod dicitur in prædicto titulo, l. Regiæ.

(b) *Si autem*. Infra de deſiſtent. ab acc. conſtitutione fin.

(c) *Duplum tertiæ*. Ut in hac l. dicitur ex ſuo mendacio, & inficiatione quis pœnam patitur, ad hoc facit illud generale, punitur quis de mendacio, quod eſt ſub illa rubrica de mend. & falſ.

ADDITIO. *Adde quod punitur ſi alium lædit, ut in l. fundum. in §. fi. ff. de evict. & per Angel. in l. qui libertis, in 1. no. ff. eo. & mendax æquiparatur infideli ſecundum Bal. in c. ſuper litteris, in 5. col. verſ. item quia de reſcrip.* Superantius.

Contra, vel quia nemo læditur ex ea cauſa, ut C. de inge. & ma. l. pen. vel quia impoſſibile continetur in mendacio, ut ff. de inter. act. l. ſi ſervus ab. Vel dic patitur pœnam extraordinariam ſaltem, non tamen illam, ut amittat libertatem, vel alia ſibi competentia, ut ff. de reg. jur. l. nemo ex his. Non eſt ergo contra quod dicitur in Auth. de trien. & ſemiſ. §. illud. quia & ibi patitur pœnam poſſeſſionis amiſſe.

De privilegiis eorum, qui citati extra civitatem, &c. Rubrica.

(d) PRivilegia. Tollit hæc conſtitutio quædam privilegia quarundam civitatum, quorum auctoritate non tenebantur homines illius loci vel civitatis pro qualibet cauſa exire illas civitates, & merito tolluntur illa privilegia, quia ex diverſitate locorum aliquod inducitur diſcrimen, &c. ut C. de sen. in integr. reſtitu. l. vacuam.

(e) *Irrita & inania*. Poteſt probabiliter quæri, utrum reſponſio, ſive præceptum reſtringatur ad ea tantum, de quibus in ſui principio fecerat mentionem, ſcillicet, ad Curiam Imperatoris, & ad Juſtitiarium regionis? quod poteſt defendi, quia tunc conſtitutio eſt generalis, quando principium eſt generale. Item quando non eſt ſtatuta in certis perſonis, vel certis negociis, ut ff. de m. & fac. igno. regula. §. pen. & ult. & de legib. & conſti. l. 2. & 3. Poteſt etiam contrarium argui, quaſi illa duo non fuerint cauſa finalis, ſed impulſiva, ſicut dicitur de Calphurnia, ff. de poſtul. l. 1. §. ſecundo loco, & quia multa verba generalia ſupponuntur in l. ſic & aliter præponitur ſpecies, & ſupponitur genus, & econverſo, ut ff. ad l. Aquil. l. ſi ſervus, §. inquit. & C. de malef. & mathema. in prima rubrica, & de ſervi. & aqua. quod dic, ut in ſumma de hære. & man. in principio. Primum tamen verius videtur, quia ratio legis eſt, ne maleficentia licentius committatur, magis aptatur ad Curiam Imperatoris, & Juſtitiarii, quam ad Camerarios, vel alios magiſtratus, ad quos non ſpectat cognitio criminalium. Sed ad Juſtitiarium bene pertinent quæque civiles. G.

(f) *Submota*. In perſona vocati.

(g) *Undecunque fuerit*. Dum tamen ille, qui citat, citet ad locum ſuæ juriſdictionis, & ad locum honeſtum, alioquin contra, ut ff. de off. præſi. l. 3. & de arbi. ſi cum dies, §. ſi arbiter. & ad locum tutum, ut ff. ad Trebel. de ætate, ibi, an ei venire liceat, &c. & C. ex quib. cau. ma. l. 3. non debet enim ſe quis capitali committere inimico, etiamſi haberet litteras de ſecuro conductu, ut extra, ut li. non conte. c. accedens ad appel.

(h) *Fuerit*. Dummodo locus, ubi eſt vocatus, non ſit

ANDREAS DE ISERNIA.

pœna decimæ partis litis. Sed ſi poſt litem tranſigant ſine licentia curiæ, eſt pœna tertiæ partis ejus, quod datum eſt ex tranſactione: de quo dictum eſt ſupra de offi. Baju. l. regiæ, & l. conſtitutionum. Si vero tranſigant aliquo dato, ſeu pacto remittant poſt litem moram conteſtatam, & tunc nocet remittenti. C. de pac. l. poſtquam, non licet ſine licentia curiæ. Et ideo puniri eos in decima parte litis videtur, ut ſupra l. proxi. Sicut in lite mora de injuriis actor de ſimulatione remittat, Inſt. de injur. §. pe. Plus facit contra judicem actor ſic remittendo gratuite, quam ſi terminum prorogat expreſſum, vel in inveniendo ſit deſes, & qui delinquit plus punitur, ff. de pœn. capit. §. ſolens. Sed quid ſi actor † in civili ſit contumax ante litem conteſtatam reo comparente, actore non, quæ pœna datur actori? non videtur hoc caſu fiſco pœna impoſita, ſed poteſt condemnari reo ad ſumptus, & viatica, ff. de judi. l. eum quem temere, circumductum eſt edictum, & ſine condemnatione expenſarum non tenebitur reus ulterius venire, & reſpondere, niſi prius reſtitutis expenſis, ff. eo. l. edictum.

† ADDITIO. *Adde Maranta in Spec. fol. 61. nu. 13.* De Bottis.

Si autem aliquid. Punit mendacium, quod diverſimode punitur in diverſis tractatibus, & in criminalibus habet locum infra, de deſiſtentibus ab accuſatione, per totum.

De caſſandis privilegiis. Rubrica.

PRivilegia. Tollit localia privilegia, ſed hodie pluribus conceduntur, quia poſitiva tollunt Principes, quan-

rit a judice competenti citatus, ſi contumax ſit in civilibus, vel in criminalibus cauſis, pœnis ſubjaceat noſtris conſtitutionibus introductis.

De contumacia alicujus univerſitatis.

TITULUS CIX.

Quando univerſitas eſt condemnata ad pœnam pecuniariam, & non habet bona in communi, debet conſtringi, ut imponat habitatoribus collectam, & pro modo facultatum illam ſolvant: & idem faciendum eſt, quando per definitivam ſententiam condemnatur ad debitum privatum, vel per interlocutoriam, ſcilicet, ex primo decreto. hoc dicit. Matthæus.

† Aliàs, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

DUbitationem * (*a*) juris peritorum non tam benigna, quam neceſſaria legum interpretatione tollentes, ſtatuimus. Si quando univerſitas aliqua Regni noſtri perſonaliter, & civiliter conventa, & citata contumax apparuerit, nec inveniatur commune ejus aliquid, quod propter ipſius contumaciam ab adverſario valeat poſſideri. Vel ſuper quo definitiva ſententia valeat executioni mandari: Singulos de univerſitate prædicta ad collectam compellendos eſſe jubemus: qui in collecta ipſa conferant pro modo facultatum ſuarum, ut ſic ex eo quod ex collecta ipſa redactum in commune fuerit, interlocutoriæ, vel definitivæ ſententiæ ſatisfiat. Circa pœnam etiam contumaciæ Curiæ noſtræ debitam hanc formam in univerſitatibus volumus obſervari: Ut contumacia ab univerſitate contracta pro dinumeratione cujuslibet focularis dimidius auguſtalis noſtræ Curiæ debeatur, ita videlicet, ut ſi mille focularia ipſa univerſitas habeat, quingentos auguſtales pro pœna contumaciæ univerſitas tota fiſco noſtro perſolvat. Quæ quantitas inter habitatores loci ipſius pro modo

---

ſit ſibi periculoſus, ut ſi quis cau. l. 3. ibi, cum tamen, &c.

De contumacia alicujus univerſitatis. Rubrica.

* ADDITIO. *Vide Doctor. in l. 4. §. actor. ff. de re judic. An pro collectis quis poſſit carcerari vide Bal. in l. etiam, C. de re judica. & Aufrer. in additio. ad Deciſ. Capel. Tholoſa. 28. Jaſ. in l. 4. in principio, de re judic. Quando citatur univerſitas, quomodo proceditur contra eam, & quæ pœna pro contumacia ſit, vide Guido. Papa in deciſ. 87. Paulum de citadinis in tractatu de jure patron. car. 2. col. 2. Alexan. conſil. 781. volu. 6. & multa per Alexand. conſil. 146. volum. 6. & eodem volum. conſil. 348. & reſpectu forenſium per Cornezum conſil. 194. volum. 4. & per Abba. in conſil. 61. volum. 2.* De Bottis.

(a) DUbitationem. Si univerſitas convenitur civiliter, vel criminaliter ab aliquo privato cum pœna pecuniaria eſſet imponenda. Si fuerit contumax, poſſidebuntur, & vendentur bona univerſitatis, ut creditori ſatisfaciat, ut ff. quod cujuſ. uni. l. prima §. penul. Idem ſi univerſitas condemnetur. Sed ſi nulla bona habeat, an ſint homines illius loci cogendi ad collectam faciendam, non erat expreſſum de jura communi. Sed ponitur pro q. in princ. l. Et hic exprimitur, quod collecta eſt facienda, ut actori ſatisfiat, ſive ſit contumax, ſive condemnata univerſitas, ſive in civili, ſive in criminali cauſa, in principio, vel in fine. Sed & ſi univerſitas ſit fiſco contumax, ſolvunt pro quolibet foculari medium auguſtalis, quæ ſumma in unum coacervata dividetur inter homines pro modo facultatum ipſarum.

Dubitationem, quæ dubitatio movetur. ff. quod cu-

ANDREAS DE ISERNIA.

quando volunt. C. de legi. l. digna vox. Citatio debet fieri ad locum ſuæ juriſdictionis.

ADDITIO. *Adde an citatus edicto ad domum, vel in loco beneficii, dicitur ficte contumax, vide per Dominos de Rota in ti. de dolo & contu. deciſio. 16. in novis.*

Et ad locum honeſtum, & ad locum tutum, quia inimicis non debet ſe citatus committere, etiamſi aſſecurent eum, & ad locum citetur non periculoſum, ut in gloſſa.

PRivilegia. Contra hanc conſtitutionem Beneventani habent c. ſtatuimus, & habent quod non teneantur comparere pro quacunque cauſa extra civitatem, & communiter aliæ civitates hodie cum derogatione hujus conſtitutionis, in bona forma. Petrus de Monteforte.

In gloſſa ſuper verbo, ſubmota. Nota ex iſta gloſſa quod quando quis citatur, debet citari ad locum ſuæ juriſdictionis, & ad locum honeſtum & tutum, alias non tenetur ire, nec debet ſe capitali inimico committere, etiamſi haberet litteras ſalvi conductus. Petrus de Monteforte.

De contumacia alicujus univerſitatis. Rubrica.

DUbitationem. Ponit qualiter puniuntur univerſitates contumaces, & id quod propterea ſolvent non dicentur ſinguli ſolvere, ſed univerſi. extra de reſcrip. cum dilecti. quia non debent ſinguli, ff. quod cujuſ. uni. l. ſicut. §. alii dixerunt, ut Odoſ. quod ſi velit actor poneretur in poſſeſſione viarum, fontium, & fluminum terræ contumacis, ut tædio affecta reſpondeat. Roff. dixit, quod iſta ſunt civitatis quoad uſum tantum, non quoad proprietatem, & ita in eis non fiat miſſio: nam eadem ratione poſſet fieri miſſio ſolis & Lunæ, & aliorum planetarum.

DUbitationem. In texto, in verbo citata. Nam univerſitas debet admoneti, ſeu citari, ut ff. quod cujuſque univerſitatis, l. 1. §. pen. ibi, & ſi admoniti, &c. Marinus.

In gloſſa 1. ibi, contumax. De hujuſmodi contumacia univerſitatis dic, ut plene no. ff. de reg. jur. l. non poteſt dolo carere. Marinus.

Qualiter autem condemnetur univerſitas, & conveniatur, & accuſetur, plene notatur per Innocentium, extra, de ſimo. cap. dilectus filius, in gloſſa ideo hi. Marinus.

In §. circa pœnam, ibi, cujuslibet focularis. Quæro an focularium alicujus, ob cujus petitionem eſt citata univerſitas, ſi ille eſt de civitate illa, connumerabitur in iſto caſu, ut teneatur ad contributionem ob contumaciam per univerſitatem commiſſam, & videtur, quod ſic: argu. l. qui herede, §. 1. ff. de cond. & demonſtrat. & de leg. 1. l. ab omnibus, §. ſi a Titio, ff. de excu. tut. l. ſi a miſſione, §. 1. & facit de conſtit. pec. l. proinde, §. 2. & vide quod ſcripſi in cap. clandeſtinis maleficiis Regis Caroli Primi.

Ibi, ſi mille. Vide de hoc Spec. in ti. de accuſ. §. 1. ver. ſed nunquid poteſt.

In

modo facultatum proportionabiliter (a) dividetur, ſicut in collectis aliis hactenus fieri conſuevit, quod etiam in criminalibus cauſis locum habere cenſemus, tam circa contumaciæ pœnam, quam etiam circa definitivas ſententias proferendas in cauſis, ex quibus condemnatis pecuniaria pœna ex earum qualitatibus, vel ex noſtro judicio irrogatur.

cujuſ. uni. no. l. 1. §. ſi nemo, in gl. ord. quæ incipit, id eſt, prætor faciet, &c. & remedium quod ibi in glo. ponitur in tex. hic.

(a) *Dividetur*. Non ergo unuſquiſque focularis debet ſolvere medium auguſtalem. Sed debet proportionabiliter dividi, &c.

ANDREAS DE ISERNIA.

In gloſſa, in verbo capitalis, in principio. Nota ex iſta gloſſa, quod in cauſis non capitalibus non debet quis banniri: ſed hoc poteſt, ut in cap. 1. & 2. de forjud. ubi dicitur, quod poteſt etiam pro crimine non capitali banniri, ſed non forjudicari. Sed quid ſi feci aliquem banniri, an ad meam petitionem poſſim facere ipſum a banno eximere? Dic quod ſic, ut notat gloſſa, in l. 2. C. de ſervis expor. de quo per Gui. in l. fin. ff. de offic. proc. Cæſ. & in l. 2. C. de lib. & eorum lib. Sed an poſſit remitti bannum ſine conſenſu partis ſi ſolvit bannum? & dic quod non, ut eſt text. in authent. item communitas. C. de epiſc. & cler.

In textu, ibi, capitalibus. Idem hodie ſi proceditur ex officio per probaram inquiſitionem, ut in c. 1. & 2. de forjud.

Ibi, multos. An ſi aliquid vertitur in utilitatem publicam, judex poſſit cognoſcere ex officio nemine accuſante? dic quod ſic, ut in l. 2. ſi man. ita venierit ne proſtituatur. Petrus de Monteforte.

FINIS LIBRI PRIMI.

LECTURA HARUM CONSTITUTIONUM

Idcirco poſita eſt hic in fine iſtius Libri, ut ſervetur ordo, cum Textus ipſarum communiter non habeantur.

I*N recipiendis*. Iſtæ leges uſque ad titulum de exordiis & præpar. judic. non ſunt notatæ per gloſſatorem, quia hodie ſunt quaſi inutiles: ponunt enim modum expediendorum negociorum juſtitiæ. Et in hac l. principium, alias, præcipuum eſt notabile, & generale, quod notarii, qui diebus præfixis non ſunt in cancellaria ſine licentia & juſta cauſa, puniuntur in expenſis.

De atteſtationibus. Moderat ſalarium ſcriptoris, hodie aliter eſt in uſu.

A*Dvocati*. Superfluit per l. advocatos. ſupra de offic. advoc. ubi contra iſtos ponitur major pœna.

S*I de quantitate*. Et hæc ſuperfluit per l. hac edictali. ſupra eo. tit. Adde tamen, quod judex debet eos concordare: & ſi non poteſt ipſe, adhibetur Magiſter Juſtitiarius, hoc eſt valde longum, & ideo melius ſtatuitur ibi, ut ſit in arbitrio judicis: quia ſtatuet ſalarium pro modo cauſæ, facultatum, & pro facundia advocati, ut infra ſtatim in l. judices.

S*I quem advocatorum*. Hæc lex eſt in utilitatem Curiæ, quæ ſi mittit unum advocatum extra Curiam, alii in cauſis iſtius miſſi ſupplebunt abſentiam, & gratis in cauſis, quas habebit ſub ſuo patrocinio abſens.

F*Ormam Sacramenti*. Nota hic in fine, quod officialis tenetur denunciare corruptelam alterius officialis, & hoc jurat, ſicut tenetur nunciare illum, qui committit contra Imperium, ut in Auth. ut liceat matri & aviæ. §. ſi vero contra Imperium. Andr.

J*Udices jurabunt*. Huic concordat l. hac edictali, ſupra de officio advoca.

M*Oderatas ſubſcriptiones*. Hic corrigitur, quia habent ſalaria vel trigeſimam, de officio Baju. l. cum certa, & l. cum juxta.

De condemnatione expenſarum & fructuum.

D*Ivorum principum*. Ut C. de judic. l. ſancimus, & in Auth. ibi poſita, ſumpta in Auth. de jud. §. oportet. C. quando provoc. non eſt neceſ. l. omnem. & de fructibus & litium expen. l. 2. & 3. in quibus etiam dicitur de juramento & taxatione judicis, videtur aliquibus contra, quia indiſtincte dicitur victum victori condemnari ad expenſas, indiſtincte intelligatur, ſcilicet, etiamſi juratum fuerit de calumnia in lite.

Additio. *Adde c. finem litibus. de dolo & contu. c. calumniam, de pœnis. glo. fin. in c. ult. de majorita. & obed. l. eum quem temere ff. de jud. Limita iſtam regulam multis modis, de quibus per Jaſonem in l. ſive autem, in 1. col. ver. iſtam regulam, C. de judic.*

Alii contra, ut notatur in d. §. oportet, in gloſſa quæ ſumitur, & in littera, quia punitur arbitrio judicis: & quia hæc nihil ſtatuit novum, dicit ſe inhærere veſtigiis aliorum Principum: unde ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet: & facit quod notatur ſecunda, quæſt. 1. in primis, ex quo juravit de calumnia, credidit ſe jus habere: quia non videtur immemor ſalutis æternæ propter ſacramentum. C. ad legem Juliam repetundarum, l. ſi. Item judex appellationis poteſt condemnare de expenſis factis in lite principali, d. l. omnem, ver. judicibus. Poteſt enim facere condemnationem: & quia de principali cognoſcit, cognoſcet & de acceſſorio. Dicitur quidem in verſiculo, judicibus, quod judex principalis poteſt condemnare de expenſis ſine provocatione: quaſi dicat, ſi eſſet provocatum, tunc judex appellationis, &c. Alii reputant hoc abſurdum, quia officium deſerviens judici principalis cauſæ expiravit lata ſententia. C. depoſiti. l. 4. quomodo ergo de expenſis non factis coram eo extenderet ſe ad hoc officium deſerviens cauſæ appellationis: argum. ff. comm. divid. l. ut fundus, & ille, cui debentur expenſæ, agit contra judicem, qui omiſit condemnare de expenſis, ut patet hic, & C. de judiciis, l. properandum. §. ſin autem alterutra, & prædicta l. omnem. C. de fructibus & lit. expenſis. De expenſis vero factis in cauſa appellationis condemnare poteſt judex appellationis, ut hic, & de uſuris contractis currentibus durante cauſa appellationis. ff. de re judicata. l. fina. de appellationibus, l. negociorum, & de uſuris. l. tutor. Alii allegant ad hoc. C. lib. 10. de decurionibus. l. 2. Sed ibi improprie dicitur judex appellationis: quia in principali non erat pronunciatum per aliquem. Appellatum quidem erat a nominatione tantum.

P*Ræſenti*. Punit dominum opprimentem vaſallos, & vaſallos de dominis conquerentes injuſte: & eſt ſpeciale in domino, ut de defenſa vaſallorum contra eos, civiliter tantum, non criminaliter agatur, ſupra de defen. faci. expe. ſpe. l. 1. circa fin.

In hac Rubrica probat Gloſſator, quod citatio ſit de proceſſu judicii.

Additio. *Adde §. omnium. Inſtit. de pœna teme. litigan. glo. in verbo, citationes, in c. quoniam contra, de probat. gl. in verbo, formam, in c. prudentiam, de offic. deleg. Dom. in c. ſtatutum, in §. cum vero, de reſcrip. lib. 6. Archid. in c. placita. 15. q. 4. Doctores in rub. C. de in jus vocan. Paul. de Caſt. in l. 1. ff. eo. tit. Et eſt principium judicii ſecundum Card. Zabar. in c. licet, de offi. deleg. Philip. in c. quamvis, in 1. col. eo. ti. lib. 6. Bar. in l. more. ff. de juriſd. omn. jud.*

Item quod non debet fieri die feriato, & in hoc bene dicit. Item quod non debet cadere in diem feriatum: hoc hodie in contrarium eſt: quia non debet comparere in die feriato, ſed in primo ſequenti non feriato, etiamſi expreſſe diceretur per judicem, quod compareat die Dominico, debet comparere die Lunæ, dic per Innocentium extra de feriis, c. conqueſtus.

In (1) nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Maximi Imperatoris Italici Hieroſolymitani.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

De pœna contumacia in criminalibus cauſis.

TITULUS I.

Contumax in cauſa criminali capitali condemnatur ad tertiam partem bonorum ſuorum mobilium; & annotari debent omnia ejus bona mobilia, & ſtabilia, nec non debet banniri publice in præſentia Magiſtri Juſtitiarii, & judicum, ſi per eum bannitur, ſubaudi, vel in præſentia Juſtitiarii, & judicum ipſius, & dictum bannum debet continere perſonam banniti, & cauſam, qua fuit bannitus, & annum, menſem & diem banni. Et ſi infra annum comparebit, & ſteterit juri, recuperabit bona annotata, detracta tertia parte bonorum mobilium, & ſi non comparet infra annum, omnia bona ſua annotata erunt fiſci, ſi non habet liberos. hoc dicit. ſed ſi habet liberos ſerva, quod dicitur infra in conſtitutione forjudicatorum bona. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

GRandis (*a*) utilitas, & neceſſitas evidens nos inducunt, ut accuſationum ordinem priſcis legibus inſtitutum, maleficiorum excreſcente nequitia, in ea parte potiſſime corrigamus, qua malefactores interdum contemptus, & contumaciæ vitium, vel pœnam patratis ſceleribus aggregantes, ſine temporis præfinitione (*b*) vagari, in ipſorum etiam plerunque diſpendium, & aliorum injuriam permittebant: defenſionem eiſdem nullo temporis ſpatio præcludentes, quo fiebat, ut ipſi purgare ſuam innocentiam non curarent: & (*c*) accuſatores arguere eorum nocentiam non valerent. Hac igitur edictali lege noſtri nominis titulo præſignata proſequimur contumaces, & qualiter contra ipſos in judiciis criminaliter, & (*d*) capitaliter accuſatos, qui ſui copiam in jure non faciunt, procedatur, * manifeſtiſſime declaramus: (e) Eos namque in primis tertia parte bonorum

(1) Additio. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Adde quid de notario, qui conficit inſtrumentum inter Judæos, vide per Bar. in rub. ff. de novi oper. nuncia. Bal. in proœm. C. Bal. in rub. de juſti. & jure. Ant. de But. & Abb. in proœm. Decret. Anto. de But. in c. inter dilectos, de fide inſtrum. Joan. de Ana. in rub. de Judæ. Angel. de Are. in proœm. Inſtit. in 1. colum. Fallit in Judæo notario ſecundum Jaſo. in apoſtil. ad Porcium, Inſti. de juſt. & jure, in addi. incip. adde tu quod licet notarius, & quid de Judæo vel Pagano, qui invocant nomen Domini, an debeant puniri? vide per Bart. in 1. conſti. ff. & quid de Saraceno invocante nomen Macometi in terris Chriſtianorum? vide per Cardi. in clemen. 1. de Judæis.* Superantius.

De pœna contumaciæ in criminalibus cauſis. Rubrica.

(a) G*Randis utilitas.* Hæc conſtitutio punit contumaces in criminalibus cauſis in tertia parte mobilium, ſicut in aliis contumacibus, & hoc eſt jus novum. Item bona ſua annotantur, & hoc eſt jus commune, quod dic, ut ff. de requiren. reis. l. 1. & per totum. Hoc excepto, quia illæ leges non diſtinguunt, habeant filios contumaces, vel non. Conſtitutio iſta reſervat bona filiis, ſi habeant. Item inducit & aliud jus novum, quod contumax ponatur in banno cum ſolemnitate hujus conſtitutionis.

Grandis. Hæc conſtitutio, grandis, corrigit ff. de requi. re. l. annos. in ſi. in eo quod permittebat poſt annum defenſionis facultatem contumaci.

(b) *Vagari.* Ut ff. de requirendis reis. l. annus. §. in ſumma.

(c) *Accuſatores.* Hodie tamen per conſtitutionem infra proxime ſecundam, pœnam eorum, &c. poſtquam eſt bannitus citatus, accuſator poſt annum poteſt accuſare contumaciam accuſati banniti, & petere, quod forjudicetur, & ſic non poteſt vocare ſine temporis præfinitione.

(d) *Capitaliter.* Bene dicit capitaliter: ſecus enim ubi non capitali crimine, ut ſi imponeretur pœna relegationis, † vel minor: nam tunc poſſet dari ſententia in abſentem, ſive ſit lis conteſtata, ſive non, ut ff. de pœn. abſentem. §. ſi ſæpius, & not. ff. an per alium cauſæ appel. re. poſſint. l. 1. ff. de procura. ſervum. §. publice, conſtitutio iſta tanquam non neceſſaria, nec utilis non vendicat ſibi locum.

† Additio. *Adde c. Regni, ſive quis, & ibi Scrib. fol.* 145. *nu.* 18. 19. 20. *& ibi, an pro perjurio poſſit quis forjudicari.* De Bottis.

* Additio. *An ſi procedatur ex officio, poſſit forjudicari, vide c. Regni, ſive quis, & ibi Scriben. nu.* 17. *fol.* 145. De Bottis.

(e) *Eos namque.* Aliter jure Romano procedebatur contra abſentem contumacem, ut C. de accuſa. l. abſentem.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

De pœna contumaciæ in criminalibus cauſis. Rubrica.

G*Randis utilitas.* Ponit jus commune, quod eſt in titulo de requirendis reis. Addit tamen differentiam mobilium, & de forbannitione, quæ habent locum, ſive ſit contumax ante litem conteſtatam, ſive poſt. Item bona annotata propter contumaciam lapſu anni ſunt totaliter fiſci, nec reſervatur portio aliqua liberis jure Romano, ſed per conſtitutiones iſtas, ſicut dicit gloſſa, immo & de jure Romano dicunt Moderni, & bene, quod debet portio liberis reſervari dicto caſu, quia major eſt ratio, quando perduntur propter contumaciam, quam quando propter delictum declaratum per ſententiam, propter generalitatem rationis, quæ eſt in l. cum ratio. ff. de bonis damnato. & l. 1. C. eod. l. fin. Et nota, quod aliter forbannitur quis jure Romano, quo ban-

rum mobilium, * ſicut in noſtris conſtitutionibus eſt (*a*) expreſſum, mulctandos eſſe jubemus: quam ſacri ærarii noſtri compendiis aggregamus. Bona reliqua ** juxta antiquam formam, quæ contra abſentes requiſitos eſt (*b*) prodita, volumus annotari. Quæ anni circulo a die

* Additio. *Intelligas de mobilibus ſimpliciter, non autem de animalibus, nec de nominibus debitorum, ut probat tex. in l. fi. ff. de requir. reis, & quatenus ibi loquitur de moventibus, ego intelligo de animalibus, licet gloſſa ibi videatur dicere, quod ſint mobilia, dum appellatione ejus intelligit de fructibus, pro quo vide tex. in l. a divo Pio, §. in venditione, ff. de re judic. & tex. in l. moventium, ubi gloſſam de verb. ſign.*

De annotatione bonorum mobilium, & occupatione bonorum immobilium, & feudorum, an & quando poſſit fieri propter contumaciam, vide Capec. in deciſ. 131. per totum, & Jaſ. in l. 1. §. fin. ff. ſi quis jus dicen. non obtem. ubi ad hoc ut quis banniatur & ſit contumax, requiritur quod citetur perſonaliter, refert Capec. deciſ. 141. in fine, & an percutiens quem cum baculo poſſit forjudicari, vide Joann. Grillum in conſtit. Juſtitiarii nomen, & Gram. deciſ. 17. cum pluribus ſequen. & de materia hujus conſtitutionis, & ſeq. vide omnino Gul. de Bero in ca. Raynutius, in ver. mortem, la 1. nume. 48. cum pluribus ſequentibus. De Bottis.

(a) *Expreſſum.* Scilicet, de pœna contumaciæ, in criminali cauſa.

** Additiones. *An nomina debitorum veniant in publicatione omnium bonorum, Bald. in l. 1. ff. de ſtatu homin. & Corta in ver. bonis, & in ver. nomina. Adde quod ſi revertitur infra annum, bona reſtituantur, Luc. in l. facultas, colum. 4. C. de jure fiſci, lib. 10.*

An veniant ut nomina debitorum, vide Mollum de Capua in addit. ad l. ſi fideicommiſſum, §. tractavi. ff. de jud. De Bottis.

Et vide pro hoc Guido. Papæ deci. 344. & per Card. in clem. 1. de rebus eccl. non alienan. Fabius Jordanus.

(b) *Prodita.* Ut ff. de requiren. reis, l. 1. in fine, & l. ult. & C. eodem tit. l. 1. non ergo bona recuperat poſt annum, ſi infra annum non exivit de banno, ut hic, & prædic. l.

Additio. *Adde quod de bannito reſtituto ad gratiam, an intelligatur reſtitutus ad bona? vide gloſſam & Barto. in l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de quæſtio. Et ibi concludatur, quod ſic. Limita quoad bona, quæ tenebat Princeps, non autem quoad bona, quæ donaverat capitaneis, ut in cap. quamvis, & c. ſi perpetua debiti. de reſcrip. in 6. Et in l. 2. §. merito, & in §. ſi quis, in princip. ff. ne quid in loco publico. Et gloſſam in §. ſed quod ſi tantum. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthu.* Superantius.

Excipere tamen perpetuo poteſt, ſi de principali crimine accuſetur, nec in hoc curſus anni præjudicat, ut ff. de requiren. reis, l. annus, in fine, niſi eſſet forjudicatus, quia tunc pro confeſſo habetur, ut infra titu. 2. l. pœnam. Et habet locum hæc conſtitutio in reo abſente ante litem conteſtatam. Quid ſi poſt litem conteſtatam eſt contumax, qualiter punietur? Hæc conſtitutio non determinat, ut infra de deſiſten. ab accuſ. l. accuſatorem, ſcilicet, quia ibi loquitur in accuſatore abſente poſt litem conteſtatam, & punit eum in tertia parte mobilium, qualiter ergo punitur, quia ad definitivam ſententiam procedi non poteſt, ut dicit l. properandum. C. de judi. quæ locum habet in civili, nam ſecus in criminali, ut C. de requiren. reis, l. 1. & no. ff. de requiren. reis, l. 1. in principio, & 2. reſpon. & C. de accuſat. l. abſentem. Reſpondeo, videtur quod teneatur ad centum auguſtales, ut infra de deſiſten. ab accuſa. l. ſæpe contingit. Vel videtur, quod poſſit ad definitivam procedi, ſi liquet de crimine, præſertim ſi ipſo tempore prolationis ſententiæ ſit contumax, confecto jam

ANDREAS DE ISERNIA.

bannum eſt condemnatio de delicto juris, vel judicis, de quo dicit glo. Inſti. quib. mod. jus pat. poteſta. ſol. §. relegati. & diximus plene in ult. rubri. libri feudorum, §. item nulla communitas. Bannum ergo, & bonorum annotatio † propter contumaciam non infamant ipſo jure, antequam damnetur de crimine, ſed gravatur infamia facti, quod dic, ut C. de requiren. reis, l. fi.

† Additio. *Idem tenet in conſtitutione, pœnam, col. fin. in princip.* De Bottis.

Superfluo ergo quæritur, ſi extrahatur de banno infra annum, an remaneat infamis, nam durante banno infamis non erat, immo illa infamia facti videtur aboliri, ex quo reſtitutus eſt in ſtatum priſtinum, ff. de ædil. edic. l. quod ita. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum, l. & Attilicinus, 35. diſtinctio. ab exordio, argumen. contra. C. de generali abolit. l. fina. Hoc videtur approbare gloſſa in l. pœnam, in fine magnæ gloſſæ, quando infra annum non purgavit moram. Nos quærimus, quando infra annum fuit extractus de banno, & quia non videtur aboleri turpitudo poſtea intermiſſa, ff. de ritu nuptiarum, l. palam, §. non ſolum, ſed potuit eſſe contumacia ſine turpitudine, ut ſi citatus in domo neſcivit id, vel iram judicis fugiebat, non quod eſſet in culpa. Unde ceſſante cauſa, † ceſſare debet effectus, ff. de repu. quod ait. §. 1. & iſta eſt maxima apud ipſos naturales, ut in multis locis legitur.

† Additio. *Idem tenet Andr. in l. pœna. in princ. de uxo. forjud.* De Bottis.

Sed nunquid bannitus poteſt alienare de bonis ſuis? videtur quod non: quia nec ſolvi ei poteſt a debitore ſuo, ne fuga ejus fiat inſtructior, ff. eod. titu. de requiren. reis, l. fi. in fine. Item quia diſtribuuntur & annotantur bona poſt bannum, & infiſcantur lapſu anni, & ſic fiſcus alienata ante annum revocabit. C. communia de lag. l. fi. Alii dicunt quod ſic, quia eſt dominus bonorum uſque ad finem anni, & ſub conditione ſunt fiſci, ſcilicet, ſi non purget contumaciam infra annum. Quod autem debetur alii ſub conditione poteſt dividi. ff. famil. erciſcun. l. & poſt. §. res ergo alienatur, quia diviſio alienatio quædam eſt. C. communia utriuſque judicii, l. 1. pro hoc eſt, ff. de rei vendicatio. l. & ideo. ad fin. l. 1. §. 1. & quæ debentur ſub conditione, alienantur, d. l. fin. licet authen. res quæ, ibi poſita contradicat. Nam & poſt contractum capitale crimen, non prohibetur alienatio, ff. de donatio. l. poſt contractum. Primum videtur verius, ut in fuga non fiat inſtructior, cum eadem ſit ratio in alienatione, quæ eſt in ſolutione debiti. Sed pone quod alienavit, & ſic non tenuit, venit infra annum, & extraxit ſe a banno, & recuperat bona, nunquid confirmetur alienatio? Videtur quod non inſpecto principio, ff. de regul. jur. l. quod ab initio, † quæ loquitur in perpetuo prohibitis. Item ſpectamus initium. ff. de verbor. obligat. l. ſi filius, & ff. mand. ſi procurator, de conſtitu. pec. item illa. §. 1.

† Additio. *Adde Philip. Dec. quem vide in d. l. quod ab initio.* De Bottis.

Verius eſt, ut confirmetur, quia non videtur fuiſſe bannitus, ex quo redit. ff. de repu. l. 1. & arg. ff. eorit. l. 1. §. fi. & ſtipulatio conditionalis, exiſtente conditione, habetur pro pura a tempore contractus, ff. de periculo & commodo rei venditæ, l. ſi pendente, qui po. in pig. hab. l. potior. Remiſſio ergo banni trahitur retro, ſicut repudiatio legatarii, ff. de lega. 1. l. ſervum filii §. 1. de manumiſſ. l. 2. ad legem Aquiliam, nam ſicut, ſi certum petatur, perinde. Nam multo magis ſi fuiſſet res aliena, confirmaretur, ex quo effectus eſt dominus, ff. de act. emp. l. ſi quis alienam, de uſucap. l. cum vir. ad Trebel. l. filiam fratribus. Adde quæ dicta ſunt infra eodem, l. clementiæ. Item quid ſi accuſator moritur infra annum, an lapſu anni perdentur bona annotata? nam quando moritur accuſatus, expreſſum eſt quod non, ff. de requir. reis, l. 2. §. fi. Idem videtur quando moritur accuſator,

a die (*a*) annotationis elapſo: cum per annotantis litteras publice innotuerit, fiſci noſtri commoditatibus acquirantur, ſi non (*b*) habeat liberos annotatus. Ipſos * denique per Magiſtrum Juſtitiarium, & Juſtitiarios, quibus de contumacia eorum contracta liquebit, banniri mandamus, & divulgari publice fore bannitos. Bannum etiam, & cauſam banni, pro qua bannitus aliquis fuerit, & diem bannitionis etiam in præſentia Magiſtri Juſtitiarii, & Judicum Curiæ noſtræ in actis volumus contineri: Si quando per magnam Curiam noſtram citatus, & contumax bannitionis pœnam incurrit. Humanitate ** tamen antiquis legibus annotato ſervata a noſtra celſitudine volumus non negari, ut eis, ſcilicet, infra annum prædictum redeuntibus bona recuperare liceat annotata: tertia tantum parte mobilium in omnem eventum apud noſtram Curiam remanente, ut impunitam fore contumax ſuam contumaciam non lætetur.

Ut

jam facinore, id eſt probato plene, ita quod ſola ſententia reſtabat, ut C. de adul. l. adulteram, & l. quamvis. Vel melius dici poteſt, quod hæc conſtitutio locum habeat in contumace poſt litem conteſtatam, nam jure Romano annotatio bonorum habebat locum in utroque caſu, tam in accuſato contumace ante litem conteſtatam, quam in contumace poſt litem conteſtatam, ut in præalleg. l. 1. C. de requir. reis, & idem per omnia erat in utroque caſu, ut notatur in præallegata l. abſentem, ff. de pœnis, in gloſſa ordinaria, quæ incipit, ſi tale crimen, &c. unde id, quod noviter hoc jure adjectum eſt de banno, & forjudicatione, ut hic, & infra eodem, pœnam, ſimiliter obtinet in utroque caſu prædicto, ſcilicet, tam ante litem conteſtatam, quam poſt, cum omnibus manifeſtum ſit oportere ea, quæ adjecta ſunt, valere, in quibus interpretatis legibus ſit locus, ut in Authen. de filiis ante dotal. inſtru. natis, circa fi. colla. 3. Lex vero præallegata, ſæpe contingit, quæ loquitur de pœna centum auguſtalium, loquitur in alio caſu, ut ibi patet. Etiam magis puniretur contumax ante litem conteſtatam, quam poſt litem conteſtatam: quod eſſe non debet, cum magis delinquat contumax poſt litem conteſtatam, quam ante litem conteſtatam, ut in ſumma Azo. de jud. §. ſi autem lite. conteſt. deterior namque dolus eius cognoſcitur, &c. ut in Auth. de litig. prope fi. coll. 8. & ita ſi conſtitutio locum habet ante litem conteſtatam, multo fortius poſt litem conteſtatam, ut argu. C. quomodo, & quando ju. conſentaneum, imo hæc conſtitutio generaliter loquitur, nec diſtinguit ante litem vel poſt, nec etiam dicere poſſumus, quod in crimine capitali definitive damnemus abſentem, quantumcunque liqueat de crimine: quia præalleg. l. adulteram, non dicit, quod damnetur, ſed quod recipiatur inter reos, & in præalleg. l. quamvis, non loquitur in accuſato, ſed in accuſatore abſente, ſecundum Roſt. in libellis criminalium, in ti. qualiter rei contu. pu. §. ſi autem fecerit contra, ut ibi notatur.

(a) *Annotatis*. Alias, annotationis. Et nota quod annus iſte computatur, ex quo annotatio hujus publice innotuit, nec requiritur, ut aliter pervenerit ad notitiam annotati, ut hic, & ff. de requir. re. l. 1. §. præſides, & l. annus, licet Azo videatur aliter ſentire, ſcilicet quod a tempore ſcientiæ computetur, ut in ſumma eo. tit. de requir. re. circa medium.

(b) *Habeat liberos*. Vel parentes, † uſque ad tertium gradum, infra de pœna for. l. forjudicatorum, & dic, ut ibi, & in l. ſed ſi quando aliquid, &c.

† Additio. *An autem forjudicatus habeat uſumfructum bonorum, quæ reſervantur filiis, & an ex eis debeat ali, vide Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 70. cum ſeqq.* De Bottis.

Sed nota quod in hoc articulo mitius quam jus commune agit hæc conſtitutio, cum de jure communi, licet bona damnatorum ſerventur liberis & parentibus uſque ad tertium gradum, in Auth. ut nul. li. haberi lo. ſer. §. ult. non tamen bona taliter annotata propter contumaciam eorum, prædictis aliqualiter reſervantur, niſi reus hujuſmodi moreretur infra annum, ut ff. de requir. re. l. 1. in fine, & C. de requir. re. l. 1. vel niſi reus iſte ab iſta annotationis ſententia appellaſſet, & cauſa appellationis pendente fuiſſet mortuus, ut C. ſi pendente appellatione mors intervenerit l. 1.

* Additio. *An tales forbanniti, antequam forjudicentur, poſſint impune offendi. Bal. in l. ſi mora. col. 1. in fi. tenet quod ſic, ſequitur Jaſ. in l. ſi plagii, 1. nu. de verb. oblig. & Feli. in cap. quæ in eccleſiarum. col. 2. verſ. primus caſus de conſtitu. de quo vide Cottam in verbo, Bannitus.* De Bottis.

** Additiones. *Adde quod iſte talis bannitus poterit ex hac ſola contumacia torqueri, juxta tamen qualitatem per-*

ANDREAS DE ISERNIA.

ſator, quia accuſatio abolita eſt, & nomen accuſati deletur de numero reorum, ff. de accu. libellorum, §. fi. accuſatione ergo finita fruſtra de pœna agitur ar. ff. ſi quis cautionibus l. 2. nec etiam tunc poſt annum petetur forjudicari, ut dictum eſt infra l. pœnam.

Additio. *An iſta conſtitutio, grandis, habeat locum in non facto legitime contumace? vide apoſtillam domini Alex. ad Bartol. in l. 1. §. & parvi. ff. quod vi aut clam. & ad materiam And. de Iſer. infra de milit. verſ. qui contra in fi. Et quis poſſit bannire, & deportare? per Alexan. plene in conſ. 36. in vol. 1. Et de intellectu iſtius conſtitutionis, dum loquitur de annotatione bonorum, vide Alexan. in conſ. 77. in 4. volum. & quando bannitus alias tenatur comparere ſaltem per procuratorem? per Gand. in ſuo tract. criminalium, in ſuo tit.* Cæſar.

C*Onſtitutio Regni, Grandis utilitas*. Ibi, hac igitur edictali. Nota, quod licet videatur, quod lite non conteſtata non poſſit ſententia definitiva proferri, tamen contrarium eſt verum, quia licet poteſtas, & judex poſſit ſuam juriſdictionem defendere pœnali judicio, ut ff. ſi quis jus dicenti non obtemp. l. 1. & maxime ſecundum Azo. nota, quod lite non conteſtata procedi poteſt contra abſentem ad condemnationem, ad imponendum pœnam relegationis, & infra, ut de pœn. l. abſentem, & C. de accuſa. l. abſentem, ultra autem relegationem in abſentes pœnæ non inferuntur, ut patet in præallegatis legibus, & ff. de requiren. reis. l. 2. hoc enim bannum, & condemnatio, quæ ſequitur, pœnæ deportationis loco ſuccedit: cum ipſæ pœnæ hodie non ſint in uſu, ut no. glo. Inſti. quib. mod. jus pa. pote. ſol. §. relegati, & hoc bene conſuetudo ſervat. Bartholomæus de Capua.

In textu, ibi, volumus annotari. Sed quid ſi accuſatus ſit contumax ante litem conteſtatam, & non habet bona, quæ poſſint annotari, qualiter procedetur contra eum? reſpondeo, quod forte indicetur ſibi mulcta per illud edictum, ſi quis jus dicenti non obtemp. Et proderit hoc: quia licet ſit pauper, ſi poſtea capietur, luet pœnam in corpore, ff. de pœn. 2. Bartholomæus de Capua.

Nota ex iſta conſtitutione in fine, quod loquitur iſta conſtitutio in bannito, ſecus ergo ſi reus fugiſſet, de quo non loquitur hæc conſtitutio; ſtabimus ergo juri communi, argumen. C. de appellat. l. præcipimus, in fine ff. de act. & oblig. l. quoties, tunc enim ejus bona eſſent occupanda a fiſco, & nunquam a fugitivis recuperanda, ff. de bonis libert. l. ſi in libertinum, nam aliud eſt abeſſe, aliud in fuga eſſe, ff. ad l. Flavi. de plag. l. 2. in principio. Abeſſe enim videtur qui a judicio

Ut univerſitas accuſata, & mulieres conjugatæ in criminalibus cauſis poſſint ordinare procuratorem.

TITULUS II.

Sive univerſitas accuſetur capitaliter, ſive ipſa accuſet, poterit in judicio comparere uſque ad finem cauſæ per ſuum ſyndicum legitime conſtitutum; & hæc deciſio extenditur ad mulieres conjugatas, ut in capitali judicio per procuratores earum agitetur judicium, ſed definitiva debet proferri contra ipſas principales, ſubaudi præſentes: hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias. Idem.*

GEneralia (*a*) jura * condentes tam in cauſis, quæ contra ſingulares perſonas, quam in

---

perſonæ. Bal. in l. 1. num. 13. C. de hered. inſtit. Cons in ver. Bannitus in contumaciam. De Bottis.

Quid in officiali contumace pro delicto, an et comparente infra annum recuperet officium, vide Andream de Iſernia in conſtit. clementia, inf. verſi. quod ſi extrahatur a banno, & ibi Afflict. nu. 17. tamen in continuo ſuæ Majeſt. qui contumax ob delictum fuerat militia ſpoliatus, cum comparuiſſet infra annum, & petiiſſet ſibi militiam reſtitui, juxta tex. in l. 1. §. deſertor. C. de deſer. lib. 12. & in l. penult. ff. de re milit. non potuit obtinere in regio collaterali conſilio, alias pro actorum Magiſtro magnæ Curiæ Vicariæ, qui ob contumaciam fuerat ſuſpenſus ab exercitio officii, cum comparuiſſet, decretum eſt ibidem, quod reſtituerentur etiam fructus. Fab. Jordanus.

Ut univerſitas accuſata, & mulieres conjugatæ, &c.
Rubrica.

(a) G*Eneralia.* Permittitur univerſitati accuſatæ, vel accuſanti, ſyndicum ordinare in criminalibus cauſis. Item permittitur mulieribus, ſive accuſatis, ſive accuſantibus in caſibus, in quibus poſſunt accuſare, puta, quia proſequuntur ſuam, vel ſuorum injuriam. De jure civili hoc non reperiebatur, imo reperitur regula in contrarium. ff. de publi. judi. l. pe. §. ad crimen, & ff. an per alium cauſæ app. l. 1. In quibuſdam tamen permittitur, ut C. de injariis. l. 1. Et hæc conſtitutio mota fuit circa univerſitatem † propter difficultatem.

† Additio. *Adde quod univerſitas eſt citanda in parlamento, aut arenga, & ſi non vult congregari, prout tenetur, tunc executor, vel nuncius debet legere in platea citationem vel mandatum, ita Luc. in l. in provincialium, col. 2. de erog. mil. anno. lib. 12. qui de univerſitate, & quo pœna ſint puniendi, vide Luc. in l. 3. col. 2. & ſeq. C. de exact. libro 12. ubi per multas columnas examinat hoc: & etiam an facta exactione pecuniaria poſſit etiam exigi corporalis, vide, quia pulcre.* De Bottis.

Nam de facili univerſitas non poſſet coadunari, ſicut nec conſentire, ut ff. de acquir. poſſ. l. 2. ad finem. In muliere propter illam rationem, quæ eſt. C. de procur. ſi maritus, & notatur in hac conſtitutione.

* Additio. *Quæro, an hæc conſtitutio habeat locum in mu-*

ANDREAS DE ISERNIA.

dicio abeſt, ff. de dam. infec. l. 4. §. abeſſe, fuga autem reddit dominum ſuſpectum, & facit eum pro confeſſo, & condemnato haberi, ut in Authen. de exhibeo. reis, §. ſi vero, col. 5. & §. ſuper hoc nulli judici, & §. ſi vero, ut judi. ſine quoq. ſuffra. §. neceſſitate de omni agro deſerto. l. lucorum argu. contra de curatore. l. divus, in gloſſa quaſi, &c. de reb. cred. l. 1. in fi. de pœn. l. abſentem. C. de accuſ. l. abſentem. ad leg. Jul. de adul. l. ſi quidam. l. quamvis. Ad primum facit, quia qui ſubterfugit confitetur, extra de reſcri. c. nullus, nam fuga facit hominem liberum pro ſervo haberi, & qui ſe ſcit liberum, deinde quod fugit agit, ut hoc ipſo, quod in fuga ſit, pro ſervo agere videatur, ff. de lib. cau. l. ſi autem, in fine, & arg. etiam eorum, quæ no. in Longob. de malef. & crimi. l. ſi. in glo. quæ incipit neceſſe habet, ibi, quæritur ſi de crimine, &c. Et alias dicit, quod donec quis pertinaci animo latet, poteſt bonis omnibus ſpoliari. C. de ju. fiſ. l. certa, & decurio. l. ſi ad magiſtratum, vide conſtitutionem humanitatem in gloſſa, ſane.

In gloſſa ſi. in fine. Nota appellari a ſententia annotationis, quod eſt notabile. Sed quomodo iſte reus appellat, nonne eſt contumax damnatus qui non appellat? C. de app. recip. l. 1. Reſponde: In contrariis fuit contumax vere, hic ficte, quia appellat. ff. de judic. l. prætor. §. fin. Eſt enim differentia inter veros & fictos contumaces, l. divus, ff. de in integ. reſt. l. divus, ff. ex quib. cau. in poſſ. ea l. Falcinius, in fine vel dic, quod hic judice ſedente pro tribunali, ut in d. l. divus, vel dicta. l. loquitur in definitivis, in quibus contumax damnatus appellare prohibetur, ut dictis legibus, hoc an locum habeat in interlocutoria, ubi contumax damnatus appellat jure permittente, & ut l. 2. quæ hic allegatur, ſi pendente appellatione mors intervenerit, alias contumax ille, qui de definitiva non appellat, nec ab interlocutoria appellare poteſt; & prædicta una littera non eſt vera, ſed improbatur ex præmiſſis, primam rationem, & ultimam puto veram præterrim cum jure iſto hujuſmodi interlocutoriæ quoad condemnationem tertiæ partis mobilium, & quædam alia trahant ad ſe executionem, & vim habeant definitivæ, a qua appellatio non admittitur. C. de appel. non reci. l. 2. & interlocutoriæ vim definitivæ, a qua appellatio non admittitur. C. de appel. non reci. l. 2. & interlocutoriæ vim definitivæ habentes concurrunt, no. ff. de re jud. l. quod juſſit. Bartholomæus de Capua.

In textu, fiſci noſtri commoditatibus acquirantur. Quid ſi bannitus infra annum non veniens, bona omnia quæ habet, teneat ab aliquo Comite, vel Barone, nunquid iſta publicantur fiſco, vel redeat ad Comitem, vel Baronem? & in caſu, quo reducerentur ad Comitem, vel Baronem, nunquid in vita banniti ſint, & eſſe debeant penes fiſcum? reſponde per ea, quæ notantur per And. de pace tenenda, l. ſi quis hominem, ver. ſi vero violator pacis, & in conſtitutione Regni, poſt mortem, de mor. banni. nuncian. Imperato. & quod notatur in conſtitutione ſi quando, §. ſane.

In textu, in verbo annotari, id eſt quod bona deſcribantur per publicum, dicit gl. in l. 1. ff. de requir. re. ſuper verbo, annotandus, & debent ſub ſigillo poni, ne diminuantur, ſecundum gl. & in l. ſi. ff. de requir. re. dixit enim ibidem And. de Barulo, quod bona omnia debent ſequeſtrari, argumento eorum, quæ notantur in l. reo criminis, ff. de ſol. Petrus de Monteforte.

Ut univerſitas accuſata, & mulieres conjugatæ in criminalibus cauſis omnes poſſint ordinare procuratorem.
Rubrica.

G*Eneralia jura.* Univerſitas in criminibus facit ſyndicum; hodie per conſtitutionem novam, quando citantur multi † de eodem crimine, faciunt ſyndicum.

† Additio. *Et quando accuſantur plures de eodem delicto ultra numerum denarium, poſſunt comparere per procuratorem, ita reperitur proviſum per Carol. II. & in lib. Baratucis in archivio, lib. 12. c. 61. & ibid. par. 1. c. 152. idem dicitur de officiali qui reperitur in officio, ut non cogatur comparere de perſona.* Fabius Jordanus.

Communis uſus multos appellat, ultra quinque vel ſex, licet multi dicantur duo, Inſti. de jure perſo. in fine ſecundum diverſitatem tractatuum accipietur numerus, quia pauci aliquando dicuntur xl. extra de cle. excom. c. latores, Aliquando plures centum & xvii. ff. de

Digitized by Google

in his, quæ contra univerſitates moventur interdum noſtræ celſitudinis ſtudium excitamus. In criminalibus igitur cauſis, & capitalibus accuſationibus, quas contra univerſitates locorum a privatis perſonis, vel univerſitatibus contra univerſitates alias, vel privatas perſonas moveri contingit (*a*) altercationem juriſperitorum in perpetuum decidentes. Syndicum, * quemadmodum in civilibus cauſis, permittimus, & præcipimus etiam ordinari, juris civilis rigore in perpetuum quieſcente, quod (*b*) in publicis judiciis procuratorem fruſtra intervenire de-

muliere maritata, non autem ducta ad domum viri, & communiter tenetur, quod ſic, pro quo addo quod decidit Bal. in l. 1. ibi, ſecundo quæro. C. unde vir, & uxor. Sed an ſi mulier eſt maritata, & ſic habet privilegium hujus conſtitutionis, demum antequam cauſa finiatur, deſinit eſſe maritata, utrum amittat hoc privilegium, & videtur quod ſic, per l. 1. C. in quibus cau. reſt. in integ. non eſt neceſſ. & quod ibi not. econtra videtur quod non, per l. Titia, §. uſuras. ff. de leg. 2. & quod ibi no. Sed caſus videtur quod non, l. fin. C. de injur. ubi uxor Illuſtr. tandiu gaudet privilegio, quandiu vivit ejus vir. Sed certe dicerem quod iſta mulier potiatur privilegio, moveor primo per tex. in l. ſi filius. ff. de verb. oblig. ſcilicet quod initium alicujus actus ſpectatur, ut tenet And. in proxi. præced. conſti. ibi, ſed pone, quod alienavit, nam origo rei reſpicitur, l. clam poſſidere, ff. de acquir. poſſ. Secundo moveor: nam ratio, quæ militat in conjugata, viget in non maritata, ut patet in l. maritus. C. de procura. ubi licet prima ratio ceſſet, ſecunda tamen remanet, ergo ſufficit. §. affinitatis, Inſti. de nuptiis.

Rurſus quæro, qualiter formetur inſtrumentum procurationis, dic ut ipſum crimen, & perſonæ, quæ debet accuſari clare & ſingulariter in ipſo procuratorio exprimantur, detur que ſibi ſpeciale mandatum jurandi corporaliter in animam ſuam, ideſt conſtit. quod ipſe conſtituens credit ipſum crimen expreſſum verum eſſe, & ſe illud poſſe probare, ita Luc. in l. tam collatores. 6. col. C. de re mil. lib. 12. ubi quærit, an adverſarius univerſitatis poſſit ſe per procuratorem defendere, & dicit, quod non, & quid ſi citatur tempore vindemiarum, aut meſſium, an excipiat de feriis, dicit quod non, vide, quia pulcre.

An vocatus ad præſtandum fidejuſſoriam cautionem de non offendendo, poſſit, ſi eſt contumax bannitus, juxta formam hujus conſtitutionis, & præcedentis, vide Capic. deciſ. 141. De Bottis.

(a) *Altercationem.* Quæ no. ff. de publ. jud. l. accuſare, §. ad crimen.

* Additio. *Adde, quod idem ſtatuitur in capitu. Regis Roberti incipien. item ſtatuimus ſingularibus perſonis. nume. 10.*

(b) *In publicis.* ff. de public. judic. l. accuſatores. §. hujus etiam noſtræ humanitatis, & eſt ratio propter

ANDREAS DE ISERNIA.

ff. de orig. jur. l. 2. §. deinde cum poſt aliquod, & de judi. cum poſt. Aliquando dicuntur pauci 33. milia. 45. diſt. c. diſciplina.

Additio. *Adde c. quod autem 23. q. 3. glo. & Doct. in c. inquiſitionis, de accuſ. glo. in c. cupientes, in §. ceterum, de elect. in l. ſenatus, ff. de donatio. cauſa mortis.*

Aliquando ultra octo dicitur multitudo numeroſa, quæ nil habet honeſtum, in Auth. de refer. §. 1. in fine. Item ſtatuitur quod mulieres conjugatæ in cauſis criminalibus ſi accuſent, vel accuſentur, poſſint litigare per maritos, & alios procuratores. Ratio eſt matronalis pudor & verecundia, ut in gloſſa.

Suam vel ſuorum injuriam proſequendo. Nunquid idem in aliis criminibus, ubi mulier accuſat etiam ſuam vel ſuorum injuriam non proſequendo, ff. de accu. l. mulierem, ad l. Jul. de ambitu. l. fi. in fine ad l. Jul. majeſt. l. in quæſtionibus accuſabit oe per procuratorem? dicunt Moderni quod ſic,† cum ſit eadem ratio. ff. de verb. oblig. a Titio.

† Additio. *Adde, quod etiam de jure communi poteſt univerſitas inſtituere in cauſa criminali, ut in l. tam collatores, de re milit. lib. 12. & ibi per Luc. ubi allegat hanc conſtitutionem.* De Bottis.

Reſpexit ergo hic frequentiam, † quia frequentius mulier accuſat ſuam, vel ſuorum injuriam proſequendo, & raro aliter fit, ff. de legib. l. nam ad ea. de uſucap. l. juſto.

† Additio. *Et pro hoc adduco: nam quando lex loquitur in aliquo caſu ratione frequentioris uſus, quia ita fit ſolitum magis frequenter fieri, non per hoc negat quin idem ſit in alio caſu omiſſo, ita vult gloſſa no. in clem. 1. in verbo, præſidentes, de reſcrip. & ibi D. Ant. & Card. & Imola ad hoc notant. alia eſt in l. 2. C. ne his qui ad eccleſ. confug. in glo. 1. & glo. in auth. caſſa, in ver. per Italiam, C. de ſacroſan. eccleſ. & gloſſa in l. unica. in ver. ſponſa. C. de rap. virg. Bal. & Doct. in l. 5. §. ſi quis ruſticus, de pace tenenda, hoc idem firmat And. in conſtit. quam plurimum, 2. col. & latius Corſet. in ſuis ſing. in verbo, frequentia, col. 33.* De Bottis.

Item nunquid conjunctæ perſonæ mulieris accuſabit ejus nomine præſtita cautione, ſeu ſatiſdatione de rato, vel defendet perſonam accuſatam ſine mandato? Non videtur, quia ſpeciale mandatum exigitur in criminibus, ff. de procu. l. non ſolum, §. fi. Item hoc eſt privilegium, & ſic exigit ſpeciale mandatum, ff. de minoribus l. illud, §. ſi talis, & l. pater. in principio, quod autem conjunctis perſonis agere permittitur, non facit eos procuratores, ff. judi. ſolvi. l. 3. §. 2. Sed quid ſi mulier conjugata, vel univerſitas faciunt procuratores, † vel ſyndicum. An hic procurator, vel ſyndicus facient alium procuratorem & ſyndicum poſt litem conteſtatam, vel ante, ſi hoc mandatum ſit? Reſpondeo, quod ſic, quia generaliter leges loquuntur, ff. de appel. l. ad executionem, §. fin. C. de procur. l. procuratoribus, ff. de ſervit. ruſti. præd. l. cum eſſent, eſt enim hic legitimus procurator, &c.

† Additio. *Credo tamen, quod facta ſubſtitutione alterius procuratoris, quod iſte prior non debet amplius ſe intromittere, ut eſt textus in c. ſi cui. de procur. in 6. quod iſtum propoſitum allegat Pau. de Caſt. in l. ſi vero procuratori, §. ſunt quidam, in fine ff. de ſolut.* De Bottis.

G*Eneralia jura.* In fine ibi, cognatus. Sed an eo ipſo, quod eſt maritus, admittatur, vel eſt neceſſe, quod conſtituatur procurator? videtur quod ſic, ff. de mino. l. in principio. Sed improprie ibi ponitur, ut innuit verbum, alios, quod habet implicare ſimiles caſus, ſed in contrarium eſt veritas, ut no. ff. de proc. l. non ſolum. Ideo ait in ſacra pagina, ubi dicitur, Chriſtus ſuſpenſus eſt, & cum eo alii duo latrones, ergo videtur quod Chriſtus fuerit latro, quod eſt falſum. In contrarium vidi determinari de facto per illum §. ſi talis fuit, de mino. ubi dicitur, quod in petendo per procuratorem reſtitutionem in integrum, exigitur ſpeciale mandatum, c. per tuas, ext. de in integ. reſti. pro eo quod in integrum reſtitutio eſt contra jus commune, ita & hæc conſtitutio, quæ vult quod admittatur procurator in criminali. Non obſtat quod hic dicit, per maritos, quia conſideravit quod frequentius fit, ſcilicet maritos defendere uxores, ut C. de procu. l. maritus. Item nota, hic mulierem conjugatam poſſe per alium cauſam criminalem agere, ut hic, ſic & pupillus, ut infra de reſti. reipu. Item quæro, an iſtud privilegium, quod datur mulieri conjugatæ, detur adverſæ parti? & videtur quod ſic, ut in l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & in l. petendæ. C. de temp. integ. reſt. Sed dic quod non, ut in l. fi. C. de injur. ibi, nullus alius audiat, &c. & per l. qui populari. C. de popul. act. non obſt. l. petendæ, quia ibi

debere præſcripſerat: nam cum difficaltate, & impoſſibilitate quadam interveniente, dum univerſitas tota per ſe ſine ingenti periculo convenire, vel conveniri non poſſit, de neceſſitate oportebat inferri, quod maleficia contra ipſam, vel ab ipſa commiſſa impunita manerent, quod nec honori noſtro, nec ſubjectorum noſtrorum commodis dignoſcitur expedire. Hujuſmodi etiam noſtræ humanitatis gratiam ad mulieres conjugatas extendimus: ut in criminalibus, & capitalibus cauſis per maritos, & alios quos voluerint, procuratores legitimos, & ſufficienter inſtructos, ſi hoc elegerint, valeant in judiciis comparere: ſive ipſæ accuſent, ſuam aut ſuorum injuriam proſequentes, ſive ab aliis accuſentur. Sententia tamen in criminalibus, tam in præſenti, quam in caſu præſcripto contra ipſas principales perſonas effectum debitum ſortiatur.

De

pter matronalem pudorem, & verecundiam. C. de procura. l. ſi maritus, & de his, qui ven. æta. impe. l. omnes. §. fœminæ.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ibi loquitur in dilationibus, quæ ſunt communes, vel poteſt dici, ut no. Dy. extra, de reg. jur. in c. In judicio non eſt exceptio, in fi. Sed quæro, quid ſi lite conteſtata efficiatur vidua, an poſſit amplius litigare per procuratorem? dic quod non, ut ff. de adul. l. adulterium, §. fin. in fi. ad quod facit l. ſi quis tres tutelas. ff. de excuſatio. tuto. Sed quid ſi ante erat vidua cum accuſabatur, judicio pendente maritata eſt, an poſſit litigare per procuratorem? dic quod non, ut in l. tutor petitus, in princ. ff. de excuſa. tuto. Sed quid de ſponſa? dic quod ſic, ut no. in l. in eo jure. ff. de ritu nup. Petrus de Monteforte.

In §. fin. ibi, ſententiam tantum, &c. Concordat de jure communi, quando mulier convenitur & defenditur per procuratorem, quod actor debet petere in libello, ut damnetur ipſa mulier, & non procurator, ut in gloſſa in l. fi. C. de injur.

In gloſſa r. ibi, non reperiebatur. Immo reperiebatur judicio meo, ut voluit gloſſa in l. ſi quando. C. de Injur. Petrus de Monteforte.

Generalia. Nota, quod univerſitas poteſt accuſare, & accuſari per procuratorem, vel ſyndicum in criminalibus cauſis, ut in l. cum collatores. C. de re mili. lib. 12. & erit in univerſitate accuſata, pœna pecuniaria, ut C. de decurio. l. quinque. lib. 10. Barth. de Capua.

In verbo, ſyndicoſque. Similiter in pupillo, qui ſive accuſet, ſive accuſetur, etiam in crimine publico, per tutorem, vel curatorem agit, & defendit, ſi ſuam injuriam proſequatur, ut infra, de teſti. mino. l. minorum jura, circa medium. Barth. de Capua.

In ver. conjugatas tam primo quam ſecundo. Sed quid in ſponſa? videtur quod non l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. Sed dicas, aut tractatur de favore ſponſæ, aut de odio; primo caſu habetur pro maritata, & eodem utitur privilegio, ut c. non ſiee. de bonis quæ libe. fallit in tacita hypotheca, quam ſponſa non habet, ſicut alia maritata, ut ff. de privi. cre. l. 2. Secundo caſu non habetur pro maritata, nec gaudet privilegio, quia odia ſunt reſtringenda, facit ratio hujus conſtitutionis propter pudorem maritatæ. C. de procur. l. maritus. Bartholomæus de Capua.

Item ſecus in non conjugatis, & eſt ſpeciale propter zelotypiam viri. Nicol. Capoſc.

In texto, ſyndicos. Nota hic, quod univerſitas poteſt facere ſyndicum, vel actorem in cauſa criminali, ut hic, propter difficultatem, & ita etiam dicit hic gloſſa, tamen de jure civili etiam reperitur, quod poteſt in cauſa criminali, ut no. C. de re mili. l. fi. lib. 12. circa medium, & C. de decurio. l. quinque. lib. 10. & de cuſto. anno. l. ante circa medium. lib. 12. tamen quicquid ſit de jure civili, ubi univerſitas vellet conſtituere ſyndicum, in iſto caſu ad agendum non poſſet, & ita no. in l. 2. C. qui accuſ. non poſ. per Cy. Jo. Criſp.

In textu, conjugatas. Quæro hic, utrum vidua, quæ non tranſivit ad ſecunda vota, habeat, & teneat privilegia, & dignitatem primi viri? dic quod ſic, ut ff. de ſena. l. 1. & l. fœminæ. & in Authen. de nup. §. ſoluto. in princip. Sed verum eſt, quando per privilegium Principis habet hoc mulier, ut in l. fi. ff. de ſena. & facit ad hoc in Auth. de nup. §. non tamen permittimus, ubi eſt textus cum gloſſa, quæ non dicit aliud. Ex quo potes colligere, an iſta conſtitutio habeat locum in vidua. & dic, quod ſi tranſit ad ſecunda vota, perdit privilegium primi viri, & retinet ſecundi mariti.

In prima gloſſa ibi, nec conſentire, & melius quam alibi. ff. de reg. jur. l. aliud. §. refertur, & ibi omnino gloſſa bona: & quando delinquat univerſitas, & qualiter teneatur, & conveniatur, & quæ ſit pœna, dic ut plene notatur per Innoc. in c. gravem. de ſen. excom. Per. de Montef.

In gloſſa & eſt ratio ibi. l. omnes §. fœminas. Ego dico, ſalva reverentia gloſſæ: iſta non eſt bona ratio, quia ita pudor, & verecundia eſt in vidua, ſicut in virgine: immo plus in virgine, quam in maritata: & tamen illæ non poſſunt in criminalibus litigare per procuratorem, ut hic. Unde judicio meo illa fuit ratio propter zelotypiam viri, ſi cogeretur ſua conſorte intereſſe judiciis, vel virorum conventibus. Rationem tamen gloſſæ tenent hic Bartholomæus de Capua, & And. quia gloſſa dicit de matrimoniali pudore, prout loquitur textus in l. maritus, alleg. in gl. Nicol. Capoſcroſa.

Adde quod ſunt & alia 24. privilegia mulierum, ut no. Spec. in ti. de dona. inter vir. & uxor. circa fi. Jo. Criſp.

Et circa hanc conſtitutionem vide cap. regni, quod incipit, ſtudioſe, in ti. de ſynd. conſtit. Jo. Criſp.

Sed quæro, quid ſi mulier maritata, quæ cœpit litigare per procuratorem, pendente judicio perdat virum, an procurator removebitur, & per ſe principaliter litigabit? videtur quod non removeatur procurator: quia vidua mulier retinet viri domicilium, & dignitatem prioris viri, per eam ſibi attributam, ut ff. ad munic. l. filii. §. vidua. C. de privi. ſchola. l. quoties. lib. 12. & dicitur in priori matrimonio manere, donec nubat ſecundo, ut in Auth. de nupt. §. ſoluto. C. de bo. mater. l. omnem aut. C. de erogat. milit. anno. l. per hanc. lib. 12. pro quo l. fœminæ. ff. de ſenatoribus in fi. Item quia jura favent mulieribus, ne in publicum, maxime in judicio trahantur, propter fragilitatem ſexus, & matronalem pudorem, C. de procur. l. maritus, de offic. diverſ. judic. l. nemo judex. C. de his qui veniam ata. l. 2. facit quod not. ff. de vi & vi arm. l. ad perſonas. In contrarium facit, quia ceſſante cauſa privilegii, ceſſare debet ipſum privilegium C. de teſtit. mil. l. fi. ff. de leg. 2. l. Titia Seio. §. uſuras. ff. de teſtam. milit. l. tribunus. Sed his legibus poſſet reſponderi, quod non videtur per dictas leges primo allegatas privilegii cauſa ceſſare. Allegant quidam pro determinatione hujus quæſtionis l. adulterium §. fi. ff. de adult. in qua procedebatur contra prius nuptam, non obſtante ſententia abſolutoria pro adulterio lata, quæ prima facie juſta præſumenda eſſe debet, & C. de offic. civil. jud. l. 2. & no. ff. de inju. l. injuriarum. §. is qui. ff. de reg. jur. l. non videtur. §. qui juſſu. pro quo facit: quia conſtitutio loquitur tantum in nupta, & cum hæc conſtitutio ſecundum

ali-

De forbannitis & forjudicatis.

TITULUS III.

Bannitus ob maleficium ſi per annum poſtquam bannitus eſt, in contumacia perſeveravit, forjudicetur ab eodem præſide vel ſucceſſore, & forjudicatus in anno pro confeſſo habetur de crimine, & a quolibet veluti hoſtis publicus poteſt occidi, & offendi, & occidenti forjudicatum vel capienti bannitum datur præmium; quod ſi ipſe occidens vel capiens fuerit in banno vel forjudicatione, ab ipſo banno vel forjudicatione, eximuntur: ſecus ſi forjudicatus bannitum cepit, & ubi non bannitus vel forjudicatus ceperit forjudicatum, habeat pro Barone 24. pro Burgenſi 12. pro ruſtico ſex. Sed ſi quis nolit occidere, repræſentet eum Juſtitiario, qui bannum emiſit, licet enim quis debeat remitti ad forum delicti, ſed ſi propter diſcrimina viarum non poſſit remittere, conſulat majeſtatem regiam, vel ejus vicarium, & receptatores forjudicatorum & bannitorum, ſi requiſiti fuerint, pœna ſimili puniantur, ſed in univerſitate receptante ſervatur judicio Principis. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, lam.*

POEnam (*a*) * eorum, qui in contumacia perſeverant, dignis diſpendiis proſequi cupientes, ſtatuimus: Si quis infra annum ** a die banni editi numerandum, coram Magiſtro Juſtitiario vel Juſtitiario, qui eum banniverat minime comparuerit, vel etiam coram ſucceſſore ejuſdem, bonis ſuis, ut præſcriptum eſt in-

De forbannitis & forjudicatis. Rubrica.

(*a*) POEnam. Hæc conſtitutio crudeliter exaſperat bannitos ob maleficia. Ut ſi per annum poſtquam bannitus fuit in contumacia perſeveraverit, forjudicetur ab eodem judice, qui eum bannivit, & forjudicatus pro confeſſo damnato habetur de crimine, & quaſi extra limina judicii poſitus: nulla remedia excuſationis vel appellationis habet, ſed a quolibet, velut hoſtis publicus poteſt occidi, ſicut alibi. C. ut liceat uni. ſine au. pu. l. 1. nec timeat pœnam imo præmium habet, qui talem occideret, ut de præmio patet in littera. Sed ſi quis forjudicatum captum occidere noluerit, repræſentet eum Juſtitiario regionis, qui eum mittat puniendum illi Juſtitiario, qui bannum emiſit. Debet enim quis remitti ad locum delicti, ut ff. de re cu. l. hi q. in fi. ſi propter diſcrimina viarum non poſſet remittere, conſulat majeſtatem Imperatoris, vel ejus vicarium. Simili pœna puniuntur receptatores eorum. Et nota, quod hæc conſtitutio continet jus novum, imo corrigit antiquum ſcilicet quod quantumcumque tempore in contumacia perſeveraverit annotatus, licet poſt annum bona perdat irrevocabiliter, ut ſupra de requi. re. l. 1. & ſupra in criminalibus cauſis, tamen non habetur pro confeſſo, imo perpetuo ſibi ſua defenſio permittitur, ut ff. de req. re. l. annus in fi. Bannitus autem an poſſit offendi impune? in conſtitutione iſta in multis locis innuitur, quod intelligas cum determinatione ſequentis conſtitutionis, & ibi dicam differentiam inter forjudicatum, & bannitum. Coram ſucceſſore officiali debere fieri, quod coram predeceſſore faciendum erat, ſic & ff. de judic. mortuo. C. de judic. properandum. §. fin aut. & in Auth. ut nulli jud. §. & hoc vero jubemus. coll. 8.

ADDITIO. *Super iſta conſtitutione vide per Barto. in conſil. 107. viſis omnibus ſtatutis, & an iſta conſtitutio habeat locum in eo qui fuit minus legitime citatus? Alex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re ju.* Cæſar.

* ADDITIO. *Intelligerem ego hanc conſtitutionem, quando adeſſent probationes de delicto, alias ſola contumacia non operatur, quia poſſet probari contrarium, quia eſt probatio privilegiata, vide* Caccial. *in reper. l. admonendi, col. 13. ff. de jurejur. qui allegat Pet. de Anch. & Ant. de Prato veteri.* Piſan.

** ADDITIONES. *Vide c. regni, de forjudicatione, car. 15.*

ANDREAS DE ISERNIA.

aliquos peritos ſit ſtricti juris, non eſt protrahenda, ut l. conſtitutionibus ff. ad municip. & l. ſi vero §. de viro. ff. ſol. mat. pro hac parte. ff. de reg. jur. l. in omnibus. Sed quid ſi mulier non maritata in cauſa criminali cœpit per ſe litigare, & pendente judicio cepit virum, nunquid poſſit per procuratorem amodo litigare? quod videtur, quia lex hoc privilegium ſibi tribuit: & eſt caſus favorabilis, cum mulieres propter matronalem pudorem non ſint ad judicium trahendæ, ut ſupra prox. q. dixi; & ſic extendenda, ut in l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. & quia beneficia Principum largam recipiunt interpretationem, & ſunt extendenda, ut ff. de conſt. Princ. l. beneficium extra, de donat. c. cum dilectus. Et pro hoc quia dignitas certo judicio judici ſuperveniens ejus juriſdictionem auget. C. de appel. l. præcipimus, ad fi. & pro hoc eo. ti. ſi doctor, in fi. ff. de excu. tut. l. non ſolum. §. ſi libertus, de teſta. tutel. l. quæro, in fi. de cura. alias tute. & ratio. diſtrah. l. ſi tutor. §. ſi duob. In contrarium faciunt jura dicentia, quod cauſa privilegii ſuperveniens lite pendente non prodeſt, ut probatur. ff. de juriſd. om. jud. l. cum quædam. l. ſi quis poſt. ff. de exc. tutor. l. tutor petitus, in prin. de pœn. l. 1. de quæſt. l. 1. §. ſi ſervum, pro hac parte allegant quidam d. l. adulterium. §. ſi eo tempore. Pro prima parte facit l. non diſtinguemus. §. ſi ſacerdotio. ff. de arbit. ad hoc faciunt jura tractantia, an ex jure ſuperveniente judicio pendente litiganti jus tribuatur? Super quo vide ff. de pigno. actio. l. ſi rem alienam. §. fin. l. ſi mandavero. ff. mand. ff. de jud. l. licet. & quod ibi no. ff. de inoſ. teſt. l. ſi non mortis. §. fi. ad exhib. l. regni. §. ult. ad leg. Aquil. l. a Titio, & l. ſeq. ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. idem ſcribit Neratius. ff. de pecul. l. quæſitum, & quod ibi notatur. Item jura quæ dicunt actum vitiari, ſi pervenit ad eum caſum, a quo incipere non poteſt, ut in l. quia. ff. ad leg. Aquil. cum ſi Bart.

Sed quæro, quid ſi maritata, ſed nondum traducta, an gaudeat privilegio hujus conſtitutionis? tenetur communiter quod ſic, vide quod notatur per And. in conſtitutione Regni ſtatuimus de offi. mag. juſt. Petrus.

In textu, in ver. marito. Videtur innuere quod maritus ut procurator uxoris hoc agat, argumento hujus litteræ, & C. de præſcr. 30. ann. l. ſi quis emptionis, in prin. Argumentor contra, quia ut conjuncta perſona agit: nam quoties ex edicto prætoris alicui permittitur agere, non eſt procurator. ff. judi. ſol. l. 3. §. 1. ſed illa in civili, aliud in criminali. arg. qui accuſa. non poſſ. l. 2. & ideo credo quod admittitur procurator uxoris in criminali: quia conſtitutio hæc reduci debet ad jus commune, ar. l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. nam maritus quoties vult pro uxore, ut procurator, intervenire, bene poteſt, ut in l. maritus. C. de procurator. Bertholomæus de Capua.

De forbannitis & forjudicatis. Rubrica.

POEnam eorum. Hodie per conſtitutionem incliti Regis Caroli II. quæ incipit, ſive quis ſit, tolluntur duo magna dubia modernorum. Primum eſt, quod forjudicatio non habet locum in omni crimine, ſed in illis tantum, in quibus eſſet pœna mortis naturalis, aut de-

infiſcatis, poſt ipſius anni decurſum ª eundem (*a*) forjudicari debebit, nulla omnino licentia poſt.

25. *Clericus contumax reputatus per magnam Curiam Vicariæ vigore ritus non poteſt, ſi perſiſtit in contumatia, forjudicari, ſi poſtea vere conſtet eum fuiſſe clericum. Bal. in l. generaliter, 1. col. C. de epiſ. & cler. Bal. in l. non videtur, ff. de judi. Nellus in trac. Bannitorum, in 2. par. primi temporis, q. 11. Jaſ. in l. 3. §. ſi ſervus, ff. de acq. poſſ. & in l. 2. ff. ſi quis in jus voc. non ier. Minor non poteſt forjudicari. Bal. in l. clarum, de auctor. praſt. & in l. 1. col. 16. de confeſ. verſ. juxta hoc quæro. Sed in Italia contrarium ſervatur. Bov. deciſ.* 63. Marcus Antonius Pulver.

Et an talis forjudicatus poſſit teſtari, vel heres inſtitui. Rober. Maran. in l. ex poteſt nu. 126. cum ſeq. ff. de acq. her. & ibid. n. 124. an fiſcus poſſit accupare hereditatem paternam filio bannito delatam. Sed vide bonam cautelam inſtituendi bannitum & rebellem per Cæpol. in cau. 122. quam ſequitur Cotta in ver. Spurius legitimum, & an poſſit contrahere, & in judicio agere. Gul. Bened. in repet. c. Ray. in ver. & uxorem, 5. dec. nu. 279. & an poſſit præſtare aſſenſum ratione directi dominii, vel ſi ejus conſenſus requiritur ex diſpoſitione ſtatuti in contumacia alterius, vide late per Tiraq. de ll. connubialibus glo. 6. nu. 38. ad 45. & adde an reddatur ſibi jus reſpectu bonorum, vide Claud. Seiſel. in l. ut vim. nu. 11. & 12. in 1. lectu. ff. de juſt. & jure. An autem minor reſtituatur adverſus lapſum anni, vide Bov. deciſ. 63. per totam, & ibi, an recuperet bona. An Princeps poſſit remittere ſententiam forjudicationis, quæ invito eo prolata eſt, vide Luc. de Pen. in l. ſi apparitor. col. 1. C. de cohar. lib. 12. Piſanellus.

ª Additio. *Indiſtincte loquitur non facta mentione ejus, qui eum accuſavit, unde ſufficit ſi forjudicetur poſt lapſum annum editi a banniente, ſive impetitione accuſatoris, unde eſt quod in magna curia in ſententia forjudicationis non citat forjudicandum, & eſt ratio, quia contumacia ſemel contracta perdurat, ut ff. de uſur. l. cum pater. & Barth. de Capua, in l. Titia, ff. de lega. 2. Quod ſi tempus anni minuatur per judicem, an dicatur forjudicatus, ſi non comparet inquiſitus, taliter quod incidat in pœnam hujus conſtitutionis vide Affl. in c. 1. quo tempo. miles. col. 6. 7. ubi loquitur de anno & die date vaſallo ad denunciandum mortem. Adde quod eo revertente infra annum poterit abſque aliis indiciis torqueri propter ejus contumaciam, ita Hippolyt. ſing.* 117. Piſanellus.

(a) *Forjudicari debebit*. Argum. quod primo debeat requiri. C. de requi. re. l. 1. cum enim non ſolus lapſus anni faciat eum forjudicatum, ſed neceſſario ſit ſententia forjudicationis, ut patet per hæc verba, forjudicari debet, &c. & plene no. infra ead. l. circa fin. videtur forbannitus hic poſt annum primo citandus, & poſt ſi fuerit contumax, per ſententiam forjudicandus, nec alias valeat forjudicationis ſententia, ut C. quomodo & quando jud. eu quæ. C. de accu. l. abſentem. Nam & pro libertate, quæ eſt res favorabilis data contra abſentem non citatum ſententia non teneret, ff. de fideicom. lib. l. cum vero. §. hoc ſe. conc. ad eos. Nec videtur ſufficere prima citatio, per quam accuſatus iſte vocatus extitit, de qua loquitur. C. de exhi. re. l. 2. §. ex longinquo, ad quam vocationem ſeu citationem, videlicet cum fuit contumax, fuit damnatus ad tertiam partem bonorum mobilium & annotatis bonis reliquis forbannitus, ut ſuperius in l. grandis, quia illa prima citatio & contumacia ſuum effectum jam habuerunt, ſcilicet de prædicta pœna tertiæ partis annotationis, & banni. Non ergo juri eſt conſonum, quod ſolum prima citatio adhuc alium operetur effectum, ſcilicet de pœna forjudicationis inferenda, & ideo non ſine myſterio poſt primam citationem annotatione ſecuta, quia non comparuerat citatus accuſatus abſens: & tandem citandus eſt iterum de jure Romano, ut in cauſa compareat, & ita quod ſibi ſeu publice innoteſcat factam jam eſſe annotationem bonorum, & ex tunc adhuc expectatur per annum, ut veniens bona recuperet, aut non veniens demum poſt annum tantum in bonis præjudicium patiatur, quorum, ut dictum eſt, annotatio tamdiu ante præceſſit, ut ff. de requi. re. l. 1. §. præſides, & §. ſed Papinianus, & ſic intelligit hoc Azo in ſum. de req. re. ubi plene de hoc, quanto fortius igitur citandus eſt abſens in forjudicationis ſententia, per quam abſens periculum mortis incurrit, cujus comminatio ſeu monitio nulla præceſſerat. Et poſtquam nulla ſit expectatio nec aliqua defenſio reſervatur, ut hic ſtatim ſequitur: & ſine dubio fortius, nam hic magis conſulendum eſt, ubi majus periculum intenditur, ſupra enim de bonis, hic de crimine & contra ſalutem hominis agitur, ut ff. de Cur. edi. l. 1. §. ſed & ſi quis, & in Auth. de teſti. §. & quoniam ſcimus, in fi. coll. 7. & C. de appel. addictos. Item ſupra major mora poteſt imputari abſenti, tanquam poſt primam citationem judex propter contumaciam annotaverat, quod ſcilicet, amiſſurus erat bona, ſi non veniret. Et tamen nihilominus iterum poſt citatur, quam hic, ubi contra hunc abſentem nihil adhuc de forjudicatione judex fuerat comminatus, ut arg. ff. de judi. l. peremptorium, & ff. de admin. tutor. l. tutor qui repertorium. §. ſi deponi. & ff. ubi pup. educ. deb. l. 3. circa fin. Item cum fuit annotatus, & poſt ſecundam annotationem uſque ad annum poſſit ſe purgare, multo cautius procedendum eſt hic in forjudicatione, quæ eſt immutabilis, & poſt quam omnis admittitur copia conquerendi, ut arg. C. de appella. l. ne cauſas, & ibi de hoc in glo. ord. Præterea in cauſis civilibus, quando pervenitur ad ſecundum decretum, quia abſens poſt primum decretum in contumacia perſeverat, ut ff. de damno infec. dies. §. ſi forte, nihilominus iterum abſens citetur, ut notant Doctores noſtri. ff. de dam. inf. ſi finita. §. Julianus ſcribit, in gl. ord. quæ incipit, quæritur, quid dicatur, &c. & ibi etiam dicitur, quod ſi hujuſmodi abſens non inveniretur præſentialiter, debet denunciari domi, & in vico præconizari, ſi quis vellet eum defendere, ſimiliter poſt miſſionem in poſſeſſionem abſentis contumacis, quando proceditur ad venditionem, eo perdurante in contumacia, & fraudationis cauſa latitante iterum abſens citatur, & etiam cognati, affines, † & amici publice requiruntur præconizando, videlicet, in vico, ſi quis vellet eum defendere, ut ff. eu qui. cau. in poſ. ea. l. hoc autem. §. 1. & ita multo magis in cauſis criminalibus, quæ ſunt multo graviores, quam civiles, ut ff. de pœnis, in ſervorum, in fine.

† Additiones. *Sed quid ſi forjudicandus habet plures affines, vel agnatos, an ſinguli ſint citandi, vide glo. in d. l. hoc autem. §. 1. & ſi habet cognatos & alios conjunctos magis ſtricte, videtur quod etiam minus ſtricti vocantur per eandem gloſſam dum dicit, quod etiam liberti evocandi ſunt. Verum illa gloſſa poſſet intelligi, quando non habebat alios magis ſtrictos conjunctos. Item poſſes eſſe quod unus poſſet allegare aliquas rationes alias incognitas per tex. ibi. Et an minor poſſet forjudicari ad mortem, vide Bal. in l. clarum. C. de auctor. præſtan. ubi dicit quod non.* Marc. Ant. Pulverinus.

De quo Bal. in l. 1. num. 65. C. de confeſſ. & Bovo in deciſ. 63. & ibi quid in impubere. De Bottis.

Iterum citandus eſt abſens ad forjudicationis ſententiam, per quam adimitur jus abſenti, ſicut & in civilibus per ſecundum decretum. Et bene dico, multo magis, ut arg. C. de agent. in reb. l. ex eo. §. quod multo magis. lib. 12. Et hanc formam, ſcilicet, ad ſimilitudinem civilium cauſarum multi judices Juſtitiariorum ſervant in forjudicatione, quod videlicet, poſt annum primo faciunt citari bannitum domi, & requiri publice per cognatos, & affines & amicos banniti, ſa-

ANDREAS DE ISERNIA.

deportatio, vel membri abſciſſio, aut carcer perpetuus. Secundum dubium eſt, quia forjudicatio habet locum, ſive ſit forbannitus per accuſationem ordinariam, ſive ex officio judicis inquirentis. Tertium dubium decidi-

poſtea remanente, ſe ſuper principali cauſa criminis defendendi: Sed perinde * habeatur, ac ſi confeſſus de crimine, de quo accuſatus fuerat, eſſet per definitivam ſententiam condemnatus. Sic forjudicatus habebitur, prout in aliquibus noſtri imperii partibus nuncupatur, quaſi fo-

---

faciendo, ſcilicet, præconizari in platea, & maxime in vicinia domus banniti. Si quis ex cognatis, affinibus, vel amicis ſuis vellet ipſius abſentiam excuſare, vel pro eo fidejuſſores offerre idoneos Curiæ de parendo juri, & juſtitia facienda ſecundum formam Curiæ, & demum bannito non comparente, nec veniente aliquo, ut dictum eſt pro eo, procedunt contra bannitum ad ſententiam forjudicationis. Et eſt ad prædicta, quod ſecunda vice ſit citandus bannitus in forjudicatione, arg. bonum, ut in Auth. de ecc. titulis. §. ſin autem, & de ſanc. epiſc. §. presbyteris, Authent. colla. 11. Nos autem in Magna Curia ſervamus contrarium, nec poſt annum facimus plus citari bannitum, niſi quod tempore ferendæ ſententiæ facimus eum per apparitorem Curiæ requiri in Curia tribus vicibus, una voce clamando, videlicet, eſt ne talis præſens in Curia, vel alius pro eo aliquid legitimum allegans? Et ſic nemine reſpondente, nec aliquid pro eo legitimum allegante, ſtatim forjudicationis ſententiam promulgamus, ad quod movemur ex eo, quod cum jam ſemel citatus, fuerit contumax, illa ſemel contracta contumacia ſemper durat, ut ff. de uſu. cum pater. & de leg. 2. l. Titia. §. Seio reſſeras, & hoc eſt quod dicitur in principio hujus l. pœnam eorum, qui in contumacia perſeverent, &c. & ſic tollitur prima allegatio partis contrariæ de ſententia lata contra abſentem non contumacem. Nam iſte bannitus, qui ſemel in principio fuit citatus contumax: poſtea quolibet die uſque ad annum perdurat taliter contumax, ut eſt dictum. Imo eſt contumacior, qui ſaltem ultima die anni adeſſe neglexerit, ut C. ut intra certum tempus quæſt. termin. l. 1. Nec poſt annum poteſt de immaturo præjudicio temporis brevitatem accuſari, ut C. de Decur. l. quamvis proviſum, in fi. lib. 10. Nec obſtat etiam alia allegatio partis adverſæ, quod prima citatio & contumacia, quæ jam ſuum effectum habuit, ſcilicet, bannitionis, amiſſionis tertiæ partis, & annotationis bonorum, non poteſt alium diverſum effectum operari, ſcilicet, forjudicationis effectum. Quia iſte ſecundus effectus contingit ex conſequentia prioris, ut ff. de mi. denique. §. ſcio. & C. ad Valle. l. ſi mulier. Simile eſt videre in actione quod me. cauſa, & in aliis actionibus arbitrariis, in quibus duæ feruntur ſententiæ; prima videlicet ſuper re, ſecunda ſuper pœna: nec hujuſmodi condemnatus in prima, ad ſecundam ſententiam plus citatur: quia, ſcilicet, ſententia ſecunda eſt conſecutiva & executiva prioris, ut ff. quod me. cau. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. & quod ibi notatur in gloſſa ordinaria & de appell. l. creditor. §. juſſin, & Inſti. de actio. §. præterea, & quod ibi notatur in gloſſa ordinaria. Item non obſtat quod de jure Romano dicitur, quando citatus propter contumaciam paſſus eſt annotationem, adhuc iterum poſt ipſam annotationem citandus eſt: illa enim eſt una opinio. Sed alia opinio eſt quod poſt annotationem iterum non citetur, ut in gloſſa ordinaria l. 1. & 2. de requi. re. Item ibi poſt lapſum anni nulla fit citatio ſecundum omnes, ſed incontinenti poſt annum bona in fiſcum deferuntur: & etiam quod plus eſt ſine ſententia &c. Item non obſtat quod in cauſis civilibus, quando pervenitur ad ſecundum decretum, vel ad venditionem, proceditur, iterum citatur abſens, & etiam requiruntur cognati, & affines, & amici. Quia ibi non eſt certus numerus conſtitutus, poſtquam proceditur ad ſecundum decretum, vel ad venditionem, ſed relinquitur tempus arbitrio judicis, ut notatur in præal. l. fin. ta. §. Julianus, in ea. gloſſa quæritur quid dicatur &c. & ita rationabiliter opus eſt ibi interpellatione. Sed in caſu noſtro præfinitus eſt annus, ut in principio hujus l. Et ſic non eſt neceſſaria alia requiſitio: quia ipſa dies interpellat, ut C. de jure amphy. l. 2. ad fi. & C. de contrah. & commit. ſtipul. magnam, & quod ibi notatur in gloſſa ordinaria. Ergo & alius terminus a jure ſtatuitur, & poſt eius lapſum ſine alia requiſitione proceditur, ut in Auth. de litig. §. ſi vero propoſitis, coll. 10. in Auth. de hære. & fal. §. ſi quis vero, coll. 1. Item non obſtant illa tria contraria argumenta in Auth. ut liceat matri, & avi. & in Auth. de eccl. tit. & in Auth. de ſanctiſſ. epiſc. quia ibi ideo exigitur requiſitio, quoniam ſtatim ibi pœna infligitur, hic vero poſt annum ſecure ſine citatione aliqua judex ad forjudicationem procedit: cum enim banniti contumacia ſit notoria, quia publica innotuit, & jam publice eſt divulgatus bannitus, ut ſupra, eod. ea. l. grandie, adeo quod ipſe etiam ſe contumacem fuiſſe negare non poteſt, ut infra, prox. ſubjicit, & argu. C. de pœn. qui ſententiam, in fine non eſt amodo plus citandus, imo abſens & irrequiſitus forjudicationis ſententia feriendus eſt, ut argu. extra de appel. cum ſit Rom. in fine, & argu. ff. de do. præle. l. 1. in fine. Non quod neceſſe habeat judex omnino ita procedere, nam poteſt ita procedere, & poteſt etiam de æquitate poſt annum: iterum primo citat bannitum, ut arg. ff. de judi. l. nonnunquam, & l. poſt adictum, in principio. Unde patet, quod utraque opinio eſt bona tam prima, quæ nititur æquitate, quam ſecunda, quæ continet veritatem, & quod in forjudicatione neceſſaria eſt ſententia, ut dixi, quandocunque, & quotieſcunque poſt annum veniret bannitus per ſe vel per alium, offerens idoneos fidejuſſores de parendo juri, & juſtitia facienda: dummodo ante ſententiam veniat, auditur, & purgat ſuam contumaciam. Et ſic exercemur in Magna Curia, ut arg. ff. de Carb. edicto. l. antep. Quinimo, & ſi poſt prolatam ſententiam forjudicationis adhuc judice ſedente pro tribunali veniret, audiretur, ut ff. de in integrum reſtitutione, l. divus, licet negari non poſſit, quod banniti poſt annum veniant, gravetur infamia facti, ſcilicet, apud bonos & graves, ut C. de requirendis reis, l. in pecuniariis, §. in criminali.

* Additione. *Pone quod forjudicatus toleratur per ſuperiorem in civitate, nunquid poſſit impune offendi. dic quod non, ita ſingulariter voluit Saly. in l. nulli. C. de judi. quem ſequitur Alex. conſ. 1. alt. col. vol. 2. & latius Marſilius in ſing. 76. Et an acta facta a forjudicato ſint nulla parte non opponente, vide Jaſ. in conſ. 166. & 168. vol. 2. vide ſi condemnatus per contumaciam, quia non dedit fidejuſſores de non offendendo, incidat in has pœnas, Capyc. deciſ.* 141.

Adde, quod ſi inquiſitio eſt incepta, vide Bald. in l. 2. §. quod ſi actor. C. de jur. cal. & Cottam in ver. mendax, & vide omnino Hippolyt. in ſingu. 72. ubi late de materia, & ponit aliqua, quæ poſſunt opponi poſt bannum iſtud ad impediendam executionem, & adde quod debet conſtare de delicto per veras probationes: ſecus ſi per falſas, ut per Borr. deciſ. 63. num. 8. 9. & adde quod inquiſitio debet eſſe valida: quia ſi eſſet nulla, non habetur contumax pro confeſſo. ita Doctores relati per Arnon. in ſoliloq. 53. De Bottis.

Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

tur in gloſſa videlicet, ad cujus petitionem fiat forjudicatio, an ab illo, ad cujus accuſationem fuit forbannitus, an a quolibet de populo? Et licet in gloſſa non terminetur, ſatis videtur primum eſſe verius, nam forjudicatio fit per contumaciam. Qualiter de contumacia commiſſa in perſona unius conquereretur alius? res enim inter alios acta, &c. Conſtat, quod non eſt forjudicatus per lapſum anni, ſed opus eſt ſententia. Sed ſi condemnari debeat, & accuſator † non comparet, circumductum videtur edictum in perſona ejus & ea integre debet litigari. ff. de judi. l. & poſt. unde ſi comparuiſſet bannitus poſt annum & accuſator non: Alius ſi vellet accuſare ſtatim, ſine alia citatione diceret, ob aliam, ſive ob hanc cauſam veni; ſi ergo abeſt

foris omnem aditum judicii conſtitutus. Interim † ſibi judicii limina præcludentur: quod ſe contumacem etiam fuiſſe negare non poſſit, qui nec per ſe tanto tempore comparuit, nec per alium prætendentem legitimam cauſam ſuæ abſentiæ, & probantem, extitit excuſatus. Nulla ſibi appellationis ſeu ſupplicationis remedia * (1) forjudicatus ſupereſſe cognoſcat.

† *Alias, In tantum.*

Quoad omnia fere * (2) pro mortuo habeatur, & hoſtis publicus reputetur, ſicut ab omnibus offendatur impune. Adeo quod ſi ipſum * (3) occiderit aliquis, nullam proinde ca-

---

Adde, quod ſi demum comparuit forjudicatus, nil poteſt opponere, nec appellare, vel ſupplicare, ut ſubdit, & ex hoc corruit doctrina Bart. in l. 3. in fi. ff. de judic. qui dicit, quod ſi bannitus confitetur ſe eſſe illum, prout in banno: tamen ſi oppoſuerit exceptionem, quæ ſi oppoſita eſſet ante bannum, ipſe bannitus non fuiſſet coactus ſuſcipere judicium, quod tunc judex debet declarare bannum nullum, vide tamen ad intellectum hujus conſtitutionis, quæ pulcre poſuit Marſil. in ſing. 72. & per hæc verba, perinde no. eſt quod eiſdem regulis, modis, qualitatibus & conditionibus eſt procedendum contra iſtum forjudicatum per contumaciam, quemadmodum contra confeſſum & condemnatum, ita notat Ang. in l. ſi finita. §. ſi quis ante. de dam. infec. quem ſequitur Soc. conſ. 62. col. 6. volum. 2. Piſanellus.

An autem inducatur confeſſio aliorum delictorum, vide Bal. in l. ſi adverſarius. C. de fide inſtrum. & in l. 1. num. 13. C. de hered. inſtit. Sed quid ſi fuerit impeditus infra annum juſto impedimento, vide Modernos in c. regni, ſive quis num. 24. fol. 144. De Bottis.

* (1) Additio. *Limita niſi forjudicatus vellet docere quod ex falſa cauſa & contra veritatem fuit forjudicatus, ita eleganter declarat Luc. de Pen. in l. 6. col. pen. C. de cohor. lib. 12. & poſuit poſt Ang. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 23. verſi. & ſubdit, de verb. oblig.* De Bottis.

* (2) Additio. *Adde quod talis bannitus non debet habere legitimam. Bal. in l. ſi quæ pœna, 2. q. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni juris, & propterea fiſcus ejus nomine petere non poteſt. Alex. conſil. 75. 4. col. verſ. confirmo prædicta. 1. vol. Ideo dicebat Bart. in l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adult. quod perdit jura agnationis & filiationis, de quo vide late Guil. Bened. in repet. cap. Raynutius, in ver. in eodem teſtamento relinquens, lo primo, num. 140. An autem occidens bannitum extra territorium debeat præmiari, vide Hippol. in l. fi. nu. 5. ff. de juriſd. om. jud. & an puniatur, ibi, num. 2. & 31. an hoc ſtatutum valeat, quod quis poſſit impune occidi, ſi eſt contumax, & an comprehendatur occidens patrem vel fratrem, & quod ſi poſſit fieri ſtatutum in contumace pro cauſa civili, vel criminali, ubi non veniret imponenda pœna mortis, & in occidente ſeipſum, & multa alia, vide per Doc. in c. quæ in eccleſiarum num. 14. de conſtit. & quod ſi plures occidunt bannitum, an omnes conſequantur præmium. Doct. in l. qui filiab. §. 1. ff. de leg. 1. & in l. hoc articulo. ff. de hered. inſtit. Guil. Bened. in c. Raynutius, in ver. & uxorem, in 5. deciſ. nu. 47. 48. vide Fely. in d. c. quæ in eccleſiarum, de conſt. ubi late, in quibus caſibus quis non poteſt occidere bannitum, & Caccialup. in repet. l. omnes populi. ff. de juſt. & ju. Si quis ignoranter occidit bannitum, an poſſit petere præmium conceſſum occidentibus, vide Bal. in l. ſi quis heredem, num. 7. C. de inſt. & ſubſtit. & an odioſus bannito poſſit illum occidere. Gul. Bened. in d. c. Raynut. in ver. mortuo. lo primo, nu. 167.*

* (3) Additio. *An pater poſſit occidere filium bannitum, & quid econtra. Alex. poſt Bar. in l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adult. & quid ſi iſte talis bannitus eſt occiſus extra regnum, an talis homicida poſſit puniri per Judicem loci. Bald. in Margarita in ver. excommunicatus repellitur, tenet quod ſic, & idem ſi in eccleſia intra Regnum, ſequitus Paul. de Caſt. conſi. 86. primum quæſitum, ad finem, ubi plus dicit, quod talis bannitus efficitur inteſtabilis ubique locorum, poſtquam eſt condemnatus per judicem loci. Sequitur Cotta in ver. bannitus ad mortem. Hippol. in l. fi. nu. 2. ff. de juriſd. om. jud. & an bannitus, qui toleratur in civitate poſſit impune offendi. Salic. in l. nulli. C. de jud. tenet quod non: de cujus dicti veritate vide Cottam in ver. bannitus, qui & ibi adducendo Alexan. in conſi. 114. vol. 1. dicit, quod ſi uxor interficit virum ſuum bannitum, qui tamen erat delatus de banno ob gratiam ſubreptitie impetratam, non tenetur, & an iſta conſtitutio permittens bannitum poſſe occidi, ſit favorabilis, vide Fely. in c. non dubium. col. fi. de ſent. excom. & in c. regni, ſive. fol. 145. num. 12. & an poſſit venenari, vide Cottam in ver. homicidium, in fine, & Capol. conſi. 34. ubi quid ſi proditorie occidatur, an conſequatur præmium, de quo Hippol. ſing. 16. & vide omnino modernos in c. regni, frequens, in fine, ubi late ponunt materiam capientium malefactores, & an forjudicatus pro delicto, de quo non venit imponenda pœna mortis, poſſit occidi, vide Scrib. in c. regni, ſive quis, nu. 8. cum ſeqq. fol. 144. & quid in occidente bannitum proditorie, vel ob inimicitiam particularem, vide late per Grand. ſing. 14. & quid in conſcio ejuſdem criminis occidente bannitum, vide Gul. Bened. in cap. Raynutius, in ver. & uxorem, & 5. deciſ. num. 48. & ibi quid de eo, qui tenebatur ratione officii capere malefactorem, an debeat præmiari, de quo etiam per modernos in cap. regni... Quæro, an bona forjudicati poſſint deprædari, vide Tiraquel. de retract. conventio. §. 1. in glo. 5. num. 12. an bannitus poſſit impune occidi ab ignorantibus ipſum bannitum, & an mediante pecunia, & quid ſi eſt cancellatus ignorantibus occidentibus, vel ſibi eſt facta gratia, non tamen eſt facta regularis cancellatio, & quid ſi toleratur in civitate, vide omnino de his omnibus Dec. conſ. 327. per totum, & Aymon. conſil. 3. nume. 11. & ibi, an poſſit occidi per alium. An autem ſit peccatum occidere talem bannitum, vide Tiraqu. l. 9. nu. 4. de legibus connub. & quid ſi ante bannum fecit pacem, & fuit facta promiſſio de non offendendo, an poſt bannum poſſit occidere, vide Dec. in conſil. 352. num. 9. an autem occidens bannitum virtute hujus conſtitutionis incurrat infamiam facti, vide Claud. Seyſ. in l. ut vim. in prima lect. nu. 14. ff. de juſt. & ju. & an de proximo forjudicandus poſſit impune occidi, vide Hippol. ſing. 106. & an bannitus poſſit occidi extra territorium. Hippol. quod ſic in ſing. 124. & ibi, an conſequatur præmium talis occidens, & quid in bannito carcerato. Bal. in l. libertus, ff. de ſtatu hom. Hippol. ſing. 150. ubi quod non poteſt occidi impune. An forjudicatus pro perjurio poſſit puniri pœna mortis. Bartholomæus de Capua, in addit. in l. quod ergo, §. pœna gravior, ff. de infamibus dicit quod ſic, quod non credo in tali levi delicto, cogita tamen.*

Nota, quod bannitus poteſt impune offendi, imo acquirit præmium, ut in verſi. ſed in. & quod valeat ſtatutum hoc permittens, tenet Alex. in conſi. 114. vol. 1. ubi ſcripſi in dicto conſi. Alex. 114. ſtant ſcripta hæc verba, ſtatutum, permittens bannitum poſſe occidi valet & tenet, Bar. in l. 2. quando lit. ſine judic. adeo quod occidens bannitum qui erat rebannitus per ſubreptionem, vel non erat cancellatus de libro, non tenetur, niſi eſſet publica fama de rebannitione, Pau. in l. ſi dom. de acq. hered. & vide Alex. in conſi. 65. vol. 3. ubi latius quam hic conſuluit ſtatutum valere & rebannitum non tamen cancellatum poſſe ab ignorante impune offendi, vide Bal. in conſi. 6. ad evidentiam, vol. 3. in novis, qui format quæſtionem, quando per pecuniam fecit interficere eum, qui a prædeceſſore judice habebat fiduciam. Sed quæro de quæſtione, Baro forjudicavit quemdam promittens præmium capienti: pone, quod aliquis occidit, vel cepit bannitum exiſtentem in terra alterius Baronis, vel in terminis hujus conſtitutionis banni-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

abeſt uterque oportet quod alius accuſet, nam & ubi accuſator impeditur, vel moritur, alius ex integro repetit non in eadem inſtantia. ff. de accuſa. libellorum, in fi. Dependet enim forjudicatio a bannitione, quia

calumniam vereatur, ſed præmium * a gratia ſerenitatis noſtræ expectet. Ad hoc, videlicet, (*a*) ut ſi occiderit, aut acceperit (*b*) bannitum, vel forjudicatum: Siquidem ipſe bannitus, aut forjudicatus fuerit, qui (*c*) bannitum aut forjudicatum prædictis modis offenderit, aut detexerit latitantem: bannitionis vel forjudicationis pœnam, quam incurrerat, in præmium ſuæ fidei, & probitatis (*d*) evitet. Secus autem ſi forjudicatus bannitum tantum ceperit: quo caſu, quia eum, qui minori vinculo tenebatur, offenderit, majorem pœnam forjudicationis, ſententiam ſcilicet, non evitet.

Sed in caſu præſenti, pro Comite, quem ceperit aliquis, qui forjudicatus, vel bannitus non fuerat, centum auguſtales: Pro Barone, quinquaginta: Pro milite ſimplici, 25. Pro Burgenſi, duodecim: Pro ruſtico, ſex, de liberalitate noſtri culminis conſequetur. Offenſionis, vel occiſionis etiam (ut dictum eſt) capienti licentia (*e*) non negata. De licentia namque legis offenditur, qui ſubterfugiendi judicium legis præcepta contempſerit. Quod ſi forte motus clementia, qui forjudicatum ceperit, offendere vel occidere noluerit eundem, ſed ipſius mortem judici, cujus ad audientiam pœnam, fugiendo, promeruit, reſervare voluerit, Juſtitiario, qui ipſum banniverat, (*f*) aſſignet eun-

---

nitus erat Romæ vel extra regnum, an erit occidens impunis aut præmium reportare debeat? & certum eſt quod epiſcopus non poteſt excommunicare ſubditos committentes furtum extra diœceſim, c. fi. de conſt. in ver. & extra juriſdictionem non eſt parendum, l. fin. de juriſd. omn. jud. contrarium tamen determinavit ſolus Bald. in quodam conſi. de quo meminit Marſil. ſing. 124. quod vit. ad evadendum amicum interficientem bannitum extra ſuam patriam, vide Jaſ. in d. l. fin.

Nota, quod ſi quis ob contumaciam fuerit bannitus, quod poteſt occidi: & ex hoc corruit ſingul. dictum Bal. in l. ſi mora, in 1. col. ad fin. ff. ſol. mat. ubi voluit quod tale ſtatutum non procedit, ubi quis eſſet ob contumaciam bannitus, clariſſime ponit Corta in ver. ſtatuta, ſequitur hic Andr. 2. col. & nunquid habeat locum in proditorie occidente, & an fiſcus debeat reficere expenſas factas in capiendo bannitum, vide Pet. Girard. in ſing. 14. alias 142. & Corſet. in ſing. in ver. expenſa. in fin. col. 30. & vide hic Andr. in fine Bal. in c. domino guerram in ti. hic finit lex. vide quid ſi occidens fuit corruptus pecunia, & alia, Dec. in conſ. 327. De occidente de prox. forjudicandum, & an ſit odioſum vel favorabile, per Jaſ. conſ. 133. vol. 1. De Bottis.

* Auditio. *Ex his verbis credo quod nec ſit infamis infamia facti, ut per Claud. in l. ut vim. 2. col. de juſt. & jure. Quinimo nec quoad Deum peccat, ita Luc. in l. devotum, col. 3. C. de meta. lib. 12.* De Bottis.

(a) *Ut ſi occiderit*. Scilicet, forjudicatum: de quo ſupra proxi. l. locutus eſt, quod autem ſequitur, aut cepit, ſcilicet, bannitum & forjudicatum, ſicut potuit, & hoc ideo, quia forjudicatum licet occidere: bannitum & forbannitum non, niſi capere & deregere: ſicut evidenter ex hac littera percipites. Item manifeſte apparet hoc ex eo, quod dicit, bannitus minori vinculo tenetur, quam forjudicatus. Item minorem dicit eſſe pœnam forjudicationis, quam bannitionis: ergo propter bannum vel forbannum non imponitur pœna mortis, quia illa major eſſe non poteſt, ff. de pœ. capitalium, s. reſpon. & l. ultima. Item in evidenti eſt ratio, quare forjudicatum licet occidere, non bannitum: forjudicatus enim pro damnato habetur, nec datur ei ſuper principali cauſa criminis licentia defendendi ſe, ut hic dicis. Bannitus vero, cum nec damnatus ſit, nec pro damnato habitus, non poſſet ei pœna imponi, maxime capitalis, ut C. de pœ. qui ſententiam.

(b) *Bannitum*. Redde ſingula ſingulis, ſcilicet, ut ſi bannitum ceperit, & forjudicatum occiderit.

(c) *Bannitum*. Redde ſingula ſingulis, ſcilicet, ut ſi bannitum ceperit, aut ceperit, vel etiam occiderit forjudicatum, quod majus eſt, & forjudicatus ceperit vel occiderit forjudicatum, non autem bannitum, ne ſic contra quod ſequitur: ſecus, &c.

(d) *Evitet*. Ut arg. ff. de re mili. non omnes, §. fi. & facit ff. ad legem Juliam de amb. l. 1. circa medium, cum concord. ibi notat.

(e) *Non negata*. Maxime ſi aliter eum capere non poterat, armorum forte fiducia reſiſtente, ut C. de his qui ad eccleſ. confugiunt, l. 3. & dic ut ibi nota extraordinaria. Et nota, quod licet per hanc legem poſſit offendere, vel occidere: Melius tamen facit, ſi eum non occidat, ſed Curiæ eum præſentet, ne notam geminæ ſuſpicionis incurrat, de qua dicitur C. de malefic. & ma. l. ultima.

(f) *Aſſignet*. Qui occidere poteſt, multo magis contumelia juris poterit afficere, ut ff. de adulter. l. nec. §. jus promulgavit. Sic ergo ſententia eſt neceſſaria, cum

---

ANDREAS DE ISERNIA.

quia niſi prius banniatur, nunquam forjudicatur. Unde, & ſi in eodem eſſet finita inſtantia, ageret ex integro. d. l. libellorum. §. quod ſi libelli. Quanto magis ubi alius proponere vellet?

† Additiones. *Nota quod ultima mora accuſatoris nocet, & per conſequens licet bannitus fuerit contumax, & accuſator non, ſi bannitus comparuit & accuſator non, non poterit forjudicari, vide pulcrum dictum ad hoc Innoc. in cap. calumniam, de pœn. de quo meminit Alex. conſ. 72. col. 3. in princ. vol. 3. ubi ſcripſi.* De Bottis.

Et quod non poſſit quis forjudicari niſi pro crimine, pro quo venit imponenda pœna mortis, deportationis, abſciſſionis membri & perpetui carceris, vide c. Caroli I. in lib. Baratucii, in Archivio, par. 2. c. 137. Fabius Jordanus.

Item quomodo finiet, qui non incepit? hoc enim tantum in herede, & domino, cujus procurator ceſſat, invenietur, ut inſtantia transferatur, & procedatur ex eadem inſtantia. no. ff. de injur. l. ſed ſi unius. §. filius, in gloſſa, & licet inſtantia tranſeat, citatio nova fiet, no. in ſimili. ff. de judi. l. edictum.

Additio. *An poſſit ex confeſſione ficta, de qua hic, aſſequi contra heredem non ſequuta ſententia condemnatoria vel declaratoria? vide omnino Franc. de Cur. in conſi. 59. qui dicit quod non.*

Item mutatione perſonæ mutatur conditio cauſæ, de qua agitur ff. de acq. hered. per procuratorem. C. lib. 10. de impo. lu. deſcrip. l. 1. ſecundum hoc non procedit quæſtio, ſi accuſatus ſit mortuus ante forjudicationem, procedit tamen quæſtio ſecundum aliam allegationem gloſſæ, ſed erit eadem reſponſio. Quia ſi accuſatio finita eſt per mortem accuſantis & abolita, nec non rei, ut alius, qui vult poſſit ex integro accuſare. ff. de accuſ. l. libellorum. §. penult. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. l. fina. in gloſſa. Adde quod dictum eſt ſupra l. 1. in fi. Fit autem forjudicatio † per illum, qui bannivit, aut per ſucceſſorem ejus, ut dicit littera.

† Additio. *Vide per Jaſ. in l. licet Imperator. de leg. 1.* De Bottis.

Quando vero fiat, quia poſt annum, qui computatus a die banni, id eſt manifeſtati, & publicati, ex quo per litteras ad magiſtratus factas publice innotuit. ff. de decre. reipubl. l. alias, de requi. re. l. annus, & l. 1. §. præſides. Ex eo enim tempore numerantur anni, quibus præſcribitur fiſco, ſi bona non petierit. d. l. annus, in fi. Unde judices Magnæ Curiæ nunquam forjudicant, nec bona infiſcant bannitorum, excepta tertia mobilium, niſi de publicatione banni conſtet

eundem. Quod ſi alii Juſtitiario, vel etiam Magiſtro Juſtitiario aſſignatus fuerit: vel ſi ipſe Magiſter Juſtitiarius, aut Juſtitiarius eum receperit, remittatur * ad eum Juſtitiarium ſub fida cuſtodia puniendum, qui in ipſum bannitionis, & forjudicationis ſententiam promulgavit. Forjudicari autem bannitus debebit per Juſtitiarium qui bannitionis & forjudicationis pœnam edixit, vel ſi ad ipſum Juſtitiarium ex locorum forte diſtantia non poſſit facilius haberi recurſus, auctoritatem iſtam noſtræ præeminentiæ reſervamus, ut a nobis, vel ab eo, cui

---

cum aliquis petitur forjudicari, ut hic, & ſupra ead. l. §. ſecus autem, & accuſator debet accuſare contumaciam banniti, & petere quod forjudicetur, ut infra eadem l. ubi dicit forjudicationis poſſit ſententiam impartiri, & ſupra eod. ti. 2. l. grandis, ibi, & accuſatores arguere, &c.

* Additio. *Bal. in c. 1. ext. de offic. deleg. dicit quod delegatus ab alio quam a Principe, non poteſt mulctare, nec forbannire*. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſtet per publica documenta, vel alias legitime, & ex tunc computant annum, & bene, ut dictum eſt: nam Azo dicit in ſum. illius tituli, quod ille annus non currit, niſi ſcienti, & a tempore ſcientiæ, quamvis in §. præſides, gloſſetur, quod currit annus a tempore, quo innoteſcere potuit per banni publicationem. Et hoc non eſt contra præmiſſa, ſi publicatum eſt bannum ea more. Item verbum edicti multas habet ſignificationes, ut dicit Hoſtien. Grammaticaliter accipimus illam quæ humanior eſt, & pro reo. ff. de pœn. l. ſi præſes. Unde & in ambigua voce legis, &c. de legi. l. in ambigua. Per publicationem hujuſmodi, ſcit, vel ſcire debet, quæ paria ſunt. ff. pro emptore. l. qui fundum. §. ſervus, ſicut ſcire poſſe & ignorare non debere. ff. de fidejuſſo. l. ſi Titius & Seia, in princ. quod per hoc debeat ſcire, eſt. ff. de exerci. l. ſed ſi publice. §. proſcribere.

Quod vero dicunt quidam ſufficere vociferari in Curia, ut quilibet habeat eum pro forbannito, ſicut quotidie fit, non ſufficit, quia vox præconis paucis innoteſcit. ff. de in integr. reſtit. l. divus. Et ſic per litteras debet conſtare, ut Azo dixit, vel alias legitime, ut dictum eſt. Nunquid autem in forjudicatione debeat iterum citari? gloſſa plene examinat pro & contra: & dic quod æquius eſt quod ſic; ſed verius eſt quod non. Ego ſemper vidi citari. Unde ſecundum utramque poſitionem, cum debeat forjudicari, ſi compareat quis, & dicat bannitum fuiſſe abſentem tempore banni, & citationis antecedentis, audiri debet, dummodo reſtituat damna, & expenſas a die banni factas per accuſatorem, & habebit terminum ad denunciandum bannitum, quod veniat, dicimus ſupra tit. 1. l. edictorum. Poterit autem judex † reſtringere accuſatorem, ut probet non per ſacramentum ſuum, ſed alias legitime, ut & ibi dictum eſt.

† Additio. *Defenſio non poteſt in totum tolli, ſed bene poteſt arctari tempus ad ſe defendendum, vide Bart. in l. facultas, & ibi Luc. col. 2. C. de jure fiſci, lib. 10. & Luc. de Pen. in l. ſi apparitor, col. 7. C. de cohort. lib. 12. vide Claudium in l. ut vim, col. penult. de juſt. & jure*. De Bottis.

Secus ſi diceret bannitum nunc eſſe abſentem, quia cum fuerit in contumacia, perdurat, niſi purgetur. ff. de uſuris. l. cum pater. de leg. 2. Titia. §. uſuras. Et ex quo erat bannitus ſcire debuit, quod poſt annum poterat ad forjudicationem procedi. Unde perinde eſt, ac ſi ſciviſſet, ut ff. ſi cert. pet. l. quod te. nec debebat ſe abſentare, niſi purgaret contumaciam: & probantur præmiſſa in verſi. in tantum ſibi, &c. Quod autem tentaverint aliqui dicere, quod forjudicatio habet locum tantum in vero contumace, non in ficto, ut ſi citatur domi: † hoc non videtur verum, nam alias nunquam quis forjudicaretur: nam ſtatim commiſſo delicto abſentaret ſe, ut non inveniretur in domo, & ſufficit dare inſtantiam. 2. q. 2. ſicut urgeri.

Additio. *Et an juſta confeſſio dicatur ficta, vel vera, de qua hic? vide omnino Franciſ. de Cur. in d. conſi. 59.* Cæſar.

† Additio. *Citatio domi ſufficit, ut tenet And. hic, ſed Ang. in conſi. 8. tenet quod fictus contumax non poteſt mulctari, & citatus domi dicitur fictus contumax. l. ab eo, & ibi Pau. de Caſt. C. quom. & quando jud. Bart. in l. fi. de in integr. reſtit. Bart. & Ang. in l. conſenſu. in fine, ff. de appell.*

Sufficit, ſecundum omnes, citatio facta domi, & probat dictus verſiculus in tantum ſibi, &c. ibi, qui nec per ſe tanto tempore comparuit, nec per alium, præcedente legitima cauſa ſuæ abſentiæ. Dicunt vero quidam, quod hæc conſtitutio eſt contra jus naturale, quo cuilibet datur ſua defenſio: & ideo jure Romano ſemper auditur ſe defendens de crimine. ff. de requir. re. l. 1.

Additio. Defendens. *Vide Bart. in conſil. 107. Viſis omnibus, atque exceptiones admittantur*. Cæſar.

Hoc verum eſſet, ſi omnino negaret defenſiones, arg. Actuum 25. ibi, non eſt conſuetudo Romanis, &c. ut in ſuperioribus dictum eſt. Sed limitare, & arctare tempus ad ſe defendendum, hoc non prohibetur, imo conceditur: nam dantur novem menſes etiam ex ultramarina provincia ad ſe defendendum. C. de dilat. l. 1. & hic indulgetur annus, pro quo eſt. C. de precib. Imper. offer. l. quoties, quod debet eſſe finis litium. ff. pro ſuo. l. fi. Videtur autem dura hæc conſtitutio: quia dicit forjudicatum haberi poſt lapſum anni, ac ſi fuiſſet confeſſus & condemnatus: ſed hi appellant. ff. de appel. l. creditor. §. juſſim, in gloſſa. Appellatio vero forjudicato negatur, ut hic in littera, ſed dicendum eſt, quod hoc facit contumacia, per quam contemnit & ſpernit judicem, & prætoris majeſtatem, arg. ff. de juriſdict. om. jud. l. ſi familia. Contemptus † hic facit eum haberi poſt lapſum anni, ſicut ſi eſſet confeſſus & condemnatus, & ei ſimilis: non tamen vere fuit confeſſus: & ſic nihil eſt idem, cui id ipſum ſimile eſt. ff. depo. l. quod Nerva.

Additio. Contemptus. *Tu dic quod hoc etiam fundatur de jure divino, ut qui non obedierit Principi, morte moriatur. c. 2. extra, de major. & obed. & dicam infra*.

† Additio. *Vide Hippol. ſing. 12. & purgatur nullitas proceſſus. Hippol. ſing. 387.*

Plus autem punitur ſimilis confeſſo, quam confeſſus vere, propter contumaciam, arg. C. quorum appellat. non recipiun. l. 1. unde inſpicitur cauſa contumaciæ, propter quam eſt confeſſo ſimilis, arg. ff. de donat. l. qui id quod. Et quia habetur pro condemnato, quando capitur forjudicatus, non damnatur ulterius, ſed mittitur ad ſupplicium. Idem dicunt multi in proditore manifeſto, ut non damnetur per ſententiam, ſed mittatur ad ſupplicium, quia ſua mente punitus eſt. C. ad leg. Jul. majeſt. l. fin. Idem dicunt in omnibus caſibus, ubi denegatur appellatio, qui ſunt. ff. de appel. l. conſtitutiones. C. quorum appel. non re. l. 2. Melius dicitur proditores † & alios damnari debere.

† Additio. *Nota, quod licet proditor amittat dominium ipſo jure, requiritur tamen ſententia pro rebus & poſſeſſione, & intellige, ut in c. nuper apud Tranum. Adde quod ſemper quando perduntur bona, requiritur ſententia, ita Luc. de Pen. in l. fi. C. de jure fiſci. lib. 10.* De Bottis.

Nam licet dicatur, quod facinorum cogitatione, & conſcientia delictorum multo prius, quam damnatione amiſit dominium ff. qui & a quibus. l. quæſitum, tamen ſequitur, quod per condemnationem amiſit, & ſic condemnari debet, ut in Auth. ut nulli jud. §. fi. in fi. ibi, in majeſtatis crimine condemnatus eſt, ſic

C.

† *Alias, in regno.* cui vices noſtras † propter abſentiam forte noſtram gerendas commiſerimus, forjudicationis poſſit ſententiam (*a*) impetrari, ut tamen ad ordinarium (ut dictum eſt) recurſus primitus habeatur. (*b*) Simili pœna * bannitionis, aut forjudicationis in receptatores, aut (*c*) occultatores

(a) *Impetrari*. Non ergo ipſe erat jure forjudicatus poſt excurſum anni, ut quidam dicunt, ut probatur hic, & ſupra eo. circa principium ibi, per bannitorem eundem forjudicari debebit: nec enim neceſſarium eſſet impetrari licentiam forjudicationis, ſi eſſet ipſo jure forjudicatus poſt annum, ut C. de theſaur. l. 1. Sed quæro, a quo poterit impetrari? & videtur quod a quolibet de populo, quia cum quilibet poſſit eum capere, quod magis eſt, ut ſupra ea. l. poſuit, multo magis poterit petere, ut forjudicetur, ff. de reg. jur. l. non debet, & quod magis ſit capere, quam petere ut forjudicetur, patet ex eo, quod facilius permittitur vocare aliquem in jus verbo, quam tu, ut C. de offi. diver. jud. l. 1. & ff. de in jus voc. plerique, & l. ſatis, & l. ſed & etiam, & l. ſed hic, in ſum. C. de in jus voc. plerique, §. qualiter. Vel forte dici poteſt, quod forjudicatio non poſſit peti, niſi ab adverſario, & quia ei debita eſt vindicta, ut C. ad Turpillia. l. ult. & quia certa ſunt judicia publica, inter quæ hoc non numeratur, ut ff. de publ. judic. l. 1. & 4. & inſti. eo. §. ſiquidem, & §. ſi autem. C. quomodo & quan. judex, ſi ut proponis, & l. conſentaneum & de accuſat. ſi accuſatoribus.

(b) *Simili pœna*. Ut ſi aliquis receptaverit bannitum, & eum non exhibuerit requiſitus, bannitur: ſi receptaverit forjudicatum, forjudicetur: ſed nunquid talis pœna ipſo jure infligitur, an per ſententiam? credo per ſententiam.

* Additio. *Vide ad iſtum §. Doct. in l. 2. ff. de recept. And. de Iſer. & Bald. in c. 1. §. receptator. de pace jur. firm.*

Vide ad materiam hujus conſtitutionis Pet. Duen. in Reg. 68. ubi ponit 9. amplia. & 10. limit. Et habetur quaſi tota materia & declaratio, quando poſſint banniti offendi, & quando non. Et ſi debeantur bannito alimenta a patre, vel filio, vel uxore. Vide omnino ibi; & per And. in conſtitut. patres pro filio, ſupra primo lib. Et an mulier prægnans bannita poſſit impune occidi, Bal. in l. Imperator, in ult. lect. ff. de ſtatu hom. dicit quod ſic. Quid ſi promittens non offendere bannitum ſub pœna conventionali, ipſum occidat, an teneatur ad pœnam conventionalem. Bald. in l. 1. C. quando lic. ſine jud. vind. Alber. Brun. in ſuo Repert. in ver. pax, in principio, & in verſi. occidens eum, & de ſtatutis dantibus præmium præſentantibus bannitum, vide latiſſime Alber. Brun. ubi ſupra in ver. præſentare. Et limita non habere locum in filio, & uxore occidente, nec in extraneo adhibente ſecum filium forbanniti, Arno. caut. 5. An requiratur ſcientia forjudicationis ad hoc ut occidens forjudicatum conſequatur præmium hujus Conſtitutionis, vide Affli. hic, nu. 13. qui tenet quod ſic. An autem debeat verificari hæc ſcientia, vide Bart. omnino in l. inter omnes, §. recte, de fur. De Bottis.

(c) *Occultatores*. Nunquid hoc idem erit contra receptatores † aliorum ſuorum, vel homicidiariorum, & ſimilium, ut receptatores ipſorum ſimili pœna puniantur, ſicut hic dicit, & per hoc ſit immutatum, quod dicitur, ff. de receptat. Credo quod non, quia hæc conſtitutio ſpecialiter loquitur in receptatoribus bannitorum, ſicut hic dicitur: ſic ſpecialiter loquitur in receptatoribus, & complicibus ſive fautoribus Patarenorum, & contra eos ſpecialiter pœna ſtatuitur ſup. de tec. Pa. conſti. 1. Si ergo ſpecialiter loquitur, non de-

ANDREAS DE ISERNIA.

C. lib. 10. de peti. bono. ſub. l. 1. ſua ergo mente punitus eſt, quia ex tunc perdit dominium ipſo jure, ut dicit Azo in ſum. Unde ibi bona non alienat, nec manumittit. d. l. quæſiram, ſententia tamen neceſſaria eſt pro rebus, no. in Auth. de inceſt. nup. §. 1. Poſt mortem etiam datur ſententia pro bonis, & damnatur memoria defuncti, Inſtit. de here. quæ ab inte. defe. §. per contrarium. Confeſſus etiam de crimine damnatur. ff. de cuſt. re. l. ſi confeſſus.

Sed ſi ex abrupto confitetur quis de crimine coram judice interrogante ſine libello criminoſus non damnatur definitive, ſed mittitur ad ſupplicium, per ea quæ dicit Azo in ſum. de confeſ. In civili datur præceptum in confeſſos hujuſmodi, per l. ſi debitori, quæ loquitur in civili, ſed in criminali indiſtincte loquitur d. l. ſi confeſſus. De rigore tamen juris non videtur damnandus is, qui ex abrupto confitetur, cum non præceſſerit accuſatio. Ubi non eſt lis conteſtata, non proceditur ad definitivam. C. de his qui ad ecc. confu. l. præſenti. in glo. ff. de an. & ar. leg. l. Titiæ, ubi dicitur quod lite conteſtata prætor pronunciavit. Per litem conteſtatam obligatur, in Auth. de exhi. re. §. illud quoque, ubi vero in figura judicii lite conteſtata fateretur, damnandus eſſet. C. de pœ. qui ſententiam. Et ſic poteſt intelligi. ff. ad l. Jul. maje. l. 4. in fi. ibi, confeſſum in judicio reum, ac per hoc in vincula conjectum, ſcilicet, ut damnetur. Titius tamen dicitur ſemper damnandus: † quia non ſic mandatur hominem mori, ſicut ſolvi 10. denarios: nam ubi majus periculum &c. ff. de Carb. edic. l. 1. §. ſed & ſi quis. C. de appel. l. addictos. Et qui mori debet audiat ſententiam, ut poſſit appellare, ſi velit, quia legum adminicula, &c. C. de ſent. præfec. præto. l. 1.

† Additio. *Et ſic tenet quod confitens maleficium debet per ſententiam condemnari, idem tenet Jo. de Platea in l. locorum, col. 2. C. de omni agro. deſer. lib. 11.* De Bottis.

Vel alius etiam appellaret pro eo. ff. de appel. non tantum. Illi tamen, qui non condemnant, ſed ad ſupplicium mittunt, debent notificare illi, quomodo mandant illum ad ſupplicium duci, ut poſſit appellare, ſi velit: nam & a præcepto appellari poteſt. † C. de te judi. l. 3. ff. de min. l. ait prætor. §. non ſolum. Et ſi hoc in civili, multo fortius in criminali. Quid in criminalibus, ubi ſine accuſatore proceditur, quæ no. ff. de adult. l. 1. §. ſi publico. Si judex invenit crimen per inquiſitionem, an pronunciabit? Videtur enim quod non, prædicta ratione, quia non eſt lis conteſtata. Dic quod ſi de crimine conſtat ſine aliqua cauſæ cognitione: puta, dum adducitur latro apud judicem, vel alias reus confitetur.

Additio. *Quid ſi non conſtat contra bannitum, an poſſit exequi? Albe. in l. raptores. C. de epiſ. & cle. quod exequitur.* Cæſat.

† Additio. *Adde Imol. in l. fi. §. juſſus. col. pen. de appel.* De Bottis.

Aut dum judex examinat teſtem, invenit varientem & falſum, vel producentem falſam ſcripturam, quibus caſibus ex officio punit. C. de teſti. l. nullum, & de proba. jubemus, ſine ſententia mandet præcepto ſuo mutilari manum perjuro, vel pœnam aliam debitam infligi, quia hic non fuerunt partes judicis. ff. ad l. Aqui. l. proinde. in fine. Sed ſi cum cognitione cauſæ conſtaret de crimine: fecerat enim judex inquiſitionem, reus delatus dederat defenſiones ſuas, eſt convictus in forma judicii, licet non ſit lis conteſtata, tamen habentur hæc actitata pro lite conteſtata, vel quaſi, ar. in Auth. ut omnes obe. jud. §. ſi vero, & quod ibi notatur in gloſſa pro quaſi conteſtatione eſt. C. ubi in rem act. l. 2. & tunc pronunciavit condemnando: quia ſic dicitur. C. de epi. & cle. l. ſi quis, in hoc eſt ar. ff. de conſit. tuto. l. 4. ibi, idoneus pronunciatur &c. Stando enim ſic in judicio, quaſi obligatur. ff. de peculio. l. 3. §. idem ſcribit. Hæ enim ſunt partes judicis, de quibus dicitur in d. l. proinde, ſcilicet, actitare, & ſimilia. Quid ſi forjudicetur ante annum, an poſt anni lapſum forjudicatio confirmatur? quod videtur, quia ſi judex in plus condemnet, valet. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna gravior. ſed plus dicitur etiam in tempore. Inſtit. de actio. §. plus.

Item

tores eorum, qui tales (*a*) occultaſſe dicantur, proculdubio imminente, ſi reos hujuſmodi exhibe-

debet toti generi derogare, ut ff. de pœnis, ſanctio legum, & quod non mutarut, &c. ut ff. de appel. præcipimur. Si enim in his caſibus lex ſpecialiter loquatur, rumanet in aliis jus commune, ut ff. ad municip. l. 1.

† Auditio. *Quæ pœna teneatur hodie receptans bannitum, vide per cap. Ducis Calabriæ, quod incip. creſcit culpa*. De Bottis.

(a) *Occultaſſe*. Ad idem C. de hir qui latrones vel aliis criminibus reos occult. l. 2. & C. de falſa moneta, l. 1.

Requiſiti. Ex hoc verbo poteſt colligi, quod non tene-

ANDREAS DE ISERNIA.

Item ſi judex interponat ſecundum decretum ante tempus, ſiquidem contra minorem, minor reſtituitur. ff. de dam. infec. l. ſi finite. §. non ſtatim, & §. ſi forte, ergo valet ſententia, quia ſi eſſet ipſo jure nulla, reſtitutio non haberet locum. ff. de min. l. in cauſæ. Si contra majorem appellabit major, ubi minor reſtituitur. ff. de minori. l. præſes, ergo valet ſententia, quia ſi eſſet ipſo jure nulla, non eſſet neceſſarium appellari. ff. de app. l. ſi expreſſim.

Additio. Appellabit. *Et an poſſit ſupplicare forjudicatus? Alex. conſi. 77. 3. volum. & an pendente appellatione poſſit offendi, & quid ea deſerta? Alex. conſi. 36. 4. volu. verſi. confirmatur*. Cæſar.

Et quod fieri non debuit. Factum tamen tenet. ff. de interdi. & rele. l. relegatorum, §. ad tempus. quando appel. ſit. l. 1. §. biduum. In quo generaliter Doctores diſtinguunt, quod ſi lex ſtat in finibus prohibitionis expreſſe, vel tacite, habet locum dicta regula, ſecus ſi ultra procedat, dicens factum contra legum nullum eſſe. C. de legibus. l. non dubium. Verius dicitur quod non, propter regulam l. quod ab initio. ff. de reg. ju. & per prædictam l. non dubium, & in Auth. de non alie. §. vult enim. Talia quidem tempora a legibus præfinita judex non minuit. C. de appell. auct. hodie in gloſſa unde infra annum annotationis bonorum fiſcus bona banniti occupare non poteſt. ff. de requir. reis. l. 1. in fi. & l. annum. C. eod. tit. l. 1. & 2. Expreſſe ergo prohibetur quod infra annum non fiat, ergo ſi fiet contra legem, mandatum nullum erit, d. l. non dubium. C. lib. 12. de agr. & cenſi. l. quemadmodum. Tempus autem non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis: pro quo eſt. ff. de actio. & oblig. l. obligationum. §. placet. Et vitiatur res ſi perveniat in eum caſum, a quo incipere non poteſt. ff. ad leg. Aquil. quia in eum. Utrum autem Rex Regni poſſit ſtatuere, † ut ante annum fiat forjudicatio? dic quod ex cauſa delictis invaleſcentibus per multiplicationem poſſit, pro communi bono, ut malorum coerceatur audacia, loco, & tempore convenienti legem poſitivam contrariam ponere per communem regulam legis, digna vox. C. de legibus, & Inſtitutionibus, quibus modis teſtamenta infirmentur. §. fin.

† Additio. *Vide Luc. in l. divæ memoriæ, col. fi. C. de decur. lib. 10. vide q. tactam per And. in c. 1. col. fi. quo tempo. miles*. De Bottis.

Dummodo det moderatum tempus ad defendendum ſe, alias eſſet exhaurire, & defenſiones omnino tollere, quod eſſe non debet, d. l. quoties. Item videtur eſſe nolle reum defendi, & eum arctare in tempore, in quo non ſe poſſet defendere commode. Sicut idem eſt nolle vendere, & immenſum precium poſtulare. ff. de leg. 3. non dubium, & ſi Rex hoc ſtatuat de bonis non removet, ut ſi reus non veniat, ut ante annum perveniat ad fiſcum, quia lex privato commodo condentis poni non debet, 4. diſtinct. c. erit. ad quod eſt c. fratre. alias, factæ, & ff. de pœn. aut facta. §. fin. de extraord. crimi. l. 1. & l. ſaccularii. §. ſunt quædam. Sed ſi in particulari bannito citato propter enorme delictum vellet eum Princeps forjudicare poſt tres menſes, quos ad defendendum conſtituit, argum. d. l. 1. de dilationibus, illud videtur rationabiliter obſtare, quod abſens reus bannitus receſſit, quando non erat ordinatum per Principem forjudicationem fieri ante annum, ſperavit in jure communi, quod uſque ad annum haberet poteſtatem comparendi, & ſe purgandi, non debuit divinare, quod Princeps in eo faceret novum jus, arg. ff. ad leg. Aquil. ſi putator. damnabitur mortis ſententia qui ignorabit, cum etſi poſt ſententiam, lex alia promulgaretur, non trahitur retro, in Auth. ut cum de appellatio. cognoſcatur. §. 1. Lex erit hujuſmodi ordinatio Principis, arg. C. de legi. l. ſi. leges autem inſtituuntur, cum promulgantur. 4. diſt. c. leges. Etſi dicatur debebat ſcire Principem poſſe tollere legem etiam in particulari, quod ad præterita trahitur, ſi Princeps id dicat. C. de legibus. l. leges. ſi debuit ſcire Regem id poſſe, non debuit ſcire Regem id velle, cum Rex non frequentet, aut raro id faciat, multo plus, ſi nunquam feciſſet. Debemus quidem intelligere illud, quod jus intelligit. ff. de ſervi. l. ſi cui. de ritu nupt. l. quanquam ſed jura non intelliguntur in aliquo inſolito, nec aptantur ad rara. ff. de uſuca. l. juſto. de legi. l. nam ad ea. injuſtum eſſet tunc ignorantem obligari pœnis. C. lib. 10. de tab. l. generali, nec offendit qui ignorat. ff. loc. ſi ignorans. Leges quidem debent eſſe æquales, & æqualiter omnibus tribuere ſecuritatem. ff. de pœn. l. capitalium. §. ad ſtatuas, injuſtus Rex non poteſt. arg. 22. q. 1. c. facint. cujus proprium eſt, juſtitiam facere. 23. quæſt. 5. c. regum. Item forte confidebat reus abſens ſua innocentia, timens iram judicis, & potentiam inimicorum, his caſibus, etſi proceſſiſſet forjudicatio reperta innocentia, Princeps remittere deberet condemnationem ſeu forjudicationem. ff. de quæſt. l. 1. §. fin. de pœn. l. divi fratres. in fine.

Hoſtis publicus reputetur. Hic impune occiditur. ff. de ſicar. l. 3. §. fin. & ſic ſi ſcio forjudicatum, teneor eum indicare, ſicut hoſtem publicum, & proditorem, in Auth. ut lic. matri & aviæ. §. ſi vero contra imperium. In poteſtate eſt illius, qui cepit forjudicatum, velit eum occidere, aut Curiæ aſſignare. Ratio eſt, quia jam damnatus eſt.

Additio. *Et quomodo intelligatur ſtatim permittens occidere bannitum? Alex. conſi. 167. in 3. vol. ubi quod ſi bannitus erat clericus, vel obtinuerat gratiam, & non erat cancellatus ab actis*. Cæſar.

In aliis criminoſis, ſi poſſit capere, non debet occidere. ff. ad legem Aquil. l. ſed & ſi quæcunque, in princ. Quid ergo ſi capiens forjudicatum ſuſpendat eum in arbore? negari non poteſt eum occidiſſe, quia ſatis occidit, qui ſtrangulat. ff. ad Syllania. l. 1. §. occiſorum. Sed ſi ſuſpenſor diceret ſe habere merum imperium, & tanquam judex, cum non eſſet, hoc fecerit, uſurpans, quod ſuum non eſt, tunc teneretur, etiamſi non occidiſſet, ſed levius puniſſet, diximus ſupra de homicid. l. terminum. Nunquid Comes forjudicatus capiendo unum forjudicatum non Comitem liberetur? Videtur quod debeat capere forjudicatum ſimilem ſibi, alioquin unus Comes magnus vir, ſubaudi, forjudicatus procurabit forjudicari unum ruſticum, quem poſtea capiet, & liberabitur: Tollenda eſt occaſio maligaandi, Inſtit. vi bonorum raptorum §. ſed nedum. Sed conſtitutio hæc ſimpliciter loquitur, non faciendo diſtinctionem in forjudicato capto, an ſit ejuſdem conditionis, qua & capiens. Omnes enim habentur pro mortuis, & hoſtes publici ſunt. Comes per forjudicationem perdidit dignitatis honorem. C. ubi ſenatores vel clar. l. 1. Et pœnæ ſunt potius dæmolliendæ, quam exaſperandæ. ff. de pœnis. l. interpretatione. Sic conſueverunt facere inquiſitores Hæreticorum, & Patarenorum, quando hæreticus hæreticum capit, aut detegit: arg. ff. de re milit. l. non omnes. §. fin. & ad leg. Jul. de ambi. l. 1. §. 1. ſupra de recept. Patarenorum. l. 1. in fi. Quod autem dixit, aut detegit latitantem, vel per eum ſtetit, quominus, &c. intelligendum eſt cum effectu, ut Curia ceperit eum latitantem, vel per eum ſteterit, quominus cepit, cum poſ-

hibere non curaverint requiſiti. Quod ſi univerſitas (a) aliqua hoc fecerit, noſtro judicio (a)

tenentur ultro & ſponte offerre, cum debeant requiri, & probatur hoc, ff. ex qui. can. ma. l. ait prætor. §. hæc autem teſt. & l. ergo, & ff. ex qui. can. in poſ. eatur. l. hoc autem, §. 1. & ita eſt contra C. de his qui latro? vel aliis cri. reos, l. 1. & 2. Sed dic illud eſſe generale, ut ex rubrica colligitur, & ex textu, legem vero iſtam reſtringe in ſuo caſu.

(a) *Aliqua*. Concord. ſup. de ma. clandeſt. l. 1.

ANDREAS DE ISERNIA.

poſſet. Nam ſi Curie eſſet negligens mittere & capere, ad quid tenetur? C. de his qui lat. l. 2. ſatis eſſet huic detegenti: arg. ff. de verb. ſign. l. ideo. in fi. & l. ſeq. §. ſi præſim. Secus ſi dicat quis Curiæ: Talis forjudicatus eſt Romæ, ubi Curia de jure capere non poteſt, quia extra fines Regni, vel in alio loco infra fines Regni, ubi de facto iri non poteſt ad capiendum eum. Oportet, quod inſtruat judicem detegens, ut detectio non ſit verbalis tantum. arg. ff. ad leg. Jul. maje. l. in quæſtionibus, & quod quiſque jur. l. 1. §. hæc autem verba. Locus enim latitationis detectus debet eſſe idoneus, quantum ad capiendi facultatem, arg. ff. ſi de nox. cauſa agatur. l. 1. qui ſatiſdare cogantur. l. 2. Et arguere non ſolum eſt accuſare, ſed etiam convincere, ſic C. mand. ſi maritus, de accuſ. ſi quis homicidii. ff. ad Syllan. l. ſi quis. §. ſi ſtipulatm.

In receptatore. Quærit gloſſa utrum ſit idem in receptatoribus aliorum criminoſorum?

Additio. *Vide pragmaticam Regis Catho. ubi habes limitationes per me*. Cæſar.

Sed hæc non facit ad hoc: quia loquitur quando receptantes requiſiti non exhibent reos, quos receptant: ſed ſi receptatus non reperitur, habet locum jus commune: de quo dic ut diximus ſupra de recept. Pataren. Cum autem dicit ſimili, ſed non tanta. Vel ſimili id eſt eadem, ut notatur. ff. de recepta. l. 1. & hoc ſi receptator fuit ſciens, non aliter, ut ibi notatur. Sed quomodo accuſabitur receptator, ſi receptatus occiderit hominem, an teneatur l. Corn. de ſicariis? non videtur, ſicut & in Commentarienſi. C. de cuſtodia reor. l. ad Commentarienſem, in gloſſa, ſed receptans & occultans proditorem non tantum puniuntur. ff. de pœn. l. Metrodorum. Hodie autem per conſtitutionem novam regis Caroli I. quæ incipit, nuper apud Tranum. poſt quod cap. ſucceſſit cap. regis Roberti contra receptatores, quod incipit, licet contra receptatores eſt eadem lex & pœna, ex quo reſultat, quod qui poſſet accuſare proditorem, poſſet & receptatorem: & idem in forjudicato, qui hoſtis publicus reputatur.

Quod ſi univerſitas. Dicit gloſſa & bene, quod Juſtitiarius de hoc cognoſcet, & cauſam inſtructam mittit ad Principem, pro quo eſt C. ubi ſe. vel cla. l. quoties, de dig. l. ſi gravius. lib. 10. & de exhib. re. l. 1. Sed quod dicit, remittit pœnam bannito, ſi capiat bannitum, videtur intelligi de pœna criminis, ut ab ea liberetur. ff. de re mili. l. non omnis. §. fin. ad leg. Jul. majeſt. quiſquis, in fi. & C. de fal. mone. l. 1. §. & accuſatoribus. Sed nimis eſſet magnum præmium, poſſet enim eſſe, quod capiens eſſet nocens, & non captus, unde ſatis erit remitti pœnam banni. Nam littera dicit pœnam bannitoris, &c. non dixit pœnam criminis. Pœna banni inter alia erat infamia ſaltem de facto. C. de requir. reis. l. fin.

Additio. *Adde an bannum infamet, vide per Saly. l. ea quidem. C. de accuſ.*

Sic remittitur infamia ambitioſo. ff. ad l. Jul. de ambi. l. 1. §. pro quo eſt. ff. de cuſt. reor. l. in eos. §. fi. Conſtitutio hæc quamvis ſit perquam dura, ſervatur. ff. qui & a qui. l. proſpexit. durities ejus apparet per præmiſſa. Quia contumaciæ imponitur hæc pœna, non crimini. Non eſt proportionata pœna culpæ, quod eſſe deberet: nam pro quantitate peccati debet eſſe plagarum modus. Deuteron. 25. C. de pœnis, ſancimus, propter crimen probatum non eſſet pœna mortis, quando accuſaretur quod vulneravit, & non occidit. Item mandat conſtitutio occidi forjudicatum per quemcunque, cum & ſi damnatus eſſet de crimine ad mortem per judicem, deberet ire rite ad locum ſupplicii. C. de appell. l. addictos, & ſic teneretur de occiſo pro vulnerato ad mortem, ut vivere non poſſet, ſicut de alio homine. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus, in principio, quamvis non videatur dari damnum perituris ædib. ff. quod vi aut clam. l. ſi aliter. §. eſt alia, & 2. Reg. 1. de Saul percuſſo ad mortem, ut non poſſet vivere poſt ruinam, & occidi ſe petente per ſervum Amalechitam, quia David mandavit interfici occiſorem Saul. Item reputat eum hoſtem publicum, qui ſunt illi, qui contra Principem vel rempublicam hoſtili animo animantur. ff. ad leg. Jul. majeſt. l. fin. C. de bonis lib. l. 1. ſed non eſt animari contra Principem, qui ad mandatum Principis ad judicium non venit, cum frequenter non ex contemptu, ſed timore potentiæ adverſarii, vel iræ judicis, quia latitat. Et ſi ex contemptu latitaret, eſſet culpa in non faciendo, & omittendo venire ad judicium, quæ non eſt ita gravis, ſicut in committendo contra Principem, per ea, quæ dicuntur in gl. ff. ad Sylla. l. 2. Hodie qui receptat hoſtem publicum, punitur eadem pœna, etiam in bonis per conſtitutionem Regis Caroli, quæ incipit, ad vindictam. De jure Romano, no. ff. de pœnis, l. Metrodorum. Nam tenetur capere quilibet videns eum: & ſi non capit, vel non clamat, ut capiatur, punitur graviſſime in perſona, & rebus. Hæc ſimiliter dura eſt, ut exponat ſe privatus captioni alterius, vel clamori, qui timeret, ne ille eum occideret. Et hoc quod de facto poteſt occidi quis intaendum eſt, ut ff. quod me. cau. nec timore Princeps ſuis ſtipendiis debet capere malefactores: ideo enim habet tributa, & reditus regni, ut ſervet & faciat ſervari juſtitiam, ad Rom. 13. Lex debet eſſe rationabilis, 1. diſtin. conſuetudo, non privato commodo ponentis, 4. diſtinct. erit.

Additio. *Adde quod ſi lex eſt irrationabilis & nutritiva peccati, perdit nomen legis, & appellatur peſtis, ſecundum Felin. in cap. ad noſtram, in ulti. no. de probat.*

Ubi commode poſſet, juſtum eſſet, non autem ſe morti deberet exponere, etiam vaſallus propter dominum, in tit. quibus modis feudum ammittitur in principio dixit gloſſa, & plene diximus de hoc in tit. de pace tenen. l. ſi quis hominem. Et ſic eſſet intelligenda dicta conſtitutio, maxime, quia dicit, ubi poſſet eos capere, poſſet, ſcilicet commode, ff. de verb. ſig. l. Nepos Proculo, in fine, & in l. proſpexit, qui & a quibus nil grave eſt, niſi quia differtur manumiſſio donec ſciatur, qui ſunt torquendi: nam & abſentes poterant participaſſe conſilium occiſionis cum præſentibus, moratoria non curantur. C. de precibus Imperat. offeren. l. quoties, unde bonus Princeps ſi videat, quod ſine offenſione non potuit capere, vel clamare, non puniet, & ſic ex perſona condemnatio moderabitur, argum. de negotiis geſtis, l. Pomponius.

P*Œnam eorum*. Indiſtincte loquitur non facta mentione ejus, qui eum accuſaverit: unde ſufficit, ſi forjudicetur poſt lapſum annum edicti & banniment ſine petitione accuſatoris: inde eſt, quod magna curia in ſententia forjudicationis non citat forjudicandorum accuſatores: arg. l. cum patet. de leg. 2. & l. Titia. Barthulomæus de Capua.

Ibi, forjudicari debebit. Hoc intellige ſecundum quod loquitur c. Regis Caroli II. quod incipit, ſive quis ſit forbanuitus, ibi, ut præſcriptum eſt, ſupra in conſtitutione, Grandis, §. eos.

Ibi, ad aliquid indicii. De jure communi forjudicatus poteſt eſſe in judicio ad opponendum exceptionem, & ad defendendum, in l. hi quoque, ff. de in jus voc. in gloſſa magna, in fine, ibi, & nota quod in forjudicatione, hoc eſt etiam de jure communi, ut in l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt.

In gloſſa, in verbo, occiderit, ibi, forjudicandum non

(a) reſervetur, ut ex qualitatibus perſonarum, & locorum ipſorum, in univerſitatem ipſam Juſtitia prævia procedatur.

De

(a) *Reſervetur*. Quid ergo erit ſi oniverſitas receptavit, nunquid Juſtitiarius de hoc cognuſcet, an Princeps? Reſpondeo, credo quod Juſtitiarius poteſt de hoc cognoſcere uſque ad ſententiam, deinde torum proceſſum mittat ad Principem, nam Juſtitiariis videtur injunctum, ut ipſi referant, per conſtitutionem infra eod. cordi. & non debet referri aliquid, quod ad inſtructionem indigeat, ut C. de rela. l. 1. Sic ergo de neceſſitate ipſe Juſtitiarius cognoſcet uſque ad ſententiam, ſicut dixi, & io caſu ſimili loquitur conſtitutio, ut Juſtitiarius cognoſcat uſque ad ſententiam: deinde referat totum proceſſum ad Curiam, ut Rex judicet, ut ſupra de officialibus reprobatis, præſides.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

non capere. Hoc modificatur in conſtitutione ſequenti, quæ videtur jubere quod poſt duos menſes poſſit offendi, ut ibi patet.

In gloſſa, in verbo, occultatores, ibi, pari pœna. Dic quod ſic, ut in c. liret receptatores infra contra receptatores. Petrus de Monteforte.

In gloſſa, magna ibi, in quibus duæ feruntur ſententiæ. Nota hic argumentum, quod lata ſententia in cauſa principali, & condemnato reo vel actore in expenſis, non citatur ulterius damnatus ad videndum taxationem expenſarum: ſed taxatur in abſentia, & fit executio poſt dies decem, & non poteſt appellari, Petrus de Monteforte.

In verbo, forjudicari. Sed quære, pater meus volens accuſare de inſultu cum armis per te facto in perſonam ſuam, fecit te citari, fuiſti contumax, & bannitus, mortuo patre, modo ego filius ago, & peto te poſt annum forjudicari ſecundum tenorem hujus conſtitutionis, quæritur an poſſim? & videtur, quod non, arg. ff. de accuſar. l. libellorum, ad fi. & C. ſi reus vel accuſ. mor. l. fi. quod an ſit verum, inquire per te. Bartholomæus de Capua.

Super verbo defendendi. Poſſunt tamen ſententiam forjudicationis dicere nullam, ar. de re jud. l. 4. §. condemnatum. Bartholomæus de Capua.

Sed quid ſi officialis non habet ſufficientem familiam ad capiendum? dic quod poteſt implorare brachium ſubditorum: facit l. ſi viro. de adulter. Bartholomæus de Capua.

Pœnam. Vide c. regni, ſi forjudicatus. Petrus de Monteforte.

In textu, ſi quis. Nota hic ex infraſcripto textu, in bonis ejuſdem confiſcatis, quod a die banni editi numeratur annus, etiam quoad bona: & ad hoc concordat conſtitutio regni, Grandis, circa fi. Marinus.

In textu, & probantem. Nota quod excuſatio, quæ opponitur pro aliqua perſona, debet probari. Sed nunquid ſacramento opponentis, an legitimo modo? dic ut ſupra de lite. citat. conſtit. 1. in extraord. ibi, ſignata. Idem eſt in exceptione hoſtica, quæ opponi & probari debet, ut infra de excep. hoſt. l. 1. in principio, Marinus.

In textu, cognoſcat. Sed nunquid Imperator poſſit remittere forjudicato propter iſta verba? dubitatur: ſed dic, ut no. extra ordinem, in Auth. de non alien. §. ad hoc. Petrus de Monteforte.

In gloſſa magna. Iſta gloſſa nihil facit, niſi quia diſputat an bannitus poſt annum ſine nova citatione poſſit ex priſtina contumacia, ſententialiter forjudicari: & in fine concluditur, quod de juris rigore poteſt: de æquitate tamen eſt iterum citandus ad ſententiam forjudicationis. Marinus.

In gloſſa qui, ibi, & petere quod forjudicetur. Nota quod accuſator debet accuſare contumaciam banniti, & petere quod forjudicetur: quia ſecundum veram opinionem poſitam in gloſſa ſequenti, & ſupra in gloſſa forjudicatio non poteſt peti, niſi ab adverſario, ut in eadem ſequenti gloſſa ponitur, & no. hic gloſſa quod ſententia eſt neceſſaria ad forjudicationem. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa 1. Nota caſum in quo filius non debet alere patrem: nec econtra. Marinus.

Quæro nunquid forjudicatus poſſit procuratorem ordinare ad dicendum ſententiam forjudicationis nullam? gloſſa eſt ordinaria, 3. q. 6. c. hoc quippe. Item contra abſentem proceditur ad ſententiam forjudicationis, & quod ubicunque quis abſens poteſt damnari, ibi poteſt per procuratorem defendi. l. ſervum, §. publice, ff. de procu. Item quia gravatur, quod abſens condemnatur, quod eſt contra. l. abſentem, ergo in hoc relevetur, quod poſſit procuratorem ordinare, arg. l. eum qui ff. de jurejur.

In texto, ab omnibus offendatur impune. Sed nunquid occidens forjudicatum, jam per officialem captum, puniatur? videtur quod non: quia lex videtur hoc permittere, ac ſi non puniatur, arg. C. de adult. l. Gracchus, ff. eod. l. miles, §. fin. Contra quod ſic: quia ideo permittitur offendi forjudicatus, quia non poteſt per ejus abſentiam publica vindicta fieri, quo capto videtur hujus permiſſio revocata, ff. de fidejuſſo. l. ſtipulatus, ff. in diem addict. l. ſi venditor. §. ſed etſi. de fi. commiſ. l. per emptorem, & quia ceſſante cauſa, &c.

Dic quod eſt puniendus, arg. ff. de jo. fiſ. l. edicto. §. id autem, ff. de pœn. l. aut facta, §. quiſquis, pro quo eſt expreſſum. C. de malef. & mathe. l. fi. Item quia quamvis permittat lex hoſtes occidi, ut ff. ad l. Cornel. de ſic. l. 3. §. fi. tamen poſtquam capti ſunt, non licebit, ff. de ſta. homi. l. libertas, §. ſervi. Inſti. de jure perſo. §. 1. Bartholomæus de Capua.

Sed quæro juxta prædicta, an quemlibet forjudicatum liceat occidere, utpote forjudicatum in actione injuriarum? Videtur quod ſic: quia hæc conſtitutio generaliter loquitur. Videtur diſtinguendum: aut forjudicatur de tali crimine, quo damnatus fuiſſet ad mortem, aut non: ſed pecuniariam vel foſtium tantum: & tunc non, ſed forjudicatio tunc operaretur ut habeatur pro convicto, per hanc l. ſed non impune occidetur: quia hoc abſurdum eſſet, argumen. ff. de publicis judi. l. infamem, ff. de his qui notan. infam. l. quid ergo, in fine. Alii primum reputant verius: quaſi ratione contumaciæ non criminis hoc eveniat, ſicut apparet in bonis annotatis, quæ non recuperat quandocunque veniens, poſt annum, & oſtendat ſe inculpabilem. C. de requiren. reis, l. fin. & ff. eo. l. fin. Item hæc conſtitutio vult pro hoſte publico haberi, & hoſtis publicus dicitur, qui crimen læſæ majeſtatis committit. l. quos nos, ff. de verbor. ſignifi. qui mori debet. C. ad l. Jul. majeſt. l. quiſquis.

Nota ex iſta conſtitutione & no. per glo. in ea, quod contumacia eſt delictum, quia cum textus iſte non loquatur, niſi de contumacia, ergo de hoc delicto intellexit gloſſa, & idem facit quod notatur per Cyn.

Bannitus pro delicto poteſt impune offendi. Nunquid pro contumacia bannitus poſſit impune offendi? Hæc gloſſa eſt in arg. quod ſic: & eodem modo gloſſa quæ eſt in l. ſi filius, ff. de interr. in gloſſa quæ incipit, primo ibi, dum dicit, hic autem delictum eſt, ſcilicet contumacia, ſi taceat. Et pro iſta opinione bene facit, quia ſi quis eſt vere contumax, dicitur etiam in dolo, ut in l. non poteſt videri dolo carere, ff. de reg. jur. ſed dolus de ſe eſt delictum, ut probat textus in l. item exigit, ff. de dolo. in fine, & eſt text. juncta glo. in l. 1. §. apud Servium, in gloſſa, quæ incipit, alia ſpecialia, ff. depoſiti. probat textus in l. quoties, ff. de act. & oblig. ibi dum dicit, in doli crimen inciderit, & eſt etiam gloſſa in l. in honorariis, §. ſed cum reſciſſa, ff. de act. & oblig. facit optima glo. in l. 1. ff. de fidejuſ. tuto. De quæſt. hac no. per Cyn. C. de crimi. ſtellio. in Republica, & ni-

† *Alias, Ut liceat bannito infra duos menſes redire, & ſe Juſtitiario aſſignare.*

De † redimendis capeivis.

TITULUS IV.

Bannitus infra duos menſes a die banni, non poteſt perſonaliter capi, ſed ſtat ſecurus per dictos duos menſes, quibus elapſis poteſt capi de perſona, & ſi capitur, non auditur in ſuis defenſionibus niſi refectis damnis, & expenſis ſui adverſario, taxandis per judicem, præſtito prius juramento ejus adverſario: ſed ſi non capitur, & vult purgare ſuam contumaciam, faciat, prout hic dicitur in textu. hoc dicit in effectu. Matthæus.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

† IMPER. FREDERICUS.

CLementiæ (a) * imperialis veſtigiis inhærentes, præſentis legis auctoritate, bannito concedimus poteſtatem, infra duos menſes a die bannitionis continuo numerandos, abſque alicujus offenſione, libere, & auctoritate propria Magiſtri Juſtitiarii, vel Juſtitiarii, qui eum banniverat, ſe conſpectui præſentare. Omnibus regni noſtri fidelibus expreſſius inhibentes, ut infra prædictum tempus in perſona, vel rebus ipſum offendere non præſumant, qui contra fecerit, pro qualitate delicti, perinde puniatur, ac ſi quemlibet alium, qui ſubjectus banno non eſſet per injuriam offendiſſet. Poſt prædictum vero temporis ſpatium, liceat bannito intra reliquam partem anni denunciare cuicunque officiali noſtræ Curiæ, & officium quodcunque gerenti, cujus opportunitatem majorem habere potuerit, & cui magis elegerit nunciare, quod paratum ſe offerat accuſatori ſuo in judicio reſpondere, & per cujus officialis litteras hæc omnia Curiæ noſtræ, vel Juſtitiario, qui eum bannitum banniverat, nuncietur, ſub ex-

De redimendis captivis. Rubrica.

(a) CLementia. Bannitus infra duos menſes a banni tempore computandos poteſt ſecure comparere in jure, nec aliquis poteſt impune eum offendere, poſt illud tempus impune offenditur. Nam cum infra duos menſes tantum prohibetur offendi, de cetero permittitur impetrata tamen ſecuritate Juſtitiarii, poteſt comparere juri, & ſuam innocentiam excuſare, præſtita tamen prius idonea cautione & reſervatis expenſis actori. Eſt ergo differentia inter bannitum & forjudicatum, quia ille poteſt offendi impune, iſte vero poſt duos menſes. Item nec poteſt ſecuritatem habere. Item ille non auditur volens excuſare ſuam innocentiam, ut ſupra proxima conſtitutione, ſed hic ſic etiam poſt duos menſes, & merito plus ille punitur, quia creſcente contumacia creſcere debet & pœna, ut C. de par. pot. l. 3. & iſta conſtitutio ſicut ſuperior, continet jus novum.

ADDITIO. *Adde c. at ſi clerici, & c. cum non ab hom. de jud. c. quoniam, ut lite non conteſt. Car. Zab. in c. præterea, 1. no. de ju. pa. & contumacia facit litem haberi pro conteſtata, quando pars non vult litem conteſtari, ſecundum Bart. in l. ſcire oportet, in §. ſufficit, ff. de excu. tut. Ian. in c. ſtatuimus, de elect. dic quod hoc debet intelligi ubi non requiritur vera litis conteſtatio, ſed quaſi, ut in l. 2. C. ubi in rem act.* Superantius.

* ADDITIO. *Vide cap. quod incipit, ſive quis, de forjud. ante tub. de bovibus aratoriis.*

ANDREAS DE ISERNIA.

nihil boni dicit, facit ad prædicta lex, omne delictum, ff. de re milita. niſi reſpondeatur, quod ſit ibi ſpeciale in milite. facit l. cum quo. ff. commu. divid. Franciſcus de Piſis.

In gloſſa, in verbo, ut ſi occideret. Contrarium notatur ſupra, in prima gloſſa in fine, & in conſtitutione ſequenti, in prima gloſſa, ſed iſta reputatur verior.

In gloſſa, in verbo occultatores. Et ſic no. de hac gloſſa, quod jus conſtitutionum iſtarum non trahitur de ſimilibus ad ſimilia: nam ſapientes regni dixerunt, & ſemper dicunt, quod conſtitutiones iſtæ ſunt ſtricti juris, & non protrahendæ, ut no. And. in conſti. proſequentes, in gloſſa, quæ incipit, quid in agendo, &c. & facit in prima gloſſa proxima ea hoc verbo. Juxta hanc gloſſam quæro, quid ſi aliquis receptavit bannitos forjudicatos, & eos non exhibuit, quia non fuit requiſitus, an teneatur de receptatione? videtur quod non, quia ita demum teneatur ſi requiſitus detrectavit eos exhibere, ut hic: ergo ſi non fuit requiſitus, non tenetur, arg. a contrario: & quod in uno permittitur, in ceteris prohibetur. Dic quod non tenetur pœna hujus conſtitutionis, ſcilicet banni, vel forjudicationis, ſed pœna receptationis: nam aliud eſt ſcienter receptare, quo caſu tenetur quis ſupplicio corporali, ſi requiſitus exhiberi detractet, ut hic: & aliud ſuſcipere, & non offerre, quo caſu diſpendio facultatum pro qualitate perſonæ, & judicis exiſtimatione plectitur. C. de his qui latro. l. 1. & 2. Unde cum iſta conſtitutio proſequatur quando exhibere detractat, ut hic dicitur, in caſu iſto derogat. l. prælleg. in eo quod hæc conſtitutio imponit majorem pœnam, ſcilicet banni, & forjudicationis, conſtat quod aliæ caſus de receptatione remanet in ſuo ſtatu. C. de app. l. præcipimus. Bartholomæus de Capua.

De redimendis bannitis. Rubrica.

Nova Conſtitutio.

CLementiæ Imperialis. Offenſione, ſcilicet facti, ut etiam non capiatur. Poſt duos menſes poteſt offendi & capi, qui ſi ſe defendat, poterit de facto offendi, ff. ad l. Aquil. l. & ſi quicunque, in principio ſic intelligitur gloſſa ſupra l. proxi. Sed nunquid ſine mandato judicis privatus capiet bannitum poſt duos menſes? non videtur. C. de exhib. reis, l. fi. & videmus eſſe formam in Curia, per quam conceduntur litteræ volentibus capere poſt duos menſes, niſi eſſet de caſibus notatis in d. l. Nec eſt intelligendum de offenſione juris, illa non habet injuriam. ff. de injur. l. injuriarum. §. 1. ut ſi eſſet caſus ubi a princ. veniens reus non traderetur fidejuſſoribus, ſed incarceraretur, ſi bannitus eſſet, & veniret infra duos menſes caperetur a judice, nam caperetur etiam ſi bannitus eſſet, infra in conſtitutione, humanitate. Bannum ergo latum propter contumaciam non dabit ſibi immunitatem. ff. de inter. & re. l. relegatorum. §. fi. de noxalib. l. non ſolum. C. de pa. po. l. 3. unde non debet iſti negari quin exeat de banno; tamen cum comparebit capietur, quia & ſi a principio fidejuſſores dediſſet, cum inciperet conſtare, incarceretur, non obſtante quod dederit fidejuſſores. C. de cuſtod. reo. l. 2. & ſic ſervamus. Idem multo majori ratione poſt duos menſes, ut colligitur ex littera infra, vel in defectu fidejuſſorum &c. qui poteſt eſſe in facto & in jure, ſic extra de reſcri. c. ſciſcitatus. Vel quia non poteſt dare, vel non debeat recipi, etiam a principio erit in cuſtodia antequam habeat litteram ſecuritatis, ſic reperitur quod ex cauſa datum eſt, ſi cauſa non ſequatur, ſive ſequi non poſſit. C. de cond. ob cauſam, ſi mulier, cum concor. ibi in glo.

Et ſic poſtea per magiſtrum Juſtitiarium & per Juſtitiarium. Referas ſingula ſingulis, ſcilicet, per magiſtrum Juſtitiarium quando magiſter Juſtitiarius bannivit: ſi abſque litteris

expenſis tamen banniti prædicti, & ſic poſtea per Magiſtrum Juſtitiarium vel Juſtitiarium litteris ſecuritatis obtentis, ac ei, qui prædicta ſibi denunciaverit deſtinatis, (a) receptis prius ſub certa pœna, de facienda juſtitia fidejuſſoribus idoneis a bannito per officialem prædictum, qui nunciaverat omnia ſupradicta, quorum nomina, & fidejuſſionis formam per eundem Magiſtrum juſtitiæ reſcribentur, vel in defectu fidejuſſorum ſub fida cuſtodia bannitus præfatus ſecure redeat ad juſtitism faciendam, dum tamen, antequam ejus defenſio admittatur, accuſatori ſatisfaciat in expenſis, & damnis omnibus ejuſdem vitio contumaciæ ejus inflictis, ſacramento accuſatoris ipſius, cum taxatione judicis, declarandis.

De

(a) *Receptis prius*. Sed pone quod bannitus eſt extractus a banno fidejuſſoribus poſitis ſecundum formam hujus conſtitutionis, & in termino ſibi præfixo, juxta formam Curiæ, infra quem debeat in Curia comparere reſponſurus accuſatori, non comparet, accuſatore comparente vel inſtante contra eum taliter contumacem, quo modo procedi poteſt? Reſpondeo, poterit iterum banniri, & damnari, ad tertiam mobilium annotatione reliquorum bonorum propter iſtam ſecundam contumaciam, licet fidejuſſores præſtiterit, ut argum. expreſſum, ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur. l. 2. in principio, ubi abſens, poſtquam dedit fidejuſſores de judicio, ſiſti pariter miſſionem, & fidejuſſores, etiam dati per eum tenentur ad pœnam, in qua ſe obligaverunt, ut argum. expreſſum. C. ad ſenatuſconſultum Turp. l. ſi pro eo. quæ lex expreſſe determinat hanc quæſtionem. Et ſic ſervamus in Magna Curia.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ris iſtis capiatur bannitus poſt duos menſes ex vinculis cauſam dicat, ut hic, & ff. ad Syllania. l. lege Corne. ſed ſi ſtatim poſt bannum capitur bannitus, quare non dicit cauſam ex vinculis ſicut fugiens, ut d. l. lege Cornelia? Reſpondeo quia infra duos menſes nullus poteſt eum capere, vel offendere de benignitate hujus conſtitutionis. Et benignitas hæc deſcendit ex eo, quod aliquando eſſet bannitus non juſte, ſed rite, ut ſi citatus fuiſſet in domo ſolitaria & non perveniſſet ad ejus notitiam, hoc enim ſufficit. ff. quæ ſenten. ſine appel. re. l. 1. §. 1. Item cum debuit in domo relinquere qui ſibi referret, ut in c. dilectus. Hic rite bannitur, non juſte: quia licet ſit fictus contumax, non eſt vere contumax. Et non contemnit qui ignorat. ff. loc. ſi ignorans. Voluit ergo hæc conſtitutio, ut poſt bannum haberet duos menſes, infra quos debet ſcire conditionem, alias condemnationem ſuam, & ſi caperetur ante duos menſes, deberet liberari cum fidejuſſore, poſt non, quia ſi non auditur, qui ignorat vires facultatum ſuarum. C. de reſcin. vend. quiſquis, multo minus, qui conditionem ſuam per tantum tempus ignorat: ſi vero citatus in perſona contempſit venire, bannitur, & in banno ante duos menſes capitur, maxime ubi de gravi crimine foret bannitus. Videtur multis quod ex vinculis cauſam dicat, ut in d. l. lege Cornelia, quia fugiens eſt, & in certo non eſt locus conjecturæ. ff. de ver. obl. l. continuus. §. cum ita. de leg. 3. l. ille, & hæc conſtitutio in principio non prohibet quin poſſit capi per magiſtratum: ſed dicit quod non debet offendi in perſona vel rebus, & quod ponitur, qui eum offendit, per quod videtur loqui in privato, hoc verum videtur, ſed rigoroſum. Alii æquius dicunt, ut hæc conſtitutio in principio indiſtincte loquatur de quolibet bannito, quia legislator clementiam in hoc eligit, pro quo eſt. C. de judi. l. placuit, & cum in favorem bannitorum ſit lata, favores ſunt ampliandi. ff. de libe. & poſthu. l. cum quidam, unde ſi infra duos menſes veniret & compareret non caperetur, ſi daret fidejuſſores. Quid ſi bannitus non poſſet dare fidejuſſores, venit ad judicem & ponit ſe in carcerem, an debet ei dare litteram extractionis a banno, & remitti annotatio bonorum infra annum, ſicut ſi fidejuſſorem dediſſet? Reſpondeo ſic: quia fecit id quod plus eſt, arg. ff. quemad. ſervi. amit. l. is cui. de in litem juran. l. cum furti. Quid ſi capiatur & ſit in carcere bannientis, an ſit idem? videtur quod non, quia debet voluntarie redire, non neceſſario, arg. ff. de publi. l. Cæſar. & de dam. infec. l. damni infecti quidam, 1. reſpon. Quæ caſu eveniunt non voluntarie eveniſſe videntur, ff. de condit. & demon. l. 2. in fi. de leg. 3. quæſitam, §. fin. Et qui voluntarie redit, oportet quod ſe purget, & contumaciam ſuam, ſatiſdando de judicio ſiſti; nam aliquando fuit contumax, ut dicitur in §. ſi vero quidam, in Authen. de exhibe.; in gloſſa. non ergo debet eſſe melioris conditionis ille, qui per vim ducitur, quam qui voluntarie redit. ff. quod vi aut clam. l. ſervus, de noxa. non ſolum. Poſſet etiam hic de carcere fugere, & attenditur quod evenire poteſt. ff. de neg. geſt. l. divortio. Nam majus periculum eſt in cuſtodia perſonæ quam in cuſtodia rerum, & pignorum, no. ff. de re jud. l. in eo. §. 1. Alii dicunt quod idem, ut remittatur annotatio eo ipſo, quia in dubiis pœnæ ſunt demolliendæ. ff. de pœn. l. interpretatione, cum capitur priuſquam redit, plus eſt capi realiter de perſona quam per ſe redire libere. Nam vocatio realis ad judicem eſt pluſquam verbalis, ideo non conceditur, niſi ex cauſa. ff. de in jus vocan. l. ſed & is. Plus etiam eſt incarcerati, ut ſter juri, quam ſi fidejuſſores præſtiterit, idcirco ſatisfieri videtur, ſicut ſi daret pignora, qui deberet ſatiſdare. ff. de conſtit. pecu. l. promiſſor. §. fin. Et præſumi debet quod Commentarienſis ſit diligens in cuſtodiendo eum, quia quilibet præſumitur idoneus ad id, ad quod deputatur. ff. de re milit. non omnes. §. a Barbaris, nec præſumi debet de fuga, quia cauſam adverſamque fortunam, &c. de verbor. oblig. inter ſtipulantem. §. ſacram. hic timor de fuga eſſet, ſic in voluntarie redeunte, ſicut in iſto, nec non & in omnibus caſibus quando incarceratur. Sed cum libere poſſet ire bannitus infra duos menſes, nunquid exercebit judicaturam interim ſi judex erat? Nam ſi non perditur civitas, dignitates non pereunt. ff. de cap. dimi. l. amiſſionem. §. fin. & l. ſeq. Verius dicitur contrarium, quia per bannum incurrit infamiam † facti. C. de requiren. re. l. fin. & patet infra. l. proxima, quæ dicit eos notatos, alias dicit infames, & diximus ſupra, eo. tit. l. 1. Hæc autem infamia facti repellit a dignitate. C. ex qui. cauſ. infa. irrog. l. nulla. de dignit. l. 2. ff. ad legem Juliam. de vi priva. l. 2. C. de Decur. l. infamia. lib. 10.

† Additio. *Quod bannitus infamis ſit, tenet Bald. in auth. ei, qui alias quicunque, de epiſc. & cle. ubi dicit quod per bannum efficitur quis infamis infamia facti; ex hoc enim inolevit quod feudatarius contumax privatur juriſdictione Caſtri; & idem tenuit Bal. in conſi. 136. nihil commune, vol. 1. in antiquis, & late Capic. deciſ. 131. & ita practicatur*. De Bottis.

Quid ſi extrahatur a banno infra annum, an reaſſumet judicaturam? ſecundum illos, qui dicunt abolitam infamiam, ſic, de quo dictum eſt ſupra, l. 1. pro quo eſt, ff. de excuſa. tuto. l. non tantum. §. fin. Sed hoc caſu, cum propter infamiam ſit remotus, perpetuo carebit dignitate. C. de ſuſcep. & archa. l. ſi aliquid, lib. 10. de dignita. l. judices, de epiſc. & cler. l. placet. in fi. de offic. præfec. præto. l. ſi quis. Primi reſpondent, quod hic non eſt infamis infamia juris, ſed de facto, quæ eſt abolita, quia cauſa redit ad non cauſam, nec propter delictum, in officio fuerat bannitus, imo non conſtat de maleficio, ſicut in dictis legibus ſatis videtur. Alii autem de cauſis remotis reaſſumunt. ff. de judi. ſi longius, in princ. non ut de novo videatur cauſari, quia dignitas erat: ſed ſine effectu,

† Alias, de notificandis bannitis, & forjudicatis. Alias, de ſcribendis, & exhibendis malefactoribus & ſuſpectis.

De exhibendis † malefactoribus & ſuſpectis.

TITULUS V.

Mandat Imperator Juſtitiario, quod nomina bannitorum, & forjudicatorum nunciet magnæ Curiæ per ſuas litteras, & idem cum extrahunt aliquem de banno infra annum, idem præcipit de infamatis per ſententiam, vel ipſo facto. Idem de reis vel ſuſpectis, per inquiſitionem, ad hoc quod cognoſcantur infamati ab aliis. hoc dicit. Hodie Juſtitiarius debet facere quatuor ſcripta, cum nominibus, & cognominibus bannitorum, & forjudicatorum continentia, tempus, & cauſam bannitionis ſeu forjudicationis, quorum unum mittat ad cameram Regiam, aliud ad Magiſtrum Juſtitiarium, aliud ad magiſtros rationales, reliquo penes ſe retento. Juſtitiarius contra faciens præter pœnam centum unciarum punitur ut perjurus, ut in cap. Regis Caroli II. cap. mandamus etiam. Item quod infra decem dies nunciet Juſtitiariis circumſtantibus, & infra eoſdem dies præparet nuncium admittendum, & ſignificandum magnæ Curiæ ſub pœna prædicta, & Juſtitiarius, qui ſciverit aliquem bannitum alterius juriſdictionis in ſua juriſdictione morari, ſtatim capiat, & Regiæ Curiæ ſcribat, ut in cap. dicti Regis Caroli II. cap. ſtatuimus. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † Alias, Idem Auguſtus.

CUrdi (a) nobis eſt per univerſas partes & ſingulas regni noſtri, viros bonæ opinionis

De exhibendis malefactoribus & ſuſpectis. Rubrica.

(a) C*Urdi nobis*. Mandat Imperator Juſtitiario, ut nomina bannitorum, & forjudicatorum per ſuas litteras ad magnam Curiam debeat nunciare, & cum extrahunt aliquem de banno infra legitimum tempus, id eſt, anni. Item præcipit de infamatis per ſen-

ANDREAS DE ISERNIA.

ctu, infamia prædicta durante, vel alias ludibrioſa & crebra eſſet, arg. C. de cura. furio. l. cum alii.

C*Lementiæ*. In gloſſa ſecunda, in principio. De iſta quæſtione, dico eſſe caſum in c. ad exprimendam, extra, de offic. ordina. Petrus.

Ibi, qui eum bannitum banniverat. Carolus II. &c. Ne contumacium culpa, per quam citati pro tempore ſe abſentant, per excogitata diffugia relinquantur impune, dum per unum banniti judicem, per alium a banno hujuſmodi ſe extrahi procurant: præſenti noſtra edictali proviſione ſtatuimus, & fidelitati veſtræ mandamus, ut nullum bannitum ſub alio judice pro quacunque occaſione vel cauſa cenſeatis a banno extrahere, niſi mandaverimus hoc expreſſe: quinimmo bannitum talem ab alio ad eum, qui ipſum banniſſe dignoſcitur, remitti, alioquin extractionem ejus factam decernimus irritam, & volumus & jubemus, quæ debetur contemptoribus regalium edictorum.

In §. poſt prædictum vero temporis ſpatium. Conſuevit dubitari, an bannitus ex una cauſa, poterit iterum banniri ex aliqua alia cauſa? Diſtingue, aut elapſum eſt bimeſtre tempus, & tunc quia non poteſt commode comparere, non poteſt banniri iterum, argo. l. ſed & milites. §. ſed ignominia. ff. de excuſat. tutor. aut elapſum non eſt, & tunc poteſt, quia licite poteſt comparere, ut hic. Et ſi opponis ad primum, ergo delictum remanebit impunitum, & dabitur ſibi præmium: dic quod non eſt mirum, quia alias hoc invenio, ut in d. §. ſed ignominia, & vide ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. l. cum legari. Bartholomæus de Capua.

Sed an bannitus ad petitionem creditoris deinde creditor vult ei dimittere bannum, an judex debeat eum exbannire ad petitionem creditoris? Concluſio eſt, quod aut per ſolum bannum ipſe ſolus bannitus fit onerosus creditori, & non alii, & valet remiſſio, & judex debet remittere bannum, ut l. 1. §. inde quæritur. ff. de oper. no. nunc. aut ipſe bannitus fit oneroſus alii quam creditori: verbi gratia, quia ſibi fuit datus terminus ad ſolvendum uſque ad decem dies, & ſi non ſolveret, privaretur officio, vel ſolveret certam pœnam, & tunc non poteſt exbanniri ad petitionem ſolius creditoris: quia quæſitum eſt jus curiæ, ut in l. id quod nos. ff. de reg. jur. Aut ſumus infra terminum, & tunc ſolus creditor poterit prorogare, ſed non ex toto tollere cum omnibus cauſis & dependentibus ſuis: arg. l. 2. §. 1. ff. de jud. & idem in ſententia excommunicationis: & idem in juramento, ut per Inn. in c. 1. de appella. & in c. 1. de remit. P. de Mont.

In textu, hanc conſtitutionem, & aliam ſupra proximam. Quæritur utrum judex, vel capitaneus poſſit facere banniri, quod quicunque ceperit talem malefactorem, habeat decem de pecunia fiſci? Et poſt multa conclude, quod licet principaliter non poſſit diſponere de pecunia fiſci, tamen in conſequentiam permitti poterit. Nam ſibi permittitur, imo debet purgare provinciam malis hominibus ut in l. congruit. ff. de offic. præfec. urbis, ergo debet ſibi permitti omnis expenſa ad puniendum, & in l. 1. ff. ad Syllanianum, loquitur quod non poterit diſponere ſimpliciter, & abſolute: ſecus in conſequentiam, ut dictum eſt. Item ſecus in pecunia nondum incorporata in patrimonium fiſci: quæ eſt illa, quæ venit ex condemnationibus antequam tradatur ærario, ut in l. divus. ff. de bon. dam. Et ſi malum, ſeu maleficium eſſet magnum, poſſet diſponere etiam de pecunia fiſci, cum conſenſu procuratoris ejus, ſecundum dominum Arg. contra Guliel. in l. juri operam. §. ſi autem. ff. de juſtit. & jure. & jura fatentur omnia, & iſtud teneo menti perpetuo, quod quicunque etiam non habens mandatum a judice, ceperit aliquem malefactorem, & tradiderit curiæ: qui ſi in eo capiendo aliquid expendit, quod illud poteſt recuperare ab officiali, vel fiſco, ut habes caſum in arg. in l. mulier. ff. de captivis, qui caſus non eſt alibi, ſecundum Rayn. ibi. Ita dicit dominus Nicolaus Capoſcroſa in d. l. juri operam. §. nam ut eleganter, ver. præmiorum. Pet. de Monteſ.

Item practicavi pluries, quod dato exbannito in manibus curiæ & officialis, feci reperiri bannum, & feci confiteri coram officiali, quod eſt ille talis, qui reperitur exbannitus, & condemnatus pro tali crimine, tali tempore: & poſtea fuit contra ipſum executorie proceſſum, ſecundum Bart. in l. divus. ff. de cuſt. reo. Pet. de Monteſ.

Et circa hanc conſtitutionem vide cap. Regni, quod incipit, Contumaciam. Joannes Criſp.

In textu in verbo, bannito. Bannitus, qui vult purgare ſuam contumaciam, poteſt: verum debet ſtare in carcere tanto tempore, quanto fuit in banno, juxta limitationem no. in cap. Regni, incipien. ſive quis ſit forbannitus, ubi vide.

In textu, concedimus poteſtatem. Sed quid ſi aliquis eſt judex, & bannitur, an deſinat eſſe judex? videtur quod non, ſaltem infra duos menſes cum ſecure poſſit eſſe in civitate, ut hic. nam ſi non perditur civitas, dignitas non perditur. ff. de ca. dimi. l. amiſſionem. §. fin. l. 1. §. ſed certe. Imo deſinit: nam conſtat eſſe infamem de facto ipſum bannitum. C. de req. re. l. fi. adeo quod poſt impetratas litteras ſecuritatis remanet nota infamiæ: licet culpa, ſeu pœna remittatur. C. de gener. abolit. l. fi. C. de ſent. paſ. l. generali. nam infamia privat aliquem dignitate habita, & habenda. ff. ad leg. Jul. de vi priva. l. 1. ff. de jud. l. cum prætor. §. fi. de decur. l. infamia. lib. 10. ff. de dignit. l. 2. ex quibus cauſ. infa. irrog. l. nulla. Sed quid ſi impetret litteras ſecuritatis, an remaneat in dignitate? videtur quod ſic, ut in tutore remoto. ff. de excu. tutor. l. non ſolum. §. fin. ſed contrarium puto: cum enim propter infamiam ſit remiſſus, perpetuo dignitate carebit. C. de ſuſcept. & arcar. l. ſi aliud. de dig. l. quoties. Bartholomæus de Capua.

De ſcribendis & exhibendis ſuſpectis malefactoribus. Rubrica.

C*Urdi nobis eſt*. Non ſervatur hodie hæc lex. Sed gloſſa ponit duo notabilia, Primum quod ſi agatur

Digitized by Google

nis agnoſcere, & non ignorare ootatos.

- Ideoque omnibus Juſtitiariis noſtris per diverſas provincias conſtitutis præſentis conſtitutionis noſtræ programmate nunciamus eiſdem ſub iotermiuatione gratiæ noſtræ firmiter injungentes, ut quoties ipſos contigerit, aliquos ob ipſorum contumaciam banniri facere: banniti nomen atque cognomen, banoi editi cauſam, formam & tempus Curiæ noſtræ per eorum litteras notarii maou ſcriptas, ac judicis, qui aſſederit, ſubſcriptione ſignatas, necnon ſigillorum ſuorum impreſſione munitas, mora qualibet, & occaſione ceſſantibus, debeant nunciare. Eadem etiam obſervando quoties aliquos in eorum contumacia perdorantes forjudicaverint, juxta (*a*) nuper editæ noſtræ conſtitutionis tenorem; quod ſi forte de banno baonitos infra legitima tempora duxerint extrahendos, hoc ipſum per eorum litteras ſub forma præſcripta confectas, noſtræ Curiæ ouncietur. Simili forma per omnia obſervanda, ſi quando per definitivas ſententias infamiæ macula notaverit aliquos, aut ipſo jure, vel pœnæ macula pronunciaverit eſſe notatos. Nos etiam Magiſtro juſtitiæ magnæ Curiæ noſtræ firmiter dedimus in mandatis, ut de his ſpecialiter ſpecialia acta conſcribi faciat, quibus bannitorum, vel forjudicatorum, vel quomodolibet notatorum nomina, & eorum etiam filios, ſi quos per inquiſitionem a ſe, vel a Juſtitiario factam reos, aut ſuſpectos invenerit, ſcribi faciat & in archivo (1) noſtræ Curiæ fideliter cuſtodiri; ut quoties de alicujus fama, vel exigente judicii ſtrepitu, (2) vel (*b*) conſcientia ſerenitatis noſtræ quærente, fuerit forte tractatum, non tam per probationes extrinſecas, quæ moram judiciis, & difficultatem inducunt, quam per (*c*) monumenta publica Curiæ noſtræ, & ordinariorum noſtrorum firmata, probatio efficax, & dilucida poſſit aſſumi.

De

ſententiam, vel ipſo facto. Idem & de reis, vel ſuſpectis inventis per inquiſitionem, & hoc dicit Imperator, Volumus.

Additio. *Adde quid importat verbum, Volumus? vide gloſſam in verbo, volumus, in clem. unica. de offi. vica. gloſſam, in verbo volumus, in clem. unica. de rerum permuta. gloſſam in verbo volumus, in clem. 1. de eroſi. gloſſa, in verbo reſpondemus, in cap. ult. de verbo ſign. lib. 6. Card. Zab. in cap. 1. de confeſ. & Abb. in cap. ſedes, de reſcript.* Superantius.

Ut cognoſcamus, & determinemus notaros ab aliis, ad hoc concord. ratio. ff. de injur. eum qui nocentem, adde quod hæc conſtitutio male ſervatur.

(a) *Nuper edita.* Quæ eſt ſupra de forban. & forjudic. l. pœnam eorum, in principio.

(1) Additio. *Adde, de archivo vide gloſſam in Clemen. 1. in fine de jurejur. & an reperta in archivo publico probent? vide in authent. ad hoc. C. de fide inſtrumentor. Docto. in cap. ad audientiam, de praſcr. Joan. de Fan. in cap. pervenit. 30. q. 1.* Superantius.

(2) Additio. Vel conſcientia. *Adde quod terminus conſcientiæ importat arbitrium boni viri, & non liberam voluntatem, ſecundum Bal. in l. fi. in fine. C. de jure dotium. Bal. in l. nulli. C. de epiſc. & cle. Doc. in c. ſtatutum, in §. aſſeſſorem, de reſcript. lib. 6.*

(b) *Vel conſcientia.* Collige ergo hic, quod quando aliqua cauſa tractatur in præſentia domini Regis, & de conſcientia ipſius, non attenditur judiciarius ordo.

Additio. *Adde textum in c. ad petitionem, ad fi. de accuſa. Innoc. in ca. in cauſis, de re jud. Bald. in c. 1. de forma fidelitatis, in uſibus feud. Idem Bal. in c. 1. ſi de inveſt. lis oriatur, in uſibus feudorum.*

Sive judicii ſtrepitus, vel alia juris ſolemnitas, ſed perinde habetur & valet, ac ſi acta cujuſcumque judicio intercederent, & hoc eſt quod dicitur, ff. de conſtit. pecu. l. 1. §. quodcunque, ubi dicit. Vel de plano interloquutus eſt, &c. Immo omnem aliam juris ſolemnitatem ſuperare videtur, ut C. de teſtib. l. omnium, & ad idem, ff. de manumiſ. l. apud, in fine, & C. de don. inter vir. & uxor. l. pe. & C. de donat. l. ſancimus, circa princ. & ff. de bonis quæ liber. cum multa, & de quadri. præſcriptio. l. fin. ad fi. & in Auth. ut non fi. pigno. prohibi.

(c) *Monumenta.* Quæ aliter dicuntur acta, id eſt ſcripturæ, quæ factæ ſunt de his, quæ in judicio ſunt conceſſa, vel teſtificata, vel quoquo modo acta & peti poſſunt exhiberi, vel condictione ex lege, vel officio judicis, ut C. de edendo, l. 2. Hic tamen actis non puto haberi fidem niſi inter eos, qui judicio interfuerint, inter quos cauſa eſt acta, eorundemque ſucceſſores, ſive civilis ſit cauſa, ſive criminalis, ut prœalle. l. 1. & ff. de jureiuran. nam poſtea, §. ult. & l. idem eſt. Contraria tamen poſſint induci. argu. ff. de crimine expilatæ hereditatis, l. res, & familiæ erciſcundæ, l. herede, §. idem ſcribit. Sed intellige illa cum prædicta determinatione. Nec obſtat, quod legitur, ff. de jure fiſci, l. 2. §. divus, quia ibi non loquitur in actis, ſed in aliis inſtrumentis pertinentibus ad criminalem cauſam, quæ exhiberi pecuniariter non intereſt, & ideo non fit exhibitio in criminali cauſa maxime, alias contra, ſcilicet, in actis, vel in civilibus, maxime, quia me auctore tractata ſunt, quia contra me acta retracta ſunt. Vel dic in civili & criminali cauſa exhibentur fiſco. Sed in pecuniaria hoc ipſo, quod non exhibet inſtrumenta, creditur ea ſubtraxiſſe fiſco, ut de pœna furti teneatur, quod in criminali non eſt, & hoc obtinet de jure Romano, de jure Longobardorum rememoratio judicis habetur loco actorum, ſicut enim jure Romano ſtatur ſcripturæ actorum, quam judex coram ſe ſcribi, & componi fecit: ſic jure Longobardorum ſtatur rememorationi judicis: reliqui autem, qui interfuerunt non recipiuntur ad veritatem dicendam, ut irrememoratores, ſed ut teſtes, & ideo quandoque jurare debent. Unde dicit. l. ſcio, qualiter judex, qui judicavit, rememoravit, & boni homines teſtificati fuerunt, ut in Lombarda de debi. & gau. ſi quis amodo. Illud autem ſcire oportet, quod judex uti poterit privilegio iſto in illis caſibus, in quibus, ut judex interfuit, & hoc dicit littera, qualiter judex qui judicavit, & ad id congruit, quod jure Romano dicitur, ut ille videatur in jure confeſſus, qui confitetur coram judice, cum judicandi cauſa judex ſedet, ut ff. de interroga. actio. l. voluit, in fine.

Monumenta publica. Id eſt acta, ut C. de re judic. l. geſta, & de donatio. l. donationes, quæ quidem ſunt teſtibus potiora, ut ff. de proba. l. cenſus.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

tur cauſa coram Principe, † non curatur de ordine judiciario: poteſt enim velle cauſam agi, ſicut placet ei: nam ſi committit alii cognoſcendam ſic abſque ordine judiciario, multo fortius & ipſe taliter cognoſcet, & illa, quæ pertinent ad eum, adminiſtrat, ſicut vult, dicit gloſſa. C. de cri. ſac. l. 2. Hæc poſitiva ſunt, quæ tolluntur eo ipſo quod ſcienter contrarium agit. ff. de excu. tut. l. ſed & hoc reſcripto. in fi. Secundum eſt, quod judices judicant ſecundum acta.

† Additio. *Princeps cognoſcit juris ordine non ſervato, tamen requiritur citatio, ponit Jaſ. in l. certum, 6. col. C. unde legi.* De Bottis.

Non

De fiſco ſuccedente forjudicatis.

TITULUS VI.

Si forjudicatus habeat bona ſtabilia, & mobilia, & non habeat filios, nec parentes, tunc fiſcus regius habebit omnia dicta bona. Sed ſi parentes uſque ad tertium gradum habeat, parentes ſuccedunt, præterquam in feudis de novo quæſitis per ipſum filium poſtea forjudicatum, in quibus parentes non ſuccedunt. Si vero forjudicatus filios habeat, & dictis filiis ſuis conceſſum feudum, vel alias juſto titulo feudum de novo acquiſiverunt, dictis filiis, quoad dictum feudum nihil nocet forjudicatio patris. Si vero forjudicatus habeat unum filium; & habeat bona ſtabilia Burgenſatica, tunc de illis bonis fiet diviſio inter fiſcum, & illum filium pro medietate. Si autem habeat duos filios, fiet diviſio bonorum prædictorum in tres partes, duæ erunt duorum filiorum, & tertia pars erit fiſci. Et idem ſi plures filii ſint, ut fiſcus ſemper ſit loco unius filii. Et fiſcus habet electionem: utrum velit ipſam partem ſibi tangentem in corpore, vel in æſtimatione. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. *† Alias, Item.*

FOrjudicatorum (*a*) * bona veluti (*b*) damnatorum, ſi liberos, vel parentes uſque ad ter-

---

De fiſco ſuccedente forjudicatis. Rubrica.

(a) F*Orjudicatorum.* Et bona forjudicatorum, & aliorum, & aliorum damnatorum acquiruntur fiſco, ſi careat forjudicatus liberis, & parentibus uſque ad tertium gradum. Imo & ſi habeat parentes & non filios, in feudalibus ſolus fiſcus ſuccedit. Si vero habeat filios dividuntur bona inter filios, & fiſcum in virilem, & ſic nota, quod ſervatur filiis legitima ſua, concor. infra de bo. dam. l. fi. dic, ut ibi, & hoc in paganicis. In feudalibus vero dic, ut infra proxi. conſtitut. bona ſcilicet immobilia, nam mobilia tam forjudicatorum, quam damnatorum ſemper & indiſtincte applicantur fiſco, ut patet in l. proxi. ubi dicitur quemadmodum & alia bona noſtra, &c. Et concor. de fur. ca. ju. aſſi. l. Bajulus ſi furem, in fine.

* ADDITIO. *Ex eo quod in hac conſtitutione diſponitur quod bona forjudicatorum devoniunt ad filios, nota in ſimili Bal. quod filii efficiuntur ſui juris, in auth. ſucceſſas, C. de ſucceſſ. nupt.* De Bottia.

(b) *Damnatorum.* Ut C. de bon. proſcrip. auth. bona, & bonam facit ſimilitudinem ad damnatos, ut ff. de bonis liber. l. ſi in libertinum, in fine.

ANDREAS DE ISERNIA.

Non enim creditur judici. C. de arbit. l. ne in arbitris. §. 3. Sic & jure canonico, extra de probat. c. quoniam contra falſam, in fine. Jure Longobardorum ſtatur commemorationi judicis, in Longobar. de debito, & gaud. ſi quis omodo. Quid ergo † ſi facta ſunt perdita? jure Romano reincipiet cauſam, & conficiet nova acta ad inſtar inſtrumenti amiſſi, Authen. de mandat. Principum. §. reges. C. de diſcuſſ. heredi. l. 2. lib. 10. ff. de adminiſtratio. tutorum. l. chirographis. Interrogabit ergo teſtes a principio.

† ADDITIO. *Adde Pau. de Caſt. in l. teſtium, colum. pen. C. de teſtibus, & vide glo. in cap. ſtatutum. 2. q. 6. ubi habes in quibus caſibus poteſt judex teſtis eſſe. Vide Jaſ. in l. prætor ait. §. prætor ait, col. 1. ff. de edendo.* De Bottis.

Sed ſi poſtea reinveniat prima acta, quibus ſtabitur? videtur quod primis, quia interim partes potuerunt loqui cum teſtibus, de quo rationabiliter eſt timendum, ut notatur in ſimili. C. de probatio. authent. qui ſemel. Non obſtat, quod poſteriora derogant prioribus. ff. de jure codicillorum. l. divi. §. licet. C. de pact. l. pacta noviſſima. Quia ibi teſtator, & contrahentes voluerunt a primis recedere. Et ſic ſtatim ſunt irrita, hic ſecunda ideo facta fuerunt, quia prima non apparebant, cum ergo nunc appareant, quaſi cauſa ceſſante, ceſſabunt ſecunda acta. C. de epiſ. & cler. generaliter. Quid ſi judicatum ſit ſecundum ſecunda, poſtea acta reperiuntur prima contraria ſecundis? dic quod prætextu noviter repertorum non retractabitur, ubi eſſet juratum & ſententiatum. ff. de regu. jur. l. Imperatores, de jurejuran. l. admonendi.

C*Ordi nobis eſt.* In gloſſa in ver. monumenta, circa med. Nota quod de jure Longob. creditur ſoli judici, pro quo vide. l. quoties. §. 1. ff. de prob. & Innoc. in c. quoniam, extra de prob. & Andr. de Iſer. in conſtit. juriſperitorum, circa principium.

Sed quæro circa principium hujus conſtitutionis an ſi notarius omiſit ſolennitatem iſtius conſtitutionis vitietur bannum? dic quod ſic. Petrus de Monteforte.

In textu ſcriptas. Nota modum ſcribendi litteras, & ſubſcribendi & ſigillandi, contra bannitos, & vide ſuper conſtitutionem Domini Ducis, quod Juſtitiarii debent nunc. c. 1. & de banni. & forjudic. ſiat ſcrip. cap. 1. Petrus de Monteforte.

De fiſco ſuccedente forjudicatis. Rubrica.

F*Orjudicatorum bona.* Iſtæ leges ſunt rationabiles, & innituntur jure Romano, nec fiſcus fuit avarus, vel cupidus, quia filiis exiſtentibus vocatur ad partem, alia pars remanet filiis, & ſic erit in dominio filiorum, hac l. transferente dominium in eoſdem, qui agent propterea rei vendicatione ſi non poſſident, nam & judex dividendo dominium transferret. Inſtit. de offic. judic. §. fin. Alii dicunt, quod erit ſucceſſor filius patri in ſua portione, quia l. cum ratio, circa principium, ff. de bonis damnatorum, dicit, ex ea ſucceſſione, &c. Sed non eſt bonus intellectus. Nam quod dicit ex ea ſucceſſione, id eſt, ex illis bonis paternis, ubi ſucceſſiſſet in totum, ſi pater non fuiſſet damnatus, habet portiones conceſſas, ſcilicet a lege, quia lex reſervat eas ipſi. C. eod. l. fin. Ex damnatione & ſupplicio fit ſervus, ff. de pœ. l. qui ult. & l. quidam, qui non habet heredem, nec corrigitur, niſi in ſupervenientibus poſt pœnam. C. de donatio. inter virum & uxorem, authent. ſed hodie, quamvis largo ſumpto vocabulo etiam ſingularis emptor dicitur ſuccedere, ff. de jurejurando, l. etiam. Primum ergo eſt verius, ut filius & fiſcus in portionibus ſuis ſtatim habeant dominium, quia lex reſervat eis. Et ex legis poteſtate dantur iſtis perſonis, ut fiſco & filiis, ff. de teſtibus, l. ejus qui, §. 1. in gloſſa & cum lex dat facit accipientis, ff. de verborum obligatio. l. ubi autem, §. fin. Item filius erat quaſi dominus in vita patris, ut in principio dictæ l. cum ratio, & de liberis & poſthumis, l. in ſuis, mortuo ergo patre, naturaliter continuatur dominium, ff. de acquiren. poſſeſ. l. cum heredes, ex quibus cauſis majores, l. cum miles, ſic & eo mortuo civiliter per damnationem in parte, quæ ſibi ſervatur per legem, hoc idem habet. Et ſic ſi non poſſidet dicemus eum vendicare a poſſeſſore per rei vendicationem, quæ datur domino, ff. de rei vendicatione: l. in rem. Idem in fiſco, ut pro ſua parte vendicet. C. de bonis damnatorum, l. ſi. dicit fiſco vendicante, & cum dividunt fiſcus & filius, d. l. fi. & in hac conſtitutione ſunt domini. Nam judicium diviſorum non datur, niſi dominis, qui habent rem communem, ff. commun. divid. l. 1.

Forjudicato patre ſtatim filio acquiritur dominium.

Aſcendentes filiis non ſuccedunt. Dicunt quidam, quia tali conditione conceſſa, vel acquiſita erant, ut aſcendentes † non ſuccederent, quod poteſt fieri. C. de jure

tertium (*a*) gradum non habeant, fiſci noſtri commodis volumus applicari, niſi feuda ſint ex conceſſione noſtra, vel alio juſto titulo acquiſita, in quibus (*b*) aſcendentes liberis non ſuccedunt. Si autem liberos ante bannum editum, aut forjudicationem emiſſam, vel jam natos habeant, vel conceptos, perſona forjudicati liberis connumerata pro rata & numero liberorum ad bona ipſa fiſcum noſtrum volumus advocari, ita videlicet, quod ſi unicum filium tantum habeat (c) bona prædicta inter fiſcum & ipſum pro æqualibus portionibus dividantur:

ſi

(a) *Gradum*. Aſcenſive & deſcenſive & incluſive.

(b) *Aſcendentes*. Sequitur ergo, quod in avitis ſuccedunt aſcendentes, & expreſſum eſt infra ea. l. ſeq. §. ſane. Item colligitur, quod mater ſuccedat in feudis, quia dicit abſolute aſcendentes: mater enim patri aſſimilatur, ut in Auth. de non elig. ſecundis nuptiis, §. colligentes. Item quia dicit, quod parentes, & ſic etiam de matre, ut ff. de libe. agnoſc. ſi quis a liberis, §. idem in liberis, & de legatis præſtandis contra tabulas, bonorum poſſeſſione petita, l. 1. §. generaliter. Item ſi frater excludit communem parentem, ergo ubi non eſt frater, ſuccedit parens infra de ſuc. feu. l. ut de ſuc. Item non eſt mirum, dicimus parentes ſuccedere in avitis, & non in acquiſitis, quia & alibi eſt ſimilis differentia inter feuda avita & acquiſita, ut in l. præalleg. Avita enim nullo modo facto novo, ſed quodam ordine naturali obveniunt, ut ff. de liber. & poſthum. filium, §. 1. & §. liberis, ſcilicet forma dictatorum.

(c) *Bona prædicta*. Non feudalia, in feudalibus ſervatur lex ſequens.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

jure emphyteutico, l. fin. §. his tantum, nam alias ſuccederent infra, l. proxi. §. ſane. Sed illa loquitur in feudo antiquo. Aut in feudo novo communiter intelligitur hæc conſtitutio, ut aſcendentes non ſuccedant, ſic in titu. de natu. ſucce. feu. in principio, & eſt ratio, quia actus viventium imitantur naturam: argumento, ff. de adoptio. l. adoptio, ſed natura indicat filium patri ſuccedere, non econtra: quia tunc turbatur ordo, ff. de inoffi. teſtam. l. nam & ſi. ff. unde lib. l. ſcriptio, in fine; qui ergo conceſſit feudum filio, intellexit ſicut natura, ut filius non pater ei ſuccedat, & videtur expreſſum, ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. l. Julianus, in fine, niſi eſſet dictum, ut aſcendentes ſuccederent, ſicut in fratre, ut in titu. infra de feud. §. cum eeto, hoc plenius dictum eſt in titu. de natu. ſucceſ. feu. prædicta ratio concludit etiam in feudis antiquis. Et ideo dic, ut diximus plene in l. ut de ſucceſſionibus.

† ADDITIO. *Aſcendentes non ſuccedunt in feudo novo filiis eorum, & qualiter iſtud intelligatur, vide per eundem in cap. 1. col. 2. de natu. ſucceſ. feudi.* De Bottis.

Vel æſtimatione partis. Hoc neceſſarium erit in re indiviſibili. De quo plene dicitur in titu. de duobus fratribus, de novo benef. inveſt. cap. 1.

Niſi ſint feuda, in quibus. Hanc litteram exponit gloſſa infra l. ut de ſucceſ. in fine & ibi tractatur de ſucceſſione aſcendentium, & collateralium in feudo, repete quæ hic ſunt omiſſa.

F*Orjudicatorum bona*. Conſuevit juxta hanc conſtitutionem quæri, an parentes ſuccedant liberis in feodalibus? & videtur primo quod ſic: quia jure communi mutua eſt hinc inde ſucceſſio, ut ff. de inoffic. teſtam. l. nam & ſi parentibus. Item quia hic in principio hujus conſtitutionis dicit, Forjudicatorum bona, veluti damnatorum vendicari a fiſco, ſi liberos, vel parentes non habeant, uſque ad tertium gradum. Item quia hic excipit, niſi feuda ſint filiis damnati ex conceſſione principali, vel alio juſto titulo acquiſita: in quibus aſcendentes non ſuccedunt: ergo in aliis avitis, ſive antiquis ſuccedunt, & manet firma regula, ut in Authen. de non alienan. §. ſin autem. Item quia conſtitutio infra, ut de ſucceſſionibus, admittit ad ſucceſſionem fratres collaterales, ſive ex utroque parente, ſive ex altero, & ſorores in capillo, expulſo etiam communi patre ſuperſtite: ergo ſi pater repellitur ex ſucceſſione per fratres & ſorores, eis non exiſtentibus, videtur admitti: quia ille eſt expulſus, qui poſſeſſionem habuit, ut C. de contrahen. emptio. l. fin. & ſic ille videtur excluſus a jure, cui jus competit, vel poteſt competere, quia non poteſt videri habere deſiiſſe, qui nunquam habuit, ff. de regu. jur. l. nemo, in fine. Sic non dicitur competere jus, quod nunquid fuit, vel competiit, ut ff. quibus mod. uſufr. l. 1. primo reſponſo, & de condition. & demonſtration. l. Titia uſuſfructum. Contra videtur quod non, quia de jure communi feudorum aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus, ut in capit. 1. de nat. ſucceſ. feu. & patet in capit. 1. de gradibus ſucceſ. in feud. & in alio titulo, qui feuda dare poſſ. ei primo. Ergo cum non admittantur expreſſe per conſtitutiones Regni, remanent excluſi de jure communi antiquo: cum non reperiatur correctum de jure novo: & ſic remanet jus commune in ſuo antiquo ſtatu, ut in Auth. quib. mod. natur. effician. ſui. §. tribus, & C. de appellationibus l. præcipimus. Et quod hic dicitur, ſi liberos, vel parentes non habeat: & ſic a contrario ſenſu admittit eos: quaſi dicat, ſi habeat parentes, admittat, & quod dicitur in dicta conſtitutione, ut de ſucceſſionibus, quod collaterales ſuccedunt excluſo communi parente, hoc eſt, ut dicti argumenti, quaſi dicatur, ſi excluditur, ergo alias admittitur: reſponde, quod argumentum a contrario ſenſu non admittitur, quando eſt contra communem intellectum & ſenſum. C. de epiſcop. & cleric. l. conventiculam, cum ſimilibus prout eſſet in caſu noſtro: nam eſſet contra jura communia feudorum, ut ſupra dixi. Nec obſtat hæc conſtitutio prædicta ratione, & alia efficaciori, & evidentiori. hæc enim conſtitutio inducit novum unum contra leges veteres, & ſpeciale, ſcilicet, quod bona forjudicatorum, veluti damnatorum, fiſco vendicentur: quod eſt contra regulam juris: quia bona damnatorum non fiunt lucro judicibus, neque fiſco: ſed perveniunt ad deſcendentes, & aſcendentes uſque ad tertium gradum, ut in Authen. ut nulli jud. §. 1. & in auth. bona damnatorum. C. de bon. dam. licet per contumaciam poſt annum perdantur bona, etiam ipſo jure, ut ff. de requi. re. l. anni ſpacium, ut hic perduntur propter condemnationem. Unde quia hoc novum inducitur per hanc conſtitutionem contra ſucceſſores, qui erant ſucceſſores forjudicato. Imperator conditor hujus conſtitutionis, ne videretur rapax, & & inhians alienæ fortunæ, vel ſubſtantiæ, quod eſſet contra Imperialem modeſtiam, & humanitatem, quæ proprie debet inhærere principibus, ut C. de donatio. inter virum & uxor. l. fin. in fine, & de munet. l. profeſſor. lib. 10. ſic parentes ad ſucceſſionem in feudalibus avitis, ſive antiquis, in quibus plus juris habent ſucceſſores, quam in aliis, ut ff. de interdict. & releg. l. 3. quod de jure communi non eſſet: quia gravantur per hanc conſtitutionem ſucceſſores, quia in caſu forjudicationis publicantur bona, quæ alias eſſent perventura ad eos. Et relevantur in hoc: quia parentes ad ſucceſſionem feudalium admittuntur, qui alias non admitterentur: & eadem ratione admiſit Imperator per hanc conſtitutionem liberos forjudicati in viriles portiones cum fiſco. Et ultra reſponſionem traditam ad dictam conſtitutionem, ut de ſucceſſionibus, in quantum dicitur, collaterales admitti excluſo parente: reſponde, quod ſane modo intelligendum eſt, quia de jure communi excluditur, nam aliquando dicitur deſinere quod non incipit, ut ff. quemadm. uſufruct. cave. l. 3. §. deſinere, & aliquid dicitur perdi, quod

non

ſi autem duos filios habeat, ſiſcus noſter in tertia admittatur, & ſic per conſequens, ſi plures ſint liberi, eadem cenſura ſervetur, electione noſtræ Curiæ ſervata, utrum partem bonorum ipſorum habere voluerit, vel æſtimationem ipſius partis, ſi æſtimatio offeratur.

De pœna forjudicatorum, & Balio dando filiis eorundem.

TITULUS VII.

Si forjudicatus habens feudum & liberos in pupillari ætate, fiſcus accipit curam & Baliam ipſius feudi, ſicut ſi mortuus eſſet pater ipſorum & eis effectis puberibus etiam forjudicato vivente, accipit fiſcus virilem partem fructuum, & pro ea parte ſervitia non præſtant filii: ſed ſi filios non habeat, ſi feudum habeat a fiſco, ad fiſcum redit, ſi a Comite, vel Barone, ad ipſos redit, ſed cum habeat feudum a Comite, vel Barone forjudicatus, virilem partem fructuum, quæ deberet forjudicatum contingere, habebit fiſcus. hoc dicis. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

SI (*a*) quando * aliquem forjudicari contigerit, qui liberos habens, inveniatur feudale aliquid poſſidere, ſi quidem liberi ejus, vel eorum aliqui in pupillari (1) ætate conſiſtant, qui protectione Balii indigere noſcantur, ipſorum Balium cum adminiſtratione bonorum eis contingentium curia noſtra ſuſcipiat: quemadmodum in caſu mortis Balium ipſum habere deberent, eis autem pubertatis tempus excedentibus & in (*b*) tutelam propriam venientibus, fructus partis illius, quæ viventem patrem, licet pro mortuo habitum, ſecundum prædictum modum dinumeratione liberorum attenta, ſi res acquiſita de feudo foret dividua, contingere debuiſſet patre ipſo adhuc ſuperſtite, Curiam noſtram percipere volumus & habere, pro ea tantum parte de ſervitio nobis pro feudo ipſo

---

De pœna forjudicatorum & Balio dando filiis eorundem. Rubrica.

(a) SI *quando aliquem*. Si forjudicatus feudum, & liberos in pupillari ætate habeat, fiſcus accipiet curam, ſeu Balium ipſius feudi, ſicut ſi mortuus eſſet pater eorum, eis effectis puberibus, & forjudicato vivente accipit fiſcus virilem partem fructuum, & pro ea parte ſervitia non præſtant filii. Nam ut pecunia, ſic & labor diviſionem recipit, ut ff. de au. & ar. leg. l. Sejam, §. 5. mortuo forjudicato reintegratur feudum filiis. Sed ſi liberos non habeat, aut habeat feudum a fiſco, & ad fiſcum redit, ut ſupra proxi. conſtit. Aut ab aliquo Comite, vel Barone, & ad eum redit; ſed cum habeat feudum a Comite, vel Barone forjudicatus, in virilem partem fructuum, quæ deberet forjudicato contingere ſpectat ad fiſcum.

* Additio. *Quid in filiis forjudicatorum non habentium bona feudalia, an providetur de tutore vide Bal. in auth. inceſtas nuptias. C. de inceſt. nupt.* De Bottis.

(1) Additio. *Adde quæ dicatur pupillaris ætas, vide in l. licet, & ibi Ang. in 1. not. ff. de teſta. milit.* Superantius.

(b) *Tutelam*. Scilicet pubertatem, & ſuam poteſtatem, ſeu defenſionem, ut ff. de leg. 3. l. cum filiofam. ubi ſunt verba iſta in propriam tutelam, &c. ſic & multipliciter exponuntur.

ANDREAS DE ISERNIA.

non habetur, 23. quæſt. 2. §. ex his, & facit textus in l. prima. C. quando non pet. par. Aliar ſi talis ſubauditur intellectus a contrario ſenſu, induceret correctionem juris communis, quod non eſt dicendum, per jura vulgaria, ut ſupra dixi.

Et ſi diceretur, quod imo major eſt ratio quare potius ſuccedere debeant parentes in feudalibus, quam tranſverſales: nam videmus quod parentibus filiorum debetur hereditas: & tamen fratribus regulariter non debetur hereditas, niſi turpi perſona inſtituta, ut ff. de inofficio. teſtamen. Et quia in ordine ſuccedendi prima cauſa eſt filiorum, ſecunda parentum, & tertia collateralium, ut in Authent. de hered. quæ ab inteſta. defer. §. primo. Et tamen videmus totum contrarium in feudalibus: quia admittuntur collaterales excluſis parentibus, ut in capit. 1. §. cum vero, qui feud. dare poſſ. & in dicta conſtitutione ut in ſucceſſionibus, in verſiculo, ex collaterali. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quod feuda, quæ de jure civili militia nuncupantur, ab Imperiali munificentia habuerunt initium, ut in Authent. de exhiben. reis, §. optimum. Imperatores concedentes potuerunt opponere in conceſſionibus eorum, l. quam voluerunt, argumen. ff. de pactis dotalibus, l. ob. res, §. fina. & in capit. 1. in fine, in quibus cauſis feud. amit. Et poteſt eſſe concedentium ratio, quia deſcendentes, & collaterales habiliores ſunt ad ſervandum feuda, quam aſcendentes, in quibus plus deficit ætas, & quod aſcendentes non ſuccedant in feudis, vidi in conflictu ſapientium determinari de facto. Bartholomæus de Capua.

In textu, non ſuccedunt. Facit de feud. cle. qui inveſt. cap. ſucceſſionis. Marinus.

In textu ibi, offeratur. Pro hoc C. de vendi. rerum fiſc. l. 1.

In gloſſa 1. Nota quod damnato patre, filiis ſervatur legitima. Et an ex delicto patris perdat feudum filius hodie? dic, ut in iſta conſtitutione, & ſupra proxima conſtitutione, ſi quando. Marinus.

In gloſſa Sequitur. Nota quod in feudis avitis mater ſuccedit. Marinus.

In gloſſa bona. Nota quod bona mobilia damnatorum indiſtincte fiſco applicantur, ut etiam in conſtitutione ſi quando, in fine. Marinus.

De pœna forjudicatorum, & Balio dando filiis eorum. Rubrica.

SI *quando*. Sane, vel parentes. Loquitur in feudo antiquo, quia in novo parentes non ſuccederent, ut ſupra l. proxi. feudum antiquum non tam dicitur jure ſucceſſionis ad parentes pervenire, quam ad eos reverti. ff. de liberis & poſthumis, l. filio. Et intelligunt periti Regni in feudo antiquo ſuccedere aſcendentes & collaterales. Etiamſi non ſunt conjuncti ab illo latere, unde feudum pervenerat † ad defunctum, hoc eſt, etiamſi non fuit primo acquiſitum per illum, qui fuit agnationis communis, quod eſt neceſſarium de jure feudor. in tit. de gradibus ſucceſſionum in feu. c. 1. & dicunt, quod conſtitutiones Regni non ſequuntur illos uſus, quos ponit liber ille, ut patet infra de ſucceſ. cog. & ha. l. ut de ſucceſſionibus. Sicut de ſucceſſione filiæ, quæ jure illo excluditur, & in multis aliis, & pronunciatum fuit, ut vidi tam in principali, quam in cauſa appellationis pro fratre conſanguineo tentum vendicante feudum ſororis mortuæ, quod fuerat matris ejuſdem ſororis, ſicut in d. cap. plenius diximus, & iſtæ conſtitutiones indiſtincte loquuntur, diſtinctio principii hujus, l. multum facit ad id, quod diximus in tit. ſi vaſallus feudo privetur, cui deferatur, circa finem, quod etiam in feudo paterno commiſſa injuria in dominum agnatis nocere non debet vivo injuriante & culpante, donec vivit, delinquens ſis

ipſo debito diminuto, pro qua Curiam noſtram fructus percepiſſe conſtabit. Patre autem forjudicato naturæ debitum (a) exolvente, pars illa, cujus fructus Curia noſtra perceperit ad integritatem feudi libere revertatur. Sane ſi forjudicatum a Comite, vel Barone feudum habere contigerit, ipſo parentes, vel liberos non habente, feudum ad eum, a quo ipſe forjudicatus tenebit, ſine contradictione aliqua, redire debere cenſemus. Fructus tamen partis contingentis forjudicatum de eo, quod ab illo tenetur, ſi liberos habeat, pro numero liberorum forjudicato vivente, Curia noſtra percipiat ſecundum modum ſuperius declaratum: (b) quemadmodum & alia bona mobilia * (c) damnatorum, ſecundum generalem aſſiſiam regni noſtri ad Curiam noſtram ſpectant. Sed Comiti, vel Baroni, a quo feudum tenetur, nullum omnino volumus præjudicium generari.

De uxoribus ſorjudicatorum, & parentibus.

TITULUS VIII.

Uxor vel mater forjudicati occaſione forjudicationis nullam moleſtiam pati debent a fiſcalibus ſuper dotibus & donationibus propter nuptias quarta, vel dotariis conſtitutis, & debitis, ſed integre habeant: dummodo ipſi forjudicata nullam præſtent ſubventionem. Et ſi contra fecerint, quia dicta gratia eis conceſſa videntur abuti, dicta gratia privabuntur per ſententiam: & bona prædicta, & earum jura fiſco applicantur. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

POEna (d) carere volentes innoxios, & punire nocentes, generali lege ſancimus, forjudi-

(a) *Exolvente*. Argum. bonum ad hanc conſtitutionem, ut tantum vivente forjudicato, & non poſt mortem ejus, fiſcus, ut eſt dictum, percipiat fructus, ff. de leg. 3. peto. §. prædium. Et ad id quod dicitur in fine, ibi nullum fiat præjudicium Comiti, vel Baroni, facit quia jus, quod habet feudatarius, tantum publicatur, arg. bonum, ff. de dam. infec. eum qui. §. ſi de vectigalibus, & l. hoc amplius, §. fina. in gloſſa & de publica. & vectig. interdum, §. idem, de adulte. ſi poſtulaverit, §. juberi, & optime dicitur extra de hæret. cap. excommunicamus, §. monitum, & adde jura, quæ notantur infra de mor. banni. de lib. poſt mortem, in gloſſa petet, &c.

(b) *Quemadmodum*. Bene æquiparat fructus rebus mobilibus in hac parte, ut ff. de requir. reis, l. ult. circa finem. Item quod interim donec moriatur forjudicatus, repellatur Comes, vel Baro a petitione feudi, quod idem forjudicatus ab ipſo Comite, vel Barone tenebat: argumentum eſt bonum, ff. de ju. fiſci. l. Statius, §. Corn.

* Additio. *An fructus pendentes dicantur bona mobilia, vide Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *in glo.* 7. *num.* 37. 38. De Bottis.

(c) *Damnatorum*. Et etiam defunctorum, ut infra de ſucceſſ. no. in ſe. l. 2.

De uxoribus forjudicatorum, & parentibus. Rubrica.

(d) POEna. Propter forjudicationem filii, vel viri mater, vel uxor jura dotalia non perdit: concord. C. de uxor pro marito. l. 2. Caveant tamen ne parentes, vel filii, vel uxores prædictorum forjudicatorum de bonis eis conceſſis principali clementia, alimenta præſtent eis. Et ſic nota caſum, in quo filius non debet alere patrem.

Additio. *Adde an teneatur alere patrem bannitum?* vide

ANDREAS DE ISERNIA.

ſit domini, eo mortuo ſit agnatorum, ff. de jure fiſci. l. Statius, §. fi. & quod notatur. C. de epiſ. & cler. auth. ingreſſi. in gloſſa.

† Additio. *Hoc declara, ut in conſuet. Pariſien.* §. 16. *in glo.* 1. *nume.* 13. De Bottis.

Item nota in fine hujus l. quod bona mobilia damnatorum pertinent ad fiſcum ſecundum generalem uſum Regni, quo etiam bona Burgenſatica vaſalli Comitis, vel Baronis delinquentis, & damnati, quia ſunt libera, nec tenet ea a Comite, vel Barone, licet ſint in juriſdictione ejus, perveniunt ad fiſcum ratione ſcilicet majoris dominii, ſicut & mobilia.

Additio. *Vide Andr. infra in conſtitutione, ut de ſucceſſ. circa princip. & qualiter & quando, & quibus ſervandis debeat, vel poſſit delinquens feudo privari? Andr. in conſtitutione, ſi vaſal. infra de fidejuſ. dom. ubi de quota parte, & infra in conſtitutione ob filiarum, ut pater, &c.* Cæſar.

Sed aliud eſt in eo feudo, vel alia re, quæ tenetur a Comite, vel Barone, & hoc eſt quod ſequitur infra, ſuo volumus præjudicio generari. Iſtam materiam plene tractavimus in titulo de pace tenenda, & ejus viola. l. ſi quis hominem, §. ſi vero violator pacis. Ideo non repetitur hic. Semper excipitur feudum quaternatum, quod tenetur a Comite, vel Barone, cujus conceſſio pertinet ad Regem, ſuſ. l. 3. in conſtitutione, poſt mortem.

SI *quando aliquem forjudicari contigerit*. In textu, ibi, cum adminiſtratione. Nota, quod ad fiſcum pertinet dare Balium, quando datur pupillis habentibus feudum, ut infra de jure balii: in gloſſa hic. Marinus.

In texto, quemadmodum. Videtur hic dicere, quod bona damnatorum ſunt Curiæ, ut hic, cum principio præcedentis conſtitutionis, & ſic videtur contra in Auth. ut nulli jud. §. fi. quæ eſt. C. de bo. proſcrip. Sed jus Longobardorum concordat cum hac conſtitutione, ut in Longob. de his qui ad mor. in l. 1. & no. Carolus in Longobar. de homi. lib. l. ſi quis ipſum, & dic, ut ibi. Marinus.

Sed hodie eſt correctum per cap. regis, quod incipit, humanitatis quoque, &c. Petrus de Monteforte.

In textu forjudicatus, id eſt, habens filios, & ſic nota, quod uſuſfructus, quem habet pater in bonis feudalibus filii, ſpectat ad fiſcum, propter delictum patris. Marinus.

Hodie accidit in perſona Comitis Pitigliani in comitatu Nolæ. In gluſſa, bene, in fine. Ad hoc facit, ff. de leget. ſecundo, l. penul. §. prædium, & quod no. 10. col. ſi vaſal. de feud. ab aliquo int. fue. l. 1. ſeu. cap. 1. Marinus.

In verbo, bona mobilia. Nota bona mobilia damnatorum publicari, & ſic corrigitur authen. bona damnatorum, & vide quod notatur in conſtitutione regni, poſt mortem, & per Andr. ibi, & de pace tenen. cap. 2. in gloſſa in verbo quemadmodum, circa medium. Vide ad hoc quod notatur per And. in titu. de feu. guard. collat. 3. qui hanc l. ſtatim allegat, & de pace tenen. cap. 2. & ſi vaſal. feu. prive. cui defer. 2. col. Petrus de Monteforte.

De uxoribus forjudicatorum, & parentibus. Rubrica.

POEna *carere*. Videtur loqui hæc conſtitutio de bonis, in quibus uxores, & matres jus habent, ſcilicet in dotibus, & donationibus propter nuptias in quarta & dotario. Sic enim dicit, in earum rationibus &c. quod quidem eſt de jure communi. C. ne ux. pro marito per totum. Licet circa finem dicat, quod ſervat eis illa

judicatorum uxores, & matres in earum rationibus, dotibus, ſcilicet, donationibus propter nuptias, & quarta, atque dotariis occaſione forjudicationis, aut damnationis prædictæ, nullam omnino moleſtiam ſuſtinere: ſed eas integre habeant, & omni inquietatione ſecuras: (*a*) ita tamen ut perſonæ prædictæ, & etiam forjudicatorum filii, ſeu parentes, forjudicato, quem egere volumus (*b*) non ſuſtentationem ab aliquo poſtulari de bonis ipſius ejuſdem pietatis noſtræ lenitatis ſervatis, in nullo penitus providere præſumant. Quod ſi fecerint, gratia, qua videntur abuti, ipſos privari cenſemus: & bona ipſa noſtro ærario applicari.

Ut

vide per Bartol. in l. ſi quis a liberis, ff. de liberis agnoſcen. Superantius.

Et econtra, & eſt ratio, ut ff. depoſi. bona fides, regulariter, & de jure communi, contra ff. de liber. agnoſceod. l. ſi quis a liberis.

(a) *Ita tamen*. Facit ff. de requiren. reis, l. ult. in fine.

(b) *Non ſuſtentationem*. Concordat conſtitutio nova, patres, quæ eſt infra & dic, ut notatur infra proxima conſtitutione.

Ut

ANDREAS DE ISERNIA.

illa bona ex lenitate pietatis imperialis, deinde dicit gratia, qua videtur abuti, ſi eſt juſtitia, non eſt gratia. Vult tamen, quod de illis bonis non ſuſtententur damnati, & liberi eorum, alias privantur bonis. Hoc ſumptum eſt ex ti. de pa. te. l. ſi quis hominem. Nec mirum, quia ſi contumaci bannito interdicitur, ut non ſolvatur etiam quod ſuum eſt, ne fuga ejus fiat inſtructior. ff. de requi. re. l. ſi. multo fortius potuit prohibere legislator, ut aliquis conjunctus, vel extraneus non faciat ſuſtentamentum criminoſo & damnato, & ſecundum vulgarem loquitur, quia facit gratiam matribus & uxoribus de juribus eorum, habito reſpectu ad id, quod de facto fiebat ante hanc legem, quia officiales infiſcabant omnia. De aliis bonis ſuſtentationem præbere non videtur prohibitum, ut dictum eſt ſupra de offi. Juſt. l. pater pro filiis, quæ non videtur habere locum in proditore, aut ex quocunque crimine forjudicato, quia hoſtis publicus reputatur, ſupra eo. l. pœnam eorum. Alii dicunt & forte melius, quod etiam bannitus poſt duos menſes non debet ali, nec ſuſtentari a quocunque: Nam male meritos egeſtate laborare publice intereſt, ut alii malefici terreantur exemplo, ff. depoſi. l. bona fides, circa princ. ff. de milit. teſt. l. teſtamento, eorum rigor publicæ diſciplinæ in exemplum plerunque proponitur, ut pœna unius ſit metus multorum &c. C. ad l. Jul. repet. l. 1. & cum Princeps ſit caput reipublicæ, & pater ſubditorum. C. de inoff. teſta. l. ſi quis in ſuo. abſurdum erit, ut filius, id eſt, ſubditus diligat illum, quem pater, id eſt, Princeps pro bono publico habet odio; membra debent cum capite conformari, 91. diſt. c. ſi inimicos. Et turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit univerſo, extra de ſpon. c. ult. cum concor. Quilibet autem homo eſt pars patriæ, ſeu reipublicæ, dicit Seneca in 2. de ira. 7. Sed an uxor cohabitabit cum viro forjudicato, vel proditore? jure civili debet ob cauſam hanc a viro divertere. C. de rep. l. conſenſu, circa principium.

Additio. *Vide per me ad pragmaticam Reg. Cath.* Cæſar.

Hodie in matrimonialibus cauſis ſtatur juri canonico, quo Chriſtus voluit nulla de cauſa, nullo de crimine matrimonium ſolvi, excepta cauſa fornicationis, quantumcunque ſit criminoſus alter conjugum. Et tenetur cohabitare, etiamſi eſſet hæreticus, niſi quando cum contumelia creatoris, extra de repudi. cap. 2. & c. gaudemus, 32. q. 1. §. conjugio. & c. omnes accuſatos, & in ſumma de divortiis, §. fin.

Additio. *Adde quid ſi eſſet excommunicatus? vide in c. quoniam multos, 11. quæſt. 3. & in c. reſponſo, & in c. cum voluntate, de ſentent. excommunicat.*

Non ergo punitur mulier ſequendo virum proditorem & cohabitando, ſi delicto non conſentit, nec etiam alendo de aliis bonis, quia ſi utitur ea, valet. Nam præbemus alimenta omnibus, qui in ſervitio noſtro ſunt, ff. de ædil. edic. l. itaque, de oper. lib. ſicut patronus. Sed an teneatur capere, vel denunciare, ut capiatur, vel clamare, ſicut dicit conſtitutio, ad vindictam, Regis Caroli I. & in §. ſi vero contra imperium, in Authent. ut liceat matri & aviæ? Non videtur, ex quo canon præcipit cohabitationem, & indiſſolutionem carnalis copulæ, eſſet proditio, ſi caperet, vel faceret capi. Jura intelligenda ſunt civili modo, ff. de ſervi. l. ſi cui. Nam & hoſti fides ſervari debet, 23. q. 1. noli.

Additio. *Adde in quo caſu fides ſit ſervanda non ſervanti, in l. quamvis ff. ad Turp. & per Card. Zabar. in c. cum inter R. in 5. oppo. de electio.*

Nec invenitur de conjuge, quod debeat denunciare factionem viri, vel uxoris, ſicut de patre & filio, nam licet lex civilis dicat, non eſt amor qui vincat paternum.

Additio. *Adde l. ſi pater. C. de ſponſ. & in l. iſti quidem, ff. quod metus cauſa.*

Chriſtus dicit, non eſt amor, qui vincat conjugalem dilectionem. Quia dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una, Geneſ. 2. Marci 10. ſic ſunt una caro. ff. de ritu nupt. l. 1. & individui ſunt ex definitione nuptiarum. Inſti. de pa. po. in principio.

Additio. *Adde c. debitum, de bigamis, & in c. gaudemus, de divortiis, & originaliter Math. 19. & ad Epheſ. 5.*

Non extendetur durities hujus, & dictæ conſtitutionis ad vindictam. Et §. ſi vero contra Imperium, ad alias perſonas extenditur, in quibus eſt alia ratio, quæ pactum reformat. C. de tranſact. l. interpoſitas, non enim multum offendit ea, quæ neſcivit, nec conſenſit criminoſo viro receptando, & cohabitando jure Romano, ff. de pœ. l. Metrodorum. Etiam alii convicti de receptatione mitius puniuntur, ff. de rece. l. 2. Secus ſi aleret & ſuſtentaret ad animandum eum ad id, quod tenetur, nedum in ſit enormibus, imo in quibuslibet tenetur, ff. de fur. l. is qui opem. Nam fert opem, qui ad peccandum nos adjuvat, 14. quæſt. 6. ſi res. Sed ſi ſciat virum velle ſic delinquere enormiter ad actum procedendo, quomodo non denunciat, cum imperium Deum ſequatur, in Auth. de fide inſtru. §. 1. & ideo oportet magis obedire. Actuum 4. Regula, culpa caret qui ſcit, licet prohibere non poteſt. ff. de re. jur. habet locum in aliis, quam in Deo & Principe, reſponſum eſt ſupra, quia cum per jaſſum Cano. & Dei non debeat virum propterea dimittere, non debet eum prodere. Debet tamen quantum poteſt retrahere eum a peccando. In aliis, qui tenentur juvare alios, intelligitur ſi poſſunt commoda, ut diximus de pace tenenda, l. ſi quis hominem.

PŒna carere. ibi, forjudicatorum. Quæro an bannitus faciat procuratorem? arg. quod ſic, in l. Papinianus, ff. de mino. Sed Speculator dicit, quod bannitus perpetuo non facit procuratorem, in tit. de procurato. Petrus de Monteforte.

In textu, quartam. Sed an eo ipſo quod eſt forjudicatus, mulier debeat habere quartam, vel debeat expectare mortem, & interim fiſcus teneat? quod videtur, quia peti non poteſt, niſi ſoluto matrimonio, ut infra de do. eo. l. 1. Sed hic matrimonium non ſolvitur, ff. de bonis damna. l. ſed ſi. de condi. & demonſt. l. intercidit, & ſupra conſtitut. pœnam. Item pro hoc l. ex capite. §. inſulam. ff. de verb. oblig. per hoc ſupra proxima conſtitutio. ibi, patre autem &c. & quod ibi notatur. In contrarium facit hæc littera,

quod

† *Alias, Ut pater forjudicati nihil ex delicto filii poſſit condemnari.*

Ut † pater forjudicati ex delicto filii non teneatur.

TITULUS IX.

Pater pro filio delinquente, ejus vita durante, nullam debet ſuſtinere pœnam: ſed poſt ejus mortem ab inteſtato, ſuperſtite filio forjudicato ſuccedit fiſcus in ejus portione, quam haberet, ſi non eſſet forjudicatus. Si vero filius delinquat in crimine læſæ majeſtatis, ſervetur jus commune. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

OB filiorum (*a*) culpas innocentes patres arceri non tam injuſtum, quam impium reputantes, præſentis noſtræ pietatis decreto decernimus, patrem ſuperſtitem (*b*) ex delicto filii in nullo (*c*) prorſus (*d*) affligi, vel puniri debere. Mortuo vero patre, ſi liberos alios præter forjudicatum (e) non habeat, bona, quæ ei

Ut pater forjudicati ex delicto filii non teneatur. Rubrica.

(a) OB *filiorum*. Si forjudicatus fuerit filiusfamilias, pater non punitur in bonis, quia ex alieno delicto, &c. quod dic, ut C. de inofficio. teſtamen. ſi quis ſuo patre mortuo, ſi non habeat alios filios ſuccedit fiſcus: ſi habeat, habet fiſcus partem forjudicati. Item in crimine læſæ majeſtatis ſerveantur jura communia.

Ob filiorum. ff. de judic. tem ex contractibus. C. ne filius pro patre. l. 1. & in Lombar. de ven. no. ſuæ rei. l. quicunque.

(b) *Ex delicto filii*. Jam mortui, idem ſi viveret, quia pater pro eo non tenatur, ſicut nec maritus pro uxore, ut C. ne uxor pro ma. l. 1. niſi eis exulibus vel fugitivis neceſſaria ſubminiſtrent. Et niſi in crimina læſæ majeſtatis, licet eos redimere poſſit pecunia, ſi egentes puniri deberent, ut dicit conſtitutio nova, quæ incipit, patres, quæ debet hic eſſe, ſed ponitur in titu. ſupra, ne patr. pro fil. vel econtra fratres pro fratribus teneanter.

(c) *Prorſus affligi*. Licet pater non conveniatur, neque teneatur nomine filii, niſi, ut hic notatum eſt: ſi tamen filiusfamilias conveniatur, aut concipitur libellus nomine filii, reſpondebit pater, ut C. de bonis maternis. l. 1. In adventitia tamen hereditate filiofamilias delata trimembris fit diviſio, ſcilicet, an pater & filius conſentiant, an tantum pater, an tantum filius, ut C. de bonis quæ liber. l. fin. In his enim, qui ſub tutela, vel cura ſunt, diſtingue, ut major infante poſſit, vel ipſe convinci auctoritate tutoris, niſi ſit abſens, vel ipſa tutor, vel curator. Quando vero eſt minor infante, tutor tantum, ut ff. de admin. tut. l. 1.

(d) *Affligi, vel puniri*. Quod hic dicit affligi, vel puniri, ſic intelligas pro actu puniri per ſententiam. Sicut enim filius pro patre non convenitur, niſi ſolis dictis modis, ſi pro eo interceſſerit, vel ei ſucceſſerit, ſive ſit paterfamilias in poteſtate conſtitutus. C. ne fil. pro par. l. ne contra, ff. de minoribus. l. 3. §. nec eo movemur. Excipitur in caſu, ut in cauſa primipilari: nam ſi liberi etiam non extarent heredes, tenerentur ex perſona patrie, ut C. de primipi. l. fin. lib. 12. Ita nec pater pro filio amancipato, vel libertus pro patrono convenitur, niſi ſolis, ut dictum eſt, modis. Si autem aliquem ex prædictis, vel omnino extraneum aliquis pro aliquo vi exegerit, vel etiam rem aliquam, ut pignus habiturus, ceperit, hoc eſt quod dicit lex, ſecundum formam pignorationis exegerit, id ipſum quicquid ſit in quadruplum inde paſſo reſtituet, necnon actionem, pro eo quod talia præſumpſit, ut in Authen. ut non ſi. pi. §. 1. & 2. collat. 6. Si vero filius ſit in poteſtate, ex contractu convenitur pater ſolitis modis, vel tributoria, vel de peculio, vel quod juſſu, vel de in rem verſo, quæ omnia dic, ut Inſtit. quod cum eo. Ex delicto vero pater pro filio non convenitur, ſed ipſe filius convenitur, vel accuſatur, ut hic, & ff. de noxa. l. quoties, & l. ſi condemnatus, quod dic, ut Inſtit. de noxa. §. inſtituuntur, & Inſtitu. de act. §. ſervus. Et non obſtat quod legitur in Lombarda, de non ſucceſ. ibi enim non tenebatur pater defendere filium tanquam tutor legitimus. Erat enim filius emancipatur, & ſic pater erat ei tutor legitimus, ut Inſtit. de le. pa. tu. quod ex eo apparet, quod dicitur in contrarium fuiſſe celebratum contractum inter patrem & filium non valet, niſi filius eſſet emancipatus, ut ff. de contrahen. empt. inter patrem, & C. de prob. ſive poſ. Item poſt mortem patris dicit admittendum legitimum propinquum, qui juſte ei tutor eſſe videtur.

(e) *Non habeat*. Scilicet forjudicatus, qui debeat ſuccedere patri ſuo defuncto, qui ſi habeat fratres, fiſcus admittitur ad bona patris forjudicati pro numero liberorum, ut ſupra poſuit. Si vero non habeat fratrem, vel ſororem in capillo, nec etiam ſuperſint alii, qui numerantur ſupra l. forjudicatorum, & l. ſequenti, tunc fiſcus vocatur in totum, ut hic, & ſupra eod. l. 1. De ſorore vero in capillo non ideo ponit, quia ſuccedit patri, frater enim excludit ſororem a ſucceſſione communis patris jure Longob. ut in Lombar.

ANDREAS DE ISERNIA.

quod uxor & mater debeant habere dotes, & donationes propter nuptias. R. S.

Ut pater forjudicati ex delicto filii non teneatur. Rubrica.

O*B filiorum culpas*. Fiſci noſtri juribus vendicentur. Intellige, quod pater forjudicati ipſo filio forjudicato vivente erat mortuus inteſtatus. Nam ſi pater † faceret teſtamentum, & filium forjudicatum exheredaret, juſta enim cauſa eſſet, in Authen. ut cum de appel. cog. §. cauſas autem, non eſt dicendum fiſcum ſuccedere. Idcirco notabiliter dicit bona, quæ deferri fiſco deberent. Sed ſi pater non exheredavit, alii etiam filii non poſſent conqueri. C. de inof. teſt. l. omnimodo. Item filius forjudicatus civiliter mortuus naturaliter vivebat in morte patris ſui, & ideo fiſcus habet partem iſtius forjudicati naturaliter viventis, ut licet patri ſuccedere non poſſit, pars tamen ejus fiſco debetur exemplo deportati, qui heres non poteſt inſtitui, ejus tamen portio datur fiſco. C. de here. inſtit. l. 1. ff. de leg. 3. l. ſi deportati.

† Additio. *Adde Rober. Maran. in l. ex poteſt, nu. 124. ff. de acqui. hered.* De Bottis.

Et ſi dicatur eum patri ſuccedere, aufertur ab eo tanquam ab indigno, & dabitur fiſco. Et tunc quia propter ejus delictum non eſt capax, non ſit locus aliis ſuccedentibus patri ab inteſtato, ſed fiſco. C. de his, quibus ut indi. l. hereditas, in gloſſa ſecus ergo ſi hic filius forjudicatus, vivo patre, eſſet mortuus naturaliter, vel per ſupplicium: nam tunc fiſcus † nihil haberet poſt mortem patris, quia etſi heres eſſet hujus forjudicati filii, fiſcus non ſuccederet illi, cui poſſet ſuccedere ipſe forjudicatus, ſi viveret, quia jus ſuccedendi non tranſit ad alium extraneum heredem, etiamſi mortuus eſſet hic forjudicatus ante apertum teſtamentum patris.

† Additio. *Fiſcus non ſuccedit ex perſona rebellis, vide Loffred. in conſi. 32. col. 3. & Gram. conſil. 7. in criminal.* De Bottis.

Idem ſi ab inteſtato, antequam ſciret. C. de his qui ante apertas tab. l. 1. C. de jure deliber. l. quoniam, & diximus plene in quæſtione filii majoris vi-

 ven-

ei ex ſucceſſione patria mortui deberent deferri, fiſci noſtri juribus vendicentur. Si autem liberos alios habeat, ſi quidem res tales ſint, quæ dividi poſſint, hereditariæ, vel feudales in parte contingente, forjudicato pro numero liberorum fiſcus noſter ſuccedat: ſi quidem fratrem forjudicatus, vel ſororem denique in capillo non habeat, in bonis ipſis fiſcum noſtrum eſſe decernimus ſucceſſorem, omnibus, quæ ſuper criminibus læſæ majeſtatis veteres juris auctores, tam contra ipſos reos, quam ſucceſſores eorum ſpecialiter induxerant, in ſuo robore duraturis.

De his, qui fidejuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur,

TITULUS X.

Accuſatus, vel delatus pro crimine capitali, dando fidejuſſores de ſtando juri, non carceratur, & ſi eſt carceratus, debet liberari, & extra carceres ſe defendere per rationes hic contentas. Fallit in 10. caſibus hic contentis, & ſi non habet fidejuſſores, ſuas defenſiones faciat in carceribus. Et ſi accuſator deſiſtat, carcerabitur, & punietur pœna legitima, carcerati pro cauſa capitali eorum expenſis cuſtodiuntur, & ſi ſunt pauperes, expenſis regiæ Curiæ, & pro qualibet cuſtode ſolvantur grana 13. & unum pro alio Juſtitiarius non debet detinere in carceribus. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

HUmanitate (*a*) * nobis ſuggerente ſancimus, quod ſi quando accuſatus, vel delatus ſuper criminalibus, & capitalibus cauſis, fidejuſſores dare paratus ſit, ſi pro qualitate criminis & perſonæ, nec minus facilitate conveniendi ſufficientes & idonei reputentur, tradi militibus, vel ſqualore carceris macerari non

bar. de ſuc. l. 1. & l. ſi quis Longobardus ſine filiis, & in de ſucceſ. feu. l. 3. Sed illud ideo, quia ſoror in capillo dotanda erat de bonis patris a fratre, ut ff. de adminiſtrations tutorum, cum plures. §. cum tutor. infra de ſucceſ. in feu. l. penult. & l. fin. de fer. & te. feu. fratribus, & fiſcus non vocatur in totum ſorore in capillo ſuperſtite. Sed tanto minus habebit de bonis, quantem ſoror habera deberet in dotem pro modo facoltatum, & ſecundum paragium, ut ff. de jure dotium, ſive generali, & l. cum poſt. in ſeconda. §. generi, infra de ſucceſ. in feu. l. 3. Cum enim bona pervenerint ad fiſcum ex delicto cum onere ſuo tranſeunt, ut in Lombarda, de his qui ad patr. venire contemp. l. cujuſcunque hominis proprietas.

De his qui fidejuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur,
Rubrica.

(a) H*Umanitate*. Tria dicuntur principaliter in hac conſtitutione. Accuſatus de quolibet crimine non debet ſuſtinere ſqualorem carceris, ſi poteſt dare fidejuſſores idoneos, concor. ff. de cuſt. reo. divus. Fallit in crimine notorio. Item in crimine læſæ majeſtatis non notorio. Et quare prædicti retineantur in carcere, redditur ratio in littera. Item dicitur, quod ſi accuſatus ſit in carcere defectu fidejuſſorum, & accuſator non procedat in cauſa, punitur tanquam deſertor accuſationis, quæ pœna eſt infra conſt. 2. Tertio dicit Imperator, quod contra illos, qui capti ſunt de conſcientia noſtra, nolumus, quod cognoſcatur ſine voluntate noſtra, quia interdum liberamus eos, & cauſa correctionis ponimus eos in carcerem, & multos propterea vidimus emendatos, dum vexatio eis præbuit intellectum, nam &c. C. de emend. propin. l. 1. Humanitate. Ex littera præſenti ſumitur quod frequenter in cauſis allegatur, quod ſi aliquis accuſatus de aliquo crimine præſtitit fidejuſſores & poſtea convincatur, quod poteſt poni in carcere, ut probatur. C. de exhi. re. l. 2. in princ. & C. de cuſto. re. l. ſi quis in ea. Et maxime quando confeſſus eſſet de crimine, ut de cuſt. reo. ſi confeſſus, licet videatur contra. C. de appel. eos. §. ſuper his, & l. minime, in fi. Humanitate, dic, ut ff. eod. l. divus Pius, & l. ſi confeſſus.

* Additio. *Vide duo cap. regni, item caveant, & Capic. deciſ. 154. & ibi quando quis dicatur carceratus. Ad-*

ANDREAS DE ISERNIA.

ventis jure Francorum in feudo mortui vivo patre, ex delicto proditionis, quia ex delicto ſecundo genitus habet feudum, non fiſcus, in tit. quæ ſit prima cauſa amit. beneficii, in §. præterea, ſi vaſallus. Item in feudo tunc filius forjudicati, vel proditoris habet illud, non fiſcus, quia nepos ſuccedit avo ex ſua perſona. Inſti. de exhered. lib. §. poſthumorum, ff. de in jus vocan. l. adoptivum, in fine de ſenatoribus, l. emancipatum, §. fi. facit ſupra l. 2. §. patre autem. Et ſic intelligendum quod dicitur hic in fine de ſorore in capillo, quia ſi frater forjudicatus mortuus fuit, vivo patre, ſoror ejus erit heres in totum, & fiſcus in nihilum. Si vero poſt mortem patris forjudicatus moreretur, totum habebit fiſcus. Et ſoror in capillo habebit a fiſco dotem ſecundum paragium. Nam cum ſuo onere fiſcus habebit bona. C. ad l. Jul. de vi priva. l. tutores, ff. ſol. mat. l. ſi marito. in principio, &c.

OB *filiorum culpas*. In gloſſa non habeat. Nota, quod bona tranſeunt ad fiſcum cum onere dotandi ſororem in capillo fratris forjudicati. Sed quid ſi feudatarius, qui de feudo antiquo alimenta præſtabat, deceſſerit ſine liberis, an fiſcus teneatur ad illa alimenta præſtanda? dicas quod ſic, ut ff. de ali. & cib. leg. l. 2. in fine. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa quod hic, ibi, item nec pater. Nota hic, caſus in quibus pater pro filio, & contra, conveniatur, & in quibus non, & vide ſuper hoc c. regni, item prædicti admiratii. Petrus de Monteforte.

In gloſſa forjudicatus, ibi, patris. Nota, quod ſoror in capillo ſuccedit patri, & excluditur propter fratrem, dummodo eam maritet de paragio. Marinus.

Circa hanc conſtitutionem, in quibus caſibus puniuntur filii ex delicto patris, & de poteſtate patris in filium, & de ratione vide in conſtitutione, Pararenorum, & ibi gloſſam, & gloſſam conſtitutionis, inconſutilem, ſuper ver. per omnia. Marinus.

In textu, ibi decreto decernimus. Satis expreſſa hic probatur, quod pater non tenetur pro filio condemnato ſolvere condemnationem, nec legitimam ante vitam ſuam aſſignare, de quo vide. l. noxali. cum duabus ſequentibus hic allegatis & quod notatur ff. ſol. ma. l. ſi filiofamilias, ff. ad leg. Aquil. in lege. de bon. damnator. l. quinque. C. de bonis damna. l. 3. ut notatur hoc plene per Specu. in tit. de ſenten. execut. §. ſequitur, verſ. quid ſi filiusfamilias. Petrus de Monteforte.

De his qui fidejuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur.
Rubrica.

H*Umanitate*. Ponit regulam, & caſus exceptuatos a regula. Eſt hic etiam in principio litteræ, quædam additio nova volens, ut homines levis converſatio-

non volumus accuſatum: niſi crimen adeo, vel confeſſione ſua, vel ipſa (a) flagranti deprehenſione ſit evidens, aut publice facta inquiſitione ſit publicum, aut notorium habeatur, ut jam conſtet reum ad nihil aliud inficiari propoſita, niſi ut pœnam differat, quam levis & infamatæ perſonæ temeritas, & propoſitæ qualitas accuſationis expoſcit. Ab hujus autem noſtræ ſanctionis * humanitate præcludimus accuſatos, vel delatos criminis majeſtatis contra perſonam noſtram, ſeu noſtrorum collateralium ſatagentes: quos velut ſuſpectos interdum nos ipſi ante ſupplicium carcerari cuſtodia ſpecialiter, & expreſſim detineri mandamus: vel Juſtitiariorum noſtrorum aliquis hoc injungat, cum vel perſonæ levitas, & immanitas criminis iſtud exegerit, quod contra ſalutem noſtram aliquem attentaſſe dicatur. Quod ſi fidejuſſorum committeretur cuſtodiæ, non tanti haberet fidejuſſores relinquere pœnæ, quanti quod pro commiſſo facinore pœnam debitam poſſet evadere, aut non commiſſum aliquando facinus, quod eſſet acerbius, confirmaret: vel niſi levis converſationis, & vitæ per publicam famam, vel inquiſitiones de eis aliquando factas, accuſati forte extiterint, aut delati, aut aliquan-

Adde quod ſi ſtatutum diſponat, quod carceretur accuſatus, tamen nobili accuſato poteſt dari totum palatium pro carcere, vel etiam civitas. Ang. in l. pen. ff. quod met. cau. cum aliis adductis per Cottam in verbo, carceres, & ibi qualiter intelligatur iſta nobilitas, Gramm. deciſ. 24. omnino videndus, vide late per modernos in cap. regni, ſubditorum, num. 104. in cap. ſtatuimus, ut nullus. fol. 76. vide etiam Capic. deciſ. 30. ubi an inquiſitus de crimine falſi liberetur fidejuſſoribus, de quo etiam per modernos in cap. regni, ut quæ ab excellentia. fol. 89. num. 2. & vide cap. regni, ab illo inchoandum, & ibi ſcrib. ubi latiſſime, fol. 129. Adde quod licet alias ex forma ſtatuti detentus in cauſa capitali non debeat fidejuſſoribus relaxari, tamen ſi de proximo eſſet liberandus, puta quia facta publicatione conſtat de innocentia, poteſt tunc fidejuſſoribus relaxari, ita Doct. relati per Tiraquel. poſt ll. connub. num. 7. fol. 127. quem vide. Adde quod ubi contra aliquem eſt formatus proceſſus, qui reperitur nullus, debet a carceribus liberari, nec interim donec proceſſus convalidetur, poteſt detineri, ita dicit Tho. Gram. in voto 31. in fine.

Quod ſi extaret ſtatutum, quod pro aliquo delicto imponatur pœna pecuniaria, quæ ſi non ſolvatur, imponatur corporalis, an interim debeat inquiſitus liberari ſub fidejuſſoribus, vide deciſ. Pedem. 18. per totam, quæ tenet quod ſic. Quid de jure communi, vide Hippol. de Marſ. in rubrica de fidejuſſoribus num. 210. & 211. ubi dicit quod fidejubens pro accuſato de vulnere, ſi ſequatur mors, non tenetur de occiſo, & nu. 119. dicit quod licet alias quis non debeat relaxari fidejuſſoribus, tamen ſi facta publicatione proceſſus appareat ipſum eſſe abſolvendum, poteſt liberari fidejuſſoribus.

Vide de modo carcerandi per Capic. in deciſ. 154. Adde quod non tenet fidejuſſio præſtita per laicum pro clerico litigante coram judice ſæculari. l. ubi lex. ff. de fidejuſ. Sed quid ſi fuit liberatus fidejuſſoribus, deinde ſunt indicia ad torturam contra eum, an ſtatim ſit carcerandus, vel debeat expectari publicatio teſtium, dic quod eſt carcerandus, & ita late firmat Luc. in l. quoties, 1. col. cum ſeq. de dignit. lib. 12. De Bottis.

(a) *Flagranti.* Simile verbum. C. de epiſco. & cleri. l. raptores, & de rapt. virg. l. 1.

* Additio. *Vide Andr. in tit. quæ ſint regalia, in verbo, & bona commitentium, in addit. incip. advertendum eſt, & Capic. deciſio. 130. num. 12. 13.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

tionis & vitæ per famam publicam non recipiantur cum fidejuſſoribus. Aut ſi per inquiſitiones de eis factas fuerunt accuſati, aut delati: eſt intelligendum, ſi accuſatio, vel delatio hujuſmodi pendebat, & non erat finita: Sed ſi abſoluta ſit. Item ſi forbannitus propter ſuam contumaciam accuſatur, non recipientur fidejuſſores: quod ſic intelligendum eſt, quicquid dicat gloſſa involvens ſe. Apulus in Apulia accuſatur de aliquo crimine coram Juſtitiario Apuliæ, fuit contumax, & ſic bannitus: deinde de alio crimine accuſatur Neapoli in magna Curia, non recipiuntur fidejuſſores ab eo, qui eſt bannitus, & permanet in banno, multo fortius ſi coram banniente: Nam licet res inter alios acta, &c.

Additio. *Adde Salyc. in l. ſi is qui, in 1. notabili. C. de liber. cauſa. intellige quoad plenum præjudicium, ut in l. ſi duo patroni in principio ff. de jurejur.*

Tamen contempſit Curiam, quæ eadem eſt in omnibus officialibus Regni. Et ſic contumacia ſemel contracta, ſemper durat, niſi purgetur, ut l. cum pater, ff. de uſuris. Et qui ſemel fuit contumax in una cauſa, fugiendo, idem præſumetur in alia. ff. de accuſationibus l. ſi cui, §. iiſdem. Levis etiam converſationis & vitæ erit in aliis, quam unde accuſatur: ſecus ſi de illo banno extractus erat, quia non dicitur forbannitus, ff. de ædili. edicto. l. quod ita, & per ea, quæ dicta ſunt ſupra, l. grandis, & l. pœnam, & l. clementiæ. Non enim omnis, qui accuſatur, reus eſt. C. de accuſatio. l. fin. Quandocunque tamen bannitus veniat, recipietur cum fidejuſſoribus: ſecus ſi capitur in fuga, ut hic notatur. Item ſi de eodem crimine, de quo fuit bannitus, denuo accuſetur coram banniente, vel alio, ſi venit cum fidejuſſoribus etiam poſt annum, tamen ante forjudicationis ſententiam, recipietur, & non carcerabitur: ſecus ſi capitur in fuga. Item dicit gloſſa, quod abſens non fugiens, non capitur: arg. ff. ad leg. Fal. de plag. l. 2. in principio. Sed in alia materia loquitur lex illa: unde innuit gloſſa, quod fiet contumax, ſi poſt bannum capitur, non dicet cauſam ex vinculis, arg. ſupra de pœ. cont. in ci. ca. l. ſi quis poſt litem, circa fi. Quod intelligendum eſt, ſi capitur infra duos menſes, ut dictum eſt ſupra d. l. clementiæ. Sed in caſibus exceptuatis eſt aliud, ſicut eſt crimen majeſtatis contra perſonam Principis, vel collateralium, dicit additio nova, quæ eſt hic circa litteram. Pro quo eſt l. quiſquis. C. ad leg. Jul. majeſt. Item ſi confitetur de crimine † reus. Et ſi fatetur extra judicium etiam faciet indicium ad tormenta, ff. de adult. l. capite quinto, in gloſſa & melius de ædil. edi. l. quoties, §. fina.

† Additio. *Vide Luc. in l. quoties, col. 2. C. de dignit. lib.* 12. De Bottis.

Item ſi captus ſit in flagranti. Ad quod eſt ſupra de officio Juſtitiarii, non per Calendas. Item ſi conſtaret per inquiſitionem, tunc etiamſi a principio dediſſet fidejuſſorem, incarcerabitur, quando incipit conſtare, ne fugiat. C. de cuſt. reo. l. 2. Et ſi reus mittatur ad judicem cum litteris mittentis, etiamſi non ſunt præſentes accuſatores, detinebitur in carcere, donec accuſantes veniant, ut in eorum præſentia procedatur, probatur Actuum 25. Quis dicitur captus in flagranti, & a quo poſſet capi, ſi a quocunque, diximus in dicta conſtitutione. Juſt. non per Calend. & ff. de fur. l. 2. in principio. Sed qualis poſſeſſus ſit habendus contra hujuſmodi captos? Dicunt quidam, quod eo ipſo, quod inventus eſt in flagranti, eſt convictus, & punitur ſtatim ſine aliqua ſententia, ſic innuitur in gloſſa de rap. virg. §. 1. ſuper ver. convicti interficiantur, pro quo videtur facere. ff. de ritu nup. l. palam. §. quæ in adulterio, ubi deprehenſio ſola ſine ſententia notat deprehenſum. Alii dicunt, quod judex interrogabit captum, ſi deliquit. Et ſi fatetur, planum eſt,

quando quod ſui copiam (*a*) ſubtraxerint (*b*) forbanniti. * Prædictis autem ceſſantibus de regulari, & communi jure ſufficientium fidei juſſorum fidei committi decernimus accuſatos, ut

(a) *Subtraxerint*. Argumentum bonum ad hoc. ff. ad Syllan. l. lege. §. 1.

(b) *Forbanniti*. Sane intellige, ſicut verba declarant, quando quis fuiſſet iterum in alio caſu, quam iſto, de quo non impetitur forbannitus: ex iſto enim caſu, de quo nunc accuſatur, licet, quia non comparuit, fuerit forbannitus, nihilominus eſt fidejuſſoribus idoneis committendus, dummodo ante forjudicationis ſententiam veniat per ſe, vel per alium efferens ſatiſdationem idoneam de parendo juri & juſtitia facienda, ut ff. de requiren. reis. l. 1. §. ſi provinciæ præſidem, & ſupra, infra quod tempus ſe repræſentari licet. l. clementiæ. Secus vero ſi bannitus hujuſmodi non veniret per ſe, vel per alium, ſed caperetur in fuga, quia tunc ſine dubio non eſſet fidejuſſoribus committendus, ut ff. ad Syllania. l. lege. §. præterea. Et ſic ſervamus in magna Curia, & facit optime contra hujuſmodi fugitivum, in Authenti. ut nul. judi. §. ſi quis vero accuſatus, collat. 9. & ff. de bon. liber. ſi in libertinum, in fine. Et bene dixi, caperetur in fuga, ſi enim abeſſet, ſecus, aliud eſt enim abeſſe, aliud in fuga eſſe, ut ff. ad l. Fevi. de plagiariis. l. prima.

Additio. *Adde quis dicatur abeſſe, vide per Domi. in ca. ſi delegatus, in 2. no. de offic. deleg. lib. 6.* Superantius.

Accidit etiam ad prædicta ſupra de pœna contuma. in civi. cauſis. l. ſi quis poſt lit. in fi. ubi dicit, captus, aut per judicem, &c.

* Additio. *Nota hunc textum, qui dicit, quod alias bannitus fidejuſſoribus committi non debet, intellige, ſi Juſtitia-*

ANDREAS DE ISERNIA.

eſt, quod damnabitur, ſicut quilibet confeſſus, ff. de cuſt. reo. l. ſi confeſſus, ſi neget, dicunt torquendum ſtatim C. de cuſt. reo. l. 3. in princ. ubi ponitur de capto per officiales in notorio, & dicit littera ſtatim debet quæſtio fieri. Contra quos † eſt C. de defenſo. civi. l. defenſores, quæ dicit mitti ad præſidem hujuſmodi captos in flagranti cum illis, a quibus fuerant accuſati. Ideo non placet eorum poſitio, nam & ſi judex non pro tribunali ſedens comprehendiſſet, cum multis aliquem in flagranti, & captus negaret facinus, tunc ſine examinatione fieri non poſſet. 2. q. 1. Deus omnipotens. §. quando.

† Additio. *Vide Luc. in l. 1. col. 2. C. de petit. bon. ſubla. lib. 10. ubi tenet, quod non poteſt punire, ſive accuſare, vide examinatam hanc theoricam per Luc. in l. 2. C. de fortil. lib.* 12. De Bottis.

Diſtinguendum eſt ergo, aut eſt captus in flagranti per officiales, aut alios ad hoc deputatos per Curiam, & tunc ſine accuſatione per inquiſitionem procedetur. C. de accu. l. ea quidem. 4. q. 3. §. aliquando. Cujuſmodi ſit hæc inquiſitio, ſtatim dicetur. Aut eſt captus in flagranti per privatos, non officiales, & tunc oportet quod accuſetur, ut l. defenſores, propter regulam quæ eſt. ff. de mune. & hono. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem, quia ſine accuſatum nemo punitur, & hoc jure divino videtur factum per Chriſtum, Jo. 14. ubi deprehenſam in adulterio dimiſit, quia non habuit accuſatores. Eo ſalvo, quod etiamſi privati, vel conſanguinei cepiſſent in flagranti notorium criminoſum, qui in conſpectu populi, vel multorum crimen perpetraſſet, quod etiam ſine accuſatore punitur: nam evidentia perpetrati ſceleris accuſatorem non eget, extra de accu. evidentia, ut quia omnes admiſſum ſcelus proclamant, eo. tit. c. tua. in gl. Vel erat notorium toti populo, aut majori parti, ut dicit gloſſa in l. ea quidem, & per Inno. de cohab. cler. & mulierum. c. tua, & ff. de adul. l. 1. §. ſi publico, in fi. dicit gloſſa in notorium ſine accuſatore procedi. Licet intelligat de notorio. l. ea quidem. Sed eadem eſt ratio in prædicto notorio, quando in conſpectu multorum eſt captus in flagranti. Ubi ergo † judice pro tribunali ſedente, deliquerit quis, perinde eſt ac ſi probatum eſſet per teſtes, tunc ſtatim judex poſſet punire, ut notatur in d. §. quando. 2. q. 1.

† Additio. *Vide Corſ. in ſing. ſuis in ver. delictum col.* 23. De Bottis.

Sed & tunc ſi diceret, percuſſi ad meam defenſionem, poſſet eſſe quod alii viderunt, quod ad defenſionem, & quod viderunt prius percuſſum eum, & judex non vidit, argu. ff. de teſti. heredes, in princ.

Additio. *Adde an quis poſſit percutere ad ſuam defenſionem? vide per Doct. in c. ſignificaſti, el. 2. de homi. Doct. in cle. ſi furioſus, eo. tit.*

Bonus judex ſtatim de hoc quærat a circumſtantibus & ſi videat, quod ad morandum & fruſtrandum hoc dicat, deneget. Et ponat cauſam in actis, quare non admittit, ſcilicet quia vidit ipſe, & certus eſt per alios, qui interfuerunt, quia non ad defenſionem fecit, quia non fuit provocatus ab offenſo, & ſi fuiſſet provocatus vidiſſet, ſicut in fi. no. ff. de iti. actuque pri. l. 1. §. fi. in fine magnæ gloſſæ. Non enim debet admittere fruſtratoria. C. de fal. l. ſatis aperte. Alias juris adminicula denegare non debet. C. de ſen. præſe. præt. l. 1. Si judice non ſedente pro tribunali in conſpectu ſuo & multorum, multo magis, quando in conſpectu non judicis, ſed populi, vel aliorum officialium miniſtrorum ſcilicet delictum commiſſum eſt, & captus, vel non ſit in flagranti, ſi quidem eſt notorium permanens. †

Additio. *Adde gloſſam & ibi Ant. de But. in repet. c. veſtra. de cohab. cler. & mulie.*

† Additio. *Nota ex hac doctrina, quæ ponitur in col. præced. ibi, quia ſine accuſatorem, quod licet in adulterio non poſſit inquiri ex officio, tamen fallit, ubi adulterium eſſet notorium, de quo per Afflict. deciſ. 276. nu. 2. & ubi qualiter inducatur notorium tam in criminali quam in civili, & an poſſit condemnare ex confeſſione in judicio incidenter facta, vide Gram. deciſ. 31. ubi late.* De Bottis.

Ut quia tenebat publice adulteram in domo, ex hoc ſine alia examinatione, vel probatione damnabitur. 2. q. 1. de manifeſta. ſic loquitur, de cohab. cler. & mulie. ca. fin. de appel. cum ſic, in fi. c. pervenit, cum ſimilibus. In tali notorio dicitur, quod nulla poteſt tergiverſatione celari, d. §. cum olim. Et quod negare non poteſt flagitium eſt, argum. C. de pœn. qui ſententiæ. Exempla hujus notorii ponuntur per Innoc. in d. c. tua. Si ſit notorium facti interpolati, ut quia notorium erat eum uſurarium, de quo loquitur extra de uſur. c. cum in tua diœceſi. Vel facti tranſeuntis in conſpectu, ſcilicet, multorum, ut populi, tale crimen inficiari poteſt criminoſus, ut in d. gloſſa Innoc. in c. tua, & expreſſum eſt in §. quando. Procedetur ergo ad inquiſitionem in his notoriis, maxime ſi ſit captus in flagranti, hoc modo. Nam in notorio facti interpolati exigitur ſemiplena probatio, ut in c. cum in tua. extra de uſur. Sufficit ubi eſſet notorium per famam, quod eſſet uſurarius, ut poſſit excommunicatus denunciari. Sed ut infligatur pœna corporalis ex delicto, oportet, quod probationes ſint luce clariores. C. de probat. l. ſciant cuncti. Quando ergo captus in flagranti crimine præſentabitur per officiales miniſtros, qui ceperunt, vel conſanguineos, vel privatos in præmiſſo caſu. Quando in conſpectu populi deliquerat, & omnes ſcelus admiſſum, alias commiſſum fere proclamant. 2. q. 1. ſcelus. Vel cum inquiritur in prædictis notoriis, non capto in flagranti criminoſo, judex ſtatim quærat ab eo, ſi commiſit id crimen. Quod ſi confitetur, damnabitur. Et hæc confeſſio dicitur ex abrupto † fieri, ut dicit Azo in ſumma, de confeſſis. Si neget, tunc vidente ipſo capto teſtium juramenta, & dicto ſuo expoſito ei, quod ex quo inficietur ſcire vult judex veritatem, quare ſit captus, & ſi commiſit crimen, propter quod captus eſt, ſibi præſentatus, examinet teſtes capientes, ſcilicet & alios.

† Ad-

ut non incarcerentur (*a*) propterea quod accuſati ſunt tantum, qui in nullo forſitan deliquerunt: & incarcerati, etiam qui incarcerationis tempore fidejuſſores idoneos dare non poterant, datis fidejuſſoribus liberentur. Contingebat enim aliquando, quod ob timorem carceris accuſati etiam innocentes ſe a judiciis ſubtrahebant, & pœnæ nocentium, qui carcerali cuſtodia tenebantur, differebantur interdum, dum cauſam in vinculis non dicebant: contingebat hoc ſæpe propter accuſatorum abſentiam, qui ad victoriam ſibi abunde ſufficere credunt, quod adverſarios ſuos faciunt carceri mancipari. Illud etiam præſenti adjungimus ſanctioni, ut ſi quando accuſati, vel delati propterea in carcere teneantur, quod fidejuſſores dare non poſ-

---

tiarius vel officialis ex cauſa aliqua hoc injungat, ut ſupra in ver. vel Juſtitiariorum noſtrorum aliquis lege injungat, non ergo ex neceſſitate officii tenetur Juſtitiarius ipſum ponere in carcerem fidejuſſoribus non receptis, ſed ſi vult, ff. de judi. l. non quicquid, ſi ergo Juſtitiarius viderit eum, qui licet alias fuerit bannitus committendus fidejuſſoribus, committet, & derogabit, prout ſibi videbitur, & hoc dicit iſte textus, ſi bene inſpicitur. De Bottis.

(a) *Propterea.* Reddit cauſam, quare non poterant. Quid ſi poterant, ſed noluerunt tunc dare fidejuſſores, nunquid ſi volunt ſatiſdare, audiantur? arg. quod non. ff. qui ſatiſdare cog. de die. §. plane. Econtra quod ſic, arg. ff. de operis novi nuncia. l. prætor ait. §. ſi aliquando. Pro prima parte facit illud generale, quod juſte, alias juſtus judex hanc inconſtantiam recuſabit, ut ff. de procurat. l. in cauſæ, cum ſuis ſimilibus. Pro ſecunda parte facit ff. de collat. bono. l. nonnunquam, ubi prætor variantem admittit. Tu dic quod admittendus eſt iſte volens nunc ſatiſdare, per præallegatæ legis argumentum expreſſum: quia hujuſmodi conſtitutionis beneficium debet eſſe manſurum, ut in Authen. conſtit. quæ de digni. §. illud. Non obſtat præallegata l. de die. §. plane. Quia ibi punitur dolus, & contumacia heredis, qui tenebatur cavere legatario, ut ibi notatur. Item non obſtat littera iſta, dare non poterant, &c. quia ſubaudio, maxime. Et iſtud ſubaudio, ut beneficium hujuſmodi conſtitutionis, benigne & large interpretemur, ut ff. de legibus, & ſenatuſ.

ANDREAS DE ISERNIA.

† Additio. *Vide ſupra in conſti. ſi damna clandeſtina.* De Bottis.

Quia quantumcunque ex officio inquirat & procedat, oportet quod ſit convictus, aut confeſſus, ut C. de epiſc. & cler. ſi quis in hoc genus. Et ſi hoc conſtet per depoſitiones teſtium, dicat capto publicando ei depoſita, quod teſtes hoc dixerunt, hoc clamat populus, & dicat ſibi in faciem teſtium. † Et ut vix ipſe, quæ commiſit negare ſufficiat, ut C. de pen. in l. qui ſententia, in fi. Et oportet quod teſtes duo dicant deliquiſſe in conſpectu populi, vel multitudinis coadunatæ.

† Additio. *In præſentia teſtium & partis, vide deciſ. Rotæ 372. in novis.* De Bottis.

Nec ſufficeret primum tantum probare, ut no. Innoc. in d. gloſſa c. tua. ſi poſt hæc confiteatur, procedat tanquam contra confeſſum, & contra convictum, nam non requiritur in his ordo judiciarius. 2. quæſt. 1. quæ Lotharius, & §. in manifeſtis, & in Auth. ut jud. ſine quoq. ſuffra. §. neceſſitatem. Si vero non confiteatur, & aliud non dicat, poterit torquere eum captum in flagranti, contra quem teſtes depoſuerunt, quod deliquerat in conſpectu tot. Nam etſi certum ſit per teſtes de crimine, ut ſciat judex alias circumſtantias † torquet. ff. ad Syllan. & ſi percuſſor. & l. prius, ad exhi. l. fi. Et ſi tortus induratus non fatetur, vel judex nollet torquere, condemnare poſſet ſi fuit convictus per teſtes.

† Additio. *Vide Capol. conſi. 22. pen. col. ſequitur Bal. in c. ad noſtram. col. fi. de proba. & Hipp. Marſ. in ſing. 108. & ego vidi ita ſervari in magna Curia Vicariæ in perſona Nicolai Cerbani de Turri Græci, qui ob ejus duritiam renuit confiteri: tamen quia notorium erat, fuit laniatus.* De Bottis.

Si autem vult ſe defendere, quod ad ſui defenſionem, vel quod alius fuit, qui occidit, vel deliquit: vel vult teſtes reprobare, quia inimicos ſibi, vel aliud rationabile dicere velit, audietur, ut patet in l. ea quidem, ibi, verum ſi falſis criminibus, &c. non negatur, quin alios accuſet, ſi velit. Et proponetur ordinarium judicium, ut accuſatio, vel extraordinarium, ut inquiſitio, ff. de mino. l. in cauſæ. Et tunc oportet, quod lis conteſtetur, & omnia ſolemniter fiant, ut in glo. Innoc. in d. c. tua. Si vero non appareat accuſator, inquiret, ut dictum eſt, quando in flagranti capitur, quod plus eſt, imo quando fugit quis, ex non ſcripto procedetur, ſine juris ordine, per Auth. ut judi. ſine quoq. ſuffrag. §. neceſſitatem. Et tunc ſi accuſatio fiat, proderit accuſatori capto in flagranti, quia in vinculis cauſam dicet per hanc conſtitutionem, nam in fugiente capto, idem eſt de jure communi, ff. ad Syllan. l. lege Cornelia. Non autem ſufficiet probari crimen per capientes tantum, quia habentur loco accuſatoris. Sunt enim cauſa, quare per officiales proceditur: quia deprehenderunt in flagranti, videntur quodammodo in cauſam ſuam deponere, & ſic teſtimonium eorum non videtur validum, ff. de teſti. nullus. Non tamen videtur eorum teſtimonium reſpuendum, quia in cauſa denunciationis, eſt idem denunciator, & teſtis, & hoc no. extra de ſimon. c. licet Hely. §. cum autem, de teſti. in c. in omni, 4. q. 3. c. 1. in gloſſa. Non enim ex hoc quod ceperunt delinquentes in flagranti, videtur delinquentem offendere. Quia cum licet de jure ſic capere, ut ſupra dictum eſt, juris executio non habet injuriam, ff. de injur. l. injuriarum, §. 1. pro quo eſt argum. ff. ſolu. matrim. l. in his, e. reſpon. Ubi imputatur ad culpam occiſo, ſi ipſe occiſus culpaverit, & cauſam præbuerit mortis ſuæ, nec imputatur occidenti. Si ergo non eſſent alii teſtes, quam illi, qui reum ceperunt in flagranti, dummodo aliud non obſtet eis, per quod a teſtimonio alias poſſent repelli, videtur ſtandum dicto eorum, quia edictum de teſtibus eſt prohibitorium.

Additio. *Adde l. 1. ff. de teſti. Abb. in 1. in 2. not. eo. tit.*

Iſti propter hoc non repelluntur, ut dictum eſt, & quia non cavetur, ut repelluntur, ergo admittuntur, ff. de teſti. l. 1. nec eſt anguſtandum, ut probationes cadant. C. de re. cre. generaliter, de here. l. quoniam, ff. de teſti. curent. quia quod legitime fit, non meretur pœnam. C. de adult. Gracchus, videtur expreſſum Danielis 12. ubi illi presbyteri, qui exarſerunt in Suſannam, denunciaverunt, quod deprehenderunt eam in adulterio, & teſtes fuerunt, & ad eorum teſtimonium condemnata fuit ad mortem: niſi quia falſitatem eorum revelavit Dominus per Danielem. Circa hoc invigilet ſolicitudo judicis, qui debet modis omnibus inquirere veritatem, in Auth. de tabel. in principio & qui magis ſcire poteſt quantum fides, &c. ff. de teſtib. l. 3. §. 1.

H*Umanitate.* Ibi, niſi crimen adeo, &c. Notat textus, quod confeſſus de crimine, & deprehenſus in flagranti crimine, & ille, contra quem conſtat publicum, ſeu notorium crimen commiſiſſe, non audiantur, volentes evitare pœnam carceris danda fidejuſſores, de qua materia vide plene in c. ab illo inchoandum, extra de cohab. cler. & mulie. c. tua. de notorio juris & facti. Sed quando dicatur quis forte captus in flagranti crimine? vide per D. And. in conſti. Juſtitiarii non per calendas, §. flagrantia. Ibi, aut publice. Hoc vi-

poſſint & ſe defendere ſint parati, (a) ſoluti vinculis in judicio præſententur: nec ex vinculis cauſam dicant, & deinde poſt inſtantiam ſoluti judicii ad vincula reducantur. Accuſatores

natuſ. l. benignius, & ff. de conſtita. prin. l. beneficium. Et habes ad hoc optimam legem quaſi expreſſam, ut ff. ut in poſ. lega. l. ſi pecuniæ, in fi. & arg. ff. qui ſatiſdar. cog. ſi fidejuſſor. §. fina. & facit etiam ad præmiſſa. ff. de cuſtod. & exhiben. reor. l. 2. §. ſolet. & arg. etiam bonum. ff. de colla. bon. l. 1. §. jubet. in ver. ſed ſi per contumaciam, &c. Et eſt ratio: quia non ſemper eſt facile invenire fidejuſſores, & maxime idoneos, ut in Authent. de depoſi. & denunc. inqui. in fine, coll. 8. & frequentius contingit ſatiſdationem ex inopia non præſtari, quam ex malitia denegari, ut ff. ſoluto matrimon. ſi conſtante. §. quoties, ubi dicit, quod quidem hodie magis uſitatum eſt, &c. Et ideo danda eſt dilatio ad fidejuſſores inveniendos: & interim, qui fidejuſſores dare debet, expectandus eſt, ut ff. de collat. bonor. l. 3. §. fi.

(a) *Soluti*. Concordat. ff. de quæſtionibus. l. unius. §. cognituram. Interdum tamen ſervus ex vinculis cauſam

ANDREAS DE ISERNIA.

videtur corrigi per c. Regni, quod incipit, de inquiſitione, §. 1. in fine. Dicas quod hic erat publicum & notorium, ibi notorium. Ibi, collateralium noſtrorum, &c. Ex hoc videtur, quod in aliis caſibus, quibus committitur crimen leſæ majeſtatis, qui numerantur in l. 2. §. 4. ff. ad leg. Jul. majeſt. conſtitutio iſta non habeat locum, cum ſit ſtricti juris, l. aſſumptio, ad munic. & concordat cum iſta conſtitutione cap. quod incipit, ad audientiam noſtram. Ibi copiam judicii ſubtraxerint forbanniti. Hoc ſano judicio intelligendum eſt, quando iſti forbanniti permanſerunt in banno, ab ipſa bannitionis ſententia non extracti: & eſt ratio, quia mora contracta ſemper durat, ff. de leg. 2. l. Titia, §. Titia, & l. non poteſt. §. uſuras, ff. de uſur. Quinimo creſcit potius contumacia, ſi non purgatur, ff. de pœn. l. relegatis, in fine & C. de par. pote. l. filius. Tanto enim ſunt graviora peccata, quanto diutius inveniuntur eſſe commiſſa, extra de conſue. c. fi. de ſimo. cap. cum in eccle. Unde illi, qui inveniuntur banniti per ſententiam alicujus judicis, perſeverantes in banno, & contumaciæ contumaciam ſubjungentes, & poſtea delinquunt, ſi volunt dare fidejuſſoriam cautionem de parendo juri, & juſtitiam faciendo de delicto poſterius commiſſo, non admittuntur ad fidejuſſoriam cautionem, quin primo carceri mancipentur. Sed ſi tales banniti per judicem bannientem purgent contumaciam ſecundum formam conſtitutionis Reg. exemptique fuerunt legitime, ut dicit conſtitutio Imperialis, quæ incipit, Clementiæ, & alia, cordi. & alia regis, quæ incipit, conſtitutio culpæ, abſurdum eſſet dicere quod non admittantur ad fidejuſſoriam cautionem: & includerentur carceri propter contumaciam contractam, qua fuerunt per rebannitionem liberati, & illis fuit purgata. Finita enim cauſa principali, ſeu primæva, nullum ex ea poſtea retinetur veſtigium, ff. de adopt. l. 3. ſicut clare videtur in ſententia excommunicationis, 12. q. 3. c. nullus & c. certum, cujus excommunicationis effectus ſeparat actionem fidelium. 11. q. 3. cap. eciduntem, & tamen excommunicatus poſt abſolutionem ſuam reducitur in priſtinum ſtatum auctoritate eccleſiæ, ut bene colligitur ibi, q. 2. c. vox ſanctorum, & c. juratos, arg. 3. q. 3. c. beatus, & poteſt colligi 11. q. 3. c. epiſcopus. Nam & ejus obligationis, cujus effectus ceſſaverat per excommunicationem, abſolutione poſtmodum interveniente, fit redditio in priſtinum ſtatum. Sicut apparet in vaſallis abſolutis a ſacramento fidelitatis propter dominum excommunicatum, quo abſoluto ſtatim reducentur ad priorem obligationem ipſius: ſicut no. 11. q. 3. c. Julianus. Et poteſt aliis probationibus aperte probari: conſtat enim, quod peccatum dividit, ſive ſeparat bonum a Deo, ſicut ſcribit Iſaias 18. Peccati viam diviſerunt inter vos, & Sapientiæ perverſæ cogitationes ſeparant a Deo. Et tamen per diſpenſationem ſacerdotis peccator confeſſus reducitur in priſtinum ſtatum: alias ſi ſenatus in priſtinum ſtatum addixerit, perinde eſt ac ſi nunquam morboſus fuiſſet, ff. de ædil. edic. l. quod ita ſenatum. Præterea iſta extractio a banno, ſeu rebannitio eſt quædam ſpecies reſtitutionis, quæ reducit bannitum in priſtinum ſtatum: ſicut per dictas regni conſtitutiones liquido probatur. Hoc autem proprium eſt reſtitutionis, quia reducit omnia in priſtinum ſtatum, ff. de mino. l. quod ſi minor. §. reſtitutio, & C. de repu. l. unica, quod ſi natura banni caverit expreſſe, reſtituta & rebannitio abolet, & extinguit. C. de ſen. paſ. l. fi. in fine; ideo quia tantum ad reſtitutionem indulgentia valet, quantum ad executionem ſententia valuit, ut quia deportationis ipſum per ſe nomen omnium rerum ſpoliatio eſt: ita indulgentia, reſtitutio honorum, & dignitatis uno nomine, amiſſorum omnium eſt recuperatio, & expreſſius de hujuſmodi rebannitione deciditur, de ma. & hon. l. & qui originem. §. ſi in metallum, ubi dicitur quod in metallum damnatus ſi reſtitutus eſt, haberet perinde ac ſi damnatus non fuiſſet. Item reſtituta per Principem a turpitudine vitæ, quam habuerat totaliter, mundatur ab omni macula contracta: & aboletur ejus infamia, ut ne vocabulo quidem inhoneſtarum mulierum valeat nominari. C. de nup. l. imperiali. Sed inſtatur ad hoc, & videtur quod ipſa rebannitio non habeat effectum reſtitutionis plenæ: quia licet bannitus ſit a banno extinctus, ſive rebannitus reddatur in priſtinum ſtatum, ut prædictum eſt: tamen tertiam partem bonorum mobilium quæſitam propter contumaciam fiſco, bannitus eam non recuperat, ſed remanet ipſi fiſco quæſita, in pœnam commiſſæ contumaciæ, ut in conſtitutione, grandis, in fine de pœ. contu. Ad quod dicendum eſt, quod extractio a banno, ſeu rebannitio, quæ fit ex lege, ſeu conſtitutione reſtituit bannitum ad integrum ſtatum perſonæ, & ad bona advocata, non ad tertiam partem bonorum mobilium, quam perdidit per contumaciam, quam bannitus amittit ex ipſius conſtitutionis poteſtate: quia contumax bannitus propter ſui contumaciam punitur, ut in d. conſtitutione, grandis. Reſtituitur ergo bannitus ad ſtatum, & ad formam, qua de facto gravatus erat propter banni ſententiam. C. de requi. re. l. fi. ad bona advocata, non autem confiſcata, ut præmiſſum eſt: hæc quidem reſtitutio reintegrat famam, quæ eſt reſtitutio, quæ mitior & plenior debet eſſe, quam reſtitutio hominis, ut arg. ff. de arbi. l. Celſus, ad quod accedit extra de elec. c. diligentia. Et hoc quidem contingit in excommunicato, cujus eſt bona & conveniens ſimilitudo ad iſtum caſum, quod abſolutus a ſententia excommunicationis, recuperat jura, quæ perdiderat ex ipſa. Sed proventus percepti interim durante ipſa ſententia excommunicationis contractæ, non recuperat, ut C. de re mi. l. ſtipendia, & l. cum allegas, niſi ad illos proventus eſſet de ſpeciali indulgentia reſtitutus, ut ff. de re mil. l. deſertores, §. is qui. & no. Goffr. in ſum. de ſent. excom. §. tollitur excommunicatio, in principio. Sic poſtquam bannitus non recuperat per rebannitionem tertiam partem mobilium per contumaciam commiſſam per eum: paret, quod durum & grave foret, ſi bannitus regravaretur poſt rebannitionem, quod fidejuſſores dare non poſſit: ſufficit enim, quod ſit punitus ex ſua contumacia in tertia parte mobilium bonorum, quam commiſit: arg. bonum de vulg. & pup. l. ex facto, §. Julianus, ibi enim ſatis punitus eſt in eo, quod contra legem facit, nec eſt etiam æquum quod duplici genere gravaretur, ff. de do. præle. l. pe. & ad Treb. l. cogi. §. inde quæritur. Præterea per demonſtrationem oſtenditur non poſſe procedere, niſi per inconvenientiam, ut reus extractus a banno non admittatur ad fidejuſſoriam cautionem. Pone Titium accuſatum, convictum de furto, & condemnatum pœna quadrupli, vel

res inſtanter accuſationem volumus proſequi inſtitutam, a qua ſi forte in odium incarcerati deſtiterint, ut ſupplicio carceris affligatur, deſiſtentiæ pœnam noſtris conſtitutioni-

---

cauſam dicit, ut ff. de cuſtodia & exhibitione reorum. l. 2. ad Senatuſcon. Syllania. l. lege. §. preterea, &c.
* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

vel ad abſciſſionem manus, propter Auth. ut nul. jud. §. quia vero, & poſtea ipſum reſtitutum: certum eſt, quod per talem reſtitutionem reducitur ad priſtinum ſtatum, & ejus habilitatur infamia, ut ff. de pecu. l. 1. §. deinde. & §. de qua igitur, ergo damnatus ipſe accuſatus de alio crimine, rationabiliter admittendus erit ad præſtandam fidejuſſoriam cautionem, ſi non repugnat natura criminis: quia quilibet admittitur ad præſtandam cautionem, qui non prohibetur, ff. de actio. ter. l. divus, & in hac conſtitutione. Sed iſte accuſatus de furto fit per ſolam contumaciam bannitus: licet poſtea ſit extractus a banno, ſeu rebannitus, ſi non reciperetur ad præſtationem fidejuſſoris foret inconveniens, & injuſtum, plus enim concederetur convicto & damnatu poſt habitam reſtitutionem, quam accuſato, & bannito tantum, ut patet per extractionem a banno, quæ eſt reſtitutio regalis: cum tamen accuſatio reum non faciat, ut C. de acc. l. fi. Ex hoc etiam aliud abſurdum & inconveniens ſequitur, quod aliquis ſemel bannitus de aliquo crimine etiam levi, ad præſtationem fidejuſſoriæ cautionis non admitteretur: & condemnati, & puniri tribus, aut quatuor delictis, ſi poſtea reſtituti eſſent, admittentur, poſito quippe hoc quod non oportet, ut C. de raſcin. ven. l. ætas. Certum eſt autem ex proprietate legis & conſtitutionis, quod ſit juſta & æqua. 4. diſt. erit autem lex, & colligitur in Auth. de non elig. ſec. nuben. §. ult. colla. 1. Ad juſtitiam enim pertinet adæquare partes inæquales per etymologiam. Juſtitia enim proprie dicitur adæquatio partium inæqualium, de injuſtis juſtas faciendo, quod idem ſonat, adæquo, adæquas, ſicut notat egregius Doct. S. Thom. de Aquino, in 2. 2. q. 58. Unde conſequenter venit, quod hæc conſtitutio non eſt lex, ſive conſtitutio, quia non juſta, plus puniens de crimine non convictum ad contumaciam, & reſtitutum, quam nocentem damnatum, & reſtitutum: pœna enim proportionanda eſt delicto ſeu culpæ, ut deſcribitur Deut. ap. c. ibi, Qua menſura peccat, erit propagatus, & ff. de leg. 1. l. fi. Præterea dicit Auguſtinus de lib. arbi. quod lex non eſſe videtur, ſi juſta non fuerit. Ergo patenter oſtenditur, quod hæc conſtitutio non eſſet cenſenda lex, lex autem eſt conſtitutio ad rationabilem intellectum: ſic in iſtud, & inæqualiter traherentur, quod reus bannitus, & condemnatus non habetur pro damnato, ſeu convicto, ut ff. de decu. l. divus, unde magna abſurditas, ſcilicet quod poſt extractionem a banno, ſeu poſt ejus rebannitionem remaneat in numero reorum, & majorum criminum, majeſtatis & hæreſis, & tanquam convictus, utpote confeſſus, in flagranti crimine deprehenſus, ſicut dixit hæc conſtitutio non recepta cautione in carcere teneatur. Durius quidem eſſet, quod poſt purgatam contumaciam detineretur, quod revera eſt a judice reſpiciendum, ut ff. de incen. rui. nau. l. pe. purgat namque moræ culpam, abolet pœnam, & tollit, periculumque evitat, facit, ff. de peric. & com. rei vend. l. illud, ff. de ver. obl. l. ſi ſervus, §. ſequitur, & l. interdum, eo. tit. & ff. de ſol. l. ſi decem, §. Sticham. Et idem credimus, ubi eſt aliquis bannitus bis vel ter, aut pluries, dum tamen ab omnibus bannis extractus ſit per jam dictas rationes, quæ ſic habent locum in pluribus bannitionibus, & rebannitionibus, ſicut in una te. ff. de admi. tu. l. ſi duo, in fine, & de ver. obl. l. quid ſi. Habet enim hæc conſtitutio locum in bannitis in banno durantibus, & in contumacia, vel contumaciis jam contractis, ut ſupra dictum eſt. Petrus de Monteforte.

Sed nunquid ſi officialis tempore ſui ſyndicatus accuſatur criminaliter, tenetur præſtare fidejuſſoriam cautionem, ſecundum formam hujus conſtitutionis? Volunt quidam dicere, quod hæc conſtitutio eſt jus novum: & corrigit jura vetera, & generaliter & indiſtincte dicit, quod quilibet accuſatus criminaliter teneatur, ergo indiſtincte, & generaliter eſt intelligenda: ſi enim aliud voluiſſet de officiali, dixiſſet. Sed quia tacuit, habetur pro omiſſo, ut ar. C. de cad. tol. l. 1. §. ſi vero, & ſic dicunt, quod hæc conſtitutio corrigit legem, ut omnes cauſæ civiles juratoriæ cautioni committantur. Quod verum non eſt, ſi ſubtiliter advertas: nam hæc conſtitutio idem dicit, & continet, quod jura vetera, & ſic non corrigit, ſed concordat, ut clare patet in l. 1. & l. divus, de cuſt. reo. & legum correctio eſt evitanda, ut l. eorum, de exhi. re. §. tribus. C. de inoff. teſt. l. 1. Præterea quod non eſt verum, quod per hæc corrumpantur jura vetera: tamen nequaquam corrigent legem illam. C. ut omnes cau. tam civi. quam crimin. ſpeciale privilegium conceſſit officiali: nam clauſula generalis non extendetur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt proviſum, ut ff. de pœn. l. ſanctio, & de alim. leg. l. alimenta, §. baſilicæ. Præterea lex communis ſuperveniens non tollit privilegium, niſi de eo faciat ſpecialem mentionem, ut extra de exce. c. cum, & de re jud. c. cum inter monaſterium, & ſecundum hoc, ut omnes cauſæ tam civiles, &c. continetur privilegium, ſcilicet, ut admittantur juratoriæ cautiones, & ſic debet per legem communem, ac ſi de ipſo mentionem non faciat ſpecialem: & ſic hodie officialis accuſatus criminaliter tempore ſyndicationis non debet fidejuſſores præſtare, ſed juratoriæ cautioni remitti. Ceterum quod dicitur hic, ſane intelligas, quando tales forbanniti contumaciam contumaciæ cumulant: & hoc ideo eſt, quia mora ſemel contracta durat, ut ff. de uſuris, l. cum pater, & l. Titia Sejo. §. uſuras, ideo quia ubi non purgatur, ſemper excreſcit, ut ff. de pœ. l. in legatis. Sed ſi banniti fuerunt, purgataque fuit contumacia, a banno extracti, ſeu rebanniti indubitanter recipiendi ſunt ad fidejuſſionem, ſi natura criminis non repugnat, ut in carcerem ſint trahendi: tales enim extracti a banno, & rebanniti pro non bannitis habentur, tanquam reſtituti ea legis poteſtate, ut ff. de mune. & hono. l. & qui originem, §. ſi in metallum, & C. de nupt. l. 1. & de ſenten. paſ. l. fi. Et de hoc dic, ut plene notavi in quadam apoſtilla poſita in principio hujus libri. Eſt enim præcedens, quæ incipit, No. tex., &c. Barthulomæus de Capua.

Quæro an fidejuſſ. de judicio ſiſti debeat poſſidere immobilia, & ſtabilia? dic quod ſic, ut colligitur Inſti. de replic. §. fin. Et quod plus eſt, debet poſſidere ea in loco juriſdictionis, ut no. glo. ſign. in l. fi. C. de prin. agen. in re. In textu, ibi, niſi crimen, &c. ſcilicet confeſſione ſua per eum facta in jure. Sed quis dicitur confeſſus in jure? dic ut no. ſup. in conſtitutione ord. in fi. gl. mag. & in l. 1. C. de confeſ. in gl. mag. circa principium, in qua ſi perduravit, tenebitur ex ea: nec ad fidejuſſoriam cautionem admittitur, arg. ejus quod notatur in conſtitutione ſi damna. alias ſi non perduraverit, non tenetur. ff. de quæſt. l. 1. §. divus, & §. ſi quis ultro, ideo crederem ad fidejuſſoriam cautionem admitti, ut ll. prædictis. Sed quid ſi non perdurando in ea vellet probare contrarium, an ad talem probationem admittatur? certe ſic, ut ff. ad leg. Aqu. l. inde Neratius, §. fi. & l. hoc apertius, & l. proinde, 1. reſpon. Et proinde eſt, quod quis debet in confeſſione durare, ad hoc ut condemnetur ex ea. Ideo arguendo dico, quod ad hoc, ut quis ad fidejuſſoriam non admittatur, debet in ſua confeſſione durare: alias ſi non perdurat in ea, ſed vellet probare contrarium, bene admitteretur, ut dixi: & per conſequens probato contrario admittatur ad fidejuſſoriam cautionem. Item circa hunc textum quæro, an ſi in caſu non conceſſo admittitur reus fidejuſſoriæ cautioni, teneatur fidejuſ-

nibus ſtabilitam ipſos decernimus ſuſtinere. Cuſtodiantur * autem in Curia Juſtitiarii incarcerati ſub expenſis ſuis, vel ſi nimium pauperes ſint, ſub expenſis Curiæ. In utroque caſu cuilibet cuſtodi per diem, 13. Grana, ſecundum aſſiſiam Curiæ, tribuantur, ut in captivorum cuſtodiia, ſicut hactenus, homines non graventur. Eorum tamen cauſas, quos de conſcientia noſtra capiet, detineri mandamus, inconſultis nobis examineri non volumus, nec decidi. Maluimus enim aliquando reum criminis carceri detineri, quam perdere, & vidimus aliquos juſte captos, & deinde miſericorditer liberatos, poſtea factos bonos & frugi, dum ipſis vexatio præbuit intellectum. Ab illo potiſſime Juſtitiarii noſtri prorſus abſtineant, ut unum pro alio, velut patrem pro filio, vel econverſo, ſeu fratrem pro fratre, vel quamcunque conjunctam perſonam pro reo, fidejuſſores forſitan non præſtante, carceri non intrudant.

De

* Additio. *Quæro, an poſſit Baro cogere vaſſallos ad cuſtodiam carceratorum, vide moderniores in cap. regni, gravamina, num.* 95. Jacob. Anellus de Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

dejuſſor præſentare eum? Credo quod ſic: licet ſit argumentum contra in corpore Auth. ſcenicas non ſolum ſi fidejuſſores, in prin. collar. 5. Sed an illuſtribus ſit hodie ſublatum privilegium quod habent, ſcilicet, quod accuſari de quocunque crimine, non tenentur dare fidejuſſores, ſed tantum debeant remitti juratoriæ cautioni? Reſpondeo, quod non: quia quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? l. ſancimus. C. de teſta. & de appel. l. præcipimus, in fine & in conſtitutione illa nihil in contrarium ſtatuitur huic caſui: & caſus ille poſitus eſt. C. de dig. l. quoties, lib. 12. In textu ibi, notorium. Quæro, quid ſit evident, vel notorium, dic quod evidens, vel notorium eſt, quod ſe ingerit oculis hominum, & celari non poteſt, 2. q. 1. cap. in manifeſtis. Et eſt manifeſtum, quod evidenter videtur. Et quod in notorio delicto non ſit neceſſarius accuſator, probatur extra de accuſa. c. evidentia. In prædictis etiam accuſator, vel teſtis, vel ordo judiciarius non obſervatur, ut extra de jureju. c. ad noſtram, ſententia tamen eſt neceſſaria, ut extra de divort. c. porro. Item in notoriis non eſt admittenda appellatio, ut extra de uſur. cap. quam perniciosum. Item quæ manifeſta ſunt, probatione non indigent, ut no. ff. de offic. procurato. l. nec quicquam. §. de plano, & in illa gl. Sed quæro, quot modis dicitur notorium? dic tribus, ſcilicet, per ſententiam, per confeſſionem factam in judicio, & quando evidentia rei tergiverſatione celari non poteſt, ut extra de cohabit. cleric. & mul. c. contractus, in glo. ſua. Et quid ſit evidens, vel notorium, vide Inno. in ca. ma, eod. titu. In verbo, ab hujus etiam arreſtationis. Nota ex hoc verſiculo ſex caſes, in quibus non admittitur quis ad fidejuſſoriam cautionem: & aliut eſt, quando quis non poteſt dare fidejuſſores idoneos pro qualitate criminis, & perſonæ: quia tunc non admittitur ad fidejuſſoriam cautionem. In gloſſa quando, §. & incarcerari. Nota, quod ſi aliquis eſt poſitus in carcere, quia non potuit dare fidejuſſorem, & poſtmodum vult dare, quod auditur, & debet liberari. Petrus de Monteforte.

In §. illad, circa medium. Nota, quod ex hoc textu trahitur, quod quotidie fit in Curia, quod cum captivi exiſtunt in præſentia Curiæ, & opponunt defenſiones eorum in judicio, vel aliquo interrogante, quod ſolvuntur catenis & vinculis, & poſtea iti reducuntur ad eas ſtatim. In textu ibi, a qua ſi forte, &c. Iſte textus videtur innuere, quod ſi accuſator noluerit proſequi accuſationem, quod judex debet finire eam ex ſuo officio, & punire accuſatorem, & hoc eſt expreſſum in capitulo, Spectat ad præſidem, & eſt regis Roberti. In §. cuſtodiantur. De jure communi, allagatur gloſſa in l. eum quem temere. ff. de judiciis, quod non teneor dare alimenta ei, quem feci incarcerare. Sed parum facit alleg. l. 5. C. de eroga. mil. anno. lib. 12. quod debeam dare ei alimenta. Item an judex poſſit denegare alimenta incarceratam, ut confiteatur? & omnino ſic, ut no. in l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de injuriis. In gloſſa in verbo, forbanniri, in fine. Nota, quod danda eſt dilatio ad inveniendum fidejuſſorem. Sed nunquid danda ſit dilatio ad inveniendum advocatos? dic quod ſic, ut in l. ait prætor, in fi. ff. ex quibus cauſis maio. & minime ſi eſt abſens juſta de cauſa, ut extra. ut lite non conteſt. cap. 1. & 2. in gloſſa ubi dicit, quod grave eſt habere alium advocatum quam primum, ut ibi plene. Sed ſi malitioſe petit, &c. non eſt danda, ut extra. de dolo. c. prout. Petrus de Monteforte.

Iſta conſtitutio declaratur per cap. item caveant juſtitiarii, & cap. item juſtitiarii delatus, & cap. ab illo inchoandam, & c. item ſtatuimus quod nullus. In textu ibi, & capitalibus cauſis. Quæ dicantur capitales cauſæ, habes. ff. de publ. jud. l. 2. & no. infra in conſtitutione, quæ incipit, In pecuniariis, juxta finem.

Ibidem, capitalibus. Ubi pœna corporalis imponitur, ſecus in pecuniaria, ut ff. de procur. l. ſed & hæ. §. 1. & l. ſervum. §. propter, & ſupra de uſurariis, in conſtitutione, Uſurariorum, in penul. glu.

Dixerunt quidam magiſtri & ſolemnes Regnicolæ: aliqui dicunt quod fuit quidam dominus Argentinus de Neapoli, tempore Reginæ Joannæ primæ, formaliter, in l. 1. ff. de cuſtodia reorum. Quod de jure conſtitutionum regni quicunque paratus eſt dare idoneam fidejuſſoriam cautionem, pro qualitate delicti, & qualitate perſonæ, aut facilitate conveniendi, accuſatus de quocunque crimine non debet detineri in carcere, exceptis certis caſibus, utputa in crimine læſæ majeſtatis, & in crimine notorio, & in capto in flagranti, & in confitente delictum, vel alias ubi conſtaret, ut patet hoc in conſtitutione regni, Humanitate. Verum hodie ſecundum c. regni, ab illo inchoandum, ubi procederetur contra aliquem per viam inquiſitionis, vel accuſationis, in his criminibus, in quibus imponitur pœna civilis mortis, vel naturalis, vel membri abſciſſionis: ſi conſtat ante publicationem, poteſt detineri delatus, vel accuſatus, verum ſi facta publicatione conſtat de innocentia delati, vel accuſati, datis novis fidejuſſoribus liberaretur, & hoc per dictum c. ab illo inchoandum. Quanquam alias conſtare non dicatur, niſi poſt concluſionem, ut notat Innoc. in c. ſignificavit, de teſtibus. Et quod dixi, ubi conſtaret de delicto, intelligo ſecundum ritum magnæ curiæ, ſcilicet per unum teſtem. Nec reus facta publicatione liberaretur, etiamſi conſtaret de innocentia ejus: niſi facta concluſione in cauſa, ſecundum ritum, & obſervantiam magnæ curiæ Vicariæ, quæ in hoc derogat d. c. ab illo inchoandum. Et idem forſitan eſſet, quod haberet locum detentio, quando probarentur tanta indicia, quod quis eſſet exponendus quæſtionibus, & tormentis, per l. ſi quis hominem. ff. depoſ. quod intelligo de his criminibus, ubi veniret imponenda pœna ultra relegationem, per c. Regni, quod incipit, tormenta. Argentinus.

In textu, ſuper criminalibus. Quod determinatur per c. Regni, ab illo inchoandum, & ibi dicitur, in quibus caſibus, ſeu criminibus, convictus ſit in carcere ponendus. Pet. de Montef.

In textu, publico. Hoc videtur corrigi per capitulum primum, infra de inqui. niſi dicas, quod hic erat no-

De eo qui poſt crimen adulterii intentatum, uxorem recipit.

TITULUS XI.

Si maritus accuſavit uxorem ſuam de adulterio, & lite pendente eam recepit, ſubaudi eam, ut uxorem tractando, videtur deſtitiſſe a lite, & poſtea ipſam litem proſequi non poteſt. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem Auguſtus.

† IMPER. FREDERICUS.

QUi (*a*) poſt crimen adulterii iotentatum uxorem acceperit, deſtitiſſe videtor. Ideoque ſuſcitare quæſtionem ultra non poterit.

De deſiſtentibus ab accuſatione.

TITULUS XII.

Si accuſans impetravit a judice citationem contra accuſatum, & in ultimo peremptorio termino contento io citatione accuſator non comparuit io judicio, ſed comparuit accuſatus, & accuſavit contumaciam accuſatoris, judex debet condemnare ipſum accuſatorem ad ſextam partem bonorum ſuorum omnium mobilium fiſco applicandorum, & ad reſtitutionem omnium expenſarum factarum per ipſum accuſatum, quæ expenſæ cum juramento ipſius accuſati taxabuntur per judicem, quia poſt citationem impetratam non eſt licitum accuſatori deſiſtere, niſi de licentia domini regis, quam deſiſtentiam ex juſta cauſa rex non denegat. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

ACcuſatorum (*b*) temeritatem antiquis legumlatoribus odioſam tanto magis nos ipſi perſequimur, quanto io noſtra Republica ipſam magis invenimus abundare. Hac igitur conſtitutione ſancimus, Ut ſi quis a Curia noſtra, vel Juſtitiario regionis (*c*) aliquem citari petierit, citatus tanquam obedientiæ filius, in peremptorio ſibi dato * compareat accuſatori ſuo legitime reſponſurus, accuſatore io accuſati diſpendium & in deluſionem Curiæ noſtræ mioime compareote, accuſatorem in ſexta parte mobilium bonorum mulctari cenſemus, expenſis nihilominus accuſato ſacramento ſuo, cum taxatione judieis declarandis, iotegre reſtitutis: quæ omoia per eum, qui reum ipſum coerceri mandaverit, perfectæ executioni mandentur. Abolitionem namque accuſator, ſi voluerit ab accuſatione deſiſtere, a nobis poterat impetrare, quam juſta de cauſa petitam noſtra ſerenitas non oegaſſet.

De

De eo qui poſt crimen adulterii &c. Rubrica.

(a) Q*Ui poſt*. Iſta conſtitutio concor. ff. de adul. l. ſi oxor, in fi.

De deſiſtentibus ab accuſatione. Rubrica.

(b) A*Ccuſatorum*. Si quis accuſator poſt citationem factam, & reo in termino comparente ſine abſolutione deſiſtat, punitur in ſexta parte mobilium fiſco, & adverſario in expenſis de jure noſtro. Ao incidat in Turpillianum ante litem conteſtatam deſiſtens? eſt opinio. Dic tamen quod ſic ex ſententia, non ex verbis, ut no. ſſ. ad Turp. quæſitum.

(c) *Aliquem citari*. Loquitur ergo hæc conſtitutio ante litem: ſequens vero poſt litem conteſtatam: & loquitur lex iſta & ſequens in contumace, ſed ultima loquitur in tranſigente.

* Additio. *Intellige in quocunque termino reus compa-*

ANDREAS DE ISERNIA.

notorium, & publicum, ibi non. Pet. de Monteforte.

In textu, *levis* converſationis, & vitæ. Hoc videtur corrigi per c. t. infra, de inquiſi. Pet. de Montef.

Et nota, quod ſi plures accuſantur, onus poteſt fidejubere pro alio, ut probatur in l. omnes. §. in hac autem Regia. C. de epiſc. & cle. ibi vicariis fidejuſſoribus, & ibi Sergius de Neapol. & no. Dyn. ff. de tu. & curat. da. ab his. l. Romanus Aquilius, & plene per Spec. in ti. de ſatiſd. §. dicto. ver. quid de ſcholaribus.

Jo textu, ſuſpectas. Quæro*, an officialis tempore ſyndicatus criminaliter accuſatus teneatur præſtare fidejuſſores ſecundum formam hujus conſtitutionis? Dicunt aliqui quod ſic, & conſequenter, quod hæc conſtitutio corrigit. l. t. C. ut omnes tam ci. quam cri. jud. Nam ſi aliud voluiſſet de officiali, aliud dixiſſet. C. de cad. toll. l. r. Dic contra. nam hæc conſtitutio idem continet, quod jus vetus, ut patet. ff. de cuſt. reo. l. 1. & l. divus, & legum correctio eſt evitanda. Præterea poſito, quod corrigeret jus vetus, quod non eſt verum, non corrigeret legem illam, quæ ſpeciale privilegium concedit officiali, nam generalis clauſula non extenditur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt proviſum. ff. de pœnis. l. ſanctio legum. ff. de ali. & ciba. leg. l. alimenta. §. baſilicæ. Præterea jus commune, ſeu lex communis ſuperveniens non tollit privilegium, niſi de eo ſpecialem faciat mentionem, extra. de reſcrip. c. cum ordinem, & de re jud. c. monaſterium. Cum ergo d. l. 1. det privilegium officiali, non tolletur per hanc conſtitutionem communem: ergo juratoriæ cautioni committetur, & non habebit neceſſe invenire fidejuſſores. Barth. de Cap.

Et vide ad hoc quod notatur ſup. de offic. reproba. l. duram, in gloſſa quid autem ſi aliqui. In textu accuſatore inſtante. Nota, quod hodie locum non habet l. fallaciter. C. de abolitio. quia poſtquam reus paſſus eſt vincula ab accuſatione, amplius aliter non habet locum abolitio, utroque etiam poſtulante, niſi ex juſta cauſa, ut io fi. conſtitutionis, ac etiam pœna deſiſtentiæ tenetur, ſi deſiſtat, ut hic no. glo. per eandem conſtitutionem. Bartholomæus de Capua.

De eo, qui poſt crimen adulterii intentatum uxorem recipit. Rubrica. Idem.

Q*Ui poſt crimen*. Non curant legiſlatores punire deſiſtentem io hoc crimine: quia rari ſunt accuſatores tales, & ſi eſſent frequentes, idem deberet eſſe, quia Principes jubeot in aliis præferri omni lucro concordiam maritalem. C. de inſti. & ſubſti. ſub cond. fac. l. reprehendenda, & ſic ſervare debent in ſe id quod jubent in aliis, arg. ff. de cond. indebi. frater a fratre, de pactis, l. cum in eo. & propterea alii non accuſabunt. ff. de adult. l. miles. §. volenti. & §. ſed liceat. Nam concordantia matrimonia turbari non debent. ff. de lib. exhi. l. 1. io fi.

De deſiſtentibus ab accuſatione. Rubrica.

A*Ccuſatorum*. Hæc lex, & ſequens corrigunt pœnam Turpill. ita ante litem conteſtatam, ubi deſiſtens non tantum peccat, nec tenetur ex verbis Turpill. ſed ex

De accuſatore poſt litem conteſtatam publice non comparente.

TITULUS XIII.

Lite conteſtata, in accuſatione criminali, ſi accuſans non comparet in termino ſibi præfixo a judice ad aliquem actum faciendum in lite, ob ejus contumaciam punietur in tertia parte bonorum ſuorum mobilium. Et ſi iterum citetur ad proſequendam accuſationem, ſi fuit contumax, punietur pœna centum auguſtalium. Idem ſi expreſſe renunciavit poſt litem accuſationis inſtitutæ. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

ACcuſatorem, (*a*) * poſt litem ſuper criminali occuſatione in judicio conteſtatam, ſi in termino peremptorio ſibi dato non veniret, accuſationis ſolemnia impleturus, tertia parte bonorum mobilium decernimus eſſe mulctandum. Et ſi in delicto alio ſibi denuo deſtinato inchoatam accuſationem detractaverit exequi, contumaciam contumaciæ aggregando, quia ſecundum (*b*) veterum legum ſcita, (*c*) deſtitiſſe videtur, in centum auguſtales condemnetur: quam pœnam loco quinque librarum auri, in quibus deſiſtentes (*d*) hactenus damnabantur, ſuccedere debere cenſemus. Eadem mulcta fortius ** obtinente, ſi accuſator expreſſim accuſationi (*e*) renunciaverit inſtitutæ.

De

---

pareat, & idem in accuſatore, ut no. in c. actor. ext. de dolo & contum. lib. 6. De Bottis.

De accuſatore poſt litem conteſtatam. &c. Rubrica.

(a) A*Ccuſatorem*. Diait ſupra de accuſatore deſiſtente ante litem, nunc poſt litem, & gravius punitur, quia in tertia parte mobilium. Si iterum citatus non compareat, in centum auguſtalibos, & eſt ratio quare pluſqoam ſuperior punitur, quia plus delinquit qui cœptam litem deſerit, quam qui nunquam venit, ot in Authen. de litig. §. omnem, & ideo in præcedenti caſu ſola ſententia incidit in Turpil. io l. quæſitum, & hoc eſt ex ſententia & ex verbis, ut ff. ad Turp. l. 1. §. ſi quis poſt. cujus pœna eſt, ut no. ff. de prævar. l. 3.

* ADDITIO. *Ad hanc conſtitutionem vide cap. regni, ad audientiam, & ibi Scribentes, fol. 176.* De Bottis.

(b) *Veterum ſcita*. Ut C. qui accu. oon poſ. ſi ea. quæ crimen intendit.

(c) *Deſtitiſſe*. Ut ff. ad Turp. l. ab accuſatione. §. deſtitiſſe.

(d) *Hactenus*. Ex ſe. con. Turpillia. ff. de prævari. l. 3. §. fi. Item notantur infamia deſiſtentes, ut C. ad Turpil. l. 2. §. fin. & not. C. de accu. l. urcuſationem, quod locom habet in publico judicio. Secus in privato crimine, puta ſtellioοatus, vel expilatæ hereditatis, vel furti, vel injuriarum: tunc enim ceſſat Turpill. ſed taotom judicis officio culpa accuſatoris coercebitur, ut ff. ad Turpill. l. ſi quis. §. ſtellionatus, & l. in privato.

** ADDITIO. *Vide de hac dictione, l. 2. in fi. ff. ne quis eum.* De Bottis.

(e) *Renunciaverit*. Et ideo fortius, ut ſupra proxi. poſuit, quia expreſſa nocent, ut de re. jur. eapreſſa, quod dic, ut ibi no. & ff. de cond. & demonſt. l. nonnunquam. Quandoque tamen plus valet tacita promiſſio, quam expreſſa, ut ff. de procurato. l. filiusſ. §. milites, & tacita prohibitio quam expreſſa, ur ff. de ſo. vero. §. & alia, & ff. de verb. obl. l. ſi ſtipulatus ſum. §. item ſi mihi, aut Titio. Sic major eſt vera cootumaria & eapreſſa, quam præſumpta, ur ſupra de exord. & præpa. jud. l. ſi quis poſt litem, circa finem, quod dic, ut in ſum. quomodo & quando jud. §. de his autem. Sed quare dicit, fortius, cum eadem ſit pœna? Reſpondeo: quia quis præſumitur deſtitiſſe.

ADDITIO. *Adde qualiter puniatur. vide per Bart. in l. miles. ff. de adul.* Superantius.

Qoia oon venit io certo termino: reverſus probare poterit ex juſta cauſa abfuiſſe, ot ff. de mino. l. & ſi ſine. §. fin. & C. de urcuſ. ſi accuſatoribus. Sed in expreſſa renunciatione non eſt ita: quia in rebus certis non eſt locus conjecturis, de verbor. oblig. l. continuus. §. cum ita. & in Auth. de reſtitu. & ea quæ pa. §. utrom. in fine.

ADDITIO. *Adde in regula, in obſcuris. ff. de regulis juris. glo. in l. arbitrio. ff. de arbitr. in regula, inſpicimus, de regulis juris, lib. 6. Cardin. Zabar. in cap. fin. de conſuetu.* Superantius.

Nec obſtat, quod dicitur in Authentica, ot cum de appellatio. coguoſcat. §. hoc præſertim, quia ibi non conſtabat de cootomacia ejus, &c.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ex ſententio, idcirco in ſexta parte bonorum punitur accuſator non comparens ante litem conteſtatam & ad ſamptus reo comparenti, & quia pœna ſuccedit loco Turpil. habebit locum ubi & Turpil. jure Romano. Sed jure Romano mulier accuſans & oon veniens in termino non incidit io Turpil. l. muliet, & l. 1. §. accuſatorem, pro quo eſt io Auth. de fil. ante do. inſtru. nat. circa fi. & ff. ſi quis teſt. liber eſſe juſ. fu. l. 1. §. hæc actio. Erit ne ergo impunita mulier? dic quod tenebitur reo ad ſumptus, ut hæc conſtitutio dicit. Sumptus non debentur per Turpil. C. qui accu. non poſ. l. qui crimen. Item poſſet repelli ab accuſatione ipſa, quoolam renunciare videtur, ut d. tit. in l. ſi ea tamen. Ubi vocatus erat accuſator per judicem, ut veniret ad cauſam agendam, niſi judex denegaret juriſdictionem ex cauſa. ff. ex qui. cao. ma. l. ſed. & ſi per prætorem. §. ait prætor. Pro præſtatione ſumptuum facit. ff. de judi. eum quem temere. Item nota, quod ex quo non venit in termino, deſtitit, ut jo ſi. hujus conſtitutionis ibi, ſi volebat deſiſtere &c. jure Romano ſimiliter deſiſteret, ſi citatus accuſator non veniret ad proſequendum accuſationem. Et eſſet pœna pluſquam Turpill. quia extraordinaria pœna. d. l. qui crimen, & ff. de pœn. abſentem. §. penul. Unde in hoc, ſcilicet, in pœna corrigitur jus commune, quo eſſet pœna Turpil. & extraordinaria, ſic & ſi non veniret ad peragendum intra tempus a judice ſtatutum. ff. ad Turpil. l. ab accuſato. §. 2. & d. l. ſi ea. Sic & poſt litem conteſtatam eſt correcta pœna Turpil. infra. l. proxi. In civili non invenimus pœnam actori non comparenti, quæ fiſco detur, dictum eſt ſupra de exor. & præpa. judi. l. ſponte.

De deſiſtentibus ab accuſatione, Alias de accuſatione poſt litem conteſtatam, &c. Rubrica.

A*Ccuſatorem*. Solemnia impleturus. Ergo loqoitur hæc conſtitutio iofra tempus biennii. Nam poſt biennium inſtantia expiraſſet, & ſic implere accuſationem non poſſet, ſed haberet locum pœna. C. ut intra certum tempus crimi. &c. l. 1. Et loquitur hæc conſtitutio poſt litem conteſtatam, & ideo plus punitor accuſator contumax. Et hæc pœna remittitur mulieri accuſanti, quia eſt loco Turpil. ſcilicet, condemnatio centum augu-

De pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita.

TITULUS XIV.

Dicitur judex tranſgreſſor legis, ſi recipit accuſationem criminalem, vel denunciationem criminis ſine obligatione de probando: & licet accuſator poſtea non probet, non propterea præſumitur calumniaſſe: ſed tunc dicetur calumniaſſe, quando apparet, quod ſit in evidenti calumnia, vel fuerit temerarius accuſator. hoc dicis. Matthæus.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

† IMPER. FREDERICUS.

(*a*) PŒnam (*b*) * calumniæ contra calumniantes antiquis ſanctionibus provide ſtabilitam, & de conſuetudine quadam abolitam innovantes: Univerſis judicibus, ad quorum cognitionem criminales cauſæ ſpectare noſcuntur, injungimus: Ut ad accuſandum, vel etiam deferendum accuſatores, vel delatores aliquos non admittant, niſi primitus cingulum † inſcriptionis arripiant † accuſatores, vel etiam deferentes, quo ſe ad pœnam obligent per calumniam non probantes, quam expoſcunt, accuſatis, aut delatis infligi. Judices autem hujuſmodi judiciis præſidentes nulli omnino gratiæ, vel potentatui deferentes, accuſatores, vel delatores, quos (*c*) in evidenti calumnia deprehenderint, eadem pœna condemnent, quam accuſatis imponi, ſi intentata probaſſent, objecti criminis qualitas requirebat: ita tamen, ut non ex hoc ſolo, quod accuſantes, vel delatores in pro-

† *Alias, vinculum.* † *Alias, accipiant.*

De pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita. Rubrica.

(a) PŒ*nam*. Hæc conſtitutio punit accuſatores calumniantes ad ſimilitudinem ſupplicii, concor. C. de accuſat. l. 1. & ad Turpill. l. 1. Corrigit tamen in aliquo jus commune, quia non quilibet, qui non probat, calumniari præſumitur, ut in hac conſtitutione, ſed debet eſſe in evidenti calumnia. Sed de jure civili, qui non probat, &c. ut C. de advocatis diverſo. judic. l. 1. In quibuſdam erat ſpeciale, quod hic ponitur pro jure generali, quod dic, ut ff. ad Turpil. l. 1. §. 1.

(b) *Pœnam calumniæ*. Conſtitutio iſta corrigit l. C. de advoc. diver. jud. l. 1. quia qui non probat crimen, quod intendit, non præſumitur calumniari, niſi ſit in calumnia evidenti, & ponit de hoc exemplum infra de dilationibus. l. ſi civiliter agens.

* ADDITIO. *Ad hanc conſtitutionem vide Mader. in c. regni, ſubditorum, nu. 143. cum ſeq. ubi an valeat accuſatio ſine inſcriptione, & Afſl. in conſtit. accuſatorum temeritatem, col. 3. & in conſtit. peſſimam, col. 3. & in conſtit. præſenti lege, in prima, & confirmatur hæc conſtitutio infra, c. accuſatorum temeritas.* De Bottis.

(c) *In evidenti*. De evidenti calumnia † ponas exemplum optimum, quando accuſatus reaccuſavit, & non pro-

ANDREAS DE ISERNIA.

auguſtalium. Sed an hæc mulier hoc caſu condemnetur ad tertiam? videtur quod ſic: quia condemnatio tertiæ non ſuccedit loco Turpil. ſed propter aliam contumaciam infligitur. Condemnatio autem ſextæ ſupra l. proxi. eſt loco Turpil. non ergo producendum ad ſimile, quod de Turpil. dicitur. ff. de legi. l. quod vero. Nam de illa non invenimus, quod remittatur mulieri, ſicut de pœna Turpil. & ſi idem voluiſſet in ea, legiſlator dixiſſet. C. de cad. tollen. §. 1. circa fi. Unde non condemnabitur ad ſextam ante litem conteſtatam, quia eſt loco Turpil. ſed poſt litem conteſtatam ad tertiam ſic: illa ratione, quia ſufficit remitti pœnam centum auguſtalium, quæ eſt loco Turpil. Et quia plus deliquit improbam accuſationem proſequendo, arg. C. de plus pe. l. 1. C. de his qui, ut indi. l. aliam.

A*Ccuſatorem*. Nota ex gloſſa 1. quod plus punitur qui cœptam litem deſerit, quam qui nunquam venit. Petrus de Monteſ.

In textu ibi, mulcta fortius, in fi. De hac dictione vide in l. 2. in fi. & quod ibi notatur ff. ne quis in jus voc. vi exim. Petrus de Monteſ.

Nota, quod accuſatoris non comparentis contumacia in termino peremptorio ante litem conteſtatam punitur in ſexta parte bonorum mobilium, & in expenſis parti accuſatæ. Poſt vero litem conteſtatam punitur in tertia parte bonorum mobilium, ut in conſtitutione ſequenti. Bartholomæus de Capua.

Et loquitur in curia Magiſtri Juſtitiarii, & ideo tanquam odioſa reſtringenda, ut non loquatur quando in curia Bajuli quis citatur, & non comparet actor. Bartholomæus de Capua.

Nota, quod debet intelligi in criminali, ſed in civili actor non deberet condemnari, niſi in expenſis tantum reo, ut per And. hic, & in conſtitutione, ſponte, & ideo non habet locum in curia Bajulorum, ſi reus citatus comparet in termino ſibi dato, actore non comparente: nam non tenebitur hac pœna ſextæ partis bonorum mobilium, quia loquitur in curia Magiſtri Juſtitiarii tantum: quia conſtitutio eſt ſtricti juris, ut ff. ad manicip. l. conſtitutionibus. Petrus de Monteſ.

De materia hujus conſtitutionis & ſequentis de jure communi, vide Spec. in tit. de accuſ. §. hoc tractandum.

In textu, in peremptorio ſibi dato compareat. Sed pone, actor comparuit primo die tridui præfixi in citatione, reo non comparente: deinde in ultimo tridui reus comparet, actore non comparente: dic quod in ſimilibus eſt citatio circumducta, & tenetur actor reo in expenſis: argumento. ff. de judi. l. & poſt, pro quo authen. qua in provincia, & authentica, qui ſemel. & eſt opus alia citatione, ut in d. l. & poſt. In criminali accuſator incidit in pœnam hujus conſtitutionis, & circumducitur citatio, & eſt alia neceſſaria, per l. & poſt, & facit quod notatur in c. conſuluit, per Inn. debuit enim accuſator inſtare toto triduo; argum. C. de commer. lib. 12. & in vulgato. §. verſum. Andreas de Capua.

In textu, quinque librarum auri. Sed quot aurei faciunt libram? dicas quod 72. ut C. de ſuſcept. & arcar. l. quoties. Solidus debet eſſe, qui valeat aureum, ut no. glo. in l. quicunque. C. de ſer. fug. Bartholomæus de Capua.

De pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita. Rubrica.

PŒ*nam calumniæ*. Hæc lex corrigit omnia jura dicentia illum, qui non probat in accuſatione, præſumi calumniatum eſſe. Nam non præſumitur, niſi ſit in evidenti calumnia. Ponit gloſſa exemplum de accuſatore accuſante, infra de dilationibus. l. ſi civiliter agens. Poſſet etiam poni exemplum in accuſatore dicente, dabo reo magnam brigam, licet non probem: argum. de eo, quod notatur in gloſſa in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ea quibus cauſis in poſſeſ. eatur. Hodie maxime etiam ad expenſas non condemnatur victus victori, ſi juratum fuerit de calumnia in lite, in Auth. ut judi. §. oportet, & diximus ſupra de eodem. expen. & fruct. l. divorum noſtrorum, & imponit pœnam judici tranſigenti, & remittenti pœnam calumniæ.

PŒ*nam calumniæ*. In verbo, præſumant. Ut ipſum ad pœnam talionis condemnent: & ſic hæc conſtitutio corrigit l. 1. C. de advoc. diverſ. judic. ut hic notatur, non autem corrigit alia jura, quæ dicunt victum victori condemnandum in expenſis, ut in l. pro-

probatione defecerint, calumniantes ipſos eſſe præſumant: ſubeſſe namque poteſt cauſa probabilis, propter quam ſperatas probationes inducere nequeat accuſator, vel forte delator. Sed (ut dictum eſt) calumniam evidentem exigimus, ut accuſator temerarius arguatur. Quanto enim durius nocentes proſequimur, tanto libentius abſolvimus innocentes.

† *Alias, de his qui poſt citationem ſe abſentant ſine licentia curiæ.*

De pœna † colludentium. Alias ſi accuſator & reus dolo, vel fraude, dato ſibi termino a judicibus, non comparuerint.

TITULUS XV.

Si accuſator & accuſatus poſt litem conteſtatam in termino ſtatuto a judice non comparent ad invicem colludentes, & prorogantes terminum a judice ſtatutum, judice ignorante: ut prolongentur lites, utroſque judex per ſententiam, ſubaudi præmiſſa citatione, quod veniant ad dicendum cauſam, quare non inciderunt in pœnam centum auguſtalium. Et dato eis termino ad ſe defendendum, ſi non allegent cauſam juſtam, & probabilem, quia non comparuerunt in termino: & ſi nihil ſufficiens allegent, & probent, condemnet ad pœnam prædictam centum auguſtalium: videlicet quinquaginta per unum, applicandam utilitati regii fiſci: quam pœnam centum auguſtalium alter eorum, ſcilicet accuſator ſolvet, ſi poſt litem conteſtatam in termino ſtatuto a judice non comparuerit, & accuſatus ſit. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Litem.*

SÆpe (*a*) contingit (*b*) accuſatorem cum accuſato colludere, ut non in totum ab accuſatione diſcedant, ſed ut terminum judicii prorogent ſine licentia Curiæ neutro ad judicium veniente, quem terminum ante vel ipſi ſponte receperant, vel quem ipſis auctoritas judicialis indulſit. Nolentes igitur lites fieri aliquorum machinationibus immortales, ſtatuimus, utrunque accuſatorem & accuſatum (*c*) pro æqualibus portionibus eandem pœnam in caſu præſcripto ſubire centum auguſtalium, ſcilicet, noſtris utilitatibus applicandam, quam (*d*) alter eorum ſubire deberet, ſi in ſtatuto ſibi termino proſecuturus accuſationem non veniſſet ad Curiam.

Li-

---

probavit, ut aperte dicitur infra de dilatio. ſi civiliter agens, good eſt notatu dignum: & argumentum optimum. ff. de quæſt. l. 1. §. cum quis latrones, in fi. §. ubi dicit, neque enim invalidum argumentum, &c.

† ADDITIO. *Nota, quod evidens calumnia videtur, ſi reaccuſat. Sed contra videtur, quia indulgetur ei, qui retorquet crimen, ut de bonis liber. l. qui cum major. & ad Syllan. l. 3. §. utrum, & dicitur eſſe in evidenti calumnia, qui mentitur. l. 1. §. ſed ne paſſim. ff. de quæſt.* De Bottis.

De pœna colludentium. Rubrica.

(a) SÆ*pe contingit*. Si accuſatus non veniat in termino conſtituto, punitur in centum auguſtales, ut in fine hujus conſtitutionis, quam pœnam ſimul ſecum communicabit accuſator: ſi de communi voluntate non venerit accuſatus. Et ſic nota, quod quos idem facinus æquat, & inquinat, pœna par feriat, ut C. de epiſc. & cler. ſi quenquam.

(b) *Contingit*. Scilicet de perceptione fructuum ſupra conſtit. ult.

(c) *Pro æqualibus*. Juxta illud, eos, quos pares facinus coinquinat, æquat.

(d) *Alter eorum*. Scilicet, accuſator poſt litem conteſtatam, ut ſupra l. accuſatorem, poſt litem, verſi. 1.

Li-

ANDREAS DE ISERNIA.

properandum. C. de judi. cum ſini. quod quidam dicebant ex eo, quod ille vincitur, & vinci dicitur qui non probat. Sed male dicebant, ut infra de condem. expenſ. & fruct. l. divorum noſtrorum, nam cum illa ſit poſt iſtam, textus, ibi mandat victori condemnari in expenſis: ergo hic non videtur prohibuiſſe: argumento ejus quod notatur. C. de uſur. authen. ad hæc. in fine gloſſæ magnæ, & ſic hodie victus victori in expenſis damnatur, tam in civili, ut in l. properandum, quam in criminali, ut C. qui accuſ. non poſſ. l. qui de crimine, & de hoc vide And. de Iſer.

In gloſſa in ver. in evidenti calumnia. Quis videatur in avidenti calumnia in cauſa criminali? vide plene hic per Andream de Iſernia. Petrus de Monteforte.

In verbo arguatur. Hoc verbum qualiter intelligi debeat, habes in conſtitutione Regni, ſi damna clandeſtina, §. præſenti, in fine. Marinus.

Vide in conſtitutione, poſt citationem emiſſam, in proxima: & quod ibi notatur in gloſſa magna, & de hujus conſtitutionis materia plenam notitiam habebis.

In textu ſe ad pœnam obligent. Dicit Spec. & etiam Gandinus in tit. de accuſ. quod iſtæ inſcriptiones hodiernis temporibus non fiunt, ſed ad convincendam malitiam accuſatorum, & denunciantium, debet judex facere eos ad certam pœnam obligare de proſequendo, & probando propoſita: & de hoc eſt ritus magnæ curiæ Vicariæ, & iſta obligatio habetur loco inſcriptionis, ut dicit Andreas in conſtitutione Regni, poſt citationem emiſſam, facit pro hoc, de accuſ. c. ſuper his, ad finem in gloſſa licet enim. Petrus de Monteforte.

Qualiter autem quis a calumnia excuſatur, vide cap. ſtatuimus, de elect. in 6. de ſent. excom. c. ſacro, & 2. q. 3. c. Paulum, & Spec. in tit. de accu. §. fi. verſ. quem omnino vide. Petrus de Monteforte.

De pœna colludentium. Alias, ſi accuſator & reus dolo, vel fraude, &c. Rubrica.

SÆ*pe contingit*. Quando reus eſt contumax in delictis, habet locum pœna, quæ ponitur ſupra de pœna contuma. in cri. cau. l. grandis, & l. pœnam. Si vero accuſator ſit contumax ante litem conteſtatam, vel poſt, habet locum pœna, l. 2. & 3. Hæc conſtitutio ponit caſum, quando dato termino, neuter comparuit, ſcilicet, nec accuſator, nec accuſatus poſt litem conteſtatam. Nam præſumuntur eos colluſiſſe, & ſic ambo puniuntur, quilibet ſcilicet in quinquaginta auguſtalibus, & ſic ſunt centum auguſtales inter ambos. Quam quidem pœnam centum auguſtalium ſolveret accuſator tantum, ſi reus comparuiſſet, & accuſator non, ſup. ea. l. 3. alias, 2. Hic eſt verus intellectus hujus conſtitutionis. Alii habent malam litteram, quam alter eorum, ſcilicet, reus. Sed de eo non invenimus, quod ſit hæc pœna, imo & poſt litem conteſtatam poneretur in banno, ſi non liqueret de cauſa, ut dictum eſt in ſuperioribus & C. de accuſa. l. abſentem, nec diceret littera, ſi in ſtatuto termino non veniſſet accuſationem proſecuturus, imo diceret defenſurus, & accuſatori ſtatuitur ille terminus, C. qui accuſ. non poſſunt. l. ſi ea.

Lite non conteſtata in criminali judicio, an poſſint actor & reus inter ſe componere, non dato tamen aliquo vel retento?

TITULUS XVI.

In criminalibus, de quibus poteſt tranſigi, quia continet pœnam ſanguinis, poſſunt accuſator & accuſatus tranſigere poſt citationem emiſſam, antequam aliqua partium comparuerit, & hoc gratuito non poſſunt, niſi occaſione damni dati aliquid accipiat accuſator, & ſecus faciens duplum ejus, quod proinde accepit, curiæ ſolvet. Sed poſtquam aliqua partium in judicio comparuerit, tranſigens punitur in decem auguſtalibus. Si vero lis fuerit conteſtata, punitur in 20. auguſtalibus, nec obſtat quod de tali crimine licebat tranſigere, cauſa nihilominus ſuo ordine peragenda, ſed curia non acceptat, & habet locum in criminalibus pœnam ſanguinis imponentibus, & aliis, excepta pœna falſi in ſuo robore duraturis. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

POſt (*a*) * citationem emiſſam, lite nondum in criminali judicio conteſtata, nec aliqua partium comparente, ſi accuſatus & accuſator voluerint inter ſe componere, (*b*) tranſigendi eis licentiam (*c*) impartimur. Quod ſi aliquod ut ab accuſatione deſiſtat, accuſator acceperit, quia ſine licentia Curiæ hoc præſumpſit, duplum ejus, quod proinde eum accepiſſe conſtabit, & abſque (*d*) diminutione aliqua Curiæ noſtræ (*e*) ſolvat: niſi forte pro æſtimatione damni commiſſi accuſatorem aliquid accepiſſe conſtiterit, cum damnum rei familiaris inſtituenda accuſatio continebat. Quod ſi uſque adeo ſit proceſſum, ut ex citatione facta partes in judicio ſint præſentes ſine licentia & mandato Curiæ componendi, partibus tunc concedimus poteſtatem, contra quod ſi factum fuerit, accuſator (*ſ*) decem auguſtales fiſco noſtro componat,

---

Lite non conteſtata in criminali judicio &c. Rubrica.

(a) P*Oſt citationem*. In criminibus, de quibus poſſit tranſigi, quia continent pœnam ſanguinis, poſſunt & accuſator & accuſatus tranſigere poſt citationem emiſſam, antequam aliqua partium compareat in judicio, & hoc gratuito, non gratuito non poſſunt impune, niſi occaſione damni dati aliquid accipiat accuſator: ſed poſtquam aliqua pars in judicio comparuerit, tranſigentes puniuntur in decem auguſtales. Si lis fuerit conteſtata, puniuntur in 24. auguſtales. Nec obſtat quod de tali crimine licebat tranſigere, quia incidit nihilominus in Turpil. ut no. C. de accu. l. accuſationem. Sed tranſactio de jure communi tenet, ut in l. tranſigere, ſed hoc eſt in voluntate Curiæ in aliis criminibus, in quibus non licet tranſigere ſortiatur jus commune, ut C. de tranſact. l. tranſigere.

* Additio. *Vide c. regni, ad audientiam, & ibi ſcribentes, fol.* 176. De Bottis.

(b) *Tranſigendi*. Impropric dicitur tranſigere nullo dato vel retentu, quia tranſactio nullo dato vel retento minime procedit, ut C. de tranſ. l. tranſact. licet ſit contra in eod. tit. ſi ſuper, ſed ſolve, ut ibi.

(c) *Impartimur*. Præterquam in enormibus injuriis, ut ſupra de Juſti. & offi. nihil rect. a liti. & de offi. ju. l. priuſquam, in fi.

(d) *Diminutione*. Supra de prohi. accuſa.

(e) *Perſolvat*. Hoc intelligo in atrocioribus Injuriis, in aliis vero licitam eſt tranſigere, ut dicit nova conſtitutio, quæ incipit, Poſtquam, & quæ ponitur ſub tit. ff. de uffic. reproba.

(f) *Decem auguſtales*. Ex conſtitutione iſta quædam ponuntur in dubium, in primis de decem auguſtalibus, qui nec ab actore, nec a reo præſtari debent, licet enim reſpectu actoris ſemper dicatur compoſitio vel tranſactio non tenere, ſed incidit in Turpillia. ut ff. ad Turpillia. l. ab accuſatione, hoc tamen non habet locum niſi poſt litem conteſtatam ſecundum Azo. ut ff. ad Turpil. quæſitum, nec enim ante litem conteſtatam accuſat, ſed accuſationem inſtituit, ut ff. rem rat. hab. amplius. Vel ſaltem poſt libellum oblatum, ſecundum Jo. ut ff. ad ſenatuſconſultum Turpill. l. in ſenatuſconſ. §. ſi propter, & C. de calum. l. pen. quorum neutrum fuit hic. Similiter nec in perſona rei pœna deberet habere locum: facta enim erat compoſitio in crimine, quod pœnam ſanguinis imponit, ut infra ea. l. ſubjicit, quæ omnia, &c. quod licitum eſt reſpectu rei, ut C. de tranſactio. l. tranſigere. Reſpondeo, hæc non eſt pœna Turpill. vel illicitæ tranſactionis, ut ſupra eo. accuſatorem, ſed pœna, quæ conſuevit imponi præſentatis in Curia & recedentibus ab ea ſine licentia Curiæ ar. ad hoc C. de Decu. ſi quis Decurio. Sed opponitur de 24. auguſtalibus, quia cum tranſactum fuit poſt litem conteſtatam, & ſic accuſator deſtitiſſe videtur, deberent præſtari centum auguſtales, ut ſupra probatum eſt, & dicitur ſuperius ea. l. 4. Sed die ſatis punitur accuſator, cum tranſactio non teneat, ſi eam Curia non acceptat, & lis ſuo ordine peragatur, ut in hac lege dicitur, argum. ad hoc. ff. quod cujuſ. uni. l. 1. §. ult. Item iſta eſſent duo contraria, punire accuſatorem tanquam deſiſtentem, & compellere ad procedendum in accuſatione, quod facere non poteſt, poſtquam deſtiterit. ff. ad Turpill. l. ſenatus. §. ſi poſt mortem, ibi, ceterum ſi poſtea, &c. & ex hoc inſurgit alia opinio, quia cum tranſactum ſit in illis criminibus, in quibus licet reſpectu rei, ſi lis ſuo ordine peragatur, aufert reo exceptionem peremptoriam paratam ei ex tranſactione, quod eſſe non debet, ut C. de precibus Imperatori offerendis, l. quoties. Nec dicat quia, quod priuſquam Curia non acceptat, non eſt parata reo exceptio, ut ita non acceptando videatur impedire, & ita tollere, quia in dubio non eſt verum, quod Curia non acceptat, ergo tranſactio valet, argumentum optimum ad hoc, ff. de donationibus inter virum & uxorem, l. cum hic ſtatus. §. quod ſi ambo. Puto itaque diſtinguendum quomodo Curia cognovit de tranſactione, utrum incontinenti non acceptavit, ut tunc fingatur non facta tranſactio: ſicut alias dicitur de actione, quod dic ut in ſumma, ſi certum petatur, dividitur autem mutuum. An ex intervallo, & tunc tranſactio valebit reſpectu rei, quia facta in illis criminibus, in quibus licet, ut hic ponitur, & accuſator videatur deſtitiſſe, & teneatur ad centum auguſtales, ut ſupra eod. l. 3. cum ceſſet cauſa ſuperius allegata, ſcilicet, infirmatio tranſactionis accuſatorem poterat excuſare.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſi ea. ff. de accu. l. cum Titia. De utroque etiam non poteſt loqui, quia dixiſſet alterutrum, non alter. Quia ergo ambo contempſerunt judicem & mandatum ejus, apparet colluſio, quia neuter venit, ut innuitur in litteris, & ſic ſunt ſocii in ſolvendo pœnam.

Lite non conteſtata in criminali judicio, an poſſint actor & reus inter ſe componere, non dato tamen aliquo vel retento? Rubrica.

P*Oſt citationem*. In injuria atroci hoc innovatur, ut non componat, ſupra de offic. Juſtitiarii l. priuſquam.

nat, poſt litem vero conteſtatam, ſi tranſigant aut componant, 24. auguſtales accuſator, & accuſatus, ærario noſtro ſe noverint illaturos. Cauſa nihilominus ſuo ordine peragenda, ſi tranſactionem, aut compoſitionem eandem Curia non acceptat. (a) Quæ omnia in illis criminibus locum habere cenſemus, quæ ſanguinis pœnam imponunt, in quibus tranſactiones vel pactiones fieri (b) vetera jura permittunt. Aliis, quæ ſanguinis pœnam non irrogant, excepta falſi accuſatione, in ſuo robore duraturis.

De jure Francorum in judiciis ſublato.

TITULUS XVII.

Hodie in Regno iſto jus Francorum conquieſcit, quia iſta conſtitutio jubet, quod omnes vivant æqua lance, & æquale omnibus ſit idem jus, ac tollitur jus Francorum, quod volebat, quod contumax ante litem conteſtatam puniebatur pœna privationis omnium bonorum mobilium, & privabatur jactura cauſæ, etiam quod habuiſſet bonum jus, & vult quod ſolum in tertia parte bonorum mobilium puniantur contumaces Franci, vel Lombardi, ſicut alii de regno, & non puniantur jactura cauſæ. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

SPeciale (c) quoddam Francorum jus, imo, ut proprius loquamur, injuriam, quam (a)

(a) *Quæ omnia*. Scilicet, in criminibus poſſit tranſigi ante litis conteſtationem, ut in principio hujus conſtitutionis poſuit.
(b) *Vetera*. Ut C. de tranſactio. l. tranſigere.

De jure Francorum in judiciis ſublato. Rubrica.
(c) *SPeciale quoddam*. Alius ordo, ſcilicet judicii, ſervabatur olim in quibuſdam perſonis, & ſolemnitates captioſæ temporum, puta, in Francis vel Ro-

ANDREAS DE ISERNIA.

Additio. *Adde Inſtit. de inju. in, §. atrox. tex. & glo. in cap. cum illorum, de ſenten. excommunic.*

Item dicit gloſſa quod demum poſt litem conteſtatam habet locum Turpillia., vel ſaltem poſt libellum, ſecundum Joannem. Non intelligas libellum accuſatorium, ſed libellum datum Principi, per quem impetrabat citationem & inſcribebat ſe, ſic dicit l. quæſitum, ſe objecturum minatus eſt, non intellexit Joannes de libello accuſatorio, & ideo male videtur ſequi in hac gloſſa quorum neutrum fuit hic. Nam impetratio citationis habetur pro libello illo, de quo loquitur. l. quæſitum, antequam citationem impetratam promittit delator proſequi cauſam. Alioqin officiales, ut videmus, faciunt denunciantes obligare ſe. Et hoc habetur pro inſcriptione, inſcriptio autem ſufficit ad committendum Turpillia. C. eod. l. 1. & l. fi. & de calumnia. l. 2. Hæc etiam inſcriptio, quæ fit in libello, de quo loquitur l. quæſitum, fit plenius in libello accuſatorio, ut in l. libellorum. Ex quo ergo coram judice ordinario profitetur ſe velle accuſare, ſecundum Joan. ſi non verbis, ſententia tamen ſcnatuſconſul. Turpillia. tenetur ſi non proſequatur accuſationem, hoc modificat iſta conſtitutio, ut poſt citationem factam, antequam compareant, non teneantur proſequi, poſtquam comparuerunt proſequi tenentur. Alias eſt pœna 12. auguſtalium in ſolo accuſatore, ſecundum unam litteram. Secundum aliam in ambobus, & ſic quilibet ad ſex. Et ita videtur ſenſiſſe ille, qui fecit hanc gloſſam. Sed communior & melior littera eſt, quam ego habeo, ut ſolus accuſator componat 12. auguſta. quia licet reo redimere, &c. ff. de re. eo. qui mortem ſi. conſci. l. 1. & modificata eſt pœna Turpillia. quæ erat 5. librarum auri & 12. auguſtalium. Quid ergo ſi poſt citationem emiſſam, accuſator comparet in Curia, ſed non reus, deinde recedit accuſator; An erit ſine pœna, quia hic loquitur quando comparuerunt ambæ partes? Reſponde, jam dictum eſt, quod poſtquam partes comparuerunt, incidit accuſator in Turpill. ſecundum Joannem. Sed modificata eſt pœna Turpilliani, quæ erat 5. librarum auri, ad 12. auguſtales. Si ergo accuſator tantum comparuerit, certum eſt quod tenetur proſequi, ſecundum Azo. & H. Nam ſecundum hos non eſt pœna, ſecundum Joannem ſic, quia ex quo de iſto caſu non expreſſit conſtitutio, quando, ſcilicet, accuſator tantum comparet, relinquitur regulis veterum legum. C. de appell. præcipimus, in fine. Item in accuſatore ſecundum hanc conſtitutionem eadem eſt ratio, ſi compareat ipſe ſolus, ſicut & reus: nec ratio diverſitatis poteſt apparere, ergo idem jus. ff. de verb. oblig. a Titio, maxime ſi eſt pœna, ut hæc gloſſa dicit, quia receſſit ſine licentia. C. de decur. l. ſi quis decurio. lib. 10. Sed quæ pœna erit Turpilliani? dic quod quinque librarum auri, quæ pœna videtur hoc caſu non mutari, & hoc in publicis criminibus, ſive judiciis. In privatis extraordinariis pro motu judi. ff. ad Turpil. l. & in privatis, & l. ſi quis repetere. §. ſterilis. Sed cum in hac conſtitutione non ſit pœna Turpill. ſi receſſit ſine licentia: Sufficit eadem pœna, ſicut ſi ambæ partes comparuiſſent, & receſſiſſent ſine licentia, ut hic caſus omiſſus, quando accuſator tantum comparet, ſit ſimilis expreſſo, cum ratio ſit eadem, arg. ff. de condict. ob cauſam. l. ſi extraneus.

Licentiam impartimur. In hoc derogat dictæ l. quæſitam, ſecundum intellectum Joannis.

Curia non acceptat. Nam notificatio obſtat curiæ. Ignoranti enim non currit tempus.

Additio. *Adde l. annuis, ff. de calum. auth. hodie. C. de appel. & in c. fin. 16. diſtin.*

Si ſtatim non acceptat tranſactionem, & compoſitionem, erit pœna 24. auguſtalium & tranſactio non valebit. Si autem ex intervallo acceptaret Curia tranſactionem, quantum ad accuſatum valeret in criminibus, quibus valet tranſactio, ſed accuſator tenetur pœna centum auguſtalium, ſupra ead. l. 3. Et ſic ſemper Curia ſtatim non acceptabit, ut habeat majorem pœnam ab accuſatore. Andreas.

P*Oſt citationem*. Pro iſta conſtitutione vide c. ad audientiam noſtram, infra, ut juſt. non compet. a lite; & eſt Caroli II.

In gloſſa 1. ibi, compareat, ut in conſtitutione prior ſupra, ut juſtitiarii habeant certos advo. Petrus.

In gloſſa 10. augetur, in fine, & hoc intellige niſi ſint atroces injuriæ, in quibus non licet tranſigere, vel paciſci poſt citationem emiſſam: etiamſi nondum comparuerint in judicio, ut ſupra de offic. ju. l. prius. In textu tranſigendi, id eſt paciſcendi.

In textu impartimur. Quod hic dicitur in accuſatione, idem intelligas in denunciatione: quia ſicut accuſator non poteſt ſe concordare cum parte, poſtquam partes ſunt in judicio præſentatæ, ita nec denunciator, ut expreſſe dicitur in c. ducali, ad audientiam noſtram, querelam quamplurium, & pro hoc facit. ff. a Turpil. l. ab accuſatione. §. nunciatores. Bartholomæus de Capua.

De jure Francorum in judiciis ſublato. Rubrica.

SPeciale quoddam. Removet quaſdam abuſiones, & vult ut omnes ſubditi indiſtincte, non habita perſona-

(*a*) in judiciis tam civilibus, quam criminalibus hactenus obtinebat, de medin tollere cupientes, Præſentis noſtræ ſanctionis programmare cunctis Regni noſtri fidelibus volumus eſſe notum. Quod nos, qui ſingulorum jura juſtitiæ libra penſamus, in judiciis aliquam (*b*) diſcretionem haberi non volumus perſonarum, ſed æqualitatem, ſive ſit Francus, ſive Romanus, aut Longobardus, qui agit, ſeu qui convenitur, juſtitiam ſibi volumus miniſtrari. Cavillationes & captiones antiquas jure Francorum noſcentias & momenta temporum, quæ inter Francos litigantes in judiciis hactenus ſervabantur, necnon quaſdem alias ſubtiles obſervationes tam in civilibus, quam criminalibus cauſis ſubmovemus. Pœnam etiam, per quam Francus ante litem conteſtatam contumax bonis mobilibus omnibus privabatur, in pœnam tertiæ partis mobilium (*c*) noſtra conſtitutinne contentam, volumus eſſe transfuſam. Illud nihilominus (quod acerbius reputamus) præſenti lege corrigimus, videlicet, quod Francus lite cum eo in pecuniariis litibus vel in cauſis criminalibus conteſtata contumax, bonam vel malam cauſam habeat, ipſam amittat, hoc enim & ab omni juſtitiæ tramite diſcrepat, & omnis hæc ratin æquitatis abhorret. Ut propter alicujus abſentiam, quæ Dei (*d*) debet repleri præſentia, firma juſtitia, vel etiam in ſui perpetuitate deficiat, vel inconſtantia varietur. Prædicto igitur tempore Francus contumax, non ut olim, cauſam omittat, ſed juxta nuper editam noſtri nominis (*e*) ſanctionem, vel poſſeſſionem, & venditionem bonorum, aut perpetuæ poſſeſſionis jacturam, vel deciſionem principalis cauſæ remedin appellationis (*f*) excluſo, ſecundum jus, & juſtitiam patiatur.

De dilationibus, & exceptionibus in judicio præcidendis & abbreviandis.

TITULUS XVIII.

Statim oblato libello, qui in omnibus judiciis debet offerri, niſi cauſa ſit modica infra duos auguſtales, fiat litis conteſtatio, per principales, per negationem vel confeſſionem, per procuratorem, & defenſores, per verbum ignorantiæ, ut in cauſis civilibus, quæ coram Bajulis aguntur præcedente citatione cum forma hic poſita, niſi dilatoriæ exceptiones competentes opponantur deliberatoriis omnino ſublatis, ſed incontinenti gaudiis datis in judiciis civilibus, ut eſt moris, & fidejuſſoribus de judicio ſiſti poſt terminum poſitie, niſi conventus poſſeſſor ſit immobilium ipſo loco judicii cum amicis, & advocatis ſuis deliberet reſponſurus; mobilium etiam ſi fidejuſſorem dare nequierit, cautioni juratoriæ committatur, niſi pauper aliquis vel girovagus de injuria aut de quolibet alio beneficio, cujus cognitio ſpectat ad Bajulum, impetatur fidejuſſores dare, qui ſi nequierit uſque ad finem litis per Bajulum cuſtodiæ carceris mancipetur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† Aliàs Idem Auguſtus.

Dilationes (*g*) in judiciis hactenus obſervatas, quæ non tantum jura noſtrorum fidelium differebant, verum etiam perimebant, præ-

Romanis, quod hæc conſtitutio tollit, & vult quod idem jus ſervetur inter omnes, & eſt ratio, ut C. de in integ. reſtit. l. fi. Item ſi Francus contumax erat, olim poſt litem conteſtatam perdebat cauſam, ſive bonam, ſive malam habebat, quod hic corrigitur, & vult ſervari conſtitutionem illam ſupra, de pœna poſt litem conteſtatam.

(a) *In judiciis*. Secus in ſucceſſionibus, ut infra de ſucceſſ. in feud. l. ultima, in princ.

(b) *Diſcretionem*. In tranſactione vel exhibitione juſtitiæ, ut hic, ſed habetur diſcretio in perſonis judicum, ut ſupra quod non lice. univerſ. l. 1.

(c) *Noſtra conſtitutione*. Quæ eſt ſupra de pœna contu. in civi. cauſa, l. 1.

(d) *Debet repleri*. Ut C. de judic. properandum. §. cum autem eremodicium.

(e) *Sanctionem*. Quæ eſt ſupra, ut lite conteſtata ſuper l. 1. & in ſequen. l.

(f) *Excluſo*. Id eſt, repulſo, vel denegato, ut ſupra de exor. & præpa. judi. l. ſi quis poſt litem, contumax enim non appellat, ut ibi.

De dilationibus, & exceptionibus, &c. Rubrica.

(g) *Dilationes*. Minuit dilationes litium hæc conſtitutio. Et vult, quod ſtatim oblato libello in qualibet cauſa præſtando, ut in Auth. offeratur, niſi ſit modica infra duos auguſtales, concord. ff. de dolo, ſi oleum, in fine ſtatim ſequitur conteſtatio litis inter principales perſonas per verbum Nego, vel Confiteor, inter procuratorem per verbum, Ignoro, in civilibus cauſis citatione præmiſſa cum forma, de qua hic dicitur, præſtita ſatiſdatione de judicio ſiſti, ſi reus non poſſidet immobilia, ut in l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogantur, & ſublatis dilatoriis omnibus, de quibus loquitur auth. offeratur, veniat poſt triduum. Niſi velit dilatoriam, quæ ante litis conteſtationem, eſt opponenda, ut C. de probationibus exceptionem.

ANDREAS DE IſERNIA.

ſonarum diſcretione, eadem l. vivant, Francus ſit, ſive Romanus, aut Longobardus. Multi enim in Regno ſemper vixerunt jure Francorum, multi jure Romano, & multi jure Longobardo. Sed in aliis ſervarentur potius jura Longobarda, quam Roma. ſupra de offi. mag. cam. l. præſenti, & l. puritatem, & ſupra de offic. judi. univerſitas.

Illud nihilominus. Tollit alium abuſum, & eſt intelligendum, quod contumax non punitur in omnibus bonis mobilibus ante litem, nec poſt, ut cauſam amittat. Sed ſi eſſet vera contumax, poſſet puniri in omnibus bonis. Et ſub pœna omnium bonorum contumaci mandare, eumque punire, ut dicunt Moderni C. lib. 10. de jure fiſ. l. certa, de Decur. l. ſi magiſtratum, & dictum eſt ſupra in ſuperioribus.

Appellatione excluſo medio. Contumaces non appellant. ff. de judi. poſt edictum, in fine, & ſupra de exor. & præpa. judi. l. ſi quis poſt litem, in principio.

De dilationibus, & exceptionibus in judicio præcidendis & abbreviandis. Rubrica.

Dilationes judicis. Pridie ante citari. Hodie per novam conſtitutionem ſunt tres dies, infra quod tempus partes ſe præſentent, ſcilicet in civilibus. Sed in uſu obtinet hæc conſtitutio in Bajolo, qui pridie ante citat. Conſtitutionibus novis factis poſt excommunicationem Imperatoris fides non datur.

Infra duos auguſtales. Idem de duobus auguſtalibus, nec plus, nec minus, ut in fi. dicitur in gloſſa de fo-

præcidere diſponentes: Præcipimus, utraque parte præſente, quocunque jure agatur, ſive etiam quis criminaliter privato, aut publico judicio accuſet: (*a*) ſtatim (*b*) oblato libello, quem

(a) *Statim*. Corrigitur ergo per hanc conſtitutionem authen. offeratur. C. de litis conteſta. quæ ſumitur io Auth. de eahib. re. §. ſcimus, colla. 5. in eo qood ibi dicit, oblato libello dari reo inducias 20. dierum. Statim, ita infra decem dies, 2. quæſtio. 6. non ſolent.

(b) *Oblato libello*. Circa præſentis legis materiam multi ſicut oves erraverunt. Et quod deterius eſt, errorem noſtrum non in uſum tranſtulimus proprie, ſed abuſum, verum, quia qood non ratiooe introductum eſt, ſed errore primum, deinda cooſuetudioe obtentam eſt, in aliis perſonis, in quibus ſimilia contingunt, oon obtinet, ut ff. de leg. & ſe. conſul. quod onu ratiune, ſed de mente hujus l. ſecundum veritatem inſrinſecam, quid tenendum ſit, videamus, caſus talia eſt, præcipit iſta lex in omnibus cauſis, ſive civilibus ſive criminalibus publicis, ſeu privatis, libellum de oeceſſiıate offerri.

Additio. *Adde an debeat produci in ſcriptis? vide in auth. offeratur.* C. *de litis conteſt. gloſſam in verbo, neceſſaria, in clem. ſæpe. de ver. ſign. Doct. in cap. 1. de libel. ob. Bart, & Doct. in l. 1. ff. de eden. Ang. in l. ſententia, in §. ſi heres, ff. de appella.* Soperantius.

Et ſtatim oblato libello litis conteſtationem ſequi debere in libello excipit, niſi cauſa ſit infra duos auguſtales, in litie conteſtatione diſtinguit, quia in principalibus perſonis ſit per negationem, vel confeſſionem, io procoratore vel defenſore, per ignorantiæ verbom, pooit formam citationis, & qoando citatus ſe debeat præſentare. Io eo vero qood dicit litis conteſtationem ſtatim ſequi debere, niſi exceptio dilatoria opponatur. Deliberatorias omnino aufert, ſed concedit alias inducias, ut eſt juris. Præcipit etiam reum, qoi res immobiles oon poſſidet, cavere de judicio ſiſti per fidejuſſores, & hoc poſt triduom. Et per hoc quod dicit, quod reus loco judicii ſuper principali cauſa deliberet reſponſurus, manifeſte colligitur ex prædictis, quod omnia, quæ hic cootineotur, recipiunt exceptionem: & hoc eſt ſecundum jura, ut ff. de regu. juris, omnis definitio. Error enim eſt dicere quod in omnibus cauſis oblato libello ſtatim debeat lit. conteſt. fieri. Sic enim lex iſta in multis contradicit ſibi: Dicit enim oblato libello inducias dari, licet non deliberatorias. Item opponit eaceptionem dilatoriam, quæ opponitur ante litem conteſtatam, & infra triduom, maxime dilatoria judicie, ut C. de probationibus exceptionem, & infra, ſi civiliter, & l. hoſtici. C. de eaceptionibus. l. ult. in fi. Item præſtantur fidejuſſores de judicio ſiſti poſt triduum, quæ cautio præſtatur ante litem conteſtatam, ut ff. ſi quis cautiooibus, ſi qois eom. §. quis jure, & qui ſatiſda. cogan. Julianus, & no. in eo. tit. l. penult. in fi. ſecundum Azo. Qualiter ergo locum habet qood hic dicitur, ſcilicet, oblato libello ſequi ſtatim debere litis oonteſtationem. Reſpon. cum reus petebat inducias deliberatorias tantum, quæ ſecundum leges veteres debebat habere, ut ff. de edendo. l. 1. & C. de lit. conteſt. auth. offeratur. Item cum reus erat poſſeſſor bonorum immobilium, nec cavere tenebatur de judicio ſiſti. Item com nulla exceptio dilatoria opponebatur: hæc enim omnia litem conteſtari differunt, ut hic dicit. Vel ſi vis omnia eſſe plana, dic ſtatim, id eſt, infra triduum: ſic ponitur. C. de errore advocator. l. fi. C. de judi. l. fin. Nec te moveat quod dicit, pridie autem futuræ reus citari debet, qoia verum eſt, quod uno die ante citandus eſt, quam debeat præſentari, ut dicit nova conſtitutio io civilibus, ſed eo præſentato locum habeant omnia ſupradicta. Et noto, quod ex eo, quod ſequitur, quod io judiciis omnibus, &c. videtur libellus offerendus, & litis conteſtatio facienda, etiam io cauſa appellationis, & cauſe nullitatis? de quo dic ut plene not. extraord. C. de tempo. appell. l. fin. §. illud. Item an in executione ſententiæ ſit offerendus libellus? † dic ut notavi extraord. C. de jurie & facti ignor. l. 1. & ff. de jurejuran. ſed & ſi poſſeſſori, in principio.

† Additio. *Vide ſi requiratur libellus in executione, per Spe. in ti. de exec. ſent. §. breviter dicendum, in prin. & verſi. Albericus*. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

lemnitate inſtrument. l. Inſtrumentoram, & infra qualiter de po. cao. cele. l. in cauſa depoſiti. Quærit gloſſa, uunqoid ea hac generalitate dandi libellom, dari debeat libellus in cauſa appellationis, & lis conteſtari. Item in caoſa nullitatis. Item in eaecotione ſententiæ, quando petitur ſententiam execotioni mandari? Sed oon reſpondet. Circa primum dic, quod ſpeciale privilegiom eſt in cauſa appellationis, ex una tantum parte præſente cognoſci, & ſic lite conteſtata. C. de tempo. appell. l. fi. §. illud, Neceſſe eſt autem appellari infra terminum, præſentare proceſſum judici appellationis, & inſtare, ot judex pronunciet pro ſe, ſcilicet, bene appellatom, & male jodicatom, infra de appell. juris peritorum, in fi. Sed ſi ambæ partes ſunt præſentes, dabitur libellus, & lis conteſtabitur, quia petetur ſententiam infirmari, & alias pars negabit hoc debere fieri, ut qoidam dicunt. Et ſic intelligunt. C. ne liceat in una eademque cauſa tertio provocare. l. 1. Illi lites ea litibus ſuſcitant, cum cauſa appellationis ſit eadem cum principali. C. de procuratoribus l. ita demum. Alii melius dicunt, aut io caoſa appellationis nihil oovi proponitur, ſed tantum ex actis cauſæ principalis proceditur, & tunc non fiet litis conteſtatio, ex quo in principali cauſa lis ſemel fuit conteſtata, & ſic nec libellus dabitur, arg. ff. de jurejuran. l. ſi duos. §. ult. ubi qui juravit non feciſſe furtum, ſi poſt conveniatur condictione furtive, obſtabit exceptio jurisjurandi. Semel enim juratum fuit furtom non factum fuiſſe, ſi autem nova exceptio proponatur, ut in l. per hanc. C. de tempore appellationis, oportet quod pars alia reſpondeat, & ſic ipſa natura negotii inducit ut lis conteſtetur, quod fit per negationem vel affirmationem, C. de litis conteſta. l. 1. & ſic poteſt intelligi. d. l. 1. C. ne liceat in una & eadem cauſa tertio provocare.

Additio. *Adde an duæ negationes faciant unam affirmationem, vide textum in l. duobus verbis. ff. de verb. ſign. textum in cap. & ſi Chriſtus, de jurejur. textum in c. 1. eo. tit. in 6. gloſſa in verbo necnon, in clem. 1. de offi. deleg. Card. Zabar. in c. non injuſte, in 1. notab. de procur. Benedic. Capra in c. 1. in 1. notab. eo titu. lib. 6. Bal. in l. qui ſe patris. C. unde liberi. Et quod ſi ſint tres negationes an affirment, vel negent? vide per Barto. in l. 1. ff. de cad. punit.*

Non intelligas quod in hoc ultimo dicto, quando novom jus proponitur, debet dari libellus, quia nec in principio datur, quando peremptorie proponitur, ſed ordo cauſæ ſeu temporum inſtruit ut propoſito novo aliquo reſpondeatur, quæ reſponſio, ut dictum eſt, habetur pro conteſtatione litis. Dicta vero l. 1. ne liceat tertio provocare, non facit ad hoc. Quod enim ibi dicitur ante litis conteſtationem, exponitur, id eſt, ante cognitionem cauſæ, & antequam incipiat de cauſa cognoſcere, nec loquitur quod debet judex datus recuſari, antequam de cauſa cognoſcat, & ideo dicit ante litem conteſtatam, quia poſt litem recuſatio non fieret, non autem ponitur, ut io cauſa appellationis neceſſe ſit litis conteſtatione. Dicta vero recuſatio non habetur pro appellatione. Judices imperiti vel malitioſi dicunt, & ſi non detur libellus, debet dari petitio in ſcriptis: ſicut quando petitur aliquid per officium mercenarium, ſcilicet, deſerviens exercitio litis, ſicut clientulus deſervit domino, tunc non datur libellus, ut no. io rubrica. ff. de inter. actio. Datur tamen petitio ſecundum Moder. argo. C. lib. 12. da agen. in re. l. fin. Sed minus bene dicunt, quia cum cauſæ

Digitized by Google

quem (*a*) in judiciis omnibus offerri volumus, prout actionis qualitas, vel accuſationis forma depoſcit, niſi cauſa valde ſit modica, * infra (*b*) duos auguſtales, ſcilicet, quæ ipſum non deſiderat offerendum ad litis conteſtationem, quæ in principalibus perſonis (c) per negationem,

(a) *In judiciis omnibus*. Etiam in illis caſibus, in quibus non dabatur libellus, ſecundum leges, quæ notantur in §. ſancimus de exhib. reis.

* Additio. *Nota, quod in modica cauſa non offertur libellus, ſed tamen modica petitio quædam eſt offerenda, ut judex certam ferat ſententiam, l. fin. C. de Princ. agen. in reb. & eſt caſus de verb. ſign. c. fi. in 6. & hanc conſtitutionem allegat Paris in tract. ſyndic. cap.* 2. De Bottis.

(b) *Duos auguſtales*. Sopitum eſt igitur hoc, quod dicitur in Authen. de mandat. Princ. §. ſi tibi, quia hic dicitur, quæ ſit brevis lis, quod non determinatur ibidem.

(c) *Per negationem*. Dummodo omnino litis conteſtatio fiat, ut argumen. ff. ad Trebellia. mulier. in fine, & not. C. de lit. conteſta. l. prima.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

cauſa ſit eadem, ut dictum eſt & appellatio extinguit, vel ſuſpendit pronunciationem, vel ſententiam. ff. ad Turpil. l. 1. §. fin. cum concor. ſicut judex principalis cauſæ, quando petitur quid novum, puta reprobari teſtes, vel aliud ſimile, non datur libellus prout judiciarius ordo demonſtrat: Sic nec judex appellationis, quando petitur quid novum, puta reprobari, ut ſit finis litium, & infinitas evitetur. Unde tamen non per modum libelli debent in ſcriptis ponere quomodo petit hoc & hoc, aut excipiendo cum excipit, aut de novo proponendo. Idem in cauſa nullitatis, quæ etiam pendente appellatione poteſt agitari, nec per hoc renunciatur appellationi, extra de appell. dilectus. per Innoc.

Additio. *Adde an quis poſſit ſimul proſequi nullitatem & injuſtitiam? vide per Lap. alleg.* 143. *& an judex appellationis cognoſcat de nullitate? vide per Dom. de Rot. deciſ.* 105. *in antiquis, & per Bal. in c.* 1. *de re judic.*

Nam nullitas eſt species appellationis, argo. ff. de arbi. l. non diſtinguemus, §. cum quidam. Secus ſi ſententia eſſet executioni mandata, quamvis tunc de nullitate audiatur perpetuo uſque ad 30. annos, poſt non, quia omne jus tollitur tanto tempore. C. de præſcrip. 30. ann. l. ſicut in rem. & l. omnes, & quamvis ex eiſdem actis velit oſtendere nullitatem: quia ex curſu biennii, ubi non appellaret, non confirmatur ſententia, arg. ff. de app. l. ſi expreſſim, quæ loquitur quando appellatum ſit. Idem ſi non fuit appellatum, quia quod injuſte fit, omni tempore irritari debet ff. de reg. jur. l. quod ab initio. Tamen poſſeſſori vincenti qui auctoritatem rei judicatæ per judicem rite exequentem poſſidet, & ſic juſte, de acqui. poſſeſ. l. juſte, non debet fieri novitas extraordinaria, ſed dari debet libellus, per quem petet revocari executionem, & non ſolum prætendat tunc nullitatem, ſed de novo poſtulet revocari executionem, ideo quia ſententia eſt nulla propter generalitatem d. auth. offeratur ei libellus. Alii diſtinguunt in hoc ultimo caſu: aut incontinenti petit hoc, aut ex intervallo. Et dicunt eſſe incontinenti ſi infra duos menſes a tempore executionis rite factæ hoc petatur, argumen. ff. de jure fiſ. l. aufertur. §. qui compenſatione.

Additio. *Adde quando dicatur aliquid fieri incontinenti? vide per Barto. in l. prima, in §. cum ergo. ff. de vi & vi arma. & an hæc dictio incontinenti, mox, ſtatim, & confeſtim, importent ſummariam cognitionem, abſque ordine judiciario? vide in l. momentaria, & ibi glo. C. unde vi. Joan. de Pla. in l.* 1. *in* 2. *col. C. de his qui ſe deferunt lib.* 10.

De hoc non multum curandum eſt, quia parum perditur, ſi dat libellum: & parum lucratur ſi non det. Petitur autem annullari ſententia a ſuperiore vel ab eodem, ſi eſt ordinarius. C. de accuſa. l. ſi accuſatoribus, & l. abſentem, cum concor. Circa tertium duobus modis petitur executio, ſcilicet, per actionem in factum ex re judicata. Et per officium judi. Primo modo qui peteret, ſtultus dicitur ut dicit gloſſa. ff. de excep. rei judi. l. ſi a te. §. 1. in gloſſa quæ incipit, ſciendum &c. Oportebit enim eum dare libellum, & iterum omnia judicialia facere. Nam dicitur actio. ff. de re judi. l. 4. in prin. & l. miles. §. 1. & l. judicati. Et ideo edenda eſt ex more per auth. offeratur. C. de lit. conteſta. ff. de eden. l. 1. in prin. & C. quando ex fac. tuto. l. 1. de hoc plene dicitur in libellis Roffr. de actio. in factum, quæ deſcendit ex re judi. Secundo modo petitur per officium deſerviens judicio, & liti, executioni mandandæ quæ judicata ſunt, ſi in rem judicatam tranſierant, ut non poſſit appellari: de quo loquitur. ff. de rei vendi. qui reſtituere, de re judi. a Divo Pio. in prin. & §. 1. dummodo judex manu militari & pignoribus captis auferat rem, quæ erat in condemnatione deducta. C. de execu. rei judi. l. 1. 2. & 3. per totum. Hoc officium mercenarium eſt, & deſervit liti, & judicio cœpto, & finito. Sed quia nihil eſt actum, cum quid ſupereſt ad agendum. C. ad Syllan. l. pen. non dicitur in effectu finiri, niſi facta executione, nam parum prodeſſet ſententiam dari, niſi executio facti ſequatur, dicit glo. rubr. de except. rei judi. & ſic quæ emergunt de novo in judicio ſpectant ad judicis officium: nec enim eſt diverſa cauſa, imo potius eadem cenſetur, arg. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item ſciendum.

Additio. *Adde l. de ætate. in §. ex cauſa ff. de interrog. actio. l. non diſtinguemus. in §. cum quidam ff. de arb. c. inſinuante. de offi. deleg. c. paſtoralis, de privileg. glo.* 2. *in c. cæterum, de jura. calum.*

Nec datur libellus quando ſic aditur judex, argu. ff. de oper. novi nunc. l. de pupillo. §. meminiſſe. Plus dicunt Moderni, cum antiqui Juriſtæ dicant partem vocari, quando executio ſententiæ petitur, ut videat an excedat modum in exequendo, quia tunc appellaretur. C. quo. appel. non reci. l. ab executione.

Additio. *Adde textum in c. novit. de appell. Arch. in c. cum apud,* 11. *q.* 3. *& per Dom. de Rota deciſ.* 339. *in noviſſimis.*

Etſi ſententia ſit nulla quæ non debet executioni trudi. ff. de judi. l. ſi prætor. §. Marcellus, de fer. l. ſi feriatis, de nullitate poteſt opponi etiam poſt ſententiam. C. de juris & fac. ignor. l. 1. in gloſſa. Et ſic debet ſcire, quod eum tangit. C. de autb. præſt. l. fi. ff. de adopt. l. nam ita. Aut ſi fuit novata cauſa poſt ſententiam. C. de exec. rei jud. l. ſi cauſam, aut ſi contra ordinem poſitum in l. a divo Pio, primo capiendo ſtabilia. Et ſi facta ſit executio, non vocato eo, revocari debet ſecundum eos. C. ſi per vim vel alio modo, l. fi. ff. de mino. l. etiam. §. fi. Inn. & Hoſt. ſubtilius intuentes dicunt, quod non, quia executori non datur a jure in hoc modus, & ordo, ut vocet partem, nullo enim jure cavetur. Nam ſcire debebat victus, quia executio ſequebatur ſententiam in rem judicatam tranſeuntem. Ad hunc enim finem pronunciatur, nam parum eſt, &c. ut ſupra dictum eſt, ſicut parum eſt eſſe jura, niſi ſit, qui ea regat, ff. de orig. jur. l. 2. §. & poſt originem.

Additio. *Adde textum in c. ubi periculum, in §. præter. de elect. lib.* 6. *c. decernimus, de ſent. excom. eo. lib. Arch. in c. humanum genus* 1. *diſt.*

Nec permittitur cuiquam ignorare, vel diſſimulare jura. C. de jur. & fac. igno. conſtitutiones, ut finis litium ſit. ff. pro ſocio, l. 6. ne ex materia primæ litis lis alia conſurgat. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato. Si novum aliquod eveniat poſt ſententiam, ut pactum de non petendo, vel alia novatio, ſtatim victus, qui novavit cauſam, vadat coram judice executore, & ſignificet ei novationem, proteſtando,

nem, vel confeſſionem: in procuratoribus * & defenſoribus aliorum per ignorantiæ verbum fieri poteſt, ſequi debere, ut tamen in cauſis civilibus, quæ coram Bajulis, vel locorum dominis aguntur, (a) pridie antea futurus reus citari debeat, & in ipſa citatione contineatur expreſſim, a quo, & de quo re, & quo etiam impetitionis genere impetatur: niſi (b) dilatoria competens exceptio opponatur, ** deliberatoriis tamen judiciis omnino ſublatis, ſed incontinenti gaudiis datis in civilibus judiciis, ut eſt juris, & fidejuſſoribus poſt triduum præſtitis. Niſi conventus (c) poſſeſſor rerum immobilium inveniatur, quo caſu fidejuſſoriam cautionem *** judicio ſiſti ceſſare debere cenſemus, in ipſo loco judicii cum amicis, & advocatis ſuis ſuper principali cauſa conventus, deliberet reſponſurus. Mobilium etiam rerum poſſeſſor, ſi fidejuſſores dare nequiverit, cautioni juratoriæ committatur: niſi pauper aut girovagus aliquis

* Additio. *Sed contumacia procuratoris nocet domino, unde per Bern. in cap. 1. ut lite non conteſtata in gloſſa, ex hoc per Specul. in titu. de primo & ſecundo decre. §. reſtat videre, quid ſi reus agit per procuratorem.* De Bottis.

(a) *Pridie.* Id eſt præcedenti die, ut ff. de feriis, l. pridie, & ff. qui teſtamenta facere poſſunt, qua ætate, in fi. & de uſucap. l. Ideoque, & de manu. l. 1. Habet ergo reus citatus a Bajulo, ſive huiuſmodi locorum dominis dilationem duorum dierum tantum ad comparendum, videlicet diem citationis & ſequentem, quo comparere debet, ut hic. Sed videtur correctum hoc per conſtitutionem novam in civilibus cauſis, &c. quam quidam habent ſupra de litteris citato. poſt l. edictorum. Alii habent ſupra de ſervit. no. extra de cau. poſ. c. culpam, in qua nova conſtitutione datur dilatoria trium dierum, computato die citationis, & die, quo ſiſtere debet, & bene ibi diſtinguitur. Quid quando citatur in civitate reus, quid quando extra civitatem, & quid quando extra provinciam. Et facit ad prædictam conſtitutionem novam, in qua ſtatuitur dilatio trium dierum. ff. de pub. jud. l. inter accuſatorem.

(b) *Dilatoria competens.* Nota ex hoc, quod tunc venit dies exceptionis dilatoriæ opponendæ, cum imminet neceſſitas litis conteſtatæ, ideoque nec ante poteſt ei præſcribi, quia non fuit in poteſtate rei quando conveniretur, ut ff. de doli exceptione, pure §. ult. & C. de temporibus in integrum reſtitutio. l. petendæ.

** Additio. *Quæ ſi oppoſita non admittatur, ea probata reddit nullum judicium, ita Inn. in cap. tuæ. ext. de cohab. cler. & mul.* De Bottis.

(c) *Poſſeſſor.* ff. qui ſatiſdare cogantur, l. ſciendum.

*** Additio. *Inducit novum, ſcilicet quod ubi de crimine agitur civiliter, ſi conventus non poſſideat immobilia & fuerit pauper & vagabundus, debet in carcere detineri, donec durat inſtantia judicii; quod de jure communi, non inve-*

ANDREAS DE ISERNIA.

quod non exequatur de cetero, & appellet, ſi non fecerit. Dicunt ipſi de appellatione ex ratione, quia ſi non ſignificetur executor, non debet divinare. ff. man. ſi fidejuſſor. §. non male. Nec eſt præſumendum victorem nolle executionem fieri, ſicut nec jactare quod ſuum eſt. ff. de proba. cum de indebito. §. 1.

Additio. *Adde l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. Arch. in c. noſſe, 54. diſt. Bal. in c. quia veriſimile, de præſump.*

Et quia novare facti eſt, argumentum. ff. de curato. furio. l. conſilio. in fi. quod tamen factum non præſumitur, niſi allegetur, de uſufruc. l. quid inde factum, argu. ff. ex quib. cau. maio. denique. Et tunc poſt talem appellationem revocabitur executio per officium judicis, extra de appell. c. bonæ, de excep. dilectus. Item ſi ante executionem dicat ſententiam nullam, quia audiendus eſt, & retractanda executio, alias, poteſt appellare, & revocabitur executio contra facta, ut d. cap. bonæ memoriæ, & de excep. paſtoralis. Et oportet, quod quando ſignificat, appellet, ut non fiat executio, ſi dicatur hoc extrajudiciale eſſe, & non valebit, quod agitur: ſed ſi non appellet, valet quod agitur. Licet revocetur poſtea probata novitate per ea, quæ dicuntur extra de app. conſtitutus. Et id quod dicitur in Auth. quomodo oporteat Epiſcop. §. ſi quis autem, in illo extrajudiciali dicunt eſſe ſpeciale, quæ innuit Inno. de accuſ. ſuper his. Si vero non dicatur eſſe extrajudiciale, quia non deſinit eſſe judex, quantum ad hoc cum habeat juriſdictionem exequendi, licet ipſa executio facti ſit, & in judicio ſufficit proponere exceptionem legitimam, & ſi non recipitur, vel ſi non admittitur probatio, ea recepta reddit judicium nullum, dicit Inno. extra de cohab. cler. & mul. c. tuæ, per ea quæ dixit Joan. in l. prolatam, quia eſſet cognoſcere ſecundum unam partem tantum. Sed ſi facta ſit executio novitate non adjecta, vel intimata, vel oppoſuit non appellando videlicet, ſed ea probata revocabitur propoſita reſtitutione in integrum, arg. ff. de dam. infe. l. ſi finita. §. & ſi forte, quod ibi no. in gl. quia judex ignoranter privat poſſeſſione victum ob eum culpam, qui debuit ſtire, ut ſupra dictum eſt. Et per hoc patet reſponſio ad rationes antiquorum. Sed ſi prætermittat ordinem l. a Divo Pio, ut ſupra dicitur, videtur executio nulla, ſicut ſententia, quæ fertur contra ſolitum ordinem judiciorum, in l. prolatam, ille ordo terminatur executori a jure, & ſi poteſt tunc appellare, non confirmet appellatio id quod ipſo jure non valuit, ut l. ſi expreſſim. ff. de appell. Verius dicitur, ut valeat, quia poteſt appellari & appellanti non currit tempus, niſi poſtquam ſcivit. C. de appella. auth. hodie, in gloſſa non enim facit expreſſim contra legem dicendo, capio ſtabilia: non obſtante quod habet mobilia, tunc haberet locum l. ſi expreſſim. Sed tacite exequendo primo in ſtabilibus, cum non deberet. Et ſic valet. C. quando provo. non eſt ne. l. 2. & ſi licitam provocationem omiſit, perpetuo ſilere debebit. C. ne lite pe. l. fi. Poſſet diſtingui, aut de propinquo poſtquam tranſivit ſententia in rem judicatam, fit executio, victo non vocato, & habet locum dictum Modernorum. Niſi eſſet heres victi, qui juſtam haberet cauſam ignorantiæ. ff. de regu. jur. l. qui in alterius. Et per ea, quæ dicuntur de herede ignorante. C. de jure emphyt. l. fi. in glo. Aut longe poſt. Et tunc dicta Antiquorum habent locum, arg. ff. de annuis leg. l. Mævia, & de pœ. l. ſi diuturnu. Et diretur longe poſt trienoium a tempore litis inceptæ, quia tantum durat lis, ut in l. properandum. C. de judi. & tantum officium liti deſerviens, quod principali ſublato, non remanet. ff. de eo quod certo loco. l. centum Capuæ. C. depo. l. 4. Hoc eſt verum, pendente lite, & non determinata ad hoc officium deſerviens judicio determinatu, ut dictum eſt, & durabit quantum durat actio in factum deſcendens ex re judicata, cujus vita eſt 30. ann. ſicut aliarum perſonalium per l. ſicut in rem. C. de præſcrip. 30. ann. cum loco illius ſit hoc officium, pro quo eſt argu. ff. ſi quis teſta. liber eſſe ju. fu. l. 1. §. actio. Vel erit propinquum tempus illud modicum, quod datur judicatis quando non appellatur. ff. de judi. l. debitori. Item videtur diſtinguendum utrum ſit executor ipſe idem, qui dedit ſententiam, an alius, arg. ff. de judi. l. mortuo, & l. edictum. Durum videtur recedere a rationibus Modernorum, quæ fortes, & validæ ſunt. Quia hoc damnum ſentit victus vel ſuus heres ex eorum culpa, qui non debent ignorare illa, quæ ſibi competunt, arg. C. de reſcin. vend. l. quiſ-

quis injuriarum, aut de quolibet alio maleficio, cujus cognitio ſpectat ad Bajulum, impetitus fidejuſſores dare nequiverit, qui uſque ad finem litis per Bajulum carceris cuſtodiæ mancipetur.

De exceptionibus, & dilationibus proponendis in judicio.

TITULUS XIX.

Conventus pro cauſa civili, ſive criminali a die oblati libelli infra triduum poteſt opponere exceptiones dilatorias ſibi competentes: quas ſi non poteſt incontinenti probare, ſed requirit dilationem ad eas probandum, judex in primis debet ipſi opponenti dare juramentum, quod non cauſa differendi judicium petit dilationem ad probandum dictas exceptiones dilatorias, ſed pro defenſione ſuæ cauſæ. Et deinde ſtatuit terminum octo dierum ad eas probandum, niſi reus ſtatim alleget, & juret quod octo dies ſibi non ſufficiunt pro co

invenitur, & intelligitur littera iſta quando agitur de injuria, vel de alio crimine civiliter, quia Bajulus non cognoſcit criminaliter, ut in conſtitutione, locorum Bajuli, & nota, quod carcer cauſa cuſtodiæ non eſt de mero imperio. De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

quiſquis, maxime in rigore judiciorum, cui debuerunt obviare modo prædicto, & ſic damnum quod ſua culpa, &c. ff. de reg. jur. l. damnum, remanet autem eis jus principale, ut probata anvatione, detur reſtitutio, ut dictum eſt.

D*ilationes*. Ibi, ſtatim. Illud ſtatim ſentit D. Andr. in princ. ſuper conſtitutio. quod ponatur pro incontinenti.

Ibi, oblato libello. Quæro an ſi omittatur poni in libello, poſtea poſſit ſuppleri in articulis? dic quod ſic, ut eſt glo. no. in l. in actionem. §. de veſte, de furtis, & in l. 1. §. ſi quis argentum, ver. ſed & ſi de purpura. ff. depoſi. Sed qua pœna punitur, qui non reſpondet libello? dic quod patitur immiſſionem in poſſeſſionem, ut no. glo. in l. non videtur defendere. ff. de re judi. Sed an poſſit cogi reſpondere libello? dic quod ſic captis pignoribus, & per pœnæ impoſitionem. l. 1. §. cogenda. ff. de ventre inſpiciendo, quod tene menti. Sed an oblatio libelli poſſit fieri die feriata? dic quod ſic: Et idem in oblatione articulorum. Sed reſponſio ad eum no. in l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulteriis, & ibi plene per Dyn. in gl. 1. ibi, triduum. Et hoc in criminali, nam in civili ſtatim oblato libello debet ſequi litis conteſtatio, ut no. ſupra de offi. judic. & triduo ab eo peten. In conſtitutione, cum circa juſtitiæ. in gloſſa dic quod porrecto, &c. Item qualiter intelligatur iſtud triduum? dic ut notatur in conſtitutione exceptionem, infra prox. in gloſſa, quæ incipit, a die illud triduum. In gloſſa in verbo, oblato libello, circa medium. Nota glo. quod fidejuſſores de judicio ſiſti, debent dari ſtatim ante litis conteſtationem. In eadem gloſſa in fi. Nota glo. utrum in cauſa appellationis, & cauſa nullitatis, & in executione ſententiæ ſit dandus libellus? de quo dic plene per And. de Iſer. hic. Pet. de Montef.

In textu, ibi, vel confeſſionem in procuratoribus, vel defenſoribus. Dicitur in hac conſtitutione, quod procurator, & defenſor debent litem conteſtari ſtatim oblato libello propter ignorantiæ verbum. Quæſitum fuit de facto, dum defenſor conveniretur, & habebat dominum abſentem, nolebat litem conteſtari, ut hic dicitur, ſed petebat ſibi dari terminum ad certificandum de juribus principalis, antequam lis conteſtaretur: nunquid ſit admittenda talis exceptio? Quidam adhærentes huic litteræ, dicebant, quod non, propter ignorantiam verborum. Tamen contrarium fuit determinatum, ſcilicet quod dicta exceptio ſit admittenda, hoc per legem quæ dicit, ſive ſit defenſor, ſive ſit curator, ut C. ubi de criminibus agi oportet, auth. qua in provincia, & ubi in rem actio. l. 2. Nec obſtat hæc littera, quia intelligitur quando non fuit oppoſita dicta exceptio, cum ſimpliciter loquatur, nec prohibet dictam exceptionem opponi, & ideo remanet jus commune. Sciendum, quod curator datus bonis non ſatiſdat, ut ff. de curatore bonis dando. l. 3. in prin. & rem rat. hab. l. actor. Hoc audivi a domino Bartholomæo de Capua, & fuit obtentum in contradictorio judicio, in quadam ardua quæſtione. Aliter tamen videtur notari per Inno. extra, de fide inſtrum. c. 1. Joan. Grillus.

In gloſſa 1. in verbo, principales perſonas. Sed quæro, an heres, & fidejuſſor poſſint dicere, ignoro, an debeant negare, vel confiteri? & videtur quod ſufficiat, ſi dicant, ignoro, cum heres & fidejuſſor juſtam habeant ignorantiæ cauſam, ut in l. qui in alterius. ff. de reg. ju. & cauſa non videatur mere propria, quia non ſuo nomine ad eos damnum, & emolumentum pertinet. ff. quan. app. ſit, l. 1. Contra quod debeant negare, vel confiteri, nam licet ex facto alterius conveniantur, ipſi principaliter litigant & conveniantur. Et quemadmodum ſua eſt, & principales perſonæ debent negare, vel confiteri, ut hic: ergo heres, & fidejuſſor hoc idem facere debent, ſicut hæc conſtitutio dicit, a qua non eſt diſcedendum, ut in l. proſpexit, qui, & a quibus, & non aliter, & quia non diſtinxit. Item cauſa dicitur propria tam principaliter, quam ſecundario. C. de teſt. l. omnibus, in gloſſa. Item patris, & filii, heredis & teſtatoris, una dicitur perſona C. de impub. & aliis ſubſtit. l. fi. in Auth. de jurejur. a morien. præſt. in prin. Item omnia jura teſtatoris tranſeunt in heredem. ff. de acq. poſſ. l. cum heredes. §. 1. & ff. de diver. & temp. præſcrip. l. cum heres, & ff. de reg. jur. l. in omnibus. Item culpa & vitia teſtatoris comitantur ſucceſſorem. C. de acqu. poſſ. l. vitia. Præterea iſta non ita conveniunt in fidejuſſore, quemadmodum in herede: cum fidejuſſor ex ſuo facto, & oblatione teneatur. Nam qui fidejubet, cogitat de ſolvendo. ff. de cond. indeb. l. indebita. Bartholomæus de Capua.

In textu, mobilium. Novum eſt, quod inducit hæc conſtitutio, quod ubi de crimine agitur civiliter, ſi conventus non poſſideat immobilia, & fuerit pauper vel vagabundus, debet in carcere detineri, donec durat inſtantia cauſæ, quod de jure communi non invenitur, & intelligitur littera iſta, quando agebatur injuriarum, vel de alio maleficio civiliter: quia Bajulus non cognoſcit criminaliter, ut in conſtitutione locorum Bajuli. Et nota caſum, quod carcer dum cuſtodit, non eſt de mero imperio. Bartholomæus de Capua.

In textu, per Bajulum carceris cuſtodiæ. Nota Bajulos carcerem habere poſſe. Sic ſupra, de pœna contumaciæ in civili cau. l. ſi quis poſt litem. Sed quomodo hoc, cum carceratio ſit de mero imperio? ut ff. de in jus vocan. l. 5. & vide quod no. And. in conſtitutione locorum Bajuli, in fi. Petrus de Monteforte.

In fi. Hanc conſtitutionem intelligo non habere locum in muliere, quæ ſi non invenerit fidejuſſorem, ſufficit quod juret ſecundum jus commune, prout notatur in c. per tuas, de don. int. vir. & uxo. & iſto caſu maſculinum non concipit fœmininum, quia odioſa. Bartholomæus de Capua.

De

eo quia habet facere probationes in longinquis partibus, tunc judex conſiderata diſtantia loci, & cauſæ, & qualitatibus perſonarum litigantium, poterit longiorem dilationem ſtatuere ad probandum dictas exceptiones dilatorias oppoſitas. Et ſi decurſa dilatione, reus defecerit in probatione dictarum exceptionum judicis officium eſt taxare expenſas, quas fecit actor occaſione prædictæ dilationis: & condemnare reum ad ipſas actori ſolvendas. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

EXceptiones (*a*) dilatorias, prout communis juris regulis eſt introductum, in ipſo judicii exordio proponendas (*b*) infra triduum (*c*) a die (*d*) oblati libelli, vel in civili, vel in criminali judicio objici poſſe cenſemus: in quibus

De exceptionibus, & dilationibus proponendis in judicio. Rubrica.

(a) E*Xceptiones dilatorias.* Poſſunt opponi tantum in exordio judicii, ut ſupra proxi. dixi, infra triduum tamen a die oblati libelli; & ſi conſtare non poteſt de eis, datur terminus ad probandum præſtito prius juramento calumniæ ab eo, qui eas objecit, & ſi non probat, punitur ad expenſas. Et per hanc conſtitutionem inducitur quoddam novum, quod forte multi ignorant, quod per objectum dilatoriæ exceptionis impediatur litis conteſtatio, donec probetur exceptio. Hic enim de jure communi obtinet in declinatoria, ut C. de except. l. pe. & fi. dilatoriæ enim de jure communi quandocunque poſt litem probantur, dummodo ante opponantur, ut in l. exceptionem. C. de prob. & ideo ad hanc conſtitutionem advertas. C. de proba. l. exceptionem.

(b) *Infra triduum.* Offerat ergo omnes ſimul vel particulares infra triduum, non tamen poſtquam ſuccumbit in una, offerre poterit aliam. Simile remedium extra de excep. paſtoralis, & arg. juris civilis. ff. de peti. hered. ſi quis libertatem. §. pen. & Inſti. de excu. tut. §. qui autem ſe vult, cum ſi. ibi no. Et nota, quod iſta lex dedit remedium in dilatoriis: ſed infra de proceſſo, 10. poſt lit. conte. dat remedium in peremptoriis, ut ibi dicitur. Infra triduum in peremptoriis non credo locum habere, quia quandocunque uſque ad ſententiam ſecundum leges opponi poſſunt, niſi ſit malitioſa, quo caſu dic, ut infra tit. 1. & ſi exceptio.

(c) *A die.* Iſtud triduum, ſicut hic dicitur, numeratur a die oblati libelli, ſcilicet in judicio, non a die citationis factæ, quod ex eo apparet, quia exceptio dilatoria tunc opponitur quando reus neceſſe habet litem conteſtari, hoc eſt oblato libello in loco judicii, & ad hoc opponitur, ut lite conteſtata differatur probatio, hoc eſt ſupra l. 1. ibi, niſi dilatio competens, &c. ibi, & ipſo loco judi. &c. Quomodo curret tempus exceptioni, vel actioni antequam debeat, & poſſit proponi? & certe nullo modo, ut C. de jure dot. io rebus. §. omnis, & de anna. exceptio. l. 1. §. fina. & de præſcrip. 30. annorum, cum notiſſimis. §. illud. Citatione autem facta, libello in judicio non oblato, reus non habet litem neceſſe conteſtari: imo nec in judicio comparere, niſi in termino a jure, vel a judice ſibi dato, ut ſupra de exordiis & præparatoriis judiciorum, l. 2. & 3. ſuper eo. l. 1. Cum ergo nondum venit dies exceptionis dilatoriæ non poteſt ei præſcribi, ut in ſumma de præſcrip. 30. annorum. §. idem incipiat.

(d) *Oblati libelli.* Ergo ante litem conteſtatam libelli oblatio non facit litis conteſtationem, ut in Authen. de litig. §. ſi vero initium, quod dic in ſumma de litis conteſtat. & in ſumma de litig. in principio.

ANDREAS DE ISERNIA.

De exceptionibus, & dilationibus proponendis in judicio. Rubrica.

E*Xceptiones dilatorias infra triduum.* Non quod reus poſſit dicere dato ſibi libello, peto triduum ad proponendas dilatorias. Imo ſtatim debet reſpondere, ut ſupra. l. proxi. Sed ſi objicit dilatorias ſtatim poteſt, ut hic. Et ſi lapſum eſt tempus triduanum non poteſt, quia dicit infra triduum, &c. & non dicit quod expectetur uſque ad triduum, ſi velit dilationem aliquam opponere, debet etiam omnes ſimul proponere, ut in glo.

ADDITIO. *Circa exceptiones in judicio proponendas, vide pragmaticam, ſi reus exceptiones, & præcedentem omnino. Et de dilationibus, aliam ſequentem poſt prædictas, & de dilationibus per calumniam petitis pragmaticam, ſi quis petierit, & in omnibus per me.* Cæſ.

Et verbo tenus, etiam ſine ſcriptis, ſicut omnes alias exceptiones, exceptis duabus, quæ in ſcriptis debent proponi, ſicut exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis. C. de non nume. pecu. l. pen. in ſi. Jure Canonico ſemper in ſcriptis, ut c. quoniam contra falſum, extra de proba. Quid ſi ignoravit ſibi competere dilatoriam, an proponat eam poſt litem conteſtatam? Dic ſervari jus commune, ut poſſit, ut nota. C. de jur. & facti ignor. l. error. nam hæc Conſtitutio arctavit ſcientes, ut infra triduum a die dati libelli dilatorias proponat, quæ jure Romano propoſitæ ante litem conteſtatam probari poterant poſt litem conteſtatam. C. de probat. l. exceptionem, non enim eſt veriſimile, quod tollat jura de ignorantibus loquentia. C. de ino ſ. teſta. l. ſi quando. Jure tamen Canonico definitum eſt, extra de excep. c. paſtoralis. Et hoc ſi probabiliter ignoravit, ut in facto alieno, puta ſi factum erat pactum de non petendo a teſtatore uſque ad certum tempus. Hæc heredes poterant ignorare, ff. de reg. jur. l. qui in alterius.

In omnes expenſas. Sic in eo, qui deficit in probatione peremptoriæ, infra tit. 1. l. ſi exceptio, ſed ſi defenſor dicat citatum fuiſſe abſentem excuſando eum, & detur ei terminus ad probandum, ſi non probat, condemnabitur ad expenſas, arg. C. lib. 12. de proximis ſacrorum ſcrinior. l. in ſacris, §. quæ omnia, ff. de dam. inſe. l. qui bona. §. ult. & dictum eſt ſupra de exor. & præpa. judi. l. edictorum, in fi. Sed nunquid poterit dici huic excuſatori, ſatiſdatu de ſolvendo expenſas, ſi non probas? dicunt quidam quod non, per arg. a ſufficienti partium enumeratione, quia cum certæ cautiones inveniantur, ff. de præt. ſtipu. l. 1. & 3. & de rei vend. l. ſi poſt. de pign. act. l. creditor, cum ſimi. hæc non invenitur, ergo &c. ſimilis modus argumentandi eſt, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. l. patre furioſo, de lib. & poſth. l. ſi filius. Alii contra quod eſt verius, quia nullus idonee defendit, ſi non ſatiſdat, ff. de procu. l. non cogendum, §. qui aliom, & qui excuſat allegando abſentiam, defendere dicitur, eo. tit. l. ſervum, §. publice, quæ ſatiſdatio committetur in expenſis, ſicut alias dicitur de procuratore, quando dominus non habet ratum, ff. rem ra. hab. l. ſi ſine, §. cum autem, & §. Marcellus. Jure Canonico ad has expenſas is, qui deficit in probatione dilatoriæ non condemnatur, niſi ſit in manifeſta malitia. Si tamen juravit quod non animo calumniandi proponat, ut no. ext. de dolo & cont. c. finem litibus.

E*Xceptiones.* In gloſſa 1. circa medium. Nota, quod obtentum dilatoriæ exceptionis impedit litis conteſtationem, donec probetur.

In gloſſa 2. Nota, quod omnes exceptiones dilatoriæ debent offerri ſimul intra triduum. In gloſſa in verbo, Sacramento. Nota, quod ſuper except. dilat. juratur de calumnia, idem in exceptione peremptoria, ut in fine hujus conſtitutionis. Sed utrum condemnabitur in expenſis, ſi non probatur in peremptoria, ſicut dilatoria, ut hic in textu. Dic quod ſic, ut in conſtitutione ſi exceptio peremptoria, infra, de jur. litiga. Petrus de Monteforte.

bus ſi de eis incontinenti conſtare non poſſit, ſed dilationem requirat is, qui eas objicit, (*a*) ſacramento prius, ſi hoc judex decreverit, præſtito, quod non tantum cauſa differendi, vel fruſtrandi judicii, ipſas conventus opponat: ſed quod eas ad levamen cauſæ ſuæ ſe probare poſſe confidit. Ad probandum eidem octo dierum terminus * concedatur: niſi reus in longinquis probationes ſe habere juraverit, quo quidem caſu conſideratis locorum diſtantiis, cauſarum qualitatibus & conditionibus perſonarum, terminus longior debebit, & poterit indulgeri. Et ſi in eorum probatione reus defecerit (*b*) in omnes expenſas (*c*) ſacramento actoris, cum taxatione judicis declarandas ab eo occaſione prædictæ dilationis factas (*d*) ipſum decernimus condemnari.

De exceptione hoſtici ponenda. Alias eſt, de eodem.

TITULUS XX.

Si quis iturus ſit ad exercitum, vel jam iverit, ſi conveniatur ab eo, qui non eſt in exercitu, ſive jam erat conventus, cum ad exercitum ivit, habet beneficium hoſticæ exceptionis, ut quindecim diebus antequam iter arripiat, & quindecim poſt reſpondere non cogitur, niſi agens ſit ejuſdem conditionis cum iſto, dum tamen quilibet militet ſuis expenſis, & armis, ita quod eorum conditio ſit æqualis, & hoc beneficium datur bannitis militantibus, qui ſecuri debent eſſe in exercito, ut ſi non conveniantur a militibus, repellant eos, vel ſi ipſi conveniant alios militantes, non repellantur ab eis, forjudicatis non datur hoc beneficium, quia conveniri, nec agere poſſunt, & hæc conſtitutio non extendatur ad ea, de quibus in exercitu contrahuntur, vel committuntur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

HOſtici (*e*) ** exceptionem, quam in judiciis noſtris frequentius audivimus, determinare volentes, Statuimus, ſi quando ſubmonitus ad exercitum citatus extiterit exceptionem prædictam per ſe, vel per alium coram eo

(a) *Sacramento*. Nota, quod ſuper hac exceptione juratur de calumnia. Et nihilominus poſtea jurabitur in tota cauſa. Nec obſtat, quod ſemel juratur in litem; quia illud eſt verum, quando illud, ſuper quo petitur jurari, poteſt contineri & includi ſub primo juramento, quod hic non erat: quia ante litem objiciebatur talis exceptio, poſt litem autem iterum juratur, interdum, ut cum petitur quarta productio: ut C. de probationibus, auth. ubi ſemel. quæ eſt in corpore Authen. de teſtib. in principio. Ad primum autem quod dixi, & hoc eſt expreſſum arg. ff. ad exhib. l. theſaurus. Item nota, quod multo fortius in exceptione peremptoria jurat objiciens, quod non calumniæ cauſa opponit, ut inf. de ſec. præſ. ab eo qui opponit exceptionem perempto. op. l. 1.

* Additio. *Sed an computabitur dies, in quo proponitur exceptio, reſpondeo non, ut de excep. cap. pia. in 6.* De Bottis.

(b) *In omnes expenſas*. Facit extra de reſcr. c. ceterum, & c. ol. & extra de dolo & contu. c. ex litteris, & c. fi. Et harum expenſarum fit condemnatio incontinenti, quod actor defecerit in probatione hujus exceptionis, ut ff. de jud. eum qui temere, & C. de jud. ſancimus, no. in prælleg. c. ceterum, alias regulariter fit expenſarum condemnatio in fine litis conteſtatæ, ubi plene tractatur hæc materia, extra de pœn. c. calumniam, & c. audaciem. Sed expenſæ factæ ante litem conteſtatam, petuntur per libellum factum officio judicis, ut ibi no.

(c) *Sacramento*. Idem in peremptorie exceptione, ut infra de ſacr. præſt. l. 1.

(d) *Ipſum*. Scilicet, reum petentem dilationem, & nihil de ea probantem.

De exceptione hoſtici ponenda. Alias eſt, de eodem. Rubrica.

(e) HOſtici. Si quis iturus ſit ad exercitum, vel jam iverit: ſive conveniatur ab eo, qui non eſt in exercitu, ſive jam erat conventus, cum ad exercitum ivit, habet hoc beneficium, ut opponat hoſticem exceptionem, ut differat judicium incipiendum, vel jam inceptum, quia eſt in exercitu, & abeſt cauſa reipub. arg. ad hoc. C. ex qui. cau. majo. l. 1. cum §. Sed hoc eſt verum, niſi agens ſit ejuſdem conditionis cum iſto: quia tunc nil Judæus Judæo, & quod uni concedimus, &c. ut C. qui potiores in pignore habeantur, l. fin. & ita privilegiatus non excludit alium privilegiatum, arg. ff. ex qui. cau. l. fin. Hoc beneficium datur bannitis † militantibus. Ut ſi conveniantur a non militantibus repellant eos, vel ſi ipſi conveniant alios militantes, non repellantur ab eis.

† Additio. *Vide And. in c. 1. §. item de ſtatu. contra lib. eccl.* De Bottis.

Forjudicatis non datur, quia nec conveniri nec agere poſſunt, utpote, a limine judicii expulſi. Hoſtici, iſtud verbum eſſumptum eſt ext. ff. de re mili. l. ſi.

** Additio. *Ad hanc conſtitutionem vide textum in l. ſi maritus, §. legis Juliæ, de adult. Et nota quod die 2. Septemb. 1556. in cauſa inter mag. Catherinam Caracciolam cum Illuſtri Comite Populi, in qua petebatur, quod re-*

ANDREAS DE ISERNIA.

In textu, infra triduum, Nota, quod exceptio dilatoria debet proponi infra triduum, a die oblati libelli, in civili, vel criminali. Sed pone quod libellus datus fuit, & ſuper eo diſputatum eſt per 10. dies, utrum exceptio dilatoria competens opponi poſſit, & quidam valens Doctor dixit, quod ſic, per l. contra. C. de inoffi. teſta. l. in cauſæ cognitione, ſecunda, ff. de mino. Bartholomæus de Capua.

Sed an tempore libelli oblati dictas exceptiones, quas infra triduum poterat opponere, teneatur nominare, dic quod ſic. arg. ff. de excuſa. tut. l. ſcire oportet, & de excep. c. paſtoralis. Marinus.

In textu, objicit ſacramento prius. Nota formam ſacramenti, ſecundum quam jurat conventus qui dilatoriam exceptionem objicit, ſcilicet, quod non animo differendi judicium ipſam opponit: ſed ad relevamen ſuæ cauſæ facit, & confidit ſe probare. Idem eſt in peremptoria, quod juratur in cauſa ſecundum formam prædictam, ut in gloſſa hujus conſtitutionis, quæ incipit, no. quod ſuper hoc, & inf. de excep. malicio. oppo. l. ſi exceptio. Bartholomæus de Capua.

In textu, octo dierum terminus concedatur. Sed nunquid iſte terminus poſſit abbreviari per judicem? credo quod ſic: per id quod notatur in Auth. de exhi. §. ſcimus, in gloſſa nunquid, &c.

De exceptione hoſtici ponenda. Alias eſt, de eodem. Rubrica.

HOſtici exceptionem. Hæc exceptio comperit eunti, vel moranti in exercitu, qui tenebatur ſervire: dicit enim, citatus & ſubmonitus. Secus videtur ſi ſponte iret ad exercitum, cum non teneretur: niſi coactus, ſeu miſſus per Curiam, etiamſi ſtipendia haberet a Curia. Videtur enim data opera hoc facere, ſci-

eo, qui ipſum (a) citavit, opponat, qua oppoſita & probata, quindecim diebus antequam iter arripiat, & quindecim poſtquam reverſus fuerit, (b) immunitatem reſponſionis habebit, ita quod nullus per ſe, vel per procuratorem, quem teneatur (c) relinquere, reſpondere cogatur, quod inviolabiliter obtinere cenſemus, etiam cum litis conteſtatione ſecuta ſubmonitione facta reum reipublicæ cauſa prædicto modo abeſſe debere contingit. Si tamen ambæ partes, actor, ſcilicet & reus in exercitu inveniantur, exceptionem hoſtici alter alteri opponat, dum tamen non is, qui voluerit alterum in exercitu convenire, munitus ſit in exercitu competentibus equis, & armis, & aliis omnibus opportunis, & neceſſariis, quæ opportunitas & neceſſitas moris exercitalis inducunt. Illo etiam non omiſſo, ut ſi conventus in exercitu per ſe, & ſuis expenſis militat is, qui eum impetit, ut adverſarium poſſit hoſtici exceptione privare.

Eo-

---

teſtes, qui interfuerunt in donatione facta per magnif. Fabritium Cantelmum dictæ Catherinæ, recipiantur ad futuram rei memoriam, citato dicto Illuſtri Comite per quem fuerit oppoſita exceptio hoſtica, fuit decretum per Sac. Conſilium referente mag. Spinola judice mag. Cur. Vicariæ, quod teſtes recipiantur, quibus receptis ſuperſedeatur ſtante exceptione hoſtica oppoſita, Actuarius .... vide de excep. hoſtica Freccium, dum tractat de officio Admirati, nu. 15. ubi an ſerviens in mari gaudeat hac exceptione, quid in ſervientibus per ſubſtitutum, & quid in litigante per procuratorem: & an contra mulierem petentem dotem, vide ibi, vide capit. Regis Roberti II. cap. 19. & Capic. in tract. feu. in c. feud. excep. §. hoſtici, & in deciſ. 76. & 172. An hæc exceptio competat ſpolianti, vide Afflict. deciſ. 84. an competat uxori illius, qui eſt ſubmonitus, Capic. in d. deciſ. 76. & 172. & an competat pro delicto commiſſo poſt ſubmonitionem, Iſer. in auth. habita, nu. 12. C. ne. fil. pro patre. quam legit poſt tit. de ſtatu. contra liberta. eccleſiæ.

In regiſtro antiquo, quod tenet Dominus Antonius Barattucius fiſci advocatus extat littera tenoris ſequentis, videlicet: Robertus, &c. Joanni de Haya militi Cancellario mag. Cur. Vicario Regenti, & judicibus d. mag. Curiæ dilectis Conſiliariis familiaribus, & fidelibus, &c. habuit veſtra expoſitio facta nobis, quod Matthæus Manſella de Salerno miles fidelis noſter citari fecit in ipſa Curia certos fidejuſſores apud eum præſtitos per Rogerium de Morra militem fidelem, & dilectum noſtrum, quo dicto Matthæo teneri dicitur in certa petitione, & quantitate: & quia mandatum eſt ipſi Rogerio ex celſitudinis noſtræ parte, ut armis & equis decenter munitum ſe inſtanter in Calabriam conferat ad confortationem fidelium & impugnationem horribilis obſtaculum repreſſivum petit a vobis, ut contra fidejuſſores eoſdem per eum apud d. Matthæum præſtitos differatis procedere quouſque idem Rogerius in prædictis militaribus expeditionibus occupetur, ut ſicut hoſtica exceptio ſibi competit, ſic & ejus propterea fidejuſſoribus præbeatur. Super qua dubitatione vobis ingeſta noſtram inde conſcientiam conſultaſtis. Nos vero conſultationis veſtræ ducimus reſpondendum, quod dicto Rogerio eunte pro dictis jam ſervitiis, vel ad eundum opportune parato præſtanti propter quæ prædicta exceptio ſibi ſine dubitatione tribuitur per conſequens ejus memoratis fidejuſſoribus concedenda: exceptiones quidem, quæ principali reo competunt, etſi dilatoriæ fuerint ſive legales, ſive pactionales, extiant datis pro ipſo reo fidejuſſoribus, rationabiliter indulgetur, datum, ut ſupra per omnia die 28. Januarii .... & in eodem lib. c. 96. diſponitur quod iſta conſtitutio non habeat locum contra viduam pauperem ſpoliatum ab eo, qui adeam ſolvit & principaliter fundatur favore viduæ paupercula. De Bottis.

(a) *Citavit*. Id eſt, citari fecit, ut ſupra de lit. cita. l. 1. in fine.

(b) *Immunitatem*. Eandem immunitatem credo habere omnes remiges & nautas euntes ad exercitum, omnes enim milites ſunt, ut ff. de bonor. poſſeſ. ex te milit. l. 1. §. in claſſibus.

(c) *Relinquere*. Non tenetur relinquere procuratorem. Sed an ſi ante hoſticam exceptionem litigavit per procuratorem, teneatur per procuratorem cauſam exercere? videtur quod ſic n contrario ſenſu: quia in hoc non indulget beneficium hæc conſtitutio, quando ante creaverat procuratorem, optima l. ad hoc ff. de procurato. l. hereditas, & l. ſequen. Contrarium ſervatur in magna Curia, argu. contra. C. de proxi. ſacr. ſcrin. ubi

---

ANDREAS DE ISERNIA.

ſcilicet, ut non conveniatur, vel accuſetur interim, ff. ex quibus cauſ. majo. l. his qui data opera. Ex onere quod quis libenter ſubiit, non conſequitur privilegium: immo perdit, ut ibi in gloſſa. Si ergo fuerat ante citatus, & præventus fuit a judice: & ſic reſpondebit, alias eſſet contumax, ff. de judi. ſi quis poſtea. Si vero eo in exercitu taliter commorante, citetur in domo, niſi excuſetur, quod eſt in exercitu, ſtatim damnabitur: nec habebit reſtitutionem, ſicut abſens cauſa reipublicæ. Totus titulus, de legationibus, ff. loquitur quando princeps mittit, & ſi excuſetur, habebit terminum pro locorum diſtantia, ſuper dn exordiis & præparatoriis judi. l. edictorum. Secus ergo ſi Curia miſiſſet, & ſtipendiaſſet ipſum, forte quia ſtrenuus erat, & cogebat eum ad hoc, non affectantem, nec dantem operam: & ſi poteſt intelligi. C. de procura. l. qui ſtipendia. C. qui accuſ. non poſ. l. non prohibetur, ſufficit ſi non dolo malo abeſt. ff. ex quib. cau. majo. l. item hi. Hodie videmus largius dari hoc privilegium, ſcilicet, omnibus exeuntibus & commorentibus in exercitu. Et extenditur ad remiges, & nautas, ut hic in gloſſa. Sed certe & illi coguntur per Curiam. Ubi autem ambo actor & reus ſunt ſubmoniti in exercitu, alter alteri non opponit, quia nil Judæos Judæo, & ſequitur bona diſtinctio, de eo qui ad expenſas alterius eſt in exercitu. Quod facit pro ſtipendiariis, ut non habeant privilegium, niſi miſſi & coacti per Curiam. Et habet hoc privilegium ſubmonitus ad exercitum, ſive perſonaliter vadat, ſive mittat ſubſtitutum, ut hic in glo. & ff. de leg. l. ſi filios. C. lib. 10. de Decur. l. neminem, & l. nullus qui, in fine arg. contra. ff. de excuſ. toto. l. fi. Sed ibi non erat exceptio ſic favorabilis. Subſtitutus vero & miſſus per ſubmonitum non habet privilegium, ff. de leg. l. vicarius, & l. filios argumentum contra. lib. 11. de collegiatis, l. 1. in fine de aquæductu. l. pœnalis, §. ult. ff. de vacatione munerum, l. legato. §. Comites, dicunt Moderni lib. 10. de Comiti. rei milita. l. 2. Pone ergo quod lite conteſtata dato termino ad probandum reſtantibus decem diebus tantum de termino, ſubmonitus eſt, poſtquam rediit de exercitu, & elapſis 15. diebus habebit ad probandum decem dies tantum, qui tunc reſtabant, quia dilatio legalis non debet eſſe ei damnoſa, ff. de judi. l. 2. §. donec, qui bonis cedere poſſunt, l. fi. Sed utrum ipſo jure currant poſt 15. dies prædictos, vel per beneficium reſtitutionis in integrum? nam in contractibus non ſubducitur tempus, quo fuit abſens pro eo, & contra eum, & ipſo jure currit: ſed reſtituitur. C. de reſtit. milit. quo tempore, & l. fin. In judiciis videtur quod jure non currat tempus, donec abeſt cauſa reipublicæ. C. de dolo. l. 3. & hoc eſſet melius pro adverſario. Econtra videtur, quod per reſtitutionem, quia ſi feriæ repentinæ judicantur dilatione pendente data a judice, dilatio currit, ſed fit reſtitutio. ff. ex quibus cauſis majo. l. ſed & ſi per prætorem, §. ſi feriæ, & no. C. de feriis, l. 1. & hoc erit melius pro eo, quia etſi unus tantum dies reſtaret de termino illius diei, fieret tantum reſtitutio. d. l. ſed & ſi per prætorem, §. quoties. Tunc ergo

ſoll-

Eodem modo & ſuis expenſis militare debebit, ne alterius tædio, ſub cujus expenſis & neceſſariis fuerit in exercitu ſuſtentatus: eum, qui cum expenſis ſuis nobis laudabiliter ſervit, impugnet: quæ omnia per Mareſcalcum noſtrum, vel per alium, qui exercitui de mandato noſtro pro tempore præerit, cui omnes, qui ad exercitum venerint abſque diſcretione aliqua volumus præſentari, probari debebunt. Tamen ſi eorum amborum conditio ſit æqualis, ut ambo, ſcilicet alienis expenſis in exercitu commorentur, alter alteri tenebitur reſpondere. Ut tamen occaſione tam inchoati, quam inchoandi litigii, etiam ſi peremptorium fuerit emiſſum a ſervitio ſpeciali, quod ei per nos, vel per præfatum Mareſcalcum noſtrum in exercitu

---

ubi de hoc notavi in commento, & de agent. in rebus, l. fin. in principio. Item ſi ſervit per alium, † quia miſit alium loco ſui ad exercitum, an habeat hanc immunitatem de exceptione hoſtica? Reſpondetur ſicuti notavi plene in dicto commento, C. lib. 12. de co. re. mu. l. 2.

† Additio. *Hodie corrigitur per cap. Regis Roberti, quod incipit ſi Comes*. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſolicitus ſit adverſarius, ut ſtatim lapſis 15. diebus faciat redeuntem citari, ut veniat ad procedendum, & ſi citatus opponat de illis x. diebus, reſtituantur ei. In ſervitio itaque trium menſium, quod debetur pro feudo per ſubmonitum non computantur illi dies, qui dantur ad componendas ſarcinulas, ff. ex quibus cau. majo. ait prætor, §. ſi ſimpliciter. C. de exhib. reis, l. 2. quia tantum habet dies 15. antequam iter arripiat. Sed quæro, quando, & a quo tempore computantur tres menſes feudatario ſervienti: Utrum a tempore, quo primum receſſit de domo vocatus per Curiam, ut ad exercitum vadat, vel a tempore quo cœpit ſervire, & eſſe in exercitu? Videtur † quod a tempore, quo a domo receſſit ut tempus eundi ad dominum pro ſerviendo computetur ipſi domino, ff. de operis liber. l. quod niſi. verſ. ſed ſi dies, &c. & a tempore, quo primum de domo profectus eſt, ff. ex quibus cauſis majo. l. qui mittuntur, §. ſimiliter. Sic de tempore, quo domum revertitur, eodem titu. l. ſi cui. §. tamdiu.

† Additio. *Nota quod tempus acceſſus numeratur in ſervitio, de quo Guido Papæ deciſ. 217. Adverte, quod habens feudum planum, & de tabula ſervit & per dies 40. ad expenſas & equos domini, niſi aliter ſe inveſtitura habeat, Frecc. fol. 241. nu. 25.* De Bottis.

In regno Siciliæ computatur a tempore, quo facit monſtram: quia tunc ſcit curia eum eſſe paratum ad ſerviendum, etiam cum litis conteſtatione. Nunquid poſt concluſionem ſi tunc ſubmoneretur de jure, ſi poſt concluſionem nihil poterat facere, puta, reſtitutionem petere, vel aliquid tale, non dabitur dilatio. C. de adul. quamvis, ff. de evictio. l. ſi rem. §. fin. extra de procura. cap. auditis, de judic. c. fin. Verum quia hæc conſtitutio indiſtincte loquitur, indiſtincte ſervatur: cum ſit favorabilis exceptio, & ſic amplianda, ff. de liber. & poſthum. l. cum quidam, nam poſſet cedere, etiamſi nihil haberet in lite facere, extra de elect. dudum, in fine. Item an actor opponat, quod non tenetur proſequi litem, cum ſit ſubmonitus? videtur enim quod loquatur in reo: quia dicit, citatus exiterit: ſed & reus poſt litem conteſtatam tenetur, ſi abſit cauſa reipublicæ jure Romano, ff. de legat. eundem, alias, tantundem, hoc corrigitur hic: quia dicit, quod non tenetur procuratorem relinquere. Et quicquid ibi dicat gloſſa, etiam jure Romano corrigitur: quia in quacunque parte judicii ſit indefenſus abſens cauſa reipublicæ fit reſtitutio. C. ex quib. ca. majo. l. 1. Si reſtituitur, ad quid judex procedet, ff. ad Velleia. aliquando, de dam. infec. l. ſi finita, §. ſi forte. Quare autem de actore eſt eadem cum illa, utrum actor infirmus teneatur mittere procuratorem, ff. ſi quis caut. l. 2. Nam utrobique eſt juſta cauſa: ut quia ſubmonitus, vel infirmus etiam poſt litem conteſtatam non tenetur litem, ſeu cauſam proſequi, ff. de diver. & temp. præſer. l. 1. Nam ante litem conteſtatam in poteſtate ſua eſt, quando agat. ff. de do. excep. l. pure. §. fi. & tunc etiam ſi ex juſta cauſa eſſet abſens, totum tempus abſentiæ de præſcriptione ſubduceretur. Item compellitur agere poſt litem conteſtatam, ut in auth. qui ſemel. & ſic obſtat ad cauſam agendam, ut ibi dicitur, ſic etiam dicimus reum eſſe actorem in exceptione, ubicumque ergo juſta de cauſa impeditur agere, vel conveniri, habet locum, quod dies judicii ſit diffuſus.

Bannitos. Semper intellige quod ſubmoniti coguntur ire ad exercitum: quia ſic dicit hæc conſtitutio in principio. Ad primordium ergo dictum poſterius refertur. C. lib. 10. de impo. luc. deſcr. l. 1. in fine & tota debet intelligi, ſicut principium loquitur, ff. de. jur. & fac. ig. l. regula. §. pen. Niſi coacti ſtipendientur per curiam ſine dolo malo eorum. Quoties enim ex neceſſitate, non ex voluntate, abſentes fuerint, ſufficiet, in d. l. ſed ſi per prætorem, §. fin.

Salvis his, quæ in exercitu contrahuntur, vel committuntur. Nam legatus non habet privilegium, ſi delinquit poſt legationem, ff. de judi. l. non alias, §. legati, ſic feudatarius ad exercitum ſi delinquat, poſt ſubmonitionem, non habet hanc hoſticam exceptionem, ff. de jud. l. 2. §. omnes, nam & ſtipulatio damni infe. non extenditur ad domos poſtea quæſitas, ff. de dam. inſe. l. damni. §. ſi is. Nec legatum ad quaſita poſt. ff. de leg. 2. ſi ita ſcripſiſſet, & de leg. 3. l. Julianus. §. fi. Nec filii nati tutori poſt tutelam proſunt ad excuſationem, ff. de excu. tut. l. 2. §. amplius, & l. tutor petitus, nec arbiter cognoſcet de illis, quæ poſtea ſupervenerunt, ff. de arb. l. de his, ſic ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis rei. §. illud, ubi in delicto commiſſo poſtquam ſatiſdedit, non habet exceptionem, ſecus in commiſſo ante, ff. de cuſto. reo. l. 2. §. fi. Fruſtra enim legis auxilium invocat, qui committit in legem. ff. de mino. l. auxilium. Et privilegium perdit, qui abutitur eo. C. de Judæ. l. Judæos. Si vero contrahat poſt legationem, aut poſtquam ſubmonitus eſt ad exercitum, diſtinguitur utrum in domo, vel in provincia ſua, an Romæ, vel in alia provincia, quam ſua, d. l. 2. §. item ſi extra provinciam, ſecundum omnem intellectum. Commiſſa vero, vel contracta, dum ſunt in exercitu, terminabuntur juxta ritum exercitalem, qui habet certas ſuas leges, pro quo eſt C. de conſti. pecu. l. 2. §. fi. ad l. Rhodiam de jactu. l. deprecatio, qui ritus ſi deficit, recurritur ad prædictum jus Romanum, ut ſup. de offi. Juſtit. l. præſenti, & l. puritatem.

HOſtici exceptionem. Sed nunquid feudatarius, qui non ſervit in capite, ſed ſub Barone, habebit exceptionem hujuſmodi? Reſpondeo ſic, quia ſervientibus in exercitu datur illud beneficium: ut dicit conſtitutio hæc. Non ergo refert, per quos fiat ſervitium, ut C. de libe. & eorum liber. l. 3. in fine. Et ſicut habet beneficium ipſius conſtitutionis feudatarius in capite, ita & ille, qui ſub eo ſervit, arg. ff. de vi & vi arm. l. fi. & hoc clare videtur determinari in fine iſtius conſtitutionis, ubi dicit quod banniti etiam feudatarii, habent beneficium, quod non poſſunt conveniri durante exercitu: quia propter ſervitium exercitus ipſius conſtitutionis beneficium conceditur. Nunquid emphyteuticarius, qui ſolvit adhoamentum, habet beneficium ipſius conſtitutionis? Reſpondeo ſic: quia regia curia recipiendo pecuniam pro adhoamento, videtur uti ſervitio, pro quo ipſum adhoamentum datur, ut ff. de uſufruc. lega. l. quia qui pretio, & ff. comm. divid. l. quamvis, §. 1. & ita ſervatur de facto. Bar-

tu fuerit injunctum: is, qui citatus eſt nullatenus avocetur. Bannitos (1) & forbannitos, etiam ſecure (a) in exercitu, & abſque alicujus offenſione vniumus commorari. Adeo etiam, ut dum in exercitu ſint, privilegium habeant commune cum ceteris, quod a nemine valeant conveniri. Banniti tantummodo, non forjudicati ab accuſatoribus ſuis, & his, qui eodem modo muniti equis, & armis, ſcilicet in exercitu fuerint, (b) infra annum, juxta pridem a nobis ſtatutum modum, poterunt conventri. In forjudicatis autem idcirco hoc onn concedimus: quia cum ipſis nulla ſit reſervata defenſio, nnn eſſet aliud eos conveniri, permittere, quam ſuſpendi mandare. Salvis per omnia his, quæ in exercitu contrahuntur, aut committuntur, ad quæ præſentem non extendimus ſanctionem, ſed juxta exercitalem ritum volumus terminari.

De litis conteſtatione in criminali vel in civili ab adverſario proſequenda.

TITULUS XXI.

Si civiliter agens ab adverſario criminaliter accuſatur, vel criminaliter accuſans ab adverſario ſuo ſimiliter de majori crimine impetatur, non impeditur litis conteſtatio, ſed in utroque judicio ſimiliter proceditur: evidens enim videtur calumnia illius, qui noluit prius ſuum adverſarium accuſare, quam accuſaretur ipſe. Eadem menſura ſervanda eſt in quibuslibet aliis præjudicialibus, dummodo ſuper principali cauſa definitiva ſententia proferatur: in emergentibus tamen quæſtionibus de incompetentia judicis, de dilationibus dandis, & teſtibus repellendis, & ſimilibus primitus terminandis. hoc dicit. Lellus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

SI (c) civiliter * agens ab adverſario criminaliter accuſetur, vel criminaliter accuſans ab

(1) Additio. Bannitos. *Adde quod de jure banniti non tenentur ire ad exercitum, tanquam hoſtes patriæ, ſecundum Bal. in c. dilectus, il primo, de reſcript.* Superantius.

(a) *In exercitu.* Nec enim in axarcitu capi de jure poſſunt, ſicut poterant extra exercitum, arg. ſup. de poe. contumac. in civilibus cauſis, l. pœnam, alias, de forbannitis & forjudicatis, l. 1. §. 1. circa fi. ut ſupra dictum aſt In aliis, cum habeat commune privilegium, ut ſupra poſſit, ut hic ponit.

(b) *Infra annum.* Innueta videtur, quod poſt annum banniti, val forbanniti non poſſunt in exercitu conveniri, ſicut infra poſuit in forjudicatis: ut ita ex tranſcurſu anoi videantur forjudicari, ſuper quo dic ut notatur ſupra de pœna contomaciæ in civilibus cauſis, l. pœnam, alias, de forban. & forjudicat. l. 1. circa finem.

De litis conteſtatione in criminali vel in civili, &c. Rubrica.

(c) SI *civiliter*. De jure communi, ſi accuſo te de minori crimine, tu reaccuſas me de majori, antequam nomen tuum ſit receptum inter reos, impeditur accuſatio mea, & prius io sua proceditur, ut C. qui accu. non poſ. l. 1. quod jus corrigitur hic, ut in utraque ſimul procedatur. Idem eſt, ſi ago civiliter, & reconvenis me criminaliter, & ſic corrigitur lex C. de or. jud. l. fi. Secundo dicitur, quod ſi agis contra me, & ego dico te ſervum meum, per objectum iſtius præjudicialis exceptionis non impeditur accuſatio tua: ſed de atraque cognoſcetur, & ſufficit de principali tantum pronunciari: quia tunc ſuper incidenti per conſequens pronunciari videtur, in hoc concor. per omnia C. de ord. judi. l. 1. Super emergentibus autem pronunciandum eſt, ut ſi dico judicem incompetentem, vel falſum teſtem, vel dilationem dandam, & hoc eſt de jure communi, licet non ſit expreſſum, ut hic in præallegata l.

Si civiliter Præſens conſtitutio derogat legi. C. de ord. jud. in l. quoniam, & C. qui accu. non poſ. l. 1.

*Additiones. *Adde quod per hanc conſtitutionem videtur corrigi illud quod vult Cyn. & Bal. in l. 1. C. qui accuſa. non poſſ. Bal. in l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. in fine idem*

ANDREAS DE ISERNIA.

Bartholomæus de Capua.

In textu, ibi, citatus extiterit. Sed nunquid qui ſolvit adhoamentum, habeat exceptionem hoſticam? Reſponden ſic, ut ff. de uſufruc. leg. l. quia qui pretio, & ita ſarvatur in regno. Sed quæro: aliquis ſenex debet ire ad bellum, poterit ſervire per ſubſtitutum, quia miſit filium, nunquid ſi modo pater ejus conveniatur, poterit opponere exceptionam bellicam? videtur quod non: quia hoc videtur conceſſum ipſi propria, arg. ff. de minoribus l. ulr. Econtrario quod ſic: quia qui per alium, &c. & dicas, quod ſic, per finem hujus conſtitutionis. Bartholomæus de Capua.

Hæc conſtitutio declaratur per capitulum regni, quod incipit, inter belli diſcrimina, dicens, quod in cauſa, ubi poteſt procurator intervenire, quantumcunque perſonaliter valeat feudatarius, tenetur per procuratorem reſpondere: & quod ſi ſervit per ſubſtitutum, vel ſolvit adhoam, non gaudet privilegio. Sed aſt quædam apoſtilla D. Bartholomæi de Capua, quæ dicit, quod ſi ſolvit pecuniam, & ſic adhoam, habet hoc privilegium: quia videtur Rex ſervitio uti: arg. ff. de uſufruc. l. quia qui pretio, ff. comm. divid. l. item quamvis, §. 1. & ita ſervatur. Petrus de Monteforte.

Declara hanc conſtitutionem, quod debet comparere per procuratorem: & de accuſatione abſentiæ etiam iſto caſu, vide capitulum regni, Poſt commiſſum, & vide capitulum regni, Comes. Petrus da Monteforte.

In textu, per ſe, vel per alium. Nota hic exceptionem hoſticam opponi poſſe per principalem, & alium. Idem eſt In exceptione abſentiæ: ut in conſtitutione regni, citationis litteræ. Sic etiam in dilatoriis: quod hodie ſervatur ſecus: quia non opponentur hodie, niſi per principales perſonas. Marinus.

De litis conteſtatione in criminali, vel civili, &c. Rubrica.

SI *civiliter agens*. Corrigit l. primam. C. qui accuſare non poſſ. & de ordin. judic. l. fin. ſed non corrigit l. neganda. C. qui accuſare non poſ. & ff. de public. judic. l. is qui reus. Poſtquam in primo fuit lis conteſtata, ſecundum gloſſam, contra quod eſt littera, dum dicit, litis conteſtationem, val proceſſum judicii volumus impediri, ea quo dicit proceſſum judicii, videtur lis conteſtata: ante enim non dicitur judicium, dum cauſa diſcutitur, extra de verbor. ſignif. c. forus. Item corrigit de ord. jud. l. 1. & 2. ff. de except. l. fundum, & l. fundi. Et omnes leges de præjudicialibus loquentes. Item dicit in emergenti debere pronunciari, non de incidenti: ſic C. de ord. jud. l. ſ. Et dicit gloſſa, quæ ſit emergens, & quæ ſit incidens.

Additio. *Adde Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. & per Doctores in c. 1. de ord. cog.*

Et dicit littera, quod exceptio de incompetentia judicis ſit emergens, & in ea judex pronunciat, & appellatur ab hujuſmodi ſententia, ut gloſſa in auth. habita, in fine gloſſæ. Quando autem in ea ſit pronunciandum, & ſi non pronunciatur, an valeat judicium? diximus plene in d. authen. & in penult. gl. in auth. habita, per ea quæ notat Innoc. extra de verbor. ſign. c. ex parte, & de reſcrip. c. ſuper litteris. Materiam juris

ab adverſario ſimiliter de majori crimine impetatur, non ut olim (*a*) litis conteſtationem, vel proceſſum judicii volumus impediri, ſed abſque præjudicio aliquo, (*b*) in utraque cauſa ſimiliter procedendum eſſe cenſemus, etiamſi crimen majeſtatis fuerit objectum: & in utroque judicio ſecundum quod juris eſt, & cauſarum quantitas exegerit, procedatur. (c) Evidens enim videtur eſſe accuſantis oequitia, & fruſtratio. (*d*) manifeſta, quod oon prius adverſarium ſuum voluerit accuſare, vel de majori crimine convenire, nec etiam crimen, quod majeſtatem (1) noſtram læſerit zelo fidelitatis accenſus proponere voluerit quam eſſet ab eo qui jura, vel injuriam ſuam proſequitur, in judicio laceſſitus.

Eadem cenſura ſervanda in quibuslibet (*e*) præjudicialibus aliis, etiamſi tales ſint, ex quibus probatis nullum retro judicium redderetur: dummodo peritorum juris varietate deciſa ſuper principali cauſa tantummodo definitiva condemnationis, vel abſolutionis ſententia (*f*) proferatur.

In emergeotibus tamen (*g*) quæſtionibus veluti ſuper incompetentia judicis (*b*) allegata, aut ſuper dilationibus dandis, vel ſuper perſonis

---

idem Bal. in l. fi. in fine. C. *de fide inſtru. ubi volunt quod pendente cauſa falſitatis debet ſuperſederi in principali, licet ſit præjudicialis ad cauſam principalem, quia hic diſponitur quod procedatur pari paſſu; vide omnino Conſi. Ab. 16. 2. vol. in præſenti quæſt.* Marcus Antonius Pul.

Et an pendente cauſa falſitatis debeat ſuperſederi in cauſa civili, vide omnino Affli. in deciſ. 103. & 229. & Capic. deciſ. 25. Quæ autem dicantur præjudicialia, vide Aym. conſi. 79. num. 7. De Bottis.

(a) *Litis conteſtationem*. Probatur ex hoc, quod lex iſta loquitur in illis caſibus, in quibus olim accuſatio de majori crimine ſecundo loco propoſita poterat præjudicare accuſationi primitus inſtitutæ: quod contingebat ſecundum veteres leges, quando nomen rei non erat receptum inter reos, ut ff. ad leg. Juliam de adulteris maritus, §. præſcriptiones, & notatur in ſumma, de accuſationibus §. liberationes, ſic reſtat in illis caſibus, in quibus olim non poterat præjudicari accuſationi primæ per ſecundam, ſcilicet, poſt litem conteſtatam, nec hodie præjudicatur, cum lex iſta nova non loquatur in illis: quod enim non mutatur, &c. ſicut ergo non poterat olim reus accuſare accuſatorem ſuum poſt litem conteſtatam etiam de majori crimine: ita etiam nec hodie poterit, ſecundum dominum G.

(b) *In utraque*. Corrigitur lex prima C. qui accuſ. non poſſ. l. prius, & l. neganda. Sed certe lex, neganda, non corrigit l. is qui. ff. de publi. judi. quia in alio caſu loquitur, ſed ſola lex, prius, hic corrigitur.

(c) *Evidens*. Bene ſic dicit, ut argu. optimum. ff. de quæſtionibus l. 1. §. cum quis latrones, in fi. §. ubi dicit, neque enim invalidum argumentum, &c. ff. ad Syllan. ſi quis in gravi. §. utrum is ſolum, cum concor. ibi no. licet ſit argumentum, contra quod ignoſcendum videretur ei, qui primo petitus retorquet crimina in petentem, & ſic jam provocatus voluit ulciſci, ut ff. de bon. libe. l. qui cum major. §. ſi libertus, de jure fiſci. l. 2. in principio.

Additio. Evidens. *Adde quod dicatur evidens, vide per Barto. in l. prætor. ff. de novi operis nunc. Abb. in c. licet cauſam, in 11. not. de probat.* Superantius.

(d) *Manifeſta*. Nocent ſibi ad hoc ut accuſatio majoris criminis non præferatur minori, ſimile ad hoc. C. ad l. Corne. de fal. l. ſatis.

(1) Additio. *Majeſtatem, imo eſſet puniendus, qui tamdiu conticuit quod ad Principis ſalutem ſpectat, ut ff. de pæn. ſi quis forte.*

(e) *Præjudicialibus*. Sunt autem præjudiciales, quæ nominantur Inſtit. de actio. §. præjudiciales, & aliæ ſimiles, ut ſi ſit excommunicatus vel infamis, ut no. Roffr. extra de ord. cog. c. 1. in glo. nam & rei vendicatio appellatur præjudicialis, quando præjudicat rem. ff. de privilegiis creditorum l. Imperatores.

Præjudicialibus. Ergo ſive per exceptionem ſive per actionem ſecundo loco principaliter propoſita tractetur de præjudicio non faciendo alicui quæſtioni, non differtur actio primo propoſita ratione alicujus præjudicii, quod timetur, ſed ſimul proceditur in utraque, ut hic dicit, & hoc indicat hic articulus, quibuslibet, qui hic ponitur: complectitur enim omnia præjudicialia, ut ff. de her. inſtit. l. hoc articulo. Et ita lex iſta corrigit omnes leges, quæ dicunt actionem & accuſationem primo propoſitam differendam, ſeu poſtponendam eſſe propter actionem præjudicialem, vel accuſationem ſecundo loco propoſitam, vel ſi hoc idem petatur per exceptionem. Tractatur enim de præjudicio non faciendo alii quæſtioni. Aliquando per exceptionem, ut cum agit aliquis communi dividundo pro re, quæ negatur communis, vel agitur fami. erc. & negatur coheres, & in ſimilibus, ut ff. de excep. l. fundum Titianum, & l. ſed ſi ante. & l. fundi. & famil. erc. l. 1. quod dic, ut in ſum. † fam. erc. §. agitur autem heres. & communi dividun. circa principium ibi, nec in his caſibus diſtingue.

† Additio. *Eſt ſumma Azonis.* C. *fam. erciſc. ubi dicit eſſe ſuperſedendum.* De Bottis.

Item per actionem præjudicialem ſecundo loco propoſitam præjudicatur actioni primo loco propoſitæ, & de hoc dic ut in ſum. de ord. §. ſi autem quæſtiones motæ, omnia per l. iſtam, ut dictum eſt, corriguntur. Si autem civiliter agenti, vel criminaliter accuſanti nihil præjudicii opponatur, remanet in ſuo loco, ff. de jud. qui prior. & C. qui accuſ. non poſ. l. 1. & l. neganda.

(*f*) *Proferatur*. Quia per conſequens videtur ſuper incidenti pronunciatum, ut iſta plene not. in procc. Decretalium.

(g) *Quæſtionibus*. Quæ ſequuntur ut judex incompetens, &c. Et proprie emergentes † dicuntur, quæ emergunt in cauſa poſt litem conteſtatam. Incidens vero dicitur, quæ reo competit ante litem conteſtatam, utpura res judicata, tranſactio, & ſimiles.

Additio. *Adde quod dicatur incidens, vide in cap. 1. de ord. cognit. glo. & Docto. in cap. quæ uſitata, de teſtib. in integ. Cardin. Zabar. in cap. veniens el ſecundo, de teſti. idem, in cap. de prudentia, in 1. not. de donat. inter vir. & uxor.*

† Additio. *Emergens, incidens, vide Loffred. conſil. 6. colum. penul.* De Bottis.

(h) *Allegata*. Ex hac lege manifeſte apparet, quod quæſtio ſuper incompetentia judicis eſt emergens, id eſt,

---

ANDREAS DE ISERNIA.

juris communis iſtius conſtitutionis, & ſequentis bene gloſſa recitat.

SI *civiliter agent*. In principio. An accuſatus pendente accuſatione poſſit ſuum actorem de pari crimine accuſare? vide Specul. in tit. de accu. §. 1. ver. item qui eſt accuſatus. In gloſſa in verbo litis conteſtat. Arg. ad hoc eſt, ſi quando receptum eſt nomen inter reos: & ita ponit exemplum in §. prællegato, & in l. adulteram. C. de adul. licet Dyn. aliter ponat in allegata l. adulteram. Gloſſa iſta videtur ſentire, quod nomen rei dicatur receptum inter reos, ſtatim lite conteſtata. Sed falſum eſt, ut no. Dyn. ff. de adult. l. miles, §. 1. Nam tunc dicitur receptum inter reos, cum ſcriptum eſt in libro reorum: lite ergo conteſtata nondum recipitur inter reos. Vide ibi Dyn.

nis teſtium, qui interdum a dicendo teſtimonio repelluntur, & ſimilibus quæſtionibus terminandis, in quibus communie juris altercatio conquievit, præſenti lege nihil volumus innovari.

De accuſato coram Juſtitiario. Alias, ſi pendente quæſtione ante Juſtitiarium a majori vocetur.

TITULUS XXII.

Si quando contingat, quod accuſatus de crimine capitali coram Juſtitiario provinciæ, pendente dicta cauſa, ſecondo loco accuſetur coram Magiſtro Juſtitiario, id eſt, in magna curia vicariæ, de alio crimine pari, vel minori, vel de caſtro vel de feudo quaterno, ne juſtitia impediatur, primo debet definiri cauſa accuſationis capitalis pendens coram Juſtitiario provinciæ, qui debet per ſuas litteras certificare magnam coriam vicariæ de ſtatu cauſæ & qualitate perſonarum: & hoc ſi accuſatus per proceſſum factum coram Juſtitiario provinciæ, non veniat moriendus: ſed ſi per dictam accuſationem factam coram Juſtitiario provinciæ veniat moriendus, debet ipſa cauſa, in qua fuit citatus per magnam curiam vicariæ comparere, & per ipſam prius terminari, licet ſit ſeconda: ſed ſi cauſa, in magna curia vicariæ erit major prima coram Juſtitiario provinciæ pendente, debet prius cauſa ſecunda coram magna curia vicariæ terminari, ſemper excipitur cauſa de crimine læſæ majeſtatis, ut ſi per magnam curiam vicariæ citetur, debet comparere, non obſtante, quod coram Juſtitiario pendet cauſa de crimine capitali, quia in illa prius debet procedi, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

Contingit (*a*) interdum aliquem de crimine capitali coram regionum Juſtitiario accuſatum pendente cauſa ipſa, (*b*) per Magiſtrum Juſtitiarium Magnæ Curiæ noſtræ citari, de

---

eſt, cum quæritur an judex a quo vocatur aliquis eſt competens. Sententia ergo lata ſuper iſta emergenti eſt interlocutoria, quod dic ut in ſumma de ſententiis & interloc. §. eſt ſententia interlocutoria, & in ſumma de ju. §. ſit autem inquiſitio, ergo non appellator ab ea, ut C. de judic. l. apertiſſimi. Item ſi non eſſet emergens idem reſponderi deberet. † Hæc enim non eſt quæſtio principalis, cum ſuper ea principaliter judex aditus non ſit, ergo eſt incidens, hoc poſito quod non ſit emergens: nullæ enim ſunt aliæ exceptiones emergentes, quod dic ut in ſumma de ordi. jud. §. ſi autem quæſtiones. Sed in incidenti ſecondum Doctores noſtros non pronunciatur, ut ibidem dicitur: quomodo ergo appellabitur, ſive pronunciabitur, & hoc manifeſtius liquet in quæſtione non competentis judicis, quia in ea judex non pronunciat, ſed interlocutor, vel exiſtimat vel cognoſcit, ut probatur hoc. ff. de judic. l. 2. §. ſed ſi dubitetur, & l. ſi quis ex aliena, & ff. ad munic. l. de jure.

† Additio. *Nota quod ſi pronunciatur aliquem eſſe judicem competentem, non appellatur, concord. ext. de reſcript. c. paſtoralis, contra m. glo. in auth. habita, C. ne fil. pro pat.* De Bottis.

De accuſato coram Juſtitiario. Alias, ſi pendente quæſtione ante Juſtitiarium a majori vocetur. Rubrica.

(a) *Contingit.* Si quis accuſatus coram Juſtitiario de pari vel minori crimine, vel de quæſtione feudali citetur coram Magiſtro Juſtitiario non poteſt differre litem inchoatam coram Juſtitiario, niſi crimen de quo agitur, apud Magiſtrum Juſtitiarium, eſſet majus. Hæc diſtinctio non cadit in crimine læſæ majeſtatis, nam eo crimine prius accuſatus coram Juſtitiario ibi debet perſiſtere. Et nota, quod de jure communi indiſtincte poteſt citatus coram majori auditorio deſerere inchoatam litem, ut ff. de re judica. l. contra publicam, §. fin.

(b) *Per Magiſtrum Juſtitiarium.* Quid autem ſi coram eodem judice plures accuſant unum? Reſpondeo, ſi de

---

ANDREAS DE ISERNIA.

Reaccuſari poterit. Quod hodie credo poſſe eodem die, vel ſequenti. Nam cum poſſit accuſatus ſuas exceptiones opponere ergo reaccuſ. arg. ff. de adul. l. 1. §. extraneos, & l. ſi maritus, §. præſcriptiones, quod no. in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ.

In gloſſa in ver. allegata. Nota, quod ſententia lata ſuper incompetentia judicis eſt emergens, & dicitur interlocutoria, a qua non appellatur. Petrus de Montef.

Hæc conſtitutio tollit ſatis de jure communi, & de cavillationibus advocatorum. Marinus.

In gloſſa quæſtionibus, ibi, incompetentes. Salva reverentia gloſſæ, videtur quod iſta exceptio poteſt eſſe incidens, & emergens: nam incidens eſt, quando ante litem conteſtatam opponitur, ut no. infra, de except. l. 3. in principio, & ſupra in gloſſa proxima, non poteſt eſſe emergens iſta exceptio, quando litis conteſtatio per errorem facta eſt, ff. de jud. l. 2. & ſic poteſt intelligi iſta gloſſa. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa, ex hac, in fine. Et hoc quando contentio eſt inter partes, utrum ſpectet ad juriſdictionem judicis, vel ne, quia tunc debet cognoſcere an ſua ſit juriſdictio. Secus quando inter partem & judicem, ut nota. per Innoc. in cap. ex parte, de verborum ſignificatione. Petrus de Monteforte.

Item adverte: nam iſta conſtitutio tollit, & corrigit l. is qui reus, ff. de publicis judiciis, & l. prius. C. qui accuſare non poſſunt, ſive loquamur in crimine præjudiciali, ſive in crimine majori: quanquam obſervantia magnæ Curiæ, & ordinatio regni de his, qui prius curiam adiverint, obſervet: quod ſi ego denuncio te, tu non potes alio die denunciare me, nec aliquem de familia mea, & ſi denuncias alio die ex intervallo, proceditur primo in denunciatione mea: licet ego tenear præſtare fidejuſſoriam cautionem de me præſentando, finita tua prima denunciatione, quanquam ubi denunciationes fierent uno die, licet diverſis horis, in utraque proceditur ſimul & ſemel, & ita obſervat magna curia, cujus ritum, & obſervantiam totum Regnum ſervare debet, ut dicit Andr. in conſtitutione regni, ſi quis in poſterum, & in conſtitutione, intentionis, ſecundum Argentinum, in l. is qui reus, ff. de publicis judiciis. Pamphilus Mollus.

De accuſato coram Juſtitiario. Alias, ſi pendente quæſtione ante Juſtitiarium a majori vocetur. Rubrica.

Contingit interdum. Hæc conſtitutio corrigit, † ff. de re judic. l. contra pupillum, §. fin. Oportet enim quod concurrat majoritas judicum, & aliquando majoritas criminis, ut quando ſuam vel ſuorum injuriam proſequitur.

† Additio. *Vide And. in conſtit. uſurariorum.* De Bottis.

Convicti & damnati. Arguit gloſſa, quod non ipſo jure perdantur bona in crimine majeſtatis. C. lib. 10. de petitionibus bonorum ſublatis, l. prima. Sed Azo in ſumma, titu. unde vi, dicit contrarium. Neceſſaria autem eſt ſententia propter poſſeſſionem advocandam, & ut

de pari crimine, vel minori, aut etiam de quæſtione civili Caſtrorum, vel aliorum feudalium, quorum cognitio ſpecialiter ad Curiam noſtram ſpectat, ſicque prærogativa majoris auditorii cauſa, * quæ aliquando coram Juſtitiario uſque ad calculum definitivæ ſententiæ jam devenerat, (*a*) neceſſario (*b*) prorogatur, nec innocens abſolvendus detegitur, nec puniendus debita pœna damnatur. Sancimus itaque priorem cauſam coram Juſtitiario motam terminari debere, quæ omnia, ſcilicet qualitas, & in quantum ſit in quæſtione proceſſum, per litteras Juſtitiarii Magiſtro Juſtitiario pateſiat. Ac tunc demum ſi hoc eventus prioris judicii patiatur, puta, quod ex priori ſententia non ſit mortuus accuſatus, quo caſu jam pœnam aliam ſufferre non poteſt, ſed citatus ad Curiam noſtram venire debebit. Ceterum ſi de majori crimine per Magiſtrum Juſtitiarium citabitur accuſatus, privilegio majoris auditorii cum majoritate judicii concurrente, niſi coram priori judice, uſque ad definitivam ſententiam ſit perventum, citatus, ſi contumax videri noluerit, coram Magiſtro Juſtitiario ſe præſentet.

In omnibus ſuperioribus crimina læſæ majeſtatis excipimus de quibus (*c*) convicti, & damnati vitam cum bonis (*d*) amittant, in quibus quovis alio capitali crimine coram Juſtitiario accuſati, vel citati per ſuperiorem judicem ad evitandum contumaciæ pœnam, ſui copiam facere non detractent.

De

ſi de eodem crimine ſimul accuſant, eligendue eſt unus idoneior, ut ff. de accuſatio. ſi plures, ſi autem de diverſis criminibus deſcendentibus ex diverſis factis, vel ex uno, poſſunt, ut C. de accuſatio. qui de crimine.

Interim tamen dum neceſſe habet reſpondere pro uno, non accuſetur pro altero, ut ff. de cuſto. reorum. l. 1. §. fin. Item quid ſi ante litem conteſtatam coram Juſtitiario citetur accuſatus per Magiſtrum Juſtitiarium ſuper crimine minori, vel pari? Reſpondetur, ſi ille, qui ſecundo loco accuſat, proſequitur, ſuam injuriam vel ſuorum, quia talis accuſatio cenſetur major, & concurrit cum privilegio majoris auditorii, præfertur primæ, ut in eadem l. ſubjicit, & probatur, C. qui accuſare non poſſunt l. neganda, quod intelligo niſi primus accuſatur ſuam, vel ſuorum injuriam proſequeretur: alioquin quod ſecundo daretur priori denegaretur, quod eſſet abſurdum, ut C. qui potio. in pigno. habe. l. ultima.

* Additio. *Quæro, ſi Archiepiſcopus vocat epiſcopum, & deinde Rex vocat epiſcopum illum, cui magis debet obedire, dic ut per Bern. & Innocen. in ca. cum parati, de appellatio.* De Bottis.

(a) *Neceſſario*. Quod non eſt neceſſarium ad hoc, quod cauſa coram Juſtitiario terminetur, niſi cum privilegium majoris auditorii cum judicii majoritate concurrit, ut infra ſubjicit, & hoc innuit, & ſupra. l. proxi. poſuit ibi cauſam, quæ aliquando &c. Item ubi ſubjicit, ſancimus itaque priorem cauſam coram Juſtitiario motam terminari debere, ergo & ſi uſque ad ſententiam ſit proceſſum in prima accuſatione, &c.

(b) *Prorogatur*. Qui enim ad majus auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, contumax non videtur, ut ff. de re judi. contra pupil. §. finali. quod hic ſub quadam diſtinctione immutat. Grillus.

(c) *Convicti & damnati*. Videtur ergo hic quod non ipſo jure, ſive ipſo facto, amittantur bona † in crimine læſæ majeſtatis, ſed per ſententiam. Et ſic ſunt contra multa jura, ut ff. qui & a qui. ma. li. no. fiunt. l. quæſitum, ubi dicit quod prius ex ipſa ſcientia & cogitatione delictorum, quam damnatione jus dandæ libertatis amiſit. C. ad l. Jul. majeſtat. l. quiſquis. §. emancipatio. Ubi dicit, quod primum nemorati de ineunda factione ac ſocietate cogitaverunt, &c. l. ult. ubi dicit, nam ex quo ſceleratiſſimum quis conſilium ceperit, exinde quodammodo ex ſua mente puniendus eſt. Et videas ſuper hoc quæ no. in Authen. de inceſtis & inuti. nupt. circa princ. & glo. ordi. ſed nunquid ipſo jure, &c. ad idem ff. de donatio. l. donationes, in fine, quæ omnia jura ſunt reſtaurata per jus noviſſimum Authenticorum, ut in Authen. ut nulli judi. §. ult. Reſpondetur, non eſt neceſſaria hæc ſententia, qua bona publicentur, ſcilicet, ut a tempore ſententiæ bona amiſſa dicantur.

† Additio. *Vide cap. bona damnatorum, ubi patet non requiri ſententiam ferri*. De Bottis.

Nam etiam ante a tempore commiſſi criminis, ipſo facto bona intelligantur amiſſa, & ſic loquuntur jura prædicta: ſed bene eſt ſententia neceſſaria † ad convincendum crimen, & declarandum hoc crimen eſſe commiſſum, ut ſic retro a tempore commiſſi criminis declarentur bona fuiſſe amiſſa, ſic debet intelligi. C. lib. 10. de jure fiſ. l. quæ res, in princ. & ff. de accuſatio. l. ex judiciorum, ubi & alia ſimilia excepta crimina notantur in gloſſa ordinaria. Et prodeſt hoc quod bona intelligantur retro fuiſſe amiſſa tempore delicti, licet a tempore latæ ſententiæ auferantur, propter fructus medii temporis, qui fiſco debentur. ut ff. de his quibus ut indig. l. eum qui. in princ. propter alienationes medio tempore factas in irritum revocandas, ut in præalleg. l. donationes.

† Additio. *Et ſic requiritur ſententia, quod hodie non eſt verum per c. regni, bona damnatorum*. De Bottis.

(d) *Amittant*. Ea hoc loco corriguntur jura civilia, quæ dicunt non ſemper damnatum crimine læſæ majeſtatis, perdere bona, niſi delinquatur in Principem, vel rem publicam eorum, ut ff. ad l. Jul. majeſt. l. eorum, & l. fin. & no. C. de bon. lib. l. 1. hic enim ſimpliciter dicit, quod bona perduntur ſequuta condemnatione ex illo crimine.

Additio. *Adde Bal. in c. 1. de pace tenenda, in uſibus feudorum, & per Bal. conſ. 70. incip. ubi Chriſtus. 18. col. verſ. & ideo Bal. in 4. vol.*

Sed an illud crimen finiatur morte, vel non, nil innovatur per l. iſtam, unde ſtabo prædic. l. quæ vult in duobus caſibus non finiri morte, & damnari memoriam defuncti. In aliis ergo, ſicut olim, ita hodie morte finitur, quia quatenus non eſt jus antiquum immutatum, non prohibetur ſtare, ut C. de appel. l. præcipimus, in fine.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

& ut convincatur reus, & propter fructus medii temporis, ff. pro ſocio, l. cum duobus, §. idem reſpondit, in Authen. de inceſt. nupt. §. 1. maxime poſt mortem. Inſtitut. de hered. quæ ab inteſt. §. per contrarium, ff. qui & a qui. l. quæſitum. Quod autem dicit, vitam amittunt cum bonis, dicit gloſſa, quod corriguntur jura civilia, quæ non ſemper admittunt bona in crimine majeſtatis. Sed in duobus capitulis tantum hoc male dicitur, quia littera dicit crimine læſæ majeſtatis, de quibus convicti, &c. quaſi dicat in illis criminibus majeſtatis, ubi perduntur vita & bona. Abſurdum enim eſſet, ut hoc verbo indiſtincte prolato tollantur omnia jura diſtinctionem præmiſſam facientia, cum non tollantur, niſi quando expreſſe dicitur in Auth. quibus modis natur. efficiuntur ſui, §. tribus. Et in levioribus hoc intellexit iſte legiſlator, ſcilicet, quando incarcerentur rei, ſupra, de his qui fidejuſ. dare poſſunt, l. humanitate, ubi excipiendos reos majeſtatis ſubjunxit contra perſonam noſtram, vel collateralium noſtrorum.

Con-

De litis conteſtatione non retardanda exceptionis objectu.

TITULUS XXIII.

Si contra agentem, vel criminaliter accuſantem opponitur per reum, quod agens vel accuſans non eſt filius, nec de genere, nec gente ejus, cujus vigore agit, vel accuſat: iſtæ exceptiones non impediunt litem conteſtari, ſed debent ad merita proceſſus tempore ferendæ ſententiæ reſervari: quia iſtæ non ſunt exceptiones dilatoriæ, ſed peremptoriæ. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Aliàs, Idem.*

EXceptione (*a*) * filiationis, (*b*) (*c*) generis, ſive (*d*) gentis, & quod heres non ſit, qui actionem, vel accuſationem intendit tam in civili-

---

De litis conteſtatione non retardanda exceptionis objectu. Rubrica.

(a) EXceptione. Si ago petitione hereditatis, quia ſum heres ex teſtamento, vel ab inteſtato. Vel ago actione perſonali contra debitores hereditarios, & illi dicunt me non eſſe filium, non agnatum, non heredem defuncti, illa exceptio non impedit litis conteſtationem, ſed in proceſſu probabit, ſi poteſt, &c. ratio, quia cum ſic peremptoria, non debet impedire litis conteſtationem, fallit in tribus exceptionibus, ut no. ff. de condi. indeb. eleganter. §. ſi quis poſt. & extra de conteſt. lit. in decretali nova, & ſic iſta continet jus commune.

Exceptione. Cave tibi ne decipiaris per legem iſtam: habet enim iſta conſtitutio locum in his caſibus, qui ponuntur hic, & forte in exceptione peremptoria, quæ poteſt opponi & probari quandocunque ante ſententiam, ſcilicet, poſtquam actor ſuam probaverit intentionem, ut C. de exceptio. ſi quidem, & C. ſententiam reſcindi non poſſe. l. peremptorias, & de præſcript. lon. temporis. l. emptorem. Item in dilatoria, quæ eſt dilatoria ſolutionis, vel ex pacto, vel ex lege, quæ licet opponi debet, tamen in principio cauſæ, & ſub conditione, ſi actor probaverit intentionem ſuam, ut in præalleg. l. ſi quidem, de except. Probatur tamen, cum actor monſtraverit, quod aſſeverat, ut C. de probationibus exceptionem. In exceptione vero dilatoria, quæ eſt dilatoria judicii, lex iſta locum non habet: illa enim, ſi quis ſciat eam ſibi competere, debet opponi, & probari in principio, & ſuper eadem debet pronunciari: alioquin ſi contra fecerit ſcienter aliquis, perpetuo ſilere debebit, ut C. de except. l. penult. & ſupra de dila. & except. l. ſi civiliter, quod dic ut in ſumma, de probationibus. §. probari autem debet cauſa pendente, &c. colligitur hoc evidentiſſime in hac lege: loquitur enim quando quis per exceptionem propoſitam nitebatur differre judicium, non penitus declinare, nempe differunt hæc inter ſe, ut C. de precibus Imper. offerendis. l. s. Item hæc lex loquitur in exceptione, quæ poteſt probari poſt litem conteſtatam, quod non poteſt locum habere in declinatoria judicii, ut C. de except. l. penul. & ult. quæ ut dictum eſt, debet opponi & probari, & etiam ſuper ea pronunciari ante litem conteſtatam, ut ff. de variis & extraordinariis cognitionibus. l. 3. in princ. Item attende, quod hæc conſtitutio non habet locum in quibuſdam ſpecialibus exceptionibus, ut pacti conventi, † ſive tranſactionis, jurisjurandi, & rei judicatæ, quæ illico ante litis conteſtationem ſunt probandæ, & impediunt litis conteſtationem, ut ff. ad exhiben. l. 3. & §. idem ſcribit, in fi. ff. de condic. indeb. eleganter. §. ſi quis poſt tranſactionem, extra de exceptionibus. c. exceptionis objecto, quæ eſt nova Decretalis Innocentii IV. in quibus eſt ratio ſpecialitatis, propter litium finem, qui eſt jam factus per rem judicatam, ut ff. de re judica. l. 1. Vel per jusjurandum, ut ff. de jurejurando. l. 1. Vel per pactum, ut C. de tranſactionibus l. fratris, & ibi extraordinaria nota, vel aliis pluribus modis, quos vide per te.

† ADDITIO. *Quod hic dicitur de exceptione pacti conventi, quod habeat impedire litis conteſtationem, intellige ſecundum Innoc. pacti conventi, ſcilicet de non agendo: ſecus in pacto de non petendo, quod non impedit litis conteſtationem ſecundum eum in c. exceptionis, ext. de lit. conteſt. & ibi aſſignat rationem diverſitatis.* De Bottis.

* ADDITIO. *Vide omnino Luc. de Penna in l. 1. in fi. C. de dignit. lib.* 12. De Bottis.

(b) *Filiationis*. Duobus modis poteſt intelligi quod hic dicitur. Uno ſic, ut iſta quatuor, ſcilicet exceptio filiationis, generis, ſive gentis, & quod heres non ſit, quia agit, dicantur poſita gratia exempli: & idem ſit in aliis, arg. ff. ad leg. Corn. de falſis. l. ſi quis obrepſerit. Alii dicunt, ut in iſtis quatuor tantum obtineat, quod hic dicitur, in aliis vetera jura ſerventur: quia in his caſibus, quibus novæ leges non loquuntur, priſca jura ſervantur, ut C. de inoffic. teſtam. quod nuper. &, quando libellus Principi datus faciat lit. conteſta. l. s. & in Auth. coll. 3. de filiis ante dotal. inſtrum. natis, & hoc manifeſte probatur ſup. ead. l. ſi civiliter, in fi. dicit enim quæſtiones ſuper incompetentia judicis, & ſuper dilationibus, & ſimilibus primitus terminandas, & idem facit ſupra ea. l. 1. in fi. l. except. & l. hoſtici, in principio. Ego ſic intelligo, ut omnes reliquæ exceptiones non impediant litis conteſtationem, niſi dilatoria exceptio, id eſt declinatoria judicis tantum, quæ debet opponi & probari ante litem conteſtatam.

Filiationis. Contrarium expreſſum C. qui accuſ. non poſſ. l. non ignorat, nam ibi mater non admittitur ad proſequendam mortem filii, & ad accuſationem proinde inſtituendam, niſi primo doceat quod fuerit mater.

(c) *Generis*. Qualiter hoc intelligatur, no. ff. de proba. l. 1.

(d) *Gentis*. Intellige hoc, ut ff. de ædil. edi. quod ſi no-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

COntingit. §. Ceterum. An vocatus ad majus judicium teneatur dimittere procuratorem ad minus? tex. in l. contra pupillum, videtur quod non, dum dicit, quod non eſt contumax ſi deſerit cauſam. Contrarium tenent Doctores per l. ad cognitionem, ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur. Sed quid ſi vocatur ad æquale, an erit contumax deſerendo primum, dic, quod ſic per l. s. §. fin. de cuſtod. reorum, & de his duabus quæſtio. no. Jac. de Are. in l. plerique, ff. de in jus voc.

In gloſſa in verbo, damnatur, in principio. Pro hoc vide cap. Regis Caroli, quod incipit, bonum, ubi eſt expreſſum, quod non ſit neceſſaria ſententia definitiva. Adde quod no. Dy. in l. Imper. de jure fiſ. & Andreas de Iſernia in conſtitutione, uſurariorum.

In gloſſa fin. juxta finem. Sed qualiter damnatur memoria? dic iſto modo. Pronuncio talem feciſſe contra imperium, & ideo bona in fiſcum inferri, nam per hoc damnatur memoria, ut no. Inſtitut. quæ ab inteſt. §. per contrarium. Petrus de Monteforte.

De litis conteſtatione non retardanda exceptionis objectu. Rubrica.

EXceptione filiationis. In quatuor exceptionibus loquitur, quæ ſunt propria intentionis. Excludunt enim

vilibus quam in criminalibus cauſis conteſtationem litis continuo faciendam nolumus retardari: ſed eis propoſitis, in cauſa principali nihilominus procedat, eo quod ipſas opponit ad probationem: admiſſio cujus probationis, eventus judici qualiter in cauſa procedere debeat, demonſtrabit.

De

ſi nolit, §. qui mancipia, & C. de ord. jud. l. 1. ibi, ſtatu tui generis, &c.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

enim id, per quod intentio actoris probetur, dum agit ſicut filius, & excipitur, quod non eſt filius, & ſic de aliis tribus. Unde recte corrigit, l. non ignorat, C. qui accuſare non poſſunt, & differunt a peremptoriis. Quia illæ perimunt actionem, ut ſi filius Titii petat decem, quæ mutuavit pater ſuus: & debitor opponat excipiendo, quod ſolvit. C. de probationibus, l. 1. Solutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio: Inſtitut. quibus modis tollitur obligatio in principio. Sed ſi excipiat, quod non eſt filius, excludit agentem, non actionem, ſi vere debitor erat. Utraque autem dicitur exceptio, id eſt, excluſio, ſive excludat intentionem ſive actionem, ff. de except. l. 2. Quandoque vero ipſe actor ſe excludit. Ut ſi dicat in libello, peto a te fundum, quem tenes ex donatione regia, nam per hoc poſſeſſor eſt ſecurus. C. de quad. præſcrip. l. ſi. tenendo quod lex illa locum habet ita in Rege, ſicut in Principe Romanorum, 12. q. 2. quicunque militum, & dictum eſt ſupra in Prologo, tunc ipſe excludit ſelpſum, ff. de inoffi. teſta. l. poſthumus, §. ſi quis ex his, nec tenet ejus intentio, ſicut quando proponitur actio inepta, ff. ſi menſ. falſ. mod. dixe. l. 1. §. 1. non ergo fiet litis conteſtatio, ad quid enim procedit lis, quæ non tenet, vel debet irritari, quod falſum eſt, arg. ff. ad Vellea. l. aliquando, judi. ſol. ex judicati. nemo ſine actione experitur, ff. de admin. toto. l. quoties, §. item ſi temporali, de nego. geſt. ſi pupillus, §. videamus, loquela taliter proponentis manifeſtat, quod ſua non procedat intentio: ſicut ex verbis edicti apparet, cui detur, ff. de libe. exhib. l. 1. in principio. Sic & tenor ſtipulationis oſtendit etiam eictionem commiſſam. C. de evictio. l. cum tibi. ſic excludit ſeipſum, ut ff. quan. appel. ſit l. 1. §. alium. Sic, ff. de inoffi. teſta. l. 1. & 2. Sed ſi in verbis libelli nihil tale dicatur, ſed ſimpliciter, peto fundum, quem poſſides: Tu vero excipis, quod tenes ex donatione Regia: An impeditur litis conteſtatio? non videtur, quia hæc conſtitutio cauſa exempli enumeravit iſta quatuor, ut allegatur in gloſſa. Alio modo intelligitur, ut in iſtis quatuor tantum loquatur: in aliis peremptoriis ſervabuntur vetera jura, ſicut gloſſa proſequitur de aliis quatuor, ſicuti pacti conventi, rei tranſactæ, rei judicatæ, & etiam juriſjurandi, conſtat quod impediunt, ut ſit finis litium, eadem ratione ut non inquietetur poſſeſſor, niſi oſtenderit privilegium quomodo Rex donavit, ut d. l. ſi. Sed poſſet eſſe quod in privilegio contineretur, Regem donaſſe, ſalvo jure alterius, quod per inſpectionem privilegii apparebit, extra de privil. c. porro. Immo etſi privilegium eſſet purum & liberum, replicare poſſet actor, quod poſſeſſor renunciavit privilegio, vel Rex revocavit donationem juſta de cauſa: & ſic videtur, quod non impediat litis conteſtationem, quam nulla peremptoria impedit, exceptis quatuor. Alii ſubtilizant, quia peremptoria dicitur a perimendo: nam & id perimitur, quod eſt: nam nullum annullari non poteſt, ut ff. de inju. rup. & irri. teſta. l. nam & ſi, quod non eſt, perimi non poteſt, cum dicit reus, poſſideo ex donatione Regia, non perimit actionem proponentis, quæ nulla ſibi competit. C. de quadri. præſcip. l. 2. in fine. Et dicunt quod non magis hæc eſt exceptio, quam quoddam beneficium d. l. fin. quod debet eſſe manſurum, & omnis diminutionis extraneum, in Auth. conſt. quæ de dig. §. illud. Diminueret vero, ſi cogeretur litigare, cum interſit ſumptibus, & litibus non vexari, ff. de minor. l. minoribus, & d. l. fin. Non debent circumveniri alia jura, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, l. ſcire, & maxime ſi excipiens non prolongat. Quia ſtatim facit inde fidem per privilegium purum & liberum, dicens, hodie conſtat, & c. ff. ut in poſſeſſio. legatorum, l. ſi is a quo, §. ſi de teſtamento. Sed certe peremptoriam exceptionem eſſe negari non poteſt: quia actio competens vero domino pro re ſua perimitur, quando Rex donat, & contra privilegium non poſſet actor replicare, ut ſupra dictum eſt, alioquin non eſſet vere peremptoria, quia ſi exciperetur de ſolutione, diceretur, quod non perimitur, quia jam perempta erat ſolutione ejus quod debetur.

Exceptionem. Quaſi dicat, ſi non excipiatur non debet quæri, quia ex allegatis proceditur: reus enim in excipiendo eſt actor. ff. de exceptionibus, l. 1. ſed lovitus non cogitur agere, & imputet reus ſibi, qui non repulit agentem ſuo nomine, cum poſſet: nam ex verbis ſuis non excludebat ſeipſum ille, qui agebat ſuo nomine, ut ſupra dicitur, ſi excipitur ante litem, oportet probari poſt litem. Item ſi non excipiatur ante litem, poteſt opponi poſt litem, quod non eſt mirum, quod probatur eo ipſo, quod illa non probat ſe matrem, ſic C. qui mil. non poſſunt, ſuper ſervis, quia omnes iſtæ quatuor ſunt negativæ, ſed poſt biduum lite conteſtata non excipiet, quia non poteſt dicere reus, ignoravi te nunc eſſe matrem, cum ex propoſitione agentis hoc diceretur, ſecus ſi reus poſt biduum diceret, quod eſt filia alterius, vel quia occiſus habet aliam matrem, & vellet probare per teſtes, dicens & jurans ſe hoc infra biduum ignoraſſe, quia probabilis eſt hæc ignorantia per ea, quæ dicta ſunt ſupra eo. titu. l. 2. & infra proxi. Ubi vero excipitur, & non probat ſe matrem, non valebit judicium, & hoc eſt quod ſequitur, eventus judicii, &c. ſecus ſi ageret quis nomine alieno, ut tutor, adminiſtrator, & ſimiles. Hos enim oportet quod probent † ſe eſſe tales, qui pro alio poſſint agere. C. ſi tutor vel curator intervenerit, l. 2. alioquin nullum erit judicium, licet a principio, vel in aliqua parte non ſit exceptum, quia agitur de præjudicio alterius. C. de procura. licet. Putamus tamen, quod judex ex officio ſuo, etiamſi adverſarius non excipiet, poſſit ſupplere, & repellere ab accuſando illam, quam jura volunt non recipi, niſi ſuam vel ſuorum injuriam proſequatur, ne conventui virorum irreverenter ſe ingerat. C. de procuratoribus maritus, de contrah. ſtipu. l. optimam, ff. de poſtul. l. quos prohibet, ut hic propter honorem ſexus, ſicut, ff. ſolu. matri. l. alia. §. eleganter, & propter honorem tribunalis, quod judex ſuo ingenio debet augere, ff. de offi. Præſidis, l. obſervandum, ut mulieres non interſint judiciis, niſi propter ſuam, vel ſuorum injuriam.

ADDITIO. *Adde Card. Zabar. in c. ſciſcitatus, in 3. q. de reſcrip. idem Card. in c. noſtra. in 14. & 15. q. de procurat.*

† ADDITIO. *Vide Luc. in l. 2. col. penul. C. de delat. lib. 10. Et dicit And. quod nomine alieno agens debet probare ſe eſſe talem, prout ſe nominavit, idem & tenet Alex. in conſ. 72. col. 2. in prin. vol. 3. ſentit tamen, quod quamvis non fuerit exceptum in aliqua parte judicii, quod proceſſus erit nullus. Sed adverte: nam reperio, quod Barbat. in cap. ex parte decani, de reſcrip. conſuluit, quod ſi quis litigavit per procuratorem, & in fine cauſæ opponitur de mandato, quod proceſſus tenet, de quo meminit Ant. Corſet. in ſing. in verbo, procurator &c.* De Bottis.

Regulariter non ſupplebit de facto judex. C. de errore advocatorum, l. 1. Si igitur non fuit negatum per reum, aut exceptum eam non eſſe matrem vel filium, valebit judicium ſuo nomine actum, etiam non probato quod eſt mater, vel filius, ex quo adverſarius non negavit, nec excepit, multo fortius quando circa finem judicii, probato crimine, hoc objiceretur, vel excipere-

De proceſſu judicii.

TITULUS XXIV.

Lite legitime conteſtata, & ſacramento de calumnia irremiſſibiliter præſtito, actor & reus ſimul omnia, quæ ad probationes ſeu adminiculum ſuæ probationis faciunt, per ſe vel advocatos proponant in ſcriptis eo die vel ſequenti, ulterius non audiendi, niſi perſona minoris aut mulieris privilegium, vel cauſa aliqua ſuperveniens allegetur, quod ſi judicium fiat per procuratorem, ipſe procurator proponet quæ principali parti competere non ignorat, ceterum ſi ignorantiam forte prætendat, jura ſua principalis perſonæ conſcientiæ poterit reſervare, dum tamen ponat, & probet infra terminum datum ad probandum. hæc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem Auguſtus.*

LIte (*a*) legitime * conteſtata ſacramentum (1) de calumnia volumus ab utraque parte præſtari juxta divales veterum principum ſanctiones: quo irremiſſibiliter ſubſecuto principalis actoris, aut accuſatoris perſona, ſimul omnia, quæ ad probationem, ſeu adminiculum ſuæ probationis faciunt, per ſe, vel per advocatum ſuum ** offerat, aut eodem die vel ſequen-

De proceſſu judicii. Rubrica.

(a) L*ite legitime*. Hæc conſtitutio corrigit jus commune: vult enim ut tam actor intentionem ſuam, quam reus ſuam exceptionem proponat infra biduum poſt litem conteſtatam, poſtea non audiuntur, & probabunt infra terminum, qui erit in arbitrio judicis, ut in fine hujus conſtitutionis, & argu. ff. de ju. deli. l. 1. Et ſic per hanc conſtitutionem corrigit. C. ſent. re. non poſ. l. peremptorias. Si vero quis agat vel conveniatur per procuratorem, debet infra prædictum tempus offerre illas, quas noverit, alias reſervet procuratorem conſcientiæ principalis, ita tamen quod infra terminum datum ad probandum in aliis poſtea ſupervenientes proponat: & ideo aliud in procuratore, quia juſtam habet cauſam ignorantiæ in facto alieno, ut ff. pro ſuo. l. fi.

* Additio. *Vide ad materiam hujus conſtitutionis Capic. deciſio. 81. & 82. & 90. & dicit Luc. de Penna in l. ſi temporis, nu. 1. C. de fi. inſtru. & jure haſtæ fiſc. lib. 10. quod ſi procurator poſt biduum producat articulos, aſſerens in eis poſita perveniſſe ad ſui notitiam ex conſcientia principalis, nec exprimat quod ad eum de novo pervenerint, non debet audiri. Et quid ſi procurator eſt abſens conſtitutus ibi, & plus dicit quod debet talis procurator jurejurando aſſerere illa talia de novo ſuperveniſſe.* De Bottis.

(1) Additio. Sacramentum de calumnia. *Adde an hoc ſacramentum poſſit præſtari antequam ſit in cauſa concluſum? vide glo. fi. in c. ex litteris, de jurejur. Doct. in c. 1. de jura. calu. lib. 6. Bar. in l. 1. & 2. §. ſed quia veremur. C. de jura. cal. Et an hoc ſacramentum de calumnia detur in materia feudali? vide per Ja. Alvar. in c. 1. in §. quibus etiam caſibus, in 1. col. verſ. & iſta talis regula fallit, de controver. recti feudi, in uſib. feud.* Superantius.

** Additio. *Sed an ſit danda copia iſtorum articulorum & examinationum partibus, vide per Innoc. in c. per tuas, ext. de teſtibus.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

petetur. C. de adulteriis, l. quamvis. Nam crimina undecunque claruerint, punienda ſunt, 24. quæſt. 3. cap. ecce.

De proceſſu judicii. Rubrica.

L*ite legitime conteſtata*. Secus ſi non legitime, ut apud incompetentem judicem, ut C. ne de ſtatu defunct. l. ſi patet.

Irremiſſibiliter. An tacite poſſit remitti uſus judicii? tenet quod ſic, multo plus protelari uſque ad finem ſententiæ, quia ſi poteſt in totum, poteſt in parte, arg. ff. de pact. juris gentium. §. adeo.

Additio. *Adde l. quæ de tota, ff. de rei vend. c. cognovimus, 12. q. 2. cle. ne Ro. in 1. reſpon. de elect. & gl. in c. majoribus, de præb.*

Hæc conſtitutio vult præſtari ſacramentum calumniæ ſecundum ſanctiones Principum, ſecundum quas remittitur tacite. C. de jurejur. propter calum. l. 2. §. ſed quia veremur. Et ſic annectit duorum veſtigiis inhærentes, ut ſupra de condem. expen. & fruct. Si ſimpliciter dixiſſet, tunc lex deberet aliquid operari, ff. de lega. 1. l. ſi quando. Nunquid habeat hoc locum in cauſa appellationis, ubi quandoque datur libellus, lis conteſtatur, & juratur de calumnia? dictum eſt ſupra, l. 1. ut actor, app. repræſenta. debet inſtare, infra de app. l. 1. §. illud. An is habeat neceſſe infra duos dies offerre in ſcriptis omnia, quibus vult uti? Dic quod non, quia nec in principali poſt publicationem probatorum tenetur offerre infra biduum articulos reprobatorios. Idem in aliis articulis principalis cauſæ, nam eſt odioſa conſtitutio hæc, coarctans exceptiones peremptorias, & ſic contra rationem juris communis. Hæc non producuntur ad ſimile, ff. de legibus, quod vero. Unde videmus in uſu, quod judex præfigit terminum ad præmiſſa, & ad ponendum quicquid ſibi de facto competit, quia cum non ſit dies limitatus, eſt in arbitrio judicis, ff. de jure delibe. l. 1. Sed ſi in cauſa appellationis agatur per procuratorem poteſt reſervare ſibi conſcientiam principalis, quia hic eſt favor, in ſuperiori eſt odium, ff. de liberis & poſthumis, l. cum quidam, & ſic ſervatur in quotidiano uſu judiciorum, † qui poteſt allegari pro jure. C. de fidejuſſoribus, l. fin. in fine, ſicut mos judicii. C. de jure fiſci l. fin. Illas vero peremptorias, quas ignoravit ſibi competere proteſtetur, proponet poſt biduum, ſicut jure communi poſt aperturam, ut dictum eſt in ſimili ſupra eod. l. 2. & patet in littera, niſi nova cauſa, &c.

† Additio. *Vide de ſtilo Sacri Palatii, Dec. in conſil. 699. 1. col. conſil. 79. in fine.* De Bottis.

Et habet locum quod infra terminum probet, tam per teſtes, quam per inſtrumenta, ſecundum gloſſam, quia cum detur terminus ad probandum generaliter: etiam inſtrumenta poſt terminum non poſſunt offerri ſaltem ut producantur infra terminum, ut ſignentur per actorum notarium, ſicut videmus fieri, pro qua præſentatione eſt, ff. de milita. teſtamen. l. ex militari, de bonorum poſſeſ. ex milita. teſtamen. l. 1. in fine. Aliis videtur. & ſic habet ſe conſuetudo, quæ varia eſt in diverſis judiciis, quod ſecus ſit in inſtrumentis, quæ ſecundum omnia jura poſt aperturam producuntur, ſive ſit in cauſa concluſum. C. de probatio. auth. qui ſemel. extra de fide inſtrument. c. cum Joannes eremita, quia generaliter loquendo ad oblata probanda non eſt veriſimile, quod voluerit corrigere omnia jura prædicta. C. de inofficio. teſtamen. l. ſi quando, cum non movetur de inſtrumento, non prohibetur ſtare. C. de teſtamen. l. ſancimus, ut ſpeciale quod de inſtrumento dicitur, deroget generali dicto iſtius legis. ff. de lega. 3. uxorem. §. feliciſſimo, de verb. oblig. l. doli. Multi ſervant primum dictum, quia conſtitutiones iſtæ factæ ſunt ad lites abbreviandas, ut patet in fine hujus conſtitutionis. Quid ergo ſi habet reus inſtrumentum, quo continetur, quod ſolvit, præſentat, & facit illud ſignari manu notarii, quod ſufficit. ff. de jure fiſci, l. ſi in fraudem. §. valet, non tamen facit poſitionem ſeu articulum, quomodo ſolvit? Dic quod ſatis videtur

Digitized by Google

quenti ad plus (a) proponat in ſcriptis. (b) Ulterius autem de communi jure nullatenus audietur; niſi perſonæ minoris, aut mulieris privilegium, vel cauſa alia ſuperveniens allegetur.

Reus

(a) *Proponat*. Hujuſmodi propoſitiones ex parte actoris vocantur intentiones, ex parte conventi, defenſiones, ſive exceptiones, ut patet C. de exceptio. ſi quidem, in prin. & l. defenſiones, & ff. de proba. l. in exceptionibus in principio. Actor enim ad reum impugnandum intendit ſuæ gladio actionis. Et econtra reus ad actorem excludendum ſe clypeo exceptionis defendit, ut patet Inſtitut. de excep. in principio ubi de hoc, & in ſum. Azo. & ff. de excep. l. 2. & infra hoc ſubjicit, defenſiones omnes ſibi de ſactu, &c. Et ita in pleriſque locis imperii nuncupentur. Alibi tam ex parte rei quam actoris appellantur capitula, & hoc nomen bene aſſumitur & probatur per jura, ut C. de temp. appell. l. per banc, & de re. cre. l. generaliter, §. ſi autem is, & §. nullo tamen ex hoc, & ff. de re mili. l. 1. Alibi vocantur in jure aſſertiones, ut C. de appella. in offerendis, in fi. in præalleg. l. per banc, & ad id. ff. de probat. ei incumbit. Sed in regno dicimus articulos ex utraque parte, & hoc nomen ſimiliter ex lege deſcendit, ut patet. ff. de leg. & ſe. con. non poſſunt, & de præſcrip. verb. naturaliter. §. 1. in fi. §. ubi dicit, explicitus eſt iſte articulus, &c. ff. de heredibus inſtituendis, hoc articulo, & de conditio. & demonſtratio. l. 3. in fi. ubi dicit, quod hic articulus, tunc, &c. ſed quocunque utamur nomine, non eſt vis: controverſia nominis pertinacibus derelicta, ut C. de conſtitute pecunia. l. 1. ad fi. ut tamen contra luti conſuetudinem non loquamur. Et hujuſmodi articuli probari debent ab offerente eos, altero de duobus modis, qui regulariter & communiter introducuntur a jure. Vel per vivam vocem teſtium, ut in Auth. de teſt. per totum teſtium (dico) duorum vel trium, ut C. lib. 11. de naufragiis. l. quoties, ibi, quid eſt enim quod non abunde, &c. ff. de teſtibus l. ubi numerus, juxta illud, In ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Licet in quibuſdam ſpecialibus caſibus plures requirantur, ut not. in præallega. l. ubi, & no. de teſti. teſtium. Vel per vocem mortuam publici inſtrumenti, ut ff. eo. & in Auth. de fide inſtrumentorum per totum, & utraque modus in prædictis parem obtinet poteſtatem, ut C. de fide inſtro. in exercendis, licet videatur contra in Auth. de inſtru. cau. l. fin. §. ſi vero aliquid tale. coll. 6. ubi dicitur, quod dignior & validior ſit viva vox, quam mortua. Sed certe ibi non eſt ſola vive vox ex una parte, & ibi bene gloſſetur, & dicit quando teſtes vincant inſtrumentum directo, & quando per obliquum, & qualiter inſtrumentum non recipit contra ſe probationem aliquam, & in quibus caſibus probatur per mortuam vocem tantum, nec locum probatio vivæ vocis habeat, ut in gloſſa ordinaria ibi ſignate, quæ incipit, quod prius debent facere, &c. & in legibus ibi alleg. & notentur etiam hi caſur. C. de pact. l. pactum quod bonæ fidei, & adde de epiſcopis & clericis. l. ſi qua per calumniam. Item eſt ejus caſur in iſta conſtitutione, ſcilicet, in proceſſu judicii, dicit enim hic, quod tam actor, quam reus proponat in ſcriptis, & ſic in judiciis requiruntur ſcripturæ. Debent enim univerſa acta judicii ſcribi per judicem, tabellionem, vel in defectu tabellionis per duos viros idoneos & fideles, quorum unus ſcribat, & alter ſubſcribat, quæ in ſubſcriptione ſua recognoſcat omnia, ſic vera eſſe, & omnibus ſe interfuiſſe, ſicut ſocius ſuus ſcripſit, & hoc probatur, ff. de teſtibus, l. curent, & extra de probatio. cap. quoniam contra falſam, ubi pleniſſime de hoc in apparatu Innoc. & Ber. ut ſic facilius per ſcripturam negotia explicentur, & rerum probatio ſalva fiat, ut in præallega. l. curent, & ff. de pignoribus, contrahitur. Item eſt & tertius modus præter prædictos duos, qui loco probationis ſuccedit, ſcilicet, per interrogationes & confeſſiones, quas litigatores faciunt inter ſe. Vel ad poſtulationem partis adverſæ. Vel ſecundum quod movet æquitas judicantem, de quibus dicitur infra de interrogationibus in jure faciendis, l. partes. Et iſtarum certe quædam ſunt, quæ fiunt ante litem conteſtatam ad litem videlicet ordinandam, de quibus loquitur, ff. de interroga. actio. l. 1. & per totum, & dic, ut ibi. Aliæ fiunt poſt litem conteſtatam, videlicet, ad litem decidendam, de quibus loquitur, ff. & C. de confeſſis, per totum, & hic tertius modus introductus eſt in exoneratione probationum, ut ff. de interrogatoriis actio. l. 2. & 3. & in Authen. de his qui ingrediuntur ad appellatio. §. fin.

(b) *Ulterius*. Et ſic per hanc legem corrigitur. C. ſententiam reſcindi non poſſe, peremptorias, ubi permittitur uſque ad ſententiam.

* Ao-

ANDREAS DE ISERNIA.

tur offerre illud, quod in inſtrumento continetur, ſi infra biduum obtulit inſtrumentum, arg. ff. de perico. & commo. rei vend. l. quod ſi neque. Et ipſo facto hoc oſtenditur, licet non verbis. ff. de repudi. l. fin. de legi. l. de quibus, in fi. & argum. ff. de pact. l. 2. ubi reddendo inſtrumentum remittitur debitum, quod poſſet per inſtrumentum probari.

De communi jure. Sed de ſpeciali ſic, ut ſi dicat ſe fuiſſe abſentem cauſa reipublicæ, vel alia juſta cauſa, ff. ex quibus cauſis majo. l. 1. in fine. Quid ſi actor poſuit articulos infra biduum, & non dixit, offert, & vult probare, an præjudicet ſibi, quia littera dicit hic, quod ea, quæ vult probare, debet offerre? dic quod non præjudicat, nam dicendo ſolum (ponit hoc) manifeſtat voluntatem ſuam, quod ideo ponit, ut probet. Ad quid enim poneret, niſi probaret, maxime affirmativam? C. de probatio. l. actor. Negativa conſuevit poni, ut probetur per confeſſionem partis adverſæ. ff. de dona. quidam in jure. C. de erro. advocat. l. 2. verba ergo ſua oſtendunt ſuam voluntatem, ſic ff. de libe. exhib. l. 1. & dictum eſt in ſimili ſup. l. proel. Facto quandoque ſine verbis oſtenditur hoc. C. de re judica. l. abſolutionem, cum concor.

Niſi minoris. Quid ſi minor ſit procurator alterius, & non det articulum infra biduum? dic quod non reſtituitur principalis propterea, & imputet ſibi qui talem procuratorem eligit. ff. de procuratoribus, l. minorem, de minor. l. cum manda. Item quid ſi fiat litis conteſtatio, ſicut in uſu videmus, ſalvis rationibus & exceptionibus ſuis, an hoc operabitur, ut det articulum poſt biduum? dic quod non, quia etſi expreſſe dixiſſet, proteſtor quod poſſim dare articulum poſt biduum, non valeret proteſtatio, reſervat jus, non auget. ff. ne. caupo. ſtabu. l. 1. in princ. de acqui. hered. l. pro herede, & ſi expreſſe non poſſet, ſic dicendo, multo minus ſi tacite, dicendo verba quæ id ſonent. C. ſoluto matrim. l. 2.

Eundemque terminum. Jure Romano ad probandum dantur plures dilationes, cum cauſæ cognitione, probato juſto impedimento, quare in prima non produxit teſtes, & cum ſacramento: vel ſecundum opinionem, quæ approbatur in gloſſa, datur una dilatio, & ſic ſunt plures productiones cum cauſæ cognitione, no. in Auth. de teſtibus. §. quoniam vero, & §. ſi quando, & d. auth. qui ſemel. & ff. de fer. l. 6. Tamen etiam jure Romano poteſt judex certum terminum præfigere, & limitare teſtes producendos, ultra quos non producantur poſtea not. C. qui accuſ. non poſ. l. ſi ea, & patet extra de proba. cap. licet. Sed hæc conſtitutio ſemper limitat, ſicut judex poſſet etiam limitare, ut ſemel detur terminus ad probandum, & poſt eum non plus producat, ut infra in ver. ut tamen, ſed infra terminum producet teſtes, quos, quot, & quoties volet. Sicut videmus in uſo, niſi per beneficium † reſtitutionis poſtea audiatur, ſufficit autem quod jurent in-

fra

Reus ſimiliter principaliter conventus, * aut accuſatus (*a*) defenſiones omnes ſibi de jure competentes in judicio proponere ſtudeat (*b*) ſimul, & ſemel, aut in ſcriptis per ſe, vel per

* Additio. *Quid ſi omiſſa poſitione infra biduum, an poſſim ponere in cauſa appellationis, vide And. in conſtit. juriſperitorum, in fine.*

(a) *Defenſiones omnes.* Lex ſupra titulo de exceptio. l. exceptiones, dat remedium circa dilatorias, hæc circa peremptorias, quod totum ſit gratia dirimendarum litium, ut ibi dixi. Andræas.

(b) *Simul.* Id eſt conjunctim, ut ff. de re mili. l. quæ-

ANDREAS DE ISERNIA.

ſra terminum, qoia poſtea recipientur, etiam die feriato, per ea quæ dicit gl. C. de fer. l. t. cum omni tempora poſſint teſtes examinari: nam ea quo jurat die non feriato, videtur tunc recipi, ut d. l. ex militari, & de bo. poſ. ea teſt. mil. l. s. in fi.

† Additio. *Ego multa ſcripſi in conſi. Alex. 42. penul. colum. volum. 3.* De Bottis.

Sed infra quantum tempus poſt lapſum terminum, infra quem juraverunt, judex recipiet? non eſt tempus in hac l. definitum: & ſic videtur quod ſemper. C. de diver. reſcrip. l. falſo, dum tamen non poſt biennium: arg. C. de temp. in integ. reſti. l. petendæ, nec prope finem triennii: arg. ff. de evic. ſi tam. §. quolibet. Sed ad ſemeſtre tempus prope. C. de judi. l. properandum. §. s. Dic quod judex poſſet ſtatuere tempus ad hoc, & terminum, ut no. in d. l. ſi ea. Sed ſi non ſtatuat, videtur ineſſe modicum tempus, infra quod recipiat, quod magis intellecto, &c. ff. ex quibus cau. majo. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter, de ſol. l. quod dicimus, & l. ſatum, ad leg. Falcid. l. 1. §. item ſi ita. Sed verius eſt, quod quandocunque, re integra, veniant: arg. ff. de opt. leg. l. ſi pecuniæ. C. de tranſact. l. nec intentio. nam & poſt lapſum terminum ad hoc datum audirerur per paucos dies, ſi jus actoris non eſſet deterius. Hoc ultimum mihi non placet, quando ad hoc habuit terminum. ff. de re milit. l. 3. §. ſi ad diem, contra quos eſt quod dixit gloſſa in tit. 2. in pecuniariis. Rem integram dicimus uſque ad apertionem proceſſus, ut in Auth. de teſtibus. §. quoniam vero, & §. ſeq. ubi poſt recepta & aperta teſtificata non licet ulterius producere, niſi ex cauſa. Quid ergo, ſicut fuit de facto, judex non ſtatuit terminum, infra quem teſtes jurati deponerent, poſt lapſum terminum ad probandum datum ſtetit, qui debebat producere per plures dies, requiſitos forte vel non a judice, ſi ſtatuiſſet terminum, placent eſſet, ſi non ſtatuit, ſed mandavit teſtes & eorum dicta haberi pro publicatis, renitente illo, qui debebat producere, & nil legitimum allegante, qualiter judex deberet plus expectare, poſt publicationem ſic factam, antequam haberet copiam, & ſic antequam teſtificata didiceris, vult producere illos teſtes juratos, qui modo venerunt, utrum poſſit? videtur quod ſic, maxime ſi per ſe, aut advocatum ſuum juret, quod teſtificata non didicerit, ut in præalleg. auth.

Additio, *Adde, quod non creditur teſti non jurato ſecundum Bal. in c. teſtibus, de teſti. & Abb. in c. tuis quæſtionibus, de teſtibus. Et quid ſi teſtes primo depoſuit teſtimonium, & poſtea juravit, numquid ſufficiat? vide per Cyn. in l. juriſjurandi. C. de teſtibus, & ibi Bal. & Saly. Joan. And. & Ant. de But. in d. c. de teſtibus, & ibi Abb. Bal. in c. fraternitatis, in 3. no. de teſti. Arch. in c. omnes, 22. q. 2. Et in quibus caſibus credatur teſti non jurato? Dic primo, ubi agitur de informatione ſuper fama vel ſuper notorio, ſecundum Ant. de But. in c. cum in tua, ad fi. de ſponſa. Secundo, ubi agitur de informatione famæ promovendi ad dignitatem, vel repellendi, ſecundum Abb. in c. 1. in pen. col. de poſtu. Præla. Tertio in ſacerdote ſuper pœnitentia, de quo per Archi. in c. in capite, 50. diſt. & per Archi. & Dominicum in c. ipſi Apoſto. 2. q. 7. Quarto, quando ſtatutum vellet, quod dictum teſtis non jurati probaret ſecundum Ludo. Rom. conſi. 110. incip. viſo puncto. Quinto, creditur ad probandam conſuetudinem introductam a populo ſecundum Ant. de But. in c. fin. verſi. venio ad ſecundum principalem, de conſue. Et an credatur religioſo non jurato? vide per Doct. in c. nuper, de teſtibus. Et an teſtimonium religioſi ſine juramento inducat præſumptionem? vide per Bar. in l. ſolam, circa princ. C. de teſtibus Jaſ. eum ſequitur in repet. l. admonendi. ff. de jurejur.* Superantius.

Dic quod debuit eſſe ſollicitus ad producendum, & frequenter inſtare, ut judex eos reciperet, argo. de app. appellationum tempora, & ſollicitus infra diem producere, qui interpellavit. C. de jure emphy. l. 2. §. fi. de contrah. ſtip. l. magnam, qui quidem dies, etſi non expreſſim, inerat tacite, ſcilicet, modicum, ut ſupra dictum eſt, & ſic perinde eſt ac ſi expreſſim ineſſet, ut ſit in mora, niſi infra illum diem inſtet. no. glo. ff. ſolu. matri. l. ſi in cauſa. Prædictum juramentum prodeſt, probato juſto impedimento, quare non produxit. Aut negligenti non ſubvenitur. ff. ex quibus cau. ma. l. non enim, quæ in frau. cre. l. pupillus. Ubi vero judex tenetur recipere, & non recipit, quantumcunque procedit in cauſa etiam ad publicationem, nihilominus poſtea recipiet, extra de teſti. c. ſignificaverunt, ſed ibi appellaverat. Jure Romano ab hoc gravamine non poſſet appellari, quia veniret emendandum in cauſa appellationis, nec ab hac definitiva dependet quod eſt neceſſe, ut a gravamine appelletur. C. de jureior. l. generaliter. §. ſin autem unde quod juſſit veſtitive prætor, &c. ff. de re jud. quod juſſit, non immutaret, ut ibi in gloſſa. Jure Canonico ipſe idem revocat gravamen. Quid ergo erit? dic quod habebit auxilium repoſitum ſibi in cauſa appellationis, ut d. §. ſin autem. Quid ſi non poſſet appellari, ut in momentanea poſſeſſione?

Additio. *Adde quæ dicatur poſſeſſio momentanea, vide glo. 10. ubi Cyn. in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. app. & gl. in c. ad ſedem, de reſt. ſpol.*

Non videtur quod pro tanto ſententia ſit nulla, vel proceſſus, quia contra jus litigatoris, ergo agendum contra judicem ad intereſſe, & eo non exiſtente ſolvendo, fiat reſtitutio in integrum, arg. C. de judi. l. properandum. §. ſin autem, in glo. & §. fi.

Quid per procuratorem. In facto alieno toleratur ignorantia. ff. pro ſoc. l. fin. & ſic excogitatur fraus, quia quilibet litigat hodie per procuratorem, ut poſt biduum det articulos, ponendo infra biduum, quomodo juſtam habet cauſam ignorantiæ. Sed nunquid iſti fraudi poſſit obviari? dicunt quidam quod ſic in uno caſu, quando ſcilicet eſt principalis præſens, cum procurator ſuus dabit articulos infra biduum, poteſt eum tunc conſultare procurator, & ceſſat ratio, quæ hic ponitur de relevando conſcientiæ principalis, & ſic ceſſabis edictum. ff. de repu. quod ait. §. 1. de fer. l. 2. §. hoc interdictum. Contrarium pronunciatum fuit, quia conſtitutio generaliter loquitur, ergo generaliter intelligitur. ff. de alea. l. s. Non enim eſt fraus uti adminiculis legis, quæ ſervari publice intereſt. C. de ſen. præfec. præt. l. 1.

Poterit reſervare. Proteſtando, quod ſi qua de novo, &c. prout hodie eſt in uſu, quia ſi non proteſtatur, quod ignoret, videtur dicere ſe ſcire, & ideo præjudicaret ſibi, ſine proteſtatione. Nam ſcire † videtur & tanquam ſciens non audietur, quaſi ſit veriſimile principalem plene informaſſe procuratorem ſuum. Proteſtatio ergo reſervat jus in futurum. ff. de religio. & ſumpt. fune. l. at ſi quis. §. ſed interdum, de acquir. heredi. pro here. Unde quod dicit, poterit reſervare, id eſt, debebit, ſic. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. denique.

† Additio. *Intellige, dummodo principalis fuerit in loco judicis: ſecus ſi conſtituit procuratorem abſentem, Luc. in d. l. ſi tempora, nu. 3. verſ. item quia præſumptio.* De Bottis. La-

per advocatum * ſuum in prædicto ſpatio Curiæ dare procuret. Eandemque terminum ad oblata probanda recipiant ambæ partes. Quod ſi per procuratores, aut defenſores in his, in quibus intervenire poſſunt, cauſæ agantur, ea jura procurator alleget, aut defenſor illas defenſiones opponat, quæ principali parti competere non ignorat. Ceterum ſi ignorantiam forte prætendat jura ſua principalis partis conſcientiæ poterit reſervare. Ut tamen (a) infra prædictum terminum, quem ambæ partes ad probandum acceperint, procurator ** tam ea, quæ primo oppoſuit, probet, quam ea, quæ per dominum poſtea ad ipſius ſcientiam pervenerunt. Terminum autem ad probandum in omnibus ſupradictis, & aliis, quæ judiciorum natura requirit, quantum ſine cauſæ periculo, & rerum diſpendio fieri poteſt, per judices, qui cognitionibus præſident, in cauſis omnibus breviari jubemus.

De

---

quærebatur. §. 1. Et ſemel, iſtud ſemel accipe ſcilicet antequam labatur prædictum ſpatium: ſcilicet, biduum, ut no. plene ſup. de exceptionl. exceptiones, & ſic accipitur ſimul. ff. ad Tertullianum, l. 1. §. ſi nemo.

* Additio. *Nota quod advocatus poteſt præſentare articulos, & exceptiones pro parte clientuli ſui in curia, de hoc no. Archid. in c. ſi judex, in fi. gl. ibi plene, ext. de ſent. excom.* De Bottis.

(a) *Infra prædictum*. Hic ſtricte accipiendum eſt in teſtibus, non in inſtrumentis, quæ poteſt utraque pars, & poſt terminum & poſt publicationem atteſtationum exhibere, uſque ad ſententiam definitivam, ante tamen quam ſit in cauſa concluſum, ut extra de fide inſtr. c. cum dilectus, 1. reſpon. & C. de proba. authen. qui ſemel. Alias inveniu hoc cancellatum. Sed cum detur terminus ad probandum generaliter, ut hic patet, & ſic ſervatur de facto, & inſtrumenta non poſſunt poſt terminum poſerri, ut argum. lib. 10. de ju. fiſ. juſtas. Et ſic ſervat magna Curia, & no. C. de probatio. authen. qui ſemel. Item etiam poſt publicationem teſtes ulii produci poſſunt ad reprobationem, ut no. præalleg. authen. qui ſemel, & legitur extra de teſti. c. præſentium, ubi plene de hoc, & c. licet, ubi plene de hoc.

** Additio. *Nota, quod procurator tenetur infra biduum poſt litem conteſtatam ponere, & articulare omnia jura quæ ſcit principali competere: illa vero, quæ ignorat, cum pervenerint ad ejus notitiam infra terminum datum ad probandum, ponere, & probare tenetur. Pone quod procurator poſt biduum aliqua ponit aſſerens ea perveniſſe ad ſui notitiam ex conſcientia principalis, nec addit quod de novo pervenerunt: dic quod tunc non auditur, quia hæc conſtitutio requirit duo, ſcilicet quod perveniat, & quod de novo perveniat, ita pulchre declarat Luc. de Penna in l. ſi tempora, col. 1. cum ſeq. de fide inſtrum. lib. 10. quem vide.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

L*ite legitime*. In principio. Quid ſi articuli non ſant oblati incontinenti, an valeat proceſſus? dic quod ſic, ut no. Archi. extra de teſtibus. c. pretium, lib. 6. & dic, ut ibi. In textu ibi, minoris aut mulieris. De iſto textu fuit ſemel altercatum inter ſocios, an ſcilicet, ipſo jore, vel per reſtitutionem ſuccurratur ipſi mulieri? & dic quod beneficio reſtitutionis, ut voluit gloſſa in conſtitutione, obſcuritatem, in gl. 3.

In gloſſa magna circa finem ibi, viros idoneos. Concordat Innoc. in c. poſt ceſſionem, & Specul. in tit. de lit. conteſt. §. illud, ver. debet.

In gloſſa in ver. prædictum. Sed nunquid poſitiones poſt ipſum terminum fieri poſſint? vide Specu. in titu. de dilatio. §. videndum teſtat. verſi. item quid ſi dat, & in tit. de poſiti. §. 3. & dicas quod non per partem, ſed per judicem, ſuo officio, non ad partis inſtantiam, per c. cum Joannes, extra, de fide inſtrumentorum, & 30. q. ult. c. judicantem, licet quidem contra, ut in d. vet. oo. per l. judices. C. de judi. & ff. de accuſa. l. ſi eadem. Petrus de Monteforte.

Lite legitime conteſtata, in verbo ad plus. Nota, quod articuli dantur infra biduum, & ſi non dantur, poſſunt teſtes teſtari ſuper libello, ſeu tenora ipſius, ut no. Archid. de teſt. c. pretium. §. teſtes, in glo. quæ incipit, articulos, & ſic ſervat magna Curia. Nico. Ruffus.

In ver. niſi pri. Hæc conſtitutio expreſſe innuit, quod in criminalibus beneficium reſtitutionis in integrum concedatur, quod eſt notabile. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa ſtricte, ibi, poſt terminum contrarium. Notatur in conſtitutione, probationum, & in conſtitutione, prædeceſſorum, in fi. Bartholomæus de Capua.

Quæro, ſi obtuli exceptiones infra biduum, quæ tunc temporis competebant, ſi poſtea reprobas teſtes, an alios poſſum offerre? & videtur quod non, quia debui infra biduum opponere, quas ſi non oppoſuiſti, poſtea opponere non debeo, nam exceptio dilatoria ante litis conteſtationem opponitur, & ſi non opponitur, poſtea opponi non poteſt, ut ff. de procura. l. Pompo. §. rati, cum ſi. Contra quod eſt verum quod poſſit opponi: nam ſi procurator lite conteſtata intervenerit, etiam lite conteſtata, potero opponere excuſationem, ut C. de conſor. ejuſd. litis. l. 2. facit. l. fin. C. ſi a non competenti judice, facit l. contra majores. C. de inofficioſo teſtamento, & ſic fuit de facto judicatum in Regia Curia. Bartholomæus de Capua.

Sed quid ſi conteſtatus ſum litem, & cum deberem offerre in jure infra biduum, ſecundum conſtitutionem Regni, &c. exceptiones meas non feci, obtulit tamen quidam amicus meus me ignorante, & poſt hoc lapſum eſt biduum, nunquid potero ratum habere, ut perinde ſit ac ſi ego obtuliſſem? dicas quod non argum. ff. ad Trebel. l. Scævola. §. fi. & l. ſeq. ubi dicitur, quod retrofacta trahuntur ad præſens, argumentum ad Marc. l. ſi. in ſi. quæ dicit ratihabitionem retrotrahi. Jo. Bacca.

In textu, in ver. proponat. Quæro nunquid hoc habeat locum ubi ex officio proceditur? dicitur quod non, cum conſtitutio iſta ſit ſtricti juris, argum. l. conſtitutionibus. ff. ad municipa. Item quia loquitur in judicio ordinario, quod patet, quia dicit, lite legitime conteſtata, quæ fit in judicio ordinario. l. rem non novam. C. de judi. & ſupra, de dilati. l. dilationes, & quia dicit, actoris vel accuſatoris, conventus, & accuſatus, quæ verba cauſam ordinariam reſpiciunt, extra de accuſa. capi. ſuper, cum ſi. Item eſt contra jus: quia alias peremptoriæ uſque ad ſententiam poſſunt opponi, ut in l. exceptiones, cum ſi. & ſic reſtringenda, cap. odia. de reg. jur. in 6. Nicol.

In textu, ceterum. Nota, quod procurator poteſt reſervare vel offerre jura in termino ſibi dato ad probandum, hoc verum abſente principali, ſecus ſi eſſet præſens, arg. l. 1. C. de errore advocatorum, quia primo caſu poteſt habere ignorantiæ cauſam, ſecundo non, ſecundum Andream de Capua, qui dicit ita obtinuiſſe in Curia Vicariæ hujus Regni. Unde prædictus Andreas de Capua dedit tale conſilium, quod incontinenti, quod aliquis conſtituit aliquem procuratorem, abſentet ſe a loco judicii: alioquin ſi principalis eſſet præſens, procurator non poſſet illud beneficium implorare. Bartholomæus de Capua.

De exceptionibus malitioſe oppoſitis.

TITULUS XXV.

Si reus opponit exceptionem peremptoriam, vel actor replicationem, vel triplicationem: & judici videbitur ex qualitate perſonæ vel cauſæ, quod malitioſe, vel frivole opponitur, vel replicatur, vel triplicatur: & petitur terminus ad probandum, judex non debet concedere dictum terminum, niſi primo ille, qui hoc petit, juret, quod non opponit, vel non replicat, vel non triplicat malitioſe, ſed eam pro firmo credit vere poſſe probare: & ſi juravit, judex dabit terminum ad probandum: & ſi poſtea non probavit in termino, judex in prima taxatione expenſarum condemnabit ipſum ad expenſas; hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem*

SI (*a*) exceptio peremptoria, replicatio, vel triplicatio etiam opponatur, quæ ex qualitate perſonæ opponentis, vel cauſæ, judici (*b*) malitioſa, vel frivola videatur, non prius objicientem ad eam probandam admittat, quam ſacramentum præbeat corporale. * Quod non malitioſe, nec cauſa tantum prorogandi judicium eas opponat, ſed quod ipſas pro firmo ſe (*c*) credat poſſe probare, quas poſtea ſi non probaverit (*d*) ad terminum ſibi datum, opponentem (*e*) ad expenſas omnes ſacramento partis cum taxatione judicis declarandas, condemnandum eſſe cenſemus.

De

De exceptionibus malitioſe oppoſitis. Rubrica.

(a) SI *exceptio*. Si judici videtur, quod exceptio peremptoria, vel replicatio, quæ objicitur, ſit frivola, exiget ab opponente ſacramentum calumniæ: & ſic de jure communi ſufficit ſemel juratum. C. de jura. calum. in auth. ibi no. quod jus in hac parte corrigitur. Vel dic, ut ibi no. & l. 1. & 2. in principio eo. tit. & ſi non probaverit, qui eam propoſuit, damnatur in expenſis partis adverſæ. concor. C. de judic. ſancimus.

(b) *Malitioſa*. Hæc conſtitutio eſt contra jus commune, quo ſufficit ſemel jurare in cauſa, ut C. de juram. calum. hoc ſacramentum. Niſi dicas oppoſitam hanc exceptionem, vel replicationem ante litem vel oppoſitam, & poſt litem conteſtatam. Et hujuſmodi ſacramentum eſt aliud, ſcilicet, de malitia, quod præſtatur etiam perſonaliter poſt litem conteſtatam licet jam juratum ſit de calumnia pro tota cauſa, ut ar. in Auth. de teſti. §. quia vero, collat. 8. quæ ſunt poſteriores, quam illa, de his qui ingre. ad. app. & C. de fi. inſtru. l. fi. & extra de teſt. ca. præſentium, Præſtatur enim modo ſi judici videbitur hujuſmodi ſacramentum de malitia ſpecialiter ſuper hujuſmodi exceptione ad majorem cautelam, ut extra de teſt. ſpol. litteras, circa finem, quia cum propoſitum hominis de facili mutetur: & poteſt eſſe, quod modo calumniaretur, licet tunc quando præſtitit ſacramentum calumniæ pro tota cauſa, non fuiſſet calumniatus, ut ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis plus, namque timetur hujuſmodi ſacramentum ſpecialiter præſtitum ſuper ſpeciali capitulo, quam quod generaliter eſt actum pro tota cauſa, ut arg. extra de hær. c. ſi adverſis, & 23. diſtin. quanquam, arg. ff. nau. cau. ſtab. l. 1. in prin. ſicut & plus valet ſpecialis ſubſcriptio, quam generalis, ut ff. ad leg. Cor. de fal. divus 1. rationem. Et ſpecialis cautio, ut ff. ſi quis cau. ſed ſi quis. §. quæſitum, & ad idem. ff. de injur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Et nota differentias inter ſacramentum calumniæ, & de malitia, ut no. in ſum. Gof. extra de jura. calum. c. differunt autem.

* ADDITIO. *Concordat & facit cap. 2. de juram. calum. in 6.* De Bottis.

(c) *Credat*. Nota ſacramentum de credulitate in facto proprio, quod poteſt probabiliter ignorari ut hic, & ſupra tit. 1. l. 2. & in Authent. coll. 6. ut hi qui ob. ha. ſe per. re. mi. §. ut autem, teſtes etiam, qui de facto alieno deponunt, quandoque de credulitate dicunt, ut ff. de vent. inſpi. l. 1. reſpon. 1. & in Auth. de heredi. & fal. §. ſi vero abſunt, coll. 1.

(d) *Ad terminum*. In quantum ire poſſit ubi eam probare crediderit, & reverti poſſit, ut in Lombard. de præjudi. act. l. 1. Et extra de dolo & cont. cap. fin. & ibi de hoc: ſecundum Ber.

(e) *Ad expenſas omnes*. Ut extra de do. & contum. cap. finem litibus, & ibi de hoc, ſecundum Bern.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

In gloſſa hic ſtricte, ibi, & ſic ſervatur in magna Curia Vicariæ. Nota, quod de ritu magnæ Curiæ eſt, quod poſt terminum peremptorium, etiam ante concluſionem cauſæ inſtrumenta non producuntur. Contrarium eſt in cap. cum dilectus, de fide inſtrumentorum, & contrarium notatur in conſtitutione Regni, probationum defectum, in gloſſa prædeceſſorum, in fine. Bartholomæus de Capua.

De exceptionibus malitioſe oppoſitis. Rubrica.

SI *exceptio peremptoria*. Communiter hoc vocatur ſacramentum in cauſis de malitia repellenda, & communiter arbitrio judicis. Item nota, quod condemnatur in expenſis, qui non probat, ſic in dilatoriis, ſupra eo. tit. exceptiones.

SI *exceptio*. In gloſſa in verbo, credat. ibi, quandoque de credulitate, regulariter contra, ut C. de teſt. l. teſtium, & in §. præallegato, & in eis not. & in titu. l. de teſtibus. §. 1. verſi. item quod depoſuit.

In eadem gloſſa in principio. Et tantum operatur ipſa confeſſio de credulitate, quantum confeſſio veritatis in principali, ut extra de jurejur. cap. ex litteris, & not. Spec. in titu. de poſi. §. 6. ver. tamen certum eſt. Petrus de Monteforte.

In gloſſa nota ſacramentum. Nota ex iſta gloſſa, quod quando quis citatur, ut teſtificetur, ut principalis, & legalior, antequam examinetur, poteſt petere, ut detur ſibi copia jurium adverſarii, ſuper quibus debet interrogari, ut conſulat advocatum, de quo cogita. Bartholomæus de Capua.

De

De interrogandis litigatoribus a judice.

TITULUS XXVI.

Quoties ratio & æquitas moverit judicem poteſt ipſe partem litigantem interrogare in facto, tam ante litem conteſtatam, quam poſt: & pars poteſt dicere, quod vult reſpondere cum conſilio ſui advocati, & ſi judex habeat partem ſuſpectam, quod non reſpondeat verum, dabit ſibi juramentum quod dicat veritatem. hoc dicit, Matthæus.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

PArtes (*a*) in judicio litigantes, tam ante litem conteſtatam, quam poſt, prout juris ratio & æquitas (*b*) judicem moverit, de facto interrogari poſſe decernimus, & interrogatus per ſe, vel per alium cum advocatorum conſilio reſpondere poteſt.

Plerumque etiam vel pro qualitate perſonæ, vel cauſæ, vel ſi judex, quod falſum reſpondeat, ſuſpectum habeat; Reſpondentem (*c*) ad ſacramenti religionem adducere eum poſſe cenſemus.

De † fide inſtrumentorum & teſtium.

† Alias, de fide inſtrumentorum factorum tempore invaſoris Regni.

TITULUS XXVII.

Caſſantur & annullantur omnia inſtrumenta de donationibus, & quibuſcunque contractibus, in quibus nominatur nomen alicujus hoſtis, vel proditoris regis, & cujuslibet invaſoris regni. Et mandat illa igne cremari, & ſi non ſunt combuſta, & reperiantur, jubet, quod eis nulla in judicio vel extra fides adhibeatur. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

INſtrumenta (*d*) * de donationibus aut conceſſionibus, vel quibuſcunque contractibus, in quibus nomen alicujus hoſtis, vel proditoris noſtri, & generaliter cujuslibet invaſoris Regni noſtri, ſcriptum ſit, caſſa & inania reputantes, nullam ex eis volumus in judiciis, vel extra judicia probationem aſſumi, ſed ea igni cremari mandamus.

De

De interrogandis litigatoribus a judice. Rubrica.

(a) P*Artes in judicio.* Judex etiam ante litem conteſtatam & poſt, quoties æquitas eum moverit, poteſt interrogare partes, concor. ff. de inter. actio. quoties. Item ſi judex habeat aliquam partium ſuſpectam, ne reſpondeat falſum, non debet ei deferre juramentum. Nam non debet eſſe auctor perjurii, ut C. ſi adver. ven. l. 1.

(b) *Judicem.* Sed jure Romano poteſt partem interrogare advocatos, ut ff. de inter. acti. ſi ſine, in principio l. Item advocatus offerat articulos judici pro clientulo, ſi vult. ſic ſupra de proceſſu in litem, in principio. Clientulus autem reſpondeat cum conſilio advocati. Advocatus tamen non poteſt eum de facto inſtruere, ut ſupra de offi. advo. l. 1. ſed canon dicit quod poteſt reſpondere advocatus pro indiſcretis, non pro aliis, extra de jud. paſtoralis, & ibi de hoc plene.

(c) *Ad Sacramenti.* Scilicet, de veritate dicenda, ut de proba. cum de indebito, §. in omnibus.

De fide inſtrumentorum & teſtium. Rubrica.

(d) I*Nſtrumenta.* Hæc conſtitutio caſſat inſtrumenta facta per hoſtem, vel invaſorem Regni. concor. C. de epiſ. & clericis l. decernimus.

* ADDITIO. *Vide Afflict. in conſtit. cum circa juſtitiæ. num. 5. & Luc. de Penna in l. in ſacris, la 3. col. 2. C. de proxim. ſacro. ſcrin. ubi ponit quod nomen debet apponi per notarios regni tempore tyranni in teſtamentis, ſeu inſtrumentis.* De Bottis.

De.

ANDREAS DE ISERNIA.

De interrogandis litigatoribus a judice. Rubrica.

Arbitrio judicis cōmittitur, quando debeat examinari principalis.

P*Artes in judicio.* Et hoc arbitrio judicis committitur, et quoties viderit expedire interrogari de facto, & interrogari poſſunt habere conſilium advocatorum ſuorum in reſpondendo, nam & ipſe advocatus poteſt interrogari. ff. de adulteriis. l. ſi poſtulaverit. §. quæſtionem. Non tamen advocari de facto debent partes inſtruere, ſed ipſæ partes debent hoc inſpicere. C. de eden. l. 1. & no. C. de jurejurando propter calumniam. l. 2. in principio. Tenetur etiam pars reſpondere advocato adverſarii, no. ff. de interrogato. act. l. ſi ſine, in principio. Item & judex coget jurare reſpondentem. Sed ſi jurat falſum, & juravit ſcienter perjurando, nunquid punitur? dic, ut diximus ſupra de extraor. & præpa. l. edictorum, circa fi. & in tit. de conſuetu. recti ſeu. §. ſacramentum.

P*Artes in judicio.* Ibi, reſpondentem. Quod ſi dubitat de eo quod interrogatur, an detur ſibi dilatio ad deliberandum, no. Spec. in tit. de poſi. §. 5. verſ. quid ſi talis ſit reſponſio, & §. 6. quid ſi is qui interrogatur? Sed ſi præſens interrogatus juſſus a judice non reſpondet, imo reſpondere recuſat abſque rationabili cauſa, ſeu contumaciter ſe abſentat, habetur pro confeſſo, ut extra, de confeſ. c. poteſt. Secus ſi citatus, ut veniret reſpondere poſitionibus, venire non vult & contumax fuit, quia tunc non habetur pro confeſſo, ſed procedetur contra eum tanquam contumacem, ut in d. c. in fi. & ibi no. in prima & quinta gloſſa per Joan. Andr. vel faciet judex eo caſu illum iterato citari, comminando quod niſi veniet, habebit poſitiones pro confeſſatis, & tunc ſi non veniet in termino, pronunciat eum pro confeſſo haberi, ut no. Specul. in tit. de poſi. §. 3. ver. ſed videtur quod advocatus, circa finem.

In gloſſa in verbo, judicem. Nota ex iſta gloſſa, quod licet clientulus debeat reſpondere de conſilio advocati, tamen advocatus non poteſt eum de facto inſtruere. Item nota, quod advocatus poteſt reſpondere pro ignorantibus, quod facit pro mulieribus, quando conveniuntur: hoc eſt cap. paſtoralis, extra, de judic. Petrus de Mornoforte.

In gloſſa in verbo, judex. ibi, ne reſpondeat. Intellige veritatem, immo cum toto juramento videt, ſeu cognoſcit eum aptum ad dejerandum, & ſic intellige gloſſam iſtam, ne contradicat textui. Bartholomæus de Capua.

Hanc conſtitutionem etiam intellige, ſi partes ſint majores 14. an. nam parvuli qui ſunt ſine ætate rationabili, ante 14. annum non poſſunt compelli jurare. 22. q. 5. c. parvuli. Bartholomæus de Capua.

De fide & auctoritate inſtrumentorum. Rubrica.

I*Nſtrumenta.* Illa quæ fiunt tempore Tyranni non valent, C. de epiſcopis, & clericis. l. decernimus.

De

Digitized by Google

† *Alias, de reaſſumptione inſtrumentorum faciendo ſub nomine juſti Regis.*

De † revocatione privilegiorum.

TITULUS XXVIII.

Hæc conſtitutio mandat revocari privilegia & inſtrumenta continentia nomina invaſorum regni, & proditorum, & inſtrumenta facta a judicibus, & tabellionibus creatis ab eis, & præcipit revocari inſtrumenta infra certum tempus. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias. Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

PRivilegia, (*a*) * & inſtrumenta proditorum noſtrorum, aut invaſorum Regni noſtri, quorumlibet nomina continentia, & quæ a judicibus factis ab eis, aut tabellionibus ſcripta, & ſubſcripta inveniuntur uſque ad annum a die inſinuationis conſtitutionum noſtrarum, declarari & renovari decernimus, ac appoſitione noſtri nominis roborari nulla ex inſtrumentis prædictis ex præſenti juſſione noſtra non declaratis † in judiciis, aut extra judicia fide in poſterum aſſumenda.

† *Alias, acclamandis.*

De † privilegiis a Curia Capuana tempore turbationis indultis.

† *Alias, de privilegiis a Curia Capuana revocatis.*

TITULUS XXIX.

Omnia privilegia conceſſionum facta a prædeceſſoribus in regnis utriuſque Siciliæ diverſis perſonis, & ab ipſomet Imperatore Frederico, antequam factum fuiſſet parlamentum in Curia Capuana, quæ poſt dictum parlamentum non ſunt confirmata, per ipſum Imperatorem, necnon omnia privilegia poſt dictam Curiam Capuanam celebrata, conceſſa tempore turbationis Regni, tam ab ipſo Imperatore, quam a Duce Spoleti conceſſa, qui Dux erat conſanguineus ipſius Imperatoris, & aſpirabat ſubdole contra ordinationem Papæ Innocentii ad regimen Regni, revocat, caſſat, & annullat, & præcipit hac conſtitutio, quod dicta privilegia, & conceſſiones revocatæ non retineantur, & ſi aliqua reperiantur teneri per aliquem, puniantur in æſtimatione ejus, quod conceſſum fuit, quod debet fiſco Imperiali applicari. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

CUm (*b*) conceſſiones, (*c*) & privilegia omnia tam a divis Auguſtis parentibus no-

---

De revocatione privilegiorum. Rubrica.

(a) PRivilegia. Hæc conſtitutio mandat renovari privilegia conceſſa ab invaſoribus & inſtrumenta facta a judicibus creatis ab eis, & tabellionibus.

* Additio. *Adde Affl. in deciſ. 77. ubi late de materia. Vide in regiſtro, quod tenet D. Barattucius fiſci advocatus, litteram, per quam Dux Calabriæ Vicarius Regis Roberti declarat quod detur fides inſtrumentis confectis per notarium factum per Fredericum occupantem regnum Siciliæ, eſt a car. 134. in c. 132.* De Bortis.

De privilegiis a Curia Capuana tempore turbationis indultis. Rubrica.

(b) CUm conceſſiones. In hac conſtitutione imponit pœnam utentibus privilegiis non renovatis, ſed antiquis conceſſis a parentibus ſuis, & a ſeipſo ante Curiam Capuanam, & parum valet hæc conſtitutio, quia eſt de præterito tempore, ipſa etiam non dat formam futuris negociis. Cum conceſſiones, multi dicunt, quod hæc conſtitutio eſt contra jus, quia donationi jam perfectæ non potuit lex apponi, vel conditio, cujus defectu perfecta donatio revocetur, ut C. de actio. & obligat. ſicut. & de condi. ob cau. ſi repetendi. Nam ex quo dominium acquiſitum non revocatur ex principis voluntate, vel reſcripto, ut C. de jur. & haſt. fiſcal. l. penulti. & de agri. & cenſi. l. originarios, & de omni agro deſerto, quicunque, in principio. Ego tamen dico, quod hæc conſtitutio poteſt lege expreſſe juvari. Nam princeps in conceſſionibus jam perfectis, & quod plus eſt, in aliis in jure privato quæſitis, poteſt conditionem apponere, cujus defectu perditur perfecta conceſſio, & acquiſitum dominium utile revocatur, ut C. de omni agro deſerto, qui fundos. Et quod privilegia jam indulta revocentur per legem patet, C. lib. 10. de judi. l. 1. & C. de inceſt. & inuti. nup. l. fin.

Cum conceſſiones. Nemo poteſt per hanc conſtitutionem revocare privilegia, in quibus continetur fiſci utilitas, quæ non ſint poſt Curiam Capuanam confirmata, non enim credendum eſt, quod princeps viam elegerit ad impugnandum, ut C. de ince. nup. l. 3.

(c) *Et privilegia.* Facit ſupra de fide & auth. inſtru. l. 1.

ANDREAS DE ISERNIA.

De revocatione privilegiorum. Rubrica.

PRivilegia. Illa, quæ ſunt facta per judices & notarios tempore Tyrannorum, propter utilitatem publicam, non ex toto caſſantur, ſicut facta ab illis, qui credebantur eſſe judices & notarii, & non ſunt, argumento. ff. de offic. Præſid. l. Barbarius, de teſt. l. ad teſtium. & vult Imperator ea revocari, poſtea ordinat, ſicut vult. De jure tamen ſcripto dicunt multi quod non valent. ff. de reb. eor. quæ ſub cur. vel tut. l. qui neque, de jurejuran. l. jusjurandum. §. pupillo, in gloſſa, quia debent tabelliones confirmari ſaltem per Regem, ut in authen. de defen. civita. §. quod interim. Qui confirmat dat. ff. de verb. ſignif. l. lege obvenire.

Additio. *Adde Alber. de Roſa. in l. 1. C. de cad. tol. & per Bart. in tractatu de Tyranno.*

Alii dicunt quod propter neceſſitatem debent valere, ſi alias erant idonei, quamvis creati a Tyranno, argu. C. de teſti. l. 1. Quia non debent decipi qui communi opinioni crediderunt. C. de Lati. liber. tol. l. 1. §. ſed cum domini. Sicut dicitur fuiſſe ſervatum de inſtrumentis factis tempore principis Manfredi. Facta Tyrannorum debent revocari non ſubditorum non peccantium. Nam neceſſitas non habet legem, ff. de offic. Con. l. 1. C. de bon. quæ lib. l. fin. §. ſin autem patre, ibi, propter hominum & rei neceſſitatem, &c.

Additio. *Adde glo. in l. 1. C. de oper. liber. & quod non eſt, de reg. jur. in 6. glo. in c. quoniam multa 48. diſt.*

Pro quo eſt quod dixi infra l. in cauſa depoſiti, glo. Odio alterius alios gravari non debet. C. de inoffic. teſta. l. ſi quis in ſuo. Argumen. contra, quia pro peccato unius tota provincia interdicitur, extra de ſponſa. non uſt, de offic. deleg. c. ſane, quia ſi unus populus rebelletur injuſte ſuo dominio adhærens Tyranno, de hoc deberet puniri, & non habebit immunitatem.

De privilegiis a Curia Capuana tempore turbationis indultis. Rubrica.

CUm conceſſiones. Hic eſt quædam gloſſa applaudens, quod Imperatores potuerint facere Curiam Capua-

noſtris, quam a nobis ante Curiam Capuanam indulta, quæ per nos poſt eandem Curiam confirmata non eſſent: necnon ea, quæ proximæ turbationis tempore, poſt transfretationem noſtram uſque ad feſtum Puſificationis beatæ Virginis a nobis, aut Rainaldo Duce Spoleti conceſſa fuerint, mandaverimus revocari, edicto præſentis legis edicimus prædictis privilegiis, & conceſſionibus nullam omnino fidem haberi, ſed malivolum eorum propoſitum, qui ipſa (*a*) poſt prohibitionem noſtram retinent, proſequentes, jubemus, prædictos omnes in tanta æſtimatione damnari (*b*) noſtræ Cameræ applicanda, quanta id, quod conceſſum fuerat dignoſcitur extitiſſe.

In quibus caſibus audientia teſtium committatur. Et de pœna contravenire volentium. Et de dolo ejus, cui audientia committitur.

TITULUS XXX.

In civilibus, præterquam in feudis quaternatis, audientia teſtium delegari poteſt in criminalibus cauſis, & feudorum prædictorum debent teſtes in Curia præſentari, niſi teſtes valetudinarii, qui ſine ipſorum periculo Curiæ præſentari non poſſunt, ubi judicibus electis a partibus vel datis a Curia committetur, quod recipient eos tantum, quos ad Curiam viderunt venire non poſſe: contra quos auditores probationes in contrarium non admittuntur, ſi pars receptos ſenes, & viventes forte concedat, & ſi pars in termino dato ad probandum in probatione defecerit per defectum teſtium vel judicis coactoris petat terminum prorogari, non aliter audiatur, quam ſi tantum infra dictum terminum hoc alleget, quod infra dictum terminum judex, vel coactor alius dari poterit: tunc altera parte vocata ex juſta, & neceſſaria cauſa, prorogatio termini impetatur, is autem, cui commiſſa eſt audientia teſtium, ſi doloſus aut negligens fuerit, condemnatur Curiæ in tertia parte mobilium, & parti læſæ in omnem æſtimationem, pœna teſtibus irroganda, niſi fuerit ſub certa majori pœna mandatum: & hoc in civilibus vendicat ſibi locum; in criminalibus dicta tertia parte mobilium ſoluta, & teſtes, & judices auditores parti læſæ in ſumptibus litis cum taxatione judicis condemnentur cauſa principali, non obſtante lapſu termini ſuo ordine peragenda, eodem etiam obtinente in civilibus cauſis, ſi teſtes aut coactores eorum non ſolvendo fuerunt, ut per ceſti-

(a) *Poſt prohibitionem*. Alia pœna imponitur retinentibus res ipſas, ut infra de jure re. l. dignum, & forte ſicut ibi dicis de rebus, ita dicendum eſt in inſtrumentis, ut ea reſtituere debeant ſtrequiſiti.

(b) *Noſtræ Cameræ*. Obſtare videtur ſatis. l. quæ aſſignatur ſupra de illici. por. arm. l. ult. quia ſi ex eo quod quis illicite facit, nullum commodum reportat, nec pœnas ſubire debet. Ad idem etiam facit quod eſt, ff. ad l. Corn. de fal. l. impuberem, §. & ſi ei ſervo. Item nihil intereſt ſit redditum inſtrumentum, ſit cancellatum vel non, ſi vires ejus vacuatæ ſunt, ut C. de ſolutio. l. pecuniæ, & legis inductæ primæ oppoſitioni ſic reſpondeo, omnia illicita puniuntur, ſed tamen illicitorum adhibetur diſtinctio, quædam enim etſi dicantur illicita, non tamen puniuntur, quia adeo levia ſunt delicta, ut non curaverit lex punire, in quibus a pœna excuſat levitas criminis, ut C. de relig. l. militis. C. de his, qui ut indi. l. non oportet. C. de pigno. l. creditores, ff. de ſep. viol. l. prætor. §. non propter, ff. de fur. l. ſi libertus, & de pœn. reſpiciendum, §. furta. Dicuntur ergo illa delicta illicita a jure non admiſſa. Si vero fuerint illicita, ut prohibeantur tanquam levia, vel graviora, ſeu graviſſima, ſine dubio puniuntur.

Additio. *Adde Barto. in l. non ſolum. in §. ſi mandato, verſic. circa ſecundum, ff. de injuriis.* Superantius.

Semper autem intellige puniendum, & grave eſſe delictum lege non concedente, niſi lex nominatim eſſe puniendum dicat, ut in præallegatis legibus, & probatur hoc C. ad leg. Juliam repet. l. 1. ff. depoſiti. bona fides, ff. de doli exceptio. ſi procurator, ff. ad leg. Juliam de adult. ſi poſtulaverit, §. filii. Secundæ objectioni facilis eſt reſponſio: non enim intereſt quoad libertatem debitoris, ſi ſolutio plene probetur, ut in præalleg. l. 1. C. de ſolut. dicitur, intereſt, tamen quoad delictum: deliquit enim retinendo inſtrumenta, vel privilegia rerum, quæ per hanc legem ſunt infirmata, quaſi res in ipſis contentas videatur invito principe retinere: ſicut econtra, tradendo inſtrumenta, res in ipſis contentas videtur quis tradere, ut C. de dona. l. 1. Sicut ergo propter veram violentiam tenetur privatus ad medietatem æſtimationis, ut C. de vio. in rebus immob. illu. l. 1. ita hic propter quaſi violentiam, quia cauſa realis eſt, tenetur ad duplum, ſcilicet, ad totam æſtimationem, ut in jure Longobar. de ſcandalis, l. omnes vero reales cauſæ. G.

In

ANDREAS DE ISERNIA.

pœnam, quam nos certo modo damnamus, & leges hic inductæ non faciunt pro allegante, ſicut materiam hanc plene diximus in tit. de capi. qui cur. ven. §. fin. vide ibi plene. Item quomodo portat pœnam ille, qui retinet hujuſmodi privilegia vacua, cum ex ſua detentione nullum commodum conſequatur. Quia privilegia caſſata ſunt contra rationem, quæ ponitur ſupra de eo qui defen. po. in ju. l. prima, in fi. Reſpondet gloſſa, quod propter contemptum generalitet tenetur ad rei æſtimationem, ſcilicet, propter quaſi violentiam, colorat gloſſa, quaſi excuſando Legiſlatorem. Nam ubi de jure non poſſet revocare vel irritare quod donavit & fecit, quomodo ponat pœnam poſtea tenentibus, a quibus non poteſt rationabiliter revocare? Bene dixit Seneca primo de clemen. nullus princeps eſt innocens, non habent hi, qui eorum facta dijudicent. Dicit gloſſa ſuper Pſalmo illo, Tibi ſoli peccavi. Niſi poſſet juſte revocare, poſſet pœnam talem imponere, ut infra l. 3. in conſtitutione, dignum.

C*Um conceſſiones*. In gloſſa multi, ibi, in principio. Immo ubi contractus perfectus eſt rei traditione; ſolo conſenſu etiam utriuſque contrahentium diſſolvi non poteſt, niſi rerſo re tradita, ut ff. de rei vendic. l. ſi qua, & l. ſequen. & C. quando liceat ab empt. diſced. l. 1. & 2. & ff. de contrahen. empt. l. ſed & Celſus. §. fin. & in l. ab emptione, ff. de pac. Et faciunt hæc contra revocationes, quas facit dominus Rex poſtquam donavit in feudis, tamen videtur, quod Rex habeat poteſtatem donandi alii etiam, invito feudatario, dummodo provideat ſibi de competenti excambio, ut in cap. ſi vero contingeret, de pac. jur. firm. & forte eſt ratio, quia feudatarius nullum habet dominium in feudo, ut not. videtur, de capi. Corrad. capit. primo, §. præterea. Bartholomæus de Capua.

De

reſtitutionis beneficium cauſæ ſuccurratur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

IN pecuniariis (*a*) * litibus omnibus præterquam in quæſtionibus Caſtrorum, (*b*) & feudorum, quæ ſpecialiter in Curia noſtra tractantur, audientiam teſtium (*c*) permittimus (*d*) delegari. In criminalibus ** autem, & (*e*) prædictis civilibus cauſis, teſtes in Curia noſtra præcipimus præſentari; niſi teſtes adeo ſenes, & valetudinarii ſint, quod ſine ipſorum peri-

---

In quibus cauſis audientia teſtium committatur. Rubrica.

(a) IN *pecuniariis*. Conſtitutio iſta ſatis poteſt dici, quod continet jus commune, & vult, quod audientia teſtium poſſit in civilibus quæſtionibus non feudalibus delegari, concor. in civilibus. C. de fide inſtrumen. judices, in criminalibus, ſecus, & in feudalibus: concor. in Auth. no. in præalleg. l. niſi teſtes non poſſint venire ad locum judicii, quia ſunt valetudinarii, vel ſenes, tunc datur auditor, ut recipiat teſtes, qui ad locum judicii venire non poſſunt. Quos hic auditor decreverit modo poſſe venire: non poterit contrarium probare, quod eſt ne lites ex litibus &c. ut C. de fruc. & lit. expen. terminato. Item ſi per dolum teſtium, vel partis adverſæ factum eſt, quod actor non probavit in termino dato, ac declarato adverſæ parti prorogatur terminus, quod eſt ideo quod alteri, &c. ut ff. de alienat. judic. l. 1. Item punitur auditor, cujus dolo facturo eſt, quominus probaret, & teſtes ſi eorum dolo factum eſt, ut præſtent indemnitatem parti læſæ, concur. C. de teſti. ſi. quando, in ſi. & ſi non ſit ſolvendo, in ſubſidium datur læſæ parti reſtitutio contra adverſarium, quod eſt illa ratione, ne ex alieno dolo lucrum ſentiat, ut ff. quod me. cau. in l. ſi cum excep. & facit. ff. de eo, per quem fa. erit, l. ſi.

* Additionez. *Vide omnino And. de Iſer. in tit. ſi de inveſti. inter dom. & vaſal. lis, vel queſt. oria. 2. col. in fine ubi multa de audientia teſtium commiſſa in cauſa feudali alteri, quam judici, & quid ſi pars non contradicit, quod valet commiſſio, & multa alia ad intellectum & limitationem iſtius conſtitutionis, vide And. hic, & Doct. in l. ſi. ff. de ſen. & Feli. in c. licet, de probat. & quæ addidi in regia prag. incip....* Marcus Antonius Pulver.

Et an audientia teſtium ſuper attentatis lite pendente poſſit committi, vide Rot. in deciſ. 220. & quid in cauſa de angaria & perangaria, vide Moder. in c. regni, gravamina, nu. 24. & quid ſi pars habeat teſtes ſuſpectos, an poſſit petere, quod veniant in loco judicis ad deponendum, vide Capic. deciſ. 90. An arbitri poſſint committere audientiam teſtium, vide Afflict. in conſtitu. Juſtitiarios, in fine. Ad materiam hujus conſtitutionis Jacob. in l. 3. §. item Divus, & §. teſtes, ff. de teſtibus, ubi multa ponuntur, & inter alia ſi teneatur parere cui committitur audientia, & ſi teſtes ſunt extra regnum & alia. De jure communi an poſſit audientia teſtium committi, & quando, vide Barb. in c. conſtitutus, nume. 5. extra de fidejuſſ. & nu. 8. ponit an judex, cui committitur, & teneatur parere committenti, ſi non eſt ſubditus, cujus expenſis teneantur venire teſtes, vide additionem, quam habeo ad Capic. deciſ. 90.

Quid ſi teſtes ſunt extra regnum, vide Aret. conſil. 82. in fine, & Afflic. in conſtitutione, inquiſitiones generales, num. 2. Et ibi an Princeps poſſit committere audientiam teſtium in criminalibus, Afflict. ibid. ubi multa. Et an in favorem fiſci fiat commiſſio audientia teſtium, vide Saliцet. in l. apud eloquentiſſimum, C. *de fide inſtrum.* De Bottis.

(b) *Et feudorum*. Scilicet, magnorum, quæ ſcripta ſunt in quaternionibus dohanæ, ut ff. de offic. Mag. Juſtit. l. 1. in fine.

(c) *Permittimus*. Si judex viderit expedire, quod dic ut in ſumma de teſtibus, §. producendi autem ſunt teſtes, ſecundum Azon.

(d) *Delegari*. Sic loquitur & l. C. de fide inſtru. judices, & auth. apud eloquentiſſimum, & extra de teſti. c. ſi quis teſtium.

** Additio. *Sed an partes poſſint concordari, quod committatur, vide practicatum, quod ſic, tamen Bald. conſil. 382. pro parte cujuſdam eccleſiæ, vol. 3. in novis, tenet contrarium.*

Sed an ad inſtantiam fiſci committatur, reperio in regiſtro Caroli II. quod habet D. Ant. Baratucius, fiſci advocatus, car. 98. in c. 37. & c. 88. ſequentes ordines, videlicet, Carolus II. &c. Magiſtro Juſtitiario regni Siciliæ, vel ejus Locumtenenti, & judicibus magnæ Curiæ Vicariæ, fidelibus ſuis, &c. Olim vobis conceſſimus litteras ſubſcripta poſt ſalutem per omnia ſeriei. Pervenit ad majeſtatis noſtræ auditentiam, quod ex defectu probationum ex depoſitionibus teſtium imminente plures fiſci noſtri cauſæ pereunt non abſque noſtræ Curiæ detrimento. Volentes igitur in hac parte indemnitati ipſius noſtræ Curiæ providere, fidelitati veſtræ ſub obtentu noſtræ gratiæ firmiter diſtricte præcipimus, ut in omnibus cauſis, quæſtionibus, & litibus tangentibus fiſcum noſtrum Juſtitiario regionis, & ubi bonæ perſonæ notæ opinionis, & approbatæ famæ de curia noſtra, vel aliunde, de qua ſit merito confidendum, teſtium audientiam committatis, pro certo tenentes, quod ſi aliter feceritis, proceſſus omnes per vos contra præſentem ordinationem noſtram fiendos ex nunc decernimus irritus, & inanes. Datum Neapoli, &c. Quia vero contingit interdum in caſibus commiſſionis audientiæ hujuſmodi teſtium Juſtitiarium ipſum in remotis abeſſe ac proinde ipſam audientiam retardari, vobis concedimus & mandamus, ut quemadmodum audientiam ipſam eratis Juſtitiario commiſſuri, ſic eam capitulo civitatis aut loci, ubi vos reſidere contigerit, vel vicinæ invicem dicti Juſtitiarii, necnon & hujuſmodi perſonæ bonæ, notæ opinionis & approbatæ famæ, ut ſupra, committere valeatis ipſa prima ordinatione noſtra nullatenus obſiſtente. Datum Neapoli per Bartholomæum de Capua, &c. anno Domini 1304. die 17. Octobris 3. Indictione, Carolus, &c. Magiſtro Juſtitiario regni Siciliæ, & judicibus magnæ Curiæ Vicariæ, vel ejus Locumtenenti, fidelibus ſuis, &c. Olim noſtras vobis conceſſimus litteras ſubſcripta poſt ſalutem per omnia ſeriei. Pervenit ad majeſtatis noſtræ audientiam, &c. ut ſupra uſque ad finem primæ litteræ. Datum, &c. Verum quia expedire contingit interdum audientiam hujuſmodi teſtium pro celeriori expeditione cauſarum Capitaneo regionis, aut alicujus terræ, ſeu loci, ac bonæ perſonæ, notæ opinionis & approbatæ famæ per vos poſſe committi, vobis quod audientiam ipſam poſſitis committere, ſive Juſtitiario regionis, & uni bonæ perſonæ ſimiliter notæ opinionis, & approbatæ famæ, vel Capitaneo regionis ejuſdem aut alicujus terræ ſeu loci, & uni bonæ perſonæ ſimiliter, prout & quando vobis videbitur invicem committere valeatis ipſa prima ordinatione nullatenus obſiſtente, plenariam auctoritatem præſentium ex certa noſtra ſcientia committimus, & concedimus poteſtatem. Datum, ut ſup. &c. De Bortie.

(e) *Prædictis*. Caſtrorum & feudorum.

ANDREAS DE ISERNIA.

De audientia teſtium in civilibus & criminalibus cauſis. Rubrica.

IN *pecuniariis*. Bene gloſſata eſt hæc conſtitutio. Sed teſtes qui producuntur ad repulſam non committuntur. item judex tunc eligit, quando partes non concordant. Item ſi quæſtio ſit inter Regiam Curiam & alium, non eligit ſola Curia, ubi alia pars parata eſt eligere. Item ſenes ad teſtimonium non coguntur, ut ad Curiam vadant. ff. de teſtibus l. inviti, ſed recipiantur in domo eorum, extra de teſtibus c. ſi quis. Item proteſtatio, quod non ſtat per partem, fiet coram judice litis, vel coram probis viris, quando non poſſet haberi copia ejus. Item ex juſta cauſa fit prorogatio termini: non tamen ultra metam poſitam. C. de dilatio. l. 1. Deinde ponit gloſſa quæſtionem, quam bene examinat. Utrum poſt lapſum termini peremptorii ad probandum datum, poſſit judex recipere teſtes, quos

periculo curiæ præſentari non poſſint, (*a*) quo quidem caſu ipſorum audientia judicibus electis (*b*) a partibus, vel datis a Curia committatur, qui eos tantum teſtes recipient, quos ad Curiam viderint venire non poſſe. Contra quos auditores, ſcilicet, per electionem partium, vel

(a) *Quo quidem caſu*. Et hæc vera ſunt, quia audientia † teſtium ſeniorum, videlicet, & valetudinariorum committitur in prædictis caſibus. Sed tamen ſuper articulis rantum & exceptionibus oblatis in principali. Super articulis vero & exceptionibus oblatis ad repulſam teſtium hinc inde productorum, nunquam committitur audientia, etiam in caſibus prædictis, & ita ſervant judices Magnæ Curiæ. Item hæc vero ſunt, ut ſuccedat officium Curiæ in dandis judicibus, ubi partes ſunt diſcordes per legem antiquam, ff. qui ſatiſdare cogan. l. de die, in principio. Sed melius, ff. de admin. tuto. l. 3. §. fina.

† Additiones. *Nota, quod per hanc gloſſam ſimiliter fuit commiſſa audientia teſtium in cauſa impugnationis inſtrumentorum productorum per Reverendiſſ. Epiſcopum Ruborum contra Raynaldum de Lazaro per D. Colucium Coppula Auditorem Comitis Ruborum cum voto D. Ant. Januarii, in fine Januarii 1518. Magiſter actorum notarius Jacobus Anellus Florentinus in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. Adde quod ſacrum Conſilium conſuevit, quod quando ille, cui conceditur terminus ad impugnandum, vult examinare unum, vel duos teſtes, aut plures exiſtentes in diverſis provinciis ita quod eſſet neceſſe mittere plures examinatores, & unus non poſſet omnes examinare, quia diverſis viis vadunt, tunc conſuevit committere audientiam teſtium, non obſtante iſta gloſſa per l. mediterranea, de anno. & tribut. & ita fuit practicatum in cauſa Matulæ, Magiſter actorum Annibal Famatius*. Marcus Antonius Pulverinus.

Quod ſi plus expenderetur quam ſit valor cauſæ, vide Bart. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribut. lib. 10. & Fely. in c. nonnulli, in principio extra de reſcript. & Aret. conſ. 82. in fine. De Bottis.

(b) *A partibus*. Cujus erit electio partium, ut eligant, an judicis. Credo quod tunc judex eligat, quando partes nolunt eligere, argu. ff. de leg. 1. hujuſmodi, in fine, & ff. de admin. tuto. l. 3. ad fin. quaſi illa dictio, ſive, notet ordinem, ut ff. de leg. 2. cum pater. §. penul. Et ſic apparet quod ubi eſt quæſtio inter Regem & alium, non debet Curia eligere ſola judices, ubi alia pars parata eſt eligere, & quia lites debent ſine ſuſpicione procedere, & quia obſervandum, &c. ut ff. de judiciis, obſervandum. Et quod ſit electio judicis ubi ſunt partes diſcordes, probatur expreſſe. C. de judi. l. fi. §. electione, & ff. de jurejur. l. jusjurandum.

ANDREAS DE ISERNIA.

quos habet producens, altera parte contradicente, quando non erat juſta cauſa impedimenti, alias non eſſet quæſtio? Et dic quod licet de juris rigore non poſſit, tamen de bono & æquo non multum poſt terminum recipere poteſt teſtes, ſi videat producentem non malitioſe geſſiſſe ſe, quia judex poteſt in multis facere gratiam, & in hoc concordat Cardinalis, & Innocentius quod eſt bene no. pro eo, quod diximus de teſtibus juratis intra terminum, ſupra tit. 2. l. litem. Item ſi ſtetit per judicem, vel teſtes, tenentur ipſi ad intereſſe parti læſæ. Et quod aliud eſt in criminali, quam in civili. Item nota, quod hæc conſtitutio habet locum in ordinariis. Nam delegati non poſſent delegare, quia committitur juriſdictio, quando committitur teſtium examinatio, ſeu receptio, non miniſterium tantum, niſi eſſent delegati a principe, vel ab illo, qui poſſent alii delegare, notat Innocentius de re judicata cum Bertoldus. Sed ſi committit ille, qui non poteſt committere, & pars non contradicit, valet, notat ipſe extra de teſtibus cum cauſam. Hoc plene examinatum eſt in titulo, ſi de inveſtitu. inter dom. & vaſal. quæſtio oriatur, c. 1. Ubi etiam plene eſt dictum, ſi judex habeat ſuſpectos teſtes in cauſa civili, quod non cogitur committere, non ſic, ſi habeat ſuſpectos ſenes, & valetudinarios. Nec coget judex dare nomina teſtium ſenum & valetudinariorum, vide plene ibi. Quid ſi judex in cauſis criminalibus & feudalibus commiſit alii teſtium receptionem, an valeat? Videtur quod non contra prohibitionem iſtius, & multarum legum, quia ſufficit legiſlator, &c. C. de legi. l. non dubium, illud quod contra legem fit, eſt habendum, ac ſi factum non eſſet, in Authen. de non alienan. §. ult. ipſe enim debet recipere, ut ſi vacillet, torqueat, quod alius non poſſet, quia in quemcunque committatur juriſdictio, merum & mixtum imperium non tranſeunt. ff. de offic. procon. l. ſi quid erit, de offic. ejus cui man. eſt juriſdict. l. 1. & 2. Econtra videtur quod ſic, quia multa fieri prohibentur, quæ facta valent. ff. de inter. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus, quando appellandum ſit. l. 1. §. biduum.

Additio. *Adde l. non dubium. C. de legibus l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. jur. c. quemadmodum de jurejur. & in c. ad apoſtolicam, de regular.*

Nam & ſi non potuit fieri, non debet decipi auctoritate judicis, ut ſaltem valeat tuitione prætoris, & ſic non ipſo jure, ff. quod fal. tuto. aucto. l. 1. §. fin. & l. interdum, & l. noviſſime. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur. Quod vero dicitur, quia non poterit torquere hic auditor, verum eſt: ſed quando inveniet teſtem vacillantem, mittet eum torquendum ad judicem, qui commiſit, & in Authen. de defen. civita. §. audient. maxime ſi partes conſentiant. Nec obſtat quod not. C. de juriſdict. omn. judic. l. 1. quia non committitur merum imperium, ut dictum eſt, ſed redigere tantum in ſcripturam id, quod teſtes dicunt, & capere vacillantem. Sed ſecundum primum intellectum, ſi non valet, & publicentur teſtes, quid faciet actor, vel reus, qui non poſſunt ultra producere? dic quod agent contra judicem, qui commiſit, quia per imperitiam fecit litem ſuam, † de quo tenetur, Inſti. de obl. ex quaſi male. in principio. Et hoc in cauſis feudorum, ubi ſi judex non eſt ſolvendo, fiet reſtitutio contra adverſarium. ff. de eo, per quem fac. eſt l. fin.

† Additio. *Vide quot modis judex facit litem ſuam, per Luc. in l. 2. col. 2. C. de muner. lib.* 12. De Bottis.

Sed in cauſis criminalibus hoc intereſſe non veniret, nam accuſator puniretur, ex quo non probavit, ad ſimilitudinem ſupplicii, quo reus ad pœnam propoſiti criminis, & ſic videtur quod ex hac juſta cauſa producantur teſtes, non obſtante lapſu termini argumen. in fi. hujus conſtitutionis. Et non obſtat, quod didicit teſtificata, quæ non valent, & ſic perinde debent haberi, ac ſi facta non fuiſſent: hæc enim paria ſunt non fieri, & coram incompetente fieri. C. ne de ſtatu defun. l. 1. extra de jud. at ſi clerici. Unde dabitur reſtitutio, quaſi ſteterit per judicem qui commiſit. ff. de mino. l. 1. Magna Curia conſuevit ſic facere, præſentatis teſtibus † in curia coram judicibus, & juratis per eos, committunt receptionem & examinationem alicui de Curia: quod valet, quia dicit littera in Curia præſentari, & per eum videntur recepti, apud quem jurant. ff. de bon. ea teſta. milit. l. 1. in fi. & d. §. ult. Ritus judicii ſervari debent. C. de jurejur. l. fi. ff. de leg. l. minime, ſicut etiam ſervabunt aliæ Curiæ inferiores. Inſt. de ſatiſd. in fi.

† Additio. *Vide an teſtis debeat in Curia præſentari, Capic. in deciſ. 90.* De Bottis.

Sed an receptio juramenti teſtium committetur? videtur quod non prædicta ratione, quia videntur recipi apud eum, penes quem juraverunt. Nam eſt ſubſtantiale. C. de teſti. l. jurejurando, quod committi non poteſt. ff. de tranſactio. cum hi, §. ſi prætor. Unde verius dicitur contra, quod ſic ſervat uſus: Quia littera dicit, in Curia præſentari, pro quo eſt argum.

C. de

vel a Curia approbatos probationes (*a*) in contrarium nullatenus admittantur, videlicet, ſi pars receptos teſtes ſanos, & juvenes fore contendat. Sane ſi in termino ad probandum dato paru, quæ probare debuerat, in probatione deficiat per defectum teſtium, qui ſibi venire promiſerant, vel ipſius judicis, aut (*b*) coactoris alleget nequitiam: atque propterea terminum exi-

(a) *In contrarium*. C. de indi. l. fin.

(b) *Coactoris*. Qui teſtec cogere debet. Sed an ſenex cogetur ferre teſtimonium? videtur quod non, ut ff. de teſti. inviti. de ju. immu. l. majores, & de excu. mu. l. 2. & hoc ſecundum, l.

Additio. *Adde Hoſt. & Ant. de But. in c. 1. de teſti. cogen. Doct. in c. dilectorum, eo. tit.* Superantius.

Sed ſecundum Canones dic eos compelli, ut extra de falſis, c. 1. de judi. c. novit. & arg. ad hoc. ff. de vaca. mu. l. 2. §. corporis.

ANDREAS DE ISERNIA.

C. de jurejur. l. generaliter. §. iiſdem præſentibus, quod jurent, ſubſtantiale eſt: ſed quod apud eundent jurent, non: nec intereſt adverſarii, coram quo jurent, unde tanquam leve non curatur. ff. de vent. inſpi. l. 1. in fi. Et qui per alium recipit &c. non poteſt conqueri de eo, quod non intereſt ſua, ff. de procu. l. non cogendum, in fi. maxime ſi pars non contradixit, quia & in totum poteſt remitti de ejus conſenſu, ut in l. jurisjurandi, in glo. Conſentit autem, quando non opponit, arg. C. de excep. l. fin. Idem enim eſſet, ſi non contradiceret, quia in invitum redduntur judicia. ff. de verbor. oblig. inter ſtipulantem. §. 1. Quid ſi erant in carcere illi, contra quos teſtes producuntur, quia ita qualitas criminis exigebat? Et judex committit audientiam teſtium ſenium, & infirmorum, An poſſit dicere captivus, mittatis me, quia volo perſonaliter intereſſe juramentis teſtium? Dic quod ſi judex † dubitabat de fuga ejus, arctabit eum, ut faciat procuratorem ad hoc; quod ſi non faciet, recipientur in contumaciam ejus: nam non debet inſtrui ad fugam, ff. de exhibendis reis, l. fi. & qui propter odium ſunt in carcere, arctantur ad hoc, ff. de minoribus l. Papinianus exuli. ex quibus cau. major. ſed & ſi ſic. Et propter favorem arctatur quandoque. C. de proc. l. pe. regulariter non compellitur, ff. de injuriis, ſed ſi unius, §. idem, & alias ſine partis præſentia juratur, quando mulier eſſet honeſta, in Authen. ut liti. ju. in principio.

† Additio. *Vide Barto. in l. pen. §. ad crimen, col. 4. verſ. Secundo quæro, de publ. judic.* De Bottis.

Sed quid ſi judex † vellet mittere, quia non timeret de fuga, cum expenſis rei pro cuſtodia in via mittet: argum. dicti §. iiſdem præſentibus.

† Additio. *Hanc opin. tenet Bar. in l. ad perſonas, ff. de jurejur. licet aliqui teneant contrarium, ut late per Pomat. in addit. ad Barto. in d. l. ad perſonas.* De Bottis.

Per defectum teſtium. Iſtæ cauſæ ſupervenerunt poſt receptionem termini, & ideo fit prorogatio. Nam per cauſas, quæ erant quando terminus fuit datus, non fieret prorogatio, ut ſi dicat ſe habere teſtes abſentes ultra mare, vel ſimile, quia etiam erant ultra mare, quando datus eſt terminus. Quem recipiendo renunciare videtur illis, quæ tunc competebant, ff. de vacat. munet. l. prætor. §. ſi poſt cauſam, de dam. infecto, l. qui bona, §. de illo. Niſi de novo perveniſſent † ad eum, & jurarent, extra de exceptio. cap. paſtoralis.

† Additio. *Vide omnino Jaſonem in repet. l. admonendi, 8. colum. ff. de jurejuran.* De Bottis.

Item ſi teſtes erant tunc infirmi, quia debuit petere committi audientiam eorum. Sed ſi teſtis ſanus citatus, & veniens ad curiam infirmetur, & terminus labatur, nec negligentia poteſt de hoc producenti imputari, fieret prorogatio ex hac juſta cauſa: nam non negligenti tempus non currit, de anna. exceptio. l. 1. in fi. C. de inoffic. teſtam. contra majores. Quod dic ut ff. ſi quis cautionibus l. 2. ibi, morbus jubet judicii diem eſſe diffuſum. Loquitur etiam de teſte: quia eadem eſt ratio, ſicut in principali, & ejus procuratore. C. qui pet. tutores, l. eum a matribus, de appellationibus præſes, & argum. ff. de accuſationibus l. libellorum, in fi. ad Turpillia. l. ait prætor. §. 1. Sed ratione ætatis non fieret, ff. de minoribus, l. auxilium, argum. contra, ff. quod cujuſque univerſit. nomine, l. 1. §. quibus.

In tertia parte mobilium. Quid ſi pars, pro qua teſtec ſunt citati, velit eos per coactionem condemnari, nunquid per curiam fiet condemnatio ad tertiam, vel ad pœnam impoſitam? pone quod die, quo debuerunt teſtec venire, pars non inſiſtit, vel non fuit præſens, an procurator propterea poſſit accuſare? Videtur quod ſic, nam cum non venit ad diem, incidit in pœnam, quam pars in curiæ præjudicium etiam expreſſe remittere non poſſet: argum. ff. de pactis, l. fin. & de bon. poſſeſ. contra tabul. l. ſi poſt mortem, §. fin. Dic quod fiſco nunquam acquiritur, niſi pars inſtet, & contumaciam accuſet. Nam mulcta non imponitur danda fiſco, niſi actoris interſit, ff. ſi quis in jus vocatus non ierit, l. 2. & in gloſſa. Unde ſi principalis pars non veniſſet ad diem, & ſic eſſet circumductum edictum, ff. de judi. l. & poſt edictum, nunquam fiſco aliquid acquireretur: quia hæc pœna debetur fiſco conſecutive, non principaliter, & ſic ſi principaliter non procedit, nec id, quod ex eo ſequitur, ff. de regu. jur. l. cum principalis. Unde videmus quod condemnatio tertiæ partis mobilium in contumacem non fit, niſi quando actor comparet ad diem. Quando condemnatio fit principali, tunc fit fiſco de tertia. Nam non ſunt duæ petitiones, ut una fiat ſine alia, immo una, ſcilicet ejus, qui agit. Et quia ſequitur condemnatio fiſco propter contumaciam, & principali non procedente non procedat alia, ff. de eo quod certo loco, l. centum. C. depoſi. l. 4. Idem ſi remittat actor, nam fruſtra de pœna, &c. ff. ſi quis cautionibus, l. 2. in principio. Antequam acquiratur fiſco, poteſt principalis remittere, ff. de operis novi nunciatione l. 1. §. unde quæritur. Ipſe tamen punietur, ſicut dicitur ſupra de calom. poſt citationem. Quid autem ſi venit pars in termino, & nihil dicat, in curia tamen eſt præſens? Reſpondeo, non ſufficit venire ad judicem, ſed debet proteſtari, ff. de excuſat. tutor. l. ſcire, §. ſufficit. Unde oportet, quod dicat, ego veni propter talem cauſam, & inſiſto. Sed ſi pars venit, & accuſat in termino, & procurator fiſci non accuſat, an ſufficit? Reſpondeo, niſi principaliter peteretur hæc pœna per curiam, oportet quod procurator ejus accuſet contumaciam, ſicut privatus: quia fiſcus eodem juris ordine utitur. C. de dilationibus, l. penult. & de condoctor. & procur. ſive exact. præd. fiſca. & domus Auguſtæ, l. 1. at hoc non principaliter, ſed conſecutive dictum eſt. Cum ergo non ſint duæ principales petitiones, ſcilicet actoris, ad cauſam, & fiſci ad pœnam: ſed una, ſcilicet actoris ad cauſam, in qua ſi adverſarius eſt contumax, conſequitur fiſcus pœnam, ſufficit principalem adeſſe & inſtare, per d. l. centum, & l. 4. & ſic cum principalis non comparet, non ſufficeret procuratorem fiſci inſtare, ut ſupra dicitur: pro quo eſt ff. de penu. legata l. 2. & ita cum principalis adeſt, ſufficit quantum ad acceſſorium, & pœnam, quæ conſecutive debetur, ff. de penu. legata l. 2. nam quod fit in principali, fit in conſecutivo, ff. de pactis dotalibus, l. inter. §. cum inter. C. de jure dot. l. etiam. Nam & redhibito ſervo principaliter vendito, redhibetur acceſſorium, etiamſi non ſit vitioſus, ff. de ædilitio edicto. l. proinde. §. fin. Contrahitur ergo contumacia quantum ad fiſcum de pœna propter principalis inſtantiam. Sed an ſtatim poſt terminum fiet condemnatio fiſco, & an poſt dies ex intervallo, puta, die Lunæ in termino pars inſtetit, & eſt in cauſa proceſſum, procurator fiſci non petiit pœnam tunc, ſed die Jovis, aut quia ignoravit contumaciam tunc contractam, aut ſi

exigat prorogari; non aliter ad hoc ipſum audiri decernimus, quam † ſi (*a*) infra prædictum terminum (*b*) hoc alleget, quod infra eundem diem judex, vel coactor alius dari poſcatur, tunc

† *Alias, eſt tantum.*

(a) *Infra prædictum*. Bene dicit infra prædictum, &c. ut ff. de appella. re. l. ſicut. in fine, & de novi oper. nunc. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, & C. de non nume. pecu. ſi intra, & l. in contractibus, §. ult. & & de condi. ex lege. l. ult. & C. de his qui per me. ju. non appella. l. 2. in fine, & de anna. excep. ut perfectius, & ff. de excuſat. tuto. ſcire oportet, §. ſufficit, in verbo ſcire autem, & verſi. oportet autem. Unde cum per judicem ſteterit, nullum ſibi exinde præjudicium circa lapſum terminum generetur, ut in Auth. ut ſpon. largi. §. illud. & argum. ff. de dam. infec. l. ſi infinita, §. eleganter, ex quibus cauſis majores, ſed & ſi per prætorem, §. ait prætor. Imo cum per ipſam partem non ſteterit quominus probet infra terminum, perinde habetur ac ſi probaverit infra terminum ante dictum, ut ff. de reg. jur. in omnibus cauſis, & de ſta. lib. ſi peculium, §. cum ſervus, ſibi enim nil objici poteſt, ut ff. de conditio. & demonſtra. l. Titio fundum, & l. ſi Titius ſtatuas, quia fecit quod potuit & non ceſſavit, ut arg. ff. de excuſa. tuto. ſi cum ipſe inſtitueret, de minoribus intra, & C. de inoffic. teſtamen. contra majores, & C. de anna. excep. l. 1. in. fine & in Authen. de appellat. circa principium.

(b) *Hoc alleget*. In Curia coram judice: videlicet qui commiſit audientiam teſtium, vel minus curam probit viris, ſi non poſſet tam cito ire ad judicem conſtitutum forte in loco remoto, ut argum. ff. de novi oper. nunc. de pupillo, §. ſi quis ipſi. & de Decu. l. honorem, in fine & de adulter. denunciaſſe, in principio, & C. de judi. l. cum ſpecialis, & ff. de nau. fœno. l. Labeo.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſi ſcivit, fuit negligens? Videtur diſtinguendum, utrum ea intervallo, an ſtatim non diverrendo ad alios actus, per l. 1. ff. quod vi aut clam. l. fin. in fine, de incen. ruina naufr. l. ſi quos ex naufragio, §. 1. ſicut in veniente & recedente, qui habetur contumax. C. de decurio. l. ſi quis decurio. Vel dic quod illud magiſtraliter dictum eſt de eo, qui venit & illicentiatus recedit, qui non eſt ita fortiter contumax, ſicut qui non venit. Nam qui venit, adimplevit mandatum judicis: ſed facit contra mandatum legis dicentis, quod non recedat ſine licentia, d. l. ſi quis decurio. At qui non venit, ſpernit mandatum judicis, & ſic durius agitur cum miniſtro legis, quam cum lege: & hoc no. ff. de arbi. l. Celſus. Propterea cum eo, qui contra legem fecit, quia mitius agi debet cum eo, adhibetur temperamentum, ut ſi receſſit ſine licentia, ſtatim poſſit contumax reputari, non ex intervallo.

Additio. *Adde c. certum*, 11. *q.* 3. *& in c.* 1. *de judi.*

At in eo, qui non venit, cum ſemel fuerit contumax, ſemper durat contumacia, niſi purgetur: ſufficit enim ſemel moram fieri, ut perpetuo debeatur, ff. de legat. & fideicom. 2. l. Titia §. uſuras, ff. de uſuris, l. cum patri. Et quanto plus per plures dies expectatur, tanto plus evidentior fit contumacia ſua: quia ſemel inter initia facta perſeverat, ff. quod vi aut clam. l. 3. §. illud. Unde ſi procurator fiſci ſcivit hunc contumacem, & non petiit ſtatim eum condemnari, non poteſt dicere contumax, fuiſti negligens, quia non poteſt imputari culpa unde lucrum ſenſit, ff. de jure dotium, cum in fundo, §. quod ſi mulier. Et quia contumax fuit in dolo, quod non venit: ſed procurator fuit in culpa, quia non ſtatim petiit, dolus præponderat culpæ, ff. ad legem Aquiliam, l. item ſi obſtetrix, §. fina. ſi fuit procurator ignorans, non debet eſſe deterioris conditionis, quam ſciens, ff. de noxalibus, l. non ſolum. Nec eſt mirum, ſi accuſatio contumaciæ per principalem operatur ſibi & fiſco: nam id quod eſt facti, ſicut ſolutio ff. de curatore furioſi, l. conſilio, §. fin. poteſt parere diverſos effectus non contrarios, ff. de ſolutionibus l. in numerationibus, §. fin. ſecus ſi eſſent contrarii, eod. titu. l. qui hominem, §. ultimo, ſed & contrarios poſſet parere diverſis reſpectibus, ff. de inoffic. teſtamen. l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ſic & hic per miniſterium alterius, & ex facto contumacis committitur pœna fiſco contra eum, argumen. ff. quod vi aut clam. l. 3. in fine primi reſponſi. Sed an habeat locum hæc conſtitutio, & ſimiles imponentes pœnam non venientibus ad judicium in termino, ſupra de calum. l. ſæpe contingit, cum inferioribus legibus in eo, qui venit, & illicentiatus recedit? Videtur quod ſic, d. l. ſi quis decurio. & l. ſcire oportet, & quia videtur eadem ratio, ergo idem jus, ff. ad legem Aquiliam, illud, de verbo. obligatio. l. a Titio, non enim licet teſtibus ante terminum recedere. C. de teſtibus, l. ſi quando. Contra videtur, quia pœnæ imponuntur non venienti, ſicut dicit hæc litera: videlicet, venire detrectens, de recedente non loquitur, & ſic omiſit: Nam ſi idem voluiſſet in eo, dixiſſet. C. de cadu. tollen. l. 1. §. 1. nec extendetur, cum ſit odioſa. ff. de libe. & poſthum. l. cum quidam. De non veniente tantum intelligitur, ff. de verborum obligatio. ſi minor. In recedente, de quo non loquitur nec directe nec utiliter ad eum conſtitutio extendetur, ff. ſoluto matrimon. ſi vero, §. de viro. Primum verius per l. ſi quis Decurio. Et ſic videmus ſervari. Quia ante litem conteſtatam forbanniuntur hi, qui veniunt, † & illicentiati recedunt, cum hac tamen diſtinctione, ſi citatus fuit ad aliquod certum capitulum, ut ad publicandos teſtes, eo facto, ad quod citatus eſt, ſi recedat, non putamus eum contumacem, ſicut elapſo tempore, quod datur ad permanendum, ſi ſine licentia receſſiſſet, d. l. ſi quando, nam eo facto non intereſt adverſarii plus morari, & ſic pœna non committitur, ff. ſi quis in jus vocatus non ierit, l. 2. & ſupra dictum eſt.

† Additio. *Vide Luc. in l. ſi apparitor*, 1. *colum. C. de Cartula. lib.* 12. De Bottis.

Eo vero caſu non facto, vel ſi citatur ſimpliciter ad procedendum, in omnibus litis capitulis videtur citatus ſecundum Innocentium, extra de officio lega. capit. conſuluit, recedens ſine licentia erit contumax, cum illo temperamento, ut procedatur ſtatim non ex intervallo, ut dictum eſt per l. ff. quod vi aut clam. l. fina. in fine. Ponit judex certam pœnam non venienti ut veniat, an etiam imponet ut reſtituat? Confeſſis enim dabit judex præceptum ut ſolvant per l. ſi debitori, ff. de judi. ponet ne tunc pœnam ut infra terminum, & diem ſolvat? quia l. ſi debitori, dicit cum competenti cautela, illa eſt magis competens, quæ magis timetur, extra ut lite non conteſtata c. quoniam frequenter, in fine ſatis poteſt dici quod ſic, ubi viderit judex hominem litigioſum, & difficiliter credebat eum parere, & ſolvere: nam ff. de appell. l. creditor, §. juſſus, dicit quod tenetur ad intereſſe, ſi non ſolvat ſecundum judicis præceptum. Ex quo videtur, quod poſſit pœnam imponere judex, eo quod probare intereſſe difficile eſt, ff. de præto. ſtipu. l. fin. moderare tamen ſecundum conditionem ſolventis, & quantitatem, quam jubet ſolvere, ut faciat ſicut vir bonus, ff. de neg. geſt. l. Pomponius, & ff. de act. & oblig. l. fin. Item quid ſi veniat ante condemnationem? dic quod non condemnatur, ff. ut in poſſeſ. lega. l. ſi pecuniæ, de opt. leg. l. mancipiorum. Item infra quantum tempus non veniens poterit ad hanc pœnam condemnari? Videtur uſque ad 30. annos exemplo omnium perſonalium, ſive dicas officio judicis, ſive condictione ex hac conſtitutione. C. de conſtit. pecu. l. 2. Verum eſt, ut ipſum tempus quo inſtantia cauſæ durat, ſcilicet, triennio in civili, biennio in criminali, & etiam minus, ſi minus erat, dicendum eſt de triennio, vel biennio. Et eſt ratio, quia tunc hoc officium non eſt principale, ut habeat locum, ff. de alimen. & ciba. leg. l. ſervos, ſed de-

tunc poſtquam (*a*) parti alteri fuerit per cognoſcentes litteras intimatum (*b*) ex juſta cauſa, & no-

(a) *Parti alteri*. Debet enim innoteſcere parti adverſæ, ut in Auth. de tempo. non ſo. pe. ſuper dot. §. ſi autem in judicio. coll. 7. & cauſa cognita indulgeri, ut C. de dila. a procedente, & hujuſmodi termino prorogato, altera pars ſimiliter uti poterit, ut C. de temp. in integ. reſt. l. petendæ, in fine.

(b) *Ex juſta cauſa*. Id eſt, ex prædicta cauſa, quæ eſt infra terminum proteſtata, quod videlicet, non ſtat per eam. ſed per judicem ſive teſtes, quæ quidem ſatis eſt juſta, ne ex culpa alterius damnum ſentiat litigatur, ut ff. de aliena. jud. mut. cauſa fa. l. 1. in princ. & C. de acquir. poſſeſſ. l. fin. & de reg. jur. non debet, & ff. de no. oper. nunc. de pupillo §. ſi plurium reſ. cum ſi. quoniam non debet damno afficere culpa temeritatis alienæ, ut C. unde vi. meminerint.

Idem enim eſſet, ſi aliqua juſta impedimenti cauſa ſubeſſet, facta inde proteſtatione infra jam datum terminum: ſi fieri potuit, vel non facta, ſi non potuerit fieri, nam plus quam ſemel debet dilatio tribui pro ſingulis cauſis impedimenti, ſcilicet, & hoc propter litigantium utilitatem, ut C. de fer. & dilat. l. ultima, & l. oratione, in princ. & in Authen. de teſtib. §. ſi vero decedens, & arg. ff. ſi quis cautio. l. 2. §. ſi quis in judicio. Alias ſine juſta cauſa non debet amplius, quam ſemel dari dilatio, nec aliqua prorogari, ut C. de dilationibus l. 1. in fine, eſt enim dilationum materia amputanda, ut C. de temp. & repat. appel. l. 2. in principio. Et ideo dilationes hujuſmodi ſunt arbitrarie moderandæ, & breviandæ, ſicut judici videtur conſiderata locorum diſtantia & temporis qualitate: non autem ultra legalem metam, quæ eſt C. de dilat. ſive pars, & ff. de judic. nunquam. Sed quæro hic, ecce terminus peremptorius † ad probandum datus eſt lapſus, nec ſubeſt juſta cauſa impedimenti aliqua, quam litigator probare debuit infra ipſum terminum.

† Additio. *Vide Bertran. conſ. 269. volum. 1. & Capic. deciſ. 81. & 90. & quando terminus eſt peremptorius ſi allegetur impedimentum, an ſufficiat juramentum, per Laur. Silu. conſil. 19. col. 3. & Guid. Papæ deciſ. 64.* De Bortis.

Modicum poſt terminum forte, videlicet, ante publicationem teſtium, & antequam teſtificata didicerit: unus ex litigatoribus non petendo novam dilationem ad producendum teſtes. Sed habens teſtes paratos petat inſtantes a judice ipſos recipi ſuper articulis ſuis. Nunquid judex poteſt, vel debet eum audire, & teſtes ipſos recipere altera parte contradicente? Et videtur quod non, ne leges fiant ludibria, ut C. de bo. quæ lib. l. fina. §. ubi autem puerilis ætas, & de cur. fur. cum aliis, in fine, & ne Imperium judicis ſit eluſorium & inane, ff. de judic. ſi prætor. in principio, & ne quid in loco publ. l. fin. Judex namque non audiat amodo hunc dilationis neque judicii fruſtratorem, ut ff. de appel. re. ejus qui, & de procur. l. ult. in prin. & ex qui. cau. majo. ſed ad eos. Jam enim non eſſet inter deſides & vigilantes differentia, quod eſſe non debet, ut C. de anna. except. ut perfectius, quia jus civile vigilantibus ſcriptum eſt, ut ff. de his quæ in fraudem, l. pupillus, in fine, & ff. ex quibus cauſ. major. l. non enim, & de edendo. l. veluti.

Additio. *Adde l. pupillus, ff. de prival. credi. glo. in proœ. Inſti. cap. imputari, de fide inſtrum. Azo in ſum. titu. de ho. auth. judic. poſ.*

Reſpondeat itaque ſibi judex, te non admitto, quia ſera prece tibi deſideras ſubveniri, ut C. de jur. & fac. ignor. l. 2. & ſic tuam ſeram interpellationem placuit non admitti, ut C. lib. 11. de naufr. l. ſi quis. Et ſuæ facilitati ac negligentiæ imputet, cum non oporteat ſic per ſingula momenta adverſarium onerari, ut ff. ut in poſſ. legat. l. ſi is a quo, §. fin. Sed ſufficit ſemel, alias non eſſet litium finis, Item argumenta ſunt valida pro hac parte ff. de pact. tale pactum, §. qui provocavit & C. de tranſactionibus, ſi ſuper poſſeſſione. Quid plura? per ipſum termini tacite renunciare videtur productioni teſtium, ut arg. C. qui accuſare non poſſunt, ſi ea. Et ſic poſtquam renunciavit, ad id redire non poteſt, ut C. de jurejur. l. ſi quis jusjurandum, & in Authen. de trien. & ſemiſſe, §. de ſucceſſionibus, ita in collationibus, verſ. hoc autem dicimus, collat. 3. niſi probationibus actor, &c. & extra de teſtib. c. intimavit, c. de teſtibus, & c. cum veniſſet, quæ jura velle videntur, quod poſtquam renunciatum eſt teſtibus, ſeu probationibus, ulterius teſtes produci non poſſunt, ſicut nec poteſt quis redire ad litem, cui renunciavit, ut C. de pact. l. poſtquam, ſic non eſt dandus regreſſus ſuas remittentibus actiones, ut ff. de ædili. edicto, qualiter, §. ſi venditor. ſicut non poteſt quis recurrere ad hereditatem repudiatam, ut C. de repud. hered. l. heres ſi cum major. Neque ad bonorum poſſeſſionem poſt repudiatam, ut C. de repud. bon. poſ. l. 1. & l. fina. Nec ad exceptionem, cui renunciatum erat, ut C. de epiſco. & cler. l. ſi quis in conſcribendo, cum licitum ſit cuilibet renunciare juri ſuo, ut C. de pact. l. alt. & ff. de minor. ſi judex, & quod eſt ſemel repudiatum, nunquam conceditur re integra, ut C. de condic. inſert. l. ultima. Ex adverſo videtur quod ſic: quoniam purgari in judicio præcipue mora poteſt, etiamſi ſit dies appoſita, ut C. de fidejuſſoribus, ſancimus, & ff. ſi quis cautio, & ſi poſt tres, & de arbi. ſi cum dies, §. fina. & l. Celſus. Niſi intereſſet parti alterius propter moram ſcilicet, quod jus ſuum deterius propterea factum eſſet, id eſt, deperiſſet, licet forte ſua intereſt circa expenſas, ut in prællegata lege continetur. Item rebus exiſtentibus integris, & in eodem ſtatu manentibus ad jam omiſſa recurritur, & poſt terminum etiam quis auditur, ut ff. de optio. lega. l. mancipiorum, & C. de repud. hered. l. ultima. cum ſimil. Nec debet ſibi nocere, ſi paulo ſerius venit, ut C. lib. 12. de fundit patri. l. 2. & argumentum bonum, ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe juſſ. l. 1. §. generaliter, & l. fin. Nempe licitum eſt in judicio pœnitere, ubi non eſt parti alteri captioſum, ut ff. de interrog. actio. l. de ætate, §. Celſus. In caſu autem quæſtionis noſtræ nil intereſt partis alterius, niſi forſan aliquantulum in expenſis, & adhuc ſunt omnia integra in ſtatu primo, nec aliqua captio partis alterius erit, cum nondum ſint dicta teſtium publicata. Nec teſtificata ad partis notitiam devenerunt. Hæ tamen expenſæ, quas propter moram hujus partis altera fecit, ſibi judicis officio præſtabuntur, ut C. de jud. l. ſancimus, & de bonis autho. judi. poſſiden. authent. ni qui jurat. Amplius eſto, quod renunciaſſe intelligatur, talis renunciatio non nocebit. Nam in probationibus publica & frequens verſare debet utilitas, ne videlicet veritate occultata, & falſitate expreſſa, quod facile plurima hominum calliditas adinvenit, ut animæ periclitentur, ut in Authen. de teſti. §. 1. in princ. ff. de teſtib. l. 5. in principio. Legeſque probationibus multum favent, ne coerceantur, ſed potius abundantia ſit ipſarum, ut C. de hæret. & Manich. quoniam, in fi. & de rebus credit. generaliter, in principio & in Authen. de teſtib. §. & quoniam ſcimus dudum. Unde privata renunciatione tolli non poteſt illud jus publicum probandi, ut ff. de pactis. l. jus publicum, & ut notatur plene hoc in Authen. ut ſine prohi. matres debit. & credit. tute. ge. min. §. quia vero, multa habemus in gloſſa ordinaria, quæ incipit, ut ſi quando obligavit ſe pro pupillo tenemur, alias non, &c. In hac quæſtione videtur dicendum, ſalvo conſilio meliori, quod poteſt judex, ſi ſibi videtur talem litigatorem procedere non malitioſe, eum audire, & etiam poſt terminum ſuos teſtes recipere, dummodo non multum poſt terminum veniat litigator, ut argumen. ff. de verborum oblig. ſi quis ita permiſerit. §. Se-

ANDREAS DE ISERNIA.

ſervit actioni, & accuſationi propoſitæ: non enim principaliter, ſed conſecutive deberetur hæc pœna, ut dictum eſt, unde expirante cauſa, expirabit hoc officium, d. l. centum, & depoſ. l. 4. pro quo eſt d. l. cum

neceſſaria (*a*) prorogatio termini poterit (*b*) impetrari. Is tamen, cui commiſſa eſt audientia, ſeu coactio teſtium prædictorum, ſi in commiſſo ſibi officio doloſus, aut negligens inventus

§. Seja, & ff. de custo. & exhi. reorum. l. 2. circa finem. Quod totum ad judicis cognitionem remittendum eſt, ut in eo. §. Seja. dicitur, & eſt argumentum. ff. de jure deliberan. l. 1. in fi. & ff. de teſtib. quæſitum, & ad hoc expreſſum eſt in Authen. de teſtibus. §. ſi vero deducens, ubi dicit, non per longum intervallum, &c. quod judicis erat arbitrio, ut ibi ſubjungit, expreſſa etiam renunciatio, quod plus eſt, quam tacita, ut ff. de adulter. l. ſi maritus. §. ſi negaverit. Non nocet in teſtibus producendis: ſed nocet quarta productio, & didiciſſe teſtificata, ut in Authen. de teſtibus. §. quis vero, ubi de hoc, & notat dominus Azo. in ſumma de teſtibus. §. ubi autem ſemel produxit teſtes. Et ad hanc ſententiam teſtium accedit dom. Card. in ſumma ſua ſuper Longobar. de teſti. l. ſi quis cum altero, circa principium & dom. Innocen. in apparatu ſuo, extra de teſtibus, cap. cum veniſſet, in gloſſa ordinaria, quæ incipit, nota quod poſt renunciationem teſtium factam, &c. Et hæc eſt ſententia de bono & æquo, licet juris rigor contrarium ſuaderet, ut ff. de verborum oblig. l. ſi ſervum. §. ſequitur. Et prædicta accipe, niſi hic litigator, qui modo venit, jam teſtificata didicerit, ſicut dixi, ſeu modo quartam productionem fecerit, cum trinas productiones ante lapſum terminum jam feciſſet, quo caſu ad iſtam quartam non debet admitti, niſi primo præſtito ſacramento, quod teſtificata non fuerit percunctatus, ut in Authen. de teſtibus. §. ſi vero deducens, de teſtibus, cap. in cauſis, & c. ult. Ne mireris, quod judex poſt terminum peremptorium gratiam facit parti: hoc enim ſibi permittitur æquitate ſuadente, ut extra de offic. & pot. judic. delega. cap. conſuluit, & ff. de judic. nonnunquam, l. poſt edictum, in principio, quam judex ſemper habere debet præ oculis, ut ff. de eo quod cer. loc. quod ſi Epheſi. In fine, eo maxime quod judex debet ad veritatem indagandam intendere modis omnibus, quibus poteſt, ut ff. ſi quis cau. eum. in principio, & C. de eden. is apud quem. Porro tanta poteſtas datur judici circa judicia, ut poſſit etiam in præjudicium partis alterius parcere contumaci, ut C. quomodo & quando judex. l. 1. no. per B. in prælegato cap. conſuluit. Nam non quicquid judicis poteſtati committitur, neceſſitatem imponit. ff. de judi. non quicquid, & de offic. præſid. ſæpe. Proceſſus namque judicii judicialis eſt auctoritatis, & in poteſtate ac motu judicis ſitus eſt, ut C. de judic. properandum, §. 1. de accuſat. qui explicandi. Indubitanter igitur poteſt judex, ſi ſibi æquum videbitur, teſtes recipere, etiam poſt elapſum terminum peremptorium, ut eſt ſuperius plene dictum, maxime ubi poſt terminum mora modica interceſſit, & ubi teſtes ſunt præſentes, ita quod non expediat nova dilatio, ſicut poſui in problemate quæſtionis, etiam probatur. ff. loc. ſi in lege. §. colonus, & de arbit. l. item ſi unus. §. ſi multo, & de judic. ſi debitori, quæ jura dicunt non curandum de modica mora, ut ff. ut in poſ. l. ſi is a quo, in principio & ad Trebel. illa a quo. §. teſtamento, & ad exhib. l. 3. §. ibidem, quæ jura loquuntur, quando probationes in promptu paratæ ſunt; ut extra de reſti. ſpol. c. litteras, circa finem. Tolerabilius enim & melius eſt, quod judex peccet in dilationibus, quam in ſententiis, ut argumen. ff. de var. & extraordinar. judic. l. penult. in fine, & C. de judic, Authen. jubemus, & argumen. C. de precib. Imperat. offeren. quoties. Quamvis ſine dubio poſſit imputari litigatori, cur non infra terminum teſtes produxit, ut argumen. ff. ad exhiben. l. tigni. §. ſi quis cum judicii, &c.

(a) *Prorogatio*. Non videtur hic novus terminus dari, ſed vetus prorogari, ut arg. ff. de precar. ſed ſi manente, & de arb. ſi cum dies. 1. reſp.

(b) *Impetrari*. Primo termino nondum tranſacto, alioquin nondum prorogaretur primus terminus, ſi eſſet alius terminus, ut ff. de preca. l. ſed ſi manente. ff. de arbit. ſi cum dies, in fi. 1. reſpon. ff. quando dies leg. ced. l. 4. ff. de leg. 2. ab omnibus. §. cum quidam.

ANDREAS DE ISERNIA.

cum principaliter. C. de uſuris, l. eos. Poſſet tamen non abſurdum dici, ut hæc pœna poſſit peti conditione ex hac conſtitutione, etiam inſtantia finita, ſicut mulcta judicis, quando non obtemperatur, quæ petitur actione in factum deſcendente ex illo edicto, ſi quis jus dic. non obtem. no. in d. titu. l. 1. & no. Roffred. in libellis ſuis, ſi quis ius, &c. & tunc iſta conditio durat ulteriori tempore, quam cauſa principalis. Sed nunquid pœnalis ſtipulatio judicio ſiſti committatur contra reum, licet actor in judicio dato termino non comparuit, nec reus venerit ad judicium? Dic quod ſic, ut no. ff. ſi quis in jus voca. non ier. l. 2. in ult. gloſſa.

Omnem damni æſtimationem. Nunquid ſi omiſit quærere de alio articulo facta publicatione quæret? Videtur quod non, ſed agetur contra examinatorem ad intereſſe, videtur corrigi, extra de teſti. c. per tuas, ſed infra de teſtibus non producendis, iterum dicit gloſſa quod iterum a teſte quæreretur, & dictum eſt ſupra, l. lite. Et principium hujus conſtitutionis loquitur quando fuit negligens in citando, vel doloſus, quando poſuit ſanos eſſe infirmos, hic etiam verſicu. is tamen, &c. dicit doloſus, aut negligens. Legum autem dicentium quæri a teſte id, de quo non fuit interrogatus, correctio vitanda eſt. C. de inoffic. donationibus l. 1. de inoffic. teſtam. ſi quando ff. de pecu. qui generaliter.

AUDITIO. *Adde l. illam. C. de coll. l. ſancimus. C. de teſti. & in cap. cum expediat. de elect. lib. 6.*

In criminalibus. Secus videtur jure Romano, ut ſi teſtis non curat venire, non expectat judex ultra terminum lapſum, teſtes coercentur per judicem captis pignoribus, & mulctis impoſitis, ff. de tabu. exhiben. l. 3. §. exigere, & coguntur etiam perſonaliter, hoc enim ſignificat verbum coercere, de concuſ. l. prima. Si autem non inveniuntur teſtes, judex procedet quantum liquet de cauſa: unde ſi probatum ſit, Titium accuſatum occidiſſe hominem, & dicat Titius, quod ad ſui defenſionem occidit: quod offerret probare per Petrum & Joannem teſtes, qui non veniunt, nec volunt teſtimonium dicere, & non curant pœnas impoſitas nec prætoris remedia, condemnabitur Titius, quia delictum probatum non debet eſſe impunitum, ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus, in fine, ſibi imputet accuſatus, ſi teſtes † fugerunt, vel nolunt venire, quia ipſe debet videre, quomodo probet defenſiones ſuas, non judex. C. de eden. l. 1. Nec enim conſtabat judici, quod illi teſtes ſciant, quod ad ſui defenſionem factum eſt: dicet accuſator, quod accuſatus fecit eos fugere, non debet dari via malitiis. C. de indic. vid. tollen. l. 2. Vel ſi ſciret judex, ſecundum probata tamen procedere debet, rigor judiciorum eſt ut frequenter puniatur, qui non commiſit ſi ſit probatum: patet in eo, qui confeſſus eſt hominem occidiſſe, qui vivit. Nam punitur ſi non doceat, quod vivit, ff. de interrog. act. qui ſervum, ad l. Aquil. inde Neratius, §. fin. punietur etiam nihilominus & ipſe perpetrator homicidii, d. l. quod ſervum, & ſic punitur qui deliquit, & qui non deliquit. Novum ergo induxit hæc conſtitutio, ut in criminali cauſa judex teſtes cogat venire poſt terminum ſemel citando eos, poſt terminum lapſum, ut ſi veniant recipiantur, non obſtante lapſu termini, ſcilicet, primi. Sed ſi non veniant, judex non expectabit ulterius teſtes: quia alias non eſſet finis litium, & procuraret accuſatus caute quod non veniant teſtes. Quod ergo dicitur hic, non obſtante lapſu termini, ſcilicet primi, ff. de verborum ſignificationibus l. boves, §. hoc ſermone, de conditio. & demonſtrat. hæc con-

tus fuerit, Curiæ noſtræ in tertia parte mobilium condemnetur, & nihilominus parti læſæ (a) omnem damni (b) æſtimationem ſatisfacere teneatur. Eadem pœna * teſtibus irroganda, ſi per cogentem admoniti venire detrectent, niſi certa pœna ab eo, cui hoc commiſſum fuerit, teſtibus ſit indicta, quæ prædicta pœna ſit (c) major: quo caſu pœna impoſita exigetur. Hæc in civilibus cauſis vendicant ſibi locum; In criminalibus autem, in quibus aliquando, videlicet, cum quis capitaliter accuſatur, æſtimatio cauſæ haberi (d) non poteſt, pœna tertiæ

(a) *In omnem damni æſtimationem*. Concor. de teſti. l. ſi quando, in fi. fecit enim litem ſuam, ut ff. de var. & extraor. cog. l. fi. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. in princ. Et dic damni, ſcilicet tam expenſarum, quam etiam litis, ſi pars læſa damno litis afficitur, ut ſi non fuit ſibi prorogatus terminus: quia forte infra terminum non fuit proteſtata. Vel quia judex noluit prorogare, licet pars fuiſſet proteſtata. Nec poterit iſte talis coactor propter delictum & culpam ſuam objicere parti, quod infra terminum proteſtari neglexit, ut in glo. ordi. ſuper ſimili. ff. ad legem Aquiliam. l. in lege Aquil. ſi delerum, in gloſſa quæ incipit, Imo videtur, &c. & l. Stichum aut Pamphilum, in gloſſa, quæ incipit, innuit, &c. Et quia culpa partis non attenditur, nec nocet in propria cauſa ſua, ut ff. ſolu. matri. l. etiam. §. licet. Sicut culpa actoris attenditur & punitur in cauſa aliena, ut ff. ſolu. matri. ſi conſtante. §. ſi maritus. Non ergo culpa partis abolet culpam, quæ præponderat coactoris, ut ff. ad l. Aquiliam, item ſi obſtetrix, in fi. Similiter non poterit talis coactor opponere, quando judex noluit prorogare de injuria judicantis, ut pars potius conqueratur de judice, qui ipſam non audivit, ut ff. de evict. ſi per imprudentiam, in principio. & ff. de eden. l. argentarius. §. ſed an hoc procedat. Nam hanc injuriam pars recipit propter factum coactoris ipſius, ut ff. de fidejuſſ. l. exceptione, & no. in glo. ord. ff. de neg. geſt. nam & ſervus. §. 1. in glo. quæ incipit, ſcilicet, mandati, &c. ipſe namque coactor extitit hujus rei, ut in Auth. ut lice. mat. & aviæ. §. ſi quolibet modo mulier.

(b) *Æſtimationem*. Non dicas totius cauſæ, vel litis, ſed expenſarum, quas fecit in probatione facienda, vel prorogatione termini impetranda: hic enim, quando impetratur prorogatio termini, cauſa non amittitur, alioquin prorogatio termini eſſet nulla. Cum vero intra terminum non impetratur prorogatio, & in termino non probatur, tunc cauſa civilis amittitur, ſi teſtes aut coactores ſolvendo ſunt, & in eo caſu tenentur ad omnem æſtimationem totius cauſæ, ut in fine hujus legis dicitur. Ubi aſſignatur differentia inter criminales quæſtiones, & civiles. Criminalis enim quæſtio propter lapſum termini non amittitur, & ob hoc æſtimari non poteſt, quando agitur ad capitalem pœnam. Teſtes aut judices damnantur ad tertiam mobilium, & in viaticis, & ſumptibus litis. G.

* Additio. *Nota, quod iſte textus probat, quod ubi a lege imponitur una pœna, & a judice in illo caſu comminatur alia pœna, quod exigitur pœna impoſita a judice. Credo tamen, quod hoc ſit in electione judicis per id, quod dicit And. in conſtitutione, cuſtodes, nam non ſit novatio, ut declarat Bar. in l. 1. ff. vi bonorum rapt. & ſatis hoc colligitur, quia textus dicit, quod exigatur major pœna, quaſi quod ſi eſſet impoſita minor, non eſſet hoc mandatum. Verum per exactionem unius non poterit alia exigi, & pondera gloſſam hic, quod judex in negotio ſibi commiſſo poteſt alterare pœnam legalem*. De Bottis.

(c) *Major*. Nota eum, cum aliquid eſt commiſſum poſſe ad exequendum id indicere pœnam etiam ultra legem. G.

(d) *Non poteſt*. Si ergo æſtimatio cauſæ haberi poteſt, quando criminaliter agitur, ut quia ex eo crimine imponitur pecuniaria pœna, ut in l. Julia. de vi pri. & in defenſa impoſita, & fin. ut C. ad leg. Juliam de vi priva. l. totoris, ſupra de illi. por. ar. l. pe. Cauſa debet amitti, & agi contra judices ſive teſtes, ſicut dicitur in civilibus in fine hujus l. cum eſſet cauſa, propter aliud dicebatur in criminali. Cum vero

ANDREAS DE ISERNIA.

conditio, nam infinitas debet vitari, etiamſi dixiſſet, rurſus poſt terminum, ff. de lega. 3. fideicom. §. ſi quis decem. ſecus ſi dixiſſet, quoties terminus labetur, ff. de fidejuſſo. l. ſi ita, quibus modis uſusfruct. amit. l. ſicut. de eden. l. veluti. pro quo eſt, ff. de bon. aucto. jud. poſſ. l. fin. §. fin.

† Additio. *Pondera ergo, quod ſi carceratus non poteſt ſuper cauſa criminali ſuos producere teſtes, & fuit elapſus terminus, quod ſibi præjudicat, & non reſtituatur, quod limita, niſi aliter videretur judici, puta quia vere videbit eum impeditum defectu procuratoris, vel advocati, aut alias non valuit inducere jura ſua, & ſe defendere, ita Luc. quem omnino videas, in l. fin. in fine. C. de erogat. milit. anno*. De Bottis.

IN *pecuniariis*. §. eodem, in fine. Quæro an teſtis poſſit compelli ratificare dictum ſuum? Dic ut in l. certum, in principio, ff. de confeſſis. Petrus.

In gloſſa in verſi. quo quidem, quæ ordinaria eſt, dicitur, quod audientia teſtium ſenum, vel valetudinariorum in prædictis caſibus commiſſis, & ſuper articulis, & exceptionibus delatis in principalibus, nunquam admittitur, nec repulſa in prædictis caſibus, & ita ſervat magna curia, quod ſervari debet per alias curias, ut hic dicit And. Sed poteſt dici, quod ſenum, & valetudinariorum poteſt committi, per l. judices, & authen. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrumen. & ibi per Bald. & textum in hac conſtitutione, qui expreſſe vult, quod in omnibus cauſis civilibus poſſit committi examinatio teſtium, & poſtea ſubdit in textu in criminalibus autem, &c. & gloſſa ſuper verbo prædictis caſibus, exponit caſtrorum, & feodorum, non ſe refert ad alias civiles inhibitio, quod non admittatur: ergo remanet regula generalis in cauſis ſpecialibus, criminalibus, feudalibus, & caſtrorum. Nec obſtat conſtitutio, nihil ceterum: quia eſt verum, quod illud, quod ſervat magna curia, ſervari debet per judices inferiores quoad litis deciſionem, non quoad litis conteſtationem, nec quoad litis ordinationem, ut no. Andr. in conſtitutione ſi quis in poſterum, & in hac conſtitutione, & ſic dictus ritus, ſeu obſervantia non obſtat. Petrus de Monteforte.

In verbo probationes. In contrarium quæro, factum eſt inſtrumentum, ſcripti ſunt teſtes, modo venit unus de teſtibus, & negat ſic fuiſſe negotium, ſicut ſcriptum eſt in inſtrumento: quæritur utrum inſtrumentum ſic ſumptum, præſumatur ſuſpectum? eſt caſus ff. quemadmodum teſta. aper. l. 4. in fine.

Item quæro, nunquid ſi duo teſtes depoſuerunt in actis, publicatis jam dictis teſtium, duo veniunt, & dicunt non ita depoſuiſſe, ſicut eſt in actis, quæritur an credendum ſit? hæc quæſtio determinatur per jus commune, extra de teſtibus, cap. pretium, §. fin. vide hoc not.

Item quæro, nunquid teſtes debeant interrogari ſecundum tenorem inſtrumenti, in quo ſe ſubſcripſerunt, an debeant ſignari tantum? & certe l. 1. ff. quemadmodum teſta. aper. innuit, quod ſignari tantum, ut colligitur in Auth. de barr. & ſal. §. ſimiliter, cum ſi. & hoc quia memoria hominis labilis eſt, & quia difficile eſt recordari de eo, quod jam definitum eſt, ff. de acquir. poſ. l. peregre. immo ſufficit, ſi ſignum recognoſcit, & dicat, illud ſignum eſt meum, quod verum eſt quod inſtrumentum continet. Bartholomæus de Capua.

Quæro, qualiter publicatur inſtrumentum? Reſpondeo: quia ille, qui vult publicum facere, venit coram judi-

tiæ partis mobilium omnino Curiæ noſtræ ſoluta, teſtes aut judices impetratos parti læſæ in viaticis, & ſumptibus litis ſacramento ſuo, cum taxatione judicis declarandis, volumus eſſe damnandos. Principali cauſa nihilominus, (*a*) non obſtante (*b*) lapſu termini, ſuo ordine peragenda. Eodem etiam obtinente in civilibus cauſis, ſi teſtes, aut conductores eorum non ſolvendo fuerint, ut parti læſæ per reſtituendæ cauſæ beneficium ſuccurratur.

De legibus † paribilibus ſublatis.

† *Alias, paribilibus.*

TITULUS XXXI.

Per hanc conſtitutionem tollitur illa vulgaris conteſtatio, quam habent rustici, & laici: nam cum conveniuntur, dicunt ſe non feciſſe, & de hoc velle accipere ferrum calidum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

LEges, (*c*) quæ a quibuſdam ſimplicibus ſunt dictæ (*d*) paribiles, quæ nec rerum naturam

---

vero agitur ad capitalem pœnam, cauſa non amittitur, & ita eſt in civili, quando termini prorogatio impetratur: quia utrobique non amittitur cauſa, & agitur contra judices, vel teſtes ad viatica, & ſumptus litis, ut hic, & ſupra eo. §. ſane, & ita ſubtiliter inducitur omni modo fere ſimilitudo in hac l. inter quæſtiones civiles, & criminales. Nota propterea, quod tribus modis imponitur capitalis pœna. Cum quis damnatur ad mortem. Quando amittit libertatem. Item cum amittit civitatem: quolibet enim iſtorum trium capitalis pœna dicitur imponi, ut ff. de publi. judi. l. 2. Principali. Sic conſtrue, principali cauſa nihilominus peragetur non obſtante lapſu termini.

(a) *Non obſtante lapſu.* Hoc ſane intellige, niſi videlicet, teſtium publicatio facta eſſet, quo caſu amodo propter falſi timorem teſtes ſuper eiſdem articulis recipi non deberent, ut infra de appellat. l. juris periturum.

(b) *Lapſu.* Nota diligenter, quod in criminali aliud dicit hic, quam dixerat ſuperius in civili, ibi enim dixit prorogationem fieri poſſe.

Additio. *Adde an habebit locum per viam inquiſitionis? vide Bald. in l. prima, de ſicariis & eundem Bal. in cap. P. & G. de offic. delegati.* Superantius.

Quod locum habet primo termino non elapſo, ut ibi diximus: hic vero dicit lapſum termini non obſtare, ergo admittitur ad probandum termino jam elapſo. Quod intelligo, cum volenti probare non poteſt aliquid imputari, ut in Authen. collat. 9. ut ſpon. largi. §. hoc quoque. Steterat enim per judices ſiva teſtes, ut hic dicit. Nec mirum, quod etiam late veteri latior via probandi eſt in criminali, quam in civili, ut ff. de feriis. l. ultima, & hoc ideo, ne maleficia remaneant impunita, ut ff. ad l. Aquil. item Mela. §. ſi plures, & l. ita vulneratus.

Additio. *Adde gloſſam in verbo canonicas, in cap. 1. de poſtula. prælat.* Superantius.

Et quia magis ratio ſuadet pœnas ob maleficia ſolvi, ut ff. de fidejuſſo. ſi a reo. §. ultimo, & quia crimina nocentium expedit eſſe nota, ut ff. de Injur. l. eum qui nocentem. Item qui criminaliter accuſat, plus oneratur in probatione, quam qui civiliter agit, quia dilucidius in cauſa criminali, quam in civili eſt probare intentionem ſuam, quod dic ut in ſumma de probatio. §. item appellatione actoris, & in ſumma de actio. §. poſtmodum, & ideo non mirerie ſi in alio relavetur, ut admittatur facilius ad probandum, ut ff. de jurejur. eum qui. G.

De legibus paribilibus ſublatis. Rubrica.

(c) LEges. Per conſtitutionem iſtam tollitur illa volgaris probatio quam habent præ manibus laici. Nam cum conveniuntur dicunt ſe non feciſſe, & de hoc accipere ferrum calidum, & talem legem vocabant Paribilem, quod apparet utrum laſerit, vel non, qui ferrum calidum accepit, & continet hæc conſtitutio jus commune, ut extra de pur. vulg. per totum.

(d) *Paribiles.* Quod ſecundum eos manifeſte apparebat

ANDREAS DE ISERNIA.

judice, & dicit: domine, ego habeo tale inſtrumentum & timeo perdere, volo illud publicari, & tunc tabellio coram teſtibus accipiet inſtrumentum, & ſcribet ſic: hoc eſt exemplum cujuſdam inſtrumenti, ſic incipientis, Anno Domini, &c. & totum ibi ponet per ordinem inſtrumentum: & poſtea in fine dicat, ego talis tabellio mandato judicis exemplavi, & exemplarum vidi, & legi, una cum judice, & duobus notariis, & teſtibus infraſcriptis: & quia ipſum invenimus concordare per omnia cum originali, in quo nullæ erant raſuræ, vel cancellaturæ: idcirco mandato judicis ſuum robur huic exemplo accommodantis me ſubſcripſi. Similiter alii duo tabelliones ſe ſubſcribent, dicentes, viſo, & diligenter lecto, & audito hoc una cum judice, & notario ſupraſcriptis, & infraſcriptis teſtibus, quia ipſum competimus concordare cum originali, in quo non erant raſuræ, idcirco mandato judicis ſuum robur accommodantis me ſubſcripſi, & tale exemplum probabit ſicut originale. Bartholomæus de Capua.

In textu delegari. Sed juxta hoc pone: Judex ordinarius commiſit audientiam teſtium, ubi poterat committere, antequam judex, cui audientiam teſtium fuerat commiſſa, cœpiſſet exequi mandatum, & examinare teſtes, judex committens fuit amotus ab officio, & alios ordinatus: poſt hæc judex, cui commiſſa fuerat examinatio, examinavit, quæritur an valeat dictum illorum teſtium ſic receptorum? & videtur quod non, argumen. l. & quia, ff. de juriſdict. omn. judic. facit l. edictum, ff. de judi. Sed dicendum eſt, quod valeat: nam cum primus judex removetur, non videtur ceſſare juriſdictio delegati ab eo, ut no. Innoc. in c. licet, de offic. deleg. Item cum hæc conſtitutio permittat delegari, videtur ipſe fuiſſe delegatus Imperatoris, non judicis, l. apertiſſimi. C. de judic. Joan. Grillus.

In gloſſa, per defectum, circa finem. Nota ex iſta gloſſa, quod ubi ſic de facili præſentia judicis haberi non poteſt, & cauſa urgeat, quod coram eo proteſtatio fiat: tunc in ejus defectum coram probis viris fiat. Marinus.

Dicunt aliqui, quod in cauſa appellationis civili non poſſit committi audientia teſtium, argumen. l. ad hæc. C. de judic. ubi dicitur, quod judex appellationis debet cauſam per ſe audire, & gloſſa ibi dicit, quod totam, nec mediam committit, & ſic nec audientiam teſtium, cum ſit de mediis, pro quo eſt in Auth. ut defuncti ſeu fun. §. illud. verſi. & curſus, & quod ibi no. & hoc ſatis novum, & inauditum, & ſic vidi in Curia Vicariæ.

Quæro, an is, cui commiſſa eſt audientia teſtium, poſſit alii demandare? & quid ſi conſenſus partium intervenit? vide per Innocen. extra, de teſtibus cap. cum cauſam quæ, ſuper ver. tempore, per Specu. eod. titu. §. qualiter, ver. hoc autem ſcias &c. Joan. Andr. in cap. 1. de offic. deleg. in clement.

Item ſcias quod in criminalibus, etiam ubi notabiles perſonæ producuntur in teſtes, mittitur ad eas examinator, ut no. extra, de judi. c. mulieres, per Joan. And. & clarius per Archid. in c. pretium, ſuper ver. productos, de teſtibus. Petrus de Monteforte.

De legibus paribilibus ſublatis; alias de prohibitione legis paribilis. Rubrica.

LEges. Quæ a quibuſdam dicuntur Paribiles, quia apparenter demonſtrabant nocentiam, vel innocen-

turam reſpiciunt, nec veritatem attendunt; Nos qui (a) veram legum ſcientiam perſcrutamur, & inſpicimus, errores a noſtris judiciis ſeparamus, præſentis noſtri nominis ſanctionis edicto in perpetuum inhibentes omnibus Regni noſtri judicibus, Ut nullus ipſas leges paribiles, quæ abſconſæ a veritate deberent potius nuncupari, aliquibus fidelibus noſtris indicet, ſed communibus probationibus ſint contenti, tam antiquis legibus, quam noſtris conſtitutionibus introductis. Eorum etiam ſenſum, non tam corrigendum duximus, quam deridendum, qui naturalem candentis ferri calorem tepeſcere: immo (quod eſt ſtultius) frigeſcere nulla juſta cauſa ſuperveniente confidunt, aut qui reum criminis conſtitutum ob conſcientiam læſam tantum aſſerunt ab aquæ frigidæ elemento (b) non recipi, quem ſubmergi potius aeris competentis retentio non permittit.

De pugnis ſublatis.

TITULUS XXXII.

Hæc conſtitutio tollit probationem per duellum, ut mos erat antiquitus, ſed per legitimas probationes veritas convincatur, & limitat numerum teſtium, & qualitatem ipſorum, videlicet, quod nullus angarius, vel villicus, ſeu quicumque villanus, qui in villis & caſalibus habitat, & nullus vilis conditionis contra Comites, aut Barones, aut contra ſimplices, milites capitales accuſationes, vel de perſonæ conditione, utputa, de homagio aut de omnibus bonis ſeu majori parte eorum, ſeu etiam de uno caſtro conventus in teſtes poſſint induci, ſed contra eoſdem inducantur milites tantum, & Burgenſes bonæ & honeſtæ opinionis in ſubſcripto numero, videlicet contra Comitem duo Barones, vel quatuor milites, octo Burgenſes, & idem in milite, prout inferioris gradus ſe habet conditio, inducantur in teſtes pauciores numero prædicto, nullum omnino fidem inducant, excepto crimine majeſtatis, in quo eſt accuſatorum & teſtium conditio exæquata, & iſto privilegio gaudent milites, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obſervant in equis, & armis, & aliis militaribus ſignis, quibus Barones & milites condecet decorari. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

PRoſequentes (c) * benivolum noſtræ voluntatis propoſitum, quo pugnas a noſtra republi-

---

bat per has leges de reatu vel innocentia alicujus. Paribiles leges habentur, & prohibentur, quia fabricante paribiles Diabolo ſunt inventæ, & Deus tentari videtur in his, ut extra de purgatione vulg. cap. ultimo, ſecunda quæſtione quinta, cap. Mennam, alias, me tuam.

(a) *Veram.* Ut ff. de juſtitia & jure l. prima, circa principium. Et ideo alibi dicitur quod princeps eſt philoſophia plenus, ut C. de his quibus, ut indignis. l. penulti. Et alibi, eſt quidem res ſanctiſſima civilis ſapientia, &c. ut ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus. l. prima. §. proinde.

(b) *Non recipi.* Submergebantur enim in aqua frigida tribus vicibus antiquitus.

De pugnis ſublatis. Rubrica.

(c) P*Roſequentes.* Moris erat antiquis, ut actor, vel accuſator poſſet probare per duellum intentionem ſuam, & dejicere teſtes, quod hic removet, & dicit, quod quicunque vult opponere probet teſtibus, vel aliis legitimis modis, concordat, C. de actionibus, & obligationibus, negantes, & de probibita ſequeſtratione pecu. l. unica, cum ſimilibus. Ideo limitat verum numerum teſtium & qualitatem ipſorum contra nobiles accuſatos, ut non viles teſtes admittantur, ſed nobiles, & majoris numeri tam contra homines majoris dignitatis, quam mediocris. Fallit in crimine læſæ majeſtatis, in quo omnium, &c. ut C. eod. l. nulli. Item dicit illos milites hanc prædictam prærogativam habere, qui vere militarem honorem obſervant, argum. C. de ſacroſanctis eccleſiis, placet, in fi. Tollit quandam conſtitutionem, per quam aliquis poterat teſtes contra ſe productos per duellum reprobare. Grillus.

* Additio. *Vide Cottam in verbo perduellionis, & ibi quid ſi duo promiſerunt ſub pœna tali die venire ad judicandum controverſias cum armis, ſi unus ipſorum non venit, an incurrat pœnam? & an convictus per pugnam in cauſa criminali debeat mori, vide Bal. in l. fin. C. de probat.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

centiam, ſic eſt judicium ferri candentis, & aquæ ferventis, ut in titulo, de pace tenen. cap. ſi miles pro pace.

De pugnis ſublatis. Rubrica.

P*Roſequentes. Seu quicumque villanus, qui in villis ſeu caſalibus habitat.* Oportet ergo, quod qui habitat in villis, & caſalibus, ut repellatur a teſtimonio, ſicut villanus, id eſt, vilia opera faciat: nam & nobiles burgenſes poſſent in villis & caſalibus habitare: ſicut econtra in civitate habitant ruſtici & villani, qui ruralia & vilia opera exercent. Unde non loco, ſed qualitate diſcernuntur. C. de prædiis minorum. l. ſi prædium. ff. de legat. 3. l. ſervis urbanis. Pagus dicitur villa, unde dicitur Paganus: quia illa, quæ acquirit in pago, villa, ſeu domo, non in militia acquirit. ff. de regulis juris. l. jus noſtrum, in gloſſa, de cenſibus. l. forma, de annuis legatis. l. Cajus. Vicus dicitur viæ cuſtos. ff. de legat. 1. l. ſi heres. §. vicis. Colonia eſt villa. Et urbs eſt Colonia, probatur, ff. ad municipal. l. ejus qui. §. ſi loca. l. ſi in lege. §. colonus, & dicta l. ſervis urbanis, verſicu. mulionis, dicit, quod ruſticus facit opus ruraſtre, & ſequitur in §. quod ex urbanis mancipiis rure natus eſt nutriendus in villis, immo ruſtici appellantur, qui ſunt in agris, eodem titu. l. ſi chorus, & C. de agricolis & cenſit. l. domini prædiorum. Omnia hæc dicuntur ad differentiam Civitatis, C. de epiſco. & cler. l. nulli. §. quod ſi in vico. & de naturalibus liberis. l. 3. Dicitur civitas, quia cingitur muro. ff. de verborum ſignificat. l. 2. de penu. legata. l. nam. §. quod ſi ita, & dicitur municipium. ff. ad municipal. l. 1. in principio. Item dicitur oppidum ab ope. ff. de verborum ſignificat. l. pupillus. §. oppidum, unde licet civitas ſit, quæ habet epiſcopum, ut probatur in dicta l. nulli, quia vicus ſub civitate eſt, ut ibi dicitur, & ff. ad municip. l. qui ex vico.

Additio. *Adde Bart. in l. 1. C. de metropo. lib. 11. Bart. in l. fi. in 2. col. ff. de collegiis illicit. in l. heres, in §. meus ff. de leg. & fideicom. 3. Bar. in tractatu, qui ſint rebelles, in verbo, Lombardia. Bal. in l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offeren. Innoc. in cap. cum ab eccleſiarum, de offic. ordinarii. Archidiaco. in cap. ſtatutum, in verbo, civitatibus, de reſcriptis, lib. 6. Joan. Andr. & Doctores in cap. ſi civitas, de ſenten. excommunicat.*

publica, præterquam in quibuſdam (*a*) paucis admodum caſibus præexceptis prævidimus ſubmovere, ingerente ſe caſus præſentis materia, circa Francos, qui perſonarum ſuarum, plurimumque rerum ſuarum omnium, aut majoris partis earum fortunam in monomachiam, quæ duellum vulgariter dicitur, reponebant, quid de eis celſitudo noſtra providerit, ſtatuendum conſtitutioni præſenti manifeſtiſſime declarantes. Prædictum igitur probationis modum per pugnam, videlicet, quo jure Francorum viventes hactenus utebantur, tam circa principales perſonas, eam ſibi invicem offerendo, quam circa perſonas teſtium invicem productorum, tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis de cetero volumus eſſe ſublatum. Sed ſi Francus aliquis a Franco, vel etiam Longobardo ſuper aliqua quæſtione civili vel etiam criminali extiterit impetitus, per probationes teſtium, vel inſtrumentorum & ſimilium, per quos poſſet plene probari veritas, convincatur. Probationes verumtamen teſtium pro perſonarum qualitatibus, videlicet, & cauſarum volumus eſſe amodo pinguiores. Conſtituentes in primis, * quod nullus Angarius, vel Villicus, ſeu (*b*) quicunque Villanus, qui in villis & caſalibus habitat, & poſtremo nullus vilis conditionis contra Comites, aut Barones, aut etiam ſimplices milites capitaliter accuſatos, vel de perſonæ conditione, utpote de homagio, aut de omnibus bonis, ſeu majori parte eorum, vel etiam de uno Caſtro conventos, in teſtem poſſit

(a) *Paucis admodum*. Qui notantur ſupra de violent. meretri. illat. conſtitutione tertia.

* Additio. *Vide omnino Grammat. in deciſ. 34. num. 6. Et an hoc privilegium extendatur ad uxores Comitum, vide Tiraquel. poſt ll. connub. num. 54. fol. 133. & Afflic. hic, an ſententia lata per depoſitiones iſtorum ruſticorum valeat, vide Affl. in capit. 1. §. ſi quis hominem, 2. no. num. 22. de pace tenen.*

Nunquid habeat locum in Comitibus & Baronibus immiſcentibus ſe latrociniis, & deprædationibus vel receptantibus prædictos, dic quod non, ita Luc. in l. 3. col. 2. C. de vetera. lib. 12. vide Gram. in deciſ. 104. & in deciſ. 34. nu. 6. An habeat locum, quando modicam portionem habet, exercet tamen in Caſtro mercantiam, vide Luc. in l. ſuper. col. 1. C. de mancip. & colo. lib. 11. Utrum autem hæc conſtitutio volens, quod contra Comitem vel Baronem criminaliter accuſatum, vel conventum de omnibus bonis, vel majori parte, non poſſint induci teſtes niſi ejuſdem conditionis, vel inferioris, adhibito numero, ut hic, habeat locum non ſolum quando convenitur petitorio, ſed etiam poſſeſſorio, Luc. in l. 2. col. 3. C. de reis poſtu. lib. 10. tenet quod ſic, quem videas, quia late diſcutit intellectum hujus conſtitutionis. De Bottis.

(b) *Quicunque Villanus*. Bene exprimit hic, qui dicantur ruſtici, † vel villani: qui in villis, &c. ſicut Cives dicuntur, qui habitant in civitatibus, ut patet in Auth. de armis, coll. 6. cir. me. ibi, aut civitatem habitantibus civibus, aut villas incolentibus ruſticis, & ibi plene de hoc. Illi vero, qui habitant in oppidis, non ſunt villani, nec cives, ut patet ff. de ope. no. nun. l. 1. §. ſi vero. Sunt tamen Burgenſes, & ſic admittuntur ad teſtimonium, ut infra patet, & adde quod no. extraord. ff. de reb. eo.

† Additio. *Dicas quod ex artificio cognoſcitur & conditione, quis ſit nobilis & villanus: nam ſi nobile artificium habet, dicitur nobilis; ſi mediocre, dicitur burgenſis; ſi vile, villanus, ff. de oper. libe. l. liberto operarum, & eo. tit. l. interdum, & quod not. ext. de cler. non reſid. in eccl. c. conquerente nobis, in glo. quo incipit, hac ſufficientia, & in l. humilem. C. de inceſt. nup. & hoc facit pro eo, quod habetur ſupra de illic. port. arm.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

munie. lib. 6. & an civitas poſſit eſſe ſine epiſcopo? vide tex. in cap. urbes, in c. in illis. c. illud. 80. diſt. c. felix, & in cap. multis. 16. q. 1. Barb. in c. 1. in 1. not. de offic. ordin.

Tamen ſi ſit locus muris circumdatus, ut Caſtrum aliquod, habebitur loco civitatis, vel verius Urbis, ut d. §. oppidum, nam in l. ſi heres. §. vicis, gloſſator quod Villa, Vicus, Caſtellum ſunt, quæ nulla civitatis dignitate honorantur. Hoc ergo attenditur, utrum ſit muris circumdatum, & firmatum, hoc proprie appellatur oppidum, quod appellatur civitas. ff. io proœ. §. illud, & no. in d. l. 1. ad municipales. Incola dicitur advena, d. l. pupillus. Item agricola, id eſt, agrorum cultor. ff. de finminibus. l. 1. in principio. Item territorium uno modo dicitur, vel Rus, univerſitas agrorum inter fines civitatis, & tamen extra mœnia civitatis, ut in l. pupillus. §. territorium, & ſic omne, quod eſt extra urbis mœnia, niſi ſint continentia ædificia, erunt ruralia, ut in l. ſi prædium. Item & Burgenſes dicti ſunt in regno. Vocantur Burgenſes cives vel homines, qui non in caſalibus, vel villis habitant, ut hac conſtitutione ſecundum leges. Burgus eſt collegium ſeu corpus, & univerſitas hominum: C. de fund. reipublicæ. l. eum qui. Proprie dicitur villicus conſervator ſeu perceptor fructuum. ff. de inſtit. l. ſi cum villico, hic appellatur colonus. C. quod cum eo. l. ſi. qui dicitur in villa. Sed inquilinus in civitate. ff. de acq. poſſ. l. res pignori. ſed ff. de leg. 3. patronus. §. Sempronio, ponitur villicus, id eſt, viæ cuſtos, ibi, ſub cura villici, &c. †

† Additio. *Vide Capic. in deciſ. 118. in fi. & Moder. in cap. Regni, gravamina, nu. 14.* De Bottis.

Angarius non erit teſtis propter vilitatem perſonæ ſuæ, tenetur enim ad perſonalia opera ſine ſumptu. Perangarius cum ſumptu. ff. de mune. & hono. l. fi. in principio. C. de epiſc. & cler. l. 2. in fi. ſic in omnibus, qui ſequuntur hic in littera, ut propter vilitatem perſonæ repellantur a teſtimonio contra nobiles. Nam æqualitas attendi debet in judicio, & ſpecialiter, ut teſtes ſint æquales & litigatores, argumentum. C. de hære. quam abſurdum eſſet, ut vilis perſona contra hominem honeſtum, & dignum teſtificetur: vilitas vitæ ſuæ operatur multum contra eos, de adulte. l. quæ adulterium, & in teſte conſideratur conditio ejus, an ſit plebejus. ff. de teſtibus. l. 3. in principio. Sed inter ſe vilis contra vilem, in defectum, quando per alios probari non poſſet, bene erit teſtis, quia nil Judæus Judæo. d. l. quoniam. Unde villicus ſatis vile facit officium, quia eſt in rure ad colligendos fructus, ad quod eſt ſequens littera.

Et poſtremo nullus levis conditionis, &c. Ad primordium tituli poſterior formatur eventus. C. de impo. lu. deſ. l. 1. in fi. ff. de jur. & facti ignor. l. 1. §. pen. Et ideo antiqui advocati Regni ſemper in articulis reprobatoriis poſuerunt, quod eſt villanus, angarius, vel ad perſonalia ſervitia obligatus, deſignando miniſterii vilitatem, ut dicit littera, ſeu quicunque, &c. nam dictio, ſeu, auget. ff. de auro & arg. leg. l. ſi quis.

Additio. *Adde quod iſta dictio aliquando ſtat disjunctive, ut in l. cum quidam. C. de verb. ſignif. aliquando ſtat corrective, ut in c. 1. in §. porro. de ſta. reg. lib. 6. ubi Arch. Bar. & Bal. in l. cum quidam. de verbo. ſignif. Bal. in l. generali. C. de ſacroſ. eccl. Bal. in c. inter cæteras, de reſcrip.*

Quaſi dicat, Non tantum ſi vilis conditionis ſit, ſed etiam ſi in caſalibus habitat, ſupple, vilia opera faciendo. Vilis dicitur, qui de vili perſona natus eſt, C. de inceſt. nup. l. humilem. Et non dicitur ſimpliciter

ſit induci, (*a*) aut inductus contra prædictos fidem aliquam in judiciis (*b*) vel arbitrin, vel extra judicia in contractibus, ſeu quaſi contractibus, fidem aliquam faciat, ſed perinde habeatur, ac ſi non eſſet inductus. Sed contra prænominatas perſonas, milites tantummodo & burgenſes bonæ & honeſtæ opinionis inducantur in teſtes, contra quos nulla omnino pugna de cetero offerri valeat ab eiſdem. Numerum etiam teſtium in prædictis perſonis, & cauſis volumus eſſe majorem, videlicet: ut (*c*) contra Comitem criminaliter accuſatum, vel de ſtatu perſonæ, aut de omnibus bonis ſuis, vel de majori parte bonorum, ſeu etiam de caſtro conventum, duo Comites fidem faciant, vel quatuor Barones, aut octo milites, & ſic per conſequentiam 16. Burgenſes probationem plenam inducant. Et ſic gradatim contra Baronem duo Barones, aut loco duorum Baronum quatuor milites, & vice quatuor militum, octo Burgenſes. Et idem in milite, prout inferioris gradus ſe habeat conditio, inducatur in teſtes. Pauciores autem numero in perſonis prædictis, & cauſis nullam omnino fidem inducant. Et contra prædictos, aut plures nulla omnino pugnæ probatio vendicet ſibi locum. In omnibus tamen

(a) *Aut inductus*. Nam qui prohibetur induci, is inductus fidem non facit, ut argu. ff. de quæſtio. l. 1. §. ſi quis dicatur, & l. divus. §. ex quibus, & C. de quæſtio. l. 1. §. item ſervus.

(b) *Vel arbitrio*. Super prohibita diminutione feudorum, & rerum feudalium arbitrium eſt nullum, ut infra de juribus rerum regalium. l. conſtitutionem.

(c) *Contra Comitem*. Nota quot & quales teſtes contra Comitem admittantur. Item nota, quod iſta conſtitutio favet nobilibus, ſic & in alio favetur eis ſupra de offi. Juſtit. l. ut univerſis.

ANDREAS DE ISERNIA.

citer quicunque in caſalibus habitet, ſed quicunque villanus, qui dicitur a vili genere miniſterii. Vel reſpexit frequentiam, quia frequenter hi villani, qui ruſtica faciunt, habitant in villis. ff. de legibus l. nam ad ea, de uſucap. l. juſto. Item loquitur ſecundum vulgarem, & communem modum loquendi, quo vocamus villanos ruſticos, & vilia opera facientes, pro quo communi uſo loquendi eſt ff. de acqui. rer. dom. l. inſulam, in fi. de verb. ſignif. l. anniculus. Ex communi uſu nomina exaudiuntur. ff. de ſupellectili lega. l. Labeo. ſic conſuetudo loquendi, ff. de leg. 3. ſi ſervus plurium, in fi. cum concord.

De uno Caſtro conventus. Quid in agente Comite vel Barone vel milite· an habeat locum hæc conſtitutio, ut reus in exceptione, quia elidit intentionem agentis, numerum hunc teſtium exigatur habere? quod videtur, quia reus in exceptione actor eſt, ſicut in replicatione & triplicatione. ff. de excep. l. 2. Item is, qui convenitur, dicitur vendicare. C. de Carb. edic. l. 3. ſecundum unum intellectum. Et agere dicitur, qui defendit, & econtra, ff. de eden. l. 1. C. eod. l. qui accuſare. Item eadem ratio eſt in actore, ſicut in reo. Pone Baronem agentem de uno Caſtro probaſſe per ſolemnem numerum duorum, vel trium teſtium, reus Baro, vel alius probat Caſtrum eſſe ſuum per 25. villanos, qui alias non ſunt teſtes prohibiti, nonne eſt eadem ratio, quod non ſit probatum? ergo idem jus. ff. de fonte. l. 1. & eadem æquitas. C. de conſt. pec. l. fi. & ad l. Falc. l. ult. eo maxime quod in favorem nobilium eſt hæc conſtitutio, quæ debet prorogari non arctari. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam, ſatis videtur hoc æquum, pro quo facit, quod conſtitutio, ut univerſis, obſervatur in Magna Curia, tam in actore, quam in reo, ut ibi notatur in gluſſa æquum. Sed ſapientes Regni dixerunt ſemper, & dicunt, quod conſtitutiones † iſtæ ſunt ſtricti juris, & non producuntur ad ſimilia, & ad conſequentia. ff. de legi. l. quod vero. Item non diſceditur a verbis, niſi conſtet de contraria intentione conſtituentis. ff. de exercit. l. 1. §. igitur, & de leg. 3. l. non aliter. Item de convento & accuſato loquitur, & ſic de eo tantum intelligemus. ff. ſol. mat. l. ſi vero. §. de viro. de verb. obl. l. ſi minor. Item non continet jus commune hæc conſtitutio, imo privilegium, quia Villanus, & quilibet pauper, non propterea reprobatur, niſi alias ſit ſuſpectus. Inſtit. de ſuſpec. tut. §. ſuſpecti. Et quod dictum eſt ſupra, quod æqualitas conſideratur in probando, ut quales ſunt litigatores, ſint teſtes. Hæc æqualitas non conſideratur in judiciis: ſed quod non ſit infamis & alias prohibitus, imo continet odium hæc conſtitutio, quia anguſtat, & arctat probationes. d. l. quam ff. de teſti. curent. C. de uſu. pub. l. fi. quæ debent reſtringi. d. l. cum quidam. Nam ſi legis hujus lator voluiſſet, quod idem eſſet in agente, ſtatuiſſet. Et quia non ſtatuit, habeatur pro omiſſo. C. de cad. tol. l. 1. §. pe.

† Additio. *Vide Thom. Grammat. in deciſ. 28. col. fi. & deci. 47. col. pe. & pro iſta opinione vide Dyn. in c. in argumentum. de reg. jur. Pro 2. oppoſit. facit verbum, imponitur, quod ad ordinariam refertur actionem, ut ſupra in conſtitutione, Citationis litteræ, &c. Ideo Rex Robertus fecit ſubſcriptam declarationem, Robertus, &c. Joanni de Laya militi regenti magnæ Curiæ Vicariæ Siciliæ hoſtiario & Cambellano, ac judicibus ejuſdem Curiæ conſiliariis familiaribus fidelibus ſuis, &c. Nobilis viri Joannis Ruffi de Calabria Comitis Catanzarii Conſiliarii familiaris & fidelis noſtri oblata culmini noſtro petitio continebat, quod cum ipſe teneret & poſſideret per ſe, & alios ſuo nomine & Franciſcæ de Liſmard uxoris ipſius medietatem terræ Pacenti & Rocchæ Unguberti quartam partem Layno & ſextam partem Pizicorbarii de Juſtitiariatu Aprutii citra flumen Piſcariæ cum hominibus vaſallis juribus & pertinentiis ſuis omnibus communiter & pro indiviſo cum Simone de Sangro milite, nonnulli familiares ejuſdem Simonis armis muniti prohibitis eundem Comitem tunc in frontera Calabriæ in noſtris ſervitiis commorante in poſſeſſione dictarum terrarum & jurium deſtituerunt auctoritate propria violenter de quadam domo, quam Comes idem in d. Terra Pacenti tenebat modo prædicto uncias auri 12. in pecunia, & alias res mobiles valentes uncias auri 20. ſimiliter per violentiam abſtulerunt, ac ipſarum terrarum, bonorum, & jurium prædicta violentia poſſeſſio ad Simonem pervenit, eandemque, qui eam tenet & poſſidet, & eidem Comiti reſtituere contradicit in ejus præjudicium manifeſtum in eadem petitione, ſubjuncto, quod difficile dicto Comiti quin potius impoſſibile quodammodo fore dignoſcitur dejectionem ſeu ſpoliationem probare prædictam per Baronum, militum, & Burgenſium numerum, quem regni conſtitutio ſtatuit, cum Comes, Baro aut miles de majori parte bonorum vel de caſtro uno tantum convenitur providere ſibi ſuper hoc difficultatis obſtaculo, ne ſub prætextu obumbrationis hujuſmodi veritas obumbrata ſubjaceat tam juſte quam æquitati propitia dignaremur. Nos igitur, &c. noſtri conſilii ſuper hoc habita examinatione ſollicita proviſa penſantes, quod de ipſo deſtituit, modo apud multos noſtro conſilio per quoddam vulgatum notorium & aliter etiam eſt conſcientia informata & ſpoliationis cauſa de jure ſpecialis privilegii favore fulcitur, quodque dictus ſolemnis teſtium numerus per ipſam conſtitutionem exigitur, ubi de majore parte bonorum vel uno Caſtro contra Comitem, Baronem, vel militem, quo agitur, per quod cauſa deſtitutionis ejuſdem in appellatione bonorum claudi rationabiliter non videtur, eo quod bonorum appellatio, dum bona fide poſſeſſa continet mala fidei & violenter accepta de propria ſignificatione vocabuli non includit, & vis ac poſſeſſionis violentia præcipue diver-*

Google

tamen prædictis crimen læſæ (*a*) majeſtatis excipimus, in quo omnium (*b*) accuſatorum (*c*) & teſtium ſit conditio exæquata. Militaribus tamen privilegiis in omnibus ſupradictis, & aliis cauſis & caſibus, in quibus prærogativæ militum aliquid indulgetur, eos tantummodo milites uti volumus, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obſervant in equis, & ar-

(a) *Majeſtatis*. Si de ipſo accuſetur Comes, Baro, vel miles. Nam miles proditor pro hoſte habetur, non pro milite, ut ff. de re mili. l. proditores, quæ concor.

(b) *Accuſatorum*. Nam infames & ſimiles, qui jus accuſandi non habent, non admittuntur hic ad accuſandum.

Additio. *Adde Bar. & Bald. in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & per Abb. in c. teſtimonium, de teſti. & an poſſit ſi eſt electus de concordia partium? vide per Bal. in c. Imperatorum, in ulti. col. de jur. cal. & an talis infamis poſſit teſtificari contra teſtem infamem? vide per Ang. in l. in arenam. C. de inof. teſt. in prin. idem Ang. in l. quoniam, de hære. & talis infamis eſt irregularis etiamſi ſit infamis infamia juris, & facti, ut in ca. qui in aliquo, & ibi Arch. 51. diſ. idem Archi. in §. notandum, 2. q. 3. c. tantis Daniel. 81. diſ. c. teſtimonium, de teſti. c. inter dilectos, de exceſſ. præla. c. omnipotens, de accuſat. & in l. 1. C. de infam.* Superantius.

Sic & qui jus habent accuſandi, ut ff. ad l. Jul. maje. ſemoſi, in principio & hic. Ita accuſator & accuſatus præcedentibus indiciis torquentur, nec excuſantur a tormentis alicujus privilegio dignitatis, vel nobilitatis, ut C. ad l. Jul. maje. l. 3. & 4. de quæſtionibus l. Decuriones, in fine. Idem ſcilicet quod torquentur etiam nobiles, & dignitatem habentes ſtatuitur in maleſico & mathematico exiſtente in comitatu Principis, ut C. de maleſ. & mathe. l. & ſi excepta. Item etiam in crimine ſimoniæ, ut not. C. ad l. Jul. majeſt. nullus. Item etiam quando aliquis de conſcientia Principis tormentis ſubjicitur, ut colligitur ex eadem l. nullus. Idem etiam in crimine falſi, & in crimine privati carceris, ut not. in glo. ord. C. de decur. l. omnes judices, & in præallega. l. & ſi excepta. Idem etiam quando nobilis perductus in teſtem eſſet varius, vel aliter ſuſpectus, ut C. de teſti. l. nullum. Item etiam forſan dici poſſet, quando miles eſſet de latrocinio ſuſpectus: nec enim ignoſcendum eſt militi, cui obviari oportet, ut latroni, ut C. quando liceat unicuique ſine jud. ſe vindicare, l. 1. in fine & ad id, C. lib. 12. de deſer. l. quod relictis. Accuſatorum & teſtium: qui tam accuſatores, quam teſtes omnes indifferenter etiam infames admittuntur, ut ff. ad l. Jul. maje. l. famoſi, & C. ad l. Jul. maje. l. nullus, & hæc vera ſunt, quod infames admittuntur in teſtes in hoc crimine, ſcilicet cum tormentis, ut ff. de quæſtionibus, l. de minore, s. teſp. & de teſtib. ob carmen. notat, dominus Azo. in ſum. de teſtibus, §. poſſunt, in fine 1. col.

(c) *Et teſtium*. Omnes enim etiam viles perſonæ, & alias prohibitæ hic admittuntur ad teſtificandum. Et

ANDREAS DE ISERNIA.

verſa fore æſtimatio dignoſcitur fidelitati veſtræ præſentium tenore mandamus, quatenus vocato dicto Simone, & aliis ſi qui fuerint evocandi ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, oblatione libelli, & conteſtatione litis nobis de ſpoliatione prædicta conſtiterit per teſtes & probationes legitimas ab obſervatione communis juris indictas prædictæ conſtitutionis in caſu præſcripto ſpecialitate remota poſſeſſionem dictarum terrarum, bonorum, & jurium dicto Comiti cum fructibus, & omni cauſa reſtitui celeriter ſatiatis, ut veritatis aſſiſtentia ſub modio lateat & illicita deſtitutionis injuria ſub anfractu probationis difficilis, non procedat illo vel illis ex vobis judicibus duobus ſaltem, qui præſentes extiterint, executioni præſentium vacaturis, aliorum abſentia non obſtante. Datum Neap. per Barth. de Capua, anno Domini 1317. die vero 24. Januarii 15. indict. regnorum noſtrorum anno 8. exemplatum a regiſtro originali, car. 43. cap. 87. De Bottis.

Eſt exæquata conditio. Dicit hic quædam gloſſa, quod ſi Princeps ex ſua conſcientia mandat privilegiatos torqueri, tollit tunc privilegium hujus conſtitutionis, & juris poſitivi ſola ſua ſcientia tollit poſitivam legem, ſicut ſi diceret, non obſt. l. ff. de excuſat. tuto. l. idem Ulpianus. §. fi. Si enim legem redactam in corpore juris tolleret, generaliter tolleret, & ſpeciale privilegium tunc uni conceſſum. ff. de pact. juris gentium. §. adeo, hoc bene dicitur, quia hæc poſitiva tollit, quando vult. Ex hoc dicunt quidam & male, quod Princeps † poteſt mandare hominem liberum torqueri non præcedentibus indiciis, naturali ratione jura naturalia non tolluntur, de hoc dicitur. C. ſi contra jus vel ut. publi. in glo. Peccaret ergo ſic mandando, & ſic non poteſt dicere. Poteſtate enim abſolute non debet uti, niſi cum cauſa, diximus in titu. quæ ſunt reg. tunc cor Regis non eſt in manu Dei, quia factus eſt Rex, ut faciat juſtitiam rectam. 25. q. 1. reſervaris. Rex antequam puniat, debet inquirere exemplo Dei, qui dixit, deſcendam, &c. extra de accuſ. qualiter ad pœnam pervenitur per tormenta, quæ eliciunt confeſſionem voluntariam, & ab invito extorquetur.

† Additio. *Princeps non poteſt quem mandare torqueri abſque indiciis, vide Capic. in deciſ. 132. num. 3. ubi an excuſetur judex tormentans quem ſine indiciis de mandato Regis, vide etiam Modr. in c. regni, ſubditorum, nu. 128. cum ſeq. & Gram. omnino in voto 32. vide etiam Parid. de Puteo in tract. ſyndic. in c. de repetit. torturæ. col. fin.* De Bottis.

Quod dicitur in pœna prohibita, dici debent in eo, per quod pervenitur ad id. ff. de ſponſa. oratio. nam ſi confiteatur ubi non debet torqueri, confeſſio non præjudicet. ff. de quæſtio. divus. §. ex quibus. Et debet hoc conſtare, quod injuſte mandet, de quo dictum eſt plene ſupra de injuriis Curialibus illatis. l. ut participato.

Militaribus tamen privilegiis. Quis ſit Comes dicitur in tit. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio, quia poteſt eſſe nomen dignitatis, ſine Comitatu, de quo non loquitur hic, ſed de Comitibus terram & Comitatum habentibus, qui non dividuntur regulariter, in l. imperialem. §. præterea, & in tit. de feu. Marchiæ Du. & Co. Quis ſit Baro, diximus plene in titu. de ca. qui cur. ven. Quis ſit miles, dicitur in glo. ff. ex quibus cau. majo. l. fin. Quis ſit militatis vir, diximus ſupra a quibus Co. & Ba. judi. l. univerſis. Et nota, quia dicit eos tantummodo milites, &c. Unde non dabitur hoc privilegium filio militis, qui non eſt miles, quantumcunque militariter viveret, quia de milite tantum dicitur per totam hanc conſtitutionem, ſecus ſi privilegium daretur nobili, tunc ex ordine ſanguinis porrigitur ad filium, & ſic non ob. C. lib. 12. de privilegiis eorum, qui in ſacro palatio. l. 1. & dictum eſt in prædicto tit. de capitaneo, qui Curiam vendidit. Filio Comitis & Baronis dabitur, quia mortuo patre eſt Comes & Baro, niſi nolit, & vivo patre dicitur Comes filius Comitis, & Baro filius Baronis. Sicut de Hermigildo filio Regis, dicit Grego. quod eſt Rex patre vivente. 25. q. 1. c. cœpit. Comitatus, Baronia, ſicut & feudum ſine facto extrinſeco venit ad filios, parentibus mortuis: niſi nollent, ſicut hereditas. ff. de acquiren. poſſeſſ. cum heredes. Hereditas tamen eſt nomen univerſi juris, Comitatus, Baronia, Feodum eſt nomen univerſitatis facti, ſicut grex. ff. de rei vendicat. l. vendicatio. Sed militia patris cum morte ſua finitur, & ſi ſit miles filius, non habet militiam patris, ſed ſuam, quam ipſe ſibi quæſivit adhibendo neceſſaria ad militiam, quæ dicuntur in glo. ff. ex quibus cau. majo. l. fi. alias pe. Quid ſi ex officio procedatur de crimine contra militem & hujuſmodi perſonas in caſibus, qui notantur ff. de adulte. l. 1. §. ſi pu-

& armis, videlicet, & aliis militaribus ſignis, quibus Barones, & milites condecet (a) decorari. Conſuetudinem autem, quæ in quibuſdam Rɇgni partibus obtinebat, per quam hi, qui Franci non ſunt, ſed jure communi cenſentur, teſtibus contra ſe productis in quocunque judicio poſſint pugnam offerre, funditus extirpamus.

Sed perſonarum, & cauſarum diſtinctione ſervata in eorum cauſis, juxta novæ conſtitutionis noſtræ ſtatuta, juſtitia prævia, & æquitate ſervata ad definitivam ſententiam procedatur.

In

Et cum res exegerit, hic omnes torqueotur, ut ff. da quaſtio. l. de minore, §. 1. de teſtibus, l. ob carmen. §. ſi ea.

(a) *Decorari*. Facit infra de novatio. milita. conſtitut. prima,

In

ANDREAS DE ISERNIA.

publico, vel de mandato Principis ſpecialiter inquiritur de maleficio. Vel ſi teneret Caſtrum occupatum. Vel per generalem ioquiſitionem Juſtitiarius invenit militem deliquiſſe per tres teſtes: Nunquid ſufficit, an exigatur hic numarus teſtium? dicunt multi periti quod ſufficit: quia conſlitutio hæc de accuſato & conveoto loquitur, & eſt odioſa: non enim fit fraus legi, nec circumvenitur lex alia via, quando datur intellectus legi, conſonans juri communi. Nam lex eſt naturæ naturantis Dei, ſcilicet, quod in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum: facilis ergo dari debet intellectus, ut res redeat ad naturam ſuam. ff. de pactis. l. ſed ſi unus. §. in ſpecie. Iſti ſunt proni ad puniendum delicta, quod jura volunt, & proſequuntur nobiles. Alii proſequuntur, & favent in eis, dicunt in præmiſſis caſibus idem eſſe, quod hæc conſtitutio dicit: quia in principio generaliter dicit tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis, & ſic debet intelligi tota conſtitutio, & poſtea ſequitur, quod nec in judiciis vel arbitriis, vel extra judicia, vel arbitris judicibus vel arbitris fidem faciat, &c. Geneſaliter enim dictum, generaliter intelligitur. ff. de aleato. l. 1. Cum ergo dixit accuſatum vel conventum, reſpexit frequentiam, nam tunc tempore factarum conſtitutionum procedebatur per inquiſitionem, ut patet ſupra de offic. Juſtit. l. hi qui §. de ſpecialibus. Item quia in prædictis officium habetur pro accuſatore. ff. de ali. & cib. lega. l. ſervos. Idem eſt quod ita forjudicatur quis, ſi fuerit bannitus per officium ax inquiſitiona, ſive per accuſatorem, per conſtitutionem incliti Regis Caroli II. Et ideo quando fit inquiſitio, & ſciens uno deponit, nec accuſat, poſtea non auditur, ſupra de off. Juſtit. l. inquiſitiones generales, ſic eſſes ſi alius accuſaret. ff. de accu. l. ſi cui. §. ſi iiſdem. Repete quæ dicta ſunt circa hoc in conſtitutione, ut univerſis.

P*Roſequentes* §. probationes. Et ſic contra clericos laici teſtes eſſe non poſſunt in criminali, extra, de teſtibus c. venieos, 1o r. & a. q. 7. laicos &c. ſi per totum, & no. Spec. in tit. de teſtibus §. 1.

Sed an illud, quod hic dicitur in Comite, habeat locum in Rege, & alio majore ultra Comitem? dic quod aut loquitur de majore ultra Comitem, qui non induxit privilegium, & inducere non poteſt, nec tollese jam inductum, ut eſt in regno iſto Princeps vel alius filim Regis: aut de eo qui poteſt. Primo caſu non habet locum conſtitutio, quia eos non expreſſit, & ideo excluſiſſe videtur, cum ſit ſtricti juris, in quo nil omiſſum venit. l. conſtitutionibus. ff. ad municip. Secundo caſu ſic, & eſt ratio, quia Rex ſive Imperator privilegium, quod concedit ſubditis, videtur ſibi reſervare, ut in auth. pignorationibus fiant. §. illud. In textu, & gloſſa circa medium. Nota infames admitti ad teſtificandum in crimioe læſæ majeſtatis cum tormentis. Sed quid ſi aliqui non poſſunt eſſe teſtes: quia non idonei, vel quia infames, tamen multi, an admittantur, & habeatur eis fides? dic quod ſic, ut quod deficit fidei, ſuppleat numerus, per glo. no. in l. teſtium. §. ejuſdem ff. de teſtibus. Sed an judex poſſit recipere teſtem inhabilem ad ſui informationem? dic quod ſic, ut eſt gloſſa in l. etiam. ff. de proba. & vide Innoc. in cap. cui. extra de ſponſali. Petrus de Monteforte.

Nota, quod quatuor ſunt conditiones perſonarum, quæ non poſſunt ferre teſtimonium contra Comites, Barones, & ſimplices milites: In primis conditio hominis angarii, ſecundo hominis villici, tertiu hominis villani, quartu hominis vilis conditionis: & ſi protulerunt eorum teſtimonium, non valet: immo habetur, ac ſi producti non eſſent, tam in cauſa criminali, quam civili: dum tamen ſit civilis de omnibus bonis, vel majori parte bonorum, vel de uno caſtro. Si tamen cauſa civilis eſſet de minima parte, non majori, credo quod teſtes prædicti poſſent produci contra eos, argumen. a contrario ſenſu. Bartholomæus de Capua.

Quæſtio fuit Neapoli diſputata, utrum conſtitutio iſta, quæ certum numerum requirit teſtium contra Comitem, & Baronem ſi accuſetur, habet locum in inquiſitione, ſi contra eum inquiratur? dic quod ſic: quia idem affectus ſequitur ex accuſatione, qui ſequitur ex ipſa inquiſitione, ſcilicet ſententia abſolutoria, vel condemnatoria. Unde conſiderato effectu, idem eſt ſi inquiratur contra eum, ſicut ſi accuſetur: quia hæc conſtitutio eſt inducta in favorem nobilium, ſicut eſt de nobili, contra l. 1. & ibi etiam no. & privilegium, quod favorem continet, ampliatur: ſicut patet in privilegio dotis, quod habet locum tam in maritata uxore, quam in ſponſa, ut patet. ff. de privileg. cred. l. 2. in fi. & ibi no. Non obſtat, quod conſtitutio iſta continet odium, quia contra jus commune introducta, eum in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. l. ubi numerus, de teſtibus, quia hic magis conſideratur ratio illa, ſcilicet favor nobilium, ſi bene conſideretur & facit, & eſt quaſi caſus in l. ea quidem. C. de accuſ. Secunda fuit quando, an illud, quod in hac conſtitutione dicitur de caſtro, habet locum nedum quando agitur de proprietata caſtri, ſed etiam de poſſeſſione tantum, & multa poſſent pro & contra allegari. Sed certe idem, nam appellatione fundi, etiam poſſeſſio continetur, nam ſi dico, vendico fundum, id eſt fundum ratione poſſeſſionis. ff. de rei vendi. l. quædam. Et concordat ext. de ſeque. c. 1. vel quia difficilis eſt probatio proprietatis, & de facili poſſet dominii amiſſio ſequi, & ideo conſtitutio iſta large interpretatur hic. Quando vero conſtitutio, quæ eſt ſtricti juris, recipiat extenſionem, vel declarationem, dic ut no. in l. ſi furioſi, C. de nup. Bartholomæus de Capua.

Et vide etiam hic c. novum Caroli II. Principis Salerni, quod incipit, item ſtatuimus, & adverte, quod citius condemnatur Epiſcopus, quam Comes, ut hic vides, quia Epiſcopus per duos teſtes. 2. q. 5. c. 1. & 2. ſed Comes non, ut hic vides. Bartholomæus de Capua.

In textu milites. Nota, quod milites habent privilegium, ut hic, ſic in Auth. de mand. Princ. §. ſi quidem, in gl. hic no. Item nota dignitatem habere onus in ſe, & honorem, ſic ff. quod me. cau. l. 2. & de col. bo. l. 2. §. ſed an. & de conſti. Princ. l. 1. §. 1. Quæro juxta iſtam conſtitutionem, an ſi probetur per unum Comitem, vel per duos Barones, & ſic de aliis, ita quod in alio caſu faceret ſemiplenam probationem, faciet, ut per hoc poſſit deferri juramentum? videtur quod non, per hanc conſtitutionis litteram, ad idem. ff. de fidejuſ. l. Græca. §. illud. ſecundum opinionem Joannis. Sed videtur contra. C. de reſti. l. jusjurandi, in fi. & hæc faciunt ad illam opinionem Joannis, & contrariorum in d. §. illud. Bartholomæus de Capua.

In

In quibus caſibus pugna locum habeat?

TITULUS XXXIII.

Licet regulariter prohibitum ſit duellum, & eſt ratio, ut in principio hujus conſtitutionis, in duobus caſibus permittitur, in morte clandeſtina ſive per venenum, ſive alio modo, & in crimine læſæ majeſtatis, ita tamen quod non ſit ab illo inchoandum, ſed ubi accuſatur qui occidit, primo videat accuſator, ſi poteſt probare per teſtes, vel judex videat, ſi poteſt invenire veritatem per inquiſitionem ſuo officio, nam quamdiu locus eſt ordinario auxilio, &c. ſi legitimæ probationes deficiant, præcedentibus indiciis pervenitur ad bellum, ſed ſi accuſator primo elegit per teſtes, ſi deficiat, abſolvitur reus nec bellum admittitur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Idem. † IMPER. FREDERICUS.

MOnomachiam, (*a*) quæ vulgariter duellum dicitur, paucis quibuſdam caſibus exceptis, inter Barones Regni noſtræ dittoni ſubjectos, in perpetuum volumus locum non habere: quæ non tam vera probatio, quam quædam divinatio dici poteſt, quæ naturæ non conſonat, a jure communi deviat, æquitatis rationibus non conſentit. Vix enim aut nunquam duo pugiles inveniri poterant ſic æquales, ut vel in totum non ſit alter altero fortior; vel in aliqua parte ſui vigore majori, & potiori virtute, vel ſaltem ingeniis alter alterum non excedat. Ab hujus autem ſanctionis humanitate præcludimus homicidas, qui beneficio, vel quolibet genere (*b*) furtivæ mortis aliquem alium extinxiſſe dicuntur, in quibus etiam a pugnæ probatione non permittimus inchoari. Sed per probationes ordinarias, ſi ſuperſint aliquæ, procedi primo debere jubemus, & denique officio Curiæ (*c*) ſubtili prius (*d*) inquiſitione præmiſſa, ſi per probationes aliquas, vel (*e*) per inquiſitionem (*f*) plene non poterit facinus comprobari, tunc demum ad pugnæ judicium indiciis præcedentibus deſcendatur, quæ omnia per officium judicis provide cognoſcentis volumus explicari, ut inquiſitionis probata caute & diligenter diſcutiat. Et ſi probatum non invenerit (ut eſt dictum) offerendi pugnam licentiam tribuat accuſanti (*g*) nullo, ex eo quod ipſe ex officio ſuo fecit, accuſatoris juri præjudicio generato. Si tamen accuſator in crimine prius offerat ſe probare per teſtes, & ſi in eorum probatione deficiat, tunc inquiſitionis, & pugnæ probatione minime locum habente, reus qui nocens non convincitur, & præſumitur innocens, abſolvatur. Quod jus inter omnes tam Francos quam Longobardos, & in cauſis omnibus volumus eſſe commune. Satis enim militibus, & nobilibus Regni noſtri probationum impugnationes (*h*) providimus, & aliis etiam, qui poterunt pugnam offerre, prout novella conſtitutione noſtra evidentius eſt ſtatutum. Crimen etiam læſæ majeſtatis excipimus, in quo infraſcriptis capitulis pugnæ judi-

In quibus caſibus pugna locum habeat? Rubrica.

(a) M*Onomachiam*. Licet generaliter duellum ſit prohibitum: & eſt ratio, ut in principio hujus conſtitutionis, tamen in duobus caſibus permittitur. In morte clandeſtina, ſive per venenum, ſive alio modo, & in crimine læſæ majeſtatis, ita tamen, ut non ſit a bello inchoandum: ſed ubi accuſatur qui occidit, primo videat accuſator, ſi poteſt probare per teſtes, vel judex videat, ſi poteſt invenire veritatem per inquiſitionem ſuo officio. Nam quamdiu locus eſt ordinario auxilio, &c. ut ff. de mino. In cauſæ. Si legitimæ probationes deficiant præcedentibus indiciis pervenitur ad bellum. Sed ſi accuſator primo elegit per teſtes, ſi deficit, abſolvitur reus, & bellum non admittitur. Nam non debet redire ad id, quod ipſo facto renunciandum putavit, argumen. C. de jurejuran. l. antepenul. argum. contra ff. de teſtamen. mili. l. 3. Ultima redditur ratio quare in his caſibus locus eſt duello. Nam ſit ei in pœnam peccantium & aliorum exemplum, ut C. ad legem Juliam repetundarum, l. prima. Et quamvis ſit injuſtum etiam his caſibus bellum admittere; tamen & alias committitur injuſtum, ut evitetur injuſtius, ut ff. ad legem Aquiliam, item Mela. in fine.

(b) *Furtivæ mortis*. Quæritur quæ ſit mors furtiva? Reſpon. ut no. in Lombar. de hom. libe. homi. l. ultima, ſecundum Ber.

(c) *Subtili prius*. Non intelligas priuſquam perveniatur ad teſtium probationes, quia ſi illæ offerantur, nec inquiſitio, nec pugna locum habet, ut hic notatur, ſed intellige priuſquam perveniatur ad probationem indiciorum & pugnæ. Quamdiu enim incertum eſt utrum facinus plene per inquiſitionem probetur, nec de indiciis quæritur, nec ad pugnam pervenitur. Et hoc indicat articulus iſte, Tunc, qui ſignificat extremitatem perfecti temporis, & perfectæ rei, ut ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. l. 3. §. fina. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. l. ſubſtitutionem, circa finem, alias etiam ex inquiſitione facta ad plenam probationem, ſi plene non probetur per eam, indicia tamen aſſumuntur, ut ſupra de homi. & dam. & ſi damna. ibi enim nemo accuſabat, ſed ex ſola inquiſitione procedebatur.

(d) *Inquiſitione*. Quæ fieri non debet, niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, ut ff. ad Syllania. l. 2. §. ſi quis non metu.

(e) *Per inquiſitionem*. Hoc intelligas in diverſis caſibus. Si enim obtulerit ſe quis probaturum per teſtes, ſive probet, ſive in probatione deficiat, inquiſitio locum non habet, nec pugna, ut inf. ea. l. ponit. ibi, ſi tamen accuſator prius ſe offerat in crimine ſe probaturum per teſtes, &c.

(f) *Plene*. Ex hoc patet, quod indicia non debent ex inquiſitione aſſumi, cum fiant ad plenam probationem facinoris, ut hic dicit, quia indicia non habent locum, niſi conſtiterit non eſſe plene probatum facinus per inquiſitionem, ut ſtatim ſubjicitur.

(g) *Nullo ex eo*. Ergo nec reo præjudicatur in aliquo, ſi crimen non probetur per inquiſitionem, ut ff. de regul. jur. non debet alteri. Probanda ſunt ergo indicia poſt inquiſitionem.

(h) *Providimus*. Supra in proxima conſtitutione, noſtra, ubi &c. & ſupra eodem, l. proſequentes.

ANDREAS DE ISERNIA.

In quibus caſibus pugna locum habeat? Rubrica.

M*Onomachiam*. Hæc lex non ſervatur, † & merito propter rationes, quas ponit in principio, omni pene jure duellum eſt prohibitum. 2. q. 5. monomachiam, extra de cle. pugnan. in duello. c. 1. & 2.

Additio. *Adde l. 1. C. de gladiato. lib. 11. Cyn.* &

dicium (*a*) reſervamus, nec mirum ſi læſæ (*b*) majeſtatis reos, homicidas furtivos, atque veneficos pugnæ ſubjicimus, non tam judicio, quam terrori, non quod in ipſis noſtra ſerenitas juſtum æſtimet, quod injuſtum in aliis reputavit, ſed quod in eorum pœnam, & aliorum exemplum, publice in conſpectibus hominum ſub tremenda probationis ſpecie tales conſtitui volumus homicidas, qui occultas atque furtivas inſidias vitæ hominum (quos ſola poteſt creare divina potentia) parare minime timuerunt. Eos enim † extra omnes (*c*) modeſtiæ terminos ſtabilimus, qui adverſus (*d*) ſecuritatem noſtram, per quam omnibus aliis præſtatur ſecuritas, moliri aliquid non verentur.

† *Alias, tenemus.*

† *De depoſito.*

De cauſa † depoſiti.

TITULUS XXXIV.

Depoſitum factum in quantitate pecuniæ non poteſt probari per oblationem duelli, prout olim erat permiſſum, ſed debet probari per tres teſtes ad minus omni exceptione majores, ſi eſt infra libram auri, ſi eſt ultra libram auri, debet probari per publicum inſtrumentum confectum per notarium, qui non dicat ſe mandato judicis interfuiſſe, & cum interventione trium judicum ad contractus, & ſe ſubſcribentium inſtrumentis, vel cum deſcriptione unius judicis, & trium teſtium; aliter depoſitum in quantitate negatum non poteſt probari. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

IN (*e*) cauſa depoſiti, (*f*) in qua olim pugna locum habebat, pugnæ prorſus interdicimus facultatem, ſed ut de ea dubietas oriri non poſſit: Sub tali (*g*) cautela volumus depoſitum amodo celebrari, videlicet; ut in depoſito, cujus quantitas infra unam libram auri ſubſiſtit, tres (r) teſtes fide digni, & omni exceptione majores debeant intereſſe. (*h*) Ultra li-

(a) *Reſervamus*. Credo, præcedentibus indiciis. Sicut in morte abſconſa ſupra dictum eſt, quaſi quod dictum eſt in principio, videatur in ſequentibus repetitum. Et quia initium conſtitutionis &c. ut ff. de jo. & fac. ignoran. l. regula, in fine.

(b) *Majeſtatis reos*. Nota, quod hic jungitur crimen læſæ majeſtatis, & homicidii furtivi, ſic & infra eodem ibi, reos etiam extra omnes, &c. Et ex hoc poteſt dici, quod ſicut in homicidio furtivo, ita & in crimine læſæ majeſtatis, præcedentibus indiciis pervenitur ad pugnam.

(c) *Modeſtiæ*. Per litteram iſtam dicimus, quod in crimine læſæ majeſtatis procedi poſſit per inquiſitionem.

(d) *Securitatem noſtram*. Patet hic ex eo quod legitur, ff. ad legem Juliam majeſtatis, l. penul. quod loquitur in crimine perduellionis, in quo locum haber pugna, ſicut hic dicit: non autem in alio crimine læſæ majeſtatis, quod dic, ut ibi, & in ſumma ad legem Juliam majeſtat. circa princ. G.

De cauſa depoſiti. Rubrica.

(e) IN *cauſa depoſiti*. Non poteſt probari depoſitum per duellum, ut olim. Si quis vult caute deponere, obſervet ſolemnitatem hujus conſtitutionis. Alia ſolemnitas traditur tam magna, ut hic, in Authen. de fide inſtrumentorum, §. ſi quis vult. collat. 6.

In cauſa depoſiti. Nota legem iſtam. Nam licet Juſtinianus doceat caute deponere, ut in Auth. de fi. inſtrum. §. ſi quis volt caute deponere, hic tamen docet cautius, unde ſi contra fiat, quod non caute factum eſt pro non facto habetur, ff. de his quæ in teſtamento delentur, l. 1. circa principium.

(f) *In qua olim*. Ut in Longobar. qualiter quis ſe defendere debeat, l. ſi quis per ſe, quæ corrigitur per hanc legem, quæ lex imperialis eſt. Et ex hoc probatur quod leges Imperatorum teneutur, alioquin hæc lex ſuperflua erit.

(g) *Cautela*. Ut in Authen. de inſtru. cau. §. ſi quis igitur. collatiu. 6.

(r) ADDITIO. *Adde glo. 1. in verbo, idoneos, Inſtit. de inut. ſtipu. gloſſam in verbo, majores, in cap. 1. de conſang. & affin. Bart. in l. admonendi, de jurejur.* Superantius.

(h) *Ultra libram*. Quid ſi depoſitum ſit de libra auri, & non plus, nec minus? Reſpondeo ſic eſſe dicendum, ac ſi eſſet infra libram auri. arg. ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſi

ANDREAS DE ISERNIA.

& Bal. in l. negantes. C. de act. & oblig. Bal. in l. ex hoc jure. ff. de juſti. & jure. Bal. in l. fi. C. de proba. Bal. in l. ſi penes. C. depoſ. Doct. in c. olim. de reſti. ſpol. Et in extravagan. Joan. 22. incip. quia in futurorum. Superantius.

† ADDITIO. *Vide Luc. in l. 1. C. de gladiat. & Petrum in conſil. 20. quod ſit de jure Romano, vide quod no. in l. qua actione, §. ſi quis in colluctatione, ad legem Aquiliam, & Inſtit. de hered. ab inteſt. §. per contrarium, in gloſſa ibi dicitur, &c. & in l. cum filius, §. fina. ff. de legat. 2. de uſu vero feudorum, in quatuor caſibus, ut no. de pace tenen. cap. ſi quis hominem.* De Bottis.

Verum quia ex legibus abrogatis argumenta ſumuntur, propter rationes, quas continent, ff. ad Trebellian. l. ſecunda. Sumitur hoc notabile ad tormenta & ſacramentales, ut demum indiciis præcedentibus habeat locum. De quo plene diximus in tit. de con. inter dominam & vaſallum de inveſtitu. ſeu. capitu. primo. Quando locum habebat hæc conſtitutio accuſabat de morte abſconſa, vel læſæ majeſtatis, proteſtando & reſervando pugnam, indiciis præcedentibus, ubi non poſſet probare per communes probationes, nec per inquiſitionem plene conſtaret, quod gloſſa plene proſequitur.

MOnomachiam. In principio. De jure Romano non eſt prohibitum duellum, ff. ad leg. Aquil. l. qua actione, in §. attamen. Sed quid ſi pugnam prius obtulit, & ea nondum facta, illam revocavit, & velit ad probationem ordinariam redire, an poſſit? dic quod ſic, argum. C. de jurejuran. l. antepenul. Petrus de Monteforte.

In verſic. in aliis reputavit. Sed certe littera iſta videtur innuere oppoſitum: nam ſupra dicit littera, crimen læſæ majeſtatis, &c. & ſic videtur quod in quolibet crimine, & crimine læſæ majeſtatis habeat locum hæc conſtitutio ver. ibi, eos, implicat alium caſum in crimine perduellionis, unde non videtur procedere hæc gloſſa. Reſpondeo dicendum, quod licet littera in primo loquatur generaliter in crimine læſæ Majeſtatis, tamen in verbo ibi, eos, ponitur idem generaliter, alias idem quaſi hoc caſu vendicet ſibi locum duellum, quæ non reſtringit præcedens dictum generaliter, argum. ff. de leg. 2. l. cum pater, §. dulciſſimis, cum ſim. Bartholomæus de Capua.

De cauſa depoſiti. Alias de depoſito. Rubrica.

IN *cauſa depoſiti*. Si ſit depoſitum ultra libram, debet fieri inſtrumentum, & ut judex, notarii, & teſtes inter-

libram autem auri ſi conſiſtat depoſitum, debet fieri (a) publicum inſtrumentum (b) per manus tabellionis, qui interſit ipſi depoſito, non (c) qui juſſione judicis inſtrumentum feciſſe ſe

§. ſi inter. Econtra ac ſi eſſet ultra, ut ff. de in li. juran. l. penul. & dic plene, ut oo. ſupra de inſtru. ſol. eo. l. inſtrumentorum robur. Item ad id, quod dicit de tribus teſtibus fide dignis, eſt ſimile in Auth. ut liceat matri & aviæ, §. hoc autem, collat. 8.

(a) *Publicum*. Alias regulariter contra ſepra de fide inſtru. conſtitutio. elt.

(b) *Per manus tabellionis*. Nonquid ſi fiat depoſitum in loco, ubi non invenitur judex, vel notarius. Minime credo, quod ad hunc articulum mens hujus conſtitutionis non extenditur, ut arg. ff. de teſt. mili. l. ult. & C. de teſti. l. ult. Item quid ſi aliquis ſit in una civitate, ubi bene inveniuntur judices & notarii, verumtamen qui vult deponere latitat propter periculum perſonæ, utputa, quia de crimine perduellionis accuſatur, nunquid ſervabit ſolemnitatem hujus conſtitutionis? Credo quod non, argumentum, ff. de exerci. l. 1. in fine 1. reſpon. & argum. ff. depo. l. 1. §. merito. Bartholumæus de Capua.

(c) *Juſſione judicis*. Item quid ſi depoſuit quis ultra libram auri in civitate, ubi habuit copiam judicis, & notarii, & non ſervavit ſollemnitatem hujus conſtitutionis, an ſubveniatur ſibi aliquo auxilio? Videtur quod nullo modo, quaſi non deficiat jus, ſed probatio, ut ff. de teſta. tut. duo. cum enim exigitur a jure probatio per ſcripturam, per teſtes illa probatio fieri non poteſt, ut C. ſi min. ſe ma. dixerit. l. ult. & Auth. de trien. & ſe. §. quod ſæpe, & C. de fide inſtrumen. l. contractus, & in Auth. ut liceat matri & aviæ. §. qui vero dudum, & ſibi imputet, qui pro novo beneficio vetus elegit gravamen, ut ff. de jure deliberandi, l. ult. §. cum gemini. In hac quæſtione dico quod deponenti ſuccurrendum eſt, ne ſine cauſa res remaneat penes illum depoſitarium, & cum aliena jactura locupletetur, ut ff. de condictione indebiti, l. nam natura. Sed qua actione? Reſpon. audacter actione in factum quæ deſcendit ex æquitate illius, l. quia pecunia mea ad te pervenit, & ſine cauſa eſt penes te, peto eam mihi reſtitui, ut ff. ſi cert. pet. ſi me & Titium, licet enim, ut depoſitum non poſſit peti, tamen peti poteſt, ut res mea, quæ penes te eſt ſine cauſa. Video enim, quod tranſactio de alimentis, non valet ſine prætore, ut ff. de tranſact.

ANDREAS DE ISERNIA.

terfuerint depoſito. Pone quod non intervenit inſtrumentum: depoſitarius confitetur in judicio, vel extra cum cauſa, an ſufficit? videtur quod non, quia hæc conſtitutio certam exigit probationem, ſcilicet per inſtrumentum, ergo alias videtur rejicere, ff. de judi. l. cum prætor. Item circumſcriberetur mens hujus l. per aliam viam, quod eſſe non debet, ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his l. ſcire. Verius dicitur, quod ſic, quia confeſſus † in jure pro judicato habetur, ff. de confeſſis l. 1. & in hoc nullum eſt dubium, ſic cum ago contra te depoſiti, tu confitearis. Idem ſi probo te confeſſum fuiſſe extra judicium cum cauſa, ff. de probatio. l. cum de indebito, §. fin. unde tantum valet probare per confeſſionem partis, quantum per teſtes, ff. de inoffic. teſtam. l. quoniam de inoffícioſo, ff. ſoluto matrimonio, l. Titia. Item per confeſſionem probatur depoſitum, ff. depoſiti. l. Publia, §. fin. & l. Lucius. Hæc enim conſtitutio limitavit, & arctavit probationem faciendam per teſtes, ut infra libram interſint tres. Ultra judex, & notarius, & tres teſtes. Non arctavit probationem, quæ ſit per confeſſionem, nec extendetur prohibitio, niſi in caſu ſuo, cum hæc prohibitio ſit odioſa, & anguſtans probationes, ff. de teſtibus, l. curent. C. de jurejurando, l. generaliter, & ſic reſtringenda, ff. de liberis & poſthumis, l. cum quidam, & quæ contra juris rationem, &c. ff. de legibus quod contra.

† ADDITIO. *Vide omnino Napodanum in conſuet. Neap. incip. inſtrumentum, in titulo de inſtru. confect. unde tantum valet probatio teſtis, quantum confeſſio. l. in exercendis, de fidejuſ. ſed an de jure communi depoſitum poſſit probari per teſtes, de caſum juncta glo. quod ſic in l. 1. C. de edendo, juncto textu, in authent. ſi quis vult cauſæ deponere. C. eodem*. De Bottis.

Sed tunc quæritur, an in tali confeſſione extra judicium de depoſito ultra libram auri ſint neceſſarii quinque teſtes? Videtur expreſſum. C. de teſtibus, l. ſolliem, & in auth. rogati, ſecundum ſententiam Joan. quod duo tantum ſufficiant. Item, quia non requireretur inſtrumentum de tali confeſſione, quod contineat quinque teſtes, ſicut debet continere inſtrumentum depoſiti, licet æquitas & ratio ſit in contrarium, & opinio Azo. ibi poſita, quia ſi exigitur inſtrumentum cum certo numero teſtium in depoſitione, multo magis, vel pari ratione & in confeſſione, & ubi eadem ratio, &c. ff. ad leg. Aquil. l. illud. de verb. obli. a Titio, niſi dicas hanc conſtitutionem odioſam, & propterea non trahendam ad ſimilia. Quid ergo ſi agatur directa depoſiti ultra libram, ſufficias ne probari, quod conventus confeſſus fuit? de jure civili videtur quod ſic, d. l. Publia. in fine ſed per conſtitutionem iſtam, ex quo agit, quia depoſuit, oportet probare per inſtrumentum, ſecus ſi ageret utili ex eo contractu propter confeſſionem, tunc ſufficeret per confeſſionem probari, nam de confeſſione nihil dicitur in hac conſtitutione, & ſic nec directa, nec utiliter ad eam trahenda eſt, ff. ſoluto matrimonio, l. ſi vero, §. de viro. Sed quid ſi depoſui ultra libram, & ſtipulatus ſim reddi mihi ipſam pecuniam, conſtat, quod actio depoſiti fingitur non nata, & agitur certi condictione ex ſtipulatu, quia ſtatim facta eſt, ff. de nova. l. cum enim. An ergo ſi agam ex ſtipulatu, ſufficit probari per teſtes? non puto, quia tunc illa actio ex ſtipulatu debet ſequi naturam, quam a principio habet actio depoſiti, in cujus locum ſubrogatur, ſeu ſuccedit actio ex ſtipulatu. ff. ſi certum petatur, l. certi condictio, in gloſſa pro quo eſt ff. ſi quis teſta. liber eſ. juſ. fuerit, l. 1. §. actio. ſi quis caut. l. ſi eum, §. qui injuriarum. Nam hic dicitur certi condictio ex depoſito, ut ff. ſi certum petatur, l. 2. §. ex verbis, & l. ſi quis certum. Idem videtur quod ſit novata depoſiti actio ratione præmiſſa. Item quædam gloſſa dicit hic, quod non facto inſtrumento depoſiti ultra libram poteſt ſuccurri deponenti, ut agat contra depoſitarium actione in factum de bono & æquo deſcendente ex illa æquitate, quia pecunia mea ad te pervenit, peto mihi reſtitui, ff. ſi certum petatur, l. ſi me & Titium, ut non locupletetur cum aliena jactura, & dicit quod in hoc damnificatur deponens ſine inſtrumento, quia oportebit eum probare de dominio, ſed ſi ageret directa depoſiti, & probaret per inſtrumentum, non poſſet ei opponi, quod non fuit dominus. Hæc non videtur ſufficiens ratio, quia pro tanto circumſcribitur hæc conſtitutio per aliam viam. Item quia ſpectamus originem, † quare datur actio: certum eſt enim depoſitum fuiſſe potius, unde cauſa & origo depoſiti inſpicitur, quam poteſtas actionis & judicii & condictionis de bono & æquo, argumentum, ff. de donatio. l. qui id quod, de acquir. poſſeſſ. clam poſſidere, in principio. Sed facit, quia pluries ad id quod per unam actionem non poteſt exigi, jura dant aliam.

† ADDITIO. *Vide Lud. Rom. in conſ. 517. 3. col. & Alex. in conſ. 103. 5. volu. Franc. Curtium in conſi. 80.* De Bottis.

Nam indebitum ſolutum ex cauſa judicati non repetitur per condictionem indebiti. C. de condictione indebiti, l. 1. ſed per condictionem ſine cauſa, ſic, ff. mand. ſi fidejuſſor. §. in omnibus in gloſſa quando ex cauſa lucrativa perveniſſet ad eum, vel dolo ſuo, ff. de

ſe dicat, & trium judicum in depoſitione præſentium ſubſcriptione ſignatum, vel ſi unus judex tantum interſit, ſimul cum eo debent intereſſe tres teſtes, (1) qui ſpecialiter una cum judice & (2) tabellione prædictis ſe in inſtrumento ſubſcribant.

De

act. cum hi. Et tamen ſi facta ſit tranſactio ſine prætore, illud quod datum eſt, proficit ad alimenta, nec poteſt dicere alimentarius, tranſactio fuit facta ſine prætore, non imputabo mihi quod datum eſt cauſa talis tranſactionis in alimentis, ut ff. de tranſact. l. poſt. §. ult. Item quia ſi acceptilatio ſit inutilis ratione rei, tamen vim habet pacti nudi, ut ff. de pactis, l. ſi onus, §. ult. Item licet quod agitur inter reos, non valet, ut quia deficit contractus, tamen ſi ex pecunia mea pervenit liberatio ad te, ago contra te, ne lucreris cum mea jactura, ut ff. ad Velle. quanquam, & argum. ff. de diſtractione pignorum, reſcriptum, §. fin. & ff. ſi cert. pet. ſi eum ſervum, & cum ſine cauſa res ſit penes eum, condici poteſt ab eo. ff. de condictione ob turpem cauſam, l. perpetuo. Non obſtat, quod deponens fuit in culpa omittendo ſolemnitatem hujus conſtitutionis, quia cum depoſitarius qui nunc ex ipſo convenitur, eo ipſo quod conventus depoſitum non reſtituit, ſit in dolo, ut ff. depoſi. l. 1. §. fin. & §. eſt autem dolus, qui præponderat culpæ, ut ff. ad legem Aquiliam. Item ſi obſtetrix, §. fin. Si tamen opponas, jam ergo mens conſtitutionis hujus non ſervabitur, quæ voluit, quod depoſitum non poſſet aliter probari, quam per ſcripturam, & ſic circumſcribetur lex per viam aliam, quod eſſe non debet, ut ff. de curato. & tuto. dat. ab his, l. ſcite, & ff. de ſponſa. l. oratio. Reſponde non decipitur, imo ſervatur, & ſatis damnificatur hic deponens. Si enim feciſſet inſtrumentum hujus conſtitutionis, ſecundum ſolemnitatem, & ageretur directa via depoſiti ex contractu, depoſitarius nullam poſſet deponenti controverſiam dominii referre, ut ff. de judiciis, l. non a judice, §. 1. & ff. de pign. actio. l. ſi pignore, §. ſi prædo. at nunc quando deponens petit rem ſuam, quæ ſine cauſa eſt penes illum depoſitarium, oportet eum probare de dominio, ita enim dicat, cum res mea ſit penes te, &c. igitur verbum meum, ſive tuum, dominium ſignificat, ut ff. de leg. 3. l. ſervos autem ſuos, & ita ſatis punitur in eo, quod ſolemnitatem hujus conſtitutionis prætor prætermiſit. Ego autem dum conſultus fuiſſem ſuper hac quæſtione dedi conſilium, dum ſic incidiſſet de facto, ut cum depoſitarius amoviſſet rem, & ſic furti tenetur, ut de acqui. poſſ. l. 3. §. pen. ut ageretur furti contra hunc depoſitarium, & peteretur reſtitutio rerum ex officio, ut argum. in Auth. de man. princi. §. quod ſi delinquentes coll. 3. & ff. de concuſ. l. 1. & ff. finium regundorum, l. & loci. §. ſi dicantur, & eſt hoc magis rutum propterea, cum cauſa ſit criminalis, & teſtes ſi vacillent, potuerunt torqueri, ff. de quæſtionibus ex libero, & principales etiam potuerunt torqueri, ſi præſumptiones probarentur contra eos, vel etiam eſſent infames, ut C. de quæſtio. l. milites, & l. 1. quod in cauſa pecuniaria non fieret, ut prædicta l. ex libero, niſi in caſu, ut C. de naufrag. l. quoties. Bartholomæus de Capua.

(1) Additio. *Adde tex. in cap. relatum, il 1. de teſti. Canoni. in c. novit, de judi. & in c. ſi peccaverit, 2. q. 1. originaliter Deuteronomii. Matth. 18. & ad Corinth. 14.*

(2) Additio. Et tabellione. *Adde quod æquiparatur duobus teſtibus Bald. in l. 1. in §. fin. ff. de verb. oblig. Bald. Inſtitutio. eod. tit. Alber. in l. cum plures. C. de probationibus. Spec. in tit. de teſte, in §. reſtat. verſ. Sed quæro. Card. Zabarel. in cap. quoniam contra, de probatio. Idem Card. in cap. cum Joannes, de fide inſtrumentorum.* Superantius.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

de condictione ſine cauſa, l. ſi fullo. in fine, & commoda, l. rem mihi, in principio, pro quo eſt ff. ad ſenatuſconſultum Velleianum, quanquam, in fine hoc autem ex lucro habet: & locupletari de alieno iniquum eſſet. Sic & poſt biennium non repetitur condictione indebiti, unde quod confeſſus quis fuit ſe debere ſpe futuræ numerationis, ſed ſine cauſa condicet. C. de non numerata pecunia, l. cum idem. Sed videamus quomodo poteſt hoc eſſe, nam condictio de bono & æquo eſt certi condictio generalis, quæ eſt duplex: una nativa naſcens ex contractu vel maleficio, vel quaſi, ut l. certi condictio, in principio. Alia dativa, quando nullo contractu, vel quaſi, nec maleficio, vel quaſi præcedente, cum non habeat, unde naſcatur, datur de bono & æquo a lege, illa ratione, quia res mea, vel mihi debita ad te pervenit. Vel quia injuſte res mea tenetur a te, ut l. ſi me & Titium, ff. ſi cert. pet. & l. ſi eum de condictione ob turpem cauſam, l. perpetuo. Et datur a lege, quia injuſte tenes, ut dicit Roffred. in tit. de certi condictione generali, in fine primæ columnæ. Si agatur prima, ſcilicet, nativa, fruſtra agit, quia debet exprimere qua de cauſa res pervenit ad eum, ut in gloſſa l. certi condictio. per §. & actiones l. an eadem §. actiones, ff. de exceptione rei judicatæ. Si exprimit, quia depoſuit, loco actionis depoſiti, dabitur illa certi condictio generalis. Et ſic obſtat in ea quicquid obſtaret, ſi depoſiti ageretur, ff. de jurejuran. duobus, §. exceptio, & dicto. §. qui injuriarum, & de hoc plene in gloſſa, l. certi condictio. Sic de legis interpretatione in Auth. de filiis ante dotalia inſtrumenta natis, in fine. Si ageretur ſecunda, ſcilicet, dativa dicit Roffred. quod datur reſpectu poſſeſſionis, quia poſſidet, & tunc planum eſt, ſed difficilis erit probatio, quia poſſidet pecuniam depoſitam, & licet teſtes dicant, quia pervenit ad eum cauſa depoſiti, non obſtat: nam non agit, quia depoſitum recepit, ſed quia pervenit ad eum, & ſine juſta cauſa, quod tenet, & ad hoc faciunt jura prædicta de condictione ſine cauſa, quæ datur ad repetendum id, quod ex cauſa judicati ſolutum eſt, non tamen eo ipſo, quod pervenit. Et quod ſemel poſſedit præſumetur poſſidere. C. de probatio, l. ſive, ff. de acquirenda poſſeſſio. l. ſi quis vi. §. differentia. Unde oportet, quod dolo deſiit poſſidere, ſicut in reali, quæ datur quia poſſedit, ff. de rei vendicatione, l. ſi autem, §. 1. vel probet eum in culpa vel mora. eod. tit. l. item ſi verberatum, §. fin. & l. utique. Vel probet eum locupletatum ex tali proventione, ff. ſi cert. pet. l. ſi eum. Abſurdum videtur, quod in hac etiam ſuccumbat, ſi in hoc probando deficiat, nam non dicitur locuples, quia in depoſitum ſuſcepit pecuniam, niſi convertat in ſuos uſus, & tunc furtum committeret, ſi enim vendidit ſervum, & precium recepit, dicitur locuples. Item nota iſtam conſtitutionem tunc locum habere, quando depoſitum fuit ſignatum, & in hoc non eſt dubium, alias permittat uti a principio, ut ſi vellet uteretur, depoſitum eſt, ſed ſi utitur tunc eſt factum mutuum, & de mutuo agitur, ff. ſi certum petatur, l. quod ſi ab initio. Si autem ex poſt facto permittat uti, ſtatim eſt mutuum, eod. tit. certi condictio. §. fin. Si vero non ſignatam pecuniam depoſuit, eo ipſo permittere videtur, quod poſſit uti. ſed depoſitum eſt, & depoſiti agitur inſpecto initio, ff. depoſi. l. 1. §. idem Pomponius quærit. Itaque ſi uſus eſt, tenetur depoſiti ad tantundem, quia egreditur tunc terminos ſuos, eod. tit. l. Lucius, l. dies ſponſaliorum, §. fin. Item curet cautus advocatus quomodo probetur id, quod proponitur: quia ſi præcedit poſitio, & non poſſet probari, perinde eſt in effectu, ac ſi non præcederet: ſicut idem eſt nolle vendere & immenſum precium poſtulare, ff. de leg. 3. l. non dubium. Item quid ſi deponantur vaſa argentea vel panni ſerici, quorum valor ſit ultra libram auri, an habeat locum hæc conſtitutio? Videtur quod ſic, quia

pecu-

De probationibus & teſtibus ante litem conteſtatam producendis.

TITULUS XXXV.

Teſtes valetudinarii vel ſenes, de quorum proxima morte timetur, vel longa abſentia timeatur, poſſunt produci, præſente tamen adverſario, ſi ejus præſentia poſſit facile haberi, vel eo ſe per contumaciam abſente reſervato abſenti contra perſonas, & dicta teſtium jure opponendi, quorum depoſitio valet infra annum & non ultra, cum litis conteſtatio non interceſſerit, nec præſens fuerit adverſarius, vel non fuit vocatus. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. *† Alias, Idem.*

PRobationum (*a*) * incurſibus competenti remedio ſuccurrentes: Permittimus, lite etiam nondum in judicio conteſtata, teſtes valetudinarios & ſenes, de quorum proxima morte futura timetur, vel eos, de quorum peregrinatione, (*b*) & longa abſentia dubitatur, ab eo, qui ſibi per depoſitiones eorum cavere deſiderat, poſſe produci, (*c*) præſente tamen eo, qui adverſarius futurus ſperatur, ſi ejus præſentia facilis, alias de facili (*d*) poſſit haberi, vel eo ſe per contumaciam abſentante, (e) omni jure ei, qui præſens non fuerit contra perſonas & dicta productorum teſtium reſervato. Quorum depoſitionum vigorem intra annum tantum valere diſponimus, & (*f*) non ultra annum exten-

De probationibus & teſtibus ante litem conteſtatam producendis. Rubrica.

(a) PRobationum. Si quis timens ſe conveniendum, habeat teſtes, de quorum receſſu, vel valetudine dubitet, poteſt lite non conteſtata eos producere, præſente parte adverſa, vel contumaciter abſente, & in hoc concor. jus commune, ut in Auth. coll. 7. eo. tit. §. & hoc vero. & extra ut lite non conteſtata c. quoniam frequenter. Additur tamen aliquid de jure novo, ut receptio iſtorum teſtium valeat tantum infra annum.

* Additio. *Adde quod in caſu hujus conſtitutionis non ſufficit pars citari in domo, niſi lateret, ut declarat Tiraquel. de retrac. lignag. §. 9. in gla. 2. num. 5. & 7. poſt Affl. hic. Adde quod non tantum ſi timetur de morte teſtium, vel abſentia diuturna, ſed etiam ſi timetur, ne propter longam moram teſtes ſidem varient, quia de facili poſſunt oblivisci; de quo per Doct. maxime per Soc. in ca. quoniam frequenter, nu. 11. extra ut lite non conteſtata. An autem ſi tempore litis reperiantur dicti teſtes, requiratur repetitio, ibi, nu. 12. verſ. poſtremo, & ad materiam hujus conſtitutionis vide Capic. in deciſ. 123. nu. 4. & an poſſint examinari tempore feriarum, etiam in honorem Dei. Bal. in conſ. 168. confirmatis contentis, 2. vol. in antiquis, tenet quod ſic. An autem poſſint examinari ſuper articulis impertinentibus, vide Rotam in deciſ. 323. in novis, alias in tit. de teſtibus, deciſ. 21. & Pariſ. in cap. fraternitatis, de teſtibus nu. 68. Ad tandem quæſtionis probationem vide late quæ conſuluit Silvanus in conſil. 3. colum. 6. cum ſequen.* De Bottis.

(b) *Et longa abſentia*. Sic ff. ad l. Aquil. l. 3. & l. Aquil. ſi deleatur, & ff. ad Carbo. l. 3. §. duæ cauſæ, in Auth. de teſti. §. pen. extra ut lite non conteſtata, cap. quoniam frequenter.

(c) *Præſente*. Ut in Auth. de teſti. §. ex hoc vero, colla. 6. C. de advo. diver. judi. l. laudabile. C. de teſti. l. fi.

(d) *Poſſit haberi*. Innuit contrarium eſſe dicendum, ſi ejus præſentia de facili non poſſit haberi; argumentum enim a contrario fortiſſimum eſt, ut ff. de offi. ejus cui mand. eſt juriſdi. l. 1. §. hujus rei. ff. de pactis dotalibus inter ſocerum. §. cum inter patrem.

(e) *Omni jure ſeu proteſtatione*. Et quando locum habeat, dic ut no. in Lombar. de teſti. l. 2. ſecundum Ka.

(f) *Non ultra annum*. Collige tria eſſe neceſſaria, ut ſe-

ANDREAS DE ISERNIA.

pecuniæ appellatione hæc omnia continentur, ff. de verb. ſign. l. pecuniæ. C. conſtit. pec. l. 2.

Additio. *Adde an comprehendantur omnes res mobiles, in l. litigatores, in §. 1. ff. de arbi. Bart. in l. moventium, ff. de verb. ſignifi. Ange. in l. ſingularia, ff. ſi certum petatur, Pau. de Caſt. in l. depoſiti. in §. peculio. in prin. ff. de peculio.*

Et in prædictis rebus conſiſtit depoſitum, ff. depoſi. l. 1. §. ſi quis argentum, & §. ciſtam, ſed non negatur eſſe depoſitum, nec de hoc quæritur, immo utrum ſit tunc communis probatio? quod videtur quia littera dicit, cujus quantitas intra libram auri ſubſiſtat, & ſic videtur quod de auro vel pecunia loquatur. Nam pecunia æſtimat omnes res, ſed res non æſtimant pecuniam, ff. de fidejuſſo. l. ſi ita. de verb. ſignifi. l. propriæ, in fine quamvis quantitas dicatur etiam in pondere. ut d. §. ſi quis argentum, in fine. Sed ibi adjunctum verbum ponderis id facit. Simpliciter vero dicendo, quantitas infra libram auri, referri videtur ad pecuniam, & ſic cum ſit odioſa non producetur ad ſimilia, per ea, quæ dicta ſunt ſupra: nam & ſi deponeretur æſtimata, & precium, & valor æſtimationis eſſet ultra libram auri, idem videtur quod ſi ſit æſtimata, ut precium reddatur, tunc eſt emptio, ff. de jure dot. l. quoties, de præſcrip. verb. l. naturalis, §. 1. Si vero, ut ſciatur an deteriorata reddatur, ut C. de ju. dotium, l. ſi inter depoſitum eſt, & ad res, non æſtimationem agetur. Ubicunque autem non peritur pecunia depoſita, vel agitur ex mutuo, ſicut quando ex poſt facto convenit, ut uteretur, communis erit probatio. Quia hæc conſtitutio eſt contra jus commune anguſtans probationes, argumentum contra, ff. de donatio. qui id quod, cum concordan. ſed ibi eſt favor, ut donator de ſua liberalitate non ſentiat incommodum: hic odium, dicta l. cum quidam.

IN *cauſa depoſiti*. In verbo ultra libram, in principio. Similis gloſſa & quæſtio in conſtitutione, quæſtiones, ſupra de ſacra. Bajul. praſt. Item circa hanc conſtitutionem quæro: ſocius poſuit librum in camera ſocii, ipſo ſciente, & non contradicente, & liber perditur, an teneatur? etiam dic quod ſic ut in l. Pomponius, §. fin. ff. nau. caupo. ſtabul. & in l. ſi ego. §. dotis, de jure dotium. Dyn. Petrus de Monteforte.

Quid ſi depoſitarius confitetur depoſitum, ſed dicit ſolemnitatem hujus conſtitutionis non fuiſſe adhibitam? vide jura adducta in ſimili. 10. colla. qui teſtes ſint neceſſ. ad proba. inveſt. per gloſſam, & Andream. Sed quid ſi depoſitarius eo caſu, quo non reperitur ſcriptura, agit depoſiti, aſſerens ſe inſtrumentum depoſiti perdidiſſe, vult de amiſſione inſtrumenti, & de depoſito probare per teſtes, an audiatur? & videtur quod ſic: argum. C. de teſtibus, l. tertium, in fine, & quod ibi ſcripſi: & facit quod not. C. de probationibus, l. cum inſtrumentis, & emancipationem, & de jure emphyteutico, l. fin. in principio, & vide quod notatur per Spec. in titu. de inſtrum. edit. §. poſtquam, verſi. ubi, & §. reſtat. verſi. illud. Petrus de Monteforte.

De recipiendis teſtibus. Rubrica.

PRobationum. Ab eo, qui ſibi, ſcilicet, actore: † reus enim ſemper & indiſtincte ante litem conteſta-

Digitized by Google

tendi, cum litis conteſtatio non interceſſerit: nec præſens fuerit adverſarius, vel abſenti parti denunciari potuit, ut receptioni teſtium intereſſet.

Quæ

ſecundum hanc legem depoſitio teſtium ſit annalis, cum litis conteſtatio non interceſſit. Et cum adverſarius non fuit præſens. Vel abſenti parti denunciari potuit. Alias enim depoſitio teſtium perennem probationem induceret, in his enim caſibus, in quibus leges novæ non loquuntur, priſca jura ſervantur, ut C. de inoff. teſt. quæ nuper, & quando li. princ. da. l. 2. & in Auth. coll. 3. de filiis ante do. inſtru. na. quod dic ut in ſum. de proba. §. probari autem debent cauſa pendente, hoc enim curare debemus ut rerum probatio ſalva ſit. ff. de teſtibus. l. curent. & in Auth. de teſtibus. §. penul. G.

Quæ

ANDREAS DE ISERNIA.

ſtatam producit teſtes, etiam valetudinarios, & ſenes, & infirmos, vel futuros abſentes, tam ab actore, quam reo, cum non ſit in poteſtate ſua, quando conveniatur, ut notatur in Authen. de teſtibus, §. pen. in gloſſa, ff. de doli except. l. pure, §. fin. Dum tamen citet eum, quem ſperat futurum acturem, ut dicit gloſſa. Sed hæc conſtitutio generaliter loquitur, ut teſtes valetudinarii, ſenes, vel abſituri recipiantur, tam ab actore quam a reo: & ſic etiam eſt in Authen. de teſti. §. penult. licet gloſſa in principio hic innuat de reo. Et iſti teſtes publicantur, extra ut lite non conteſtata quoniam frequenter, §. ſunt & alii.

† Additio. *Quod in reo, vide per Abb. in c. ſignificavit, & c. Albericus, extra de teſtibus.* De Bottis.

Item reus facta citatione per actorem poſſet probare ante litem conteſtatam, & abſolvi definitive: quod non eſt in actore. C. quomodo & quando jud. in Auth. qui ſemel. ff. de probatio, l. circa. Hoc verum eſt, niſi in aliis caſibus, ubi actor compellitur agere, qui notantur C. ut nemo invitus agere, l. 1. tunc ceſſat ratio, quia non eſt in poteſtate ſua, &c. cum poſſit cogere ut agat, ceſſabit & lex. ff. de rejud. l. quod ait lex, ſi autem actor ille futurus non eſſet citatus, non haberet locum, quod hic ſequitur. Actor vero regulariter lite non conteſtata non producit teſtes niſi ſenes, & illos, qui dicuntur hic in littera, & ſi timeret ne efficiantur ejus inimici, † vel ut poſſent oblivisci de eo, quod tunc habent in memoria, vel aliter ſit veriſimile, quod juſte timeat, ne ipſos teſtes habeat tempore litis conteſtatæ. Non tamen procedetur ad ſententiam ex eis, niſi agat, & lite conteſtata receptos, ut dicto cap. quoniam, & in aliis caſibus, qui ibi notantur in gloſſa, ſicut in electione & matrimonio, inquiſitione, & debito ſub conditione: & ubi per reum ſtaret, quominus actor poſſit litem conteſtari.

† Additio. *De hac publicatione vide Affl. hic in ſub. & quando ſit, debent citari omnes, quorum intereſt, ut dicit Felin. in c. Alber. de teſtib. relatus per Celſ. in addit. ad Bald. in authent. ſed ſi quis. C. de teſtibus,* De Bottis.

In hereditate jacente ceſſat hæc ratio, quia non poſſet conveniri: ſed expectatur heres, donec adeat. Vel datur curator bonis, ff. de cur. bonis dan. l. 2. Item hic in civili, quia in criminali non recipiuntur teſtes ante litem conteſtatam ab actore, quia non damnatur abſens, niſi in caſu C. de pœnis, l. ne dio. hic habet remedium ſuum, ut requiratur reus, qui ſi ſit contumax, forbannitur, & damnabitur ad tertiam mobilium, & poſt annum forjudicabitur. At in exceptionibus ante litem conteſtatam propoſitis indiſtincte recipiuntur teſtes, ut ibi notatur.

Per contumaciam abſentis. Et tunc valent perpetuo.

Omni jure & qui præſens non fuerit. Scilicet nec contumax. Unde ſi fuerit præſens vel contumax, valeret perpetuo, reſervato quod poteſt dicere contra teſtes. Si nec præſens, nec contumax. Aut potuit denunciari ei & citari, quia ejus præſentia de facili poterat haberi, & tunc nullo modo valent: imputet ſibi, qui potuit denunciari facere, & citari de facili, & non fecit, ſicut innuit littera. Nam & in reo producente dicitur, in Auth. de teſtibus, §. pen. in gloſſa, quia citandus eſt ad hoc actor, multo fortius quando actor producit, ut citetur reus, qui de facili poterat citari, ſi autem de facili non poterat citari, nec poterat ejus haberi præſentia, & ſic de facili denunciari non poterat futuro reo. Puta, Gallicus diſrobavit Titium Neapoli, & ſtatim receſſit in Galliam, non debet tunc retardari receptio teſtium, de quorum morte, vel abſentia diuturna ſperatur, donec denuncietur & citetur diſrobator: quia dum expectatur, ut citentur teſtes, poſſent mori, vel abeſſe, arg. ad hoc, ff. de judi. l. ſi longius, §. 2. ibi, ne dum pater expectatur, impunita ſint maleficia: valebunt tunc infra annum utilem, incipientem a die, quo potuit experiri contra reum: dummodo infra annum a die receptionis teſtium hujuſmodi denonciet adverſario receptionem talem factam ante litem conteſtatam. Alias videtur tacere in fraudem, ut in proceſſo temporis exceptiones legitimæ ad repellendum teſtes, vel aliæ locum habere non poſſint, ut in c. quoniam frequenter, §. 1. & licet de hac denunciatione, quod receptio ſit facta, non dicat hæc conſtitutio, intelligi tamen debet per c. quoniam frequentes, unde hoc ſumitur: quod eſt rationabile: nam in eo, ubi deficit lex civilis, ſervatur jus canonicum rationabile, quum omne quod ratione conſiſtit eſt lex. 1. diſtin. conſuetudo, non ergo erit neceſſaria hæc denunciatio præſenti, & expreſſe contumaci, quia ſciverant, non eſt opus certiorari, ff. de actio. emp. l. 1. in fine ficto contumaci ſic, quia citatio, ad quem non venit, non habuit ſuum effectum, fecit enim recipi teſtes, oportet, quod denuncietur ei eſſe receptos propter rationem prædictam, multo fortius quando recepti ſunt in abſentia, eo quod ejus præſentia de facili haberi non poterat.

P*robationum.* Nota iſtam conſtitutionem, & circa materiam ejus ſic dicas, quod aut loquimur in actore volente producere teſtes ſenes, & valetudinarios, de quorum obitu timetur de proximo, & etiam abſuturos, quorum receſſus non eſt proximus, & hujuſmodi teſtium dicta non publicantur, ſed conſervantur per actorum notarium in actis: & valeant tantum infra annum, & non ultra. Nam ibi actor tenetur infra annum movere cauſam contra reum conveniendum. illud probat textus, in c. quoniam frequenter. §. ſunt & alii, extra ut lite non conteſtata, & hoc eſt declaratum clare per iſtam conſtitutionem, & ratio eſt, quia in poteſtate ipſius actoris eſt, ut poſſit agere, & quando poſſit agere, & propterea non valent ultra annum. Si vero loquimur in reo, & tunc quia in poteſtate ſua non eſt, quando conveniatur, indiſtincte poteſt producere quoſcunque teſtes velit, & ipſos examinari facere, & eorum dicta etiam manu tabellionis publicantur, cum decreto judicis valitura ad perpetuam rei memoriam, & ſit exinde inſtrumentum, quod aſſignatur ipſi reo conveniendo, hoc probat textus, in allegato c. quoniam frequenter, circa principium, & ibi glo. Inno. & Hoſti. Et ſemper intellige ut caute agas, quod in dicta examinatione facienda debet vocari adverſarius, cujus intereſt, ſeu poterit intereſſe ad videndum ipſorum producendorum teſtium juramenta: hoc probat l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. & in l. nam ita dicimus. C. de adoptionibus, & ponit hic Andreas, ubi etiam dicit, quod ſi adverſarius de facili citari non poſſit, puta quia erat alienigena & receſſit, nihilominus talis executio valebit. Ita Argentinus de Neap. magnus regnicola, in l. hactenus. §. cum agitur. ff. de aqua plu. arceo. in ſua ſolemni lectura, ubi pro regnicolis multa bona dicit. Et vide omnino hic Andr. & in reperto. Actor & reus in ver. teſtes. Sed qui dicantur ſenes in caſu iſto, vide per Specu. in titu. de teſtibus. §. nunc tractemus, circa fin. & in illo §. notabis multos caſus, in quibus teſtes

Quæ probationes in cauſa homagii exigantur.

TITULUS XXXVI.

Si Baro vendicet aliquem in ſuum vaſallum, probet altero de duobus modis, vel per privilegia, vel per inſtrumenta, qualiter fuit conſtitutum homagium, vel ſaltem quod ipſe vaſallus, vel ejus prædeceſſores præſtiterunt ſacramentum homagii domino vendicanti, vel ſuis prædeceſſoribus ex tempore felicium Regum, & quod ut vaſallus ei ſervierit in omnibus, & per eum in curia ſua conventus juſtitiam fecerit conquerentibus, & quod terram ab eo tenuit a tempore prædictorum regum uſque ad ea tempora, nec alius recommendatus præſumat potius quam vaſallus: prædictis autem omnibus, vel aliquo prædictorum ceſſantibus conventus immediate majeſtati Regiæ communi dominio relinquatur in omnibus, prædictis tantum in dubio pro liberalitate præſumitur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

PRobationum (*a*) * defectum in cauſis, quas ſuper homagiis movere contigerit, competenti munimine fulcientes, ſtatuimus: Si quando aliquis fuerit ab aliquo de homagio impetitus, ipſe autem hominem noſtrum (*b*) immediate ſe eſſe contendat: Siquidem per privilegia prædeceſſorum noſtrorum, aut noſtra, vel alia legitima & authentica (*c*) inſtrumenta, ſive per teſtes fide dignos, & omni exceptione majores, qui forte conceſſioni interfuerint, probare poſſit, qualiter petitor, aut prædeceſſores ſui hominis petiti dominium, vel (*d*) prædeceſſorum ſuorum adepti fuiſſent.

Si

Quæ probationes in cauſa homagii exigantur. Rubrica.

(a) P*Robationum defectum*. Si Baro vendicet aliquem in ſuum vaſallum, probet vaſallagium altero de duobus modis, vel per privilegia, vel inſtrumenta, qualiter fuit conſtitutum homagium, vel ſaltem quod ipſe vaſallus, vel ejus prædeceſſores præſtiterunt ſacramentum homagii vendicanti, vel ſuis prædeceſſoribus, argu. ad hoc. ff. de uſur. cum de in rem verſo. Secus in conſtitutione aſcriptitii, ubi de uno confeſſo, vel pacto non ſufficit, ſed aliud deſideratur argumentum, quod dic, ut C. de agric. & cenſ. lib. 11. cum ſcimus. Aut ergo Baro plene probat id, & obtinet, vaſallo non probante, ut hic in fi. Aut non plene, & vaſallus obtinet, ff. de regu. jur. inter pares.

* Additio. *Ad hanc conſtitutionem vide Cupia. deciſ. 118. num. 10. poſt Parid. in tract. ſyndi. in tit. de exce. Baron. §. 1. pen. col. & late Guil. Baud. in c. Raynutius, in ver. & uxorem. 5. deciſ. nu. 245. cum pluribus ſeqq.* De Bottis.

(b) *Immediate*. Ergo negabat ſe eſſe hominem petitoris, quod probatur eo ipſo, quod infra dicit, petitorem probaſſe, ergo facta erat lites conteſtatio per negationem: aliter enim probatio non haberet locum, quod dic ut in ſem. de teſtibus. §. producuntur autem teſtes; licet enim negaverit reus & probaverit actor: poteſt tamen reus exceptionem opponere, ut hic dicit. Et ea hoc forte dici poteſt correcta conſuetudo Tranenſium, quæ non permittebat negantem confiteri, & excipere, concord. juri Longobar. qualiter quis ſe defendere debeat. l. ſi pro quacunque cauſa.

(c) *Inſtrumenta*. Forte emptionalia, vel alterius contractus, ut infra de regu. jur. l. ſi dubitatio, & ita videtur ſenui hic, & ibi. Quod vaſalli poſſunt emi, vel alius contractus de his haberi, cum appellatione emptionis omnes contractus ſignificentur, ut ff. de ſtatulib. l. ſtatuliberi, circa fin. Nec videtur requirenda alia Regni confirmatio in contractu hujus, cum ſimpliciter hic, & ibi ponatur iſta disjuncta, vel alia inſtrumenta: & ſic eſt contra de jure rerum Regni. l. 1. & infra l. conſtitutionem, & infra de re. cur. l. hac edictali.

(d) *Prædeceſſorum ſuorum*. Nota † quod filius vaſalli mei

ANDREAS DE ISERNIA.

ſtes recipiuntur lite non conteſtata. An autem hi teſtes poſſint recipi diebus feriatis, vide per eum in titu. de feriis. §. ſequitur. Pamphilus.

Qualiter judex debet procedere in cauſa homagii. Rubrica.

P*Robationum defectum*. Si dominus ſit in poſſeſſione vel quaſi vaſalli ſui, † aut tenet & poſſidet eum, vel quaſi, in terra ſua, Caſtro vel villa, aut in civitate ſeu Demanio Regio. Primo caſu, non eſt neceſſarium Baroni vel domino quicquam probare, niſi poſſeſſioni ſuæ, vel quaſi, incumberet: & tunc ſi vaſallus velit in libertatem proclamando ſe eripere, dicendo Baronem & dominum eum injuſte tenere, quia debet eſſe de Demanio, probet per communem modum probandi, & in hoc nihil loquitur hæc conſtitutio, ut plene hic gloſſa proſequitur.

Additio. *Jacobi. in tract. de homag. col. 6. verſi. juxta prædicta, & in conſtit. ſi dubitatio, ibi, aut quia poſſeſſor. vide quæ dicit Capic. deciſ.* 118. *col.* 3. De Bottis.

Secundo caſu, quando eſt in terra, ſeu Demanio Regis, in quo habitat, duo ſunt neceſſaria pro Barone & domino, tenetur enim probare ut non præſumatur recommendatus, ſicut loquitur conſtitutio, ſi dubitatio, nam ex quo terra tota, ubi hic vaſallus eſt, Regis eſt, præſumetur quod quicquid eſt in terra Regis, ſit Regis. ff. de offi. præfe. urb. l. 1. §. cum urbem. Sed ſi Baro, vel qui dicit ſe dominum vaſalli, non poſſidet, vel quaſi eum, & velit eum vendicare in ſuum vaſallum, adjecta cauſa, de jure vaſallagii. ff. de rei vendi. l. 1. tunc habet locum hæc conſtitutio: quia ſi poteſt probare per privilegia, vel inſtrumenta, aut teſtes, quomodo dominium hujus vaſalli, ſeu quaſi, fuit adeptus, hoc ſolum ſufficit per privilegia, ſcilicet, Regum dominantium, vel inſtrumenta emptionalia, quomodo emit. Siquidem hic vaſallus non erat de feudo, ſolum inſtrumentum ſufficit emptionis. Surrenti, Salerni, & in multis locis ſunt hujuſmodi vaſalli, non de feudo, ſed Burgenſatici. † Unde non oportet emptionem talem per Regem confirmari: ſecus ſi eſſet de feudo: tunc tanquam res feudalis non poſſet alienari ſine licentia Regis, infra de alienatio. feudorum, conſtitutionem, talis vaſallus eſt pars feudi: argumen. ff. de diverſis & temporalibus præſcriptionibus. l. longe. C. libro 12. de agricolis & cenſitis, quemadmodum.

† Additio. *Vaſallus burgenſaticus quis, vide Affl. in cap. 1. col. pen. an mutus.* De Bottis.

Si ſic non poteſt probare, oportet quod probet quatuor. Primum, quod ſibi aut anteceſſoribus præſtitit ſacramentum vaſallagii & homagii: & ſic idem eſt ſacramentum vaſallagii & homagii: & frequenter unum pro altero ponitur. Et homagium hominum dicitur ligium, dicit Hoſti. extra de cenſibus cap. ſi diligenti. de reg. jur. c. fin. de jurejur. c. nimis, & c. veritatem.

Additio. *Adde gloſſam in verbo, homo, qui ligius, in clemen. paſtoralis, de re judic. Docto. in capit. volentes, de ſtatu regularium. Speculat. in titu. de feud. in §. 2. per Jacobin. de ſancto Georgio in tractatu de homagiis. Et unde traxerit originem, vide per Cardin. Alex. in proœmio*

Si nullas exceptiones conventus opponat, & probet, per quas poſſit ſe ab ejus dominio (*a*) liberare, pro actore judex competens ferre ſententiam non moretur. Quod ſi probationes (*b*) legitimæ (*c*) de dominio haberi non poſſint, ſufficiat (*d*) petitori probare, quod (*e*) homo petitus temporibus Regum prædeceſſorum noſtrorum prædeceſſoribus noſtris, ſuis vel ſibi fidelitatis & homagii præſtiterit ſacramentum. Et quod ut vaſallus ejus ei ſervierit in omnibus, & per eum in curia ſua de perſona conventus juſtitiam fecerit conquerentibus. Et quod prædictorum Regum tempore uſque ad ea tempora, quibus de homagio retulerit quæſtionem, terram ab actore tenuerit, ne alias recommendatus præſumatur potius, quam vaſallus. Quæ omnia in militibus & Baronibus (*f*) de vaſallagio conventis volumus obſervari.

Præ-

mei meus eſt vaſallus, ut hic, & de agri. & cen. l. definimus. ff. 11. Imo & ſi ſum in quaſi poſſeſſione patris tantum, filius non poteſt ſibi præſcribere libertatem, quaſi videatur ſervire per patrem, cujus corporis pars eſſe dicitur, ut C. de agric. & cenſi. cum ſatis, in fi.

† Additio. *Contra hanc gloſſam vide Luc. in l. ſi ille, in fi. C. de decur. lib.* 10. *& Capic. deciſ.* 118. *nu.* 13. *&* 14. De Bottis.

(*a*) *Liberare*. Ergo publicata erant dicta teſtium, & jam conſtabat de intentione actoris, nec enim dicitur liberari qui non tenetur, nec neceſſaria eſt reo defenſio, deficiente in probatione actore, ut ff. de verb. obl. decem, & C. de exc. l. ſiquidem. Qualiter igitur ad probationem admittitur exceptio poſt publicationem, cum ſit contra jura expreſſum, ut in Auth. de teſt. §. & quoniam, duobus modis? Reſponde, ſupra poſuit duo genera probationum, teſtium ſcilicet, & ſcripturæ: ſi referat te ad probationem ſcripturæ, planum eſt: ſi ad probationem teſtium, poſtquam didicit teſtificata, non probabit reus exceptionem per teſtes, ſed per ſcripturam; quod dic ut in ſumma de probatio. §. probari autem debet cauſa pendente, & C. de except. l. ſiquidem, ſecundum Azon.

(*b*) *Legitimæ*. Modus iſte probandi, qui continetur in hoc verſiculo uſque ad verſiculum quæ omnia, tractu temporis receſſit ab aula. Nam nullus ſupereſt, qui poſſet hoc teſtificari, niſi per inſtrumenta hoc oſtenderetur; ſic & alibi tractu temporis lex efficitur inutilis, ut cum dicit, habeat locum in negotiis pendentibus, ut C. de juramen. cal. l. 2. in fi. cum ſimilibus.

(*c*) *De dominio*. Alias in Demanio, id eſt, dominio: & ſic nota idem eſſe Demanium quod dominium.

(*d*) *Petitori*. Lex hæc ponit, quæ debeat probare petitor: lex vero infra de probatio. dicit, quod debeat probare poſſeſſor.

(*e*) *Homo petitus*. Iſta ſunt de quaſi dominio, vel de dominio præſumpto, ut vaſallus. Congrue poſſunt hic notari, quæ notantur. ff. de uſufruc. leg. l. uxori in fine.

(*f*) *De vaſallagio*. Puta Comes convenit militem, vel Baronem de vaſallagio: & ipſe ſe dicit militem, vel Baronem in capite: & ita tota lex loquitur in eo caſu, quando vaſalli conveniuntur provocari in vaſallagium, non quando provocant in libertatem: Sed tunc quid erit ſi vaſalli provocant in libertatem, nunquid ſervetur lex iſta, ut poſſit probari vaſallagium, niſi ſecundum modum hic traditum? Videtur quod tunc ſervetur lex iſta, tum quia eſt eadem ratio, tum quia ratio diverſitatis reddi non poteſt, tum quia procedendum eſt de ſimilibus ad ſimilia, ut dicunt jura.

Additio. *Adde an ſit bonum argumentum in l. ab emptione. ff. de pactis*. Superantius.

Nota tamen, quia quod juris eſt in caſu expreſſo, idem in omiſſo: cum omiſſus ſimilis eſt expreſſo, ut ff. de condic. ob cau. l. ſi extraneus, & C. de inſtit. ſub cond. fac. l. mater. & in l. Gallus. §. quid tamen ff. de lib. & poſth. & in Auth. ut lic. mat. & aviæ. §. ad hoc autem in fi. coll. 8. Item videtur expreſſum infra de jure re. Reg. l. ſi dubitatio. Econtra, quod non ſervetur lex iſta in vaſallo proclamante ſe in libertatem, ſed recurratur ad communem & conſuetum modum probandi: ecce in alio caſu loquitur lex iſta, in alio quæſtio propoſita. Et ideo non ſequitur, ut quod in uno caſu cavetur, in alio intelligatur: quia ſegregatorum ſegregata debet eſſe ratio, ut C. de don. inter vir. & uxor. l. ſi maritus, & ff. ad munici. l. Papinianus exuli. ff. de calum. l. ſi. Quod ſit alius caſus, patet: nam conſtitutio loquitur, cum vaſallus provocatur in vaſallagium: ergo erat in quaſi poſſeſſione libertatis. Quæſtio propoſita loquitur quando vaſallus provocat ſe in libertatem: ergo videtur, quod in quaſi poſſeſſione vaſallagii ſit, ut arg. ff. de lib. cau. l. liberis, in fi. Item in caſu hujus l. vaſallus ſuſtinet partes defenſoris. In quæſtione propoſita ſuſtinet partes petitoris, ut in præal. l. de lib. cau. Unde tam favet libertatis, cum prætores faveant libertatibus, ut ff. de alie. ju. l. 3. quam favor conventi, cum favorabiliores ſint rei, quam actores, huic conſtitutioni cauſam dedere, quando dicitur: Nam & alicui provocanti incumbit onus probandi, non provocato, ut præalleg. l. liberis, & ff. de probat. circa eum ſi. cum ergo caſus omiſſus ſit diſſimilis expreſſo, ſic aliud jus in eo ſtatuitur, ut ff. de lib. & poſthu. l. commodiſſime, & ſolu. matr. ſi cum dotem, in principio. Item lex iſta loquitur tantum in uno caſu, & in eo caſu poſuit certum modum probandi: ergo in eo tantum obtinebit, quia ſi aliud voluiſſet legislator, aliud dixiſſet. C. de cad. tollen. l. 1. §. cum ita. Item ſi lex iſta in uno caſu tantum permiſit hunc certum & limitatum modum probandi, in ceteris prohibuit. Et econtra, ſi in caſu prohibuit communem modum probandi, in ceteris permiſit, ut dicunt jura no. propterea lex iſta aliquid detrahit juri communi, & corrigit jus commune, ergo ſervabitur in eo caſu tantum, in quo corrigitur, in ceteris ſervabitur jus commune: quia quod non immutatur, non prohibetur ſtare. Quid plura? lex iſta eſt inventa contra obſervantiam juris communis, nam anguſtat facilitatem probationum, quod eſſe non debet, ut C. de hæretic. l. quoniam. Et alligat probare volentem ad certam ſpeciem probationis, quod eſſe non debet, ſecundum jus commune, ut ff. de teſt. l. 3. §. quæ autem, ergo non eſt producenda ad conſequentiam, ut ff. de legib. & ſenatuſc. l. quod contra. Continet enim jus ſpeciale. Et illud eſt ſpeciale, cujus contrarium obtinet jus commune, ut ff. ad municipal. l. 1. in fine. Sed dico auda-

ANDREAS DE ISERNIA.

mis feudorum, in 2. *vol. verſ. ſecundo quia. Et an habeat ſpeciem ſervitutis, vide per Fely. in cap. meminimus, de accuſat. in* 4. *colum. verſ. nota tertio. ibi, homagium.*

In quibus autem differant, diximus in titu. de nova forma fidelitatis. Secundum, quod tanquam vaſallus ejus ſibi ſervierit in omnibus. Tertium, quod in ſua Curia fuit conventus ad faciendam juſtitiam conquerentibus. Quartum, quod tenuerit terram ab eo. Multum favit vaſallis: & ſtrinxit Barones & dominos: & ſic corrigitur ſecunda quæſtio Martini de Fano dicentis, ſi quis manſit ut meus homo triginta annis, quod meus homo erit. C. de fundis rei privatæ & ſalt. divinæ domus. l. cum qui, & notant Moderni de agricolis & cenſi. l. litibus. Quid ſi vaſallus conventus confiteatur ſe vaſallum Baronis, & domini agentis? dicunt quidam, quod non anguſtabit hæc conſtitutio probationem per confeſſionem, ſicut dictum eſt

Digitized by Google

Prædictis autem omoibus, vel aliquo prædictorum ceſſantibus conventus immediate majeſtatis noſtræ communi dominio relinquatur. In omnibus tamen prædictis libertatis favorem, ac interpretationem benignam pro libertate in dubiis faciendam, prout (a) veteribus legibus eſt inductum, integre reſervamus.

De ſacramento præſtando a Campianibus.

TITULUS XXXVII.

Qui ſemel amiſit pugnam ſeu bellum, non admittetur ulterius pro altero ad pugnandum, pro ſe ſic: & clavæ debent eſſe æquales, hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

NUllus (b) Campio, ſi devictus fuerit ad faciendum bellum, denuo pro aliquo admittatur, niſi pro ſe, non cum ipſe impetit alium, ſed cum fuerit ab aliquo impetitus. Statuimus prætérea, ut amodo Campiones habeant clavas æquales, non ſpinoſas, nec cum aquzonibus, nec habentes cornua, nec ex parte fuſtis ad modum unguis.

Qualiter Campiones tenentur pugnare.

TITULUS XXXVIII.

Tria dicta continet iſta conſtitutio. Primum eſt, quod Campiones deputati ad pugnam exercendam debent jurare corporaliter ſuper Evangeliis, quod ipſi credunt dominos, pro quibus pugnare intendunt, fovere veritatem: & quod ille, qui accuſavit, juret, quod non per calumniam motus fuit ad accuſandum, nec per aſtum, id eſt, per dolum, vel per fraudem, ad accuſationem proceſſit, nec ipſe accuſatus per dolum ad defenſionem procedit. Et quod ipſi Campiones unuſ-

---

audacter, & ſic de facto obtinui, quod in quæſtione præmiſſa non ſervetur lea iſta: Sed recurrendum eſt ad communem modum probandi, tum quia non eſt eadem ratio, ut ſupra diai: tum etiam, quia ſi eſſet eadem ratio, aſſet major io omiſſo, quam in expreſſo: ex quo caſus axpreſſus eſt contra jus coromune, non eatenditur ad omiſſum, ut optime colligitur, & probatur, C. de prædiis Cur. l. fi. Nec obſtar infra da jura re. reg. l. ſi dubitatin, quia illud ſtatuitur in favorem fiſci, imo eſt ibi alius caſus. Nam ibi a jure fiſcus præſumitur dominus bominum, de qoibus arat quæſtio, cum ipſi conſtituti eſſent & manerent iu civitaribus, & caſtris Demanii ſui, ut dicitur ibi, uode rationabiliter fiſcus eos iorelligitur babere: ſicut & ipſam civitatem, in qua ſuot, ot arg. ff. de rei vendic. l. a tuiore, & de vi & vi arma. l. 1. §. illud utique, ibi, plaoe, ſi quæ res, &c. & §. ſi fundus, argu. ff. depoſiti vel contra, l. 1. §. ſi ita. Quicquid enim infra fines civitatis continetur, ceoſetur eo jure, quo ipſa civitas. Et ita fundata eſt de communi jure intentio fiſci prima facia, ut ibi notatur.

(a) *Veteribus legibus*. Nota hoc de favore libertatis, ut ff. de maoumiſ. l. lege Julia, cum concor. ibi no. in gloſſa ordin. ff. ad leg. Fal. pœnales, in fine. Item no. in medio bujus legie ibi, fidelitatis & homagii præſtiterit ſacramentum, quod ſacramentum aſſecurationis, quod præſtatur Comitibus & Baronibus, vocatur fidelitatis, ut bic: nam fidelitas dicitur juramentum, quod a vaſallis præſtatur domino, ut decima collatio. de uſi. feud. in titulo, an prace. deber inveſtir. l. verum, in fine, & dicam plena infra de aſſecurat. do. a va. l. domini. Feudum vero a fidelitate vel fide dicitur, ut in decima collatione de uſi. feud. in titulo, per quos fiat Inveſtitura, in fina princip. l. nulla inveſtitura. Et nota, quod aliqui ſunt vaſalli, qui jurant, aliqui noo, ut paret in fine dicta, l. nulla invellitura. Inter quos, quo ad quid eſt differentia, ut in præallegata decima collatione, in titulo, de controverſia feudi apud pares tarmioanda, l. ſi inter dominum, & quo ad quid non, ut in præallegata decima collatione, bic finitur lea, deinde conſuetudines regni incipiunt, ea facto quæſitum ſcio.

De ſacramento præſtando a Campionibus. Rubrica.

(b) N*Ullus Campio*. Qui ſemel amiſit bellum, non admittitur ulterius pro alio ad pugnandum: licet pro ſe ſic, ſi fuerit accuſatus: concordat ff. de in

---

ANDREAS DE ISERNIA.

eſt ſupra in l. io cauſa depoſiti, qoia de aa nil dicit, ſed tantum de probatione per privilegia, vel inſtrumenta, & teſtes. Nam Martinus de Fano in prima quæſtione dicit, quod poteſt per pactum fieri, quod quis ſit meus homo. Unde dic, quod ſi confitetur io judicio, habetur pro judicato. ff. de confeſſis. l. 1. Si extra judicium, aut cum cauſa, aut ſioe cauſa: ſi ſine cauſa, non præjudicat contra ſe. ff. qui & a quibus, ſi privatus, ſi cum cauſa, præjudicat contra ſe. ff. de probatio. cum de indebito. §. fin. de interrogator. actio. de ætate. §. 1. Cauſa de jure Romano erit, ut quia promiſit, vel ſimile, ut in prima quæſtiona Martini. Per iſtem tamen conſtitutionem videtur, quod cauſam debeat dicera, ſicut hæc conſtitutio narrat, ut dicat, quia emit eum Burgenſaticom vaſallum, vel Princeps donavit, vel alia quatuor præmiſſa: quia probara per confeſſionem tantum, eſt ac ſi per teſtes. ff. de ioofficioſo teſtamentu. l. qui de inofficioſo teſtamento. l. Titia. ff. ſoluto matrimonio, ſed ſi probaret per teſtes, debeter prædicto modo probare. Sed ſi ſit vaſallus alterius, non præjudicat domino alii. Qui enim confitetur, videtur alienare. ff. ſi quid in fraudem patroi. l. 1. §. quod ſi in litem, & tunc per exceptionem ſubmovetur hic Baro ab alio domino, ut non habeat vaſallom. ff. ad ſenatuſconſultum Vellejan. l. Seja mancipia. Sed ſi in judicio confeſſus eſſet prupter auctoritatem judicii, ne ſit eluſorium. ff. de judiciis, ſi prætor. §. Marcellus, ſtatur confeſſioni. Sed illi alii domino datur revocatoria. d. §. quod ſi in litem. Item ſi confiteretur ſe certa debere ſervitia, qui rem de allodio poteſt confitari eſſe de feudo, cum ſit contra ſe: notarut io gloſſa. C. de ingen. & manumiſ. l. penult.

ADDITIO. *Adde in quo differat allodium a feudo? vide cap. 2. ſi de feudo fuerit controver. in uſibus feudorum, & de allodio eſt glo. in l. hac ſi quis, in §. ſed interdum. ff. de relig. & in l. penul. de ingenuis & manumiſſis, & ibi Bald.*

Alii dicunt verim prædictis rationibus, quod cum ſit liber, & homo regii Demanii, non poſſit confiteri, ut fiſco præjudicet, quia nec alteri domioo præjudicat, ut d. §. quod ſi io litem, in l. in cauſa depoſiti, eſt odinm, bic favor libertatis, ut in fine conſtitutionis hujus dicitur. Item nota, quod homagium pro vaſallagio punitur. Et in quo differat ſacramentum homagii a ſacramento vaſallagii, notatur in glo. in fi. infra de ſacramentis præſtandis dominis a vaſal. & nos diximus in titulo da nova forma fidel. Sed ſervitia, quæ cum ea debere confeſſus eſt, debebit: poteſt enim quis pluribus debere, arg. ff. de leg. 1. l. ſi ſervus plurium, in princ. dum alteri domino non fiat per boc præjudicium, ut dictum eſt.

De ſacramento præſtando a Campionibus, Rubrica.

N*Ullus Campio*. Semel victus nunquam pugnabit pro alio. Nam Seneca dicit: Nihil tutum eſſe poteſt, conſternata ſemel mente.

Qua-

nuſquiſque pro ſuo domino omni virtute, & ſic ſine dolo, & potentia, & vigore, pro quibus pugnare intendit, adjuvabit.

Secundum dictum eſt, quo tempore judex, qui dedit licentiam pugnandi in ſticba●, debet recipere dictum juramentum a dictis Campionibus, & dicit, quod in ingreſſu ipſius ſtichati circularis: & ſic immediate, quando intrant ſtichatum prædictum, debet præſtare tale juramentum.

Tertium dictum eſt, quod dictis pugilibus eſt expreſſe prohibitum per iſtam conſtitutionem, ut ſe affidant de non offendendo ad invicem: imo dictis pugilibus præcipit, quod conentur pro toto poſſe, quod unus alterum ſuperare habeat. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, luem.

† IMPER. FREDERICUS.

PRæſenti (*a*) lege decernimus, ut Campiones amodo poſtquam circulum pugnatorium fuerint, (prout eſt moris) ingreſſi (*b*) corporalia ſubeant ſacramenta, quod juxta probabilem (*c*) credulitatem eorum credunt dominos, pro quibus pugnam intraverint, veritatem fovere, & non per calumniam, ſeu (*d*) per aſtum ad accuſationem propoſitam, vel defenſionem adhibitam proceſſiſſe: & quod cum omni virtute, & potentia, ſtudio, & vigore partes, pro quibus pugnaverint, adjuvabunt. Pugilibus etiam expreſſius inhibemus, quod ſe non debeant invicem affidare, quod manibus, vel dentibus, & modia quibuslibet poterunt, alter alterum non offendat: immo unus ad confuſionem alterius toto poſſe conetur.

De fraude, & dolo Campionum.

TITULUS XXXIX.

Ne Campionum fraus, malitia vel negligentia ſit impunita, vult Imperator, quod ſi campio amitsat, ſuſpendatur ſicut & reus, ſi vero ſit Campio accuſatoris religione perjurii, punitur ad mutilationem manus. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

SUmmo (*e*) periculo, quod ex pugilum fraudibus, inertia, vel levi timore hactenus contingebat proviſione neceſſaria ſuccurrentes, decernimus, Ut ſi is, qui pugnæ pro tempore præfuerit, videatur cum aliorum conſilio, qui tunc temporis inveniantur eſſe præſentes, quod Campio in pugnando fraudem adhibeat aut ſegnitiem manifeſtam, vel quod melius potuerit ſe defendere, nec tam cito in recedentis † vocem erumpere debuiſſet, ſiquidem is, pro quo pugnat excuſatus extiterit, cum ſi pugnæ ſuccumbat, mori debeat, utpote, reus habitus crimi-

† Alias, recedentis vocem prorumpere.

† Alias, recedentis vocem prorumpere.

---

in jus vocando, l. 1. in fine. Item dicit de qualitate armorum cauſa prælii.

Qualiter Campiones teneantur pugnare. Rubrica.

(a) P*Ræſenti*. In hac conſtitutione dicit de forma ſacramenti, quod præſtatur a Campionibus.

(b) *Corporalia*. Jure Longobardorum generale eſt in omni pugna, quod ab accuſatore & reo præſtari debent ſacramenta, & accuſator jurat rem ita eſſe. Reus vero ita non eſſe in quibuſdam caſibus, in quibus lex dicit fieri pugnam propter ſuſpicionem, in illis enim jura accuſator de aſtu, reus vero ita non eſſe. Quidam tamen diſtinguunt, utrum quis accuſet de eo, quod principaliter non pertinet ad ipſum, ut de publico crimine, videlicet, tunc juret rem ita eſſe, ut in Lombar. de male. & pu. criminibus, l. ult. quod ex eo probatur ibi, quod dicit doloſe: non enim poſſet ſcire doloſe accuſet vel non, ſi de aſtu juraſſet. Prima opinio verior. de his autem in Lombar. de male. & pu. crimin. l. ulti. & qualiter, quis ſe defend. deb. l. ſi quis alium aſtum mentis.

(c) *Credulitatem*. Alias jurat Campio de jure Longobardorum, ut in Lombar. qualiter quis ſe defend. l. nullus, ſed & ſi aliud ſacramentum addant iſti, non reputo abſurdum argumentum, ff. de actio. & oblig. l. quoties lex. G.

(d) *Per aſtum*. Illud verbum ſimiliter ponitur in Authen. de teſtibus, §. ſi vero quidam, ubi dicit, ſi non aſtu, &c. & exponitur in gloſſa ibi ordinaria, id eſt, dolo vel malitia.

De fraude & dolo Campionum. Rubrica.

(e) S*Ummo*. Ne Campionum fraus, vel negligentia ſit impunita, vult Imperator, quod ſi Campio rei amittat, ſuſpendatur, ſicut reus. Si vero ſit Campio accuſatoris, tunc quia accuſator non datur, damnatur ad mortem, quia juſtus dolor eum excuſat, puta, ſi per-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

Qualiter Campiones teneantur pugnare. Rubrica.

P*Ræſenti lege*. Ponitur ſacramentum Campionis. Et quod dicitur aſtu, exponitur doloſe, vel malitioſe. Alias aſtu, id eſt, non voluntarie, in titulo de pace tenenda. l. ſi ruſticus, in gloſſa. Quod autem dicitur in littera, & quod manibus, & dentibus non offendat, ſcilicet, non affident ſe immo, &c.

Additio. *Adde, an dens dicatur arma, & an veniat appellatione armorum? vide l. ſi quis aedes, in §. telorum. ff. ad leg. Jul. de vi publica. Et per Bar. conſi. incip. Statuto caſtri Plebis.*

De fraude & dolo Campionum. Rubrica.

S*Ummo periculo*. Non habet cum gaudio Campio pugnam ſuam. Quia ſi fraudem vel negligentiam adhibeat, punitur ſicut accuſatus, pro quo pugnat. Vel ad manum, ſi pro accuſatore pugnabit, tanquam perjurus. Hæc eſt enim pœna perjurii infra de perju. l. eos qui. Sed in crimine majeſtatis ſemper ad mortem punietur ſine accuſatore, ut in gloſſa. Et annectit gloſſa ſi uxor poteſt accuſare de morte viri? & dicit quod ſic, & bene: & licet in delictis dolus tantum puniatur, hic etiam de negligentia, ſicut de dolo, quia promiſit & juravit ſalutem alterius defenſare, & ſic punitur in alieno, quod culparetur in ſuo. ff. ſol. matr. l. ſi conſtante. §. ſi maritus, peccatum etiam omiſſionis eſt levius. ff. ad Syllania. l. 2. in gloſſa, ſed hic tenebatur juramento, non negligentia, alias ne negligeret, & per ſuam negligentiam alius mortem incurrit.

S*Ummo periculo*. In gloſſa ſecunda ibi, ſed qualiter. Similis eſt gloſſa in l. 2. §. ſi publice. ff. de adult. & in l. 3. §. interea. ff. de ſuſpect. tuto. Sed an iſtis criminibus, in quibus proceditur ſine actore, ſi aliquis accuſat, debet dare libellum? dic quod ſic, quia ita eſt de crimine ſuſpecti tutoris, ubi procedi poteſt ſine actore, & tamen ſi aliquis accuſet, debet dare libellum, ut ff. de ſuſpect. tuto. l. 1. & ibi no. & vide quod notatur in l. 2. §. publice, & ibi eſt gl. ſing. quæ enumerat caſus, in quibus proceditur ex officio abſque accuſatore. In glo. fin. Nota ex gloſſa, quod ille, qui

minis majeſtatis, vel de homicidio abſconſo convictus, Campio (*a*) ſimiliter periculum mortis incurrat. Ceterum ſi is, pro quo pugnat, (*b*) accuſat, quia forte dolorem juſtum proſequitur pater, vel forte (*c*) mater, aut filius de morte ſuorum, qui ſuccumbat in pugna, mori non debet: cum nec ad pugnam fuiſſet admiſſus, niſi quia ipſum juſti doloris impetus, & judiciorum præcedentium probatione admiſerunt. Campio tantum manum amittat; quam exigente legitima pœna perjurii, quilibet alius ſcienter perjurus amittat. Videbatur etenim impium in cauſa præſenti capitali ſupplicio ſubjacere Campionem, cum is, cujus cauſam principaliter agit, per caſum ſuum periculo capitis (*d*) non ſuccumbat. In crimine tamen læſæ majeſtatis accuſatorem etiam, qui in pugna ſuccumbit, ſicut & reum, ſi ſuccubuiſſet in ea, ultimo ſupplicio ſubjugamus.

De

perſequitur mortem clandeſtinam filii ſui: tunc Campio ratione perjurii punitur ad manus abſciſſionem, & ſic patet hic quod accuſatur ſuccumbens non punitur ad ſimilitudinem ſupplicii, & ſic ub. C. de accu. l. ſi. ſed hoc ideo, quia cum proſequitur ſuam injuriam, exigitur evidens calumnia, nec præſumitur calumniari, ut ff. ad Tert. l. 1. §. 1. quod eſt hodie in Regno in quolibet accuſatore, ut ſupra de calum. in conſtit. pœna calum. ei. In crimine vero læſæ majeſtatis, non eſt differentia inter accuſatorem & reum, quia quilibet punitur ad mortem, ut in fine hujus conſtitutionis, ergo & idem in Campionibus credo, cum ſit eadem ratio, ergo &c. ut ff. ad l. Aquil. l. illud. & ceſſante cauſa, &c.

(a) *Similiter*. Sicut reus debet mori ſi per fidelem Campionem eſſet convictus, in cauſa enim præſenti reus debet abſolvi, cum & ſi condemnatus fuiſſet per falſam probationem, retractari deberet ſententia per beneficium reſtitutionis in integrum, licet non ſit appellatum, ut C. ſi ex fal. inſtr. l. 1. 2. & 3. Sed qualiter punitur falſus Campio ſine accuſatore? Reſpon. Ut dicitur in falſo teſte, in quo ſine accuſatore procedit criminis cognitio, & pœnæ impoſitio. Idem in lenocinio. quod objicit mulier marito, ſecus in extraneo objiciente lenocinium marito accuſanti. Idem in charta ſuſpecta apud judicem producta, ut C. de teſti. nullus, & ff. de adul. l. 1. §. ſi publico, & C. de proba. l. penul. Idem forte in tutore ſuſpecto, ut ff. de ſuſpec. tuto. l. 3. §. incerti. Idem in calumniatore, nam eum puniri tempore ſententiæ ferendæ deſiderare poſſum etiam ſine accuſatore: Poſt ſententiam non, ſine accuſatore, ut C. de calum. l. 1. de bo. lib. qui cum major. §. ſi libertus. Idem in notorio crimine, ut C. de acc. ea quæ. Idem in falſo, ſecundum Bart. & C. ad leg. Corn. de fal. l. ubi. Sed nos intelligimus, quod ibi fuit de falſo accuſatio inſtituta, ut ex littera hujus legis colligitur, ſine accuſatore punitur Campio: ſic enim ſi is, qui pugnet &c. periculum mortis ſi videatur &c. & ita innuit, quod hoc ſolum ſufficiat ad condemnandum.

(b) *Accuſat*. Aut dices hoc correctum per l. ult. hujus tituli, quæ prohibet accuſatorem Campionem dare, ut ff. de leg. & conſtit. non eſt novum. Aut tenebis, & melius hic in perſonis, quæ hic exprimuntur, ut ff. de leg. & conſtit. quod contra rationem.

(c) *Mater*. Accuſat de morte filii, ut hic dicit. Quod ſi negetur mater, lex dicit non eſſe admittendam ad accuſationem, niſi prius ſe matrem probaverit, ut C. qui accu. non poſ. l. non ignorat. Ergo exceptio gentis litis conteſtationem retardat, & ſic eſt contra ſupra de dila. l. ult. Sed dic quod l. C. loquitur in perſonis prohibitis accuſare, niſi in certis caſibus, cum ſuam vel ſuorum injuriam proſequuntur, ut ff. de accuſ. l. 1. & 2. & C. qui accu. non poſ. l. ſenatus, & l. de crimine, & ita de exceptione oppoſita conſtabat, & ſic de jure non poterat dubitari, quod opponeretur cauſa morandæ litis, l. 1. ſupra, de dila. loquitur de excep. de qua non conſtabat, ſed probanda erat, ut ex ipſa l. apparet, & probatur hæc ſolutio ſupra de dila. & exce. l. 2. Sed quid de uxore, nunquid accuſabit de morte viri? Reſpon. Licet maritus non contineatur appellatione ſuorum, ut ff. de acc. l. 1. tamen quod mulier poteſt accuſare de morte conſobrini, fratris, & eorum, in quos teſtimonium invita non dicit, ut C. qui accu. non poſ. l. uxore, de his qui, ut indi. l. furorem, & ff. de accuſ. l. 2. Multo magis accuſat de morte viri. Et poſſet hoc habere locum ſi dicat proſequi ſuorum injuriam. Si autem dicat proſequi ſuam, forte poſſet dici debere admitti tanquam comite abducto, ut ff. de inju. item apud Labeonem §. ſi quis virginem, & §. tenetur.

(d) *Non ſuccumbat*. Sed amittit manum, ut in Lombar. de homi. liber. homo, quæ vero inter treugam, & no. de pugnis, §. in ſacramenta, ver. actis. Quam manum poteſt redimere ſolvendo libram auri puriſſimi, in eo tamen caſu, ubi quis ignoranter dejeravit, ut no. in Lombar. de teſti. l. 1. Vel etiam quando ſcienter dejeravit, poteſt manum redimere, permittente Rege, ut no. Car. in Lon. de perjur. l. 1.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

qui dejerat, punitur ad pœnam manus: & poteſt eam redimere, ſolvendo unam libram auri puriſſimi, & hoc de jure Longobardo: quo jure non utimur in delictis, ut notat Andr. de Iſern. in conſtitutione locorum bajuli, circa medium. Petrus de Monteforte.

In gloſſa ibi, accuſat mater de morte filii. Quid ſi negetur mater? dicit non eſſe admittendam, niſi prius ſe matrem probaverit. C. qui accu. non poſſ. l. non ignorat. ergo exceptio litis conteſtationem retardat: & ſic econtra, ſupra de dila. l. ult. Sed dic, quod lex Codicis loquitur in perſonis prohibitis accuſare, niſi in certis caſibus, cum ſuam, vel ſuorum injuriam proſequuntur, ut ff. de accuſ. l. 1. & 2. C. qui acc. non poſſ. l. ſenatus, & l. de crimine, & ita de exceptione oppoſita, & ſic de jure non poterat dubitari, quod opponeretur cauſa morandæ litis. Lex ſupra, de dilat. loquitur in exceptione, de qua non conſtabat, ſic probanda erat, ut ex ipſa l. apparet, & probatur iſta ſolutio ſupra, de except. & dilat. l. 2. In gl. fin. Nota iſtam gloſſam, quæ non repetitur alibi in jure noſtro, niſi jure Longobardo, quod ille, qui eſt perjurus, & tenetur pœna manus, rege permittente poteſt redimere manum, ſolvendo libram unam auri. In gloſſa mater accuſat, verſi. quid de uxore. Nota hic utrum uxor poſſit accidentem virum accuſare de morte mariti? & videtur caſus, licet hic non allegetur. ff. de libe. cauſa. l. 3. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa, ſuccumbat. Nota iſtam gloſſam, quod qui ignoranter dejerat, poteſt redimere manum ſolvendo libram auri, abſque Principis permiſſu: ſecus ſi ſcienter, quia tunc requiritur quod fiat Principe permittente. Sed hodie per capitulum, ſeu litteram Reginæ Joannæ, & per c. ad perverſorum, admittitur ad redimendum manum pro duodecim unciis: quia hoc debet fieri Principe permittente, ſecundum Paridem de Puteo, in tract. ſynd. in ver. compoſitio in principio ſecundæ columnæ, facit quod dixit Joannes Grillus ſupra in conſtitutione, in pecuniariis, in ſi. principii. Pamphilus Mollus.

De

De qualitate & ætate pugnatorum.

TITULUS XL.

In caſibus, in quibus pugna admittitur, debet fieri ſecundum qualitatem accuſati, ut ſi eſt pedes fiat pedes bellum, licet accuſator ſit equos, & econtra; & ſi accuſator ſit debilitatus in aliquo membro; & conventus ſit integer, totus integer reſiſtet, ſecus quod non econtra, quia ſi ſit accuſatus debilitatus, debet ſe debilitare accuſator in eo membro. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Jacm.*

† IMPER. FREDERICUS.

CONſuetudinem (*a*) pravam & a tramite rationis cujuslibet alienam, quæ in Regno noſtro obtinuit, hactenus funditus extirpantes ſtatuimus, Ut is, qui alii pugnam obtulerit, (*b*) in his caſibus, in quibus eſt pugnæ judicium reſervatum, juxta conditionem & qualitatem ipſius pugnare debeat, quem convincere per oblatam pugnam intendit, non ut olim, ad electionem illius, qui ipſam pugnam obtulerit, fieri debere. Præmeditari namque deberet primitus accuſator, & ſecum perpenſa deliberatione penſare, quis & qualis conditionis exiſtat is, cui pugnam intendit offerre, & reus, qui favorem a jure promeruit, & præter ſpeciem omnem, † ad pugnæ diſpendium advocat, cum ſe defendat ab alio propulſatus ſuæ defenſionis modum non debet amittere per eum, qui antequam veniret ad pugnam, conſilio forſitan fraudulento tractaverat impugnationis ſpeciem contra omnem veritatem, alioquin confundere valeat accuſatum, ſed ſi miles fuerit is, qui pugna impetitur, & eques ſe voluerit defendere, adverſarius ejus, quamvis miles non ſit, eques ſimiliter eum impugnet. E contrario ſi pedes fuerit, qui ſe defendere nititur, licet is, qui pugnam obtulerit, fuerit miles, non ut miles, ſed ut quilibet alius pugil accuſatum impugnet. (*c*) Defendentis ſe namque debet eſſe electio, qualiter melius ſe defendere valeat ab alio impetitus. Illud etiam præſenti ſanctioni duximus annectendum, ut ſi is, qui pugnam obtulerit, læſus fuerit in aliqua parte ſui corporis, propterea is, qui pugna impetitur, in nullo ſuæ defenſionis auxilium minorabit. Ceterum ſi impetitus forte ſit læſus in quacunque parte corporis, quæ neceſſaria ſit ad pugnantem: is qui eam obtulit in ea parte ſe debilitare debebit, in qua debilitatus eſt, cui duellum offertur. Veluti ſi unum tantum oculum habeat impetitus, is qui pugnam offert aliquibus diebus antea illum oculum appoſito aliquo ſibi claudet, in quo pati dignoſcitur accuſatus. Similiter & in digitis, & in membris aliis hoc volumus obtinere, juxta proborum virorum conſilium, & diſcretionem providam judicantis. Nec illud prætermittendum vidimus, quod neceſſario gratiam noſtræ benignitatis expoſcit. Ut qui ætatis annum ſexageſimum tetigerunt, & qui nondum 25. annorum curricula impleverunt, per ſe pugnare minime teneantur, ſed poſſint ad defenſionem ſuam, non cum alios impetunt, ſubjicere Campiones, ne vel ætates in altero naturali frigeſcente calore, vel juvenilis virtutis in altero robore non impleto, non tam incerto, quam periculoſo pugnæ judicio, quod eſſet aſperrimum, relinquamus.

† *Alias, communicat.*

De

De qualitate & ætate pugnatorum. Rubrica.

(a) C*Onſuetudinem*. In caſibus, in quibus pugna admittitur, debet fieri ſecundum qualitatem accuſati, ut ſi eſt pedes, fiat pedes bellum, licet accuſatus ſit eques, & econtra. Et eſt ratio, quæ hic aſſignatur in littera, cui concor. ff. de doli excep. l. pure. in fine, §. primo. Item ſi accuſator eſt debilitatus in aliquo membro & conventus ſit integer, totus integer reſiſtet, ſecus vero econtra: quia ſi ſit accuſatus debilitatus, debet ſe debilitare accuſator in eo membro, & eſt ratio in primo caſu, quia actor, qui ſciebat ſuam conditionem non debuit &c. ut C. de ſer. vend. l. fi. argum. contra. ff. ſi pars her. pet. l. 1. in principio, ubi metimur jus agendi ex perſona actoris, ſed illud in principio judicii, & eſt ratio, ut ff. de verb. obl. inter ſtipulantem, §. 1. ac bellum habet inſtar probationis. Immo melius deciſionis, in quibus plus favetur reo, ut in regula juris, Arrianus, in fine. Dicitur quod ſexagenarii, & minores 25. annis, poſſunt appellare, & per alium pugnare.

(b) *In his caſibus*. Qui ſunt ſuperius de violentia me. illa. conſtitut. tertia, & de hoc dicitur ſupra tit. proxi. conſtitutione, proſequentes, & conſtitutione, monomachiam.

(c) *Defendentis*. Poteſt ergo accuſatus, ſi miles fuerit, eques defendere ſe ſi voluerit, ſupra ea. l. ibi, ſi miles fuerit is, qui &c. Si autem noluerit, defendet ſe pedes, cum ſit ejus electio, ut hic dicit, nihilominus imputari poteſt accuſatori, ſi accuſatus elegit pugnare non ſecundum conditionem ſuam, & ita ceſſat ratio, quæ ponitur in principio hujus legis. Fateor rationem prædictam locum habere, quando accuſatus pugnat, ſecundum conditionem ſuam. Si vero eligat aliam conditionem, locum habent aliæ rationes. Aut enim ambo, ſcilicet accuſator & accuſatus ſunt ejuſdem conditionis, aut diverſæ. Primo caſu eſt, quod imputetur accuſanti, quia hoc evenire poſſe proſpicere potuit, cum electionem habeat accuſatus, ut hic, & ff. loc. & condu. ſi quis domum, §. 1. ff. de dam. infec. qui bona. §. cum inter, ff. ad Treb. l. Lucius Titius, §. penul. ff. ex quibus cau. ma. l. ſed & ſi per prætorem, §. ſi feriæ. In ſecundo, ſi accuſatus mutat ſuam conditionem per electionem, quam habet, & ita pugnat ſecundum conditionem accuſantis, non habet unde queratur accuſator: non enim ſit cauſa ejus deterior, ſed formæ redditur ſuæ, ut ff. de pact. ſi unus, §. ſi pactum conventum. B.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De qualitate & ætate pugnatorum. Rubrica.

C*Onſuetudinem*. Ille, cui offertur pugna, debet ſe juvare, ſicut vult, non ſicut eligit ille, qui offert. Et debet eſſe pugna æqualis, ut ſi unus eſt eques, & alius ſimiliter ſit eques, ſi velit: tamen in gloſſa favet etiam reo, ſcilicet, cui pugna offertur, ut ſi ſit læſus & debilitatus, offerens pugnam, ſimiliter ſe debilitet, non econtra. Item ſexagenarii, & minores 25.

annis

De reſtitutione mulierum.

TITULUS XLI.

De jure communi non reperitur, quod mulier reſtituatur in judicio, ſi eſt non modice læſa, ſed per conſtitutionem regni proviſum eſt, quod mulier ſi ſit non modice læſa, in judicio reſtituitur in integrum tam per Regem, quam per officiales, & judices Regis, & hoc propter fragilitatem ſexus. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Rex Rogerius.

† IMPER. FREDERICUS.

MUlieribus, (*a*) ubi non modice læſæ ſunt propter fragilem ſexum, legum æquitatem ſectantes, tam per nos, quam per officiales noſtros viſceribus pietatis ſubveniendum eſſe decernimus, ſicut & decet, quatenus & oportet.

De reſtitutione minorum.

TITULUS XLII.

Minores vero modice læſi in judiciis, vel extra, ipſo jure ſervantur illæſi ſine aliqua reſtitutione, decepti vero immodice facilitate ſeu tutorum, & curatorum, ſeu procuratorum fraude, vel ignavia, aut dolo adverſariorum ſuorum, reſtituuntur in integrum, in delictis vero ſi precedat ex animo non reſtituuntur, & in cauſis civilibus, & criminalibus de minoribus tutorum; vel curatorum auctoritas adeſſe debet, & poſſunt etiam per tutores aut curatores ad litem dandos cauſas criminales, & publicas exercere, dum ſuam, & ſuorum injuriam proſequantur, minores dicuntur, qui non exceſſerunt decimum octavum annum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

MInorum (*b*) jura, qui in judiciis, vel extra judicia in modico læſi probantur, præcipimus inviolata ſervari, quibus in illis caſibus tantum ſuccurrimus beneficio (*c*) in integrum reſtitutionis indulto, in quibus eiſdem leges veteres ſuccurrebant, videlicet, ſi (*d*) facilitate ſui, (e) tutorum, curatorum, ſeu etiam (*f*) procuratorum fraude, vel negligentia, aut

De reſtitutione mulierum. Rubrica.

(a) M*Ulieribus*. Lex hæc ſubvenit mulieribus ſicut & ſubvenitur minoribus læſis non modice. Sed de jure communi in Vellejano tantum ſubvenitur mulieribus. Hæc conſtitutio qualiter ſit intelligenda, traditer ſupra, in quibus cauſis mulier ſuccurratur, conſtitutione, obſcuritatem, niſi quatenus miſeratio ætatis, &c.

De reſtitutione minorum. Rubrica.

(b) M*Inorum*. Conſtitutio iſta continet jus commune in majori parte: dicit enim ſubveniendum minoribus immodice læſis, ſed non in delictis, &c. ut in l. auxilium. Item cum minores agunt, vel conveniuntur criminaliter, debet eis adeſſe tutoris vel curatoris auctoritas, ut C. de auct. præſt. l. clarum. Immo ſoli tutores accuſant, ſi eſt pupillus, qui ſuam injuriam proſequitur, ut hic, C. qui acc. non poſ. l. 2. in fine. Corrigit jus commune, quia dicit quod illos ſolum volumus dici minores, qui ſunt 18. ann. De jure communi vero de 25. ut C. de his qui ve. æta. in l. fi.

(c) *In integrum reſtitutionis*. Sed infra quod tempus reſtituitur minor? Reſpondeo, olim infra annum utilem, hodie infra quadriennium, ut C. de temp. in integrum reſtitut. l. fin. in principio, & incipiet currere tempus finito tempore minoris ætatis, & intrante tempore majoris, quod eſt ſecundum jus Romanum finito vigeſimoquinto anno, ex quo dies vigeſimaſexta anni illuxerit, ut in præalleg. l. 1. §. 1. Sed ſecundum hæc jura completo 18. anno, ex quo dies 19. anni illuxerit, ut infra eodem §. fin. & ita a 18. uſque ad 22. reſtituetur. Sed videtur, quod & verum puto, quod poſſit petere reſtitutionem ab 18. annis uſque ad 25. nam ſi impetrata fuerit venia ætatis, quod poteſt maſculus habens 20. annos, fœmina habens 18. ut C. de his qui ve. æta. in l. 2. & 3. quod ab inſinuatione principalis indulgentiæ tempore reſtitutionis ſcilicet quadriennium curret impetranti: ita tamen ut ſi ſit quadriennium illud ante 25. annos completum, ſuppleatur ſibi tantum tempus, quantum deeſt. 25. annis ita uſque ad 25. annos reſtituuntur, ut C. de temp. in integrum reſtit. ea quæ, in principio. Qua ratione ego dico idem eſſe in qualibet minore, ut a tempore ſuæ majoris ætatis, quod eſt completo 18. anno ubi dies 21. illuxit, ut inf. eo. §. 6. uſque ad 25. annos poſſit reſtitui, per præalleg. l. ea quæ. And.

(d) *Facilitate ſui*. De ſui facilitate habes, ff. de min. l. denique, §. unde illud, & C. de in integ. reſt. l. minoribus. Item dolo adverſarii, ac ſi nihil de ſui facilitate, habes, ff. de minor. l. 1. in principio & l. quod ſi minor. §. 1. & l. non omnia, & l. præſenti, De fraude vero tutoris vel curatoris habes, ff. de min. eum qui frau. & l. de tutoribus, & C. quan. cur. vel tut. l. antep. Multæ aliæ ſunt leges, quas ſtudioſus lector poterit invenire per totum ti. de min. C. & ff.

Facilitate ſui. Ut ff. de confeſ. l. certum. §. minorem, & ff. de re jud. l. acta a præſide, §. contra indefenſos.

Facilitate ſui. Si enim jure communi eſt uſus, non reſtituitur, ut C. de in inte. reſtit. mi. l. fin. nam ſi ſervum neceſſarium comparavit, & is deceſſit, quia eventus damni non indulget reſtitutionem, ſed inconſulta facilitas. Idem ſi quis adivit hereditatem, in qua erant multa bona mortalitia, non enim reſtituitur propter interitum eorum: hic porro ſubveniri poſſet minori, qui non proſpexit de interitu, qui poterat evenire, ut ff. de mino. l. verum, §. fina. & §. locupletem.

(e) *Tutorum*. Quid ſi non habuit tutorem, curatorem, vel bajulum? Reſpondeo; ipſo jure non valet, quod factum eſt contra eum: argum. C. ſi adver. rem judic. l. penult. & ult.

(f) *Procuratorum*. Aliud eſt in procuratore, tutore, ſeu curatore bajulo: quia cum læditur minor per factum procuratoris, qui ſolvendo eſt, non reſtituetur, ut

ANDREAS DE ISERNIA.

annis non tenentur pugnare per ſe, de hoc dictum etiam per glo. in d. tit. de pa. tenenda. l. ſi quis hominem. Et licet totus hic titulus parum valeat, propter rationes, tamen attendendus eſt.

De reſtitutione mulierum, minorum, & reipublicæ. Rubrica.

M*Ulieribus*. Hic generaliter loquitur, ſed clarificator, infra l. 3. obſcuritatem.

De reſtitutione minorum. Rubrica.

M*Inorum jura*. Bene gloſſator, & exponitur hæc conſtitutio. Sed in 2. gloſſa dicitur, quod ſi minor impetravit veniam ætatis, fœmina, ſcilicet in 18. anno: Maſculus in 20. quod poſſint reſtitui uſque ad vigintiquinque annos, & ſic non habetur quadriennium tantum: ſed maſculus quinquennium, & fœmina ſeptennium, l. ea quæ. C. de temp. in integ. reſtit. &

aut dolo adverſariorum ſuorum (a) læſi (b) probantur. Eis autem delinquentibus, ſi delictum procedat ex animo, niſi quatenus miſeratio ætatis judicem moverit, minime ſubvenimus. Illud etiam expreſſim conſtitutione præſenti duximus admittendum, ut in cauſis non tantum civilibus, verum etiam criminalibus, & publicis tutorum, vel curatorum, ſeu bajulorum auctoritas ipſis aſſiſtat. Abundantiorem etiam providentiam de ſinu gratiæ noſtræ pupillis volumus impartiri: ut cauſas criminales & publicas, etiam per tutores, aut curatores eorum ad lites datos in judicium deducere valeant, dum ſuam vel ſuorum injuriam proſequuntur, ſive accuſent, ſive ab aliis accuſentur, pœnis ex accuſationibus debitis conſtitutionibus noſtris, & antiquo jure ſtatutis, perſonis principalibus infligendis. Minores autem tam maſculos, quam fœminas intelligimus eos, eaſve, qui, vel quæ nondum ætatis ſuæ decimum

ut ff. de min. l. eum mandato. Cum vero læditur per tutorem, curatorem, vel bajulum, habet electionem minor, utrum reſtituatur, an perſonali actione agat contra tutores, vel curatores, vel bajulos ſuos, ut ff. de min. l. etiam qui. §. 1. Niſi quando læditur, quia inſtantia judicii triennio periit: tunc enim idem eſt, quod diximus ſupra de procuratore, & C. de judic. properandum, §. ult. Eſt enim ratio, quare minor læſus per procuratorem non habet electionem, læſus vero per tutorem, curatorem, ſeu bajulum habet. Magis enim fuit ſuccurrendum tutori, & curatori, ſeu bajulo, qui gerunt ex neceſſitate, quam procuratori qui gerit ex voluntate: nam & hoc expedit alicui, ut prius alius conveniatur, vel conveniri poſſit, & no. hoc in ſum. C. de in int. re. circa principium in illo verſi. item reſtituitur minor, &c. & in ſum. ſi tut. vel cur. int. ſecundum Azo. G.

(a) *Læſi*. Aperi oculos tuos, & vide: quia l. iſta licet in principio ſui dicat minorum jura inviolata ſervari, qui in modico læſi probantur, hic non repetit in modico, nec ego repeto, ſupra enim dicit propter modicam læſionem jura minorum inviolata ſervari, ſed ipſo jure ſine aliqua reſtitutione, hoc enim eſt inviolata vel intacta jura ſervare, ut C. in quibus cau. in integ. reſt. non eſt ne. l. ult. hic vero loquitur, cum ſubvenitur minoribus per in integ. reſt. quæ indulgetur ei, propter ſui facilitatem, vel adverſarii calliditatem, vel ratione rerum, quæ amiſerunt, vel eorum, quæ non acquiſierunt: vel eo quod oneri ſe implicuerunt, ut ff. de mi. l. minor. §. non ſemper, & l. non omnia. Pro minima vero re non datur reſtitutio, ſi majori rei vel ſummæ præjudicetur, ut ff. de in integ. reſt. l. ſcio. Quandoque tamen ut detur reſtitutio, neceſſarium eſt grande damnum pati minorem in rebus, ſcilicet quæ ſubjacent fortuitis caſibus, & in rebus cauſa judicati captis, ut ff. de minor. l. & ſi ſine, §. quæſitum, & l. ſi ex cauſa, & probatur, quod minores debeant reſtitui ſecundum veteres leges ex eo, quod hic dicitur, in quibus leges ſuccurrebant.

(b) *Probantur*. Debet ergo probare minor ſe deceptum,

ANDREAS DE ISERNIA.

ſic intelligis gloſſa in illa l. Alii Moderni dicunt melius, ut puto, contrarium, ut quadriennium currat ab inſinuatione indulgentiæ Principis. Et quod dicitur in verſiculo ita tamen ut nunquam minoribus 25. ann. in l. ea quæ, determinetur per verbum, denegetur, ut ſit ſenſus, ſi minor 25. ann. impetravit veniam, & velit reſtitui de his, quæ geſſit ante veniam impetratam, non debet ſibi denegari auxilium reſtitutionis in integrum: non dicit quod uſque ad 25. ann. reſtituatur. Sed eſt intelligendum, quod petat reſtitutionem infra quadriennium, quod curret a tempore, quo eſt habitus pro majori. Habitus autem eſt pro majori conceſſa venia per Principem, ut C. de his qui ven. æta. impe. l. 1. & per totum. Tam in contractibus quam in judiciis, civilibus & criminalibus, ſupra de jure Franc. in judi. ſubla. l. 1. Et quia de criminali locuta eſt ſup. unde ad principium tituli, &c. C. de impo. luc. deſcr. l. 1. in fi. & de juris & facti ignor. l. regula. circa fi. Comprehendit ergo utrunque. ff. de judi. in glo. rubricæ, & in l. ſecus, eo. tit. Sed cauſa & lis non ſic. C. de tranſact. l. cauſas. ff. de teſtibus. l. 1. arg. contra ſupra, qualiter licet a lite diſ. privilegia,

Ad lites datos. Loquitur generaliter, & ſic concludit actores decreto conſtitutos a tutoribus in caſibus, quibus poſſunt conſtitui, ff. de tute. l. ſolent, de admi. tut. l. decreto. Inſti. de cur. §. fi. C. de procu. l. neque, cum ſit in omnibus eadem ratio, & ſic idem jus. Curator ad litem eſt in ſpeciali cauſa, actor ad omnia, Si poteſt dari ad unam, poterit fortius ad omnes, ar. a minori. Decimoquinto anno, hoc ſpatium temporis ſtatuit, ut Balii exeant poteſtatem, ſed in Longob. finitur pubertate, ut inf. de jure Ba. l. 1. Pubertas in maſculo eſt 14. ann.

Additio. *Adde l. qua ætate. ff. de teſta. l. fi. C. quan. tut. vel cur. eſſe deſi. c. atteſtationes, de deſpon. imp. gl. 2. in c. ubi non eſt conſenſus. eo. ti.*

In fœmina 12. Inſti. quibus mod. tut. fin. in prin. Sed perfecta & legitima ætas eſt 10. & 8. ann. ut ſup. proxi. Jure Romano 25. ff. de leg. 3. l. cum filio. §. fi. C. de his qui ven. ætat. l. fi.

Additio. *Adde l. ex duobus. ff. de neg. geſt. Bal. in l. cum te. C. de probat. glo. & Doct. in c. 1. de regul.*

At in fœmina, ut Balii exeant poteſtatem, ſtatuitur tempus 15. ann. infra de ſuc. Co. & Ba. l. in aliquib. in fi. Sed ibi eſt duplex littera: 15. & tunc iſta alia 15. & tunc erit ſpeciale in fœmina illa ratione, quia uſque ad 20. ann. non poteſt ſe maritare. C. de inof. teſt. l. filiam, & auth. ibi poſita. Sed ſic poſt 25. ann. quæ ſumitur in Auth. ut cum de appe. §. cauſas.

Additio. *Adde gloſſam in ver. excuſata. in c. de raptoribus 36. q. 1. gl. 1. in c. hoc ſanctum. 32. q. 2. Doct. in c. cum cauſam, de rapt. Abb. in c. accedens, de procu. Abb. in c. 1. de deſp. imp. Abb. in c. de adul. Bal. in l. fi. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. Bal. Jo. de Imo. Lud. Rom. & Raph. Cu. in l. 1. ff. ſol. ma. Nic. de Neap. in rub. ff. eo. ti. Pau. de Ca. in l. ſi ſocer. ff. ſol. ma. Abb. conſ. 12. inci. Jeſu Chriſti ſalvatoris & matris piæ patrocinio, in 1. vol. Alex. de Imo. conſ. 139. inc. Viſo themate, in 3. col. ver. & ita tenetur. col. 2.*

Item quia, ut iſti dicunt, curia providet, commodo ſuo, ut tanto tempore teneat balium. Communis autem littera eſt 15. Sed ad quid habentur pro majoribus, nunquid ad hoc tantum, ut careant balio, quia quantum eſt in feudo, Nobiles Franci, & Longob. eodem jure vivunt, quia & in eis pubertate finitur, ut dictum eſt. Ita videtur ut in hoc habeantur majores, ut balium non habeant, quaſi in earum commodum, ut ſcilicet adminiſtratio bonorum ſuorum penes eas ſit ab an. 15. ſicut etiam dicitur ſupra de bo. forjud. ſi quando & de jure Ba. l. 1. & d. l. in aliquibus in fi. Ubi dicitur quod tunc in tutelam propriam veniet, quando in minore intelligitur uſque ad 14. ann. d. l. cum filio. §. 1. & in fi. cum l. ſeq. ſi filiæ. Et erit hæc expoſitio talis, exceptis Francis, ſupple, & Longob. & omnibus habentibus feuda. Et ſic exceptis nobilibus, in quibus præfinitur ſpatium 25. ann. & dicit hoc, ut balii exeant poteſtatem, q. d. in contractibus & in judiciis habentur minores niſi quantum ad hoc, ut habeant balium propter eorum commodum: cum enim dicat ad hoc, ut balii, &c. in uno fecit eos majores. In aliis, ex quo non expreſſit, remanebunt minores, arg. ff. de jud. l. cum prætor. cum concor. & cum

mum (*a*) octavum annum * exceſſerint: quo completo, ipſos tam in contractibus, quam in judiciis, & in omnibus (*b*) perfectæ ætatis ** volumus reputari.

De

ptum, ut C. de in int. reſt. l. minoribus. Unde ſi adeo induſtrius erit, ut non ſit veriſimile eum lapſum propter ætatem, non ſuccurritur ei, ut C. qui & adver. quos. l. 1. Nec enim quod minor eſt, ſtatim ſe circumſcriptum docuit, ut C. de in inte. reſt. min. l. minoribus, ff. de jureju. nam & poſtea, §. ſi minor. niſi in mutuo, propter fœneratoris odium, ut C. ſi adver. cre. l. 2. Nota de hoc hic & in ſum. de in inte. reſt. circa principium & in ſum. qui & adver. quos, ſecundum Azo.

(a) *Octavum annum, & decimum*. Similis ætas ſtatuitur in Auth. ut cum de appel. cog. coll. 8. §. unam de prædicto, in verſi. hanc autem pœnam, &c. & C. de his qui ven. ætatis impe. l. pen. & l. 2. §. fœminas. Item ſimilis ætas ſtatuitur, ff. de alim. & cib. leg. l. Mella. §. 1. & ff. de adop. arrogare. §. non tantum, & dicunt ibi in gloſſa ordi. Et nota, quod hoc eſt aſſumptum de jure Lombar. ſecundum quod dicitur minor, qui eſt infra decimumoctavum annum, ut in gloſſa de prohib. ali. mi. l. 1. & nota, etiam, ff. de eo quod certo loco. l. 2. in gloſſa. Item ſimilis ætas ſtatuitur. ff. de manumi. vindi. l. ſi collectaneus. Et decimumoctavum annum exceſſerit. ff. ad l. Juliam de adult. l. ſi maritus. §. lex Jul. Alias eſt in Longobar. Decimum, & octavum annum. Alias duodecim, ut in Lombar. de ſoc. l. 3. Quod corrigitur per conſtitutionem iſtam, & l. ſi infans. Decimus & octavus annus eſt, ut in Longo. prohi. ali. mi. l. 1. & l. ſi quis aliquid dari.

Additio. *Adde gloſſam in verbo decimoctavo, in cle. ſi. de æta. & qualita. cler. Doct. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Bar. in l. ſpurii. in §. minor, ff. de decurio. Bar. in l. Lucius, in §. pe. ff. ad municip. Bart. in l. de pupillo. in principio, ff. de novi oper. nuncia. Bal. in l. fi. C. de teſta. mili. Bal. in l. excipimus. C. de procur.* Superantius.

* Additio. *An habeat locum in tutela, in qua de jure communi requiritur ætas 25. annorum, vide Bal. in conſ. 101. ſeu 200. quæritur, utrum D. Franciſca, vol. 2. in antiquis. Et quid ſi non petiit tutorem, an accuſetur, Dec. in c. ex parte, in fine de appel.* De Bottis.

(b) *Perfectæ*. Ut de his, qui ven. æta. impe. l. 2. §. pone.

** Additio. *An poſſit alienare bona immobilia abſque decreto, vide Paul. de Caſtro in l. eos, C. de his qui ven. ætat. impet. & Dec. conſil. 59. nu. 4. An poſſit eſſe tutor major 18. annis minor autem 25. vide Bal. conſ. 101. quæritur utrum Domina. vol. 2. in antiquis, qui tenet quod non in caſu ſimilis ſtatuti, tamen pondera hic verbum, & omnibus, & an competat reſtitutio in integrum, ſi talis major 18. annis, minor tamen 25. ſit læſus, vide Bal. in auth. ſi captivi, nu. 5. C. de epiſ. & cler. & Alex. in l. more. in fine de acq. her. & Gloſſ. Pariſ. §. 21. nu. 5.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

cum de hoc tantum exprimat ſcilicet ut balii exeant poteſtatem, de hoc tantum intelligemus. ff. de ver. obl. ſi minor. Nam ſi in omnibus voluiſſet majorem eum expreſſiſſet. C. de ead. tol. l. 1. non eſt veriſimile velle abſorbere omnia jura loquentia de minoribus ar. C. de inof. teſt. l. ſi quando. Quamvis ergo non habeant balium poſt 15. ann. habebunt curatores, cum quibus contrahant & agant in judicio, alias non valebit, quod agitur. Sed certe verius videtur, ut in omnibus habeatur major, ex quo vult eum carere balio, ſive ſit maſculus, ſive fœmina nobilis feudum habens, ut notatur infra de jure balii, in gloſſa. Continuatur enim hic ver. ad præcedentia, ſicut ſupra dictum erat omnes intelligi minores, infra 18. ann. exceptis nobilibus feudum habentibus, qui cum balio careant, ab ann. 15. erunt majores. Et agent per ſe, quia adminiſtrant bona. ff. de ju. deli. ait prætor. de inju. l. ſed ſi unius. §. quod autem ait prætor. Sed quæritur ſi tunc contrahat, † vel agat, ſine cura, cum erit annorum 15. minor tamen 18. quod poteſt, ut dictum eſt, ſi ſit deceptus & probet ſe læſum an reſtituetur? videtur quod non, quia ſi lex, & conſtitutio iſta facit eum majorem, non debent decipi, qui cum eo contraxerunt auctoritate legis. C. de his qui ven. ætat. l. 1. ne inde injuriarum naſcatur occaſio, unde jura naſcuntur. C. unde vi, meminerint, & pro hoc ſunt jura alleg. in d. glo. de jure Balii.

† Additio. *Minor, an reſtituatur, vel poſſit eſſe tutor, Bal. in l. 1. in fi. C. ſi de momen. poſſ. & in addit. ibi facta, & an contrahat ſine curatore, vide Laffr. conſil. 11. num. 48. cum ſeq.* De Bottis.

Verius videtur, quod poſſit: licet enim habeatur pro majore quantum ad hoc, ut non indigeat defenſore, & cura alterius poſt 15. ann. non tamen dicitur, quod reſtitui non poſſit, quod ergo non mutatur, ſtare non prohibetur. C. de appella. l. præcipimus, in fi. & de teſt. l. ſancimus, & ubi lex deficit, nec directo, nec utiliter trahetur ad illud. ff. ſol. mat. l. ſi vero. §. de viro. Æquiparabitur ergo minori non habenti curatorem, qui reſtituitur cum contrahit, quia ſi haberet curatorem, eſſet ipſo jure tutus. C. de in integ. reſt. l. ſi curatorem habens. Quamvis enim præſumatur induſtria in nobilibus, ut in prædicta glo. dicitur. Hæc præſumtio ſi eſt probata judici, tunc tollit reſtitutionem, non aliter. C. de his qui ven. ætæ. l. 2. & ſic non obſtat. l. 1. illius tituli, quæ multum videtur contraria, & videtur expreſſum in conſtitutione, Imperialem decet ſolertiam. §. præterea, ſi de feu. contro. ſue. ca. ſi minori, & quo tempore miles in ve. pe. di. c. 1. ubi minor ſuperveniente pubertate, quæ eſt in 14. anno, perdit feudum, ſi non petiit inveſtituram infra annum & diem, & ſic quantum ad illud habetur pro majore, & tamen dicit gloſſa in §. præterea, forte reſtituetur, ſi ſit læſus, quod in ſumma in titu. quæ præſcriptio currat minori, determinatur, ſive forte, ut reſtituatur in integrum. Hoc idem contingit alias in momentanea poſſeſſione, ubi agit minor ſine tutoris auctoritate & curatoris. C. ſi de momen. poſſeſſ. l. 1. & tamen ibi reſtituitur minor, ut ibi notatur in gloſſa. Sed de Balio fœminæ nubentis poſt 12. annos ante 15. utrum ſit in Balio uſque ad 15. annos. Nos de facto de multorum peritorum conſilio pronunciamus, quod ſi nubit, ſit in Balio uſque ad 15. annos, ſi nubat cum poſſit lapſo 12. an. ſit extra Balium, quia pubertate finitur, infra de jure Ba. l. minoribus. Ex quo enim tranſit in familiam & obſequium viri, ff. de oper. liber. ſicut patronus, æquum eſt, ut finiatur Balium, ne ſit in poteſtate plurium, ſic finitur tutela jure Romano, licet conjugata ſit in poteſtate patris. C. de condi. inſer. ſi uxorem. Sed alia eſt poteſtas patris, quam Balii. Ubi vero nuberet ante 12. annos, non finitur Balium: niſi per ſupervenientem 12. ann. quia tunc eſt uxor. ff. de ritu nupt. minorem. Vel dic, quod nomen Balii permanet uſque ad 15. annos, etiamſi nubat, ſed in effectu finitur per conſtitutionem, minoribus, quando nubit, quia ſi forte poſtquam nupſerit ante 15. fiat vidua, ſit ibidem Balius, ne ſiat ludibrioſa remiſſio Balii. C. de curator. furio. l. cum aliis. In effectu idem, quia effectualiter non eſt Balius, poſtquam nubit poſt duodecimum annum.

M*inorum jura*. In §. Eis autem. Pro iſto textu vide gloſſam in l. fertur, de reg. jur. & ibi plene. Petrus.

Quæro an poſſit renunciari minori ætati? dic quod non, ut eſt glo. in l. ſi alterius. C. ſi minor ſe majorem dixerit, & bene: nam hoc ipſo, quod minor læderetur, peteret reſtitutionem, ut poſſit admitti ad reſtitutionem petendam, & ſic eſſet dare reſtitutionem reſtitutionis, quod eſſe alias non debet, ut C. ſi ſæp.

Digitized by Google

De reſtitutione reipublicæ.

TITULUS XLIII.

Licet ad petendum pro minoribus beneficium reſtitutionis in integrum requiratur ſpeciale mandatum, ita quod non ſufficit generale mandatum, tamen ſi procurator generalis Regii fiſci conſtituti a Rege, vel a Magiſtro Juſtitiario, vel in Provincia a Juſtitiariis in cauſis civilibus, & criminalibus, petierit in cauſis civilibus, vel criminalibus beneficium reſtitutionis in integrum quod ſibi competit ex communi jure, illud eſt ei concedendum etiam quod non habuerit ſpeciale mandatum ad petendum beneficium reſtitutionis in integrum, ſed ſufficiat generale mandatum. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

BEneficium (a) [a] reſtitutionis in integrum noſtræ reipublicæ in judiciis, & contractibus antiquis legibus reſervatum, non ipſi præcidimus, ſed illud nobis integre reſervamus, ſanctioni præſenti manifeſtius inſerentes, Ut ad petendam reſtitutionem eandem ſpeciale mandatum, quod in minoribus, & mulieribus exigitur, quorum procuratores, & defenſores reſtitutionem implorant, a procuratoribus ſtatutis a nobis, vel a Magiſtro Juſtitiario noſtro, aut regionum Juſtitiariis, quibus in cauſis civilibus,

De reſtitutione reipublicæ. Rubrica.

(a) BEneficium. Hæc lex corrigit jus commune, quod vult, ut cum reſtitutio petitur per procuratorem, debet habere ſpeciale mandatum, ut ff. de min. illud. §. ſi talis. Hæc lex non vult quod exigatur ſpeciale mandatum, ſed ſufficiat generale.

[a] Additio. *An fiſcus habeat reſtitutionem in integrum, vide Guid. in deciſ. 302. Quod ſi Prorex regni Neapolis delegat cauſam feudalem inter fiſcum & privatum alterii. an iſte delegatus, poſſit facere in illa cauſa procuratorem fiſcalem, vide Affli. deci. 306. Quid de villis. vide Marſ. in ſing. 699. & in univerſitate per Lau. Silva. in conſ. 4. col. fi.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

In integrum reſtitutio poſt per totum. In §. illud. Simile privilegium habet univerſitas, & mulier conjugata, ut ſupra in conſtitutione Regni, generalia. Sed quæro hic, ecce quod per hanc conſtitutionem is qui excedit 18. annum reperiatur major, an competat in integrum reſtitutio contrahenti poſt talem ætatem, uſque ad 25. annum, dicas quod non, quia per hanc conſtitutionem reputatur minor. Ita diſputando tenuit Jacob. de Belvi. ut refert Bal. in auth. ſi captivi. C. de epiſc. & cler. benefacit glo. in l. 2. ff. de eo quod certo loco, & tex. in l. 1. C. de his qui ven. ætat. licet dubium ſit, an iſto caſu tanquam major poſſit immobilia alienare ſine decreto? ut ibi not. Secus ſi ſtatutum vel conſtitutio iſta dixiſſet, quod major 18. annis poſſit ſine curatore contrahere, quia tunc ſi eſſet læſus, admitteretur ad petendum reſtitutionem in integrum, quia cenſeretur habilitatus, ut contractus valeat, non tamen perderet reſtitutionem in integrum ut eſt glo. C. ſi de momen. poſſ. l. 1. Et idem ſi iſta conſtitutio dixiſſet, quod contractus geſtus per eum valeat, & teneat, quia non tollitur in integrum reſtitutio, ſecundum Bal. in d. auth. ſi captivi, & tenet Paulus, & Anto. de Alex. in l. momentaneæ. C. qui legitimam perſonam, qui infert ex prædictis, quod ſi ſtatutum & conſtitutio dictaret hoc modo, quod contractus minoris valeat, & teneat, & inviolabiliter cuſtodiatur, tolleret minori reſtitutionem in integrum, quia conſtitutio ſentiret tunc non ſolum de primordiali validitate, ſed etiam de effectuali, & iſtud probatur in auth. ſacramenta. C. ſi adverſus vend. in ver. inviolabiliter, & dicit hoc ultimum eſſe tenendum menti, quia per alios non tangitur, de quo vide gloſſam in c. ex parte, de reſtitu. ſpol. & Anchar. in cap. ſi annum, de jud. in 6. & Bal. ad quæſtionem principalem in l. cum lege. ff. de arbit. in aliquibus lecturis. Pamphilus Mollus.

De beneficio reſtitutionis & reipublicæ. Rubrica.

BEneficium. Hæc lex loquitur de reſtitutione, quæ competit fiſco, & regiæ Curiæ quæ reſtituitur ad exemplum minoris. C. lib. 11. de jure reipublicæ. l. rempublicam, ex quibus cauſis majores. l. 3. Et petitur per procuratorem Curiæ ſeu fiſci. Non obſtat quod non habet ſpeciale mandatum. Fit enim hic procurator per Regem, Juſtitiarium, vel Juſtitiarium regionis, ſic ſupra de off. judic. l. præſidas, qui videtur factus eſſe ab ipſo Rege poteſtatem eis dante. Omnia enim noſtra facimus, &c. de vete. ju. enu. l. 1. §. ſed neque, pro quo eſt. ff. de manu. vin. patet, in fi. de leg. 2. unum ex familia. §. 1. Et propterea deceptus fuit hic gloſſator dicens, quod in criminalibus a relegatione ſupra non poſſit dari hic procurator. Quia verum eſt in aliis. ff. de publ. ju. l. pe. §. ad crimen. At fiſcus in quibuslibet capitalibus accuſat per procuratorem, ubi ſua pecunialiter intereſt, ut ſi inſtrumentum ſit ſubreptum, in quo fiſcus erat inſtitutus heres. Nam accuſabit de falſo: & petet hereditatem, ſicut poſſet privatus. ff. de jure fiſ. l. ſ. circa principium, vel quod Princeps non poteſt, nec debet Rex venire ad accuſandum, accuſabit per procuratorem quia & illuſtres hoc faciunt. C. de jurejur. l. fin.

Additio. *Adde qui dicantur illuſtres? vide textum in cap. conſtitutus, ver. Illuſtris Princeps, pro ſeniorum, de teſtibus tex. in c. fi. in verſ. illuſtres perſonarum, & ibi Dominicus, de re judi. in 6. tex. in c. dilecto, verſ. in Chriſto filius chariſſimus noſter Rex Hungariæ, de jurejur. tex. in cle. paſtoralis, in ver. Chariſſimum filium noſtrum Robertum Regem Siciliæ illuſtrem, de re judi. Abb. in c. ſane, de offic. deleg. Abb. in c. cum cauſam, de juram. calum. Bar. in l. 1. in §. ſi quis. ff. de appel. Bal. in l. ad ſimilitudinem, C. de epiſ. & cler. Alber. de Roſa. in l. imperium. ff. de juriſd. om. jud. Bal. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. Martin. de Laud. in tract. de Principe. Item Rex Franciæ appellatus Illuſtris. tex. eſt in princ. in c. novit. de judiciis.*

Nec mirum, quia & mulier conjugata, ſupra de pœna contu. in criminali cauſa. l. 2. & de minoribus ſup. eo. tit. l. minorum. Accuſabit ergo fiſcus per procuratorem, quando ſua intereſt, ut videmus: alias non: quia publicum judicium competit cuilibet de populo, non fiſco & Principi condenti legem: quia in generali ſermone non continetur Princeps loquens. ff. loc. qui inſulam. C. de ſolut. inquiſitio. Nam & milites, & qui merum imperium habent, non accuſant ſi eorum intereſt. ff. de accuſ. l. qui accuſare. Quid autem ſi intereſt fiſci, & Regis ratione injuriæ ſibi factæ, ut quia occiſus eſt, vel vulneratus, vel injuriatus officialis ſuus, an accuſabit per procuratorem fiſci? ſatis videtur quod ſic: quia milites & omnes prohibiti, accuſare poſſunt, quando ſuam vel ſuorum injuriam proſequuntur. C. qui accu. non poſ. l. prohibetur. Sed injuria facta officiali, fit domino, cujus perſonam repræſentat, ut C. de ſtatuis & imaginibus. l. 2.

Additio. *Adde quid de injuria facta viro, an cenſeatur facta uxori, & quid econtra, vide per Felyn. in proœm. Gregor. in 5. col. verſi. quamvis uxor.*

Et quia quod facit officialis, facit dominus. C. de jure fiſ. l. prohibitum, in fi. & arg. C. de teſt. mil. l. 1. in fi. Item ſi permittitur ubi peculiariter intereſt:

bus, & (a) criminalibus noſtris ſtatuendi procuratores, & defenſores concedimus facultatem, nullatenus exigatur.

De in integrum reſtitutione mulierum.

TITULUS XLIV.

Mulieres reſtituuntur in judiciis, cum per negligentiam vel fraudem mundualdorum, vel procuratorum ſuorum enormiter læſæ probantur, dummoda adverſus dictos procuratores, & mundualdos indemnes ſervari non poſſunt, idem ſi propter nimiam ſimplicitatem ipſorum enorme damnum incurrerint, quia ipſorum ſimplicitas non debet in damnum mulierum retorqueri. In contractibus vero ſecus niſi circumventæ probentur aut per fragilitatem ſexus immoderatam dotem ultra patrimonium, vel ultra vires patrimonii, caſibus etiam, in quibus antiqua jura mulieribus jus ignorantibus ſuccurrebant, in ſuo robore reſervatis, videlicet, ſi per errorem non præter exceptis ab accuſatione deſiſtant, ſi inceſtus crimen in ignorantiam juris admittant, ſi vel inſtrumenta edendo, vel pro fragilitate ſexus ignorantes non edant, ſuccurris etiam in ſatiſdationibus, in judiciis præſtandis, ſi per juris ignorantiam inveniuntur eſſe deceptæ. Item ſi ſolverunt ex interceſſione, ignorantes beneficio Vellejani munitas, quibus omnibus & quibuslibet aliis, quas probata juris antiquitas introduxit, in ſua robore duraturis. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Aliter, Idem.*

OBſcuritatem (b) * legis divi Regis Rogerii avi noſtri de reſtituendis mulieribus editam declarantes, Mulieres Longobardorum

(a) *Criminalibus*. Vereor, ne ſi lex iſta intelligatur indiſtincte, multis aliis legibus contraria opponatur, quod non credo Imperialis propoſiti extitiſſe, ut C. de inoffic. teſtamen. l. ſi quando, in principio. Dico ergo ſecundum jura, cum lex nova loquitur non tollitur diſtinctio legis veteris, ut in Authen. de admini. offic. coll. 4. §. ultimo. C. de app. præcipimus, in fine, ff. de le. & ſe. con. non eſt novum, & l. ideoque, & l. poſteriores. Dicas ergo, ſi cauſa eſt criminalis, publica vel privata, ex qua non imponitur pœna capitis, ſed relegationis, vel minor, puta motionis ab ordine: conſtituitur in ea procurator, cum pœna relegationis infligitur abſenti accuſato, ſicut in pecuniaria cauſa fertur contra abſentem ſententia, ut ff. an per alium cauſa app. l. 1. & ff. de pœ. l. abſentem, non diſtinguo utrum in cauſa capitali ſit lis conteſtata, vel non contra reum, ut C. de procur. l. nihil. Poteſt tamen intervenire minor, vel fœmina, & qui alias non poſſunt eſſe procuratores, non ut allegent jura principalis cauſæ, ſed cauſam abſentiæ accuſati, ut ff. de proc. l. ſervum. §. publice. & l. abſens, & C. de accuſ. l. reos, aliter vero ſervatur regula, quæ eſt ff. de publ. judi. l. pe. §. ad crimen. G.

De in integrum reſtitutione mulierum. Rubrica.

(b) OBſcuritatem. Hæc conſtitutio interpretatur, & reſtringit conſtitutionem præcedentem de læſis mulieribus, ubi dicitur, quod mulieres læſæ reſtituentur, quod hic interpretatur verum eſſe in judiciis, ſi deceptæ ſunt dolo, vel negligentia mundualdorum, vel procuratorum: & illi non ſunt ſolvendo. in contractibus, ſecus, niſi in dotis promiſſione, quod dic, ut in minori dicitur. C. ſi adverſus dotem. Item connumerat leges, quæ mulieribus antiquitus ſuccurrebant, ut eſt illa, ff. de eden. l. prima, in fine de adulter. l. ſi quis adulterio, & ad Velle. & ſimiles.

* Additio. *An mulier vel minor, aut alius, cui reſtitutio in integrum ſeu beneficia competunt, poſſint cogi ad illa petendum, vide Imol. in clemen. prima, ultima colum. de in integrum reſtitutione, & Capic. deciſio. 110. Et an fiſcus reſtituatur, vide in præcedenti conſtitutione, vide Luc. de Penna in l. cubicularios. C. de præpoſitis ſacro cubicul. libro duodecimo, ubi ad intellectum hujus conſtitutionis examinat, an habeat locum in Regina.* Jacobus Anellus de Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

eſt: multo fortius ubi ratione injuriæ: quia præponderat lucro fama & injuria. ar. ff. de adul. l. miles. §. 1. de pœnis, in ſervorum, in fine. Nam ſi competit cuilibet de populo, & Princeps de populo eſt. Populi enim appellatione continentur milites, Senatores, & Patricii. Inſtit. de jure natu. §. lex autem. Princeps enim connumerat ſe inter commilitones. ff. de mili. teſt. l. 1. & conſul. eit. ff. in procem. in fi. Quælibet etiam civitas reſtituitur. C. de off. ejus qui vic. alt. obt. l. 1. De republica Romanorum non eſt dubium, quia idem quod fiſcus eſt. ff. de bon. poſ. l. non eſt ambigendum. Item & quilibet poteſt denunciare fiſco, & proſequi cauſam fiſci pro parte fiſci. no. ff. de jure fiſ. l. 1. §. 1. in gl. & ſi obeſt, ideo calum. &c.

De quibus caſibus mulier reſtituatur. Rubrica.

OBſcuritatem. Et hæc bene gloſſata & expoſita eſt per gloſſam, tamen dicit gloſſa, quod mulier reſtituitur in exercitio, & exordio litis judicii, non poſt ſententiam, & adverſus eam. ff. de fidejuſ. l. Græca. §. 1. ſed ibi expreſſe datus erat fidejuſſor exercitationi litis, at hic ſimpliciter dicit mulieres eſſe reſtituendas in judiciis. l. in delictis. §. fi. ff. de judi. Nam facit ad hoc maxime ratio præmiſſa, nam in minore conſtat contrarium. C. ſi adver. rem jud. per totum. Sed ſic eſt intelligenda conſtitutio hæc: Unde non recedetur ab ea. ff. de legib. minime. In delictis vero nec minor, nec fiſcus reſtituitur, ſi agetur de lucro ex delicto alterius, non ex re familiari eorum. ff. de minor. l. auxilium, de ſepul. viol. l. ſepulcrum. Sic in abſente cauſa reipublicæ, vel ſimili. ff. ex qui cau. majo. l. ſciendum. Alias de lucro ex contractu, ſicut in damno reſtituitur. ff. de minor. l. ait prætor. §. fi. & l. ſeq. Non loquitur ergo hic in judiciis criminalibus, quia ibi non intervenit procurator ex parte minoris vel mulieris non conjugatæ, dictum eſt ſupra l. proxi. & ibi non eſſet læſio mulieris, vel minoris: quia non probantes non incidunt in Turpillianum. ff. ad Turpil. l. mulier. §. accuſatorem, in fi. §. Non ergo in his reſtituetur † mulier ad pingnius probandum, vel ad dandum articulos omiſſos: quia nec minor, nec fiſcus, ut l. auxilium.

† Additio. *Vide eundem And. in l. imperialem. §. præterea ſi quis, de prohib. alien. per Feder.* De Bottis.

Non etiam ad reprobandum teſtes. Majus autem eſt privilegium minoris, quam mulieris, ut hic patet: quia in contractibus non ſuccurritur mulieri, ſed ſi omiſit declinatoriam, † non reſtituitur: quia uſa eſt jure communi, licet loquatur gloſſa in ſcholari. ff. de judic. in l. 2. §. 1. Videtur tamen aliis, quod eſt in criminali, ut no. glo. ff. de mino. l. minor 25. ann. omiſſam. Et dicunt iſti, quod in l. auxilium, accuſatio non erat mota, & ſic cum eſſet odioſa, reſtringitur, ut non reſtituatur: in l. minori erat mota quæſtio criminis, & ſic ſumus favorabiliores: ut puniantur delinquentes, intereſt reipublicæ. ff. l. Aquil. ita vulneratus, in fi. Et dicunt, quod favore minoris ætatis potius debet reſtitui in criminali, quam in civili. Cum ſi non

rum (*a*) ſeu Francorum jure viventes, (*b*) in judiciis tantum reſtituendas eſſe ſancimus, cum per negligentiam vel fraudem mundualdorum, ſeu procuratorum ſuorum, enormiter læſæ probantur, & adverſus prædictos mundualdos, vel procuratores, dum forte non ſint ſolvendo, indemnes ſervari non poſſunt.

Idem ſi propter nimiam (*c*) ſimplicitatem ipſorum (*d*) enorme damnum incurrant. Nam licet præſcriptorum ſimplicitas ipſos excuſet: ſim-

(a) *Seu Francorum*. Comprehendit etiam Romanas, ut ſupra, monomachiam, in fine, nam ſubvenitur mulieribus indiſtincte in judiciis, ut ſupra de proceſſu judicii, l. 1.

(b) *In judiciis tantum*. Accipe tantum, id eſt, in exercitio ſive exercitatione judicii tantum, donec, ſcilicet judicium agatur, ſive agitetur: non utique judicio jam finito, ſicut accipitur alibi, ff. de fidejuſſ. Græce, §. 1. ubi dicit, ſed tantum lite exercitationis, &c. & ff. de nox. in delictis, §. ult. non eſt enim legiſlatoris hæc intentio, quod mulier poſt ſententiam, ſeu adverſus ſententiam reſtituatur, ſed tantum pendente judicio, ſi forte dum ſuam litem exequitur, læditur, quia articulos ſeu defenſiones, non omnes ſeu nullos obtulit in principio ſua die. Et ſic poſt modum cauſa pendente ad offerendum ipſos de novo per reſtitutionem admittitur, ut ſupra de proceſſu judic. lit. legi. conteſt. circa principium. Aut quos obtulit non probavit infra terminum, ſive minus plene, vel non ita bene: ſitem pars adverſa probavit, & ſic lite adhuc pendente iterum per beneficium reſtitutionis ad pinguius probandum auditur, de qua reſtitutione loquitur in minore, ff. de mino. l. minor 25. annis omiſſam, alſ. &c. & l. minor autem magiſtratus, §. ſi autem Princeps, ubi dicit dum ea quæ pro ſua cauſa ſunt dicta non alleg. &c. & l. ait prætor. §. ſed & in judiciis, & C. de in integrum reſtitut. minor. l. minoribus, in his quæ prætermiſerunt, & ita etiam ſubvenitur mulieri per hanc Regni conſtitutionem, & per argumentum etiam juris civilis, ff. de eden. l. 1. §. pen. Item ſuccurritur mulieri per beneficium reſtitutionis adverſus confeſſionem ſuam in judicio factam non circumveniendi cauſa, ut ſi forte pars mulieris aliquid ſit confeſſa, vel in articulis ſuis poſuit: quod per beneficium reſtitutionis vult ſubducere & revocare ante litem finitam, ſicut in minore dicitur, ff. de confeſ. l. certum, §. pen. & C. ſi minor ſe majorem dixerit. l. 1. & 3. præſtant etiam argumentum in hoc pro muliere, ff. ad Velleja. l. ſi mulier, & in præmiſſis caſibus datur reſtitutio tam minori, quam fiſco, vel mulieri petenti ſine alia cauſæ cognitione, quia videlicet, læſio apparet in promptu, ſicut ff. de mino. l. minor. 25. annis filio. §. minores.

(c) *Simplicitatem*. Nota differentiam inter negligentiam & ſimplicitatem. Pro negligentia enim conveniuntur mundualdi & procuratores, ſi ſolvendo ſunt, ut ſupra eadem l. ſecus in ſimplicitate, ut hic, & quod in hac l. dicitur in negligentia: idem eſt in deſidia, † ut C. de judi. properandum, §. ultimo. Alibi vero deſidia prodeſt, ut ff. de probat. cum de indebito? circa principium ibi, deſidiæ deditus, &c. & forte ſimilitudine quadam, ſicut hic exigitur nimia ſimplicitas, ut excuſet, ita magna eſſe negligentia debet, quæ condemnet, ut eadem ſit ratio & diſciplina contrariorum, ut ff. de procura. l. Pomponius, §. ſed & hic, ff. de inſti. ſed & ſi pupillus, §. ult. C. de act. emp. & vend. l. Jul. §. ſed ſi procu. Inſt. de le. pa. tu. §. quia plerumque, & poteſt hoc ea ratione defendi, quia hic pariſicat iſta duo, ſcilicet negligentiam & fraudem.

† Additio. *Infert gloſſa ex hoc, quod ſi procurator mulieris paſſus eſt inſtantiam perimi, quod detur reſtitutio, ex hoc infertur quod multo fortius, ſi patitur labi tempus appellationis: ita in ſimili tenet Soc. in conſ. 299. verſ. circa ſecundum*, 2. *colum.* De Bottis.

Magna vero negligentia dolus eſt, ut ff. de verb. ſignif. l. magna. Ineſt enim dolus, & fraus, ut ff. de pact. juris gentium, §. ſed & ſi fraudandi. Quod ita intelligendum eſt, ut magna negligentia non ſit dolus. Sed qui tenetur de dolo teneatur de magna negligentia: nam ſi vere eſſet dolus, ergo veniret in lege Cornelia, quod lex negat, ut ff. ad leg. Cor. de ſic. l. in lege. Vel ſi accipiatur negligenti ſimpliciter, ut ponitur hic, non reputo abſurdum, quia negligentia culpa eſt, ut ff. ad legem Aquiliam, ſi ſervus ſervum, §. ſi fornicarius. Nec obſtat, quod hic dicitur propter nimiam ſimplicitatem, quia cum poſtmodum loquatur de excuſatione, non repetit nimiam: ſed ita dicit, præſcriptorum ſimplicitas ipſos excuſat; & eſt ratio, quia ſimplicitas ſimpliciter accepta amica eſt legibus & excuſat, ut Inſtit. de legi. agn. ſuc. §. ſed quia, & ff. de dolo. l. 1. reſpon. 1. & de proba. cum de indebito, circa principium. Item quod hic dicitur de ſimplicitate, ita accipiendum eſt, ſi procurator, vel mundualdus conſuevit habere talem ſimplicitatem in rebus ſuis; ſi enim talem curam non præſtat in rebus alienis, ſicut in ſuis, quam obſervat in rebus ſuis proprii procura. is dolo non caret, argum. ff. depoſ. l. quod Nerva. C. loc. & conduc. l. 1. & no. in ſum. depo. §. venit autem. Si autem quæris, quare mulier læſa per mundualdum non habet electionem, ſicut habet minor læſus per tutorem, ut ſupra eodem, l. 2. Reſpondeo, tutela inventa eſt ad onus & ad laborem tutoris, non enim tutor conſequitur commodum ex tutela, ſed mundoaldus ex mundio conſequetur commodum, quia & partem habet compoſitionis, quæ fit propter injuriam mulieri illatam, & ſuccedit per mundium, ut in Lombar. de raptu. l. 1. & de ſpon. l. ſi quis puellam. Secus vero in tutela, ut ff. de *leg.* tut. l. 1. fuit ergo magis ſubveniendum tutori, cui majus inſtat periculum, & qui in uno gravatur, in alio relevatur, ut ad Carb. l. 1. §. ſi vero, & ff. de jurejur. l. eum qui, in primo reſpon. C. de non numerata pecunia. authen. contra qui propriam. Sed quare non ſuccurritur mulieribus ita in contractibus, cum in judiciis quaſi contrahatur, ut ff. de pecu. l. licet, §. ſed & ſi filius, & de interrog. actio. de ætate, §. qui interrogatus? Item magis conſuevit ſubveniri minoribus extra judicia, quam in judiciis, quia extra judicium prodeſt ignorantia juris in damno vitando, ut ff. de juris & facti ignorantia, l. juris ignorantia, ſed ſecus in judiciis, ut ff. de confeſ. l. non fatetur. Item ſi profiteatur quis extra judicium eſſe maternum, quod erat paternum, non præjudicat ei, niſi tranſigat, vel deferat ſacramentum, ut C. de juris & facti ignorantia, l. cum falſa, & l. ſi vero. In judicio autem præjudicaret, ut ff. de confeſſis, l. certum, primo reſponſo, nec valet hoc dicere, quia judicium redditur in invitum, ex conſenſu vero ſe obligant contrahentes, quia hoc idem eſt in minore, qui nihilominus reſtituitur utrobique.

(d) *Enorme*. Alibi vero dicitur grande damnum, ut ff. de

ANDREAS DE ISERNIA.

ſi non probet, puniatur ad ſimilitudinem ſupplicii. Hæc ratio vera non eſt, ut ſupra dictum eſt, dicto §. accuſatorem.

† Additio. *Contra tenet Franc. de Are. in conſ.* 20. *in fi.* De Bottis.

Alii dicunt † contrarium, & non recedam a primo dicto, & ita videmus ſervari, quando fiſcus agit de defenſa, quia non fit reſtitutio.

† Additio. *Vide Luc. in l. unica, col.* 12. *C. pub. læti. li.* 12. De Bottis.

Quod vero dicit gloſſa prima in l. auxilium, quod in pœna conventionali reſtituitur minor, intelligunt, quando originaliter pœnæ conventio deſcendebat ex contractu, vel intererat ſua pecunialiter, & rem perſequebatur, non pœnam ſeu vindictam. Puta, vendidit rem, & tradidit, emptor promiſit pœnam ſi pro-

cium

ſimplicitas tamen eorum in damnum mulierum reverti non debet.

(*a*) In contractibus autem, in quibus non tam ipſæ præſentes eſſe poſſunt, quam & aliorum præſentia judicum, & mundualdorum, atque procuratorum † habere ipſis non vidimus ſuccurrendum: niſi forte per circumventionem, aut fragilitatem ſexus immoderatam dotem, ultra patrimonium vel ultra vires patrimonii ſui, valeat, promiſiſſe, vel conſtituiſſe

† *Alias, parentum.*

ff. de minor. ſi ex cauſa, §. 1. & l. penul. Eſt autem damnum enorme vel magnum, ſcilicet non minimum, ſicut dicitur capitis diminutio magna, id eſt non minima, ut ff. ad Tertul. l. 1. §. proinde, & nota hoc in præalleg. l. pen. de mino. & facit pro hac expoſitione ſupra eod. l. 1. ubi dicit, mulieribus ubi non modice læſæ ſunt, &c. Et damnum, quod lex dicit grande, dominus meus dicit enorme, ut no. ff. de minoribus, l. ſi hoc in illa notula, ſi patiatur, &c. Hoc ideo dico, ut oſtendam, quod idem dici habeat in utroque.

(*a*) *In contractibus*. Et hoc eſt ſecundum jura. Majores

ANDREAS DE ISERNIA.

cium non ſolveret ad diem, hæc pœna debetur ſicut intereſſe, ff. de actio. empti. l. Julianus, §. ex vendito, pro ſocio. l. ſocium. Item exemplum in delicto, ubi pecunialiter intereſt pœnam perſequendo, ff. de ſepulcro violato, l. 3. §. qui de ſepulcro, puta patrem pupilli mortuum ſpoliaſti, de veſtimentis inde ablatis, intereſt pupilli perſecutorie non pœnaliter: ſi ergo agatur illo edicto propter illud intereſſe reſtituetur, quia hoc ſibi abeſt in alio, quia vindictam non rem proſequitur, non fiet reſtitutio, eod. tit. ſepulcro, &c. in fine de acquir. hered. pro herede. §. fi. & ideo de pœnis conventis, ubi minori aliquid deeſt, quatenus deeſt, fieret reſtitutio, quatenus autem lucrum ſperaret ex maleficio, vel contumacia promittentis: quia id non abeſſet, & quia id peteret ad vindictam, & ultionem, quantumcunque conventum eſſet, reſtitutio non fieret. Exemplum in fiſco, qui reſtituitur ſicut minor. Si quis contumax ſit, propter contumaciam pœna fiſco debetur, vel propter maleficium, quia ſprevit defenſam, non fit reſtitutio. Quid ergo ſi pœna, quæ poſſit deberi propter contumaciam, promittatur per partem, vel pars promittat fiſco pœnam, ſi ad judicium non veniat: An in eo fiet reſtitutio? non videtur, quia illa promiſſio pœnæ habet naturam ejus rei, de qua & ſuper qua intervenit promiſſio, ff. ſi quis cau. ſi eum. §. qui injuriam, ſi quis teſt. li. eſſe juſ. ſu. l. 1. §. plane, de peti. here. item venlunt §. cum prædiximus. Quid ſi reſtitutus eſſet minor ad pinguius probandum, nunquid reſtituetur adverſus ſententiam? dic quod ſic pluries; dum tamen non circa idem. C. ſi ſæpius in inte. reſtit. poſtu. l. 1. Niſi ſit denegata, quia tunc oporteret appellari, ut ibi dicitur. Sed quoties circa idem conceditur? Videtur quod ultra duas vices, quia ff. de mi. l. fine, §. reſtituitur, dicit littera, rurſus, id eſt iterum, quod recipitur quoties opus erit, ff. de eden. veluti. dicit, quod bis conceditur, & ſervat Magna Curia, ne res abiret in infinitum. C. de ſacroſanct. ecc. l. fi. & ut finis ſit litium, ff. pro ſoc. l. fi. Videtur eſſe expreſſum, ff. de leg. 3. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, ubi ponitur, rurſus. Secus ſi iterum, ut in l. veluti, ſicut ibi dicit gloſſa in l. veluti, exprimit lex in textu quoties opus erit. Ibi ergo bis reſtituunt judices Magnæ Curiæ ad pinguius probandum, exemplo excommunicationis, quæ pro eadem cauſa non proponitur ultra duas vices, extra de excep. pia. lib. 6. judices excommunicationis plus ſervant, quia in tota cauſa non dant niſi binas reſtitutiones. Unde data bina reſtitutione ad pinguius probandum, ſi vellent reſtitui ad omiſſas peremptorias proponendas, non admitterentur. Hoc eſt contra jus commune, quia ad diverſa, & in quolibet membro litis ſeparata debet dari reſtitutio, ut ad omiſſam exceptionem, d. l. minor. & ubicunque in judiciis læditur, eo. tit. l. ait. prætor. §. ſed in judiciis, nam & a quolibet capitulo lata ſententia poſſet appellari bis, niſi appellaretur ab interlocutoria, ut de jure canonico. Vel eſſet talis, quæ traheret ſecum executionem, ff. de mino. l. intra utile. Sed uſus magnæ curiæ debet prævalere dicta ratione: ut ſit finis litium, & exemplo appellationis, quæ bis fit, & non tertio, C. ne lic. &c. l. 1. Reſtitutio quidem tantum operatur in minore, quantum appellatio in majore, ff. de min. l. præſes provinciæ, ubi ſcilicet non fuit denegata. Pro prædicto uſu eſt C. de inju. l. 1. §. fi. de ve. ju. enu. l. 1. §. ſed nec. Canoniſtæ non ſic de facili reſtituunt poſt aperturam, extra de reſti. in inte. c. ſciſcitata, & c. auditis, per Ion. Nunquid ergo poſt concluſionem poſſit peti? dic quod ſi omiſit exceptionem, poteſt reſtitui ad eandem offerendam, & probandam, ſi ambæ partes petant. d. c. auditis, in fine. Item ſi ulnsa tantum, eod. tit. ſciſcitatu, nam in §. ſed in judiciis, indiſtincte loquitur, ubi eſt læſus, dicit dari reſtitutionem, ut d. l. minor. Sed obſtat quia concludendo renunciat. C. de judi. auct. jubemus. Sed ſi minor reſtitutionem repudiat, poteſt reſtitui: quia hoc ipſo videtur deceptus, §. de min. interdum, & l. ſi judex in gloſſa. Si ergo reſtituitur adverſus concluſionem, & renunciationem etiam reſtituatur, quod non invenitur ſecundum quoſdam, ſed certe invenitur d. l. ſi judex, ubi adverſus renunciationem reſtituitur, ut poſſit petere reſtitutionem, quam renunciavit. Item ſi petit reſtitutionem adverſus renunciationem, petit poſtea renunciationem ad omiſſam exceptionem: & ſic erunt duæ. Unde contingit, quod ſi habuit unam reſtitutionem ad pinguius probandum, & concluſit, ſi vult habere ſecundam reſtitutionem ad pinguius probandum, non poterit: quia jam erunt tres reſtitutiones, quæ non dantur ſecundum uſum prædictum. Poſſet dici, quod concludendo renunciet ea, quæ de jure communi ſibi competunt. Sed reſtitutio de jure ſpeciali, & contra jus commune datur. ff. de act. & oblig. l. in honorariis. Unde non videtur renunciare ei, quod contra jus commune competit, ſicut in mandando cauſas, hæc non mandatur, ff. de min. illud. §. ſi talis, us. ff. de pec. qui peculii, de cond. inde. ſi procurator, ad munic. l. Lucius, §. pen. Item quia de hac renuncianda non fuit cogitatum: unde & iniquum eſſet, &c. ff. de tranſac. cum Aquiliana, & l. qui cum tutoribus, §. fin. Item generalis renunciatio in judiciis non valet, niſi cauſæ exprimantur ff. ſi quis caution. ſed & ſi quis §. quæſitum. Item ſi petatur reſtitutio adverſus renunciationem, ſeu concluſionem: & deinde ad pinguius probandum, diverſa ſunt, & ad idem non datur, niſi bina, ſed ad pinguius probandum non habuit niſi ſemel: imo videtur circa idem, & non ſunt diverſa, quia ad hoc datur adverſus concluſionem ſeu renunciationem, ut poſtea habeat ad pinguius probandum, unde per illam pervenitur ad hanc; id autem, per quod pervenitur, cum eo ad quod pervenitur, non ſunt plura & diverſa, ſed unum, arg. de procu. l. ad tem. & l. ad legatum. Et quod dicitur de querela inoſficioſi teſtamenti, & peti. hereditatis, quod ſit unus libellus, & de reſtitutione adverſus uſucapionem, ſeu præſcriptionem, & vendicationem rei, ſicut Roffred. & Moderni dicunt: licet ergo videantur tres actus reſtitutionis, una tamen reſtitutio dicitur: quia eodem inſtanti & eadem petitione fit, ad leg. Aquil. illud. in fine & quia in conjunctis idem eſt judicium. C. de temp. app. l. per hunc, & qui admittitur ad excipiendum, admittitur ad exceptionem probandum: dicit Innoc. extra de teſtibus c. conſtitutus, & c. cauſam quæ vertitur. Celeritet petitur per reſtitutionem reſcindi concluſionem, ut ea non obſtante proponatur omiſſum. Ex hac celerita-

Digitized by Google

ſe probentur. Caſus etiam, in quibus antiqua jura mulieribus ignorantibus (*a*) ſuccurrebant in ſuo robore reſervamus, videlicet, ſi per errorem, non precio accepto, ab accuſatione deſiſtant. Si inceſtus crimen per ignorantiam juris committat. Vel ſi inſtrumenta edenda per fragilitatem ſexus ignorantes non edant. Succurritur etiam eis, ſi in ſatiſdationibus in judiciis præſtandis per juris ignorantiam inveniantur eſſe deceptæ. Item ſi ſolverint ex interceſſione, ignorantes ſe beneficio Vellejani munitas. Quos omnes, & ſi quos alios probata juris antiquitas introduxit, in ſuo rnbore volumus remanere.

De

jores enim, quibus in certis cauſis, alias, caſibus ſobvenitur in contractibus vel in delictis, vel quaſi delictis, non juvantur, ut C. de re. mi. l. quæ a parte, licet juventur in eis minores 25. annis: quod dic ut in ſum. de reſt. mi. §. ſubvenitur, ſecundum Azo.

(a) *Succurrebant*. Iſti caſus notantur. C. de jur. & fac. igno. l. 1.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ritate videtur unus actus occultari, arg. ff. de dona. inter vir. & uxo. l. 3. §. pen. Item poſſet concedi plus quam bis, ut ſi actor & reus † eſſent minores, vel tales, qui poſſent reſtitui; nam data & petita reſtitutione reo bis, poterit actor ex ſua perſona ſimiliter bis petere, & habere: qoia reſtitutio conceſſa reo non datur principaliter actori: ſed poteſt uti ea, ſi velit. C. de temp. in integ. reſt. l. petendæ, in fine qua utendo actor ex beneficio rei hoc habet, quod haberet etiamſi actor eſſet major. Non ergo perdet propterea id, quod habet ex ſua perſona, quia eſt major.

† Additio. *Actor & reus, quilibet de per ſe habet duo beneficia, vide tex. in l. 1. §. nunciatio, de oper. no. nunc. & Jaſ. in l. ſi arrogator. col. 25. verſ. ext. glo. ff. de adopt. & Din. in reg. in judiciis non eſt, colum. 2. de reg. jur. in 6.*

Quid ſi ea data reo, & ſic per conſequens datur actori: quia poteſt ea uti, ut dictum eſt, etiamſi ſit major: ſi poſt minor reus renunciat reſtitutioni & dilationi datæ; an actor major poſſit ea nihilominus uti? non videtor, ex quo enim minor renunciat, æqualitas ſervanda eſt inter eos, ut & actor major non utatur beneficio, quod habet ex perſona renunciantis, non ex ſua, ut expreſſe dicitur, ff. de mino. l. ſi judex. Aliis videtur contra, ut jus acqoiſitum adverſario per renunciationem minoris non tollatur ei, ar. ff. de contrahe. ſi poſt mortem, §. fi. de itl. act. pri. l. 1. in fine de pact. l. ult. ſolo. mat. l. ſi inſulam. in fine. C. loca. l. ſi cum Hermes, quaſi in alterius injuriam variare non poſſit, ff. de reg. jur. l. nemo poteſt mutare, cum concor. ibi in gloſſa. Et quia ſic expreſſum cavetur in caſu. l. ſi poſt mortem, in fine qood ſemel beneficio aliorum admiſſi, &c. ſic in caſu. l. ſi judex, contrarium ſtatuitur. Pro quo eſt, quia acceſſorium non conſiſtit ſine principali, ff. de reg. jur. l. cum principalis, & hic non principaliter, ſed conſecutive poterat uti actor major, ut dictum eſt.

O*Bſcuritatem*. Quæritur hic, ſi vidua facit citare pupillum, vel econtrario, an libere poſſit eum trahere, vel ipſa trahi in qood forum vult, per privilegium eis indultum per l. quando Imperator inter pup. & vid. videtur quod ſic: per præallegatam l. quando Imperator inter pup. & vid. Et facit ad hoc, ff. ex quib. cau. majo. l. ult. Quidam tamen ſentiunt contrarium, tanquam perſona privilegiata, quæ petitur trahi, habeat duo privilegia, & quia rea, & qoia concurrit cum privilegio perſonæ actoris: & ad hoc illud generale, de juris & facti igno. l. 1. & ff. de reg. ju. l. favorabiliores, & quaſi expreſſum dicitur, ff. de minor. l. verum §. fi. & quia facta compenſatione privilegiorum actor rei forum ſequatur, ut C. de jur. om. jud. l. 2. ff. de jud. l. heres abſens, & ubi in rem actio. l. ult. & hoc tenent plores magnæ auctoritatis. Sed pro probanda prima opinione poſſet dici ſic, quod una perſona privilegiata poſſet trahere aliam in quod forum velit, & ea ratione, quia privilegiatus utitur privilegio ſuo contra privilegiatum: & quia in principio judiciorum magis favemos actori quam reo. ff. de jud. l. ſi quis intentione, & l. ſolemus. Eſt ergo enormis illa ratio, quia reus non poſſet convenire, quia habet duo privilegia: & quia concurrit ſuum privilegium cum privilegio actoris, & quia reus. Nam ut probatum eſt, actor habet duo, & reus habet unum, quia actor habet privilegium ſuum, & habet privilegium, quia in principio judiciorum magis favemus actori quam reo, ut dictum eſt. Et hoc probo fortiori argumento: ecce enim ſi habet duo fora, electio eſt actoris, ut C. de epiſ. & cler. l. clericos, in principio, & ff. de judi. l. 2. Quia ſi electio eſſet rei, ipſe reus ſemper negaret, & variaret: de verborum obligationibus l. inter ſtipulantem. §. 1. & de loco marime, ff. de eo quod certo loco, l. nonnunquam, in principio, & videas maximam abſurditatem, quæ eveniret ex hoc: nam ſi actor traheret eum in uno foro, ille conventus vellet aliud, at ſi eſſet in alio, diceret ſe velle eſſe in alio: nam ante litem conteſtatam mutare poſſet voluntatem, ut ff. de jur. omn. judi. l. ſi convenerit, & ſolo. mat. l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, & ſic in infinitum variaret. Quæ variatio in judicio eſt erubeſcenda, ut C. de modo mulct. l. eos, ad fin. & ubicunque generaliter, ut ff. de inſtit. l. ſi pupillus, §. quod ſi alias, & ff. de decur. l. 1. Et ad prædicta facit, quia ex perſona actoris forum metimur. ff. ſi pars her. pet. l. 1. in principio. Et inſpicimus quid petatur, non quid debeatur, ff. de jur. omn. judi. l. pen. §. fin. Bartholomæus de Capua.

An clericus pro bonis patrimonialibus poſſit petere beneficia? vide Andream de Iſernia in conſtitutione, ſtatuimus & Spec. titu. de reſti. in integrum, §. qualiter, vet. ſed nunquid clericus. Diom. Marico.

An autem actor laudatus poſſit ex perſona ſua petere beneficia? puto quod non: quia judicium non dicitur fieri cum eo, ſed cum convento: adeo quod non poteſt in ſe ſuſcipere judicium invito actore: & liberare emptorem a judicio, prout declarat Pau. de Caſt. in l. 1. C. ubi in rem actio. In l. delegare, de novatio. & Bart. in conſil. 219. Agitur contra Tiolum.

Et dic quod non poteſt procedere, ubi ipſe vult ſuſcipere in ſe judicium, & liberare emptorem ab inſtantia judicii animo novandi: ſed ſi ſolum vult ſuſcipere judicium, & facere defenſionem pro ſuo intereſſe, in hoc admittitur, & ita quotidie practicator.

An autem tertius comparens pro ſuo intereſſe poſt publicatum in cauſa, ſi eſt perſona privilegiata, an poſſit petere beneficia, & examinare? dic quod ſic, qoia admittitur cum ſoo privilegio, & ſicut poteſt examinari io cauſa matrimoniali, ex quo in eo non obſtat publicatio, ut dicit Ange. in l. ſi ſuſcepta. ff. de inoffic. teſtam. ita etiam vigore beneficii, quod poteſt peti, etiam facta concluſione in cauſa: & ita practicator. Verum ſi cauſa eſt dividua & lis, non gaudebit illo beneficio, ſed procederur contra eum ad inſtantiam actoris, per id qood dicit Bald. io l. 3. §. ſed & verum. ff. de minori. Diomedes Maricon.

Nota ex textu, ibi, non ſicut, quod licet minor deceptus, interveoiente tutore habeat electionem petendi in integrum reſtitutionem, vel agendi contra tutorem, & nota gloſſam ſupra in conſt. mi. jura, tamen ſecus eſt in muliere læſa, interveniente mundualdo, quia reſtituitur in ſubſidium, non exiſtente mundualdo ſolvendo, ut hac conſtitutione.

In textu caſus. Nota hic aliqua privilegia mulierum

De alienationibus rerum in judicia deductarum.

TITULUS XLV.

Punitur alienans cauſa mutandi judicii futuri ante litem conteſtatam, vel etiam ante citationem factam in alium quocunque modo potentiorem cauſa mutandi judicii in tertia parte æſtimationis rei, quam alienavit, & de hoc futurum judicium ante litem conteſtatam facta etiam citatione. Quid ſi poſt litem motam res in judicium litigioſi cadentes quis ſcienter tranſtulerit, ut proceſſum judicii valeat impedire, venditor pretio rei venditæ, emptor, & ſciens totidem utroque fiſco applicando mulctetur, ſi emptor ſit ignorans quod præſumitur niſi contra probetur, recuperat pretium, & venditor, qui ſemper ſciens invenitur, damnandus eſt de toto pretio, cujus quartam partem habet emptor, reliquis tribus partibus fiſci commodis applicandis, exceptis contractibus tranſactionum, donationum propter nuptias, necnon & diviſionum rerum hereditariarum, & alienationum, legati, vel fideicommiſſi cauſa factarum, exceptuatis veteribus juribus. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Idem*

† IMPER. FREDERICUS.

EOrum (*a*) * fraudibus occurrentes, qui res mobiles vel immobiles, ſeu etiam incorporales ante litem conteſtatam, vel etiam ante citationem factam in alium quomodolibet potentiorem tranſtulerit cauſa mutandi judicii, decernimus ipſos, non ut olim, tantum ad intereſſe, cujus (*b*) probatio eſt difficilis & incerta, ſed in tertia æſtimationis rei, quam tranſtulerit, condemnari, quam ſacro noſtro ærario præcipimus applicari. Quod ſi poſt litem motam res in judicium litigioſi cadentes aliquis ſcienter tranſtulerit, ut proceſſum judicii valeat impedire, venditor pretio rei venditæ; emptor etiam ſciens, alio tantum pretio rei venditæ, utroque fiſco noſtro applicando mulctetur. Si autem ſciens emptor probari non poſſit, cum præſumatur ignorans propter bonam fidem ſuam, pretium recuperare volumus quod exſolvit: & de toto pretio, in quo venditor, qui ſemper ſciens invenitur, ut prædiximus, eſt damnandus. Quartam lucri facere volumus ignorantem emptorem, aliis tribus partibus fiſci noſtri juribus ſociandis. Quæ omnia non tantum in venditionibus, ſed in quibuslibet contractibus locum habeant. Contractus tamen cauſa tranſactionum, dotium, & donationum propter nuptias, necnon diviſionum rerum hereditariarum, & alienationum, legati, vel fideicommiſſi cauſa factos excipimus, tenore etiam veteris legis exceptos.

De expenſis.
Nova conſtitutio.

TITULUS XLVI.

Omnibus judicibus per hanc conſtitutionem præcipiatur, ut in ſententiis definitivis victum victori condemnent in expenſis, & illas de facultatibus condemnatorum faciant ſatisfacere, nec cauſa ignorantiæ excuſat eos. Item datur hoc arbitrium ipſi victori, an velit expenſas, ad quas fuit condemnatus adverſarius ejus, probare dilucida probatione, vel velit probare per ſuum juramentum, ut ſi elegerit probare per legitimas probationes expenſas prædictas, tunc judex non habet ipſas taxare, & moderari, ſed ipſas faciat ſolvere prout ſunt probatæ. Si autem elegerit per ſuum juramentum verificare, tunc judex ipſas taxabit, & moderabit. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

DIvorum (*c*) Principum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, Univerſaliter

---

De alienationibus rerum in judicio deductarum. Rubrica.

(a) E*Orum*. Punit hæc conſtitutio alienantem cauſa mutandi futuri judicii, & non punit ad intereſſe, ut olim, ſed ad certam pœnam, quia difficilis eſt probatio intereſſe, concord. Inſt. de verb. ob. §. fi. dicitur hic futurum judicium ante litem facta etiam citatione. Et ſic corrigitur hic Auth. de litigio. De pœna vero alienantis, vel accipientis rem litigioſam dic per omnia, ut in præalleg. tit. §. fi. niſi quod illa concedit tertiam partem precii emptori ignoranti, hic concedit quartam.

* Addit. *Vide ſcrib. in c. regni, conventus, nu.* 142.

(b) *Probatio*. Ut ff. de præto. ſtip. l. fi. & C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, l. 1. §. in aliis accuſa.

De expenſis. Rubrica.

(c) D*ivorum*. Pro ſcripturis, id eſt judicaturis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

rum, vide alia 24. per Spec. in tit. de dona. inter vir. & uxor. Petrus de Monteſ.

Per judices magnæ Curiæ Vicariæ obſervatur, quod muli. et indifferenter reſtituuntur quando læſio eſt in pro?ptu, ex aliquibus omiſſis, vel productis, & non pro?tatis, prout hic notatur, licet textus aliter loqui videatur.

In textu ſolvendo non ſunt. Quid ergo ſi non ſunt ſolvendo? ex hac littera colligitur, quod non reſtituuntur, ſed ſi ita intelligatur, jam nullum eſſet privilegium mulierum, cum in aliis, & in majoribus concedatur in integrum reſtitutio, ſi procuratores non ſunt ſolvendo. ff. de dolo. l. idem, & ff. mand. l. ſi procurator, ſecundo reſponſo, & nota extra de in integrum reſtitutione cap. 2. per Ber. videtur hic ergo addendum, maxime argum. dictorum jurium. Sed verius videtur, ut intelligamus ſicut gloſſa intelligit, cum non ſit noſtrum hanc conſtitutionem extendere, niſi quatenus littera dicit, & dominus And. de Iſer. nihil innovat per ſuum dictum in hoc caſu, & ſic ſatis videtur approbare gloſſam. Diomedes Maricon.

De alienationibus rerum in judicio deductarum. Rubrica.

E*Orum fraudibus*. Providet contra alienantes res litigioſas. Plenius providet conſtitutio incliti Caroli II. quæ incipit, conventus de poſſeſſione rei, ſed nec hoc ſufficit, quia tot ſunt fraudes, quæ circa hoc jugiter committuntur; ſed dicta conſtitutio, conventus, multas modernorum dirimit quæſtiones.

E*Orum fraudibus*. Vide cap. Caroli ſecundi, quod incipit, conventus, in ver. quod ſi poſt litem motam. Sed nunquid ſit neceſſaria litis conteſtatio, ut incidat in crimen litigioſi? dic quod non, ſed libellus expedit quod ſit oblatus, ut in Authent. de litigio. §. 1. in gloſſa, non eſt neceſſe. Pamphilus.

De condemnatione expenſarum & fructuum. Rubrica.

D*ivorum Principum*. Ut C. de jud. l. ſancimus, &c. Require ſupra in fi. primi lib. char. 185. & omnia

ter omnibus judicibus noſtris injungimus, Ut victoribus victos, quos ignorantiæ cauſa probabilis, & evidens non excuſat, condemnare debeant in expenſis, ſicut eas volunt de facultatibus propriis elargiri. In victoris ſane judicio ponimus utrum expenſarum ipſarum quantitatem nulla taxatione judicis munienda, probationibus dilucidare voluerit, vel proprio ſacramento firmare, proinde judicialis taxationis arbitrio moderandas.

De ſalario pro ſcripturis ſententiarum.

TITULUS XLVII.

Pro viribus ſententiæ in Curiis Bajulorum non ſolvitur niſi centeſima pars æſtimationis in litem deductæ, quam ſolvere debet ille, qui habuit ſententiam in ſui favorem, vel ab eo, qui voluerit in ſcriptis habere ipſam ſententiam. Et dividitur inter Bajulos, & Judices, & actorum notarios pro portionibus. Et poſtea ipſas expenſas victor recuperabit a victo, ex quo fuit condemnatus in ſententia. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

PRo ſcripturis, & ſcriptoribus ſententiarum, recipiant Bajulus, Judex, & notarius centeſimam partem æſtimationis rei in litem deductæ. pro juribus eorum æquis inter eos portionibus dividendam, & ſuis utilitatibus applicandam, quam ab actore vel reo recipiet, qui ſententiam ipſam, ad ſui cautelam voluerit in ſcriptis habere. Salarium autem prædictum inter eas expenſas computari cenſemus, quas præſtandas fore præſcripſimus a victo victori.

De appellationibus.

TITULUS XLVIII.

Si quis appellat ad Principem, habet ſpatium quinquaginta dierum ad apoſtolos præſentandos, quos ſufficit Magiſtro Juſtitiario vel Judicibus magnæ Curiæ præſentari: ſi autem appellat a minoribus ad alios Judices majores, tunc prædictum tempus eſt in arbitrio ejus Judicis, a quo appellatur, dummodo non excedat prædictum tempus quinquaginta dierum, & ſi poſt præſentatam appellationem appellator ſine licentia Judicis, ad quem appellavit, diſceſſerit, & non proſequatur, quaſi nunquam appellaverit, rata ſententia permanebit. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

APpellationum (*a*) * tempora, per quas definitivæ ſententiæ ſuſpenduntur certo dierum (*b*) ſpatio juſſimus limitari, ſtatuentes, in quacunque parte Regni ſententis extiterit per quoſcunque officiales ſeu judices quoſcunque prolata, delegationis jure, vel ex officio ordi-

---

De appellationibus. Rubrica.

(a) A*Pellationum*. Si quis appellat ad Principem, habet ſpatium quinquaginta dierum ad apoſtolos præſentandos, quos ſufficit Magiſtro Juſtitiario vel Judicibus magnæ Curiæ præſentare. Si autem appellet ad alios Judices, tunc prædictum tempus eſt in arbitrio eius Judicis, a quo appellatur: dummodo non excedat dictum tempus quinquaginta dierum, de jure vero communi non erat in hoc tempus taxatum, ſed ſemper erat in arbitrio Judicis, a quo appellatum eſt, ut C. de appellatio. l. ſi præſent, & ibi no. Item ſi appellat, & non proſequitur appellationem, perinde habetur ac ſi non appellaſſet, concor. C. de temp. appella. l. illud.

* Additiones. *Vide Alex. in l. fi. C. qui admit. Ant. de But. & alios in c. dilecto, de app. Bart. in l. cum procuratori, §. ſi dominus, ff. de no. oper. nunc. & addit. ad eum, ubi tangunt, ſi appellavi viva voce prima die, & deinde infra decem dies appellavi in ſcriptis, quo tempore currit dilatio quinquaginta dierum.* Marcus Antonius Pulverinus.

Adde quod ſi non obſervatur modus inductus per hanc conſtitutionem, quod appellatio deſeritur, ut per Lud. Rom. in conſil. 2. viſis mihi. Limita non habere locum in interlocutoria. Maran. fol. 92. & 193. Jacobus Anellus de Bottis.

(b) *Spatio*. Quinquaginta dierum. Sed an dies interpoſitæ appellationis computetur inter hos quinquaginta dies, & lex videtur dicere, quod nec dies interpoſitæ appellationis: nec etiam quinquageſimus dies, id eſt,

---

ANDREAS DE ISERNIA.

mnia ſcripta ſuper ipſa l. divorum, hic ponu, & ibi deleantur.

D*ivorum Principum*. Ibi, victos. Fallit in caſu ſpecialiſſimo, ubi victor victo in expenſis condemnatur, ut in Authen. de defenſo. civita. §. & judicare, ibi, omni litis ſubdi diſpendio. Quæro, dicitur hic, quod ſi judex non condemnat victum victori in expenſis, quod debet ſolvere de ſuo proprio, ut hic, & C. de judi. l. properandum. §. ſin autem alterutra, & ibi Cy. ponit, an ſi ſolvit, recuperet a victo? pro iſta quæſtione vide textum in l. miſſi. C. de exacto. trib. & quod notat Spec. in titu. de expen. §. nunc videndum. Sed quæ erit forma condemnationis expenſarum? notat Spe. in tit. de ſen. §. poſtremo, ver. item ſcias, & clarius in Speculo de exceptio. §. viſo quod ſi reus probare. Sed an pars debeat citari ad condemnationem expenſarum, dic, ut in c. conſtitutum, de procura. & vide Inn. in c. audientis, extra de procura. Petrus de Monteforte.

De ſalario pro ſcripturis ſententiarum. Rubrica.

P*Ro ſcripturis*. Auth. Correcta eſt, ut dictom eſt ſupra l. proxi. ad quod eſt, ut ſit ſublata. c. in planitie S. Martini, quod incipit: Item ſtatuimus, quod ſive in magna Curia.

De appellationibus. Rubrica.

A*Ppellationum tempora*. Hæc bene gloſſatur & de communi materia. Dicit tamen gloſſa, quod tempus, alias terminus datus de jure communi ſcilicet 30. dierum ad petendum apoſtolos, & proceſſum, non mutatur, pro quo eſt, quia hæc conſtitutio reſtringit tempora appellationis. Sed ſi poſſet petere apoſtolos poſt 30. dies, qui dantur a jure communi, eſſet prorogare, non conſtringere. Item ſtatuitur tempus ad præſentandum proceſſum judicii appellationis, non ad petendum apoſtolos, & ſic cum de tempore petendi non mutetur, ſtabitur juri communi: quia quod non mutatur, &c. C. de ap. ar. l. præcipimus, in fi. non eſt præſumendum voluiſſe tollere tot jura, quæ loquuntur de petendis apoſtolis infra 30. dies, argumen. C. de inof. teſt. ſi quan-

ordinario cognoſcentes, a qua fuerit ad audientiam noſtri culminis appellatum (*a*) quinquaginta dierum * ſpatium a die appellationis interpoſitæ habeat appellator: (*b*) infra quod proceſſum judicii, & appellationis noſtræ curiæ præſentet. Et ut omnis omnino allegandæ difficultatis occaſio in poſterum conquieſcat, appellationes ipſas Magiſtro Juſtitiario, (*c*) ſeu Judicibus magnæ curiæ noſtræ ſufficiat præſentari. Ceterum ſi ad alios majores Judices a minorum ſententia fuerit appellatio interjecta, qui nobiſcum in Curia commorantur, tunc pro locorum diſtantiis, & cauſarum qualitatibus necnon & perſonarum pronunciationibus Judicibus præſentandum (*d*) appellationum tempora præſtitui volumus appellanti, (*e*) dummodo præ-

---

eſt, ultimus computetur, ſecundum unam expoſitionem illius l. ut ff. ſi quis cau. l. 1. ut ſic proceſſus judicii appellationis repræſentari poſſit infra quinquaginta dies alia ultima die, & facit pro hoc, ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. Sed contra puto, & dico diem appellationis interpoſitæ computandum inter hos quinquaginta dies: ſic enim erat olim jure veteri in biduo & triduo interponendæ appellationis, ut a die latæ ſententiæ computaretur, ut ff. quando appell. ſit l. 1. §. biduum, ſic & hodie jure novo Auth. ut decem dierum ſpatium interponendæ appellationis a die recitationis ſententiæ computetur, ut in Auth. colla. 3. de appel. circa principium. Immo plus dico, ſcilicet, quod computatio fiat de momento ad momentum, ut ſi appellatio fuit interpoſita hora tertia: poſſit poſtea in hac die uſque ad horam tertiam judici appellationis repræſentari proceſſus, & ſic ſuppleatur ſibi in quinquaginta primus dies, quod defuit in primo, videlicet, in die interpoſitæ appellationis, argu. ad hoc ff. quando appe. ſit. l. 1. §. quod in ſententiis, & argu. ff. de minu. l. 3. §. minorem, & in præalleg. auth. ubi dicit, a die recitandæ ſententiæ, &c. & ſic videtur innuere tempus ab hora ſententiæ numerari. Quod puto verum, & quod dies interpoſitæ appellationis, & etiam ultimus quinquageſimus ſint inter hos dies numerandi: facit peroptime ſupra de appa. l. prima. ubi dicit triduum dari in qualibet citatione infra civitatum facienda, computato in dicto triduo die citationis, & die, quo citatus debet ſe in judicio præſentare. Hæc omnia, quæ dicta ſunt de temporibus præſentandi judicii, & appellationis interpoſitæ, dicantur de temporibus appellationis interponendæ, ut tempus decem dierum, infra quod hodie jure noviſſimo poteſt appellari, a die recitationis ſententiæ numeretur, ut in præalle. l. & Auth. de app. in princ. colla. 4. & fiat computatio de momento ad momentum, ut ſuperius eſt relatum. Andreas.

(a) *Quinquaginta dierum*. Simile ſpatium 50. dierum datur ad proponendas excuſationes a tutela vel cura, ut ff. de excuſ. tut. ſcire oportet. §. 1. & Inſtit. de exc. tu. §. qui autem ſe excuſare volunt. cum ſim.

Quinquaginta dierum. Inſtit. de excu. tu. §. qui autem. ff. de excuſat. tut. l. quinquaginta, cum concord. ibi poſitis.

* Additio. *Etiamſi appellaverit prima die poſt ſententiam, ut per Alexan. in l. fi. nume. 7. C. qui admitti. Etiam vide quod ſervatur de ſtilo ſacri Palatii, decis. Afflic. 50. & 79. ſcilicet quando fuit impedimentum, non potuit haberi copia, diceretur non currere tempus, ſicut dicimus in cap. ex ratione, de appell. & c. fina. eo. tit. per Imol. quia etiamſi hæc conſtitutio hoc non dicat, ſunt ſervandæ leges antiquæ, ut dicit gloſſa ſupra in conſtitutione, exceptione, in ver. filiationis, facit l. 1. in fine C. de anna. excep. & quod tempus non currat impedito, vide tex. in c. quia diverſitatem, ubi Abb. in 3. not. de conceſ. preb.* De Bottis.

(b) *Infra quod*. Terminus datus a jure communi ad petendum apoſtolos, & proceſſum, videlicet triginta dierum, ut C. de appellat. l. judicibus, non mutatur hic: quod dic ſecundum Azo. in ſom. de appel. §. libello autem, & C. de appel. l. eos qui. §. pen. & l. quoniam nonnulla, in præalleg. l. judicibus. & ff. de li. di. l. una. Niſi diceres, quod ille terminus triginta dierum includatur in iſto termino a lege ſtatuto ad præſentandum, ut ſic infra quinquaginta dies quandocunque poſſit petere præſentare. G.

(c) *Seu judicibus*. Quinimmo executoribus litium, ut in Authent. ut ſpon. lar. §. hoc quoque ſancimus.

(d) *Appellationum tempora*. Et ita committitur arbitrio judicantis quantum tempus ſtatuat appellanti ad præſentandum proceſſum judici appellationis, ut C. de appel. l. præſes, & ibi de hoc extra de appellatio. cum Romana, & cap. oblatæ. Tamen hic additur, quia terminus iſte non debet excedere ſpatium quinquaginta dierum, ut hic, & ſi non ſtatueretur a judice aliquis terminus, haberet appellator ſpatium quinquaginta dierum inductum per hanc l. ſicut hic invenitur.

(e) *Dummodo*. Et ita ſpatium hujuſmodi quinquaginta dierum eſt meta, ultra quam non licet progredi, ſed infra bene poteſt ſubſiſti, ſicut in meta triennii, infra quam poteſt durare inſtantia civilis judicii, & meta biennii, infra quam durat inſtantia judicii criminalis, ut patet C. de judic. properandum, in principio, & ut infra certum tempus cri. quæſtio tet. l. ulti. Et ſicut in præſcript. 30. & 40. an. dicitur, ut C. de præſcript. 30. vel 40. an. ſicut in rem, & l. omnes, ſed econverſo in ſpatio 50. dierum, quod datur ad proponendas excuſationes a tutore vel curatore, ut in præalleg. l. ſcire oportet, §. aliud, ubi dici-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

quando Legis correctio evitanda eſt, de inof. do. l. 1. & d. l. præcipimus, in fi., nec præſumuntur tunc correctæ etiam ex identitate rationis legis correctæ: unde oportet, quod expreſſe corrigatur. Et dicitur expreſſe lex per aliam corrigi, quando eſt ſibi directo contraria, ut notatur in conſtitutione, ea quæ, in primo li. conſti. Regni. Et tunc exponetur, proceſſum judicium ſcilicet petitum infra 30. dies, & cum inſtantia ſcilicet ſæpius, ff. de lib. di. l. 1. ut ſæpius dicat actum binum, arg. ſupra. C. de epiſ. au. l. 3. Sed ſi lex non dixiſſet ſæpius, de primo actu tantum intelligeretur ff. de ver. ſig. l. boves. §. 1. Verba debent aptari materiæ, de qua quis loquitur. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. x. de eden. veluti, ſufficeret ergo tunc bis peti. Quid ſi eodem actu dicat, peto & iterum peto? non videtur ſufficere, quia plura eodem impetu facta pro uno reputantur. ff. ad l. Aquil. l. illud. §. fi. Deinde ponit gloſſa alium intellectum, quod illa ſcilicet terminus 30. dierum includatur in ipſo termino a lege ſtatuto ad præſentandum, & ſic infra 50. dies quandocunque poſſit petere, & præſentare, pro quo eſt, quia proceſſum judicii non petitum infra 30. dies quomodo præſentabit infra 50. dies, ſi poſt triginta non poſſit petere? Simpliciter dixit hæc conſtitutio nova, & poſterior, quod præſentaret proceſſum infra quadraginta dies, non dixit, ſi fuit petitum infra 30. arg. C. de cad. tol. l. 1. §. pe. ff. de publi. l. de precio, expreſſiſſet ſi voluiſſet tempora appellationum, ſicut illa de petendo. Et hæc de præſentando gravant appellationem in uno, quod præſentet infra 50. dies, cum haberet ſex menſes, vel ad arbitrium judicis, quod longius poterat eſſe. C. eo. præſes, in glo. & l. ſi quis appellatio. Item hic judex præfigit non ſimpliciter arbitrio ſuo, ſed pro locorum diſtantia, & congrue dicitur, quod relevatur in alio, ſcilicet, ut poſſit quandocunque præſentare. ff. de jurejuran. eum qui, ſed hic ſufficeret appellare, & præſentare proceſſum infra terminum, nec eſt curandum de petitione apoſtolorum: quia breve tempus datur ad præſentandum, quod non erat de jure Romano: & ſic anti-

prædictorum quinquaginta dierum ſpatium non excedat indulta dilatio. Quæ omnia in ipſo apoſtolorum * tenore volumus contineri. Illud etiam præſenti conjungimus ſanctioni, quod ſi poſt appellationem præſentatam, appellator ſine licentia judicis, ad quem appellavit, diſceſſerit,

dicitur, quod nunquam datur minus ſpatium quinquaginta dierum, ſed excedere bene poteſt, ut ibi patet.

* Additio. *Sed apoſtoli, cujus expenſis ſint dandi, vide Luc. in l. in ſacris, col. 5. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

antiquitus ſervabatur, & videtur verius. At ubi deberet petere apoſtolos, ſi judex non det, proteſtetur: alias videtur deſerere appellationem. C. eod. judicibus, & l. quoniam nonnulli. ff. de lib. dimiſ. l. 1. Licet ipſe judex dare debeat non petenti. C. eo. l. eos, in fi. ſed ſi non dat, punitur, in Authen. ut nul. ju. §. illas, quæ pœna judicis non dantis non excuſabit non petentem, quin cauſam videatur deſerere, argumen. ff. de adulter. l. 1. §. ſi publico, ibi, ipſum onerat, non mulierem excuſat. Sed quid ſi præſentavit poſt terminum, † & pars conſentiat, ut habeatur pro præſentato infra terminum? Reſpondeo, non valet: quia cauſa finita erat per deſertionem, & extincta appellatio: & ſic ſententia erat rata, ut d. l. quoniam. Habetur appellans ac ſi renuntiaſſet, etiam in termino dato a judice, qui accuſ. non poſſ. l. ſed & ſi poſt renunciationem, cauſa reſtaurari non poteſt. C. de pac. l. poſtquam.

† Additio. *Vide Luc. de Penna, in l. 3. col.* 1. *C. de primip. lib.* 12. Jacob. Anellus de Bottis.

Ex ſententia & appellatione interpoſita & proſecutione appellationis debito tempore ſortitur juriſdictionem appellationis judex, non ex conventione litigantium ſola: & ideo pactum tale non ſuſcitabit quod extinctum erat. ff. de pact. l. ſi unus. §. ſed ſi pactum conventum. Proficiet tamen pactum ad novum contractum, quod hic non eſt, quia ſola conventio privatorum non dat juriſdictionem. C. de juriſd. omni. judic. privatorum, nec nuda voluntate naſcetur juriſdictio, & actio, argum. ff. de nego. geſt. Pomponius. Nam actio extincta non reſuſcitatur. ff. de ſolut. l. qui res. §. aream, maxime odio litium. d. l. poſtquam, argum. contra, quia actionem ineptam non poteſt quis facere aptam, ff. ad exhib. l. Julianus. §. Celſus. Et hoc prodeſt ad multa, ut ſi poſt terminum ad probandum datum partes conſentiant, ut teſtes habeantur pro productis infra terminum: quia non poſſunt partes mutare juris formam. ff. de oper. libe. cerdonem. de admini. tut. l. quidam decedens, ad leg. Falc. quod de bonis. §. 1. de pac. jus publicum. Sed infra terminum partes poſſunt terminum prorogare cum conſenſu judicis, & diceretur unus terminus. ff. de procur. l. ſed ſi manente, de arb. ſi cum dies. §. 1. Conſtitutio ſupra lite legitime conteſtata dari dicit unum terminum. Et ſic non obſtat quod dictum eſt ſupra. l. in pecuniariis, quod partes poſſunt conſentire, ut ſtetur dicto unius: quia ibi erat validum dictum ejus, hic omnino invalidum, ex quo appellatio erat deſerta, quia non præſentavit proceſſum infra terminum, multo magis ſi poſt deſertam appellationem, ut ſi poſt lapſum termini pars litiget: & non opponat id, quia non propterea præjudicabit ſibi: quia ubi expreſſum non nocet, nec tacitum, arg. ff. ad munic. l. Lucius. §. pen. C. ſol. mat. l. 2. extra de arb. cum tempora. Item ſi non præſentavit infra terminum, vel eſt lapſum tempus ad proſequendum appellationem, an pronunciabitur de hoc? Reſpondeo non, imo judex appellationis ſignificabit hoc judici principalis cauſæ, ut ipſe hoc ſibi cognito mandet executioni, d. l. quoniam nonnulli. Et no. in l. eos, in prin. in glo. ne forte &c.

Non inſtanter inſtet. Debet ergo appellator proſequi cauſam appellationis ſtatim, cum præſentavit appellationem, hoc eſt, quod dicit ut reſponſum debitum conſequatur, ſcilicet, de appellatione, quam fecit, ſit juſta vel non, quod ex proſecutione apparebit, hoc eſt officium judicis appellationis pronunciare ſententiam juſtam vel injuſtam, in d. l. eos, in prin. non poteſt intelligi reſponſum debitum, ſcilicet, ut judex dicat, bene veneritis, ſed reſponſum ſuper eo, de quo adiit judicem. Et ſic tenetur non tantum ad proceſſum, ſed proſequi quod jure Romano vocatur, introducere cauſam appellationis, & tunc proſequitur quando citari fecit appellantem ad proſequendum jure Romano, non cogitur appellator, niſi quando eſt in confinio temporis anni, vel biennii. C. de temp. appel. Auth. ei qui verſ. appellatore, & in Auth. de his qui ingredi. ad appel. unde illa ſumitur. Jure canonico definitur, ut illud tempus poſſit præveniri, non quod debeat prorogari, extra eo. tit. c. oblatæ. Quid ergo ſi præſentato proceſſu judici appellationis receſſit appellator de licentia judicis appellationis, non tamen inſtetit: an habeatur ac ſi non provocaſſet? Reſpondeo, judex male fecit, quia debuit dicere juſta potius, quam licentiare, & ſic facit litem ſuam, per quod tenetur parti læſæ ad intereſſe. ff. de judi. l. ſi filius. Inſtit. de obli. quæ ex quaſi male, in prin. etiamſi per ignorantiam, quæ culpæ debet annumerari. ff. loc. l. ſi quis fundum. §. ſi quis vitulos. Non tamen habetur ac ſi non appellaſſet is, qui licentiatus per judicem receſſit, quia hæc littera exigit duo, ſcilicet, ut recedat ſine licentia, & ut non inſtet, ergo alterum non ſufficit. ff. de iti. act. priv. l. 3. §. hoc interdictum, ut non decipiatur per judicem, arg. C. de his qui veni. ætat. impe. l. 1. Auctoritas judicis facit licitum, quod alias erat illicitum, arg. ff. quod fal. tu. auct. l. 1. in fi. poteſt parcere contumaci. C. quomodo & quando jud. l. 1. ff. de judi. non quicquid. Quid ſi non recedat de Curia judicis appellator, non tamen inſtet proſequendo cauſam appellationis: Idem videtur eadem ratione, qua duo ponit judex, tamen arctat eum præfigendo diem, quo incipiat proſequi in utroque caſu. Item & ſi judex hoc non faciat, appellans tamen poteſt petere ut procedatur non per hanc conſtitutionem, quia hoc non dicit, nec jure Romano, quia prope finem temporis, ut eſt dictum, licet mos gerendus ſit reo. ff. de probat. l. circa, in fine tamen biennii hoc fit in principali. C. quomodo, & quando ju. in auben. qui ſemel. Innoc. dicit, quod judex abbreviat hoc tempus, extra de appellat. cap. cum appellationibus, dummodo nimium non præcurrat, ut in cap. oblatæ. Juriſtæ habent hoc pro opinione, ſed non approbatur in d. §. appellatore. d. authen. ei qui, in gl. quæ incipit, ei qui appellat. in verſic. & etiam ante ratio magna eſt. Et quoties Juriſtæ ſunt in diverſis opinionibus, & una canonizatur, proſequuntur opinionem canonizatam, ut eſt videre. ff. de judi. l. ſi de vi extra de cauſa poſſeſ. & proprie, in cap. paſtoralis, quia non dedignantur leges ſacros canones imitari, ut in Authen. ut cler. apud propri. epiſc. §. penult. Quid ſi præſentavit proceſſum, & impetravit citationem ſollanter inſtando, ſi non procedat ultra, ita quod adverſarius non ſit citatus: habebitur ne ac ſi appellatum non fuiſſet? videtur quod ſic, ſi accipimus inſtare eſſe proſequi cauſam appellationis, pro quo ff. de in jus voc. l. libertus. Immo ſi fecit citari, & citatio non tenuit, quia facta die feriato, vel alias circumducto edicto. ff. de judi. l. & poſt. non videtur per iſtos actus inſtare, quia ante litem conteſtatam, vel ante illos actus, qui pro lite conteſtata habentur, non dicimus inſtare, ſeu inſtare velle. ff. rem ra. hab. l. amplius, & verba cum effectu accipienda ſunt. ff. ne quis eum qui in jus voca. vi exi. l. fin. de verbor. ſignificatio. nomen. in fi. & hoc cum actus hujuſmodi nulli ſunt. ff. de condit. & demonſtr. l. hæc conditio. Secus ſi eſſet validum id, quod incepiſſet, puta, citatus eſt appellatus, & comparuit appellatore non comparente, tunc agetur cauſa ex

una

rit, nec inſtanter inſtet, ut reſponſum debitum conſequatur, quaſi nunquam (*a*) appellaverit, rata ſententia permanebit. Niſi (*b*) ipſo jure nulla a judice ſuperiore dicatur.

De

(a) *Appellaverit*. Nec videtur enim veniſſe, qui diſcedit, ut ff. de rei ven. is qui ſe obtulit, in fine. Nec ſufficit accedere ad judicem, ſed oportet venientem inſtanter de ſuo facto teſtificari: aliter ſimilis eſt ei, qui nunquam acceſſit, ut ff. de excu. tu. ſcire oportet, §. ſufficit, in ver. ſcire autem, &c. nec etiam ante debet diſcedere, quam a judice ante deſiderio proficiſcendi licentiam conſequatur, ut C. de Dec. II. to. ſi quis Decurio, vel propriæ rei cauſa. Nec videtur quid facere, qui partem individui facit. C. qui teſta. fac. poſ. l. furioſum.

(b) *Ipſo jure*. Ut ff. de app. ſi expreſſim, & famil. erciſ. l. quædam, in fine.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

una parte. d. l. fi. §. illud. Et quantum ad pœnam hujus conſtitutionis vitandam inſtare dicitur primo actu valido. ff. de verb. ſignifi. boves. §. hoc ſermone, principum enim eſt potiſſima pars ejus quod agitur. ff. de orig. jur. l. 1.

Rata ſententia. Et nihilominus damnabitur, quando fecit citari appellatum, aut appellans citatus eſt ad proſequendum & non comparuit, appellat, aut comparuit, ſed ſine licentia receſſit, tanquam contumax in principali cauſa ad tertiam mobilium condemnetur ſupra de pœ. conto. in ci. ca. l. pœnam, & ſi ambo receſſerunt condemnandi ſunt in decima parte litis, eo. titu. ſæpe contingit, nam indiſtincte loquuntur, non diſtinguendo in cauſa principali & appellationis, & ſic indiſtincte intelliguntur, quia eadem ratio eſt in cauſa appellationis, ſcilicet, quia judicem eludunt, & cauſam prorogant, ergo idem jur. ff. ad leg. Aquil. illud, de verbo. obligatio. l. a Titio. In caſu iſtius litteræ non condemnaretur, quando praſentaverit proceſſum, ſi non inſtet & recedit, non enim ſprevit judicem, quia non fuit vocatus, ſed ob negligentiam, quare non inſtetit puniri debet, quia ſententia rata manet, tunc judex appellationis non habet, quid facere ultra. Nunquid conjuncta perſona pro appellatore ſine mandato inſtabit ſatiſdando de rato, ut ſententia non maneat rata, ſicut ſi non appellaſſet argu. ff. de procura. l. ſed & hæ. & l. Pomponius, non diſtinguunt in cauſa principali, vel appellationis? Dicunt quidam, cavebitur de rato in quantum eſt actor, quia appellat. C. de appel. hi qui, ſicut reus in exceptione. ff. de probatio. In exceptio., necnon de jud. ſolvendo ſubaudi, quia fuit condemnatus & convictus reus e principio: unde ſicut fuit reus in principali, ita in appellatione, quia eadem eſt ratio. C. de procura. ita demum, nec mirum, quia & alibi utraque præſtatur cautio. ff. de procurat. non ſolum. §. eſt & alius, & l. ſi defunctus. §. fin. ut quia eſt actor & reus uterque præſtat. Verius eſt ut tantum praſtet de judicato ſolvendo. ff. de appel. reci. l. 2. in fi. glo. nam cum in cauſa principali defenditur per alium, defendetur & in cauſa appellationis. ff. ne per alium cauſa appellationis. l. 2. in fi. & facit ff. de appel. l. ne conſenſu. §. filium, & appellare poteſt conjuncta perſona, ut d. l. 1.

A*Ppellationum*. Nota textum, ibi, ſuſpenduntur. Alibi dicitur, quod appellatio ſuſpendit, alias extinguit pronunciatum. l. 1. §. divus, ad Turpil. & de appel. l. expreſſis, & vide Goff. in ſumma de offi. deleg. §. finitur per appellationem. Et hoc verum, niſi appellatio fuerit fruſtratoria, ut no. gl. in c. cupientes, de elect. lib. 6. ver. appell.

In textu, ibi, ſpatium quinquaginta dierum. Quærit gloſſa, an dies interpoſitæ appellationis computetur inter hos 50. dies; argum. pro, & contra: & finaliter dicit quod talis dies computatur, ſicut computatur dies citationis ſententiæ in to. ad appellandum. Ideo dicit gloſſa, quod tempus appellationis ſententiæ currit de momento ad momentum, ut ſi appellatio fuerit interpoſita hora tertia, debeat repræſentari judici ad quem, hora tertia, argum. ff. quan. appel. ſit. l. 2. §. in ſummis, & §. dies, & ff. de minor. l. 3. §. minorem. Sed an poſſit abbreviari tale tempus? & quid ſi partes conſentiant appellationi? per Cyn. in auth. ei qui. C. de temp. appel. in ult. quæſt. & ſi contra tempus ſtatutum a jure appellans non petat, aut judici ſe repræſentet, removetur ab agendo, & pœnam appellationis ſuſtinet. 2. q. 6. cap. ab eo. Quid ſi fuerit impeditus appellans in hos 50. dies, impedimento juris vel facti, quod auxilium dabitur ei? dic reſtitutionis in integrum, ut in ſimili de itin. actuque pri. l. 1. §. ſi quis autem. Sed quantum tempus ſibi reſtituetur? vide glo. in c. ſi electio quæ de elect. l. 6. in glo. fi. in verbo, non ergo.

In textu, ibi, inſtanter inſtet. Sed nunquid appellans poſſit ſe pœnitere? dic quod ſic, ut de appel. l. ſi quis libellos, parte non contradicente, & de temp. appel. l. per hanc, vide in conſtitutione officiorum. Et quis exequatur ſententiam, a qua fuit appellatum? vide in l. a divo Pio, de re judi. Et nota, quod ſuccumbens in cauſa appellationis condemnatur in expenſis, de quo per Cyn. in l. generaliter. C. de jurejuran. & de appell. c. ut debitus, & c. cordi. in fi. lib. 6. & 2. q. 6. c. forma apoſtolorum dimiſſorum, vide ejuſdem quæſt. §. forma. De libello meræ appellationis, vide in c. Raynaldus, extra de teſt. Forme vero conteſtationis ponitur per Egid. in ver. qualiter fit litis conteſtatio. Forme ſententiæ ponitur in c. Raynutius, & in c. Rayn. extra de teſt. & in l. reos, de app. per Cy. 5. q. & vide in c. appellationis, de jur. cal. lib. 6. Bartholomæus de Capua.

An in cauſa appellationis poſſint teſtes ſuper novis articulis principalibus produci? dic quod non, ut in conſtitutione juriſperitorum, licet de jure communi eſſet altercatio in l. per hanc, de temp. appe. per tex. & ibi Inno. Hoſt. & Bernar. in c. fraternitatis, de teſtibus, & in c. cum Joannes, eremita, de fi. inſtru. & in cle. 2. de teſtibus.

In textu, ibi, quaſi nunquam appellaverit, & remittitur ad judicem, a quo appellavit: & damnatur in expenſis, ut extra eo. c. ſecundum. §. quod ſi app. Et habebitur pro deſerta, & damnabitur in expenſis, ut in c. reprehenſibilis, eo. tit. in gloſſa punitur, & c. ſeq. & tunc judex debet ſervare ordinem, ut dicitur per Doct. in l. 1. ſi app. pend. Et ad hanc conſtitutionem, vide And. in tit. quo tempo. miles. c. ſancimus.

In gloſſa ſecunda, in fi. Et quod fiat computatio de momento ad momentum in appellatione, no. glo. in l. 1. §. dies, ver. quid ergo. ff. quando appel. ſit. Petrus de Monteforte.

Appellationum. In verbo judicibus. Sed nunquid ſufficit præſentare notario actorum? videtur quod non: ut hic, & C. de aſſeſ. l. 1. ubi dicitur quod notarius non habet, niſi ſcribere, facit C. de jure fiſci. l. 2. in fi. lib. 10. In contrarium videtur veritas, quod ſufficiet: immo non ſolum notario, ſed & famulo juſtitiæ, ut in Auth. ut ſpon. larg. §. quorum. Et nota, quod hic ſunt ſtatuti quinquaginta dies ad præſentandum proceſſum in cauſa appellationis coram judice appellationis: ſed de jure communi dantur duo menſes appellanti ad præſentandum, ut in Anthen. de jud. §. de appellatione. Bartholomæus de Capua.

Ut

Digitized by Google

De cauſis in judicio cito dicendis.

TITULUS XLIX.

Vult hæc conſtitutio, quod judices intendant abbreviationi litium, unde mandat, ut poſt dicta teſtium publicata biduum detur advocatis ad diſputandum, & pars vel advocatus, qui ultra biduum profert, tenetur alii ad expenſas, poſt concluſionem pronunciet judex, quando vult infra decennium a die concluſionis numerandum, hoc dicit, Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Item.*

UNiverſos (*a*) * & ſingulos judices regni noſtri volumus cum voto noſtro concurrere: Ut cauſas in eorum examine ventilatas cito decidant, advocatorum allegationibus, qui (*b*) filacteria ſua perorando dilatant, niſi quatenus deſideratæ inſtructionis neceſſitas exegerit, nul-

---

De cauſis in judicio cito dicendis. Rubrica.

(a) UNiverſos. Imperatur vult, ut judicet intendant ad deciſiones litium. Unde mandat, ut poſt dicta teſtium publicata biduum tantum detur advocatis ad diſputandum. Pars vel advocatus ultra biduum cauſam transferens tenetur alii ad expenſas. Poſt concluſionem pronunciat judex, quando poteſt. Et notantur hæc in Authen. de judic. jubemus.

Univerſos. Iſta conſtitutio melius ſtaret ſupra da proceſſu judicii.

* Additio. *Hujus conſtitutionis meminit Luc. de Pen. in l. in his, qui fiſco*, C. *de comven. fiſci debit. lib.* 10. *ubi videas*. De Bottis.

(b) *Filacteria*. Nota contra Advocatos parabolanos & Oratores proliaos, qui ut appareant ſcioli, verborum inculcationibus ſe dilatant, de quibus loquitur Evangelium, dilatant filacteria ſua, & magnificant fimbrias: amant enim primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabi; & Salomon: In multiloquio non deeſt peccatum, nam ubi multitudo, ibi confuſio: & dum quis effuſo ſermone ſe jactat, in promptum incidat ſui periculum, ut de do. praemiſ. l. ult. in fine. Multitudo quidem reſtringitur, ut C. de proxim. ſac. ſcri. l. comperimus. lib. 12. nam onerosa eſt, & nil habet honeſti. Virtus vero in modicis ex multis conſiſtit, ut in Auth. de reſer. circa principium. Quia nihil, quod immenſum eſt, bonum eſt, ut in Authen. de menſu. or. cler. & ut deter. ſit nu. cle. in principio. Multitudo enim eſt legibus & canonibus inimica, ut extra de præben. c. quia in tantum, & dic ut ibi, & C. de novo Cod. confir. in principio, & extra de reſcrip. in decretali nova Innocentii IV. in c. præſentium: ubi pleniſſime de hoc. Breviter autem dicenda dicere commodius eſt, ut ff. de off. præfec. prat. l. una. in principio. Nam ſcriptum eſt, Brevius oratio penetraret cælum; & alibi: Gaudent brevitate Moderni. Quid enim verbis ſuperfluis opus eſt, ut C. de do. l. fi. & de præſcrip. vet. l. verborum, & concor. ff. de don. cau. mor. l. ſenatus, §. 1. de falſ. ſi quis obrepſerit, & ſic mandat Juſtinianus, ne verboſis aſcriptionibus quis utatur, ſed compendioſa narratione negotium explanetur, & C. de app. l. ampliorem. Cum multo melius ſit pauca idonee effundere, quam multis inutilibus homines prægravare, ut C. de vet. jure enu. l. tanta. §. ſi quid autem in tanta. Et melius eſt agere pauca, & caute, quam multis intereſſe periculoſe, ut in Authen. de tabel. §. 1. Bene ergo lex dicit multitudinem egenam, & brevitatem opulentam, ut in prælleg. l. tanta, & in prællega. §. ſi quid autem, circa finem. Copia enim facit inopiam, ut in proœmio Digeſt. §. nos vero. Et multa intelligentur ea paucis, ut in Auth. de conſang. & affi. circa principium collatio. 6. Quæ omnia prædicta comprobant morem Gallicorum, qui ſermonis diligunt brevitatem. Sed non poſſunt ſemper homines ſub brevitate loqui propter naturam facti ardui, vel intricati, ut in Autheut. de non alienan. aut permu. re. eccle. §. Ita itaque ſub brevitate, juxta illud Horatii: Dum brevis eſſe laboro, Obſcurus fio. Unde dicat quis quod cauſa deſiderat, & neceſſaria verba ponat, C. de poſtul. l. quiſquis, & de prec. Imper. offer. l. ultima. Iſta ſunt argumenta pro teſte, ut non ſit verboſus, unde Cato, Contra verboſos noli contendere verbis. Et alibi dicit lex, taceat retentionum verboſitas, ut C. de rei uxor. act. l. 1. §. taceat. Et alibi tolluntur ambages verborum, ut C. de arbit. ne in arbitris, ad finem.

ANDREAS DE ISERNIA.

Ut infra duos dies poſt publicationem concludatur in cauſa. Rubrica.

UNiverſos. Bene gloſſatur, & multa utilia dicit gloſſa de verboſitatibus in cauſis. Et quomodo judex interrumpit advocatum quærendo non malitioſe, ſed conferendo cum eo ad ſuam inſtructionem, quod alteri non licet parti. ff. de legat. 3. Offidius, & imponit finem dicendorum advocato, quando vult. Dicit enim, quod diſputatio, quæ proprie eſt in diſceptatione juris, eſt de proceſſu, intelligitur, ſi inter partes diſputetur, alias non eſt ſubſtantialis, quia non numeratur inter illa, extra de probatio. cap. quoniam contra falſam. Idem dicit de publicatione glo. licet non contineatur in dicto cap. quoniam, quod exprimatur de concluſione, ſi fiat concluſio, vel ſi partes præſentes petant ferri ſententiam: & feratur aliter non concluſo, putamus valere: quia ſi non expreſſe, tacite renunciaverunt, & non refert verbis, vel factis &c. ff. de legibus. l. de quibus, in fine. Renonciat enim quis ipſo facto, extra de offic. deleg. cum ſuper abbatia, in gloſſa. ff. de pactis, l. tale pactum, §. qui provocavit. C. de jure dot. l. 2. & de re judic. abſolutionem. Idem ſi citatus, ut veniat renunciaturus, & concluſurus, & ſit contumax vel nolit præſens concludere: dum tamen iterato citetur ad ſententiam audiendam. C. de judic. authen. jubemus. In gloſſa idcirco, in l. prolatam, ponit gloſſa publicationem eſſe de ordine judicii, ſed non concluſionem. Item juramentum calumniæ, quod eſt ſubſtantiale, poteſt tacite omitti. C. de jurejuran. propter calum. l. 4. §. ſed quia, multo fortius omittetur, quod non eſt ſubſtantiale: illa non curantur. ff. de ventre inſpicien. l. 1. in fine. Propterea ſi judex in ſententia ſua dicit eſſe concluſum, cum concluſio non appareat in actis: & ſibi non creditur de jure Romano. C. de arbi. l. ne in arbitris, non erit ſententia ipſo jure nulla propter hoc mendacium: quia non eſt de ſubſtantialibus, ut dictum eſt ſupra. ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi prætor, & §. in cauſa. Secus ſi mendacium in ſententia eſſet de ſubſtantialibus, ff. de excuſat. tutorum. l. qui teſtamento, nam ibi abſolvit propter cauſam, quæ nata non erat, quod ergo dixit eſſe concluſum, non vitiabitur, ſicut ſi dixiſſet, Arma virumque cano. ff. de verborum obligat. l. quæ extrinſecus. Item ſecus ſi vitium eſſet ratione perſonæ adjunctæ, d. c. cum ſuper abbatia. arg. contra. ff. quod fal. tuto. auct. l. 1. §. 1.

UNiverſos. Ibi, publicatorum. Quæro an in publicatione teſtium vel actorum ſit neceſſaria partium præſentia? dic quod non, ut notatur in l. geſta. C. de re judic. Sed an debeat pars citari? dic quod ſic, ut in l. ſolam, ſecundum unam lecturam. C. de teſtibus.

In gloſſa publicatorum, in fine. Sed quid ſi aliqua par-

nullatenus (*a*) indulgentes, ſed poſt dicta teſtium (*b*) publicatorum in judicio, & ex eis rubricas aſſunptas, in qualibet cauſa duorum dierum ſpatium tantum habeant advocati ad diſpotandum de jure, & concludendum in cauſa. Quorum ſegnitiem ſi judex cauſæ forte reperierit evidentem, expenſas omnes, quas parti propter tardıtatem ipſorum affixerint, cum integritate perſolvant. Quod ſi per advocatos forte non ſteterit, ſed per partes, quæ concludere forte non volunt, expenſas omnes ſimiliter pars (*c*) conclusionem & renunciationem differens adverſario ſuo (*d*) in utroque caſu ſacramento parti cum taxatione judicis manifeſtandas, exſolvat. Partibus autem concludentibus judices ad deciſionem cauſæ ſecundum Deum, & juſtitiam inſtanter intendant: quibus propter cauſarum multitudinem certum pronunciandi tempus nequimus definire: ita quod infra (*e*) decem dierum ſpatium a die concluſionis numerandum ſalubri noſtræ conſtitutionis proviſione judicibus præſtitutum cauſam ſtudeant ſententiali calculo terminare.

De pœna judicis, qui male judicavit.

TITULUS L.

Pœna judici male judicantis fraudulenter, & per dolum, eſt, quia privatur officio irrecuperabiliter, & efficitur infamis, & privatur omnibus ſuis bonis per ſententiam. Si autem per ignorantiam male judicavit, punitur arbitrio regis. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

SI (*f*) judex fraudulenter atque doloſe contra leges ſententiam protulerit, ab auctoritate judiciaria irrecuperabiliter cadat, notetur infamia, rebus ſuis omnibus publicatis. Quod ſi ignorantia juris in ſententia oberraverit, pro ſimplicitate animi manifeſta pro noſtræ voluntatis arbitrio puniatur.

De eodem.

Punitur pœna capitis judex, qui aliquem ad mortem condemnavit, accepta pecunia. hoc dicit. Matthæus.

† REX ROGERIUS. † *Alias, Idem.*

JUdex (*g*) ſi accepta pecunia reum aliquem criminis & mortis fecerit, periculo capitis ſubjacebit.

No-

(a) *Indulgentes.* Et ita judex finem imponit, prout ſibi videtur, advocato multum dicenti, ut ff. de his quæ in teſt. del. proxime circa finem, licet videatur contra C. de potu. l. quiſquis, §. penul. ubi dicit, uſque orare liceat, quouſque maluerit, &c. immo & hic lex certum præfigit terminum diſputandi, ut infra patet, quo advocati debent interesse publicationi & diſputation, quæ per eos fieri habent, ut hic, & ad hoc in Authen. de teſt. §. ſi vero deducens, & ff. de adulter. ſi poſtulaverit, §. quæſtioni. Licet advocati partium non debeant intereſſe in deliberationibus judicii, ut in præalleg. l. proxime, §. Antoninus Cæſar, & C. de off. civi, ju. l. 1. Sed & alii advocati ſic, ut ff. de publ. jud. l. cuſtodiar. Item collige in hac conſtitutione, quod diſputatio eſt de proceſſu, quia ſcilicet, advocati partium debent in cauſa ſuper efficacia probatorum diſputare de jure, ut hic. Et ſumptus aſt eis danous, Authen. de teſtibus, §. ſi vero deducens, & §. illud tamen, & §. ſi vero judici, & §. penult. ubi dicit, quæcunque vero cum petierint, & ad diſputandum de eis, &c. Et nota, quod diſputare ſonat proprie in juris diſceptatione, ut ff. mand. ſi fidejuſſor. §. quædam.

(b) *Publicatorum.* Nota ergo, quod publicatio atteſtationum & in judicio actitatorum eſt de proceſſu & ordine judiciario, ut hic patet, & colligitur. C. de eden. is apud, ſecundum antiquum intellectum, qui fit ibi in glo. or. & C. ut lite pend. l. ſecunda, & in Authent. de teſti. §. quia vero, & ideo ambæ partes ſpecialiter ſunt citandæ ſub certo peremptorio termino ad publicandum, ut patet extra de off. & pote. jud. deleg. c. conſuluit.

(c) *Concluſionem & renunciationem.* Et, pro, id eſt, renunciatione, allegationibus, & omnibus probationibus. ſic exponitur, &, pro, id eſt, in Authent. de nupt. §. primo ſiquidem nuptiæ, & C. ſi de mo. poſ. fuit appel. lege prima. Et nota, quod hæc concluſio in cauſa, ſive renunciatio ad ſententiam eſt de proceſſu, ſive de ordine judicii, ut hic patet, & ſumitur in Authent. de teſti. §. quia vero multi, &c. C. de judic. authent. jubemus. Et legitur extra de cau. poſ. & prop. cap. paſt. & de fide inſtrumentor. cap. cum dilectos, extra de procur. cap. auditis, ſed in præalleg. §. quia vero multi, non loquitur de ultima & finali concluſione, quæ fit in tota cauſa. Sed de quadam concluſione, quæ fit in certa parte judicii, videlicet, renunciatione productioni teſtium, ut ibi patet: hic vero & in aliis præallegatis juribus loquitur de concluſione, quæ fit in tota cauſa, id eſt, renunciatione, quæ fit omnibus allegationibus de jure & facto.

(d) *In utroque caſu.* Non ergo præfigitur hic terminus concludendi, unde dic ut in Auth. ut cum de app. cog. collat. 8. §. 2.

(e) *Decem dierum.* Bene ſtatuitur hoc ſpatium decem dierum: quia infra hoc tempus poteſt pleniſſime deliberari, ut in Authen. de app. §. 1. collat. 4.

De pœna judicis, qui male judicavit. Rubrica.

(f) S*I judex.* Punitur hic judex, qui dolo judicavit. Item punitur in minori pœna, quando per ignorantiam deliquit, alia pœna imponitur, C. de pœna judi. & ff. de judic. ſi filius, & ibi no. quas leges non dico tolli per iſtam, immo ex hac & ex illis agi poteſt, ut ff. de actio. quoties, & hæc lex in civili loquitur. G.

De eodem.

(g) J*Udex.* Hæc lex punit judicem delinquentem in criminali: & facit ff. de ſicar. l. 1. §. 2. & l. lege.

No-

ANDREAS DE ISERNIA.

partium fuit contumax in uno actu, nunquid citari debeat in alio actu? & dic quod ſic, ut C. de jud. auct. jubemus, & ibi nota, ubi aliquis erat contumax citatus ad renunciandum (qui actus eſt de proceſſu, ſeu ordine, ut in ſeq. glo. no.) & tamen citatur ad definitivam ſententiam audiendam, licet videatur notari contrarium, C. quomodo & quando jud. l. tres. Bartholomæus de Capua.

De pœna judicis, qui male judicavit. Rubrica.

SI *judex.* Nota caſum, ubi publicantur bona quando judex doloſe male judicat. Et loquitur in civili, ut dicit gloſſa. Jure Romano eſt confiſcatio bonorum in criminali. C. de pœna judic. qui male judi. authen. novo jure, &c.

De eodem.

J*Udex ſi accepta pecunia.* Hic ſpecialiter magis punitur condemnans hominem ad mortem recepta pecunia: quia & ipſe occiditur. ff. de ſicar. l. 1. Idem & ſi recipit pecuniam, ut damnet, eadem l. ver. qui magiſtratus. Item & qui falſum teſtimonium dicit contra accuſatum crimine publico, ead. l. ver. qui falſum, & hoc ideo, quia videtur occidere, qui cauſam

Nova conſtitutio.

Quatuor dicta continet hæc Conſtitutio. Primum eſt, quod crimen corruptelæ officialis regis, eſt crimen publicum, id eſt, quod omnibus datur licentia accuſandi, vel deferendi officialem, & donatorem, vel promiſſorem, de donatione vel promiſſione facta officiali: & durat uſque ibi, Promiſſa pecunia. Hic ponitur ſecundum dictum, quod ſi facta accuſatione, vel denunciatione de corruptione facta officiali per promiſſionem pecuniæ, conſtabit judici per legitimam probationem, ita quod accuſati vel denunciati ſint convicti de dicta corruptione, accuſans vel denuncians præmiabitur: & ejus præmium erit, quod officialis condemnabitur ad ſolvendum dicto accuſatori vel denunciatori tantum, quantum fuit promiſſum dicto officiali: & durat uſque ibi, ceterum. Hic ponitur tertium dictum, quid ſi illud, quod fuit datum vel promiſſum officiali, non eſt certum qualiter puniatur officialis? & reſpondet hic littera, quod conſiderata qualitate cauſæ & perſonarum punietur arbitrio judicantis: & durat uſque ibi, Verum ſi promiſit. Hic ponitur quartum & ultimum dictum, videlicet, quod ſi promiſſor, vel dator pecuniæ officiali pro corruptione diſtulit denunciare regiæ curiæ infra tres dies dictam donationem vel promiſſionem factam dicto officiali, incidit in pœnam iſtam: quia in tantundem debet ſe componere cum regia curia, quantum ab eo fuit actum vel promiſſum: & durat uſque in finem. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

CORruptelæ (*a*) crimen præſenti ſanctione publicum omnibus eſſe decernimus: Ut accuſandi, vel deferendi quoslibet de donatione vel promiſſione corruptos., quibuslibet libera licentia concedatur promiſſa pecunia de corruptione legitima probatione convictis in præmium detur deferentibus, vel accuſantibus corruptelas, videlicet, ut ſi certum quid officialem aliquem in corruptela ſui recepiſſe vel pollicitum admiſiſſe conſtiterit, denuncians vel accuſans accuſatione vel denunciatione probata, tantundem ab officiali recipiat, quantum ſibi promiſſum fuiſſe conſtiterit, vel ab ipſo receptum. Ceterum ſi incertum ſit quid ſibi promiſſum extiterit, vel receptum, pœnam policitationis incertæ, pro qualitate perſonarum & cauſæ, arbitrio permittimus judicantis. Verum ſi promiſſor, aut dator infra triduum denunciare data vel promiſſa diſtulerit, tantundem, quantum ab eo datum, vel promiſſum conſtiterit, fiſco noſtro componat.

De pœna illorum, qui judices† corrumpunt. † *Alias, officiales.*

TITULUS LI.

Hæc conſtitutio loquitur de pœna corrumpentis judicem. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

LItigator autem, qui judicem dando corrumperit, vel corrumpere promittendo voluerit, ſi etiam bonam cauſam habeat, in ipſa ſuccumbat: hoc idem in eiſdem Magiſtro Juſtitiæ & Juſtitiario, ſi contra prædictam prohibitionem noſtram receperit aliqid, volumus obſervari. Et ut in talibus qualibet omnibus delinquendi materia ſubtrahatur, edicimus, Ut officialis, cui in corruptelam ſui promiſſionem fieri contigerit promittentis nomen, & promiſſi etiam quantitatem, & modum nobis, vel alicui, per quem ad nos notitia facti perveniat, ſtudeat nunciare.

De

(a) *Nova conſtitutio.* C*Orruptelæ. Pecunia, &c.* Cum illo contumace hic idem quod dictum eſt ſupra prox. conſt.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſam mortis praſtitit, eod. titu. l. ubi, & patet Danielis 13. in fine, ubi illis duobus presbyteris factum eſt id quod Suſannæ fecerunt inferri.

Nova Conſtitutio.

C*Orruptelæ crimen.* De eadem materia eſt. Et ſtatuit quod ſit crimen publicum. Dat etiam præmium accuſantibus ſeu deferentibus. Sed ſi dans vel promittens non accuſaverit, vel detulerit infra tres dies, punit eum, poſſunt ergo ſe deferre & præmium habere, pro quo eſt argum. C. lib. 10. de his qui ſe defe. l. 1. ff. de jure fiſ. l. edictum. Item pro tarda denunciatione eſt argum. C. ad leg. Juliam majeſt. l. quiſquis, in fi.

C*Orruptelæ crimen.* In textu decernimus, ut accuſandi. Nota, quod crimen corruptelæ eſt publicum, & competit cuilibet de populo. In fi. no. quod ſi ille qui corrumpit aliquem officialem pecunia, vel promiſſione aliqua, eundem officialem non denunciaverit infra triduum, de corruptione, quam facit, poſtea denunciare non poteſt: Imo tenetur ſolvere tantundem fiſco.

De pœna illorum, qui judices corrumpunt. Rubrica.

L*Itigator.* Proſequitur corruptelam officialium, & hic æquiparat promiſſionem dationi, ſic C. de teſtibus, l. ſi quis teſtibus, in fi. infra l. proxima, & C. de pœna judic. qui ma. ju. l. prima, & ſecunda, & in Authent. ibi poſita, quæ incipit, ut litigantes jurent, etiam jure Romano officialis non debet capere eſculenta, & poculenta, niſi quæ conſumantur infra dies proximos. ff. de offic. præſid. l. plebiſcito, & quæ non excedant multam quantitatem. ff. de offic. conſul. obſervare. §. fina. Sed nunquid poteſt recipere pecuniam pro eſculentis & poculentis, quæ non excedant multam quantitatem, uſque ad concurrentem quantitatem eorum, quæ poſſunt conſumere infra dies proximos? vidi enim magnum officialem ſic facientem. Et videtur quod ſic, quia hæc pecunia ſuccedit loco rei, ſcilicet eſculenti, & poculenti, pro quibus datur, & ſic eodem jure erit hæc pecunia, ſicut eſſent eſculenta, & poculenta prædicta, quæ recipere potuiſſet, argumen. ff. de pet. hered. ſi rem & precium, in fi. ff. de legat. 3. l. Imperator, in fi. cum l. ſequen. nam ſolvi poteſt unum pro alio creditore volente. ff. de conſtit. pec. l. 1. §. eruidem, & poteſt mulier rem dotalem, quæ prohibita eſt alienari, permutare uſque ad concurrentem quantitatem, ſi utile ſit ſibi. ff. de jure do. l. ita conſtante, & l. ſequen. Contrarium

puto

De probationibus in appellationibus producendis.

TITULUS LII.

Poſtquam quis didicit teſtificata, nullo modo ſuper eodem articulo poſſunt teſtes iterum produci, ſed in cauſa appellationis in eodem articulo, in quo non produxit in principali teſtes, poteſt ita demum producere, ſi doceat ſe prima juſte impeditum non potuiſſe teſtes in cauſa principali producere. Ultimo dicit, quod in cauſa appellationis debet procedi utraque parte præſente vel vocata, vel contumaciter abſente, appellatore vero abſente non proceditur, quia eſt ex tunc firma ſententia. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

JUriſperitorum (*a*) * altercationes (*b*) determinare volentes, ſancimus: Si quando teſtes in principali cauſa producti fuerint, & etiam pu-

De probationibus in appellationibus producendis, Rubrica.

(a) J*Uriſperitorum.* Magna fuit altercatio inter Doctores, an poſſint in appellationis cauſa teſtes produci ſuper eodem articulo, ut no. in l. per hanc. & ibi eſt vera opinio quod ſic. Quæ opinio hic reprobatur, ut nullo modo in eodem articulo poſſint iterum teſtes produci, poſtquam quis didicit teſtificata. concor. in hoc jus canonicum extra de teſti. c. fraternitatis, & ibi de hoc, ſed in cauſa appellationis in eo articulo, in quo non produxit teſtes in principali, poſſunt ita demum produci, ſi doceat ſe primo juſte impeditum, & propterea non potuiſſe teſtes producere in cauſa principali. Ult. dicitur quod in cauſa appellationis debet procedi utraque parte præſente, vel parte appellata contumaciter abſente, concor. C. de temp. app. l. 1. §. illud. appellante vero abſente non proceditur: quia ſententia eſt ex tunc firma, ut in prealleg. ll.

* Additio. *Vide Capic. deciſ. 15. & Guid. deciſ. 585. ubi limitat, & omnino Fely. in cap. cum Joannes eremita, de teſtibus ubi an & quando poſſit in cauſa appellationis probari omiſſum in cauſa principali, an autem in cauſa appellationis poſſit articulari, quod teſtes producti in cauſa principali aliter dixerint quam ſcriptum fuerit per Notarium, vide Aym. Cravet. conſi. 74. nume. 4. 5. An ſi in cauſa principali ſit articulatum quod valebat puta centum, poſſit in cauſa appellationis articulari quod valebat quinquaginta, vide Alexan. conſi. 64. incip. viſa conſultatione, volum. 2. nume. 7. & Guide. Papæ in deci. 585. & quid ſi producti ſint articuli, ſuper quibus teſtes non depoſuerunt in prima inſtantia, vide Bald. in l. 1. ſi de inveſt. inter dom. & vaſal. & Fely. in capit. fraternitatis, de teſtibus, vide aliquas limitat. per Covar. lib. pract. qq. cap. 18. nume. 6. vide Capic. deciſ. 62. in principio, ubi ponit, quod in repulſa repulſæ poſſunt fieri articuli concernentes id, quod deductum eſt in termino, quod nota.* Jacobus Anellus de Bottis.

(b) *Altercationes.* Quæ ſunt. C. de teſt. auct. at qui ſemel. in gloſſa niſi ad reprobationem &c. & opinio, quæ ibi approbata eſt, hic reprobatur.

ANDREAS DE ISERNIA.

puto, quia hoc eſt introductum in odium ſuum cauſa honeſtatis ſervandæ, ut nihil recipiant, niſi poculenta & eſculenta, ergo ad ſimilia, nec ad pecuniam trahi debet argumentorum, ff. de libe. & poſthu. l. cum quidam; eſſet enim quodammodo fraus, & lex per aliam viam circumveniretur, ut cum non poſſit recipere pecuniam directo, faciat per obliquum, ſcilicet, nomine xenii, quod eſſe non debet. ff. de toto. & cura. da. ab his, ſcire, & per hoc invitarentur plerumque ad delinquendum colore prædicto quæſito, argum. ff. de pact. conven. l. convenire, & res mali exempli eſſet, argum. ff. de pœ. ſi quis a jud. §. qui abortionis. Item leges prædictæ de eſculentis & poculentis tantum loquuntur, non ergo debent extendi ad aliud: quia id quod in uno permittitur, in alio prohibetur. C. de procur. l. maritus &c. & eſt hæc tertia ratio, quare ſit prohibendum in ejus ſimili, ſcilicet, in pecunia, ne odium, fraus, & color quæri poſſit, ut dictum eſt.

L*Itigator.* Ibi, ſuccumbat. De jure communi punitur pœna falſi, l. 1. §. qui judicem. ff. de falſ. Petrus de Monteforte.

De probationibus in appellationibus producendis. Rubrica.

J*Uriſperitorum.* Tria ponit, l. per hanc. C. de temp. app. quorum unum tantum corrigitur per iſtam conſtitutionem, alia duo ſtant in ſuo robore. Dicebat enim non probatum probabo per teſtes, non obſtante quod publicatæ fuerunt, & apertæ atteſtationes in cauſa principali ſecundum opinionem approbatam, dic. l. per hanc. Hoc corrigitur, quia eſt timor falſi & ſubornationis teſtium: ſed per inſtrumenta potero probare in cauſa appellationis etiam vetera, quia ceſſat timor, & hoc eſt ſecundum dictum, in quo non corrigitur l. per hanc, nam producuntur in principali poſt aperturam, ut notatur in auth. qui ſemel. de teſti. in gloſſa niſi eſſet in cauſa concluſum, extra de fi. inſtru. cum dilectus. Item & poſt concluſionem, ſi juſta cauſa moveat judicem, puta, ſi vidiſſet adverſarium impediviſſe, ut non producerentur inſtrumenta, vel ea ſubtraxiſſet, vel ſimili cauſa dicit Ber. in c. paſtoralis, in fi. de cau. poſſ. & propr. Similis cauſa poſſet eſſe, ſi oſtendit judici inſtrumenta: non tamen fuerunt in actis aſſignata, hoc caſo poſſet judex de facto ſupplere, ut dicit Jo. 30. q. ult. judicantem, in ult. gloſſa. Addit tamen in fine ſi parti non noceat, alias non creditur judici, niſi quatenus conſtat. d. c. quoniam. Hoc in Regno eſſet aliter, ubi vivitur jure Longobardo, quo ſtatut commemorationi judicis, ut in Longobar. de debi. & gua. ſi quis amodo, & ſic hoc caſu producentur inſtrumenta non obſtante concluſione, & dabitur copia inde parti, ut vere dicere poſſit contra inſtrumenta. In aliis membris licet alias eſſet concluſum, illa non tanguntur, arg. C. de re. cre. generaliter, §. nullo. Quid tunc ſi committit judex receptionem teſtium? Et coram iſtis producantur inſtrumenta, ſatis eſſet eis commiſſum recipere probationes. At ſi commiſit, & limitavit de teſtibus? videtur de inſtrumentis prohibuiſſe, ff. de judi. cum prætor. C. de proc. maritus. Poſſet dici, licet juris rigor obſtet, quod de æquitate, quæ debet movere judicem, poſſit, ut in d. c. paſtoralis. in fine. Nam & teſtimonia teſtium continentur in inſtrumento, de fi. inſtru. l. 1. quia parem vim obtinent in litibus, C. eo. l. in exercendis, ut ſi videat hunc producentem ſimplicem, arg. ff. de proba. cum de indebito, l. 1. Juris ignari credunt ſufficere coram eis oſtendere inſtrumenta, quæ ignorantur, quia juris ignorantia non debet nocere in damno, ff. de jur. & fac. ignor. l. error. Rigor dicit debuiſſe conſulere peritiorem & advocatum ſuum, ff. de bono. poſſeſ. l. in bonorum, de ædil. edic. quod ſi nolit, §. qui mancipia. Æquitas tamen prævalet, quam ſemper judex præ oculis debet habere, ff. de eo quod cer. lo. l. quod ſi Epheſi, §. ult. C. de judi. l. placuit, & d. c. paſtoralis. Item decebat non oblatum offeram, † ſi dependet ea veteribus, & hoc eſt tertium, quod ſimiliter non corrigitur.

† Additio. *Nam, quia ſentit quod eſt probandum aliquid circa prius petita, non autem ut aliquid de novo petat, & ita clarius declarat Fely. in c. ſignificaverunt. col. 4. de excep.* De Bottis.

De præcedentibus ponuntur per Modernos multa exempla, quorum unum tantum proponere contentus ero, ſic, ff. ad l. Aquil. ita vulneratus, in fine. Petii a te decem, quæ tibi mutuavi, probaſti in principali pactum de non petendo, & fuiſti abſolutus, appellavi,

publicati (*a*) ſuper eodem articulo a producente vel ab adverſario teſtes * amodo produci non poſſe propter (*b*) falſi fabricandi materiam, (*c*) propter cujus timorem poſt publicationem teſtium teſtes produci denuo jura in principalibus judiciis vetuerant; in appellationibus etiam (*d*) removentes. Quod ſi nulli teſtes fuerint in cauſa principali producti, ita demum in appellationum judiciis eos appellanti producere liceat, ſi is, qui terminum ad probandum in principali cauſa receperit, juſta ex cauſa, impeditum ſe doceat, propter quam ſperatos teſtes producere nequiſſet. Alioquin ad probandum denuo nullatenus admittetur. Præſenti etiam ſanctioni illud edicimus adſcribendum, ſi quando in cauſis appellationum probationes (e) inducendæ ſunt vel interrogationes & conceſſiones fieri deſiderantur, in eis ambæ partes neceſſario ſint præſentes, ut eis, quominus conſtitutis cauſa plenius inſtruatur.

Quod ſi in termino peremptorio pars appellata citata non venerit, nihilominus appellatore præſente, altera parte contumaciter abſente, ad confirmationem ſententiæ ſecundum jus & juſtitiam (*f*) procedatur.

(a) *Super eodem.* Corrigitur in hac conſtitutione l. per hanc, quæ eſt. C. de temp. & repa. ap. quando videlicet ſuper eodem articulo. Sed ſi producantur ſuper novo articulo connexo, tunc l. per hanc, ſtat in ſuo robore, & non corrigitur. Item in cauſa appellationis poſſunt inſtrumenta proferri: etiam ſuper veteri c. ſive ſint in principali cauſa producti teſtes: ſive non ſuper eo, ut patet in l. per hanc, quæ in hoc ſimiliter ſtat in ſuo robore, nec corrigitur hic, nec ſubeſt timor falſitatis inſtrumentis, qui ſubeſt in teſtibus. Et no. Inn. extra de teſt. c. cum dilectus, dicit non poſſe ſuper novis, ergo ex capitulis connexis produci poſſunt teſtes, & ſic concor. extra de teſtibus, fraternitatis. Et dicit ut ibi notatur, quod hæc concluſio in cauſa ſive renunciatio ad ſententiam eſt de proceſſu, ſive de ordine judicii, ut hic patet, & ſumitur in Auth. de teſt. §. quia vero multi &c. & C. de judi. auct. jubemus. Et legitur extra de cau. poſſ. & propt. c. cum dilectus, extra de proc. c. auditis.

* Additio. *Intellige ut per Marian. in repe. cap. fraternitatis, car. 6. verſ. & ex prædictis ego facio. ext. de teſt.* De Bot.

(b) *Falſi.* Sic, ff. de eden. l. 1. §. 2.

(c) *Propter cujus timorem.* Ut ff. quemad. teſt. ape. l. 2. §. diem, & in Auth. de teſt. §. quia vero multi.

(d) *Removentes.* Concor. C. de fidejuſ. l. fin.

(e) *Inducendæ.* Quod eſt in caſu ſuperius expreſſo.

(f) *Procedatur.* Facit C. de appellationibus ampliorem, in principali.

ANDREAS DE ISERNIA.

in cauſa appellationis poſſum probare, quod feciſti mihi poſtea pactum de non petendo. Dependet autem, quia pacta noviſſima debent ſervari. C. de pac. l. pacta noviſſima, ultimum autem pactum dependet a primo: quia ultimum non dicitur, niſi reſpectu primi. ff. de reb. dub. qui duos, & rupto primo teſtamento rumpitur ſecundum dependens, ff. de his qui. ut indi. l. poſt legatum, §. principale, non econtra, ff. de vulg. & pup. ſub. l. ex pupillari. Item exemplum, ſi principale probatum eſſet, quod promiſſio, de qua agitur, fuit facta per metum, in cauſa appellationis, probabo quod incepit ſolvere. C. quod me. cauſa, l. 2. Sed an poſſit dependere ex oblatis adverſarii, vel oportet dependere ea oblatis meis? Reſpondeo etiam adverſarii, ut in omnibus exemplis, quæ ſumuntur, ut ff. cura. furi. l. conſilio, §. 1. & in dicto exemplo de pacto de non petendo, ut patet extra de fi. inſtru. c. cum Joannes, & quia poſſum ex oblatione adverſarii, qua utitur fundare intentionem meam. C. de eden. l. quemadmodum, in fine; argumentum contra, quia de ſuo jure non de alieno &c. ff. ſi uſufruc. pe. l. uti frui. in principio. Sed ſatis eſt, quia ea quo poſitum eſt per adverſarium cum per eum jus ſit mihi quæſitum, ff. de contra ta. ſi poſt mortem, §. fin. Et nota, quod dependens debet aliud dicere, quam id a quo dependet: ſicut aliud debet eſſe quod excipitur, & aliud id a quo fit exceptio. ff. de lega. 1. Titiæ textores, depo. l. quod Nerva. Nam ſi idem non recipietur. Item oportet quod iſtud, a quo dependet, ſit validum: nam ab invalido dependere non poteſt, quia rupto principali, rumpitur dependens, ſive acceſſorium, arg. C. de codi. l. 1. & d. l. ex pupillari, & de inju. rup. te. l. nam & ſi. in fine de re ju. cum principalis, arg. contra de libe. & poſthum. l. & ſi pepercerit, in fine. Item oportet quod dependeat a confirmato: nam a negato non poteſt aliquid dependere, cum negatio nihil ſit. C. de probatio. l. actor. An in cauſa appellationis poſſit reprobare teſtes † productos in principali cauſa, quos tunc debuit reprobare? dic quod non: niſi in caſu falſitatis, per ea quæ notantur, & dicuntur C. de fi. inſtru. l. fi. in fine, extra de proba. c. 1. extra de excep. c. 1. in gloſſa. Dilatoriam autem vel declinatoriam omiſſam in principali, non opponet in cauſa appellationis. C. de procurat. ita demum.

† Additio. *Adde Affl. in deciſ. 266. & Capic. deciſ. 157. ubi late, & Afflic. ibi ponit, quod ſi fuit petita repulſa in cauſa principali & non fuit conceſſa, an poſſit peti in cauſa appellationis, & determinat quod ſic.* De Bott.

Quod ſi nulli teſtes. Id eſt, ſi non omnes, quos producere debuit, & non produxit juſta de cauſa impeditus, & ſic utimur, nam eadem eſt ratio: & ratio diverſitatis reddi non poteſt. Nihil enim eſt actum, cum quid ſupereſt, &c. C. ad Syllan. l. pen. & ff. de tribu. l. idem, ff. de reg. ju. l. minus. Et nota, quod hanc eandem diſtinctionem faciunt aliqui in articulis, ut ſi in principali infra biduum non dedit juſta de cauſa impeditus, det in cauſa appellationis: colligitur ex conſtitutione, lite legitime conteſtata, ſupra de proceſ. judi. ibi, vel nova cauſa &c. quia ſi poſſet tunc in principali, poterit propter juſtum impedimentum in cauſa appellationis, quæ quoad multa cenſetur eadem, ut in l. ita demum. Haberet ſiquidem reſtitutionem ex generali clauſula, ſi qua juſta cauſa mihi videbitur, ff. ex qui. cau. ma. l. 1. in fine. Quia ſi hæc diſtinctio ſit in teſtibus, fiet & in articulis, per quos pervenitur ad dandos teſtes, ff. de ſpon. oratio. ideo enim ponitur, ut probetur. C. de proba. l. ad probationem. Si vero juſtum impedimentum non probet, non ponet novum: nec probabit in cauſa appellationis, niſi ſit dependens ex veteri, ut ſupra dictum eſt. Item nota in fine hujus conſtitutionis, quod declaratur id, quod dicitur. C. de temp. app. l. fi. §. illud, quod ex una tantum parte proceditur in cauſa appellationis, ſcilicet, abſente citato & contumace. Nam in principali hoc non poſſet. C. ſi per vim vel alio modo, l. fi. habet locum etiam in criminali, vel ſi agatur cauſa nullitatis: de quo diximus plene in titu. de inveſti. inter dom. & vaſal. ſi quæſtio ori. 1. cap. Andreas de Iſernia.

Juriſperitorum. In textu, in fine cum gloſſa 1. in fine. Nota hic, quod parte appellata contumaciter abſente, poteſt procedi in cauſa appellationis, ut hic in textu in fine; ſecus autem parte appellante abſente, ut hic in gloſſa, & idem in cauſa nullitatis, ut hic per And. Sed an ſit recipienda appellatio vel ne, ſine cognitione cauſæ appellationis, ſi juſta ſit appellatio ita vel ne, & fiat ſine cauſæ cognitione, & parte non vocata? dic quod ſic, ut notatur per Innoc. in cap. paſtoralis officii, de offi. delega. An in cauſa appellationis ſit dandus libellus, & facienda litis conteſtatio, vide gloſſam in conſtitutione Regni dilationes, in gloſſa mag. circa finem quæ tenet quod ſic. Sed Marinus ibi in quæſtione quæ incipit, ſed nunquid in cauſa appellationis, dicit quod ſufficit, quod de facto fiat litis conteſtatio. Pamphilus Mollus.

F I N I S   L I B R I   S E C U N D I.

IN-

Digitized by Google

INCIPIT LIBER TERTIUS.

De juribus rerum regalium, & de perſonis quibuslibet ſervilis conditionis a clericali officio removendis.

TITULUS I.

Rex Rogerius declarat Principibus, Comitibus, Baronibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, hanc legem generalem per eum conditam, videlicet, quod quicunque tenet aliquid magnum ſive parvum de regalibus regis, ullo modo non poteſt regalia ipſa alienare, donare, vel vendere in totum, vel in partem minuere, aut permittere, quod dicta regalia ſubtrahantur, aut quod aliquod damnum regia curia patiatur. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

SCire (*a*) volumus Principes noſtros, Comites, Barones, Archiepiſcopos, univerſos Epiſcopos, & Abbates, Quod quicunque de regalibus noſtris magnum, vel parvum quid tenet, nullo modo, nullo ingenio poſſit ad noſtra regalia pertinens alienare, (1) donare, vel vendere in totum, vel in partem minuere, unde jura noſtra regalia minuantur, aut ſubtrahantur, aut damnum aliquod patiantur.

De vaſallis, † alius, de villanis non ordinandis.

† *Alias, de vaſallis non ordinandis in ordine eccleſiaſtico.*

TITULUS II.

Probibentur aſcriptitii clericari, ſine domini voluntate, niſi in caſu, ut hic: ſecus in villanis, qui ſunt perſonaliter adſtricti, ſed de rebus ſervire debent. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

ASciptitios (*b*) ſine voluntate, & aſſenſu eorum, quorum juri ſubditi ſunt, & poteſtati, nullus epiſcoporum ordinare præſumat. Hi, quorum (*c*) aſcriptitii ſuut, ſi quod præmium ob licentiam ordinandi, vel conſecrandi ſuſcepiſſe convicti fuerint, jus aſcriptitium perdant, & qui dederit pecuniam ab ordine motus fiſco noſtro, cum rebus omnibus, jus vendicetur. Ne tamen ſiniſtrum aliquod aliquando poſſit noſtris conſtitutionibus obviare, ſi forte in rure, vel in vico eccleſia conſtituta aſſignatos habuerit (2) ſacerdotes, quibus decedentibus ſunt aliqui ſubrogandi, & pertinaces domini ruris, vel vici ſuper aſcriptitiis fieri ſubrogationem negaverint: præſertim cum ex ipſis aſcriptitiis perſona idonea ſacerdotio ab Epiſcopo expectetur: dignum clementiæ noſtræ videtur, atque juſtiſſimum ad juſtam petitionem eccleſiæ aſcriptitiorum dominum jure cogendum. Filii vero aſcriptitii ordinati ad aſcriptitiorum conditionem redeant, omni occaſione remota.

De

De juribus rerum regalium, & de perſonis, &c. Rubrica.

(a) SCire volumus. Hæc conſtitutio prohibet poſſeſſiones rerum regalium alienari non poſſe in totum, vel in partem. Et ita patet, quod non tantum prohibet de re ſingulari, ut infra de præſcriptio. l. conſuetudinem, in fine, verum etiam de toto feudo, ſeu quota parte feudi, ut infra de revo. feu. l. prima, & ſecunda. Item attende hic, quod ſicut fit prohibitio de toto feudo, ita de diminutione feudi, ut argumen. bonum. ff. ad leg. Falcid. quod de bonis. §. ultimo.

(1) ADDITIO. *Adde quod habetur in tota titulo de rebus eccleſ. non aliznan. & diffuſe per Lauren. de Rodul. in repet. cap. ſine exceptione.* 12. q. 2. Superantius.

De vaſallis, alias, de villanis non ordinandis. Rubrica.

(b) A*Scriptitios*. Hæc conſtitutio, & ſequens non ſunt multum de pane quærendo. Prohibet enim hæc conſtitutio clericari aſcriptitios ſine domini voluntate, ut in caſu, qui eſt in littera. Sed aliud de jure communi. C. de epiſco. & cler. Auth. aſcriptitios, & hoc eſt in his aſcriptitiis, qui ſunt glebæ perſonaliter aſcripti: ſecus in villanis, qui non perſonaliter, ſed de rebus ſervire debent, ut in ſequenti conſtitutione.

(c) *Aſcriptitii*. Loquitur de aſcriptitiis, an poſſint clericari?

(2) ADDITIO. *Sacerdotes certo numero cogendum, ut patiantur aſcriptos ſuos ordinare, & facit in Authenti. de ſanc. epiſc. §. aſcriptitios, & C. de epiſco. & cleric. quiſque.*

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De juribus rerum regalium, & de perſonis quibuslibet ſervilis, & talis conditionis a clericali officio removendis. Rubrica.

SCire volumus. Quæ ſunt regalia, dicitur in titulo, quæ ſunt regalia: nam eſt nomen generale, fiſcalia, & patrimonialia comprehendens, quæ omnia regis dicuntur, & ſunt. C. de quadriennii præſcript. l. fin. ff. de legat. 1. apud Julianum, §. ultimo.

ADDITIO. *Adde, quid veniat appellatione regalium? vide in c. 1. quæ ſint regalia, in uſibus feud. & in c. generali, & ibi Archid. & Joan. And. de elect. lib. 6.*

Comprehendit enim illa, quæ excadunt Curiæ, ſeu fiſco, ſicut ſunt bona committentium crimen læſæ majeſtatis, ut in dicto titulo. Hæc nullus ſine Regis voluntate debet tenere, aut alienare, quia ſic in rebus privatorum, ut contra domini voluntatem nil fiat in bonis eorum. C. de pactis. l. fin. in fine, de rebus alien. non alienand. per totum titulum.

De vaſallis, alias, de villanis non ordinandis. Rubrica.

A*Scriptitios*. Hæc conſtitutio concordat cum jure communi, C. de epiſcopis, & clericis, quiſquis,

De his, qui debent accedere ad ordinem clericatus.

TITULUS III.

Aliqui erant in hoc errore, qui dicebant, quod nullus villanus poterat ordinari ad ordinem clericatus: Iſte error tollitur per iſtam conſtitutionem ſub iſta diſtinctione, videlicet, quod aut villanus erat obligatus ad ſervitia perſonalia in perpetuum, vel erat aſcriptus glebæ: & tunc non poterat aſſumi ad ordinem clericalem: aut erat villanus tantum obligatus ad annuam præſtationem, vel ad aliquod ſervitium pro aliquo tenimento, vel terra, quam tenet in beneficium, id eſt, in feudum ab aliquo domino: & iſte poteſt accedere ad ordinem clericalem, etiam invito domino, dummodo in manibus domini renunciet ea, quæ tenet in feudum a domino. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

ERrores (a) * eorum, qui villanos quoslibet ſine licentia dominorum ad ordinem clericalem accedere Regia conſtitutione dicunt eſſe prohibitum, interpretatione benevola corrigentes: Decernimus, eos tantum villanos prædicta conſtitutione intelligimus fore prohibitos clericari, qui perſonaliter intuitu perſonæ ſuæ, ſcilicet ſervire tenentur, ſicut ſunt aſcriptitii, & ſervi glebæ, & hujuſmodi alii: Qui vero reſpectu tenimenti, vel alicujus beneficii ſervire debent, ſi voluerint ad ordinem clericatus accedere, liceat eis ſine voluntate etiam dominorum, (b) prius tamen ** his, quæ tenent a dominis ſuis, (c) in eorum manibus reſignatis.

De jure ſuo curiæ obſervando.

TITULUS IV.

Si Rex hujus Regni tuetur jura ſubditorum, quanto magis tueri debet jura propria, ne ab aliis occupentur? & ideo ſtatuit hoc, ut omnes Civitates, Caſtra, Caſalia, & Villæ, & quicquid in eis ſunt intus & extra, quæ ſunt in Demanio Regis, vel in præteritum conſuevit eſſe de Demanio Regis, & per alios tenentur, debeant in manus Regis immediate reſignari, nec aliquis præſumat occupare, vel ſupprimere reditus, & ſervitia debita Regiæ curiæ: & ſi aliquis aliquid, quod ſit de Demanio Regis, tenuerit ſine privilegio Regum prædeceſſorum ex certa ſcientia, vel cum privilegio prædeceſſorum Regum, & ſine confirmatione Regis regnantis, & fuerit requiſitus, ut dicta jura demanialia reſtituat, & reſignet in manus Regiæ Curiæ, & non reintegraverit, debet condemnari in quadruplum cum reſtitutione fructuum, & totius utilitatis. hoc dicit uſque in finem. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

DIgnum (d) fore credimus, & conſentaneum rationi, ut nos, qui juſtitiæ ſolio præ-

De his, qui debent accedere ad ordinem clericatus. Rubrica.

(a) ERrorn. Nota de vaſallis, qui ſervire tenentur gratia rerum, an poſſint clericari ſine voluntate dominorum? Et colligitur hic argume. in fine hujus conſtitutionis, quod clericus non poſſit habere feudum, & dic de hoc plene, ut in tit. qui. ex cauſ. vaſal. feu. amit. §. item amittit, ſi clericus efficiatur. §. de novo tamen clericus. Item collige hic in fine, quod vaſallus poteſt renonciare feudum etiam domino invito, ut in 10. collat. ſi vaſallus contra conſtitutio. Lo. bona alien. l. prima, & dic de hoc pleniſſime, ut in ſumma feud. quibus ex cau. vaſal. feud. amit. §. præterea ſi refutavit vaſallus, &c. Vel diſtingue, ut notatur in gloſſa ordinaria in prædicta 10. coll. tit. de Ca. qui cur. vendi. l. ult. in gloſſa, quæ incip. puta aliquod certum ſervitium, &c.

* Additio. *Afflict. in deciſio. 275. nume. 37.*

(b) *Prius tamen his.* Argumentum bonum ad hoc ff. ſi ſer. vend. ſi forte, §. etiam.

** Additio. *Vide Affl. in deciſ. 321. & Capic. deciſ.* 10. & 51.

(c) *In eorum manibus.* Hoc verbum ſonat alias, quod non poſſet quis ſoles per ſe feodo ſine domini volente renunciare, ut notatur in gloſſa ordinaria, ff. de origine jur. l. ſecunda, & §. cum placuiſſet, & de officio præſid. l. legatus.

De jure ſuo Curiæ obſervando. Rubrica.

(d) D*Ignum.* Hæc conſtitutio inutilis eſt: ponit enim detentores rerum regalium, qui non re-

ANDREAS DE ISERNIA.

In Authentl. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. aſcriptitios. Quod vero dicitur in fine hujus conſtitutionis, quod ordinati debent redire ad conditionem priſtinam. Aliud eſt de jure Canonico, etiam in ſervo ordinato præter domini voluntatem in presbyterum, vel diaconum, vel ſubdiaconum, quinquageſimaquarta diſtinctione, cap. ex antiquis, & cap. ſi ſervos, & per totam ipſam diſtinctionem: quod dic plene extra de ſervis non ordinandis cap. 1. in glo. Et nota, quod dicit fiſco noſtro. Reges enim habent fiſcum, ut in l. 1. in principio libri Longobardi, & de hoc dictum eſt ſupra in prologo.

Additio. *Adde qui dicantur habere fiſcum? vide gloſſam, & Bartol. in l. item veniunt, in §. ait ſenatus, ff. de petitio. heredita. Bartol. in l. prima, C. de bon. vac. l. 1. Bald. in §. fin. de pace juram. firman. in uſibus feudorum.* Superantius.

De his, qui debent accedere ad ordinem clericatus. Rubrica.

E*Rrores eorum.* Hæc conſtitutio parum valet, quia ordinati contra prohibitionem iſtius conſtitutionis jure Canonico non revocantur, ut dictum eſt ſupra proxime. Clericus non poteſt feudum habere, quia non poteſt ſervire Domino in præliis, propter quod datur feudum: immo factus clericus perdit feudum, quod ante habuit, in titu. ſi de feudo fuerit controverſia, qui clericus. Sed renunciare feudum non poterit vaſallus domino, Nec dominus poteſt ab eo feudum auferre ſine cauſa vel culpa. Dictum eſt plene in titu. de Capit. qui cur. vend. in fine.

De jure ſuo Curiæ obſervando. Rubrica.

D*Ignum.* Ex certa ſcientia. Tunc eſt hoc, quando concedens neſciebat † eſſe de Demanio id, quod donabat. Sed quando ſciebat eſſe de Demanio id, quod

Digitized by Google

præſidemus, & conſtanter, atque perpetuo jura ſua quibuslibet conſervamus , rationum noſtrarum non ſimus immemores: ſed eas ab aliis temeritate quadam, & (ut ita loquamur apertius) illicita præſumptione detentas ad dominium noſtrum atque Demanium revocemus . Hujus igitur legis edicto inviolabiliter obſervando Regni noſtri Siciliæ omnibus fidelibus noſtris edicimus, Ut omnes Civitates, Caſtra , Munitiones, Caſalia , Villas , & quicquid in eis intus , aut foris eſſe Demanium vel de Demanio conſuevit , in noſtras manus integre debeant reſignare , Reditus etiam & ſervitia nobis debita detineri ab aliquibus amodo , vel ſupprimi prohibemus : ſcituris firmiter cujuſcunque conditionis hominibus Regni noſtri fidelibus univerſis : Quod qui de prædictis tenuerint aliquid, de quo non habeant privilegium divorum Regum Rogerii , & Gulielmi I. aut II. prædeceſſorum noſtrorum : ante oraculum noſtræ celſitudinis ſpeciale a nobis (*a*) ex certa ſcientia impetratum , vel indultum a prædeceſſoribus noſtris divis parentibus noſtris , & ex (1) certa ſcientia noſtra confirmatum , & uſque ad feſtum Nativitatis proximum in manus noſtras vel ordinatorum noſtrorum , irrequiſiti etiam non reſignaverint, quadruplum etiam fructuum , vel redituum , ſeu cujuſcunque utilitatis: quod de detentis ſic injuſte perceperint , proculdubio Curiæ noſtræ cum integritate perſolvant .

De

---

reſtituunt uſque ad tempus, quod jam præteriit , conſtitutio ſequens punit detentores hominum ad fiſcum ſpectantium, & graviori pœna, quam in rebus dixerit, & eſt ratio, ut in principio ſequentis conſtitutionis.

(a) *Ex certa ſcientia* . Nota, quod ex certa ſcientia eſt argumentum , ff. de bonorum poſſeſſio. l. ſervus, ita videlicet , quod expreſſim dicatur in privilegiis , quod ex certa ſcientia concedit , ut ff. de excuſatio. tutorum , l. ſed in hoc , in fine, quæ eſt optima lex ad hoc .

Ex certa ſcientia. Poſſunt hæc, quæ hic dicuntur probari per ea, quæ notantur ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis, §. fina. vide quod ibi in ſecunda gloſſa notatur. Nam ibi notatur, utrum ex certa ſcientia, &c. & not. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela , l. prima, in fine , & l. ſecunda .

Item quantum differat ſpecialis conceſſio , vel confirmatio a generali, & quid operetur , utrumque probant ff. ad leg. Corneliam de fal. l. 1. §. inter , & l. divus , §. plane , & ff. de injur. l. illud .

(1) Additio. Ex certa ſcientia . *Quid importat hæc clauſula? vide per gloſſam & ibi Joan. de Imola in clemen. 2. de reſcript. gloſſam in verbo , ex certa ſcientia, in clemen. 1. de judic. Bal. & Joan. de Imola in l. quidam conſulebant . ff. de reg. ju. & per Bart. in extravaganti , ad reprimendum. in verbo, legibus non obſtantibus* . Superaut.

No-

ANDREAS DE ISERNIA.

quod donabat, non eſt neceſſe dicere hæc verba, ex certa ſcientia , ff. de tribu. l. 1. §. ſcientiam. Unde ſi privilegium diceret, donavimus tibi talem rem Demanii noſtri , ſufficit . ff. de excuſatio. tutorum . l. idem Ulpianus , quicquid gloſſa dicat hic , & argum. eorum, quæ notantur in glo. C. ſi contra jus , vel utilitatem publicam . l. fina. Imo ſi hoc non diceret privilegium , videtur hoc poſſe probari per teſtes , quod Princeps donans hoc ſciebat. Quia parem vim obtinent teſtes , inſtrumenta , & ſcriptura, niſi ut in exceptuatis . C. de fide inſtrumentorum , in exercendis . Et magis creditur vivæ voci , quam mortuæ , in Authent. de fide inſtrumentorum . §. ſi vero .

† Additio . *Vide And. in cap. 2. quemadmo. feu. ad fil. perven.* Jacobus Anellus de Bottis .

Sed quid ſi una Civitas , Terra , vel Comitatus per excadentiam devenit ad fiſcum , an ſi donet rem Demanii excadentiæ, oportet , quod ſit ex certa ſcientia? quo videtur , quia in Demanio Curiæ loquitur hæc conſtitutio. Excadentiam totam etiam Baro poſſet donare cum antiquo ſervitio , infra tit. a. l. 1. in fi. ergo & partem , quia in toto pars continetur . ff. de reg. jur. in toto , de excep. rei jud. l. ſi quis cum totum . In donatione excadentiæ non invenitur cautum, quod debeat ſcire . Item imputet ſibi quod vires facultatum ſuarum , & conditionem pignoravit . C. de reſcindenda vendi. l. ſi quis . Item, licet poſtquam bona ſunt incorporata, omnino ſunt Principis . Differentia tamen eſt inter res Demanii , & alia bona Curiæ, ſicut innuit hæc conſtitutio : ſic inter fiſcalia & patrimonialia . C. de quadri. præſcrip. l. fin. Sed certe poſtquam per excadentiam pervenerint , ſunt de regalibus, ut dictum eſt ſupra , l. 1. & habebit ea Curia , ſicut habebat ille , cui ſucceſſit , niſi declararet ea velle aliter habere . Rei enim ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter . C. man. l. in re mandata argum. contra. ff. de ſervituti. urba. prædio. l. ſi quis ædes . Item ſi poſt alii donavit excadentiam , eum primo alii donaverat rem Demanii excadentiæ , quando poteſt cum antiquo ſervitio , cum ſubtracto Demanio , neceſſario diminuatur ſervitium , infra de præſcript. l. conſuetudinem , in fine ? Reſpondeo, dedit Demanium ſub ſervitio . Quod diminuitur in uno , ſervatur in alio : vel ſi dedit † ſine ſervitio , quod poteſt , ſi dicat , non obſtante lege , ut dictum eſt in d. l. 2. in tit. 1. quæ intitulatur de feudo & rebus feuda. non alienandis . Vel imputet ſibi , qui poſtea recepit excadentiam cum antiquo ſervitio , quæ jam erat diminuta , ſi expreſſit antiquum ſervitium . Si vero ſine ſervitii expreſſione , deberet quantum accedit , detracto eo , quod deberetur pro re Demanii alienata ſine ſervitio .

† Additio . *Ex his verbis infert Paris de reinteg. feud. c. 4. in c. quæ bona , quod poteſt Baro , ne vaſalli recedant , concedere demanialibus, quia ſi gravatur feudum in uno, augetur in alio , ne vaſalli recedant , & in cap.* 14. De Bottis .

Item nota quod Demania poteſt etiam Rex alienare de certa ſcientia jure Canonico , etiamſi non diminuatur honor coronæ , extra de jurejurando , cap. intellecto , cap. Honorii , quod ſuadet non donare Demania : non potuit prohibere quando non in grave præjudicium Coronæ, ut dicit Innoc. in d. cap. intellecto. Hoſtien. etiam dicit extra de voto , cap. licet , quod primogenitus ſuccedens in regno tantum debet dare ſecundogenito fratri ſuo pro vita , ut remaneat ipſi primogenito , unde poſſit vivere & facere , ſicut Rex, ne ab aliis contemnatur , 11. quæſt. 3. pauper. nec etiam pater hoc poſſet , quia legitima primogenito in Regno eſt totum regnum , ut ipſe dicit ibi : ſed hoc in alienatione neceſſaria, quia & de ſuo proprio frater tenetur alere fratrem . C. de alendis liberis . l. 1. in glo. multo fortius in voluntaria . Ubi autem immoderate donaſſet † Demania in grave præjudicium coronæ , & donatio ultimo facta redderet donationem immenſam , ab omnibus fieret revocatio , quia per ultimum actum cognoſcitur, ut infirmetur aut confirmetur præcedens , ut notatur in ſimili. C. de inoffic. teſtam. l.1. in magna gloſſa. Et hoc tollit opinionem omnium antiquorum peritorum regni dicentium , Demania non poſſe alienari , quaſi deputata ad vivere Regum , ut non gravent ſubditos, ſicut bona titulata & de menſa, & ſicut panes civiles , de petitionibus bonorum ſublatis. l. fin. §. 1. C. lib. 10. de fund. patri. l. omnes , & in tit. Epiſcopum vel Abbatem , cap. 1.

† Ad-

De eadem.

Nova conſtitutio.

Si detinentibus res demaniales domini Regis impoſita eſt pœna, multo fortius debet imponi pœna detinentibus perſonas liberas ſubditas domini Regis, cum per hoc non tantum providetur intereſſe regio, quam libertati, cum de jure omnes ſubditi regis liberi cenſeantur; & ideo ſtatuit hæc conſtitutio, quod caveant Nobiles, nec audeant detinere aliquem Comitem vel Baronem Demanialem, vel Baroniam aliquam, quæ ſit de Demanio Regis, & ſi contra fiat, detentus, qui non revelavit Regiæ Curiæ, punietur pœna publicationis bonorum omnium, & detentor ſciens, in æquivalenti dictorum bonorum ipſius detenti punietur. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Liem.*

† IMPER. FREDERICUS.

PErſonas (*a*) * rebus aliis præferentes, quanto eas precioſiores habemus, tanto ipſarum detentoribus, quæ ad Demanium noſtrum immediate ſpectare noſcuntur, pœnam imponimus duriorem. In hoc enim non tam nobis proſpicimus quam libertatis (*b*) favori favemus, cum omnes merito liberi cenſeantur, qui nullo medio ad Imperialem celſitudinem, & regiam pertinent poteſtatem. Hoc igitur prohibitionis noſtræ decreto omnibus Regni noſtri nobilibus expreſſim prohibemus, Ut nullus Comitum vel Baronum ad noſtrum Demanium pertinentes, vel Baroniam aliquam, quæ noſtri Demanii ſit, ulterius detinere præſumat. Alioquin, ſi quis de cetero ſub diſſimulatione tranſiens hoc noſtræ Curiæ non exponat, publicatione bonorum omnium mulctandum eſſe (*c*) cenſemus: detentorem vero ſcientem alio æquivalenti puniri cenſemus.

De revocatione feudorum, & rerum feudalium.

TITULUS V.

Hæc conſtitutio probibet alienationem rerum feudalium, quæ tenentur a fiſco in feudis, & contractus ſuper rebus feudalibus, niſi fuerit a Principe confirmatus. Item probibet tranſactionem, & probibet compromitti jusjurandum, & pœnæ, ſi quæ intervenerunt, nullius ſunt momenti, ipſi alie-

Nova conſtitutio. Rubrica.

(a) PErſonas. Alia eſt enim conditio hominum, alia ceterarum rerum, ut ff. de lega. 1. dominus, §. cum alicui perſonas, ff. de uſu. in pecudum.

* Additio. *Vide c. regni, prædeceſſorum, & ibi Scribentes.*

(b) *Favori*. ff. de alienatione judicii mutandi cauſa facta. l. 3. §. ſi quis detentus.

(c) *Cenſemus*. Et ſic pariter punitur detinens & detentus, ut C. ne ju. ad ullum. obſe. devo. l. 2. in fine, l. 11.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

† Additio. *Vide eundem Parid. de reinteg. feu. c. 34.* De Bottis.

Iſtam materiam, utrum poſſint donari Demania a Rege, vel ab Imperatore: Item utrum poſſint donare hominem, & vaſallum Demanii, in quo videtur loqui ſequens conſtitutio, perſonas. Item utrum fructus Demanii poſſint donari: Item quæ ſunt Demania: Item utrum Demania poſſint præſcribi: Item utrum Princeps poſſit diminuere ſervitia feudalia, plene tractavimus in conſtitutione, Imperialem decet. §. præterea ducatus, & de lege Corradi. §. ex eadem lege.

De eadem.

Nova Conſtitutio.

PErſonas. Hæc lex loquitur in homine, & Barone Demanii, quem nullus poteſt detinere, dicunt multi, niſi habeat inde privilegium, infra tit. 2. cum univerſis, & l. ſi dubitatio. Alii dicunt, quod illi loquuntur de aliis, quam militibus, & Baronibus Demanii, quamvis ſit eadem ratio: tamen quia contra jus eſt in utroque, non extendetur, niſi in caſu ſuo. ff. de legi. l. quod contra, quæ ſit lon. conſue. l. 1. in gl. contra jus eſt adjicere hominem ſervituti alterius, & ideo dicunt, quod non repetit hæc conſtitutio de privilegio, quod ponit lex ſuperior in aliis rebus demanii, & in aliis hominibus demanii, in l. cum univerſis, hoc non eſt contra, quia dicit, quod fuit conceſſum privilegium, ut in terra demanii poſſit habere recommendatos, & ſic intelligitur omiſſum, ſicut dicitur in ſtricti juris judiciis. ff. de verb. obl. l. quicquid, & hæc ſtricte judicari debent, quæ contra legem fiunt. nam ſi voluiſſet, repetiiſſet; non repetit, videtur nolle. C. de caduc. tol. l. una §. pen. Segregatorum ſegregata debet eſſe ratio. C. de dona. inter vi. & uxor. l. ſi maritus. Perſona militis & Baronis eſt, quod meruit præcipuum favorem. ff. de admi. tut. ex pluribus de condi. inde. interdum. C. de jur. & fac. ign. l. 1. Aliter cum inſignibus hominibus aliter cum aliis eſt agendum, extra de jud. c. novit. Sed conſtitutio ſuperius ponit de civitatibus, quæ videntur pluſquam Baroniæ. Alii dicunt, quod poteſt donare militem vel Baronem Rex vel Princeps, dum tamen eodem modo, & eodem jure ſit apud donatarium homo & Baro demanii, quando erat apud donantem, & dicunt quod hæc conſtitutio, dignum, & l. cum univerſis, ſunt contra jus naturale imponentes ſervitutem, ut homo liber demanii fiat ſub dominio alterius, & iden jure poli non ligarent. Imo nec pari, vel majori eo invito dabit, non obſtante uſu Mediolani, ut ead. l. quia ſicut vaſallus non poteſt feudum invito domino renunciare, ut in ſuperioribus dictum eſt, ſic nec aufert dominus feudum invito vaſallo, multo minus perſonam dando alii, quando dignior eſt rebus ff. de ædi. edic. l. juſtiſſime. Nam etiam obſequium, vel artificium, quod quis facit uni, dedignatur facere alii etiam majori eo, & ſi melius eſſet, eo invito, fieri non debet. ff. de uſu & habi. l. fin. Sed & ſi valeant iſtæ conſtitutiones, cum ſint onoroſæ, non extendentur ad alias perſonas, vel ad alia negotia. 12. diſt. omnia, & 11. catholi. Item in prædictis conſtitutionibus, cum univerſis, & ſi dubitatio erat quæſtio inter poſſeſſores & curiam, ſeu Cæſarianos, tunc Curia non vult venire contra privilegium ſuum. Unde dicunt, quod homo demanii alii dari non poſſit, nec debeat: & ideo dicat ſe liberum, quando non audiatur, niſi det id quod debet Regi dare. Et hoc videtur verius apud juſtos demanios: quamvis per abuſum aliter fiat, ut dictum eſt plenius in d. §. præterea ducatus.

De

alienationem poſſunt revocare, excadentias vero poſſunt Barones, & nobiles locare ſub conſueto debito ſervitio, hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

CONſtitutionem (*a*) * divæ memoriæ Regis Rogerii avi noſtri ſuper prohibita dimi-nu-

De revocatione feudorum, & rerum feudalium. Rubrica.

(a) C*Onſtitutionem*. Hæc conſtitutio prohibet alienationem rerum feudalium, quæ tenentur a fiſco in feudum, & contractus ſuper rebus feudalibus, niſi fuerint a Principe confirmati. Item prohibet transactionem, & eſt ratio, quia fungitur vice, &c. ut ff. de transactionibus cum hi. §. ſed ſi lit. Item prohibet compromitti pro ait: & eſt ratio, ſicut in omnibus magnis cauſis, in quibus certi judices ſunt deputati, argumento, ff. de arbit. l. non diſtinguemus, §. Julianus. Item dicit in fine de locatione excadentium: & concord. huic ſequens conſtitutio.

Conſtitutionem. Quæ aſt ſuperius de juribus rerum regalium, l. contractus, nec etiam in ultima voluntate, ut l. ſequen. Nam cum prohibetur alienatio, prohibetur & teſtamenti factio, ut C. de ſecun. nupt. ſi quis prioris. & ff. de lega. 2. peto. §. fratre licet argumento contra ff. de alienat. judi. mut. cau. facta, l. ex hoc edicto, §. ſed heredem.

* ADDITIONES. *An pater de feudo, in quo vivitur jure Longobardo, poſſit ſine aſſenſu diſponere in primogenitum, quid ſit, Pau. de Caſt. conſ. 161. in antiq. col. 5. Jaſ. conſi. 136. col. fi. volum. 2. & conſi. 107. col. 3. vol. 4. Contra. Bal. in l. item videndum, §. item videamus, ff. de petit. here. & in l. apud Julianum, §. ſi quis alicui, ubi Ang. ff. de leg. 1. Barb. in rub. de feu. colum. 4. Juſ. in l. de quibus, col. 22. ff. de legibus Alex. conſi. 56. col. 9. vol. 4. Iſer. in c. omnes filii, ſi de feu. fuer. controver. & in c. 1. ubi Alvaro, de natu. ſucceſ. feu. & pro hoc vide Alex. conſ. 28. vol. 5.* Fabius Jordanus.

Nota, quod alienatio in augmentum feudi non requirit aſſenſum, Capic. deciſ. 100. ubi quando dicatur fieri in augmentum feudi; & tunc ceſſat hæc conſtitutio, & vide deciſ. 156. & Affl. in dec. 232. & omnino And. in conſtit. Imperialem, in principio nu. 13. de probib. feu. alienat. per Fred. & quid in renunciationem uſusfructus facta proprietario. Loffred. conſ. 5. nu. 27. An requiratur aſſenſus, ſi Rex emit feudum, Alber. in l. ſi conſentiente. ff. de manumiſ. & quid in Prorege emente, quod poterat aſſentire, vide Capic. in d. deciſ. 156. num. 10. 11. & Tiraq. de ll. connub. glo. 5. nu. 27. An requiratur aſſenſus cum renunciatione litis & cauſa res feudales, vide Capic. in d. deciſ. 156. per totum. Quid ſi rex concedat alicui caſtrum in feudum cum ſilvis & nemoribus & aliis ad caſtrum ſpectantibus cum poteſtate, quod ipſe poſſit alteri concedere in feudum, an hic inveſtitus erit feudatarius regis vel Baronis, Frecc. in tit. de orig. Baronum, num. 44. verſ. ſed quæro. cum ſeq. in antiq. tenet quod ſit feudatarius regis: ſecus autem ſi Baro conceſſiſſet cum aſſenſu regis, quia tunc erit feudatarius Baronis, ut ibi, num. 55. Et quid ſi vaſallus non habet ſucceſſorem, an virtute talis poteſtatis poſſit ſibi infeudare, ibi, nu. 52. circa med. vide Affl. in dec. 253. 298. 243. & 111. nu. 5. 6. ubi an procedat, quando datur feudum in dotem, & creditor habens bona debitoris feudalia obligata, poſſit cedere jura abſque aſſenſu, vide Capic. in deciſ. 51. nu. 10. 11. & Affl. deciſ. 232. & adde quod ſi in alienatione facta per tutores intervenit aſſenſus regis, ſi pupillus factus major alienationem ratificat, in hac ratificatione non requiritur aſſenſus, Bal. in l. fin. §. ſin autem in fine. C. de bon. quæ libe. per gloſſam in l. Lucius Titius, ff. de adminiſtr. tut. Affl. in deciſ. 285. nu. 17. & adde quod ſi vaſallus habet licentiam alienandi feudum, intelligitur impetrato aſſenſu domini. Alexan. conſil. 106. col. 2. volum. 4. Affl. deciſ. 307. num. 21. An autem fructus nondum percepti a feudo, poſſint alienari, vide Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. nu. 41. & omnino nu. 47. & ibi etiam, quid in re emphyteutica. Adde quod ubi in contractu feudali intervenit aſſenſus talis contractus, valet a die præſtationis aſſenſus, & non trahitur retro. de quo vide ſimilia per Tiraquel. de ll. connub. in glo. 4. num. 51. An autem tenens feudum quaternatum a Barone poſſit eidem renunciare abſque aſſenſu regis. D. Frecc. fol. 239. nu. 7. dicit quod non, ſecus autem in feudo plano & de tabula. An in renunciatione juris ſuccedendi requiratur aſſenſus, vide Affl. in cap. 1. §. præterea, 7. col. quib. mod. feu. amit. in c. 1. §. ſed & res, per quos fiat inveſt. col. 7. in 3. gloſſa & Frecc. fol. 118. ver. 24. limito. Quid ſi poſt revocationem impetratur aſſenſus & ſequatur ratificatio, vide D. Gram. in conſi. civili 10. An aſſenſus ſuper alienatione feudi, quod poſtea alienatum eſt, licet ſine aſſenſu valeat, Capic. in deciſ. 182. in finalibus verbis dicit quod non.

Adde, quia Affl. hic, in articulo illo, quem ponit, ſcilicet item quæro, quid ſi habens feudum paternum antiquum hereditarium conceſſum ſibi & heredibus ſuis, & de illo diſponeret in vita vel in morte cum conſenſu regio in alium quam immediate ſucceſſurum, qui non conſentit dictæ alienationi: utrum iſte immediate ſucceſſurus poſſit venire contra dictam alienationem, ubi tenet quod filius ſi non poteſt habere hereditatem tanquam heres, puta quia filius eſt inſtitutus heres, & patre filio reliquit legitimam, adverte quia contra ſuum conſilium fuit pronunciatum patrocinante D. Joanne Angelo Piſanello in cauſa Baronis Donatorum, in qua multa fuerunt allegata in ſcriptis, & præcipue And. in c. 1. §. donare, col. 4. qualiter olim feu. pote. alie. ibi, ſi ergo etiam feudum hereditarium, & filius in eo eſſet heres, & ſic ſufficit quod in feudo ſit heres ad hoc ut non poſſit contravenire, firmat belliſſime Curtius in conſil. 83. 4. colum. in principio, ubi limitat, niſi ſit feudum ex pacto & providentia, quia tunc filius venit contra alienationem, etiamſi non ſit heres. Jacobus Anellus de Bottis.

An

ANDREAS DE ISERNIA.

De revocatione feudorum, & rerum feudalium. Rubrica.

C*Onſtitutionem*. Bene gloſſata eſt: Et primo examinabuntur dicta † gloſſæ.

† ADDITIO. *Sed quid ſi promittat facere & curare quod dominus aſſentiat, an poſſit revocare, vide per And. in c. 1. in ver. commercium, de probib. alien. per Lothar. & per Luc. in l. nulli. C. de pæd. navic. lib. 10. Vide Loffr. in ſuo primo conſi. & conſ. 46. in 2. dubio, & in conſi. 11. nu. 39. cum ſeq. & ita intelligas hanc meam apoſtillam.* De Bottis.

De quæſtione, quia movet de patre feudatario inſtituente filios, & diſponente de feudo ob. cap. de ſuc. feu. in princ. ubi dicit, nullam defuncti ordinationem valere ullo modo: nam ſi vivitur jure Longobardorum, omnes filii æqualiter ſuccedunt. Si jure Francorum, ſolus primogenitus, & in hoc non eſt dubium. Si ergo pater † dedit plus uni, quam alii, quando omnes ſuccedunt, vel dedit de feudo alii, quam primogenito, quando de jure Francorum, diſpoſitio hæc non valet, etiamſi Princeps confirmet, ſi erat feudum paternum antiquum, niſi conſentiant ſucceſſores legitimi, ut in titu. de alienatione feudi, pater. cap. 1.

† ADDITIO. *Vide And. in c. 1. col. 4. de nat. ſucceſ. feu. optime declaratum per Guliel. Pernum in conſi. 12. col. 11. verſ. non obſtat.* De Bottis.

Si novum feudum † eſſet, volente Principe, poſſet alienare in alios, nedum inter filios, ut d. cap. 1. diximus, & tunc non deberetur æſtimatio, ſed res dimiſſa & relicta per patrem.

† ADDITIO. *Vide Napodan. in conſuet. Neap. incip. quod ſi aliquis, in verbo, tenetur ad alimenta præſtan. & in tit. quibus rebus habeat locum quarta, in glo. in ver. conceſſu, nota verba And. quod licet primogenitus ſi fuit heres in Burgenſaticis bonis, cogatur legata facta per patrem de bonis propriis ipſius heredis dare, quod tamen evitare poterit, ſi adierit hereditatem cum beneficio inventarii, quia tunc non tenebitur ultra id, quod habet de-*

Digitized by Google

nutione feudorum, & rerum feudalium ampliantes, Decernimus, omnes alienationes, ſeu quoſcunque contractus, (a) ſuper feudis, & rebus feudalibus, (b) minuendis, aut commutandis, (c) nullam omnino firmitatem habere: niſi de ſpeciali noſtræ celſitudinis (d) licentia *

(a)

An iſta conſtitutio habeat locum in emptore, vide Frec. in tract. de ſubfeud. lib. 2. cap. A regnicolis & in cap. ſequen. ubi dat plures limitationes. Fabius Jordanus.

(a) *Super feudis.* ff. de leg. 1. l. apud Julianum, §. fi. ff. de reb. eo. l. 2. in fine.

Super feudis. Sed hic quæritur: Nunquid habens feudum teſtari poteſt de ipſo feudo? Et reſpondetur quod non, ſaltem in extraneum, quia cum ſit prohibita alienatio per conſtitutionem præſentem, teſtando de eo videtur alienare, ut probatur ff. de leg. 2. l. pero. §. fratre. Sed pone, quod ſi aliquis feudatarius habens filios, conſtituit eos heredes in burgenſaticis, qui poſtmodum adiverunt hereditatem; & in eodem teſtamento idem teſtatur de prædicto feudo diſpoſuit inter ipſos filios forte inæqualiter · & forte aliquo ipſorum filiorum excluſo: mortuo teſtatore filius ille excluſus prædicto feudo, forte quia maior eſt ſub colore, quod aſſerit illud feudum ad ſe ſolum pertinere, cum de eo vivatur jure Francorum, inſpecta natura ipſius feudi, aliis fratribus minoribus contradicentibus, & hoc negantibus inductis, & allegatis hinc inde conſuetudinibus aliorum feudorum vicinorum circumadjacentium, de quibus ab aliquibus dominis eorum de quibuſdam vivitur jure Francorum & de quibuſdam aliis. Conſortes venium ad diviſionem, & propter hoc dubium, quia non liquet evidenter de natura ipſius feudi, diſpoſitionem prædictam intendit infringere: præſertim cum non ſit confirmata per ſuperiorem ut hic dicitur, quæritur quid juris ſit? & poteſt reſponderi, & bene, quia licet non poſſit feudum alienari.

Additio. *Adde an poſſit alienari inter agnatos ſine licentia? vide per Bal. in c. 1. de alien. feu. in uſibus feu.* Superantius.

Niſi accedat confirmatio ſuperioris, alienabilis tamen eſt, ex quo per confirmationem tenet alienatio, confirmatio non præſtat ſibi robur, ut ff. de actio. & obliga. l. obligationes, ergo patet, quod tenet prædicta diſpoſitio, licet oporteat, quod debeat ſequi confirmatio. Et quod teneat prædicta diſpoſitio ſine alia confirmatione, facit ff. ad leg. Falcidiam, pater filium, cum ſi. & ſic ſuppoſito, quod poſſet fieri revocatio ab illo majori natu, tamen pro eo quod eſt heres illius defuncti teſtatoris, & adivit hereditatem ejus, & ſi prædicta diſpoſitio feudi per eum infligeretur: & ſic a principio valeat, teneatur præſtare æſtimationem prædictis fratribus ſuis pro rata videlicet, ſicut facta erat diſtributio legati feudi prædicti, ut ff. de leg. 2. mortuo bove, §. 1. & de leg. 3. fideicommiſſa, §. ſi vero. Si enim ſupponeremus feudum eſſe inalienabile, quia ejus alienatio eſt prohibita per legem ſeu conſtitutionem, ut res ſacra, theatrum, campus Martius, & ſimilia, ut ff. de pub. l. cum ſponſus, §. ſacramenta, de uſuca. l. uſucapionem, de verb. oblig. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, & ſic per conſequens non eſſet in commercio noſtro, tunc non tenuiſſet diſpoſitio, nec etiam deberetur æſtimatio, ut ff. de leg. 1. apad Julianum, §. fi.

(b) *Minuendis.* Secus puto, † ſi pro ais accreſcendis, vel non minuendis tranſactio ſeu pactio fiat, ut C. de præd. min. l. non ſolum, & ff. de tranſact. l. nulli. ſecundum Azo.

† Additio. *Ad hanc gloſſam vide Capic. deciſ.* 156.

Minuendis. Hoc verbum ſolvit contrarium, quod poteſt aſſignari infra de præſcrip. l. conſuetudinem, hic & ſupra de jure rerum rega. l. 5. prohibetur alienatio, ergo per conſequentiam debet uſucapio & præſcriptio prohiberi, ut de verb. ſignifi. l. alienationis verbum, quod dic, ut in ſum. ſi adver. uſuc. Sed in quibus caſibus prohibeatur alienatio? dic ut hic, & ſupra de reg. ju. l. 1. ſcilicet, ubi feudum minuitur in eiſdem prohibetur & præſcriptio, lo l. pro & contra ſignaris, ſi enim dicit ibi, ex quibus præſcriptio nullum poteſt reipublicæ præjudicium generare.

(c) *Nullam omnino.* Sed nunquid emptor recuperat pretium? Reſpondeo non, ut C. de agric. & cenſi. quemadmodum, & de ſacroſan. eccl. auth. qui res, & ne ſon. rei priv. l. nemo. & C. de rei do. ſi. cen. l. 2. & hoc ſi ſciens emit, ut in ipſis legibus, ſecus ſi ignorans, quia tunc recuperat ſimplum precii, ut C. ut li. ha. metro. l. 2. in fine licet ſit argumentum, quod ſemper repetat, ut C. de communia. da legat. l. fin. §. fi. & quod etiam ad æſtimationem rei agere poſſet, ut ff. de leg. 2. apad Julianum, §. fi. & l. ſeq. & l. cætera, §. ſi duobus.

(d) *Licentia.* Hoc intelligo, quando tenet feudum in capite a Principe, ſed quid ſi teneat ab alio Barone, vel Comite? Credo quod ſufficiat conſenſus Baronis, vel Comitis, nec ſit expectandus conſenſus per ſaltum, ſicut nec appellatio, argumentum ad idem, ff. de lib. agn. ſi quis a liberti liberto, ff. pro ſoc. l. 1. & expreſſum eſt in uſibus feu. in conſti. Impe. quæ licet antiquior poteſt iſtam legem novam determinare, ſicut in authen. offerator, & videtur expreſſe verum, ut in conſtitutione de ho. non re. ra. feu. l. ſi aliquando, in principio.

* Additiones. *Dicunt Doctores per hoc verbum, licentia, quod non ſufficit tacitus conſenſus, vide Joan. And. in c. ſi Abbatem, de elect. lib. 6. Alex. in addi. ad Bal. in l. exceptione, de evic. Affl. deciſ.* 398. Marcus Antonius Pulvetinus.

Sed

ANDREAS DE ISERNIA.

de Burgenſaticis, & ſecundum hanc doctrinam debet intelligi quod dicit Jacob. in tract. feu. in ver. & cum pacto, quod de ipſo feudo. col. 5. verſ. ſed pone quod vaſallus, dum vult quod ſolutio legati fiat de bonis allodialibus, & eis deficientibus, de fructibus bonorum feudalium, ut intelligatur ſi non confecit inventarium, alias ſecus, & hoc in ſpecie videtur confirmare Napod. in d. ver. tenetur, dum dicit, quod de fructibus bonorum feudalium non debent alimenta præſtari, quia ſic poſſet minui ſervitium regium, niſi quando alimenta præſtentur ſecundogenito vigore conſtitutionis regni, Comitibus, facit etiam, quia alimenta non debentur de fructibus bonorum emphiteuticorum, ut dicit Alex. in conſi. 101. vol. 1. & Barba. conſi. 63. præclare ſcribitur, 2. vol. ergo minime præſtari debent de fructibus feudalium, arguendo de emphyteuſi ad feuda, & in quæſtio. iſta Andreæ, vide Jacob. Alvarotum in c. 1. col. pen. de eo, qui ſibi & hered. ſuis, & in ca. 1. col. 9. an agna. ubi loquitur in feudo hereditario, & plus voluit, quod filius debebit feudum liberum, dato quod nihil remaneret de hereditate. De Bottis.

Item ſi fuit heres in Burgenſaticis primogenitus bona heredis legata aliis per patrem cogitur heres dare. C. de rei vendica. l. cum a matre. Hoc poſſet evitare heres, ſi adierit cum beneficio inventarii, & tunc non teneretur ultra id, quod haber de Burgenſatico. C. de jure delibetan. l. fin. Sed cum ſit inalienabile feudum, ut dictum eſt, videtur æquiparari rei ſacræ & campo Martio. Item innuit gloſſa, quod de natura feudi eſt, ſi eſſet Francum, vel diviſibile non conſtabat per conſuetudinem aliorum feudorum vicinorum & circumadjacentium, de quibus aliqui vivebant dividendo, & ita innuit gloſſa, quod ſi vicini caſtri mei vivunt jure Francorum, ego ſimiliter ſic debeam vivere, hoc non eſt verum, quia debet probari, quod vivatur jure Francorum. Et qualiter probetur, diximus in §. præterea ducatus. Conſuetudo non ligat, quæ non eſt in eodem oppido. C. de ædi. pri. l. 1. & 1. an in totum. Secus ſi conſtaret, quod vivatur jure Francorum, ſed de certo modo vivendi non conſtabat in Caſtro meo, & ideo tunc recurretur ad obſervantiam vicinorum, extra de conſi. c. ſopitæ, & c. ſuper

eo,

Digitized by Google

(*a*) confirmentur. Tranſactiones etiam, ſi quæ (*b*) ſuper eis ſine mandato noſtræ Curiæ (*a*)

Sed quid ſi fit domino præſente, ſciente & intelligente, vide Capic. in deciſ. 100. nu. 6. & in deciſ. 156. nu. 23. & Tiraq. de ll. connub. in glo. 5. nu. 11. & in glo. 6. nu. 123. an aſſenſus ſemel præſtitus poſſit revocari, an autem licentia extendatur ad partem feudi. And. in d. c. imperialem, 4. col. dicit quod non, ſequitur Frecc. in cap. quis dicatur feudatarius in regno, num. 3. De Bottis.

(a) *Confirmentur*. Quidam intelligunt de confirmatione, ideſt de conſenſu principis habito in ipſa alienatione, aſſerentes alienationem feudorum illicitam non poſſe confirmari, cum confirmatio nihil juris inducat. Et ubi non valet, quod petitur, confirmari, nihil operatur, ut extra de fide inſtrumen. Inter dilectos, cum ſi quod non credo verum. Nam ubi aliquid non tenet propter defectum conſenſus intervenientem, poſtea ratihabitione illius, qui in principio debuit conſentire, confirmatur, & valet, quod a principio non tenuit, quaſi ſublato impedimento, quod inerat, ut ff. de judi. licet, & commonia præ. l. fin. cum ſimil. & hoc quando ratihabitio præjudicat ratificanti: ſecus ſi alii pareret præjudicium, ut ff. de auctor. præſtan. obligari, cum ſi. in fine, & ita hic ſolus conſenſus a principio deerat eo impedimento ſublato, & ſecuta ratihabitione Principis, quæ tenet in ipſius præjudicium, confirmatur alienatio feudi, quæ a principio non tenuit, nec refert an præcedat voluntas, vel ſequatur, ff. de aqua plo. arcen. in l. in concedendo, & l. ſequen. in fine, & argumen. C. de pact. petens, & lex videtur expreſſa C. de eman. libero. jubemus, ad fi. ibi, vel ante preces oblatas, &c. Non obſtat præallega. Decret. cum ſi. quia non ibi ſolus conſenſus deerat confirmare volentis, ſed ratificatio interveniebat in præjudicium alterius, qui erat dominus rei, & reſcripta principum ſunt concedenda ſine aliorum injuria, ut dicunt jura nova, & ad hæc quæ dixi, accedunt, quæ notantur, C. de jure fiſci. l. 2.

(b) *Super eis*. Vel ſuper lite ipſorum. † Fingi enim lites potuerunt, ut ff. de tranſactio. l. cum his. §. ſed cum lis.

† ADDITIO. *An autem vaſallus poſſit tranſigere ſuper feuda*

ANDREAS DE ISERNIA.

eo, & c. ex parte, & dictum eſt plene in d. §. præterea ducatus.

Minuendis. Dicit gloſſa ſecus ſi pro eis accreſcendis. † De hoc plena diximus in tit. de vaſello qui contra conſtitutionem Lotharii feud. alien. de capi. Corr. e. præterea. Nam continetur in regiſtro Imperatoris Frederici, quod eſt in archivo, quod feudatarius terras parum utiles de Demanio feudi poteſt locare, ut plantentur, & portio fructuum reddatur domino in pecunia: nec tam modica, ut præſumi poſſit fraus. Et locabit iſto modo perpetuo, nec poterit revocari, quia nullum ex hoc poterit reipublicæ præjudicium generari.

† ADDITIO. *Nota quod feudatarius poteſt res ſteriles concedere ſine aſſenſu, vide Jacob. in tract. feud. in ver. nu etiam, col. 4. & Parid. de reinteg. feu. cap. 5. in civitate aliqua vero, nu. 10. cum ſequen. & in cap. 7. & in ca. 35. in fine vide Afflict. in deciſ. 129. in fine & Luc. in l. ſi quis prædium, 5. col. in fine de agric. & cenſi.* De Bottis.

Nullam omnino. Quærit gloſſa nunquid † emptor recuperet pretium? hoc expreſſe dicitur in l. imperialem decet ſolertiam, §. 1. & ibi eſt gloſſa, quod etiamſi emptor providiſſet ſibi per ſtipulationem, ut reſtituatur ei pretium, quod non repetet, ut puniatur, quia contractum illicitum fecit, unde ſecus in emptore rei alienæ. C. de evictio. ſi fundum ſciens. Item ignorans repetet, etiamſi cautum ſit, quod non teneatur de evictione. Videtur tamen, quod hodie non ſit ita prohibita alienatio feodalium, ſicut per jura libri feud. per quæ perditur feudum, quia per hanc revocat ipſa idem jure proprio, non autem perdit feodum. Sed certe hæc ratio non facit ad præmiſſa. Unde aliter dicendum, nam emptor ideo perdit pretium, quia ſciens emit rem prohibitam alienari. Perdatur, vel non perdatur per venditorem, hoc non relevat emptorem, ſive aliam perſonam a venditore, ſicut id quod dicitur, ff. de adulter. l. 1. §. ſi publico, ubi lenocinium mariti non relevat adulteram, ſed ipſum onerat. Hic etiam non remanebit pretium venditori, quia fiſcus habet, ut in illa gloſſa dicitur.

† ADDITIO. *Adde Frecc. fol. 106. nu. 11. & 20. Capic. deciſ. 100. in fine, & omnino Afflic. deciſ. 278. ubi, quid ſi fuit venditum ut allodium ignoranti, & dicit, quod debet reſtitui pretium, ut nunc eſt augmentatum feudum, & ſi emitur ſalvo aſſenſu, perditur pretium, Capic. in repet. d. c. imperialem, col. 191.* De Bottis.

Licentia. Quærit gloſſa quid ſi teneatur feudum a Comite, vel Barone, cujus licentia ſive conſenſus requiritur, Comitis, vel Baronis, vel Regis? quicquid dicat gloſſa in ſum. tit. quod operetur conſenſus domini in alienatione feudi, in fine, hodie dicimus, ut Rex conſentiat per hanc conſtitutionem, & Dominus etiam Baro, vel Comes a quo feudum tenetur, quia quod omnes tangit, &c. C. de auctor. præſtan. l. fin. ff. de adoptionib. nam ita. Poſſet enim alienare vaſallus rem inutilem Comiti, & Baroni, vel rem non tantum inutilem, vel tædioſam ſibi. Hanc materiam. Et utrum ſit idem in feudo quaternato, quod tenetur ab alio. Item utrum dominus, quando conſentit debeat dicere, ſalvo jure ſervitii, & vaſallagii. Item utrum vicarius Regis eo abſente de regno poſſit conſentire, & venditiones feudorum confirmare; ſicut Rex poſſet, & multa alia ſpecialia, quæ ſunt illa, quæ faciunt meliorem conditionem. Item utrum vicarius teneatur, alias poſſit conſentire, ut feudatarius det feudum in dotem. Item utrum hic conſenſus valeat, ſi præcedat, vel ſequatur venditionem, ſeu alienationem. Item utrum poſt mortem alienantis conſenſus domini interpoſitus valeat? diximus plene in d. l. imperialem, §. 1.

Tranſactiones. Hic corrigitur expreſſim † dictum capitulum, ſi vaſallus de feudo ſuo, & ſi de feu. contro. fue. die plene, ut ibi. Et ſicut prohibetur alienatio rerum, ita & jurium, ut ſervitutum. C. de rebus alien. non alienan. l. 6.

† ADDITIO. *Vide Alex. in conſ. 7. 5. vol. & adde Luc. de Penna in l. 2. in fine, C. de agric. & cenſit. Capic. deciſ. 156. per totum, & maxime nu. 16. Vide ſi poſſit renunciari huic conſtitutioni per Joan. de Amicis in conſi. 2. & per Parid. de reineg. feud. c. 15. intereſt enim habere feuda ampla, ut per Parid. in d. c. 15. in fine; ergo non ſufficit ſola præſentia, ut tenet And. in c. 1. §. hac edictali, de prohib. alienat. per Lothar. firmat Bal. in l. obſervare, §. ſi. in fine ff. de off. proconſ. & lega. & melius per Corſet. in ſuis ſign. in ver. licentia. col. 45. & firmat Luc. in l. ſi. C. de commercio. & vide Grammat. conſil. civi. 149.* De Bottis.

Item remiſſio † redituum, ut gallinarum, & ſimilium. C. de ſacroſan. eccle. l. jubemus in principio, ibi, annonas civiles. Idem de remiſſione juris, quod in feudo habet, quia & hoc dare eſt, ff. ad l. Falcid. l. quærebatur, & de condi. ob cauſ. l. ſi mulier. Idem de uſufruc. d. l. fin. ſecus ſi concedat fructuum perceptionem: hoc non videtur prohibitum, ſicut nec fructuario, ff. de uſufruc. l. arboribus, de jure dotium, ſi uſufructus. Non enim donat rem, donando uſumfructum, ff. de donat. l. in ædibus, §. ex rebus, & expreſſe dicitur, ff. de leg. 2. codicillis, §. inſtituto, ubi heres, qui prohibetur alienare, vel obligare domum hereditariam, ſi obliget, vel alienet penſionem, vel fructus, non facit contra voluntatem teſtatoris. Secus ſi in perpetuum fructuum perceptionem alienaret, vel locaret, quia videtur quædam alienatio, per ea quæ notantur. ff. de verbor. obligat. qui Romæ, in gloſſa. C. de uſufruc. antiquitas.

Digitized by Google

(*a*) factæ fuerint: Jusjurandum * interpoſitum, ſeu etiam ſtipulationem pœnalem nullius decer-

feudo ſicut ſi retineat penes ſe feudum, vide Alvarotum in c. 1. de controver. feu. inter vaſal. & alium, pen. col. 4. oppoſ. ult. not. & in cap. ſi vaſallus de feudo ſuo. ſi de feu. fue. controver. pen. col. 4. oppoſit. & Capi. deciſ. 156. per totum, & maxime nu. 15. & Jacobi. in verſ. & cum pacto de non alienando, nu. 7. ubi late. Et an pactum de non petendo in feudalibus valeat ſine aſſenſu. And. in c. Titius, ſi de feu. futr. controver. tenet, quod non, quem ſequitur Capic. in deciſ. 156. nu. 19. D.Frecc. fol. 113. nu. 46. cum. ſeq. De Bottis.

(*a*) *Factæ*. Hic poſſes facere omnes quæſtiones, quæ fiunt. C. lib. 11. de agric. & cenſ. l. qoemadmodum, in gloſſa an permotare, &c. & ſolve, ut ibi.

* Additio. *Lex civilis remittit juramentum, ſicut Papa, vide omnino Imol. in c. cum contingat. 11. car. 1. col. de jurejur. Nattam in repet. c. quamvis, 1. col. de pac.*

ANDREAS DE ISERNIA.

† Additio. *Remittere ſervitutes, vide omnino Capic. in deci. 156. col. fi. vide Luc. in l. ſi quis prædium, de agricol. & cenſit. lib. 11. ubi ponit nunquid Baro poſſit liberare vaſallum a jure vaſallagii abſque aſſenſu, & tenet, quod non, quia eſt ſpecies alienationis: ſecus ſi remittitur uſusfructus domino feudi, ut per Loffred. conſ. 5. in 4. parte, & in paraphraſi, car. 57. col. 4. & Capic. in d. deci. 156. Jaſ. in conſ. 29. vol. 1. Quod in ſervitute, vide Loffred. in conſ. 25. col. fin. remiſſio jurium non valet, vide omnino Jacobi. in tracta. feud. in ver. ita etiam, col. 4. ubi ſequitur hoc, inducens ad quæſtionem, & Jacob. in ver. & cum pacto. col. 2. per iſtamet jura dicit And. quod remittere, eſt donare, inferens, quod conſentiens quod Titius ponatur in poſſeſſionem feudi a ſe poſſeſſi, quo Titius habuerat inveſtituram poſt mortem ſuam, quia iſte conſenſus poteſt operari, ut per mortem prælati concedentis teneatur ſucceſſor, non operatur remiſſionem juris ſui in vivente, quia eſſet donare, quod non præſumitur, cap. primo, colum. 3. ibi, in dubio non donamus, qui ſucceſſo. tene.* Jacobus Anelles De Bottis.

Hoc ultimum melius dicitur, ut poſſit vendere fructus † totius temporis, quo apud eum erit res feudalis, quia prohibitus vendere non prohibetur de fructibus cedere, d. §. inſtituto, & de leg. 3. pater. in principio. Caveant tamen ſibi ementes, quod ſi venderet fructus pro certo tempore, & interim moriatur (feudo aperto domino) omnes obligationes pereunt, ut ff. de pign. l. lex vectigalis, de hoc, & de multis utilibus dictum eſt in d. l. Imperialem.

† Additiones. *Nota, quod fructuum perceptiones ſeparatorum a ſolo ſunt heredis extranei, ut in conſtitutione poſt mortem, & in ti. de pace tenen. And. in titu. qui ſunt reg. in ver. plauſtro, & de probib. aliena. per Frede. vide Jacob. in tract. de feu. in ver. & cum pacto de non. col. 4. & 5. in principio, & Cur. in tract. feud. in 4. parte. verſ. aggredior, ibi, Tertio principaliter, & Parid. de Puteo de reinteg. feu. c. an feudatarius, & c. ſeq. ſed ſi aperiatur filius, non extinguitur conceſſio fructuum facta per defunctum: quia ſi eſt hereditarium feudum, in quo non poteſt venire heres, niſi ut heres, non poſſet contravenire, per notata per And. in c. 1. de alie. feu. pater, & multo fortius in feudo novo. vide Alex. in conſ. 18. vol. 5. & nota, quia fuit de facto, pro quo vide Loffred. in conſ. 46. 2. dubio, ibi loquitur in legato, & vide quæ dicit Paris de reintegr. feu. c. 8. nu. 15. & in c. 19.* De Bottis.

An teſtator, vel alter poſſit obligare fructus feudi ſine aſſenſu, vide Afflict. deciſio. 240. in 3. dub. & Alexan. conſil. 118. volum. 6. & conſil. 28. vol. 5. & Jacob. in l. dotis fructus, §. fructus, ff. de jure dot. & Pau. de Monte pico in reper. l. Titia, §. Titia, ff. de leg. 2. col. 93. num. 1. & Napod. in conſuet. ſi quis habeat. in gloſſa in verbo, & maternorum. Fabius Jordanus.

Jure proprio. Non propria auctoritate, ſed jure proprio, ſcilicet, ſpeciali, quia ſpecialiter hoc eſt inductum, ut veniat contra factum ſuum, regulariter contra, ff. de adoptionibus, l. poſt mortem. Item & dominus feudi revocabit, nec opponetur ei, quod alius eſt Dominus utiliter. Sed an ſtatim facta alienatione, ſi non revocabit feudatarius alienans, & revocet Dominus, & agat, & infra quod tempus? Et utrum judex poſſit ſtatuere tempus hoc. Item ſi poſt hoc tempus dominus revocet, & vellet alienans revocare, ſimiliter quis, & quando eſt potior, plene diximus in d. tit. de vaſal. qui contra conſtitutionem Lotharii feudum alienavit, c. 1. Item quid ſi domino ſciente, & non contradicente vaſallus alienavit, an ſibi dominus præjudicet? & dic, ut in gloſſe in titu. de probi. feu. alien. per Lothar. cap. 1. Non tamen præjudicabit alienanti, quin revocet jure proprio, niſi dominus conſenſerit, & licentiam tribuerit per hanc conſtitutionem, ut ibi plene diximus. Item utrum hodie feudatarius det in feudum † cum alienare non poſſit? Hoc jure feudorum conceditur, d. l. imperialem, §. callidis, de capi. Corra. §. præterea, & de le. Corra. §. ſi mulier, & qualiter olim feu. poterat alie. cap. 1.

† Additio. *Non infeudat. idem dicit in ca. 1. ver. vel aliquid, de probib. alie. per Lothar. & in ca. 1. ver. de manſo, ult. col. in principio de controver. inveſt. Quod in feudatario eccleſiæ, vide Jaco. in tract. feu. in ver. in feudum, in fine, & in verbo, ita etiam, col. 2.* De Bottis.

Item per conſtitutionem iſtam prohibetur alienatio, per quam diminuitur feudum, vel commutatur: ergo ſi non minuitur, videtur quod concedatur, argumento a contrario ſenſu, quod eſt fortiſſimum, ff. de off. ejus cui man. eſt juriſd. l. 1. §. hujus rei. Et quia qui prohibuit in uno, in alio videtur conceſſiſſe, de judi. l. cum prætor. Verius videtur, quod prohibeatur † per hanc conſtitutionem. Nam commutatio eſt tam rei, quam perſonæ, licet dicat littera, de rebus feudalibus commutandis. Satis commutatur, quando de una perſona in aliam commutatur ſeu transfertur: hoc non eſt prohibitum jure feudorum, de lege Corra. §. profecto, & §. præcedenti. Hæc, ſicut poſterior generaliter loquitur, ut prohibita ſit omnis alienatio, nam quantum ad dominum feudi intelligitur diminui, quod eſt etiam in melius contra ſuam voluntatem commutatum, ff. de uſu. & ha. l. 6. eſt contentus tua perſona, ut ſis ſuus vaſallus, non ſic eſt contentus de alio, etiam meliori dato. Nec ſequitur hæc conſtitutio jus feudorum, quod patet in tranſactione, quæ hic improbatur, jure illo conceditur, ut in tit. ſi de feu. fuer. contro. cap. ſi vaſallus, & de contro. inter vaſal. & alium de beneficio. Debet aliquid operari hæc conſtitutio, ut etiam alienationes alias conceſſas improbet, ſicut eſt datio in feudum, per quam feudum conceditur de uno in alium, nam & verba aliquid operantur, ff. de leg. 1. l. ſi quando, & quod det in feudum non cavetur jure illo, niſi conſuetudine, non lege Imperatoris alicuius, imo prohibetur generaliter per conſtitutionem Imperialem. Lex Cor. de benefic. & terris tribetis, l. in nomine, dicit de alienatione domini non facienda ſine voluntate vaſalli, ſic quo tempore miles, l. 2. quæ ſumitur in d. l. in nomine, & de lege Corra. §. ex eadem le. de vaſallo, quod poſſit in feudum dare, non dicit, ubi eſt illa conſuetudo, ibi ſervetur, in Regno Siciliæ non eſt. Etſi eſſet, videtur tolli per hanc conſtitutionem. Si do tibi in feudum, ut habeam te in vaſallum, quomodo dabis aliis me invito, cum ego non poſſum proprietatem alienare invito vaſallo, ut d. l. in nomine, non videtur æquum, nec rationabile, & expreſſum videtur hac conſtitutione, in fine, ubi excadentias tantum locat feudatarius.

† Additio. *Et attenta hac ratione nec in emphyteuſim dari poteſt feudum, ut late ſequitur Jacob. in d. tract. feud. in d. ver. ita etiam, col. 3. ubi limitat.* De Bottis.

Item nunquid hæc conſtitutio † corrigat id, quod dicitur de alienatione feudi? Patet in principio de alie-

cernimus eſſe momenti. Eiſdemque contrahentibus, & alienantibus concedimus poteſtatem, (a)

pat. lib. 6. Alex. conſ. 59. 1. vol. Ludo. Roma. conſ. 12. Affl. deciſ. 121. nu. 6. & 240. nu. 7. Marcus Antonius Palverinus.

ANDREAS DE ISERNIA.

aliena. in agnatum, qui erat alias ſucceſſurus, quod valeat ſine conſenſu domini, quaſi ſit magis refutatio, ut in tit. per quos fiat inveſti. §. ſed & res, & ita orimur in Regno, quia rationabile, quod ſpecialiter non exprimitur, relinquitur regulis veterum legum. C. de appella. præcipimus, in fine. Generale non derogat ſpeciali, ff. de pœnis, l. ſanctio legum. Legum correctio eſt evitanda, C. de inofficio. do. l. 2. quia non corriguntur niſi quando expreſſim dicitur, ut in Auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui, §. tribus.

† Additio. *Vide Jacob. in d. tract. feud. in ver. & cum pacto de non, col. 5. & And. in c. 1. §. fratri vero, de alie. feu. ubi ſcripſi.* De Bottis.

Et poſteriores leges diſtinguuntur per priores, ff. de legib. l. non eſt novum, & l. ſequen. qui ſatiſdare cogantur, l. ſciendum, de lite conteſtata auth. offeratur. In quantum refutatur † agnato, valebit ſine conſenſu domini, alia pacta non, per conſtitutionem iſtam, ut diximus in tit. de eo qui finem fecit agnatis, c. 1.

† Additio. *Nota iſta verba And. quod valet refutatio in ſucceſſurum, nec requiretur aſſenſus: alia vero pacta non. Et ex his dicebam, quod donatio, quæ fit hodie per patrem filio, quando ducit uxorem cum reſervatione uſusfructus in vita patris, non tenet ſine aſſenſu, quia dividitur uſusfructus a proprietate, & ſic iſtud pactum non tenet, nec ſuſtinetur donatio, quia non erat intentio patris donare ſine reſervatione uſusfructus, & feudatarius non poteſt uſumfructum conſtituere & dividere feudum, ut habetur in locis hic notatis per Jacob. & ſic intelligitur de aliis pactis, quæ non tangunt ſubſtantiam feudi.* De Bottis.

Item, nunquid feudum poſſit dividi ſine conſenſu domini; dicimus plene in d. §. præterea ducatus, quia non poteſt, ſi per diviſionem fiet dominus, qui non erat, ut quando vivitur jure Francorum, ſecus ſi viveretur jure Longobardorum. Unde inalienabilia alia, ſicut bona minoris & eccleſiæ dividuntur. Item utrum vaſalli dividantur? plene dictum eſt in §. præterea ducatus. Et quando unus haberet majorem partem, quam alius, præjudicabit dividenti niſi ultra dimidiam eſſet deceptus, ut in l. rem majoris pretii C. de reſcindenda venditione, & niſi præjudicaret reipublicæ, ut ſi dominus minoris partis non poſſet facere ſervitium, inde ipſum contingens, & alius non faceret plus de ſervitio niſi pro medietate, non pro illo, quod plus habuit. Dicitur enim hic in gloſſa, quod alienationes & præſcriptiones tenent, quando non præjudicaret reipublicæ. Sed quando pars major aperiatur domino, & per mortem, vel alio modo devolvetur, præjudicabit ipſi domino. Nec in hoc curret præſcriptio domino quantocunque temporis poſtquam ad eum devolvitur, ut in tit. de inveſtitura de re. alien. & de capi. Corra. §. præterea, & conſtitutione, Imperialem, in principio.

Excadentias autem. Item † quod in nullo debita ſervitia minuantur. Idem in Principe, ut det rem cum antiquo & conſueto ſervitio, & ſi diminuetur ex certa ſcientia, non valeret, niſi diceret, non obſtante lege, de hoc dictum eſt plene in dicto §. præterea ducatus, circa finem. Item nota, quod dicitur hic in fine gloſſæ, quod contractus, inſtrumenta, & privilegia feudorum poſſunt revocari, ſi ſunt antiqui, ſine conſenſu regio: quia non conferunt plus juris quam habent auctoritatis.

† Additio. *Dicit And. quod Baro abſque aſſenſu poteſt excadentialia concedere, id eſt quæ ſolita ſunt concedi, ut ſunt ſonas plana & de tabula: non ſecus eſt in quaternatis, ut ipſe dixit in conſtit. poſt mortem, & in c. 1. ubi ſcripſi, ver. Regis, qui feudum da. poſ. Dum autem dicit de rege diminuente ſervitium, vide quæ dixit idem And. in c. 1. §. ſimiliter, colum. 3. de Capit. qui cur. vend. vide de ſolitis concedi per Jaſ. in conſi. 227. 3. col. vol. 2.* De Bottis.

C*onſtitutionem divæ memoriæ*. Ibi, jure proprio, id eſt, jure ſpeciali: ſic ponitur ff. de juſt. & jure, l. omnes populi, & eſt ſpecialitas in hoc, quod alienans venit contra factum ſuum: ſic C. de agric. & cenſi. l. quemadmodum, lib. 11. contra regulam, quæ ponitur ff. de adopt. l. poſt mortem, non autem propria auctoritate: quia illud non licet, ut ff. quod met. cauſa. l. extat. & ad leg. Jul. de vi priva. l. creditores. Sed quid ſi aliqua bona feudalia fuerint data in pignore in caſu conceſſo a lege, vel Principe, an iſte creditor illa, quæ alienata ſunt illicite, de hujuſmodi poterit alienata revocare? vidi dubitare: Sed dicendum eſt pro veritate, quod ſic, quia prædia eccleſiæ indebite alienata revocant œconomi primo loco, & poſt ipſos Parochiani, & patroni, ut C. de ſacroſan. eccl. l. jubemus nulli, & ibi no. Sicut prædia decurionum indebite alienata, quæ retrahuntur per quoslibet, ut C. de prædiis decurio. l. ſi quis, lib. 10. & eſt ad hoc, de reb. eccl. non alienan. cap. ſi quis presbyterorum. Conſtat enim quod creditor, cui res ſubripitur, agit condictione incerti, ut ff. de condict. furt. l. Ariſto. Bartholomæus de Capua miles.

In §. eiſdem, ibi, revocare. Sed an teneatur ad reſtitutionem pretii; dic quod ſic, ſi bonæ fidei fuerit emptor, alias non, ut de probi. alienat. feu. per Feder. l. Imperialem, §. 1.

In textu, ibi, delare. Quæro, an dominus poſſit cognoſcere inter duos vaſallos alias litigantes de feudo, quod ad ipſum pertinet? forte ſic: de prohi. alie. feu. per. Fred. l. pen. & quod ibi notatur. Nec obſtat iſta conſtitutio, quia loquitur, cum tractatur de diminutione feudi ſcilicet quia alter dicit non eſſe feudum, ut ſupra patet: & facit ad id quod dixi extra de judi. c. ceterum, & de fo. compe. c. licet, & c. ex tenore.

In gloſſa licentia, ibi, conſenſus. De jure communi requiritur conſenſus Comitis, & conſenſus Principis concedentis principaliter, ut no. glo. in l. ſi quis hac, §. pen. ff. qui & a quib. & facit l. in concedendo de aqua plu. arcen. Sed quid ſi duo contendunt ad invicem ſe eſſe dominos ejuſdem feudi, pendente judicio res aliqua ſpectans ad feudum, venditur, cujus voluntas debet exequi? dic utriuſque, ut voluit Innocent. ample in cap. ceterum, extra de judic. & facit d. l. in concedendo. Petrus.

Sed ſi poſſeſſio rei feudalis pervenerit ad emptorem, vel creditorem, poteſt emptor, vel creditor uti retentione: donec ſolvatur ſibi pretium: licet venditio vel pignoratio non valeat: ad hoc alleg. do. Bartholomæus de Capua l. ſi pupillorum, in fine ff. de reb. eor. Petrus de Monteforte.

In gloſſa nullam omnino, ibi. Sed quid ſi tenet ab alio Barone? Nota, quando feudum tenetur a Barone, ſi alienatur, ſufficiat conſenſus Baronis. Sed contrarium audivi, quod tenet Andreas de Iſernia, & communis obſervantia eſt, quod utriuſque requiratur: de quo dic per Andream de Iſernia de prohib. alien. feu. per Fred. l. imperialem, circa principium, Regis ſcilicet & Baronis. Petrus de Monteforte.

In eadem, in principio. An valeat teſtamentum vel legatum feudi in proximum conſanguineum, non ſucceſſurum? dic quod non, ut in cap. 1. de ſucceſ. feu. & c. 1. §. donare, qualiter olim feud. alien. poter. & in c. 1. in verbo, anima judicare, de probi. alien. feu. per Fred. Oldr. in conſi. 162. alias 236. incip. perlectis & diligenter inſpectis omnibus ſcripturis. Sed ipſe idem in conſi. 144. incip. in quæſtione propoſita quod prohibitio teſtandi de feu. poſita in d. cap. Imperialem, cum ſimilibus debet intelligi prorſus in extraneo, non au-

(*a*) jure proprio * prædicta omnia (*b*) revocare. ** Arbitria etiam ex compromiſſo ſuper præ-

(a) *Jure proprio*. Id eſt ſine reſtitutionis auxilio: cum contractus nullus ſit ipſo jure, ut ff. de minoribus in cauſæ. Vel jure proprio, id eſt proprietatis, licet enim contractus non teneat, † tamen poſſeſſio eſt translata, quam non licet invadere ſua auctoritate, ſed per judicem repetere debet. Hoc enim eſt facere jure ſuo, id eſt, noctoritate legis, ut ſupra de illici. porta. arm. l. ultima. Vel dic, ut notatur in jure Longob. de prohibita alie. mi. l. 2. ſecundum Carolum.

† Additio. *Pondera, quia licet contractus ſit nullus: tamen quia translata erat poſſeſſio, non licet propria auctoritate capere, & ſic infert quod daretur remedium. Et ita fuit deciſum in cauſa Magnif. Antonii Pignatelli cum Illuſt. Principe Biſignani ſuper Terra S. Agatis, exiſtente Commiſſario D. Antonio Capice; quod quidem confirmo ex recitatis per Abb. in c. ex litteris, & in c. item cum quis, de reſtit. ſpol. quia ſunt quædam, quorum poſſeſſio, nec juſta, nec injuſta haberi poteſt ſine titulo, puta ſi laicus prætendat poſſeſſionem ſpiritualium: & in iſtis proprie procedunt quæ dicunt quia, petentem reſtitutionem debere juſtificare poſſeſſionem ex titulo, quædam ſunt, quæ non poſſunt ſine titulo poſſideri, ſed poſſeſſio poteſt haberi ſine titulo, licet injuſta, & quamvis jus præſumat, quod injuſta ſit poſſeſſio non conſtito de titulo; tamen reſtitutio debet ante omnia fieri, ut in beneficialibus, ut per caſum in d. c. item cum quis, & in clem. unica, de cau. poſſ. & proprie, ibi, in ſolo poſſeſſorio, & ratio eſt manifeſta, quia non eſt ſpoliandus etiam is, qui habet contra ſuam poſſeſſionem præſumptionem juris, per caſum in cap. licet, de præben. in 6. ubi judex non debet ſpoliare juris ordine non ſervato illum, contra quem facit jus commune, & negare non poteſt; quia ſi ſecus faceret judex, deberet fieri reſtitutio; ergo fortiori ratione idem debemus dicere in privato, ne detur materia ſpoliandi poſſeſſorem, & Andreas de Iſernia ſupra in conſtitutione, violentias, recitatis opinionibus in verſ. ad hoc dica, concludit in feudalibus, etiamſi prætendatur injuſtus poſſeſſor, quod non poſſit ſpoliari, & privari juris ordine non ſervato, & quod debeat fieri reſtitutio, non obſtante exceptione defectus proprietatis, & ſi conveniatur alius, qui bona fide poſſideat, firmat idem And. in conſtitutione, circa violentiarum, in verſ. quod ſi res, cujus poſſeſſionem, &c. Unde ſatis eſt, quod feudatarius petens reſtitutionem, probet poſſediſſe, & licet Andr. in cap. 1. §. illud, de probib. alie. per Freder. videatur ſentire, quod ubi cauſa, & vitium petentis reſtitutionem ſit evidens, ut quia mutus, ſurdus, debilitatus, mulier, clericus, religioſus, & qui arma bellica depoſuit, non ſit facienda reſtitutio; tamen & ibi in d. conſtitutione, violentias, concludit quod quando cauſa vitium non eſſet evidens, nec in aperto, ſed in dubio, non liceret ſpoliare, & ſpoliato eſſet facienda reſtitutio, licet appareret ſpoliatum non poſſe poſſidere, alleg. Innoc. in c. venient, de fil. presbyt. not. quod conſtitutio aliquo caſu poteſt annullare inſtrumentum, Ludo. conſil. 12.* De Bottis.

Jure proprio. Nunquid propria auctoritate? Credo quod non, ut arg. C. de Judæ. l. nullus, quod ergo dicit hic jure proprio, intellige, id eſt jure ſpeciali. Eſt enim regulare, quod quis contra factum ſuum venire non poteſt, ut ff. de adoptio. l. poſt mortem, & ff. de ſervi. ruſti. præd. l. per fundum, & C. de revoca. dona. l. cum profitearis & extra de cler. conjuga. in c. diverſis fallaciis. Hic autem admittitur ad revocandum alienationem ab eo factam veniendo expreſſim contra factum ſuum: ſic ponitur jure proprio, id eſt ſpeciali jure, ff. de juſti. & jure, l. omnes populi, & eſt ſic in omni facto, quod eſt a jure interdictum, & prohibitum, ut ille qui alienavit, vel contraſecit, poſſit contravenire, ut C. de agric. & cenſi. quemadmodum, in fine lib. 11. & C. de libe. cauſa, l. 1. & extra de elect. c. noſtri, & ff. de evict. l. ſi tibi liberam. Et nota, quod hoc ſpeciale inducitur per conſtitutionem ipſam, quantum ad iſtum caſum. Nam per antiquas conſtitutiones feudorum, ſi vaſallus alienat feudum, vel majorem partem ipſius, perdit ipſum: & dominus poteſt illud a quolibet poſſidente revocare, ut in libro feudorum, in tit. qui. mod. feu. amit. §. 1. & 2. Illud vero ſciendum eſt, † quod ubi vaſallus dat minorem partem feudi ſui ad libellum, obligat eam pignori, dummodo ſervitio domini remaneat, non perdit feudum, ut in præallegato §. in libro feudorum, & no. Goffr. in ſum. de feu. §. penult. Secus videtur notari de pignore per conſtitutionem Freder. l. lex. vectigalis, ff. de pigno.

† Additio. *Nota, quod loquitur de jure communi, ita Paris de reinteg. feu. c. 40. nu. 9.* De Bottis.

Sed quid dices de rebus eccleſiaſticis? Ad hoc dic, quod alienatio ipſarum communiter eſt prohibita, ut 12. q. 2. ſine exceptione, & C. de ſacroſan. eccle. l. jubemus, & ſi quis alienaverit, poterit conveniri revocando alienationem, ut extra de rebus eccl. non alien. ſi quis presbyterorum, & no. in auth. de non alie. §. hoc ergo. colla. 2. Sed nunquid poſſunt obligari pignori? Videtur quod ſic: quia alienatio eſt omnis actus, per quem dominium transfertur, ut C. de fun. do. l. 1. Sed per dationem pignoris non transfertur dominium, ut C. de pigno. act. pignus ergo non eſt alienatio. Econtra videtur quod non, quia ubi prohibetur alienatio, prohibetur & pignoris obligatio, ut C. de reb. alien. non alienan. l. fi. Ad quod dicendum eſt, quod ſpecialis obligatio cum traditione, vel ſine, fieri non poteſt. Sed generalis ſic, ut notatur in Auth. de alien. §. nos igitur, in fine. Et quæ ſit ratio diverſitatis, notatur ibi: & hoc videtur confirmari jure canonico, ut extra de rebus eccle. non alienan. c. nulli, licet illud Auth. de non alien. corrigatur per Auth. de alien. emph. §. quæcunque vero, quod etiam ſpeciale pignus permittit, quod authenticum canonizatum eſt, 10. q. 2. hoc jus porrectum. De alienatione autem in emphy. dicendum eſt, quod, licet prohibeatur de jure civili perpetua, per Auth. de non alien. §. alienationis, tamen permittitur perpetua emphyteuſis per Auth. de alie. & emphy. §. œconomus, 3. col. Sed quidam habent, §. licentiam. Et hoc in caſibus, in quibus permiſſa eſt alienatio, intelligendum eſt, aliter etiam ipſam perpetuam emphyteoſim intelligo prohibitam, argu. d. §. emphyteoſim. Jure tamen canonum videtur prohibita, ut extra de reb. eccl. non alien. c. nulli.

* Additio. *Declara ut per Frecc. fol. 106. nu. 15.* De Bottis.

(b) *Revocare*. Sed in libro feudorum alienans amittit feudum: ut in ti. quib. mod. feu. amit. §. 2. & 3. & no. ext. de feu. c. ult. in conſt. Imper. §. callidis.

Revocare. Æquiparatur quodammodo feudatarius liberto: Nam ingenuis hominibus permiſſa eſt alienatio, & non revocatur, ut ff. ſi a paren. quis ſu. ma. l. non uſque, vel quia non diſtinguitur dolo, vel non, inter vivos, vel in ultima voluntate fiat alienatio, ut ff. ſi quid in frau. l. 1. §. 1. no. C. eo. tit. l. 2. ſemper enim doloſa præſumitur, & revocatur, ut hic. & infra prox. conſti. & ideo non eſt opus probari, quod dolo facta fuerit, ut ff. de probat. l. patronus ſufficit enim ad hoc, ut revocetur ſi conſenſus domini non probetur, ut hic & C. ſi in frau. pat. l. 2. Sed qua actione fiet hæc revocatio? poteſt dici condictione ex l. iſta, quæ nova eſt, ut ff. de condi. ex lege. l. 2. Vel in factum revocatoria, ut no. Inſti. de act. §. curſus. Item an poterit præſcribere quis rem feudalem alienatam ſine conſenſu domini? dicas quod ſic, ſi certa pars alienata ſit, & præſtitum ſit per poſſeſſorem ſervitium, & poſſedit 30. annis non minus, ut infra de præſc. conſt. 2. Fundos vero vel domus feudalis nullo tempore poteſt præſcribi, ut eadem conſtitutione in fine.

** Additio. *Et quid ſi feudatarius, qui alienavit, non vult*

ANDREAS DE ISERNIA.

tem in conjuncta perſona teſtatoris, nam illa poteſt inſtitui, aut ei legari ſine aſſenſu ſuperioris, argu. l. voluntas. C. de fideicom. & in l. per eum. §. quindecim, & §. Julianus, de leg. 3. Nam ſi feu. alienatio ten-

præmiſſis facta, nullu eſſe cenſemus, (a) cum de eis conſtitutione noſtra certis perſonis Magiſtro Juſtitiario, & (b) juſtitiæ tantum cognitio ſit delata. (c) Excadentias autem * Baronibus

vult revocare, an dominus poſſit revocare alienationem, vide And. in c. 1. de vaſal. qui contra conſtit. Lothar. & Afflict. deciſ. 275. nu. 67. Frecc. fo. 106. nu. 12. & ſeq. ubi tenet, quod feudum aperitur domino. Et quid ſi poſt revocationem, dominus aſſentiat, an valeat aſſenſus. Affl. deciſ. 335. nu. 11. cum ſeq. & in deciſ. 111. & Capic. deciſ. 210. Et an emptor feudi poſſit revocare contractum, vide quæ ponuntur per Butr. in c. ſi quis, de reb. eccl. non alie. ſi faciunt ad propoſitum.

Quid ſi revocatio eſt facta coram judice, notario, & teſtibus, qui promiſerunt illam tenere ſecretam, vide Affli. in conſtitutione, inſtrumentorum robur. nu. 9. ubi tenet, quod non valet. An autem emptor poſſit revocare contractum rei feudalis. D. Frecc. fol. 105. nu. 1. cum ſeq. tenet, quod non, & ibi, nu. 18. fol. 107. quod non poteſt renunciari poteſtati revocandi. Et an tranſeat ad heredes, fol. 108. nu. 125. Quid ſi ſit compromiſſum de vita, & militia, vide Afflic. in c. imperialem, §. præterea ducatus, num. 66. de prohib. feud. alien. per Freder. & in deci. 138. de compromiſſo, an poſſit fieri ſine aſſenſu, vide Jacobi. in ver. & cum pacto de non alie. nu. 9. & an per compromiſſum cadat a jure ſuo, ibi, nu. 11.

An autem hoc jus revocandi tranſeat ad filiam fœminam, vide Affli. in c. 1. §. hoc quoque, ult. car. de ſuc. feu. & an debeat reſtitui pretium, quando revocatur alienatio, & an fructus debeant reſtitui, vide Afflic. loco in deciſ. 278. Et an agnatus, ſuccedens in feudo, poſſit revocare? Andr. in cap. 1. de vaſal. qui cont. conſtit. Lothar. & Afflic. deciſ. 385. nu. 5. an ſufficiat memoriale expeditum, ut non poſſit revocari. Afflict. deciſio. 253. De Bottis.

(a) *Cum de eis.* Hæc ratio aſſignatur hic, Ideo ſuper feudis, & rebus feudalibus compromitti non poteſt, quia eorum cognitio certis perſonis eſt delata, quod dic ut in ſumma de arbi. §. poteſt autem eſſe arbiter, ut in ſumma. Azo. G.

Additio. *Adde Hoſt. in ſum. tit. de arbi. in §. poteſt. verſ. ſed numquid vaſallus. Spec. in tit. de arbit. in §. pen. verſ. ſed numquid vaſallus. Ant. de Butr. in cap. cum tempore, de arbit. Andr. de Iſer. in cap. ſi inter pares, de lege Corradi, in uſibus feud.* Superantius.

(b) *Juſtitiæ.* Satis aperte hic colligitur, † quod hæc conſtitutio loquatur in feudis non quaternatis, cum de feodis non quaternatis tantum Juſtitiarius cognoſcere poſſit, ut ſupra de off. Juſtit. l. 1. in fi. & in conſti. præſides, & ſupra prohibuit alienationem, & arbitria in feudis, quorum cognitio ſpectat ad Magiſtrum Juſtitiarium, & ſic in quaternatis, ut ſupra de off. Mag. Juſti. l. 2. & etiam in feudis, quorum cognitionem dicit ſpectare ad Juſtitiarium, & ſic etiam non quaternatis. Item, quod hæc & inferior conſtitutio ſunt valde generales.

† Additio. *Hæc conſtitutio non habet locum in feudis planis, & de tabula, Afflict. in deciſ. 243. & Gram. deciſ. 77. propterea dicit dominus Frecc. fol. 113. nu. 40. quod ſi alienatur feudum planum, & de tabula ſine aſſenſu, non poteſt fieri revocatio, & feudum aperitur domino. An per conſtitutionem iſtam prohibeatur alienatio, per quam diminuitur feudum, vide Capic. deciſ. 100. per totam, & Frecc. fol. 213. nu. 45.* De Bottis.

(c) *Excadentias.* Unde iſtud nomen excadentias aſſumi poteſt de jure Romano. C. lib. 10. de bon. vac. l. fi. ubi dicit ens vacans, cadens, &c. & de delat. l. omnes, ubi dicit, ceciderit in cauſam, & eſt in Auth. de exhibendis, & introducendis reis. §. optio.

* Additiones. *An in iſto caſu, reſoluto jure datoris, ſit reſolutum jus accipientis, vide Benev. in repet. l. imperialem. fol. 7. lit. F. & P. Et an uſufructuarius poſſit concedere excadentias, vide per glo. Pariſ. in §. 1. in gl. 1. nu. 3. in ti. de materia feudali, & per totam illam gloſſam, ubi loquitur de marito, de procuratore, de poſſeſſore feudi, de tutore, & aliis.*

Sed an teneatur concedere excadentias, vide Parid. de reinteg. feud. c. 6. & an perdantur illis ſalpis, quibus alia feuda, vide in cap. 8. eundem Parid. ut ſupra. Sed ſi per alluvionem accreſcit, an augmentum poſſit concedi ſine aſſenſu, ſicut excadentia alia, Andr. in c. 1. §. de manſo.

ANDREAS DE ISERNIA.

tenderet in augmentum ſervitii, quia fieret ei qui melius ſerviret, valet ſine aſſenſu principis: & non haberet locum hæc conſtitutio, ut tenet And. de prohib. feu. alien. per Freder. 3. col. & in tit. de Cap. qui cur. ven. in c. 1. §. præterea, & hic in ſequenti col. Si venditor feudi promiſit ſe facturum, & curaturum, quod dominus conſentiat, an valeat tale pactum? Andr. in ti. de prohi. alie. per Loth. in verbo, conventum excogitaræ. Diomedes Mariconda.

Habeo debitorem inſtrumentarium, qui per pactum hypothecat mihi bona feudalia conſenſu regio, cedo omnia jura mihi competentia contra illum Titio, an videar concedere poteſtatem capiendi propria auctoritate mihi conceſſa in inſtrumento? dic quod ſic, per Bart. in l. 1. §. fi. de novi operis nuncia. ubi vide omnino Ludo. Sed an ad hoc, ut ceſſionarius poſſit ſe juvare ex jure ceſſo ſuper feudalibus, requiritur quod in ceſſione interveniat aſſenſus? dic quod ſi quidem erat mihi hypothecata cum poteſtate capiendi propria auctoritate, & illa vendendi, vel alienandi, & in ſolidum retinendi, ut communiter apponitur in inſtrumento, & non requiritur novus aſſenſus in ceſſione, quia ſatis eſt, quod rex conſentiat poteſtatem dare in capiendo, & retinendo, vel vendendo: videtur enim rex conſenſiſſe generaliter, quod non ſolum illa bona feudalia ſint hypothecata mihi, & per me capi poſſunt, ſed etiam quod per me poſſint alienari, faciunt notata in cap. Imperialem, de prohibita. feu. alienat. per Freder. Quando aſſenſus eſt conceſſus generaliter alienandi, poteſt fieri alienatio cuicunque: ſecus ſi ſit conceſſus ſimpliciter, ut in talem alienetur, quia Sejo non poteſt alienari. Si vero non ſit ita ampla poteſtas vendendi data, tamen hypotheca mea vallata Regio aſſenſu, adhuc puto quod ceſſionarius intentans actiones utiles ex ceſſione, non habet eam fundare ſuper obligatione, & hypotheca fundata in perſonam ſuam, ſed perſonam certam, & petere adjudicare ſibi, ut declarat Bar. in l. 1. poſt glo. de actio. & obligat. Tertio non intentat actionem, quia non præſupponit obligationem, ſeu hypothecam acquiſitam ſibi ex ceſſione, & debet contractus valere tanquam non transferens in eum dominium, neque hypothecam, aut obligationem, ſed ſimpliciter actionem hypothecariam dativam, non faciendam tamen ſuper obligatione exiſtente in perſona ſua, quia ille contractus ſuper feudo non valeat per quem transfertur dominium, hypotheca, aut aliud jus in feu. ut hic per Andr. Unde concludo, quod ceſſionarius poterit petere aſſiſtentiam ex poteſtate, & hypotheca capiendi mihi competenti, & petet ſibi feudum adjudicare, & procedit judicium: ſed in adjudicatione dantis fienda ſibi requireretur regius aſſenſus novus, cum in principio Rex conceſſit, ut adjudicatio fieret mihi, & non illi, unde conſenſus non extenditur ad illud, ſed requiritur novus aſſenſus, ſicut dicitur in adjudicatione, quæ fit ex ſecundo decreto, ut notat Andr. in conſtitutione, ſi quis poſt litem, & in c. 1. de inveſti. de re alie. facta. Et fuit de facto in ſacro Conſilio. Diomedes Mariconda.

Quid ſi mulier habens feudum cum aſſenſu Regis, quod obligatur pro dote, & renunciavit in manibus debitoris poſſidentis feudum huic juri hypothecæ, an valeat renunciatio ſine aſſenſu Regis? fuit reperta apoſtilla D. Bartholomæi de Capua, dum eſſet quæſtio de facto in hac conſtitutione, & in l. 4. §. fin. de manu. vind. qui tenebat per illum textum, quod tenebat talis renunciatio ſine aſſenſu: quia tendit ad feudi liberationem. In contrarium adducebatur Andreas hic, dum

nibus & militibus (*a*) locare (*b*) permittimus, dummodo ſub eo annuo ſervitio; & redditu

fe. col. 3. ibi, & licet in regno, de controver. inveſtit. quod ſit, vide Parid. c. 7. & c. 18. num. 50. car. 14. Dicit tamen Luc. de Pen. in l. nulli. C. de fun. patrim. li. 11. quod vendens non poteſt agere, obſtante ſibi juramento. Dicit tamen, quod ubi rex expreſſe renuit, tunc vendens poteſt revocare non obſtante juramento. Ibi etiam quæritur, quid de fructibus medio tempore perceptis? & dicit, quod ſpectant ad venditorem, nec interim poterit venditor in alium transferre feudum, vide apoſtil. And. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoff. teſta. Parid. de reinteg. feu. c. 41. ubi ponit practicam. De Bottis.

Adde, quod tunc poteſt infeudari, quando alienatio & rite facta primo caſu ex quo per illam primam ſolemnem alienationem eſt inducta conſuetudo, ſecus ſi prima alienatio, vel infeudatio non fuit ſolemnis, ita Alc. conſ. 9. 3. vol. M. A. P.

(a) *Locare*. Improprie, & largiter accipe, id eſt concedere ad uſum, ſcilicet in feudum, ſic ff. loc. & hæc diſtinctio. §. fi. C. loc. & conducti. ſi olei, & de locatione prædiorum civilium, lib. 12. Nam propria, & vera locatio non poteſt eſſe ſine mercede, quæ conſiſtat in pecunia numerata, ut ff. depoſi. l. 1. §. ſi quis ſervum, & de præſcr. ver. naturalis. §. ut com do. Sed reditus, & ſervitium feudi plerumque conſiſtit, & poteſt conſiſtere in alio, quam in pecunia, ut patet in conſuet. feu. quia veroſimilitudinem, & familiaritatem habet feudum, et ſit præſtatio reditus, ut hic cum locatione, & ſimiliter ſit præſtatio mercedis, ut ff. ad l. Jul. de adult. inter liberas. §. lex, & in proœ. Inſti. in prin. & ff. loc. l. 1. & 2. ideo promiſcue utimur vocabulo locationis pro conceſſione feudi, et arg. ff. de act. emp. veteres, & Inſtitutio. loca. §. adeo. Et notatur hic, quod res feudalis poteſt relocari, id eſt iterum concedi, vel infeudari de novo, vel ſub alio, quam conſueto ſervitio, non autem locari, ſed concedi, vel infeudari de novo, nec ſub alio, quam conſueto ſervitio. Sic in re eccleſiaſtica, ut ext. de feu. c. 1. & 2. & argu. ad hoc. ff. de ope. novi nunc. l. 1. §. ſi quis ædificium, & de don. inter vir. & uxo. ſi donatio. §. ult. & l. quod ſi vir. de ope. no. nunc. l. opus, & l. pe. & ſi §. 1. C. de ope. pub. l. nemo, & ff. de rer. di. l. antepe. & de dam. infe. l. filium. §. 1. Nam longe aliud eſt relocare, quam locare de novo. Sicut aliud eſt reficere, quam facere, ut ff. de itl. ac. que pri. l. 3. §. pe. licet ſit ar. contra in co. §. circa principium. Et ſic eſt aliud referre ſacramentum, quam deferre, ut patet. ff. de jureju. jusjurandum. §. quod in jure. Ex prædictis ergo juribus arguitur manifeſte, quod conceſſiones, & contractus feudorum, & rerum feodalium poſſunt revocari, & privilegia ſeu inſtrumenta inde confecta, ſi forte ſint antiqua, & conſumpta innovari ſine aliqua licentia Regiæ Majeſtatis, ſicut dicitur de Judaica ſynagoga, ut C. de Jud. l. ſi. & argu. ff. de fun. do. l. in fundo, & in Auth. de hær. & fal. circa principium, & de quæſto. in principio, & ut ſpon. lar. §. ad hoc inſuper. & ut fratrum filii, §. illud, & C. lib. 11. de diver. præ. l. fin. quia ſub antiquo tenore ſit hæc renovatio; ſicut hic permittitur, quod qui debet renovatio ſicut hic permittitur nullum novum jus confert, ſed tantum conſervat antiquum, ut ext. de confir. uti. vel inuti. c. cum dilecta, circa finem, & ext. de privl. & exceſ. privi. c. ex parte. il 1. §. nos autem in fine. Sed nunquid res feudalis locari poteſt ad certam mercedem? † videtur, quod non. Nam, ut dixi, prohibetur hic nova locatio. Item ſupra ea. l. circa principium prohibet omnem contractum, & ita locationem, quod eſt contractus, ut Inſti. de obli. ex contra. in principio. Item quia ubi prohibetur alienatio maxime a lege ſicut hic, videtur prohibita non tantum alienatio proprio jure videlicet, per quam transfertur dominium, ut C. de fun. do. l. 2. verum etiam de facto larga alienatio, quocunque ſcilicet in alium ſit tranſactio, ut in Auth. de ali. §. quia vero cognovimus, & ar. ff. de ver. obl. qui Romæ. §. Flavius, & C. de tranſact. ubi, & ibi no. in gl. ord. Quod etiam ex eo apparet, nam ubi prohibetur alienatio, videtur prohibita etiam hypothecæ ſeu pignoris obligatio, ut C. de re. ali. non ali. l. ſancimus, & ſic videtur cogitatum de alienatione etiam de facto, ut notatur in ea. l. ſancimus, cum pignus in bonis maneat debitoris, ut C. de pign. act. l. pignus. Et ipſe debitor, vel creditor poſſidet, ut C. de præſcr. 30. vel 40. an. cum notiſſimi. §. 2. & ff. de uſur. l. pignori, & qui ſatiſd. cog. ſciendum. §. creditor. Sic & rei locatæ dominium, & poſſeſſionem retinet ipſe locator, ut ff. loc. & con. l. non ſolum, & l. ſolet. de uſuc. l. 1. & de præſcr. 30. vel 40. an. l. male, quis ergo in locatione diverſum ab obligatione pignoris diceret, cum ratio diverſitatis reddi non poſſit, ut ff. de ver. ob. a Titio, & quod hujus rei poteſt rationabilis differentia aſſignari, ut C. de do. ante nup. l. cum multæ, circa principium, argumenta ſunt perpetua pro hac parte. ff. loc. & con. locare. de uſu. & ha. ceterum, in principio, & l. ſed neque, in principio, ff. com. di. verſ. item quamvis. §. 1. inſti. de uſu. & ha. §. nec ulli. Econtra videtur, quia ſub alienationis verbo locatio non continetur, ut patet C. de jure emph. l. 1. & ar. ad hanc partem. C. loc. l. nemo, & ff. de uſufr. arborib. §. 2. de uſofro. cum antiquitas, & ff. de ædi. edi. ſciendum eſt ad venditiones ſolas, & ff. de jure dot. ſi uſufr. & ar. ff. de pig. creditor, & in Authen. de ali. & emph. §. locationes, quid plura? videtur lex expreſſa. ff. de le. 2. codicillis. §. inſtitutu, ubi dicitur, quod res alienari prohibita poteſt locari etiam in mille annos, prout ibi notat gloſſa ordinaria, quæ incipit, non obſt. &c.

Additio. *Sub alienationis verbo, an veniat permutatio, & venditio, vide per Bal. in l. 1. C. de rer. perm. Bal. in l. fi. ff. de cond. ob. cau. Bal. in l. juriſg. in lect. antiq. ff. de pac. rex. & ubi Abb. in c. 1. de his que fiunt a prel.* Superantius.

† Additio. *Vide Par. de reint. feu. c. 13. & ſeq. & in c. 20. car. 34.* De Bottis.

In hac quæſtione dicendum videtur, quod poſſit rei feodalis locatio ſimiliter fieri in annum, vel ultra ad modicum tempus, videlicet, ad quinquennium, ut ar. ff. de verb. oblig. l. ſi a colono, & de leg. 3. qui concubinam. §. qui hortos, arg. ff. de ſepara. l. 1. §. quod dictum eſt.

Additio. *Adde, quod dicatur modicum tempus, vide in l. 1. ff. ſi quis cautio. gl. fi. in clem. 1. de rebus eccleſ. non alie.*

Sicut dicitur in Demaniis Curiæ, ut ſupra de off. mag. procu. l. auctoritate, quæ nova eſt, & ff. de repu. l. uxores, §. ſin autem in incerto. Si enim ad non modicum tempus id eſt ultra quinquennium, jam haberet jus in re conductor, ut patet, ff. de ſuperfi. l. 1. §. quod ait, & ſi ager vecti. vel emph. pe. l. 1. quod prohibetur per omnem modum ſine licentia, ut hic, & in l. ſeq. & ſupra de jure re. reg. l. ſcire. Non obſtat quod dictum eſt ſupra de prohibita pignoris & hypothecæ obligatione, illa namque ideo prohibetur ubi eſt prohibita alienatio, quia per obligationem pervenitur ad alienationem, ut in auth. de non ali. §. creditor enim cum obligatio facta eſſet, poſſet vendere jure ſuo, ut ff. de pignoratitia actione, ſi convenerit, vel ſaltem jure dominii poſſidere, ut C. de jure dominii impetrando, l. fin. Rationabiliter ergo inhibita alienatione, inhibetur omne id, per quod pervenitur ad eam, ut in l. oratio, ff. de ſponſa. non ſic in locatione, ut in l. non ſolet.

(b) *Permittimus*. Dum tamen non poſſit Baroniam, vel

ANDREAS DE ISERNIA.

dum dicit quod in remiſſione jurium contrahitur in feudo, quia hoc donare eſt, ar. l. ſi mulier. de con. dic. ob cau. & ad d. §. fin. reſpondebat, quod ibi minor non erat prohibitus generaliter omnem contractum

Digitized by Google

tu * locentur, ſub quo antiquo locari conſue- verunt: ita quod in nullo debitum ſervitium, vel reditus minuatur.

De

vel feudum, quæ ſunt ſcripta quaternionibus demanii Beronum, de quibus quid faciendum ſit dic, ut inſra de ſucceſ. in feu. lib. 2.

* Additio. *Sed ſi quis poſſidet rem ſolitam concedi, non apparet reditus ſolitus, vide Parid. in c. 31. & 32. de reinteg. feu.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ctum facere, ſed ſolum manumittere ſine prætore. Ideo ſi conſenſit debitori manumittenti ſervum pignoratum ſibi, non videtur ipſe manumittere, ideo valet actus ſine prætore. Sed in caſu noſtro lex prohibet omnem contractum, per quem feudum, aut diminuitur, aut commutatur. Et per hanc renunciationem jus mihi quæſitum, ſcilicet, hypotheca commutatur, ſcilicet de me in debitorem, ſeu poſſeſſorem feudi, cui remitto hypothecam. Tandem res fuit per alia media determinata, cogita. Nec illud placet, quod prima remiſſio valeat, quia tendit in liberationem feudi, & ſic in augmentum ejus, quia nullum eſt augmentum feudi, ſive ſit hypothecatum, ſive non: pariter enim jura ſua poſſunt diſtingui: quod Andreas hic intellexeret de juribus regalibus. Sed Bartholomæus de Capua loquitur de jure hypothecæ, & ſic de actione hypothecaria, quæ eſt in rem ſcripta, ſicut perſonalis quæſita remiſſa, non dicitur remiſſum aliquod jus feudi, ſed actio, ſeu jus ad rem, ſeu feudum a non domino pro hypothecaria, cogita, quia fuit in facto, in caſtro Paduli. Diomedes Mariconda.

Fuit dubitatum in ſacro Conſilio, quid ſi rex requiſitus noluit conſentire, an habeatur pro conſentiente, vel an contractus valeat? videtur, quod ſic, ſi ſine cauſa recuſat conſentire: ſicut dicit Bar. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore, ſol. mat. verſ. quem de ſtatuto, quod mulier, vel minor non poſſint contrahere ſine licentia ſuorum conſanguineorum, cum aliis auctoritatibus ibi per me adductis. Ad idem facit conſil. Alex. 107. 2. volum. quod ſi heres prohibitus eſt alienare ſine conſenſu uxoris, ſi uxor requiſita noluit conſentire ſine juſta cauſa, judex poteſt impartiri licentiam per rationes, de quibus ibi. facit Do. And. hic, dum dicit, quod vaſallus non poteſt in feudum alii dare, quia ſi do tibi in feudum, ut habeam te in vaſallum: quomodo tu dabis alium me invito? quod verbum etiam ſonat, quod ſine ulla cauſa poſſum denegare aſſenſum, & ſufficiat pro ratione voluntas: quia mutare vaſallum domino invito eſt juſta cauſa denegandi aſſenſum. Pro hac parte allegabatur Andreas in conſtitutione, ſi quis poſt litem, ubi dominus ſecundum Andream cogitur conſentire quando alienatio fit ex neceſſitate feudi, & propter onus feudi, propter dotes ſororis, vel filii, vel propter ſolvendum ſervitium domini. Ergo in contrarium eſt regula, ubi alienatio fit ex voluntate, & ex aliis cauſis juſtis. Idem Andreas in c. 1. de inveſt. de re alie. facta, quod quando vaſallus eſt gravatus Principi, non præſumitur quod Princeps ſit gravatus, quia non eſt de honeſtate, & ita credo eſſe dicendum. Diomedes Mariconda.

Scias quod prima revocatio non poteſt fieri, niſi prius ſit requiſitus rex, ut aſſentiat, vide omnino quæ no. dicit Luc. de Penna in l. nulli. de fun. patrimo. lib. 11.

An autem iſta revocatio poſſit fieri per heredem? videtur quod non: quia jus revocandi non tranſit ad heredem; dicit Bar. in l. qui Romæ. §. Flavius, circa fi. de verb. oblig. quod maxime videtur procedere in dote, per l. ſi quis, de jure dot. Et vidi alias fuiſſe conſultum, quod generalis renunciatio non extenditur ad obligationem dotis, vel alimentorum, per textum, & ibi no. Bar. in l. libertis. §. poſt hunc. ff. de alimen. & cibar. leg. & Bal. Novellus in tract. de dote, & ſimiliter non comprehendit obligationem juratam, per id quod notat gloſſa in cap. cum non debeat, cum ſimil. de elect. & ita fuit judicatum in cauſa Comitiſſæ, cum Comite Ugenti, in Sacro Regio Conſilio anno 1499. Diomedes Mariconda.

An autem ſi petatur reſciſſio contractus, debeat pretium reſtitui? Alber. in c. 1. §. notandum, qui feudam poſ. vide Bal. in l. electio. C. ſi adver. fiſcum. Item ad hoc ut iſta revocatio fieri poſſit, requiritur, quod quis offerat ſeu tradat illud, quod habuit ex illo contractu, quem vult revocare, dicit Bal. in l. fin. in 3. q. C. de contrahen. empt. Diſplicentia enim retraditionem deſiderat, & non dicitur diſplicere id, quod poſtea retinetur, & ita per id dictum, audivi alias per Regni peritos fuiſſe judicatum. Aliqui tamen dicebant, quod licet non fiat iſta oblatio, ſeu retraditio, tamen non propterea poteſt dici quod revocatio ſit nulla, quinimo valet. Sed non poterit conſequi rem, quam ipſe vendidit ex primo contractu, quem revocavit, niſi ipſe transferat, id quod habuit ex eodem contractu. Quæ verba habent magnam honeſtatem. Sed verba Bal. loquuntur proprie in diſplicentia, & ſic in revocatione, unde cogita. Et ad prædicta facit gloſſa in cap. ſi auditus, in fine de appel. in 6. quod ubi gravamen fuit reale, & revocatio debet fieri realis: ſi verbale, revocatio debet fieri verbalis: ita Bal. allegans illum textum in l. acceptam, in 1. oppoſitione in fine. C. de uſur. Sed in ſacro Regio Conſilio fuit judicatum, quod ſufficit revocatio verbalis, & quod non requiritur aliqua oblatio, in cauſa Nardi Cumi. anno 1499. ſecundo Martii.

Ad quod facit, quod is, qui contractum revocat, videtur habere intentionem, quod omnia reducantur in priſtinum, & per conſequens tacite videtur offerre, vel reſtituere quod accepit. Accedat prædictis quod dicitur in l. ab emptione, de pact. quod non poteſt fieri reſolutio contractus verbo, quando intervenit traditio, ſed requiritur actus retro ſimilis, facit quod voluit Alber. in c. 1. §. notandum, qui feud. dare poſſunt. Qui petit reſcindi contractum, debet pretium reſtituere, & vide quod notat Pau. de Caſt. in l. 2. & in l. ſi ante. C. de pac. inter em. & vend. Diomedes Mariconda.

In textu licentia. Sed nunquid ſufficiat tacitus conſenſus Principis? videtur quod ſic, ut in c. 1. in gl. ipſorum, de prohib. feu. alie. per Lotha. arg. ejus quod notatur in c. 1. §. præterea, quibus mod. feu. amit. Bartholomæus de Capua.

Sed advertæ, quia Andreas ibi tenet contrarium, quod requiritur expreſſus aſſenſus hodie in Regno, & idem videtur tenere in c. Imperialem, in princ. 6. col. de prohi. feu. alie. per Fred. Petrus de Monteſ.

Item ſi vaſallus vendit, & redimit incontinenti, modico intervallo intercedente, etiam incidit in pœnam caducitatis, ut eſt expreſſum in c. quid juris, ſi poſt alien. feu. Bartholomæus de Capua.

Sed adverte, quia hodie in Regno pœna caducitatis non habet locum, & in hoc corrigitur jus commune per conſtitutionem iſtam, per quam alienans ſine aſſenſu non perdit feudum, ſed poteſt revocare, & contra factum ſuum venire. Bartholomæus de Capua.

Item habes hic, quod ſi contractus rei feudalis fuit de conſenſu Principis, valet, quod eſt ſano judicio intelligendum, ubi alienans non habeat filios, vel alios, ad quos de mortuo jure ſucceſſionis poſſet pervenire. Nam ſi haberet, requireretur eorum conſenſus, ut in cap. primo, §. præterea quibus modis feud. amit. nam ſine eorum conſenſu alienatio, vel contractus non teneret, ut in cap. 1. de alienat. feu. pater. Sed quid de vaſallo, an poſſit alienari ſine ejus conſenſu? dic quod ſic, ut notatur in gloſſa in verbo, inſtantiam, in conſtitutione, probationum defectum. Bartholomæus de Capua.

Item adverte: nam aſſenſus Regis in præjudicium ipſius Principis, ſubſequi poteſt ad validandum contractum,

De eodem.

Nova Conſtitutio.

Nullus Comes, Baro, vel miles, vel quilibet alius tam laicus quam clericus rem, quæ eſt in ſervitiis Regiæ Curiæ qualitercunque obnoxia, vel res ipſas, reditus, vel ſervitia Regiæ Curiæ præſtare debet per contractum inter vivos, vel in ultima voluntate in totum, vel in partem, neque in alium transferre præſumat: & ſi forte aliter fiat, per hoc reditus, vel ſervitia debita Regiæ Curiæ non minuantur, quia alienatio tranſibit cum ſua cauſa, id eſt, cum dictis ſervitiis, & reditibus, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

HAc (*a*) edictali lege in (1) perpetuum valitura omnibus regni noſtri fidelibus expreſſius inhibemus, Ut nullus Comes, Baro, vel Miles, vel etiam quilibet alius, vel clericus, res qualicumque noſtro ſervitio obligatas, de quibus reditus & ſervitia Curiæ noſtræ debeantur, quocunque alienationis titulo inter vivos, vel in ultimis voluntatibus in alium pro parte * vel in toto transferre præſumat, vel etiam commutare, unde ſervitium ipſum, aut reditus Curia noſtra (*b*) perdat.

De

De eodem.

Nova conſtitutio.

(a) H*Ac edictali*. Multi volunt credere, quod ſi feudum vel res feudalis, & qualitercunque ſervitiis obligata relinquatur tali perſonæ, quæ ſuccederet ab inteſtato, ut infra de ſucceſ. in feud. no. l. 1. tale relictum valeret, etiam ſine conſenſu Principis, cum etſi non relinqueretur, nihilominus haberet ab inteſtato ſicut teſtamentum imperfectum valet inter liberos, qui alias ab inteſtato ſuccederent, ut C. de teſta. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, & ſimilis ratio ponitur. C. de operis liber. l. 1. in fi. arg. bonum ad hoc expreſſum. C. de impo. lu. deſcri. l. 1. §. 1. lib. 10. & ff. de hered. inſt. l. ſi ſervo fideiuſ. Nam cum ſibi defertur, etiamſi nullum eſſet relictum factum, multo fortius debet relictum tenere, licet non ſit conſenſu Principis roboratum, ut argum. C. de rei uxor. act. l. 1. & argu. expreſſum. C. de inceſt. nupt. ſi quis inceſti. & notatur idem in gl. ord. in ſimili caſo, ſcilicet, in aſcriptitio, & cenſito. C. qui. cauſ. eo. cen. do. an. accu. l. 2. lib. 12. in colono conditionali, ut C. de agricol. & cenſi. cum ſatis. l. 1. lib. 11. Item volunt quidam dicere, quod feudum poſſit tranſire cum univerſitate.

Additio. *Adde Jac. Alva. in cap. 1. §. præterea ducatus, in 1. col. de probi. feu. alie. in uſib. feud.* Superantius.

Si forte quis heres inſtituatur in bonis, inter quæ ſit feudum, argum. ff. de re mili. milites. §. fina. & de decur. l. decurio. & de fun. domi. l. prima, & ff. de contrahen. emptio. in modicis, cum ſimilibus, & ſic ſentit gloſſa ordinaria in ſimili. C. non li. hab. metro. bona ſua ad ali. tranſ. l. prima, in glo. ſi fundo, &c. lib. 11. Item quidam dicunt quod vaſallus etiam ſine licentia Principis poſſit in convaſallum, & in eum, qui eſt vilis conditionis, & ſub eodem dominio aſtrictus, feudum alienare, argumen. ejuſdem l. C. non lic. hab. metro. bono. ſua ad aliam tranſ. l. prima, libro 11. & de emptio. fa. a villa. vel angar. l. ad ſubjectorum, in fi. cum enim non mutetur perſonæ conditio, nec ſtatum rei convenit immutari, ut C. de impo. luc. deſcri. l. 1. §. ceteri. lib. 10. Item credenrem, quod licet non poſſit uſusfructus feudi † alienari, quia hæc conſtitutio prohibet alienationem, ut C. de reb. alie. non alie. l. fi. tamen fructuum perceptio alienari poſſit, forte uſque ad certum tempus etiam ſine conſenſu Principis, ut arg. Inſt. de uſu & hab. in fi. 1. reſp. & ff. de peri. & com. rei ven. neceſſario. §. fi. non enim vendit jus utendi, quod non poſſit, ut at. ff. de jure do. ſi uſusfructus, ibi, extraneo, &c. & ſic tota die Barones dant & locant caſtra in gabellam, arg. ad id. ff. de leg. 2. l. codicillis, §. inſtituto, & quod ibi notatur.

† Additio. *Vide Parid. de reinteg. feu. c. 8. nu. 14.* De Bottis.

(1) Additio. In perpetuum. *Adde gl. in verbo, perpetuum, in c. fundamenta, de elect. lib. 6. l. 1. ff. pro ſocio, & in l. in perpetuum. ff. de proc.* Superantius.

* Additio. *Nota, quod reditus non alienatur in feudo, nec pro parte, nec pro toto, ſed an pendatur, vide Parid. in tract. de reintegr. feu. c. 40.* De Bottis.

(b) *Perdat*. Non eſt hæc ſola ratio, quæ ponitur in fine hujus conſtitutionis, ſed eſt & illa, quia non poteſt invito mihi vaſallus agnoſci, ſicut nec ſocius. ff. pro ſocio, quia amittitur, & expreſſum eſt in 10. coll. de fratribus de novo beneficio inve. l. 2.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ctum, non tamen in præjudicium tertii, ut no. Ion. in c. Imperialem, in principio per Andream de Iſernia de prohi. feu. alie. per Fred. & not. eo. c. §. item quia. Petrus de Monteforte.

Item intellige ſine diminutione in toto vel in parte, ut de prohi. feu. alien. per Freder. l. 1. verſ. hac edictali. & pro aſſenſu Regio præſtatur quinquageſima de jure, ſecundum Azo. in ſumma de jure emphy. Petrus de Monteforte.

De eodem.

Nova conſtitutio. Rubrica.

H*Ac edictali*. Intelligit gloſſa l. illam in feudo, & tunc eſt plana, quia etiam eccleſiæ non poteſt relinqui propter rationem, quæ ponitur in titu. de alien. feu. cap. 1. ſcilicet, quia nunquam eſſet reverſurum ad dominum, cum eccleſia ſemper ſit, & non moritur. Idem in aliis bonis, quæ quis tenet a fiſco ad annuum reditum, vel ſervitium: quia lex hæc generaliter loquitur, & eadem eſt ratio: quia non poteſt alia reddi. ff. de verborum obligatio. l. a Titio. Secus ſi de bonis aut prædio meo † promitterem fiſco decem annua, & obligarem ei propter prædium: nam vendam cui volem, ſalvo reditu decem, quæ fiſco debentur, ff. de contrahen. emptio. l. fina. in fine, & hoc dicitur in fine hujus conſtitutionis, unde reditus vel ſervitia, quæ minuuntor, cum ſuo onere tranſibunt, & cum ſua cauſa, eod. titu. l. alienatio.

† Additio. *Loquitur hic Andreas in promittente & obligante prædium pro decem ſub natura emphyteutica, cui adde Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi. 118. quæritur, & verſi. 86. quæritur, & Hoſtien. in ſumma in tit. de loca. §. fin. no. quod quando ſubmittitur aliqua res ad quinque pro centenario, poteſt alienari domino irrequiſito, vide Soc. conſ. 167. col. 3. in principio vol. . . .* De Bottis.

Quod autem hic dicit gloſſa, quod teſtamentum in eos, qui ſunt alias ſucceſſuri valeat in feudo, eſt contra id quod dicitur in tit. de ſucceſ. feu. in principio, ibi, nulla ordinatione defuncti, &c. Et diximus ſupra,

l. prox.

De revocandis tranſeuntibus ad alienam habitationem.

TITULUS VI.

Hæc conſtitutio imponit pœnam Baronibus occupantibus homines demanii, & compelluntur infra tres menſes, ſi ſint in eadem provincia; ſi extra provinciam, infra ſex: & qui ſcienter receperit, aut receptos ab initio forſitan ignoranter contempſerit, reddere requiſitus punitur in una libra auri, & toto intereſſe: ſic etiam providetur, quod homines Baronum, eccleſiarum, vel militum, qui dominis ſuis de perſonalibus ſervitiis teneantur infra prædictum tempus requiſiti redire ad Terras dominorum ſuorum detentores, ut ſupra, puniuntur in una libra auri. hoc dicis. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

QUiſquis (*a*) * de burgenſibus, aut villanis ad noſtrum demanium pertinentibus

---

De revocandis tranſeuntibus ad alienam habit. Rubrica.

(a) QUiſquis. Hæc conſtitutio imponit pœnam Baronibus, & Prælatis, & aliis hominibus, nobilibus, & occupantibus homines de demanio: & dicti homines infra tempus infraſcriptum revocantur ad demanium, concordat. C. de manc. & colon. patrim. lib. 11. l. fi. Econtra providet Baronibus, & aliis militibus contra occupantes illorum villanos: minor tamen pœna, quam ſupra pœna eſt: quia ſupra eſt pœna unius libræ auri, hic mediæ libræ.

* Additio. *Ad hanc conſt. vide Parid. de Puteo, in tract. ſind. in rubrica, de exceſ. Baro. & Aff. in deciſ. 265. nu. 81. & Capic. in dec. 518. nu. 9. & c. regni, item ſtatuimus, & eundem Capic. deciſ. 168. Mod. in c. regni, gravamina nu. 33. cum ſeq. & omnino in c. regni, item ſtatuimus, quod ſi vaſalli, fol. 117. & ibi, quomodo compelluntur vaſalli ad redeundum, & an poſſint ejus bona propria auctoritate ſequeſtrari. Quod ſi ſunt male tractati a Barone, vide Jo. Lup. in repet. rubrica de don. inter vir. & uxo. fol. 27. num. 5. vide ad hanc materiam Gram. in conſ. civili 12. & 13. vide Bar. & alios, in l. 1. §. per hanc de rei vendic. ubi de villa, & domino, qui poſſunt vendicare vaſallos, & omnino Bal. in prælud. feud. nu. 13. & 161, quod ſi vult cedere bonis antequam ſit judicatum munus.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

l. prox. in neceſſitatibus non dicitur quis liberalis, ff. de lega. 1. l. unum ex familia, ff. de adimen. leg. l. rem legatam. Nec procedunt alia, quæ dicit gloſſa ut vaſallus poſſit vendere feudum, nam generaliter eſt probibitum, ut ſupra l. proxi. nec eſt ſimile de menſtruico & aſcriptitio, qui ſunt domini rerum ſuarum, ſicut dicit gloſſa in quib. cau. coloni, &c. Sed feudi dominus eſt directo ille, a quo tenetur, etiam ſi filius habet feudum non a patre, ſed principis providentia, ff. de adopt. ſi arrogator. de leg. 2. cum patronus, & in ſi. ut agnatus, &c. c. r. niſi eſſet feudum hereditarium, ff. de pet. hered. l. & non tantum. Et in ſpecialibus caſibus loquuntur, non lice. habit. Metronom. & ut infra eo. ad ſubjectorum.

HAc adiectali lege in perpetuum. In gloſſa magna in fine. Iſtud poteſt intelligi in feudu, ſed in aliis bonis, unde debetur reditus, ut in hac conſtitutione, tunc poſſent alienari, ſalvo reditu: ut hic in fine hujus conſtitutionis. Et pro hoc C. de loca. prædior. civilium, l. prædium & in Authent. de mandatis Princip. §. & non permittatur, & ff. de legat. 1. l. nihil. & de uſufructu legato, l. fundi Trebatiani, & in ipſis loquitur hæc conſtitutio. Superior vero in feudalibus. Bartholomæus de Capua.

De revocandis tranſeuntibus ad alienam habitationem. Rubrica.

QUiſquis de burgenſibus. Revocat ad demanium Imperator vaſallos ſuos. Et hoc eſt favore hominum Principis: quia ſi habitarent † in terra Baronis, ſubveniret eis in quinque caſibus, ut infra in conſtitutione, Quamplurium.

† Additio. *Nota, quod habitans in terra Baronis tenetur ad adjutorium, etiam quod non habeat feuda, ut tenet idem And. in c. 1. §. fi. de pace jur. firm. vide Alb. conſ. 103. & Capic. deciſ. 118. col. pen.* De Bottis.

Idem ſtatuit de hominibus feudatariorum, & eccleſiarum transferentium ſe ad terras demanii. Sed hoc videtur contra libertatem eorum. Nam & libertus, qui debet perſonales operas, poteſt habitare ubi vult, nec cogitur cum patrono habitare. C. de operis libertorum, l. penult. Dic quod & ſi liberto † dictum eſſet in manumiſſione, ut non diſcederet a patrono, non poſſet recedere, ff. de conditionibus, & demonſtratio. Titio, §. Titio. Sed cum dominus terram vaſallo dat, & concedit, hac conditione dat, ut de terra non diſcedat: etſi non exprimat hanc conditionem, quia communiter conſuetum eſt ſic dari: pro tanto habendum eſt, ff. ſi cer. petat. cum quid, ff. commodati, ſi is qui, §. fi. Secus ſi aliter conſtaret de contrario: cum durum eſſet contra hanc legem aliquid dicere, niſi quod expreſſum eſſet demanii.

† Additio. *Limita non habere locum, quando vaſallus, qui non eſt obligatus ad ſervitia perſonalia, vellet dimittere terram, quia poteſt diſcedere, Capic. in d. deciſ. 128. nu. 3.* De Bottis.

QUiſquis de Burgenſibus. In textu in verbo, ſcienter. Vide quia in iſtis tenentibus homines demanii, diverſæ pœnæ ſtatuuntur, hic ſtatuitur una. Diverſa ſtatuitur in proxima conſtitutione, & diverſa alia in conſtitutione ad ſubjectorum. Sed prædictæ conſtitutiones loquuntur in diverſis caſibus. Bartholomæus de Capua.

Hoc eſt hodie clarius determinatum per capitulum Regis Caroli, Deſideriis hactenus, & capitulum, Item ſtatuimus, quod ſi vaſalli eccleſiarum eis ad perſonalia ſervitia obligati, & magis diſtinguitur per cap. Papæ Honorii, edita pro bono ſtatu Regni, quæ incipiunt, Juſtitia, & pax. ubi ſic dicitur: Ad novas conjurantias vaſalli Baronum, vel aliorum ire non compelluntur inviti, ſed nec voluntarii admittantur, ſi ſint aſcriptione ſimiles ſuæ fortunæ, vel ratione perſonæ, non tamen rerum ſervitiis perſonalibus obligati, ſi vero ratione rerum tantummodo hujuſmodi ſervitiis teneantur ad eaſdem conjurantias tranſire voluerint, res ipſas dominis ſuis ſine contradictione dimittant. In aliis capitulis ejuſdem Papæ Honorii, quæ incipiunt, Dilectus filius nobilis vir Carolus claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ primogenitus. &c. dicitur ſic: item licet idem Princeps ſtatuerit aliqua de vaſallis eccleſiarum eis ad perſonalia ſervitia obligatis, ſi forſan a terris, in quibus morari debent, aufugerint, per prælatos, & perſonas eccleſiaſticas revocandis: Nos tamen dicimus diſtinguendum, ut ſi ratione perſonæ ad hujuſmodi ſervitia teneantur, poſſint, ſi receſſerint, legitime revocari: ſi vero tenentur rerum tantummodo ratione, & recedere voluerint, res ipſas eccleſiis, & perſonis eiſdem omni modo dimittere compellantur. Petrus de Monteforte.

Digitized by Google

bus (*a*) temporibus retroactis ad eccleſiarum loca, Comitum, ſeu Baronum, vel aliorum quorumlibet, quacunque occaſione transferit incolatu ſeu habitatione noſtri demanii derelicta (*b*) infra tres menſes, ſi in eadem provincia fuerint: & ſi extra provinciam fuerint, infra ſex menſes, poſt requiſitionem ordinatorum noſtrorum ad terram demanii, quam deſeruit, redire præciſe cum tota familia compellatur. Quicunque autem hujuſmodi homines receperint ſcienter, aut receptos ab initio forſitan ignoranter contempſerint reddere requiſiti, libram unam auri puriſſimi cameræ noſtræ componant: & receptum nihilominus cum omni commodo, quod inde admiſeriot, curiæ noſtræ reddere compellantur. (*c*) Æqua etiam lance ſancimus, ut eccleſiarum homines, Comitum, Baronum, vel militum, qui tamen dominis ſuis de perſonalibus ſervitiis (*d*) minime tenentur, ſi a tempore noſtræ felicis coronationis ſe ad Terras noſtri demanii, ſeu aliorum quorumlibet tranſtulerint, ab eodem temporis ſpatio trium vel ſex menſium, ſcilicet, a tempore requiſitionis emiſſæ redire ad Terram dominorum ſuorum mora qualibet & occaſione depoſitis, compellantur. Prælatus ſeu Comes, Baro, vel Miles, ſeu quilibet alii (*e*) ſupradictorum † hominum detentores ſi ſcientes extiterint, vel ignorantes, & ipſos non reddiderint requiſiti poſt temporis ſpatium ſupradictum in dimidiam libram auri puriſſimi ſentiant ſe ſore damnandos, cujus medietas noſtro ærario, reliqua medietas damnum paſſis volumus applicari.

† *Alias, ſubſcriptorum.*

De hominibus demanii affidatis non tenendis.

TITULUS VII.

Hæc conſtitutio bona eſt, ſi bene ſervaretur, dicit gloſſa, prohibet enim quod nullus nobilis vel alius habeat affidatos in terris demanii, utputa, quia dicit debilis potenti, defendas me, & dabo tibi tantum annuatim, ut fit Romæ, & ubi tyranni habent locum, hodie potiſſime in regno in deſtructione, & perditione illorum, qui conſcripſerunt morti regis Andreæ, & prohibentur, quia defenſio Principis omnibus ſufficit, & ſi quis tales receperit, nulla præſcriptione juvatur, qui contempto ſacramento fidelitatis fiſcalia uſurpat, niſi de ſuo jure per privilegium debita ſolemnitate vallatum oſtenderit, contra faciens poſt menſem a die inſinuationis hujus conſtitutionis punitur in decem libris auri, quod ſi iterato contra fecerit, punitur publicatione bonorum. Item contra faciens punitur pœna capitis. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

CUm (*f*) univerſis [a] & ſingulis Regni noſtri fidelibus credamus in tantum ſufficere

(a) *Temporibus retroactis*. In villanis eccleſiarum, Comitum, vel Baronum reſtringitur hoc ad tempus coronationis, ut inf. ead. l. §. æqua. & ita non eſt per omnia æqua lance, ut ibidem notavi.

(b) *Infra tres menſes*. Non ponit infra quod tempus burgenſes, vel villani poſſint, vel debeant revocari: ſed infra quod tempus debent reſtitui poſtquam fuerint requiſiti.

(c) *Æqua lance*. Quoad temporis ſpatium, non quoad pœnam, ut infra ea. l. ponit.

Additio. *Adde textum in c. omnis, 45. diſt. & textum in capitulo, cum æterni. de re judic. lib. 6.*

(d) *Minime*. Alias eſt ſervitus, & non eſt minime: & tunc eſt plana. Minime abſurdum videtur innuere verbum minime nunc: nam multo fortius tenentur redire † illi, qui ſunt aſtricti perſonalibus ſervitiis, ut C. de agric. & cenſi. l. coloni. cum l. ſeq. & de decurio. generali. cum ſim. Vel verbum minime, fuit hic poſitum vitio ſcriptoris. Vel exponas minime, id eſt parum: quaſi dicat, quod illi vaſalli tenentur ratione perſonæ, ſic verbum, minus, exponitur uno modo. ff. de judi. l. & poſt edictum, ubi exponitur minus contumax, id eſt, modice contumax, & in Auth. de non alienan. §. licet autem dam. licet alias exponatur per non, ut ff. de acq. poſſ. l. minus. Et multis locis idem invenire laborioſum eſt potius, quam ſubtile.

† Additio. *Pro hoc vide c. Roberti in lib. Barattucii in Archivo regiæ Siclæ, ubi datur jus Baronibus revocandi eorum vaſallos, qui alio migraverunt, etiam quod illi vaſalli non tenerentur ad ſervitia perſonalia, ut ibi, cap. 119. quod eſt ſatis pulcrum.* Fab. Jurdanus.

(e) *Subſcriptorum*. Scilicet, vaſallorum aliorum Baronum requiſiti. Nota detentores ignorantes debere requiri, ut hic. Scientes debent reſtituere etiam irrequiſiti, ut ſupra, ut nul. occur. re. do. l. 1. licet videatur quod circa rem alienam, quam tenetur aliquis reſtituere, non debeat eum ignorantia excuſare, ut ff. loca. & conduc. l. item quæritur. §. ſi falſo & eſt hoc ſecundum evidentem rationem, quia cum non permittitur alicui ignorare res ſuas, vel qualitatem rerum ſuarum, ut ff. de act. emp. l. tenetur. ſ. reſpon. & C. de rei ven. quiſquis. Omnes enim ſcire debent, quod ſuum non eſt hoc ad alios modis omnibus pertinere, ut C. unde vi. l. cum quærebatur. G.

De hominibus affid. non tenendis, Rubrica.

(f) C*Um univerſis*. Hæc conſtitutio ſancta eſt, ſi bene ſerveretur: prohibet enim, ut nullus nobilis, vel alius habeat affidatos in terris demanii, puta, dicit homo debilis potenti, defendas me, & dabo tibi quolibet anno tot ſervitia, ut fit in Lombardia: hoc prohibetur hic. Quia defenſio Imperatoris omnibus ſufficit. Si quis tales receperit nulla temporis præſcriptione juvatur: concor. C. de agric. & cenſi. quemadmodum. Et punitur contra faciens, & gravius qui ſemper deliquit in hoc, quam qui ſemel, concor. C. de epiſc. audien. l. 3.

Cum univerſis. Nota per conſtitutionem iſtam nulli licere affidatos habere. G.

Cum univerſis. Per principium hujus conſtitutionis probatur, quod defenſa non poteſt imponi pro parte Comitum vel Baronum, licet Barones hoc jus uſurpent, cum ſufficiat omnibus clypeus regiæ majeſtatis, & probatur ſuperius de impo. deſen.

[a] Additio. *Vide c. regni, prædeceſſorum, & ibi Scribentes*. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

De hominibus affidatis non tenendis. Rubrica.

C*Um univerſis*. Hæc conſtitutio bona eſt, ſi ſervaretur. Item in terris demanii non poteſt quis habere recommendatos, niſi habeat privilegium a Principe. Sed extraneum privilegium eſſet hoc, & contra omnem formam. Et ideo non obſtat, quod diximus ſu-

Digitized by Google

re præeminentiæ noſtræ favorem, ut adverſus quorumlibet impetus valeant clypeo noſtræ defenſionis defendi. Grave non immerito ferimus, & moleſte, quod aliqui ad aliorum patrocinia tranſeuntes, a nobis, & officialibus noſtris in eorum præſertim judiciis protegi ſe poſſe diffidunt. Nolentes igitur hæc ſub diſſimulatione tranſire, & quæ in noſtram perpetrantur injuriam, æquanimiter tolerare: præſentis legis edicto firmiter inhibemus, ut in terris demanii noſtri nulli omnino liceat affidatos (a) vel recommendatos habere, vel dudum non ſine offenſa noſtræ celſitudinis habitos retinere: niſi de habitis a quocunque tempore retroacto, vel in poſterum habendis a nobis, vel divis Regibus, vel Auguſtis prædeceſſoribus noſtris privilegium, vel ſcriptum debita ſolemnitate munitum oſtendat. (b) Præſcriptionem etenim aliquam eis prodeſſe non volumus, qui fidei debito, ſacramento contempto, quo (c) non uſurpare fiſcalia, (d) ſed defenſare tenentur homines ad noſtrum demanium pertinentes, vel qui ſi ab eis recepti non eſſent, in noſtro demanio remanſiſſent, quantolibet tempore tenuerint. Quiſquis autem temerario auſu recipere aliquos tentaverit in poſterum, vel retinere receptos poſt menſem a die inſinuatæ ſanctionis iſtius, decem libras auri puriſſimi fiſco noſtro componat. Quod ſi iterato alios, vel eoſdem affidatos ſuſceperit, vel etiam commendatos bona ſua omnia mobilia, & immobilia publicentur: Iterum ſi temeritatem eandem reiterare tentaverit: volentes acerbius proſequi (e) conſuetudinem delinquendi, puniri decernimus ſupplicio capitis contemptorem: contraria conſuetudine, quæ hactenus in quibuſdam locis Regni noſtri obtinuiſſe dicitur, omnino ſublata.

De probatione per inſtrumenta publica ſuper quæſtione homagii.

TITULUS VIII.

Nobilis aliquis habuit forte affidatos in mero demanio, & ideo fiſcus revocat in jus demanii: ſi ille dicit vaſallos eſſe ſuos, in dubio præſumitur, quod ſint de demanio: & ſic ad fiſcum pertineant, unde incumbit onus probandi poſſeſſori: vel ſi dicat eos datos in vaſallos ſibi, hoc probet per privilegia, ut hic dicitur, vel probet quod dicti homines juraverunt tanquam vaſalli ſibi, vel prædeceſſoribus ſuis, & dicti homines teneant feudum ab eo nobili, propter quod ſervitia præſtent. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

SI (f) dubitatio aliqua ſuper hominibus oriatur, quod eos Cæſeriani noſtri ad noſtrum demanium pertinere contendant. Poſſeſſores, aut qui

(a) *Vel recommendatos.* Tales habere prohibitum eſt: quia in fraudem publicæ functionis creditur eſſe factum, & in præjudicium aliorum, ut hic, & arg. in Auth. de man. Princ. §. patrocinia, coll. 3. & eadem ratione prædia aliorum non poſſumus recommendata habere, & in eis potentiarum titulos ponere, ut C. de his qui pot. no. l. 1. & omnes contractus, ut aliena prædia, vel homines recipiant, qui ſunt a jure prohibiti. Et nedum contrahentes, ſed etiam notarii, qui interſunt talibus contractibus puniuntur, ut C. ut ne. ad ſuum pa. l. fi. lib. 11. Eadem ratione prohibetur potentior advocatus, ut C. ne li. po. l. 1. & ar. C. de exac. trib. l. 1. licet videatur contra in Lomb. de his, qui in po. alta. ſe ſubdi. l. ſtrit. lib. 3.

Additio. *Adde, qui dicuntur recommendati vide per Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. Bart. in l. non dubium. ff. de excr. Bart. in extrava. ad repri. Bal. in auth. & omnino. C. ne ux. pro mar. Bal. in rubrica de fi. inſtru.* Superautius.

(b) *Præſcriptionem etenim.* Nota hic præſcriptionem etenim, &c. eſt expreſſum, quod demanium Regis nullo tempore præſcribi poteſt, ut notatur in l. 1.

(c) *Non uſurpare.* Hoc idem obtinet jure Lombardorum, quia qui hoc ſacramentum contemnit, reputatur pro infideli: & punitur ſecundum regis voluntatem, ut in Lombar. ſi actor reg. re. l. 2. & ult. G.

(d) *Sed defenſare.* Nota hic unum de capitulis ſacramenti fidelitatis. G.

(e) *Conſuetudinem.* Nota binum actum inducere conſuetudinem, ſic C. de epiſ. aud. nemo. in fi.

De probatione per inſtrumenta publica ſuper quæſtione homagii. Rubrica.

(f) SI *dubitatio.* Nobilis aliquis habuit forte aliquos affidatos de demanio: & ideo fiſcus revocat in

ANDREAS DE ISERNIA.

ſupra titulo primo, l. perſonas. Ultimo vult dicere, quod habeat privilegium quomodo aliqui habitantes in terra demanii erant ſui vaſalli. Poteſt ergo dare vaſallum ſuum Princeps alii, quod eſt contra naturalem rationem, ut adiciat hominem liberum ſervituti, quæ erit, ut teneatur Baroni, & cui datus eſt in quinque caſibus ſubvenire, ut ſupra l. proxima, de quo dictum eſt plene in §. præterea ducatus, & ſupra, l. perſonas. Quod autem dicit littera, ut non obſtet præſcriptio, eſt illa ratione, quia res ſingularis feudi non poteſt præſcribi, infra de præſcriptione conſuetudinem, in fine. Vel illo errore dicendum, quod demanium non præſcribitur. Quod qualiter verum ſit, dicemus in conſtitutione, ſi dubitatio, in fine. Ponit etiam graves pœnas contra facientibus. Andreas.

CUm *univerſis.* Ibi, affidatos. Pro iſta conſtitutione vide ca. Prædeceſſorum noſtrorum, infra de occup. & eſt Caroli I. Bartholomæus de Capua.

In textu, cito decidant. Sed de tempore finiendi tam in civilibus, quam in criminalibus, vide conſtitutionem, Omnes Bajuli, & ut Juſtitiarii aud. & decid. cap. 2.

In textu de jure. Nota ex ordine litteræ, quod prius debet fieri diſputatio, quam concludatur in cauſa: nam poſt concluſionem non poteſt, nec debet fieri diſputatio. Unde dicit Inno. in c. paſtoralis, de cau. poſ. & propri. quod tunc proprie dicitur in cauſa concluſum, cum nec de jure, nec de facto aliquid aliud dici poſſit. Sed hodie videmus quotidie diſputationem fieri poſt concluſum in cauſa. Sed dicas, quod ita eſt, quia communiter in concluſione ſolet dici, ſalvis allegationibus juris, & diſputatione proceſſus. Petrus de Monteforte.

De probatione per inſtrumenta publica ſuper quæſtione homagii. Rubrica.

SI *dubitatio.* Multiplex eſt dubitatio, declarat quod dixit ſupra l. proxima, & quaſi nihil addit, ſed debet unuſquiſque contentus eſſe de jure ſuo, nec debet uſurpare quod alienum eſt. Hic ille, qui non convenitur a procuratore Curiæ poſſidet vaſallum feudi ſui

qui feuda in civitatibus tenent, vel hereditagia poſſident, ipſos ad feuda, vel hereditagia ſua afferant pertinere, hujuſmodi formam volumus obſervari: Ut omnes omnino ad noſtrum do-

in jus demanii: ille dicit vaſallos ſuos eſſe: in dubio præſumuntur, quod ſint de demanio: & ſic ad fiſcum pertineant, quaſi de jure communi dominus præſumatur, quia qui ſemel eſt dominus, &c. ut C. de proba. ſive poſſidetis. Unde incumbit onus probandi poſſeſſori. Vel ſi dicat eos ſibi datos in vaſallos, probet hoc per privilegia, ut hic dicitur, nam qui ſolemnitatem allegat, &c. ut ff. de procur. quæcunque, in fi. Vel probet, quod dicti homines juraverint tanquam vaſalli ſibi, vel prædeceſſoribus ſuis, & quod dicti homines teneant feudum ab ipſo nobili; propter quod ipſos ſic longo tempore cum ſacramento poſſederit, & quod feudum ab eo tenuerit, poſſeſſus, arg. ad hoc. C. de agric. & cenſ. ſcimus, in princ.

Si dubitatio. Lex iſta differt a lege, quæ eſt ſupra, de proba. in cauſis ho. l. uni. illa enim loquitur de probatione facienda a petitore tam ſuper vero dominio, quam ſuper dominio aliter præſumpto; hic autem ſuper his, quæ probari debent a poſſeſſore. Sic igitur notabis caſum præſentis legis, aut aliquis poſſidet feudum in civitate, vel caſtro demanii, & ad ipſum feudum dicit aliquos homines pertinere: aut poſſidet illos homines, quos aſſerit eſſe ſuos. In primo caſu, ſi de vero dominio contendit, probare debet omnia, quæ continentur in 1. reſponſu prædictæ unicæ legis de quaſi dominio, vel præſumpto, quia poſſeſſio feudi, ad quod dicit homines pertinere, multum facit pro eo. Debet tamen tria probare. Primo ſcilicet quod tempore felicium Regum cum prædeceſſoribus ſuis, qui ipſum feudum tenuerunt, juraverint homines. Secundo, quod de feudo ipſo aliquid tenuerunt. Et tertio, quod hodie aliquid teneant. In ſecundo caſu, quando plus eſt ipſos homines poſſidere, de quibus eſt quæſtio, ſcilicet quod prædictis temporibus homines ipſos, ipſe vel anteceſſores ſui tenuerunt: & ſecundo, quod iiſdem temporibus ab ipſis, vel prædeceſſoribus ſuis de feudis, vel hereditagio ſuo tenuerunt aliquid homines, de quibus eſt quæſtio, & hoc intelligas in probatione quaſi dominii præſumpti. In probatione autem veri dominii obtinent, quæ ſuperius dicta ſunt, probationibus autem prædictis oneratur poſſeſſor communi jure dominii pro Imperatore prima facie faciente.

Si dubitatio. Dic circa conſtitutionem iſtam, ut notatur ſupra de prob.

ANDREAS DE ISERNIA.

ſui, quod habet in terra demanii, & ideo differt a conſtitutione, Probationum defectum, ſupra: qualiter procedatur in cauſa homagii, ut gloſſa dicit. Nam cum teneat Princeps totam terram demanii communi jure fundata eſt intentio Curiæ, quod omnes habitantes in ea teneat, ut in c. omnes baſilicæ, 16. quæſt. 7. & ff. de offic. præſi. ut. l. 1. §. cum orbem. Ponit gloſſa quæſtionem, quam ſubtiliter proſequitur eo ipſo, quod dico Caſtrum, dico feudum eſſe, ſupra de offic. Juſtit. l. 1. in fine. Idem ſi dico terram, Burgum, Villam, Oppidum, vel ſimile: inter quæ eſt differentia, ut diximus in l. proſequentes, ſup. de teſti. contra Comite. & Baro. Et dico ſervitium tantum mihi deberi, ergo dico rem non eſſe meam, cum res ſua nemini ſerviat. Non refert per æquipollentiam loqui: dicam Caſtrum demanii, tunc per adjunctum, imitatur naturam ejus, cui adjungitur, ff. pro ſocio. ſed ſi adjiciatur, de vino triti. & ol. lega. l. fin. Si vero diceret procurator Curiæ, de tali Caſtro demanii deberi ſervitium regiæ Curiæ, eſſet oppoſitum in objecto, quia ſunt contraria: nam dicendo Caſtrum demanii, dicit illud eſſe Curiæ, ſed adjungendo deberi Curiæ ſervitium tantum, dicit Curiæ non eſſe dominium. Unde Curia agens probando, quod eſt Caſtrum, feudum quaternatum, fundata eſt intentio, non quia prima facie omnia præſumuntur regis, quæ ſunt in Regno: ſed quia dominus feudi, nudæ proprietatis tantum vindicabit, etiamſi eſſet Comes, vel Baro, non fiſcus. Imo & ſi agens confitetur eſſe feudum, diret conceſſiſſe in feudum, non tamen ſibi convento, ſcilicet a quo advocat, quia non eſt credendum actorem dicere id, per quod ſeipſum excluderet, ff. de mili. teſtamen. l. 3. Ipſe conventus habet probare de jure ſuo, non de alieno debet contendere, ff. ſi uſuſf. pe. l. uti frui. in principio, & debet probare ſibi conceſſum ab eo, qui opponit, ff. de aqua quotidia. & æſti. l. prima, §. ait prætor. niſi tueatur ſe præſcriptione. Item ſi ſit poſitum, & probatum, quod alii dedit in feudum, vel poſitum tantum, non prodeſt convento, quia non poteſt excipere de jure tertii, Nam feudatarius habet utile dominium, dominus directum, in titulo de inveſtitu. de re alie. fa. in principio. Non eſt uſufructuarius tantum, quia in herede ſuo non eſſet idem uſufructus, ſed alius, ff. de verborum obligationibus, l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, & C. de uſufruc. l. antiquitas. Nam ſi ſic eſt in uſufructu. ff. de uſufruc. l. arboribus, §. primo, conſtituto a contrahentibus, idem erit in conſtituto a lege, argumen. C. de fide, l. fin. in fine. Dicitur ergo uſufructuarius, quia commoditate fructuum gaudet, quia poteſt alii concedere, non cedere uſumfructum, ut Inſtitu. eo. §. item finitur, ff. de peric. & commo. rei ven. l. quod ſi pendente, in fine, de jure dot. ſi uſufructus. Deinde quærit gloſſa, ſi hic conventus poſſedit triginta annis, an ſufficiat ei contra fiſcum? & dicit quod ſic, quia vinceret ipſum feudatarium, cui datum fuit in feudum, ergo & fiſcum, per regulam, ſi vinco vincentem te, &c. Hæc erit difficilis probatio, quia ut præſcribat contra privatum, requiritur probatio præſentiæ adverſarii in Regno, ut in conſtitutione, Conſuetudinum, & ſic habet probare feudum fuiſſe illius, contra quem præſcripſit, & etiam præſentiam ejus. Alias remaneret vera prima poſitio, quia fiſcus ratione nudæ proprietatis, & directi dominii advocabit a poſſeſſore. Feuda quidem de publico ſunt, ut notatur in conſtitutione, Quadrigenalem. Et dicet actor, dedi in feudum, non tibi poſſeſſori, unde contra te ſum liber, & niſi probes tibi conceſſum, ff. ſi ſervitus vendicetur, l. loci, §. comperit. Et niſi probet illa, quæ dicit conſtitutio, Conſuetudinem, remanebit conſuetudo, ut non præſcribatur ullo tempore, concordat cum jure communi feudorum, de cap. Corra. cap. 1. & l. Imperialem, §. 1. vel in centenaria, ut in conſtitutione, Quadrigenalem, nec erit neceſſe tunc fiſco probare cauſam quare cecidit, alias excadit feudum. Et incorporationem, ut ſequitur in gloſſa, quia agit ratione dominii directi, contra eum, qui non oſtendit conceſſum ſibi, nec præſcripſiſſe contra privatum, vel fiſcum. Unde conventus, qui confitetur, vel qui probat eſſe feudum, aut probet ſi vult abſolvi, quod alterius fuit hoc feudum, & contra eum præſentem præſcripſit, aut non innititur ſoli præſcriptioni, quia tunc centenaria, ſed innitendo, quia conceſſum fuit ſibi & anteceſſoribus ſuis, etſi non probet conceſſionem, ſed poſſeſſionem tricennalem, vincet. Notetur de conſuetudine recti feudi, in principio ſi de feudo fuerit controverſia inter do. & agna. vaſ. ſi quis per triginta annos: imo ſicut hic in gloſſa, cum fiſcus dicit feudum, & ſic datum, oportet probari per fiſcum cauſa, per quam rediit, & incorporatum fuit, alias in acquirendis præſcribitur fiſco triginta annorum. Et quia præſcriptio non opponitur ad enervandum, ſeu tollendum directum dominium fiſco competens: ſed objicitur, ut poſſeſſor per eam jus, quod ſibi in feudo quæſiverit, ab eo advocari non poſſit, ſic 21. quæſt. 4. c. volumus, in gloſſa, & cap. nemo, & quod ibi dicitur, eſt contra. Item gloſſa improbat, & bene, illos, qui dicunt poſſeſſorem cogi oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis fiſco, de quo etiam dicitur per Modernos, C. lib. 11. de coduct. domus Au-

Digitized by Google

demanium pertinere noſcantur (*a*) communi jure dominii pro nobis prima facie (*b*) faciente quos

(a) *Communi jure*. Nam de jure communi fundata eſt intentio Regis, ſcilicet, quod ſint de demanio ſuo, ex quo ſont conſtituti io demanio ipſo, vel in territorio ipſius demanii, ut 16. q. 7. c. omnes baſilicæ, extra de præſrip. c. auditis, & c. cum olim, & c. eum non liceat, cum ſi. niſi contra probetur per privilegium, vel aliter, ut ſequitur de exceptione, ut arg. ff. de ma. teſt. ſi peculium, in prinripio, communi jure dominii pro nobis prima facie faciente.

(b) *Faciente*. Multi prave intelligont litteram iſtam dicentes, cum procurator fiſci petit caſtum, vel feudum aliquod ut quaternatum ab aliquo poſſidente: eo ipſo, quod conſtat id quod petitur eſſe feudum quaternatum, & exinde debete ſervitium Regiæ Curiæ, fundatam eſſe intentionem Curiæ, ut niſi poſſeſſor de jure ſuo probaverit, licet per Curiam nihil amplius ſit probatum, debeet ad reſtitutionem feudi Curiæ rondemnari communi jute dominii prima facie faciente pro Rege, id eſt dicere ſecundam eos, cum Rex ſit communis, & generalis dominus totius regni, ergo omnia feuda quaternata conſtituta in regno intelligantur prima facie Regis eſſe, donec poſſeſſor ad ſe probaverit pertinere. Sicut omnes baſilicæ, quæ ſunt in diœceſi, intelliguntur prima facie, donec probetur contrarium, eſſe epiſcopi illius diœceſis, ut 16. q. 7. cap. omnes baſilicæ. Sed ipſi neſriunt quid loquantur. Nam pari ratione poſſent hoc idem dicere de rebus omnibus etiam burgenſaticis ſitis in regno, & ſic recidunt in reprobaram opinionem M. qui amore, vel timore dixit, & male, omnia Principis eſſe etiam quoad proprietatem, ut notatur in gl. ord. in l. bene a Zenone, circa principium, & propterea quædam alie conſtitutio prodita eſt contra prædictorum errorem, per quam prohibentur procuratores fiſci veeare ſubjectos illa ratione ſola, videlicet, occaſione dominii generalis, ut ſupre de ſervi. non exe. extra raſtrum ſine li. ab officialibus noſtris. Illud autem, unde ipſi fundant iſtum errorem, ſcilicet quia feudum eſt quaternatam, & exinde debetur ſervitium regiæ Curiæ, retorquetur potius in caput ipſorum: dicendo enim feudum eſſe, dicis rem ipſam alii fuiſſe per Regem conceſſam in feudum, & ſic in alium fuiſſe tranſlatum, cum feudum ſit benivola actio tribuens gaudium capientibus, &c. Vel feudum eſt illud beneficium, quod alicui ex benivolentia traditur, ut in libro ſeudo. in quibus cau. feud. amit. l. prima, in fine, 1. reſpon. & ita niſi procu. Regiæ Curiæ, qui modo petit hujuſmodi rem a poſſidente, probet factum ſeu cauſam legitimam interceſſiſſe, per quam res talis poſtea reciderit ſeu reperveneri ad Regiam Curiam, abſolvendus eſt poſſeſſor, quia actor non probavit. Nam ſicut, quod noſtrum eſt ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt, ut dicit regula juris, id quod noſtrum, nec transfertur dominium, ſi cauſa legitima non præcedat, ut ff. de acquirendo rerum domi. nunquam. 1. reſponſo, ita pari ratione res non tranſfertur, neque res tranſit in eum, a quo ſemel diſceſſit, ſi factum aliquod, & cauſa juſta non interveniat retro agens, ut argumen. ff. pro derelicto. l. prima, in fine, & ff. de regul. juris. l. nihil tam naturale, & l. omnia quæ inter. & l. fere quibuſcunque, & C. quando liceat ab emptio. d. l. prima. in fine. Similiter dicendo deberi ſervitium exinde Curiæ Regis, dicis ergo rem non eſſe ſuam, cum ſua res nemini ſerviat, ut ff. ſi uſusfruc. pe. l. uti frui. in principio, & de ſervit. urban. prædio. l. in re communi, & ita per iſtam viam fiſcus perperam, & male tractasut. Sed ne videar allegare contra Regem, do pro eo aliam irrefragabilem rationem, retento eodem themate, quod feudum eſt quaternatum, & exinde debetur ſervitium Regiæ Curiæ. Certum eſt, quod in feudis quaternatis, de quibus debetur ſervitium Regiæ Curiæ, dominus Rex habet directum dominium: utile vero habet feudatarius, ſicut dicitur in emphyteata ſuperfiriario, & illo, qui conducit a domino ad modicum tempus, ut C. de fun. pa. l. poſſeſſorem, in fi. lib. 11. & ff. ſi ager vecti. vel emphy. pe. l. 1. in fi. & l. 3. & de rei vendi. l. ſuperficiario, & l. prætor. de oper. novi nuncia. l. in provinciali. §. penult. & de pigno. act. l. totor. §. fi. Vel dominus Rex habet proprietatem, feudatarius vero uſumfructum perpetuum pro ſe, ſcilicet, & heredibus ſuis, qui ad ſucceſſionem feudi admittuntur, ut in libro feudor. in quibus cauſis feud. amit. in fine. 1. reſpon. & ita ſive dicas feudatarium habere uſumfructum, ſive utile dominium, Dominus Rex habet proprietatem feudi, quamvis nudam. Unde ratione iſtius ſui directi dominii, ſeu nudæ proprietatis, licet a feudatario non poſſet tem petere, poteſt tamen eam vendicare, & advocare, etiam cum extantibus fructibus ab iſto extraneo poſſeſſore, etiam bonæ fidei, qui ſcilicet nihil aliud de jure ſuo oſtendit, niſi quod poſſidet, ut ff. de ſuperfici. l. 1. §. quod autem ait prætor, & de uſufrac. l. ſi fur. deceſſerit, & no. in gloſſa. ff. de rei vendi. l. fructus, in fi. & l. ex diverſo. in princ. & per l. ff. ſi ſer. ven. vendi. l. loci corpus. §. competit. poſſeſſor ergo ſi vult ſe tueri, debet oſtendere, & probare, quare teneat feudum, vel conceſſionem ſibi factam, vel longævam poſſeſſionem ſuam, & anteceſſorum ſuorum, vel aliam juſtam cauſam, & via iſta, pari ratione vendicat ſibi locum in inferioribus dominis, ut Comitibus, Baronibus, & militibus circa feuda, quæ tenentur ab eis, de quibus eis ſervitium debetur. Sed nunquid in præmiſſo caſu poſſeſſor poteſt ſe tueri contra fiſcum præſcriptione 30. ann. quæ locum habet in feudo, ut infra de præſcriptio. l. conſuetudinem, cum privilegium ſit fiſci, ut contra eum centenaria præſcriptio requiratur, ut in præalleg. tit. de præſcrip. l. quadragenalem? Reſpondeo ſic: verus enim feudatarius, a quo, ut dixi, fiſcus non advocat, ſine dubio vinceret fiſcum, tam agendo, quam excipiendo. Nam hic eſt caſus, ubi utile dominium prævalet directo, ut in præalleg. l. ſi ager vecti. in fi. & l. ſeq. de ſuperfi. l. 1. §. quod autem ait. ubi dicit, plane ſi adverſus, &c. & ad idem, C. de uſufru. acceptam, in fi. & ff. de procura. in cauſæ, in fi. & l. ſeq. de pig. act. ſi convenerit, in fi. Ille autem poſſeſſor, qui ſic poſſidet feudum 30. ann. vinceret ipſum feudatarium, tam in agendo, quam in excipiendo, ut in præalleg. l. conſuetudinem, ergo & fiſcum in agendo, nedum in excipiendo vincere debet. Nam ſi vinco vincentem te, &c.

Additio. *Adde auth. licet. C. de natur. lib. c. dilectus, de offi. deleg. rep. origines.* 21. *q.* 1. Saperentius.

Multo magis, & te vincero poſſum, ut ff. de diver. & temp. præſcri. l. de acceſſionibus, & de præmiſſis facit, C. de præſcrip. 30. ann. ſi quis emptionis. §. ſi vero, ubi dicitur, quod ſi ego rem tuam poſſideo 30. annis, & ita te agentem contra me repuli præſcriptione iſta 30. ann. ſiquidem res iſta poſtea perveniat ad alium tertium, tu primus dominus poſſes vendicare ab ipſo tertio, non obſtante, quod ego præſcripſeram tibi. Niſi & iſte tertius poſſeſſor ſimiliter 30. ann. poſſederit, poſtquam ego a poſſeſſione cecidi, quia tunc tutus eſt contra me, & contra te. Non obſtat, quod dictum eſt de centenaria præſcriptione, quia illud fiſci privilegium locum habet in jam acquiſitis fiſco, id eſt, in incorporatis, & in fiſci patrimonium redactis, ut argumen. de jure fiſci. l. fiſcus, penul. reſponſo, & pleniſſime notavi, infra in præalleg. l. quadragenalem. Sed in caſu quæſtionie noſtræ ſecus eſt. Nam ſecundum terminos quæſtionie hoc ſolum pro fiſco ponitur, quod id, de quo agitur, eſt

ANDREAS DE ISERNIA.

Auguſtæ, l. 1. Item nota id, quod dicit gloſſa, ut conceſſio † rerum regalium non probetur niſi per privilegium, ſic ſupra tit. 2. l. dignum fore credimus. Secus in aliis rebus fiſcalibus, ſupra, qualiter procedatur

eſt feudum, & debetur in ſareitium regiæ Curiæ, & ita dicendo feudum, dicis potius id eſſe extra patrimonium fiſci, & corpus rerum fiſcalium, cum id dicatur eſſe feudum, quod alteri ex benevolentia traditum eſt, ſicut ſupra latius dixi, niſi ſubjungetur, adhuc pro parte fiſci una de cauſis, per quam feudum iſtud ad eum redierit, & quod poſtea incorporatum fuerit ex ipſa cauſa, de quibus cauſis habes. ff. de jure fiſci. l. 1. & de hujuſmodi incorporatione habes. C. de bon. pro. ſi quis intra. & de bon. vacan. l. 3. & l. fin. libro 10. Imo ſi verum amamus, etiamſi fiſcus probaret aliquam de illis cauſis, dummodo non probaret incorporationem ſubſecutam fuiſſe, etiam minores præſcriptiones, quam triceonales, repellerent eum, ut ecce ſi feudum factum eſſet vacans præſcriptione quadriennii a tempore denunciationis decennii, ſi velis ante determinationem, alias, denunciationem computare tempus præſcriptionis a tempore, ſcilicet, quo cœpit eſſe vacans, & ſic ad fiſcum pertinens, repelleret eum, ut C. de quadrien. præſcrip. l. 1. in princ. & ff. de iure fiſ. l. 1. §. divus, & de diver. & temp. præſcriptio. l. intra. & ideo in aliis præſcriptionibus, quæ in ſuis caſibus locum habent ſuper hujuſmodi quærendis, ultra viginti annos extenduntur, ut patet ff. de diver. & tempo. præſcrip. l. in omnibus, ubi numerantur in gloſſa ordinaria & de hoc ſimiliter notavi ipſa in præalleg. l. quadrigenalem, & ita in iſto caſu eſt deterioris conditionis fiſcus, cui 20. ann. vel minori tempore præſcribitur in quærendis, ut notatur in gloſſa ordinaria C. lib. 10. de iure fiſ. primo reſponſo. Nec obſtat præmiſſis, quod fiſcus habet directum dominium in feudo, & ſic ratione directi dominii nullo modo deſiit dominii feudum incorporatum eſſe. Nam præſcriptio non objicitur ad tollendum, ſed ad enervandum iſtud directum dominium, quod ſemper remanet, & retinetur poſt præſcriptionem 20. 30. 40. & centum an. & mille, ſicut ante præſcriptionem, ut infra. l. reale agitur. & hoc patet ea ipſa præſtatione ſervitii, quod ſolvitur de ipſo feudo Regiæ Curiæ, ut in præalle. l. male. & in l. plures apochæ. cui præſtationi ſervitiorum nullo tempore præſcribi poteſt, ut in l. competit, & infra in præalleg. conſtit. conſuetudinem. ad fi. & C. ne rei do. vel templorum. l. 2. & 3. Sed objicitur hujuſmodi præſcriptio, quaſi poſſeſſor per eam jus ſibi in feudo quæſiverit, ut ab eo avocari non poſſit. Simile eſt reperire alibi, quod præſcriptio non objicitur actioni, ſed objicitur præſcriptioni, & gratia ei impedit actionem, licet ſi directo objiceretur actioni, ipſam non tolleret, ut ecce præſcriptio 30. vel 20. annorum per quam præſcribitur ipſa res, impedit actionem perſonalem pro uſufructu competenti, quæ aliter non tollitur, niſi ſpatio 30. annorum ut C. de uſufru. l. corruptionem. Item apparet in caſu tali. Aliquis vi vel metu compulſus vendidit rem ſuam Titio, qui Titius vendidiſſet poſtea eandem rem Sempronio, ut iſte ſecundus emptor præſcriptione longi temporis ſe tueatur, & impedit perſonalem actionem, quod metus cauſa: Alias ſi objiceretur de directo ipſi actioni præſcriptio non tolletur, niſi ſpatio 30. annorum & iſte caſus ponitur. C. de his quæ vi metuſve cauſa geſta ſunt. l. ſi neque. Adhuc tamen allegemus pro fiſco, & videtur quod omnia jura prædicta, quæ loquuntur contra fiſcum de præſcriptione 30. annorum & aliis minoribus præſcriptionibus, loquantur in rebus prorſus alienis noviter fiſco obvenientibus, ut in qualibet ipſarum legum patet. Secus autem ſi in feudis, in quibus cum directum dominium ſemper apud Regem remanſerit, ut eſt dictum, ſupervenientia amodo cauſa, ex qua feudum fiſco defertur, non eſt neceſſe feudum, propter utile dominium vendicari, Non enim nunc acquiritur dominium utile, ſed potius non amittitur, ut de colla. bon. l. 1. §. ſi is qui bona, & ideo dominium utile debet cenſari quæſitum potius, quam quærendum, & poſtliminii cujuſdam ſimilitudine Rex antiquo jure, & recto, videtur hujuſmodi utile dominium habuiſſe, ut argumento. ff. de caſtrenſi peculio. l. proponebatur, circa princ. & l. hereditariæ. §. patet, nec eſt opus nova incorporatione propter iſtud utile dominium, ut argumenta pulcherrima ſunt. ff. de hered. inſtitu. l. liber homo. §. ſi Titius ex ſemiſſe, & de acquiren. hered. l. ſi ex parte, in princip. & argumen. ff. de pecu. l. peculium. §. ſi hereditas, & ff. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. l. 2. §. ſi duo. & ff. ad Treb. l. Papi. tractat. & l. ſi heres inſtitutus, in principio, & quod ibi notatur, & eſt evidens ratio: nam iſto caſu utile feudi dominium conſolidatur & redditur formæ ſuæ, & dicitur in priſtinam cauſam redire, potius quam de novo venire, cum utique omnia feuda ſunt publica ex regali munificentia provenientia, ut in Authen. de exhibendis reis §. optimum, & ſic facilius & citius revertitur ad jus primum, ut argumen. ff. de lib. & poſthum. filio quem, & l. filius. §. fina. & quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur. l. voluntate. §. ult. & de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. l. qui ex liberis. §. teſtamento & de pact. ſi unus ex argen. §. quod in ſpecie, & de jure dot. l. ſi his. §. quod dicitur, & de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur neceſſarias. Imo & perinde habetur, ac ſi nunquam ſeparatum fuiſſet, argum. ff. de legat. 2. l. Lucius, in principio, nec ex parte fiſci alius novus requiritur actus ad iſtud dominium utile. Nam magis accreſcit rei, ſcilicet, directo domino, quam perſonæ, ut notatur in præalleg. l. Papin. tractat. & ibi in gloſſa. Quære ſuper hoc multa ſimilia, & contraria argumenta. Cum etiam ſit appenditio ſui prioris dominii, cui applicatur, ut argumen. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi quis heredes. 2. reſponſo, & ita illius dominii remanentis characteres, ſive reliquiæ multum operantur, ut argumen. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. l. patre furioſo, ad finem, & de quæſtionibus. l. unius. §. ſervus. Simile quidem eſt videre in uſufructu, qui ſtatim quod finitur, ad proprietatem redigitur, & conſolidatur ei; nec alius actus ex proprietarii parte ibi requiritur, ut C. de uſufruct. l. ſi patet, in principio, & ff. de iure dotium, cum in fundo, & ſicut uſusfructus ſeparatus a proprietate formali dicitur, non vero cum finitur, alteratur: & cauſalis revertitur, ut patet ff. ſoluto matrimonio. l. uſusfructus in dotem, & notatur plene in ſumma Azo. Inſtit. de uſufructu. revertitur in quantum ad proprietatem ipſam reintegrans, & plenam faciens olim nudam: & ideo pars dominii dicitur, ſcilicet, integralis, ut ff. de uſufructu. l. 4. & notatur ff. de verborum ſignificatione. l. recte. ita dominium, quod ſeparatum dicitur utile, ſtatim quod finitur & deficit, alteratur, & in alia figura revertitur ad directum: ut de utroque videlicet unum recipiamus reintegratum dominium cum effectu: non enim poſſet eadem res eodem tempore duplici jure cenſeri, ut ff. de uſucapio. l. eum qui ædes, in fine, & argumentum bonum ad hanc alterationem, quod ſcilicet, mutatione perſonæ deſinit eſſe utile. ff. de acquirenda vel amittenda hereditate l. ſi pupillus, in fine & quod ſi alteratur qualitas, eadem tamen ſubſtantia remanet ſemper. ff. de judiciis, tam ex contractibus, & de heredibus inſtituendis. l. 3. §. qui fideicom. & optima eſt ſimilitudo de uſufructu. Nam, ut ſupra dixi, feudatarius, uſufructuarius dicitur: ſi ergo incontinenti quod iſtud utile dominium dederis, nec nomen utile retinet, ſed jungitur & confunditur illi primo dominio: & congregantur in unum ſtatum, & formam ſimilem recipit cum eodem, ut argumen. C. de inofficioſo teſtamento. l. ultima. in fine. & ff. de auro & argento lega. l. cum aurum, in fine; unde ſicut utile primum dominium ſemper remanſit in patrimonio fiſci: ita iſtud utile recidit, & in illius effectum transformatur. Ne autem videamur fiſcum diligere tantum quod erremus: quia etiam in quæſtionibus dubiis reſpondentes facile contra ipſum, delinquere non putamus, ut ff. de jure fiſci, non puto, non recedimus a prima ſententia. Nam omnes leges, & rationes dictæ, recte accipiuntur in his, quæ ſunt juris, utpote rerum domi-

ANDREAS DE ISERNIA.

tur in cauſa homagii, l. ſ.

† Additio. *Vide Parid. de triureg. feud. c. 27. nu. 7.*

De Bottis.

Item in fine dicit, quod demanium nullo tempore præ-

quos (*a*) poſſeſſor (*b*) per privilegia, ut (*c*) noſtra lex ſanxit, aut per emptionalia publica, & au-

miniis, in quibus non eſt magnum mirum ſi ſtatim quod res devoluuntur ad fiſcum ipſo jure, ſine facto alio: ipſorum dominia fiſci juribus applicantur. Iſtud enim in fiſco aliter obtinet, etiam ſuper rebus alienis omnino: quod ſi ad fiſcum noviter devolvantur, transfertur dominium in fiſcum ipſo jure ſine traditione, & rei apprehenſione aliqua, ut ff. de public. & vectigal. l. commiſſa, & de jure fiſci. l. 1. §. an bona. & l. Imperator. & C. de ſacroſan. eccleſiis. l. inter dominium. In incorporatione vero, quæ plurimum facti habet, ſcilicet, apprehenſione rei, ſive poſſeſſionis, non ſic poſſumus dicere, quod ſicut dominium, ita poſſeſſio acquiratur fiſco ipſo jure, ſine actu aliquo, videlicet, corporis interveniente, ſimul cum animo, ut ff. de acquirenda poſſeſſione, quemadmodum, & l. cum heredes, in principio, quod ex eo patet, quod præſcriptio in talibus rebus fiſco ipſo jure acquiſitis, ut diximus, currit contra fiſcum, ut ff. de jure fiſci. l. 1. §. divus, & §. præſcriptio. unde probatur, quod fiſcus non poſſidet: quod ſi poſſideret, non curreret ſibi præſcriptio, ut in l. male agitur, ſed poſſidet alius, qui præſcripſit: cujus præſcriptio nulla eſſet, ſi non poſſediſſet, ut ff. de uſucapio. l. ſine poſſeſſione. Et ratio eſt in promptu: cum enim hujuſmodi poſſeſſio plurimum facti habeat, nullo juris artificio, nullo privilegio fingi poteſt, ut poſſeſſio ſic intelligatur acquiſita, niſi fuerit animo & corpore apprehenſa, ut ff. ſi quis teſtamento liber eſſe juſſus fuer. l. 1. §. Scævola, & ex quibus cauſis majores in integrum reſtituantur denique, & de acquir. vel omitten. poſſeſ. l. cum heredes, §. 1. & l. qui univerſas, §. quod per colonum. Nam nulla lege fieri poteſt, ut ſit factum quod non eſt: vel econtra, quod factum habeatur pro non facto, ut dicit regula juris, verum eſt, & in Auth. de æqualita. dotis & donationis ante nupt. §. quæ igitur, collat. 7. & ff. de captivis & poſtlimin. rever. l. in bello, §. factæ, & prædicta tanguntur in gloſſa ordinaria, ff. pro ſocio, cum duobus, §. idem reſpon. ſocium qui ceſſantis, in gloſſa, quæ incipit, nunquid ipſo jure, &c. ff. quod cujuſque univerſitatis nomine, l. ſicut, in fine in gloſſa ſic erat, &c. & alibi etiam eſt ſimilis differentia inter commixtionem, & unionem, ſcilicet juris & facti, ut ff. de ſeparationibus l. 1. §. præterea, & quod ibi notatur, nec recte ſapit, qui diceret dominium directum vel utile incorporari, ſeu incorporatum eſſe, vel remanſiſſe: nam cum dominium habeat magis juris, quam corporis, nullo modo acquiri poteſt incorporatio in dominio, ut patet ff. de bon. poſſeſ. l. bona autem, §. hereditatis autem, licet enim dominium dicatur eſſe rerum, quæ in corpore ſunt, & ea traditione ſive poſſeſſione, quæ eſt facti & corporis cententur, de acquir. vel omit. poſſeſ. l. 1. circa principium, & C. per quas perſonas nobis obligatio acquiratur, l. 1. ipſum tamen jus dominii eſt incorporeum, nec recipit actum corporeum, ut ff. de rer. divi. l. 1. §. quidam, & patet optime ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. ab inteſta. vel alio modo hered. poſſid. l. quamvis. Sed adhuc miraberis, ſicut dictum eſt, fiſco dominium eſt ipſo jure quæſitum, etiam incorporatione, ſeu apprehenſione aliqua non ſecuta: ergo in rem actio ſibi datur, ut ff. de rei vendi. l. in rem actio. in principio, & in aliis multis legibus, quas longum eſſet referre: & ideo brevitati ſtudendo, vide per te, & ita quomodo dici poteſt, ut ipſa in rem actio in 20. annorum ſpatio præſcribatur, ut poſſeſſor titulum non alleget, ſed potius durare deberet hæc actio uſque ad 30. annos, ut de præſcriptione 30. annorum l. ſicut in rem, in principio Ro. non mireris, ſi deterior in hac parte eſt fiſci conditio, quam privati, quia unum eſt pro fiſco, quod videlicet, ſine traditione ſibi dominium quæritur, contra legem communem: nam traditionibus & uſucapionibus, &c. unde non eſt diſſonum, ſi ſit aliud contra eum, quod ſcilicet, hujuſmodi rei vendicatio hic ſuos excedat terminos, merito exceditur e non ſuis, ut C. de edicto divi Adriani tollen. l. fin. & C. quod metus cau. l. 3. & ff. depoſiti. Lucius.

(a) *Poſſeſſor*. Multi innituntur conſtitutioni præſenti, quod poſſeſſor cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis contra, l. C. de petit. hered. cogi. & quod probatio incumbit reo, actore etiam non probante, contra. l. C. de rei vendi. res aliena. cum multis ſi. Unde dicunt ipſi, quod hoc eſt ſpeciale in fiſco, ut arg. pro eis, ff. de jure fi. l. 2. §. divus Adrianus, de eden. ne quiſquam. Sed ipſi male dicunt. Nam etiam in fiſcalibus cauſis non compellitur poſſeſſor dicere titulum ſuæ poſſeſſionis. Sed delator, qui cauſam fiſci agit, probare tenetur, ut ff. de jure fiſc. eſt decretum. Et hæc conſtitutio ponit jus commune. Eſt enim hic præſumptio juris communis pro fiſco, cujus nomine agebatur, per quam fiſci intentio eſt fundata prima facie, videlicet, quod hi homines ſint ſui, & ad Demanium ſuum pertineant, ex quo ſunt in ſuo Demanio, ſeu Demanii territorio conſtituti, ut 16. quæſt. 7. c. omnes Baſilicæ. Nam in toto pars eſt, ut ff. de excep. rei judica. l. ſi quis, & de reg. jur. l. ſemper in generalibus argum. ff. de leg. 3. l. ſi chorus, in principio, & propter hanc præſumptionem transfertur probatio in conventum. Simile optimum, & expreſſum. C. de probatio. ſive poſſidetis, & ff. de dam. infec. ſi prius.

Poſſeſſor. Hoc pertinet ad poſſeſſionem veri dominii.

(b) *Per privilegia*. Nota qualiter probetur vaſallagium, cum quæſtio infertur a fiſco contra Barones, qui contendunt ſuos eſſe vaſallos. Andreas.

(c) *Noſtra lex*. Quæ eſt ſupra, de probatio. l. ſi.

ANDREAS DE ISERNIA.

præſcribitur: pro quo eſt ſupra tit. 1. l. cum univerſit. Multum fuerunt fiſcales iſti noſtri gloſſatores, quia ſolum de privilegio poſuerunt. Idcirco excludunt alias probationes: hoc non videtur bene dici, quia quod poteſt tribuere privilegium Principis, idem tribuit præſcriptio temporis, cujus non eſt memoria, tunc jure conſtituti habetur, ff. de aqua quotidiane & æſti. l. hoc jure, §. aquæ ductus, extra de verb. ſign. ſuper quibuſdam, §. præterea, de cenſi. cap. innovamus, in gloſſa, ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in fine, & C. quæ ſit longa conſuetudo, l. 1. in gloſſa. Hæc ſunt paria, privilegium, & vetuſtas: ut idem ſit jus in uno, quod in alio: unde uno poſito, poſitum intelligitur & reliquum, etiamſi taceatur. C. de diver. reſcrip. l. 1. etſi unus ex pluribus l. 1. & 2. Item in hominibus demanii tantum dixit, nulla præſcriptione, &c. in l. cum univerſis, non dixit in aliis rebus demanii, ſi voluiſſet, idem in aliis rebus, quando dixit de privilegio conſtitutionis, dignam forte credimus, potuiſſet repetere, quod non obſtantibus præſcriptionibus: quia non dixit, omiſit. C. de caduc. tollen. l. 1. in fine, ff. de verborum obligationibus, l. quicquid aſtringendæ, ſic argumentatur gloſſa ſupra proxime, quando dicit, quod conceſſio rerum regalium non probatur niſi per privilegium, & maxime ſi ſuſtuliſſet id, quod erat par privilegio. Secus ſi privilegium non valeret: quia tunc nec talis præſcriptio, quæ vetuſtas dicitur, ut notatur in gloſſa. C. lib. 10. de aquæductu. l. diligenter, immo videtur, quod centum annis præſcribetur Demanio, infra conſtitutione quadrig. quæ poſterior eſt iſta: unde non eſt novum, ut prior, &c. de legib. l. non eſt novum.

ADDITIO. *Adde, quod iſta præſcriptione centenaria gaudet eccleſia Romana, ut in c. cum nobis, & in capite, ſi diligenti, de præſcript. glo. 1. in c. 2. eod. tit. lib. 6. gloſſa in verbo, legitimum, in c. cum dilecti. de confirmatione utili vel inutili, Archid. in c. 2. 16. q. 4.*

Sed dicas quod generi per ſpeciem derogatur, ff. de verb. oblig. l. doli. de pœnis, l. ſanctio legum. Derogabit in hominibus demanii, non in aliis, niſi forte poſſet dici propter ſpecialem dignitatem hominum, ff. de ædil. edi. l. juliſſime, de uſuris, l. in pecudum.

Item

& authentica (*a*) inſtrumenta ad ſe non probaverit pertinere, (*b*) vel felicium Regum tempore (*c*) prædeceſſorum noſtrorum prædeceſſoribus (*d*) ſuis, qui (*e*) feudum ipſum retinuerunt, (*f*) juraverint, & de feudo ſuo retinuerint, & hodie inveniatur de feudo ipſo aliquid pro certo tenere. (*g*) Duo (1) igitur ſunt (*h*) neceſſario requirenda, ad hoc ut homines, quos ali-

(a) *Inſtrumenta*. Vel per teſtes, omni exceptione majores, qui conceſſioni interfuerunt, ut ſupra de proba. in cauſis homi. l. 1.

Inſtrumenta. Non repetit hic, vel per teſtes omni exceptione majores, qui conceſſioni interfuerunt, ſicut dixerat in illa l. ſupra de proba. l. fi. de qua facit hic mentionem.

Additio. *Adde gloſſam in verbo idoneos. Inſtit. de inutili, ſtipul. gloſſam in verbo majores, in c. 1. de conſang. & affin. Et per Bar. in l. admonendi, ff. de jurejur.* Superantius.

Et ſic poſtquam ſpecialiter non eſt hic expreſſum, videtur neglectum, ut ff. de injuriis, l. item apud, §. hoc edictum, nec ſine myſterio: nam hic quæſtio eſt inter privatum, & fiſcum de jure rerum regalium, quarum conceſſio † dicitur fuiſſe a regibus facta, quæ probari non poteſt per teſtes, ſed requiritur ibi ſcriptura per l. expreſſam, ff. de excuſatio. tutorum, ſed in hoc, in fine, ſicut in quolibet mandato Principis, ut C. de mandatis Principum, l. 1. & ſicut no. Azo. in ſum. ipſius tit. Generaliter.

Additio. *Adde l. 1. & ibi Doct. C. de man. prin.* Superantius.

† Additio. *Vide Affl. deciſ. 343. Fel. in rub. de conſt. ubi an gratia Principis probatur per teſtes, & gloſſam in conſuet. Pariſ. §. 7. glo. 5. nu.* 16. De Bottis.

Requiritur ſcriptura in omni mandato Principis, fiat, vel non fiat gratia adminiſtrationis gerendæ, & maxime quando mandatum continet favorem alicujus, ſicut eſt in caſo noſtro, quando conceſſio facta dicitur a Rege fuiſſe, quo caſu requiritur etiam ſubſcriptio Quæſtoris, ut in Auth. ut divinæ juſſiones ſubſcriptionem habeant, glo. quæſt. coll. 8. & quod ibi notatur in gloſſa ordinaria, quæ incipit, privilegium in quo, &c. Et alias dicitur, quod non debemus reſpicere niſi ſcripturam oſtendas, ut in Auth. de mandatis Princ. §. ſi quis autem. Et ſi bene advertas, ubicunque ſit in jure mentio de mandato, & conceſſione, ſeu liberalitate Principis, ſubjungitur ibi de privilegio, annotatione, ſeu pragmatica ſanctione, ſacris litteris, vel apicibus ſive afflatibus, ſive formis, id eſt hujuſmodi ſcripturis, quaſi dicat quia per ſcripturam talia debent conſtare, & facit ad præmiſſa ſupra l. proxima & ſupra de jure regalium, l. dignum, in quibus expreſſe dicitur, quod non poteſt quis in talibus ſe tueri, niſi per privilegium, vel ſcripturam debita ſolemnitate munitam. Nec obſtat prædictis Auth. in medio litis non ſi. fact. for. 1. reſpon. & in Auth. ut litig. ju. §. ult. ubi procedit & valet mandatum Principis ex ſcripto, vel ex non ſcripto. Nam illa jura loquuntur in mandato juriſdictionis, quod videlicet, ſit per Principem in commiſſionibus ſingularum cauſarum, ut ibi patet, & notatur in præalleg. tit. ut divinæ juſſiones, in præallegata gloſſa ordinaria. Item nec obſtat ſupra, de probatio. l. fin. ubi adjicit etiam de teſtibus, quia ibi erat quæſtio inter duos privatos.

(b) *Vel felicium*. Per hoc probatur quaſi dominium verum vel præſumptum, G.

(c) *Prædeceſſorum*. Scilicet Regis Rogerii, Regis Gulielmi I. & II. ut ſupra in proxi. charta de rebus Dema. aff. l. dignum, &c. & legas cum hac l. conſtitution. quæ eſt ſupra de probatione homagii, l. probationum defectum, quæ ſimiliter de hac materia loquitur. G.

(d) *Suis*. Scilicet iſtius, qui poſſidet vaſallos. G.

(e) *Feudum*. Scilicet iſtius qui poſſidet. G.

(f) *Juraverint*. Scilicet, homines, ſeu vaſalli, de quibus eſt quæſtio.

(g) *Duo igitur*. Iſtud igitur; non eſt illativum, ſed inchoativum ſecundi caſus. G.

(1) Additio. Igitur. *Adde quod iſta dictio quandoque ponitur inceptive, non illative, ut in l. jus civile. in §. fi. de juſt. & ju. & l. 1. ff. de condictione ob turpem cauſam, l. fructus, ff. ſolu. matr. & per Cardin. Zabar. in capite, damnamus, in fine 5. oppo. de ſum. Trin.* Superantius.

(h) *Neceſſario*. Subaudi deficientibus privilegiis, vel emptionalibus inſtrumentis. Andreas.

ANDREAS DE ISERNIA.

Item quantumcunque dicat, nulla, nihilominus in hac conſtitutione. Si dubitatio aliqua, ponit unam præſcriptionem, ſcilicet, quando hic homo juravit, & longo tempore fuit poſſeſſus a ſe, & prædeceſſoribus ſuis. Tenuit & tenet aliquid ab ipſo: ſicut ergo exceptuatur unum jus præſcribendi, ita debet dici exceptuatum id, quod ſimile eſt privilegio: quia non eſt veriſimile, quod Princeps per hæc verba, nulla præſcriptione, &c. voluiſſet tollere jus, quod æquiparavit privilegio talis præſcriptionis. C. de inoffic. teſtam. l. ſi quando, cum talis præſcriptio habeat locum plus in aliis præſcriptionibus, quia vocatur vetuſtas, dictis ll. de aqua pluvia arcenda. Demania ſunt publica, quia fiſcalia ſunt publica. Fiſcus, Populus Romanus, & Reſpublica Romana idem ſunt, ff. de bo. poſſ. non eſt ambigendum, & no. in d. conſt. quadrige. Et quia præmiſſa videntur contraria inter ſe, epilogus eorum hic eſt, quod ſi conſtat eſſe Caſtrum, quod quidem non poteſt occultari, quia Caſtrum eſt locus muris circumdatus, ut dictum eſt, ſupra in conſtitutione Proſequentes, vel conſtet, quod feudum petitum eſt quaternatum, aut quia poſſeſſor hoc confitetur, † dominus vendicabit ratione nudæ proprietatis, & poſſeſſor oneratur probatione, ut probet ad ſe pertinere: ſed ſi non conſtat per probationem agentis, vel confeſſionem conventi, & feudum petitum ſit actoris, actor dicendo eſſe feudum, dicit illud eſſe extra patrimonium ſuum, quia feudum eſt benevola actio, &c. oportet quod probet feudum eſſe ſuum, & ſic habere directum dominium, ut ratione nudæ proprietatis agat, onus probandi eſt tunc agentis. Et conſtito quod dedit in feudum, oportet quod probet cauſam quare feudum eſt ad ipſum reverſum. Imo quantum ad jus petitoris probando, quod feudum eſt ſuum, & quod alii feudum dederat ratione nudæ proprietatis, aget & onerabitur poſſeſſor, ut probet ſe habere utile.

† Additio. *Et ſic nota, quod bona feudalia, vel eſſe de feudo, probantur per confeſſionem tenentis, vide per Bertrand. conſ. 182. verſ. ad quod ſub correctione, vol. 1. vide de confeſſione in feudo, quæ poſuit Guffr. conſ. 44. col. 7. & Parad. de reinteg. feu. cav. 49. & c. 32.* De Bottis.

Quantum vero ad jus conventi poſſeſſoris. Aut innititur præſcriptioni tantum, & tunc probando, quod præſcripſit contra illum, cui datum fuit feudum, præſentem triginta annis vincet, per regulam, ſi vinco vincentem te, &c. Sed ſi dicat ſe habere a fiſco, non ſufficerent triginta, ſicut quando ſimpliciter dicit, quod eſt feudum: imo centenaria requiritur. Aut innititur donationi. quam probat per poſſeſſionem triginta annorum, tunc ſufficit, quia præſumitur contractum præceſſiſſe, ſicut in ſimili no. C. de jure emphyt. l. fin. aliud enim eſt inniti ſoli poſſeſſioni præſcriptæ: aliud donationi, cum præſcriptione, ſeu conſuetudine præſcripta cum titulo donationis, nota. 18. quæſt. 2. c. ſi. in gloſſa per Innocen. de cauſa poſſeſſ. cap. cum Eccleſia, in fine. Hæc autem allegatio longævi temporis in juribus tantum, & præſtationibus annuis, & in ſervitutibus locum habet, ut no. ff. de uſur. cum de in rem verſo. Sed ſi dicam te rem vendidiſſe, vel donaſſe, nunquam præſumetur contractus rei ex longæva poſſeſſione tricennali. Dictum vero capitulum, ſi quis

aliqui in civitatibus, & caſtris noſtri demanii (*a*) tenent, affidatorum vel recommendatorum jure ad noſtrum demanium nequeant advocari, videlicet, quod prædictis prædeceſſorum noſtrorum temporibus, homines ipſos, ipſi vel anteceſſores ſui (*b*) tenuerint, & quæ in eiſdem temporibus, vel ab ipſis vel prædeceſſoribus ſuis de feudo, vel hereditagio ſuo tenuerint aliquid, propter quod homines ipſorum merito (*c*) cenſeantur.

De hominibus non tenendis ratione terræ vel feudi.

TITULUS IX.

Quoniam interdum prætextu liciti illicitum attentatur: ideo ſtatuit hæc conſtitutio, quod nullus vaſallus domini regis poſſit ſe obligare ad præſtandum in perpetuum aliqua ſervitia perſonalia: etiamſi a perſona eccleſiaſtica, vel ſæculari receperit rem aliquam ſtabilem in feudum, quantumcunque illa obligatio fuerit ſolemnitate vallata: quia vaſallus regis non potuit ſine regio aſſenſu ſe obligare ad præſtandum ſervitium perſonale Baroni, nec alicui perſonæ in perpetuum, ex quo dominus rex eſt dominus perſonarum: bene tamen potuit ſe obligare ad præſtandum pecuniam, vel rem aliquam pro ſe, & heredibus in perpetuum pro re, quam accepit in emphyteuſim, vel in feudum. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

QUia (*d*) * frequenter ſub prætextu liciti illicitum attentatur, viam omnem, & materiam fraudibus præcludentes, Decernimus, nemini licere occaſione alicujus terræ, vel

(a) *Tenent*. Id eſt, præſumuntur tenere ut recommendatos vel affidatos potius quam vaſallos, niſi probent, ut dictum eſt per privilegia, vel emptionalia inſtrumenta, vel iſta duo, quæ hic dicuntur, ut ſupra de probationibus, l. probationum, circa finem, quod quidem, ſcilicet, in terris demanii recommendatos vel affida habere probibitum eſt ſub certa pœna, ut ſupra l. prox.

(b) *Tenuerint*. Quæ tenuta ſine poſſeſſiona probatur per ſacramentorum præſtationem, ut ſupra proxime dixit, ubi dicit, juraverint, &c. Et nota hic, quod poſſeſſio vaſallorum accipitur, ſive apprehenditur per receptionem ſacramentorum ab eis.

(c) *Cenſeantur*. Nota ergo, quod certi ſunt modi inducti a jure ad probandum contra jus demanii, qui ponantur hic, & ſupra l. prox. & ſupra de probationibus l. fi. & ſupra de juribus rer. regal. l. dignam, inter quos modos non numeratur præſcriptio: unde patet, quod in demaniis nullius temporis præſcriptio objicitur, ſimilis argumentatio fit ff. de act. & obl. l. obligationum fere, §. placet, & de his, qui ſunt ſui vel alie. jur. l. patte furinſo. Item expreſſum eſt ſupra l. prox. ibi, præſcriptionem etenim aliquam.

De hominibus non tenendis ratione terræ vel feudi.
Rubrica.

(d) QUia frequenter. Hæc conſtitutio prohibet ut nullus poſſit ſe obligare in perpetuum, vel vaſallum conſtituere occaſione alicujus feudi, & ita credo, quod hæc conſtitutio locum habeat in temporibus retroactis, id eſt, in illis, qui habuerunt hujuſmodi homines a tempore Regis Gulielmi.

Quia frequenter. Nullus de demanio ſuam poteſt perſonæ eccleſiaſticæ, vel ſæculari propriam obligare perſonam, reditus tamen in pecunia promittere poteſt. G.

* ADDITIO. *Vide Luc. de Pen. in l. ſi quis ult. col. C. de agric. & cenſit. & Fel. in c. dilecti. de major. & obed. & moder. in c. regni, gravamina, num.* 17. De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

quis per triginta, dicit præſumi inveſtitum ex poſſeſſione tricennali, & contractum emphyteuticum præceſſiſſe non tantum ex poſſeſſione, ſed ex præſtatione ſervitii, & cenſus & juris emphyteutici, aut impoſiti canonis. C. lib. 11. de fundis patrimonialibus, l. fi. de præſcript. 30. anno. l. competit.

SI dubitatio. Pro iſta conſtitutione vide Andream de Barulo in l. 1. C. de conductoribus, & procuratoribus prædiorum fiſcalium, & domus Auguſtæ, lib. 11. in fine libri. Petrus de Monteforte.

In gloſſa in verbo, faciente, ubi de probationibus per inſtrumenta, ibi, communi jure dominii. Nota gloſſam per hanc conſtitutionem determinari uſque ad finem ſui, duas utiles quæſtiones in iſto Regno frequentari ſolitas. Prima in feudatariis, videlicet, an procurator fiſci, ſi de feudo movetur controverſia, vel quæſtio, probet feudum, quod poſſidet ad ſe pertinere, contra formam juris communis. Secunda an præſcribi fiſco poſſit de ipſo feudo, ſeu de quibuſvis aliis rebus, & quanto, & quando, & a quo tempore fiſcus ſuccedens privato ſuum privilegium ſortiatur, ut in l. fiſcus, ff. de ju. fiſ. & quando videtur fieri confiſcatio ſeu incorporatio, ut in l. fiſcus, de ju. fiſ. & in l. ſi vacantia, eo. tit. Petrus de Monteforte.

In gloſſa magna, prope medium, ibi, incorporationem ſubſecutam. Sed videtur ſemper feudum eſſe incorporatum Domino, & ipſum poſſidere, nam proprietas ſemper apud dominum eſt, ut in c. fin. de inveſtit. de re aliena facta, in fine. Et qui ſolam proprietatem habet, poſſeſſor intelligitur, ut in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. §. item qui, vel dicit, quod poſſidet, quantum ad illud, ut evitet ſatiſdationem de judicio ſiſti, ut ibi, vel poſſidet civiliter tantum, non aliter, ut no. C. ubi in rem. act. l. 2. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa, inſtrumenta vel per teſtes: ibi, ſed in hoc, ad hoc facit. C. de diverſis officiis, l. probatorias, lib. 12. ſed videtur contra in multis locis, ubi probatio feudi probatur per pares Curiæ, & in defectum ipſorum, per alios teſtes. Sed forte ibi loquitur de conceſſione aliorum dominorum, qui feudum dare poſſunt non in conceſſione Imperatorum, & Regum. Bartholomæus de Capua.

Circa hoc autem vide Bal. in l. humanum. C. de legibus, & ſecundum illud dictum fuit obtentum in magno conflictu in Sacro Regio conſilio. Petrus de Monteforte.

In gloſſa in verbo, tenuerunt. Nota, quod receptio, ſive apprehenſio poſſeſſionis vaſallorum probatur per præſtationem ſacramenti ab eis præſtiti. Contra videtur notari in conſtitutione, quæ incipit, Comite vel Barone, in 1. gloſſa. Bartholomæus de Capua.

De hominibus non tenendis ratione terræ, vel feudi. Rubrica.

QUia frequenter. Non poteſt homo Demanii ſic ſe facere vaſallum alterius, ut perſona ſit obligata, recipiendo feudum ab eo. Sed ſi faciat ſervitium, † vel reditum pro feudo, & terra recepta, perſona remanente libera, quam non tanget ille, qui dedit, ſi recipiens deficiat in redita vel ſervitio, ponet manum ad terram & feudum. Rex enim eſt dominus perſona-

vel feudi, quod teneat, vel recipiat a Comite, Barone, ſeu milite, vel perſona eccleſiaſtica, aut etiam ſæculari, conventione qualibet quavia juris ſolemnitate vallata, perſonam propriam aliquibus ſervitiis obligare, & ſic ſub occaſione hujus ad alterius commendationem, ſeu dominium convolare, ſed tantum reditus in pecunia, vel rebus aliis, pro eo, quod receperit, agnoſcat. Nos etenim, qui ſumus domini perſonarum, abſque noſtræ ſerenitatis aſſenſu, perſonas ſervitiis perpetuis, aut conditionibus nolumus obligari.

De hominibus Baronum poſſidentibus terram hominis demanii.

TITULUS X.

Vaſalli Baronum poſſunt emere, & vendere bona burgenſatica ſine eorum conſenſu. Et in illis bonis non habent jus ſuccedendi tanquam ad bona vacantia, ſicut habent in bonis feudalibus, quæ tenentur ab eis. Item fiſcus, cui obvenerunt bona vacantia, poterit illa concedere, prout ſibi placuerit. Et *Bajulo, qui tenetur reddere rationem de geſtis, & adminiſtratis per eum, eſt interdicta alienatio bonorum ſuorum, donec ſit reddita ratio, vel ſteterit per eum, cui reddi debet, hoc dicit.* Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

SI quando (*a*) contigerit aliquos (*b*) eccleſiarum homines Comitum, ſeu Baronum, aut militum, ſive etiam angarii ſint, ſive etiam villani ſimpliciter, aut cujuſcunque conditionis eſſe noſcantur, hereditagia, vel partem eorum ab hominibus noſtri demanii, aut quibuslibet aliis, qui ea in terra demanii, aut pertinentiis ejus poſſideant, comparare, aut aliter acquirere ſub ea conditione emptorem habere comparanda, vel comparata diſponimus, ſub qua venditori ſe tenebat, videlicet ut proinde domino ſuo in nullo penitus teneatur, & ſine ipſius licentia & mandato ea eis vendere, donare, aut (*c*) qualitercunque alienare inter vivos, vel ultima voluntate liceat, quæ ſine ipſius licentia jure licito comparavit. Et ſi contigerit talem emptorem ab inteſtato decedere, hi ad ſucceſſionem ejus veniant in prædictis, qui alias poſſent ad ſucceſſionem ejuſdem ex deſcendenti, vel aſcendenti, aut collaterali linea ab inteſtato venire. Quod ſi de prædictis * (*d*) nullus omnino ſuperſit in eo, quod de

De hominibus Baronum poſſidentibus terram hominis demanii. Rubrica.

(a) SI *quando*. Si vaſallus emat aliqua a non vaſallo, de illis emptis poteſt facere, quod vult, & alienare inter vivos, & in ultima voluntate, & ab inteſtato ad ſuos heredes tranſmittit, his deficientibus, in his acquiſitis ſuccedit fiſcus, qui eſt ultimus ſucceſſor, ut ff. de jure fiſci, l. 1. §. 1. In feudo quod hic vaſallus habet, ſuccedit dominus, ſi autem iſte vaſallus, qui ſic emit, fuerit bajulus domini, non poterit alienare quæſita, niſi prius reddita ratione.

Si quando. Vaſalli, qui emunt in locis demanii jure licito alienant, & ad ſuos ſucceſſores tranſmittunt, nec ſervire pro illis emptis, ſuis dominis tenentur.

(b) *Eccleſiarum*. Argum. accedit ad id quod dicitur in hac conſtitutione, in fine. C. de epiſcopis & clericis, l. ſi quis presbyter. Nota, quod quis poteſt habere res duplici jure, ut hic patet, & ff. de pecu. l. hinc quæritur, §. poteſt, licet ſit argum. contra. ff. de uſucapio. eum qui ædes, in fine, & adde quod extraordi. ibi notavi. Interdum etiam eadem perſona duplici jure eodem tempore cenſetur, ut filiusfamilias ut ff. de caſtrenſi pecul. l. pater militi. §. ſi ſervus peculii.

(c) *Qualitercunque alienare*. Innuitur ergo hic quod villanus & vaſallus qualiſcunque non poſſit tenuram, ſeu feudum alienare ſine licentia Domini, a quo tenet eum.

* ADDITIO. *Amplia iſtum textum habere locum etiam in fellonia commiſſa a vaſallo Baronis contra Baronem, vel Regem, ut ad eum Baronem feudum devolvatur, non autem Regi. ita And. in c. 1. §. ſi quis hominem, de pace tenen. de quo late Affl. deciſ. 282. num. 12.* De Bortis.

(d) *Nullus omnino*, Nota ex hac l. fiſcum eſſe ultimum

ANDREAS DE ISERNIA.

rum tantum. Poteſt tamen quis vendere ſe ad pretium participandum. ff. de ſtatu homi. l. liber homo, cum concord. quæ jura non tolluntur per hanc, quæ loquitur in ſuo caſu tantum, ſcilicet quando recepit terram a Comite vel Barone.

† ADDITIO. *Vide Capic. deciſ. 118. col. fin.*

De juribus Baronum poſſidentibus terram hominis demanii, Rubrica.

SI *quando*. Qualitercunque modo. Dicit gloſſa, quod eſt no. † quod vaſallus ſeu villanus qualitercunque non poſſit terram, vel tenimentum, quod tenet a domino, ſine ſua licentia alienare, etiamſi tenimentum hoc non ſit feudum, vel in honore militari datum.

† ADDITIO. *Ad intellectum hujus conſtitutionis, & materiam, vide Frecc. fol. 238. num. 5. & an in alienatione ſufficiat tacitus aſſenſus, ibi. nu. 6. & vide Barthol. de Benevento in repet. c. imperialem, fol. 39. col. 4. littera e, & fol. ſeq. ponit, an contractus ſit nullus, & quid ſi datur in dotem, & an ſufficiat Baronem requiri, juxta terminos l. fi. C. de jure emphyt. adde Parid. de reinteg. feu. c. 42.* De Bortis.

Item innuit gloſſa, quod cognati ſuccedunt, & præferuntur fiſco ultimo ſucceſſori, ſcilicet, quando non ſupereſt aliquis ex deſcendenti linea, vel aſcendenti, vel collaterali, ut littera dicit, quod intelligitur de collaterali, ſcilicet, etiam cognatorum, imo extraneorum quantum ad conſanguinitatem, ut uxor, & adoptivus, ut notatur in l. vacantia. Per iſtam litteram ergo non excludit fiſcus cognatum, uxorem, & alios. Sed per aliam viam dicunt aliqui excludi, & cognatos & uxorem per Curiam regiam. Nam jus Longob. † præponitur Romano in Regno, ſup. de offic. mag. ca. puritatem, idem jus non cognovit agnatos in Longobard. de ſucceſſio. ſi quis ſine herede. de prohi. nup. l. 3. & 4. & 5. de debi. & gua. l. ſi mundum. Cognati autem vincunt uxorem. C. unde vir & uxor, fiſcus & Curia regia vincet uxorem per regulam l. de acceſſionibus. ff. de diver. & tempo. præſcri. Et dicunt quod ex quadam conſuetudine & obſervantia contraria contrarium obtinet, quia in multis partibus Regni, ubi ſervatur id jus Longobardum, videmus cognatos & uxorem obtinere ſucceſſionem, nec fiſcum petere de conſuetudine, dicit l. de quibus in fi. ff. de legibus & Inſtitutionibus, in proœmio. §. igitur, & diximus in præambulis.

† ADDITIO. *Vide ad intellectum hujus conſtitutionis, & eorum, quæ dicit hic And. per Jacobi. in tract. de reud. col.*

Digitized by Google

de feudo tenet ab eo, dominus feudi ſuccedat. In hereditagiis autem defuncti, quolibet jure quæſitis, fiſcum noſtrum eſſe decernimus, ſicut & in omnibus aliis bonis vacantibus, ultimum ſucceſſorem. Poſtquam autem ad fiſcum noſtrum pervenerint res prædictæ, per nos prout noſtræ majeſtati, & ſub quibus conditionibus, vel reditibus, & ſervitiis placuerit, poterunt collocari. A tenore autem hujus ſacratiſſimæ ſanctionis excipimus Bajulos dominorum, qui res ipſas adminiſtrandas ſuſceperint, quos non prius hujuſmodi acquiſita alienare volumus, aut quolibet modo transferre, quam de adminiſtratione ſua ſatisfaciant dominis, vel per eos ſteterit, quominus ſatisfactionem recipiant requiſiti.

De recommendatis vel revocatis non detinendis.

Nova conſtitutio.

TITULUS XI.

Nullus recommendatos, vel ad Curiam Principis revocatos, audeat retinere, ſed ipſos ſine difficultate aſſignet: contra faciens punitur publicatione bonorum mobilium, & providet revocatis, & dominis, ut ipſi revocati poſſint, & compellantur bona, quæ tenebant ab eis, vendere aliis vaſallis domini, & dominus compellat alios vaſallos emere juſto pretio, hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

AD ſubjectorum * (1) noſtrorum invidiam non convenit revocare, ſi privatis aliquando commodis noſtris intendimus, ſi jura noſtra non patimur ab aliis uſurperi. Hinc eſt, quod prælatis Eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, ſeu quibuslibet aliis noſtris fidelibus firmiter inhibemus: quod nullus recommendatos, vel ad noſtram Curiam revocatos in poſterum audeat retinere, ſed ipſos in civitatibus noſtri Demanii Bajulis, vel aliis officialibus noſtris, ſine difficultate aſſignent, vel ad loca ipſis revocatis deſtinata remittant. Quod ſi hujus conſtitutionis noſtræ quiſpiam violator temerarius extiterit, vel eidem fraudem fecerit, bonorum ſuorum omnium immobilium † publicatione damnetur. Ceterum ne prælati, Comites, vel Barones, ſeu quilibet alii detentores, occaſione præ- † *Alias, mobilium.*

mum ſucceſſorem, & tunc ſuccedere, cum nullus ſupereſt ex deſcendenti lioea, vel eſcendenti linea, vel colleterali, ut hic dicit & concordet jure Romano. C. lib. 10. de bonis vacan. l. vacantia, repete etiam hic quæ notata ſunt de offici. reipublicæ, l. ultima, & hoc eſt valde notandom propter Longobardos, qui dicunt cognatos non ſuccedere, ſed fiſcum.

* (1) Additio. *Vide c. regni, prædeceſſorum, & ibi Scrib.*

ANDREAS DE ISERNIA.

col. 4. ubi per multas qq. examinat de ſucceſſione domini in bonis vaſalli. De Bottis.

Sed ſi hæc conſtitutio ſic intelligatur collateralium, ſcilicet, etiam cognatorum, Conſtitutio vincit jus Longobardum. Fiſcus per hanc non excludit cognatos, ſed nec dicet de cognatis expreſſim, ſed tacite, quia dicit, ſuccedunt qui alias poſſunt ad ſucceſſionem venire. Jure vero Longobardo non veniunt cognati, quod jur juri Romano præponitur, de hoc dictum eſt ſupra, de offi. mag. ca. l. præſenti, & plenius in tit. quæ ſunt rega. ſuper verbo, bona vacantia. Item nota, quod Baroni & militi bona bajulorum ſuorum obligata ſunt, & burgenſatica, quæ tenet in Terra demanii, quia non poſſunt ea vendere, vel alienare, niſi prius ſatisfaciant domioir.

SI *quando contigerit.* Communis poſitio eſt, quod §. iſte intelligatur tantum in feudis, ſeu tenimentis ruſticanis: ut in eis ſicut in aliis burgenſaticis circa ſucceſſionem ſervetur jus commune, pro quo facit, quia horum feadorum non vere dicitur infeudatio, ſed quædam locatio, ſeu perpetua conceſſio, ut ſupra in conſtitutione, Conſtitutionem. §. excadentias, ibi, locare permittimus, non dixit infeudare, pro quo C. loce. l. viam veritatis, & de locatione prædiorum civilium. l. prædie, & ita intelligit gloſſa hunc §. in conſtitutione, ut de ſucceſſion. circa princ. in gloſſa ex generali præfatione.

In aliis autem feudis planis, militaribus, ex quibus debetur adoha, ſeu militare ſervitium Comitibus, & Baronibus, a quibus tenetur, quando per Regiam majeſtatem in Regno indicitur militare ſervitinio, ſerventur jura communia feadorum, quæ etiam in Regno ſervantur, ut in dicta conſtitutione glo. magnæ, in fi. & no. per Andream in prologo ſui operis, 10. coll. licet gloſſa & Dominus Andreas in dicta conſtitutione, ut de ſucceſſio. verſ. in omnibus, & in iſte conſtitutione, & in tit. quæ ſint regal. in verbo, bone vacantia, intelligant hunc §. etiam in dictis feudis. In aliis autem feudis quaternatis remanrat jus novum dictæ conſtitutionis, ut ibi notatur, Quod non eſt veriſimile dicta jura canonica velle abrogaſſe, cum ſit odioſum, & ſic non protrahendum, ut in l. quod vero, de leg. & ſic leges novæ per veteres diſtinguantur ut in juribus vulgaribus. Petrus de Monteforte.

In textu, poſtquam aut ad fiſcum noſtrum. Nota, quod Rex ſibi bona excadentia locat ſub illis conditionibus, reditibus, & ſervitiis, ſub quibus ſibi placuit, pro hoc, Conſtitutio, ut de ſucceſſionibus, in fi. licet eliud in aliis Baronibus, & Comitibus, ut in conſtitutione, Conſtitotionem, §. ercadentias, vel dic, ut ibi notetur per Andream. Petrus de Monteforte.

In gloſſa, in verbo qnalitercunque. Argumentum contra, quod poſſit vendere ſalvo jure dominii. ff. de contrah. empt. l. fin. §. fina. de leg. 2. l. nihil. proponi, in principio C. de locetione prædiorum civilium. l. fin. C. de fundis patrimonialibus. l. 1. pro hec. C. loceti. l. nemo prohibetur, juncta conſtitutione, Conſtitutionem. §. excadentias, de pace juramento firmanda. cap. 1. §. ad hæc qui allodium, & ibi hoc ſentit Andreas. Quia liberis hominibus non interdicitur alienatio rerum ſuarum, ut ibi: vide plene per Specu. in tit. de feu. §. quoniam, verſi. 19. ubi dicit inter alie inſpici conſuetudinem, vide ibi, & in verſic. 21. alias 30. Petrus de Monteforte.

In textu, in fiſcum noſtrum. Facit textus in capit. ex præſumptuoſe, & conſtitutio, dohanæ ſupra, de officio ſecreti. Petrus de Monteforte.

De recommendatis, vel revocatis non retinendis. Rubrica.

A*D ſubjectorum.* De eadem materia eſt, ſicut ſuperius. Et nota caſum in fine hujus conſtitutionis, ubi quis cogitur emere & vendere, & ad hoc facit liber decimos, ne liceat habitare Metrocomiæ. l. 2. & dicit gloſſa ſupra. l. hac edictali. Rigor juris communis eſt contra. C. de jure deliberandi. l. nec emere de contrah. empt. l. invitus. ff. de donatio. hoc jure. §. non poteſt.

præſentis conſtitutionis, contra juſtitiam in poſſeſſionibus aggraventur, quas revocatos ab ipſis tenere contigerit, dummodo alibi commorantes poſſeſſionibus ipſis libere perfruantur. Et ne revocati prædicti per nos poſſeſſionum ſuarum emolumento priventur, dum ipſis uti non permittatur a dominis, vel uti nequiverint, ad remotiora forſitan loca tranſlati: utriuſque diſcreta proviſione * (1) providimus, ut rigore juris communis in hac parte ſopito revocati, poſſeſſiones eaſdem hominibus aliis vaſallis priſtini detentoris diſtrahere compellantur, & domini vaſallos ſuos emere juſto pretio diſtrahendo compellant.

De non opprimendis vaſallis a dominis.

TITULUS XII.

Nullus dominorum vaſallos ſuos contra juſtitiam opprimat, nihil ab eis contra conſtitutionum tenorem auferat, contra faciens punitur vaſallo victori in expenſas, & duplum ablati Curiæ Regiæ ſolvat, & vaſallus impetens dominum de prædictis calumnioſe victori domino condemnatur in expenſis. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

PRæſenti ** (2) conſtitutione decernimus, Ut nullus dominorum vaſallos ſuos contra juſtitiam opprimat, vel ab eis contra conſtitutionem noſtram illicitum auferat. Quod qui fecerit, expenſas vaſallo ſuo victori reſarciat, & ablati duplum Curiæ noſtræ componat. Vaſallus autem, qui dominum ſuum occaſione prædicta contra juſtitiam impetere calumnioſe tentaverit, in expenſis victori domino condemnetur. Sic enim utrique conſulimus, dum nequitiam domini, & vaſalli calumniam condemnamus.

De dotario conſtituendo in feudis, & Caſtris.

TITULUS XIII.

Comes, vel Baro, vel feudatarius poteſt conſtituere dotarium uxori ſuæ ſuper feudis, vel in pecunia ſine Regio aſſenſu, dummodo non conſtituat dotarium ſuper Caſtro, a quo ſumpſit nomen Comitatus, vel Baroniæ. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

SI (*a*) quis Baro vel miles uxorem duxerit, & tria feuda habuerit, liceat ei unum dotarium uxori ſuæ de tribus feudis (*b*) conſtituere. Si autem pauciora habeat ſecundum qualitatem, & quantitatem feudorum, dotarium ei in pecunia conſtituere permittimus. Ceterum ſi plura tribus habeat, pro portione, quæ ſuperius ſtatuta eſt habita, dotarium ipſum conſtituere licebit.

Comes autem, vel Baro, qui caſtra tenet, de caſtris ipſis dotarium conſtituere poterit, (*c*) dum tamen caſtrum, unde Baronia, *** vel Co-

* (1) Additio. *Nota, quod videtur decidere, quod ſi vaſalli recedunt a terra Baronis, quod poſſint cogi ad vendendum bona aliis vaſallis, vide Parid. in tract. de reintg. feu. in c. quero dominus.* De Bottis.

** (2) Additio. *Hanc conſtitutionem legit. And. in primo lib. poſt conſtitutionem, Divorum noſtrorum.* De Bottis.

De dotario conſtituendo in feudis, & Caſtris. Rubrica.

(a) S*I quis Baro.* Licet ſupra de feudorum contractibus infringendis prohibuerit alienationem & contractum feudi, hic in caſu permittit, puta, ut det in dotarium uxori ſuæ, concurd. C. de adminiſtratione tutor. l. lex quæ, cum hac tamen determinatione, ut de tribus feudis det unum, & nunquam det illud, quod eſt nomen Baroniæ vel Comitatus, ut Comes Caſertæ, non poſſet dare Caſertam, ſed aliud Caſtrum. Si quis Baro. Nota de dotario, quale poſſet conſtitui, quod dic, ut infra l. licentiam. Andreas.

Nota contra vaſallos indebite querelantes dominum.

(b) *Conſtituere.* Hæc corrigitur infra, l. 2.

(c) *Dum tamen.* Nota, quod caput Baroniæ, ſeu Comitatus, velut principalis magna gaudet prærogativa, ut hic. Et ab illo capite aſſumunt nomen, & denominantur alia Caſtra, ſeu Caſalia deponentia, & adjacentia ad illam Baroniam. Sic enim & ſecundum jura civilia inſpicitur caput hominis velut principale, & dignius, cum per caput cognoſcamur, nam ille locus tantum efficitur religioſus, ubi caput ſepultum eſt, & non ubi alia membra, cum unius ſepultura plura ſepulcra efficere non poſſit, ut ff. de religioſis, & ſumptibus fune. l. cum in diverſis. Nam Baronia, ſive Comitatus, licet unum corpus cenſeatur, tamen ex diſtantibus partibus ſui corporis conſtat, ſic uni nomini ſubjicitur, ut ff. de uſucapionibus, l. rerum mixtura, §. certum, ff. de rei vendic. l. in rem. §. at in aliis.

Dum tamen caſtrum. Nam hujuſmodi Caſtrum tenet Principatum totius Baroniæ vel Comitatus, ut argumentum ad hoc C. de naturalibus liberis, l. ſi quis, circa medium, ad finem legis.

*** Additio. *Nota, quod aſſenſus ſimpliciter præſtitus non extenditur ad caput Baroniæ, vel Comitatus, vide Aſſl.*

ANDREAS DE ISERNIA.

De ſtatuendo dotario in feudis, & caſtris. Rubrica.

S*I quis Baro.* Differentia † eſt inter Baronem & feudatarium. Baro eſt, qui habet baroniam, feudatarius eſt, qui habet feudum. Baronia eſt Caſtrum, ſeu Caſtra, vel feudum habens ſub ſe feodum quaternatum, quod alius tenet, probatur infra de conſti. poſt mortem. Feudum vero eſt de 20. unciis in regno.

† Additio. *Vide Gram. in deciſ. 34. num. 6.* De Bottis.

Et poteſt quis habere plura feuda, ut hic dicitur. Et tunc ſi ſunt quaternata, vel non, det unum alii cum conſenſu Regis, ut ſub eo, & ab eo teneatur, & erit Baro. Conſenſus † Regis quaternabit iſtud, quia Rex confirmans videtur donare, in Authen. de defen. civi. §. interim, de verb. ſignifi. l. obvenire. Sed feuda collata per regem dicuntur quaternata, quia ſcripta in regiſtris, & quaternis dohanarum dominorum, de quo plene diximus in tit. de controver. feudi apud pares. c. 1.

† Additio. *Nota, quod aſſenſus facit feudum quaternatum, ſequitur ex hoc, quod ſi venditur res tanquam feudalis cum aſſenſu regis, præſumitur feudalis, ut per And. in ver. feudum ſi venditur.* De Bottis.

De iſtis Baronibus & feudatariis, & qui Barones ha-

Comitatus nomen (*a*) aſſumpſit, in dotarium conſtituere non poſſit.

De adhibenda fidejuſſione dominorum, ſeu vaſallorum. Alias, de fidejuſſione domini a vaſallis.

TITULUS XIV.

Si vaſallum fidejubentem pro domino in cauſa criminali dominus non liberaverit, ipſo jure ipſius homagium perdit: fidejubentem vero in civili, vel etiam pro debito, ſi dominus liberare non curaverit, tenetur dominus ad omne damnum vaſalli, & datur licentia vaſallo auctoritate propria pignorandi dominum, primo in mobilibus, ſecundo in hereditariis, & ultimo in feudalibus: & etiam mobilia vendendi poſtquam ſolverit pro domino, & hereditaria, poſtquam per annum a die ſolutionis, & pignorationis ea tenuerit, feudalia non ſuos fructus percipiat, econtra ſi vaſallus dominum fidejubentem pro eo in cauſa criminali liberare neglexerit, quicquid ab ipſo tenet, amittat, fidejubentem vero in civili vel pro debito datur licentia domino vaſallum pignorandi, & ſibi providere de omni damno. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

SI (*b*) dominus vaſallum ſuum, qui pro eo in criminali cauſa fidejuſſerit, & a fidejuſſione non liberaverit, ipſo jure ipſius homagium amittat. Si vero in civili cauſa, vel pro debito ipſum fidejubentem liberare (c) non curaverit, ad omne damnum, quod proinde vaſallus incurrerit, dominus teneatur, data licentia (*d*) pignorandi vaſallis dominos ſuos in mobilibus, aut deinde in hereditagiis, & ultimo in feudalibus, & etiam vendendi mobilia, poſtquam pro dominis ſuis ſolverint, & hereditagia per annum a die ſolutionis & pignorationis ea tenuerint, ut ex prædictorum precio ſuæ indemnitati provideant. Feudalia tamen capta pignori obligare non poterunt, ſed ex eorum fructibus indemnitati ſuæ ſimiliter proſpicere curabunt. E contrario ſi vaſallus dominum pro eo in criminali cauſa fidejubentem liberare neglexerit, quicquid ab eo tenet, amittat. In quæſtione vero civili, ſeu pro debito, ſi dominum fidejuſſorem ſuum vaſallus detrectaverit expedire, data plena licentia domino pignorandi ad omne damnum, quod proinde incurrerit dominus, vaſallus ejus integre teneatur.

De

Affl. in decif. 265. 2. *col. Loffr. in paraphra. car.* 8. *col.* 3. *in principio & in conſ.* 39. *nu.* 30. De Bottis.

(a) *Aſſumpſit*. Argumentum bonum ff. de legatis & fideicommiſ. 2. l. peculium, §. quadrigena.

De adhibenda fidejuſſione dominorum, ſeu vaſallorum. Rubrica.

(b) SI *dominus*. Hæc conſtitetio providet vaſallis, ut qualiter ſobveniatur eis contra dominos: cum vaſallus pro domino fidejuſſit: & econtra providet dominis contra vaſallos, cum dominus pro vaſallis fidejuſſit: & provides quadam ſpeciali proviſione, ut ſua auctoritate poſſit fidejuſſor ſive vaſallus, ſive dominus, ex quo ſolvit pignorare dominum, vel vaſallum, quod de jure communi prohibitum eſt, ut in Auth. ne fiant pignora, & argu. ff. quod metus cauſa, l. extat, tamen hic non peccat: quia fecit auctoritate legis, ſicut alii auctoritate conventionis, quæ & lex dici poteſt, ut C. de pignoratitia actione, neque, & ff. de procuratoribus, l. 1. §. ſi convenit.

(c) *Non curaverit*. Cum diu ſteterit in fidejuſſione: Tunc enim fidejuſſor poteſt convenire debitorem, ut liberet eum, ut ff. mandati vel contra. Lucius Titius, in hoc caſu, ſcilicet quando fidejuſſor agit contra debitorem, antequam ſolvat faciendi cauſa, non dandi, reus tenetur, ut ff. mandati, vel contra ſi mandato meo, §. quoties. Agitur enim ad hoc, ut liberetur, ut dictum eſt, vel ut defendatur, ut ff. de fidejuſſoribus, l. fidejuſſor pro venditore. G.

(d) *Pignorandi vaſallis*. Fidejuſſor poteſt pignorare debitorem, ſicut & de jure Longobardo, de debit. & gua. l. ſi quis alii homini guadiam dederit. Sed quæro quando? Reſpondeo, poſt ſolutionem, & ante ſolutionem quandoque, puta ſi damnatus ſit, aut ſi debitor cœperit dilapidare bona ſua, aut ſi ita convenit, ut poſſit debitorem arctare ad ſolutionem, & antequam ſolvat, ut C. manda. l. ſi pro ea, alias de ordine, & regula juris, licet non liceat fidejuſſores agere contra debitorem, & ſi non licet agere, multo minus pignorare, ſicut dicitur in eo, qui pignorat ante tempus, ut in jure Longob. de debit. & gua. l. ſi quis alii ante conſtitutum. Sciendum tamen eſt, quod ſicut alii creditores neceſſe habent tertiam denunciationem facere creditori, ita fidejuſſor denunciare debet debitori, ut pignorari poſſit, ut in jure Longob. de debi. & gua. l. 1. & l. 2. Et eſt bene notandum, quod hic ſtatuitur quidam ordo, qui ſervari debet in rebus debitoris pignorandis: olim autem credebant Doctores, ut ſicut creditor habet electionem in perſonis, ut poſſit quem vult prius pignorete, debitorem ſcilicet, vel fidejuſſorem, ut in Longobar. ſpon. l. 1. & de debito. & gua. l. ſi quis fidejuſ. aut debito. Ita & in rebus. Vel forte lex iſta reſtingeretur ſuo caſu inter dominum & vaſallum, ſicut & alius ſtatuitur inter eos in defenſis, quas inter eos imponunt, ut ſupra de defen. & quando liceat vaſallo Domino defenſam imponere, l. juriſgentium.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

habeant privilegium, plene diximus in tl. de Cap. qui cur. vendi. §. ſimiliter. Alia plene dicuntur in gloſſa hic.

De adhibenda fidejuſſione dominorum ſeu vaſallorum. Rubrica.

SI *dominus vaſallum*. Pulcra conſtitutio & rationabiliter facta, & providet tam vaſallo, quam domino, & bene gloſſata eſt. Sed quod dicit, quod poteſt pignorare dominum vaſallus, vel vaſallum dominus: nunquid habet locum ſi ille, qui debet pignorare neget debitum, vel dicat ſe ſatisfeciſſe, an ignorabit? Si dicas hanc legem loqui in ſpeciali caſo domini, ſcilicet & vaſalli, ut in ſimili videtur dicere gloſſa hic, in fine, erit ſpeciale jus generaliter loquens, non diſtinguens inter confitentem & negantem. Sed verius videtur, ut non correxerit hæc conſtitutio alia jura dicentia pignorari, quando debitor confitetur, & non pignorari, quando negat, & paratus eſt facere juſti-

De dotibus.

TITULUS XV.

Baro vel miles habens duo feuda quaternata, poteſt in uno eorum conſtituere dotarium ſuæ uxori ſine Regio aſſenſu, & ſi unum feudum & dimidium habet, poteſt in dimidio ipſorum feudorum conſtituere dotarium. Et ſi unum tantum feudum habuerit, conſtituere poteſt dotarium, id eſt, tertiariam in pecunia ſuper ipſo feudo. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

LIcentiam (*a*) * Baronibus & militibus impartimur, poſſe etiam de duobus feudis dotarium conſtituere. Et ſi unum tantum & dimidium habeat, dimidium feudum ei in dotarium conſtituere licebit. Ceterum ſi unum tantummodo, non in Terra, ſed in pecunia uxori ſuæ pro qualitate feudi facultatem conſtituendi dotarium in poſterum Barones & milites ſibi noverint fore permiſſum.

De

De dotibus. Rubrica.

(a) L*Icentiam*. Hæc conſtitutio determinat ſecundam proxime præcedentem, ubi dictum eſt: dominus feudorum poteſt alterum de feudis pro dotario aſſignare ſurori ſuæ: hic determinat, ita demum hoc verum, ſi habeat plures quam unum feudum, aliter det dotarium in pecunia.

Licentiam. Iſta corrigit ſecund. ſuperi. *l.* ſi aliquis Baro, & io ver. ſi autem pauciora, &c.

* ADDITIO. *Vide Affl. in c. 1. §. donare. col. 9. 10. qual. feu. alie. pot.*

De

ANDREAS DE ISERNIA.

juſtitiam, quod dic per Carolum in Longobard. de debi. & gua. l. ſi quis liber homo, argumentum pro hoc. C. de inofficio. teſtamento. l. ſi quando, nam jura non corriguntur, niſi quando dicitur, in Auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui. §. tribus. Andreas.

De dotibus. Rubrica.

L*Icentiam*. Dotarium debet conſtitui, ſi non conſtituatur, non debetur. Item debet conſtitui inter vivos, non in ultima voluntate relinqui, de hoc plene diximus in tit. qualiter olim feu. po. alie. §. donare. Et conſtituetur hoc dotarium † pro valore feudi, id eſt pro quanto datum eſt, & proinde ſervit, non pro quanto valeat annuatim, de hoc plene diximus in tit. de Capi. qui cur. vendi. §. ſimiliter. Poteſt autem peti conſtitui dotarium condictione ex hac conſtitutione, etiamſi uxor nullam dotem dederit, ut in cap. 9. incliti Regis Caroli II. quod incipit, mulier. Sed in teſtamento ſi dicat, conſtituo uxori meæ dotarium, valet, & oportet, quod ſit præſens mulier, cui acquiratur. Et ſi facta ſit per internuncium, vel per epiſtolam, oportet quod habeat ratum ante mortem conſtituentis. Si vero inter vivos dicat, lego uxori meæ dotarium, nihil valet. Item ſi confiteatur ſe conſtituiſſe dotarium, vel in teſtamento hoc dicat: lego uxori meæ dotarium, valet, ut plene dictum eſt in d. §. donare. Sed contra heredem viri mulier ad dotarium agit perſonali, ut tradat; vel ſi tradere non poteſt, ad intereſſe contra tertium condictione, ut dictum eſt, vel rei vendicatione, ut dicit gloſſa infra prima conſtitutio. Mulier, ubi dicitur, quod poſt diem votorum. Et ſi ſine cultello plicato, ut erat mos Francorum, ante fores eccleſiæ poteſt conſtitui dotarium. Et diximus etiam in d. §. donare.

† ADDITIO. *Vide Luc. in l. quicunque, col. 8. in fi. C. de om. agro deſer. lib. 11. ubi ponit q. an mulier poſſit petere ſibi conſtitui dotarium in feudo contiguo, vide, quia multa bona dicit, quæ permittuntur ratione connexitatis, & vicinitatis, quod notatur pro conſuetudine Neapolitana, quæ vult quod in diviſione rei communis fiat licitatio, nam ſi expedit uni habere aliquam partem, quæ ſit propinqua alii rei ejus, tunc illa pars debet aſſignari ei, & non eſt opus venire ad licitationem, & ita fuit obſervatum in cauſa patris mei cum D. Paulo Piſanello fratre in diviſione domus, commiſſarii D. Joannes Martialis, & D. Ciccus de Leffrido, Magiſter actorum Antonius Manenſius.* Piſanellus.

Sed pro re dotarii, quia non eſt domina proprietatis aget confeſſoria, & ea actione, quæ competit pro uſufructu, de quibus dic, ut per Azo, in ſumma de uſufruc. §. eſt autem uſuſfructus. Et poſſidaat tantum mulier, ſicut in donationibus propter nupt. C. de ſecun. nup. fœminæ, attento tamen utrum ſit tradita, & aliquando poſſedit mulier rem iſtam vel non, vel fuerit donata, ut habeat condictionem ex l. ſi quis argentum. C. de donatio. ſecundum verba conſtituentis dotarium, quæ in rem. ff. de rei vendicat. qui petitorio. Sed ſi eſſet domina, licet debetur ſub die incerto mortis, facit conditionem extara, interim domina eſſet. C. commu. de leg. fin. Sed quid eſt hoc, quod dicit pro facultate feudi. Circa hoc attendendum, quod dotarium in vulgari & communi uſu loquentium appellatur tertiaria, maxime viventibus jure Francorum, & in iſta conſtitutione patet, ſicut eſt quarta jure Longobardorum. In aliis bonis in feudo eſt tertia pars, patet, ſupra in l. ſi aliquis Baro, ubi de tribus feudis dat unum in dotarium, & in hac conſtitutione, quando habet unum feudum, & dimidium, dat in dotarium dimidium feudum, de duobus dabit proportionabiliter ad eandem rationem: nam etſi jure non caveretur, cum caveatur, ut prædicitur, ſtaretur denominationi utentium vocabulis. ff. de flu. & a. l. 1. §. 1. de acquirendo rerum dominio. l. inſulam, in fi. & ſic de uno feudo dabit in pecunia quantum valet tertia pars feudi, hoc eſt dicere, pro facultate, ut ſi feudum totum valet uncias centum, conſtitueret dotarium in pecunia unciarum 33. & tertiæ. Sed nunquid in conſtitutione dotarii ſervabitur id, quod dicitur in donatione propter nuptias, ut videlicet illi conſtituatur, quæ dedit dotem, in quantum dedit, tantum ei conſtituatur, tantumque lucretur, & ſi nihil dedit in dotem, nihil de dotario conſtituatur, & nil lucretur? Videtur quod ſic, ut C. de pactis conventis. l. fin. & in authen. æqualitas, de donationibus ante nuptias, §. conſtante. Licet enim ſpecialiter loquatur hæc conſtitutio, nil exprimendo de dote data, & de pretio lucri. Videtur id debere intelligi, quia non videtur correxiſſe illa jura, quæ tunc tantum tolluntur, quando expreſſim diceret, ut in Authen. quibus modis naturales efficiuntur ſui. §. tribus. Verius dicitur, ut ſimpliciter intelligatur, quia in auth. æqualitas, dicit gloſſa, quod illa per diſſuetudinem tollitur, aut intelligitur quando uterque fuit pactus de lucrando. Imo in corpore, unde ſumitur illa authen. de non elig. ſecundo nuben. §. fin. dicitur, quod ſi nulla dos data ſit, nihil conſequatur, ſcilicet, de donatione propter nup. & non de alio lucro, ſicut eſt donatio propter oſculum, & ſicut eſt dotarium, quod conſtat non eſſe donationem propter nuptias, quia alio nomine nuncupatur. C. de codicil. l. ſi idem per iſtas conſtitutiones, & de mente earum ſeris videtur, quod mulier lucrifaciat dotarium, quando perdit dotem datam in pecunia more Francorum. Unde ſi dedit terram in dotem, quia eam non perdit, non lucra-

luctatur dotariam, ſicut hic dicitur, & io declaratione, ue periturum regni, quam quidam habent pro conſtitutione, ſed oon eſt conſtitutio, & iocipit, ut mulier poſſit babere dorariom ſi luctatur, quando perdis dotem, ergo ſi uullam dedit dotem, non haberet quod perderet: ejus aoim periculo nihil eſt, qui nihil habet. ff. de furt. l. itaque, & qui. cauſ. mejo. denique, & l. ſequen. Sic non lucrabitur dotarium, cum non habeat quid perderet de dote. Sed ſi nun luctatur dotarium, quando non perdit dotem, videtur idem, ut non lucretur dotarium, cum non habeat quid perderes de dote. Cum oullam dedit dotem: hæc paria ſunt quantum ad virum, & heredes viri, nun dare dotem, & datam noo lucrari a viro, & heredibus, quia minus dat, qui nihil dat. ff. de tribu. illud. Item ſi mulier perdit dotem datam in pecunia more Francorum nato filio, & perdit dotem, ergo ſi oullam dedit, uullam perdit, & ſic non lucrabitur dotarium. Hoc hodie eſt aliter per conſtitutionem incliti Regis Caroli II. quæ incipit, Mulier; quæ ſtatuis, ut etiam oulla dote data, vel date utrumque habeat ſoluto matrimoniu morte viri, dotem & dotarium, niſi aliud ſpecialiter in hoc convenerit. Item note, quod non habeos oeceſſe feudatarii conſtituere dotarium, ſed poſſont, ſi velint, & ſic volunt, nec deberut mulieri, ſi non ſit conſtituture. Nam & ſi daretur minus tertia pro dotariu, vales, prout vult, ſicut minus quarta datur jure Longoberdo ut in Lombarda, de his quæ a viro in uxo. dentur. l. 1. Unde ſi diceret vir, conſtituo tibi in dotarium uncias decem, hoc eſt tale prædium meum valens decem, quod tibi aſſigno pro valore decem, & ſi minus valet, non tenetur ſupplere, quia non dixit in dotibus: nam in contractibus quicquid omittitur pro omiſſu debet haberi. ff. de verb. obliga. quicquid, noluit plus dare, quam prædium illud, & ſi nil voluiſſet date, non cogeretur, ut dictum eſt. Et illud prædium, licet dicat plus valere, illud habetur, ac ſi dixiſſet, Arma virumque cano. ff. de verb. oblig. quicquid, niſi conſtaret de mente, quod voluiſſet decem dare pro dotario, & credebat prædium illud tantum valere, ſervabitur tunc id, quod actum eſt. ff. de re. ter. ſemper. Cum in eodem inſtenti dicuntur duo contraria, ultimum valet, ff. de hered. inſtit. l. ſi ita, & ſi ſunt duo, & non ſunt contraria, quorum unum eſt pro dicente, aliud contra, non poteſt unum acceptare, quod eſt pro ſe, & aliud reprobare, quod eſt, ſcilicet contra ſe argu. ff. de re. eo. l. 1. in fi. & l. ſeq.

Additio. *Adde, & quod ſi reperiuntur duo ſtatuta contraria in eo. vol. ſtatum. cui ſtandum eſt? dic quod ſervandum eſt illud, quod eſt juſtius, & æquius, ſecundum Bal. in c. cum olim, de conſue. & eum ſequitur Alex. de Imo. conſ. 58. inci. in præſenti cauſa, in 4. vol. & dicit Bal. in l. hac conſultiſſima, in 1. col. C. qui teſta. fac. poſ. quod ubi reperiuntur duo jura ad invicem contraria, vel duo ſtatuta ad invicem repugnantia, quod illud præfertur, quod eſt magis ſpeciale, & illud, cujus ratio eſt magis favorabilis, cenſetur eſſe magis ſpeciale, & ad materiam, vide per Jo. And. in c. 1. de juream. lib. 6. in Novel.*

Si vero conſtituit dotarium in decem, deinde ſtatim, vel poſt dicit, quod pro illis decem dat tale prædium valens tantundem, hoc eſt dare in ſolutum, pro illis decem, ar. ff. de pig. act. eleganter. C. de ſen. liberam, & tunc ſi mulier non recepit, planum eſt, quia non eſt perfectum contractus dationis in ſolutum, nare debet eſſe placitum duorum conſenſus. ff. de pact. l. 1. §. 1. Vel ſi dicat, recipio pro quanto valet prædium, & non plus, tunc ſi dimittat vir, videtur dimittere pro quanto valet, ea quu non contradixit. ff. de condi. inde. quod quis. Proteſtationes hæ conſervans jus. ff. de neg. geſt. Neſennius, & per ea, quæ notentur 27. diſt. c. 1. in gloſſa. Sed ſi recipit mulier, facit ſibi præjudicium, quia contractus loitus perfectus fuit. Unde datio in ſolutum ſimilis eſt emptioni. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. fi. & tunc ſi eſſet præjudicium ultra dimidium, ageretur ad recipiendum, alias reſcindendum, ſecundum Moder. C. de reſcin. uen. l. rem majoris pretii, quæ habet locum in ſtricti juris judiciis ſecundum Roffr. alias præjudicat ſibi, niſi poſſet ſe per modum reſtitutionis in integrum juvare, & hoc erit in quolibet contractu, diximus de his in tit. de Cap. qui cur. vend. §. ſimiliter. In primo non poſſet mulier reſtitui, quia non eſt læſa, eo quod non tenetur vir conſtituere dotarium, ſed voluntarium eſt ad plus & minus, ſicut vult vir, & uxor, & ſupra dicitur, læſio debet probari. ff. de minor. quod ſi minor. §. teſtamento, de jurejur. l. nam & poſtea. §. ſi minor. Quando communi jure oritur non eſt reſtitutio, quare nec læſio. C. de in integ. reſti. l. fi. Item ſi promiſiſſet primo conſtituere dotarium in plus, & conſtituit in minus, quæſito ſibi jure per promiſſionem talem, ageretur, ut conſtituat in reſiduum, non eſſet reſtitutio, ex quo jure communi tuta eſt. ff. de mi. in cauſæ, niſi recipiendo ſcienter feciſſet ſibi præjudicium, tunc reſtitueretur, & eſſet læſio evidens, ut ſequitur. Item in ſecundo, quando conſtituit dotarium decem, & aſſignavit pro decem prædium valens minus, per receptionem iſtere in ſolutum præjudicat ſibi, ſed reſtitueretur minor, ſicut in quolibet contractu: evidens enim eſt læſio aius, quia debuit aſſignare in ſolutum rem valentem decem, & recipit rem valentem quinque. In omnibus, ubi læditur, reſtituitur minor. ff. de mino. l. ait prætor. §. non ſolum. Mulier major non haberet reſtitutionem jure communi in integrum. In regno habet in judiciis, quando enormiter læditur, ut loquitur conſtitutio, Obſcuritatem. Prædicte locum habent in his, quæ neceſſario non imminent faciende. Nam ſi in venditione dixeris venditor, tale prædium meum, eſt annui reditus unciarum auri ſex: & venditur pro viginti, cum non valeret annuus reditus eius ultra quatuor, niſi alias aſſet empturus emptor, tenebitur quanto plus emiſſet credens valere ſex annua, ſed ſi non eſſet alias empturus, nullus eſſet contractus. ff. de act. emp. Julia. §. ſi venditor. cum concor.

L*icentiam Baronibus.* Quæro, quid ſi miles, aut Baro conſtituit uxori ſuæ dotarium in pecunia, cum non habet feuda in debita quantitate: & deceſſit legitimis heredibus non relictis, qualiter ſubvenitur mulieri petenti dotarium in pecunia conſtitutum? & videtur, quod nullo modo, & nullo jure. Quia pro petendo dotario competit condictio ex iſta conſtitutione, cum non ſit per aliam legem cautum, aut conſtitutionem, quo genere actionis petatur, ut ff. de condi. ex lege. l. unica. & ipſa conditio eſt perſonalis, ut C. de his, quæ ſub mo. l. 1. & Inſtit. de actio. §. ſic itaque. Nam contra iſtum poſſidentem feudum mariti conſtituentis dotarium inſtitui non poteſt: quia fiſcus poſſidet ipſa feuda, tanquam dominus, ad quem reverſa ſunt, ut ad dominum ex morte feudatarii, non tanquam ad heredem, l. vectigali. ff. de pignor. Perſonalis enim actio non ſequitur fundum, ff. ad Trebellia. l. 1. §. ſi heres, ff. de judi. l. fideicommiſſum, §. tractatum, unde iſta ratione non videtur poſſe inſtitui condictio ex lege contra quemcunque alium poſſidentem. Reſpondeo: probabiliter dicimus, ſi mulieri conſtitutum eſt dotarium in pecunia, petet illud a fiſco poſſidente feuda viri conſtituentis dotarium, vel quocunque alio poſſeſſore per hypothecariam actionem: quæ datur uxori tam pro dote, quam pro donatione propter nuptias, in cujus locum dotarium ſuccedit, ut C. de jure dotium, l. ubi. & notatur. C. qui potiores in pignu. habean. l. aſſiduis. Non obſtat, quod non poteſt conſtitui hypothece ſuper feudo: cum talis obligatio ſit legalis, per conſtitutionem iſtam entedictam, argumen. ff. de rebus eorum, l. ſecunde, circa principium. De iſta obligatione legali loquitur C. de legiti. tutela. l. ult. in gloſſa. Bartholomæus de Capua.

Quæro, nunquid domina dotarii petet ſubventionem a vaſallis, in quibus habet dotarium? videtur quod non, quia hæc ſubventio, ſeu adjutorium non poteſt peti, niſi a vaſallis, ſeu hominibus ſuis, ut dicit conſtitutio regni, Quamplurium. Suorum autem appellatione non continentur vaſalli, in quibus tantum habetur uſusfructus: ſicut ſunt vaſalli dotarii, prout non continentur ſervi fructuarii, ut ff. de legatis, & fideicommiſſ. 3. l. ſervos, ſecundo reſponſo. In caſu tamen, quo peteretur ſubventio, ſeu adjutorium a vaſallis dotarii propter ſervitium militare præſtitum, dicu, quod domina dotarii habebit ſubventionem a vaſallis dotarii. Quia cum ſubveniat ratione præſtationis dicti ſervitii, dicta mulier habebit ſubventionem pro ipſo ſervitio, argumen. ff. de uſufruc. legato l. quæro ff. de uſufruc. l. hactenus, & l. ſequenti, hoc enim caſu propter naturalem rationem, & mentem, lex quæ ſtatuit locum, & omnes ſimul collocari, ut in præmiſſis legibus, diſceditur a propria ſignificatio-

De dotariis conſtituendis.

TITULUS XVI.

Soluto matrimonio morte viri, qui feudum in dotario dederit, uxor quæ remanſit domina dotarii, præſtat ſacramentum fidelitatis ei, qui remanſit dominus Baroniæ, ſcilicet, ut aſſecuret eum de vita, & membris, & captura perſonæ, & quod præſtet ſervitium Curiæ ad requiſitionem iſtius domini, ſed filius communis matrimonii non aſſecurat, & ter ſubmonita ſervitium Curiæ non ſolvendo poterit diſſaſiri, injuſta gravamina hominibus dotarii illata a domina per dominum Baroniæ, vel feudi emendare tenetur. Item homines dotarii aſſecurant dominam ſalvo jure domini Comitis, vel Baronis ſimiliter, & dictum Comitem ſeu Baronem ſalvo jure dotarii dominæ. hoc dicit. Lailus de Thuſcia.

REX GULIELMUS.

MUlier (*a*), quæ dotarium habuerit in terra, poſt mortem viri heredem, vel dominum Baroniæ de dotario aſſecurare tenetur, vi-

De dotariis conſtituendis. Rubrica.

(a) M*Ulier quæ.* Hæc conſtitutio, licet verboſa, brevis tamen eſt intentionis, ſcilicet, quod ſoluto matrimonio morte viri, qui feudum in dotario dedit, uxor, quæ remanſit domina dotarii, præſtat ſacramentum fidelitatis ei, qui remanſit dominus Baroniæ, ſcilicet, ut aſſecuret eum de vita, & membris, & capturu perſonæ, & quod præſtet ſervitium Curiæ ad requiſitionem iſtius domini. Item homines dotarii præſtant ſacramentum uxori, ſalvo jure domini Baroniæ, & econtra præſtant ſacramentum domino, ſalvo jure uxoris.

Mulier. Quæ dotarium, jure Francorum dotarium ſuccedit loco quartæ, nam jure Regni quarta debetur uxori ſoluto matrimonio, ex morte tamen viri, & uxore ſuperſtite. Item nec in eo caſu debetur uxori, niſi probetur conſtituta, data, & tradita dos. Et hoc regulariter, licet ex quadam conſuetudine aliud obtineat in quibuſdam partibus Regni. Item dotario conſtituto demum ſoluto matrimonio, ſi mulier eligat habere dotarium, dotem repetere non poterit, & e converſo, ſi eligat reſtitui ſibi dotem, dotarium ſibi petere non poterit, alterutro enim ipſorum debet eſſe contenta, & hoc verum eſt, niſi tempore conſtituti dotarii, hoc eſt tempore contracti matrimonii, quando dotarium conſtitutum fuit, actum & expreſſum fuit inter virum, & uxorem, quod in caſu matrimonii ſoluti utramque haberet. tunc enim & dotem recuperat, & dotarium retinebit. Et hoc jure Francorum. Et hoc eſt verum, ubi dotarium conſiſtit in pecunia. Si vero conſiſtit dotarium prædictum in terra, niſi quoad uſumfructum in vita ſua tantum jure Francorum, ſi dos conſiſtit in pecunia, ſi contingat diſſolvi matrimonium morte viri, liberis ſuperſtitibus, mulier non recuperat dotem in pecunia conſiſtentem. Idem etſi conſtante matrimonio aliqui filii ſuſcepti fuerint, & non ſupervixerint, quia præmortui ſunt adhuc conſtante matrimonio. Nam licet poſtea matrimonium diſſolvatur morte viri, non recuperat dotem, & ſic remanet mulier indotata, quod valde durum eſt. Secus autem ſi dos conſiſtit in ſtabilibus, quia tunc mulier in omnem eventum recuperat, & hæc vera ſunt, quod non recuperat dotem conſiſtentem in mobilibus, ut dictum eſt, in caſu prædicto, quando mulieri conſtitutum fuit dotarium, quia dotarium prædictum ſuccedit loco dotis, & illud tantum retinebit mulier ſub diſtinctione prædicta, videlicet, quia dotarium conſiſtens in pecunia retinebit ſibi, & quoad plenum jus habebit, & poterit inde facere voluntatem ſuam, & tranſmittere ad ſucceſſores. Si vero dotarium prædictum conſiſteret in terra, tunc licet non recuperet dotem, illud tamen dotarium non habebit, niſi in vita ſua tantum, ſcilicet, quoad uſumfructum. Si vero mulieri non fuiſſet aliquod dotarium conſtitutum, nec in terra, nec in pecunia, & ita non poteſt ei conſuli per retentionem dotarii, tunc indiſtincte dotem recuperat, ſuſceptis filiis, vel non ſuſceptis. Et nota, quod quando dotarium conſtituitur, debet conſtitui in die, quo ſponſalia contrahuntur, & ante fores eccleſiæ. Et plus etiam ſervabatur antiquitus, quia Barones conſtituebant dotarium cum quadam ſolemnitate, videlicet loco cujuſdam guadiæ ſeu ſtipulæ conſtituebant per quemdam cultellum cum ferro incurvato circa punctum ad modum putatorii figurative, quaſi diceret, quia homo eſt firmus, & conſtans tamen incurvatur, & flectitur ad ipſum dotarium conſtituendum. Unde ſic debent concipi verba in inſtrumento dotarii, quod talis Baro jure Francorum vivens, in tali die, ante fores eccleſiæ, ubi cum tali ipſo die contraxit matrimonium, conſtituit ſibi tale Caſtrum, vel tale feudum in dotarium, in quo Caſtro, & in quo feudo poteſt conſtitui dotarium ſecundum conſtitutiones, & etiam ſecundum formam, & caſus ſuperius deſcriptos, ut ipſa mulier prædictum dotarium teneat & poſſideat, ſecundum quod aliæ mulieres de Regno viventes jure Francorum tenent & poſſident dotaria ſua. Sed quo jure prædicta mulier petet prædictum dotarium conſtitutum? Reſpondeo, ſi aget contra heredem viri, aget perſonali, ut tradat; vel ſi tradere non vult, vel non poteſt, ad intereſſe. Si vero agat contra tertium poſſeſſorem, agat contra eum rei vendicatione, alias ipſo jure excluſa eſt. Sed cum dotarium ſuccedit loco quartæ, quia non dicimus ſemper acqui-

ANDREAS DE ISERNIA.

tione verborum, ut appellatione ſuorum, hoc caſu vaſalli dotarii intelligantur, argumen. ff. de auro & argento legato, l. pediculis, §. Labeo, & melius, ff. de conditionibus, & demonſtratio. l. Publius, §. circa. In aliis vero caſibus dominus feudi proprietatis habebit dotarium, ſeu ſubventionem a vaſallis dotarii, arg. ff. de leg. 3. l. ſervos autem ſuos. Nam & ſervi fructuarii (in quibus plus habetur, quam in vaſallis) non quærunt nobis niſi ex operibus ſuis, & re noſtra: extra iſtas vero cauſas quæritur domino proprietatis, ut ff. de acquir. ser. domin. l. acquiritur, §. de his, & de uſufruc. l. ſervi fructuarii. Vide cap. regni, Dotarium, & de prog. ſucc. baro. c. 2. Bartholomæus de Capua.

In textu ceterum. Sed nunquid hoc caſu feudum ſit obligatum? dic quod ſic, ut ff. de bon. poſſ. contra tab. l. fi. & de ali. & cib. leg. l. Lucius. Bartholomæus de Capua.

In textu, ſi unum. Sed an eo caſu quo Baro habet unum feudum tantum, & conſtituit uxori ſuæ dotarium in pecunia, ſit ipſum feudum obligatum? Reſpondeo, ſic, ut tam pro dote, quam pro donatione propter nuptias bona ſint obligata tacite, ut C. de rei uxor. actio. l. 1. & de donatio. ante nuptias, l. ſi conſtante, & not. C. de jure dot. l. ubi. Sed illa bona quæ regulariter alienari, vel obligari non poſſunt, obligantur tacite obligatione legali, ut notatur, ff. de pact. l. & quia, & de rebus corum. Ergo hic videtur idem, quod pro dotario, quod æquiparatur dictæ donationi, dictum feudum ſit per legem tacite obligatum. Petrus de Monteforte.

De dotariis conſtituendis. Rubrica.

M*Ulier quæ dotarium.* Non eſt domina † proprietatis, patet in fine hujus legis: ibi, ſalvo jure domi-

Digitized by Google

videlicet de vita, membris, & captura corporis ſui, & quod non quærat artem, vel ingenium: qualiter prædictum dotarium de Baronia, vel Comitatu ſubtrahatur, ſalvo per omnia

acquiſitum dominium dotarii mulieri, ſicut in quarta etiam ſine poſſeſſione, quia conſtituendo quartam omnium bonorum, jam contracta eſt inter eos ſocietas omnium bonorum: ſunt enim ſocii divinæ & humanæ domus, & ſic ſine poſſeſſione & traditione facta eſt communicatio, & translatio dominii prædictorum bonorum in eos, mulieri ſcilicet, pro quarta, & viro pro tribus partibus, ut ff. pro ſocio, l. 1. & ff. de bo. liber. l. 1. & ff. re. amo. l. 1. Nam in quarta eo ipſo acquiſitum dominium eſt mulieri, quod ſibi a viro eſt conſtituta, data, & tradita per verba prædicta. Nam dare eſt accipientis facere, etiam ſine poſſeſſione cum miniſterio viri adepta ſit poſſeſſionem, ut ff. de acquiren. poſſeſſ. l. quod meo, & ff. qui. mod. uſusfruct. amit. l. ſi mulieri. Imo illa ratio eſt, quare quartæ dominium acquiritur mulieri etiam ſine aliqua poſſeſſione, quia ſecundum ritum Lombardum in ſequenti die nuptiarum debet ire vir ad uxorem ante parentes & amicos, & cum ſcripto hoc inſtrumento de morgincab exinde confecto, & dicere uxori, per hoc ſcriptum morgincab inveſtio te de quarta omnium bonorum meorum, & ſic per conſequens translatum eſt in eam quartæ dominium ſine aliqua poſſeſſione per traditionem illius ſcripti, ſicut facta traditione inſtrumentorum emptionalium ſervorum, ipſi etiam ſervi videntur traditi, ut C. de donatio. l. prima. Sed nunquid hodie ſufficit ſi appareat aliquod inſtrumentum ſimpliciter confectum de conſtitutione, datione, & traditione quartæ, licet non ſit in eo comprehenſa ſolemnitas quod in ſequenti die præſcriptum morgincab ſibi ſit traditum, & exinde inveſtita? Reſpondeo, ſic, quaſi præſumantur omnia ſolemniter acta: ſic etiam in dotario, ex quo etiam apparet inſtrumentum confectum de dotario, licet ſit illa ſolemnitas omiſſa, quod ante fores eccleſiæ ſit conſtitutum, ſufficit ex quo habeantur aliæ ſolemnitates, quæ exiguntur in matrimonio. Sed quid ſi non invenitur traditio, tunc mulier habet rei vendicationem utilem, & non directam, ſicut diximus in donatione propter nuptias, ut notatur in ſumma Azo. de donatio. ante nupt. §. petitur. Nam dotarium, & quarta parificantur donationi prædictæ, ut mulier poſſit habere dotarium, ſeu tertiariam in terra feudali ei conſtitutum. Olim jure conſtitutionum regni oportebat primo, quod maritus conſtituens dotarium haberet feudum, & dimidium: aliàs enim in terra dotarium conſtituere non poterat, & iſtud non eſt innovatum. Item neceſſarius erat conſenſus domini generalis in matrimonio contrahendo, ut poſſet feudum in dotem dari, vel pro dote obligari, vel dotarium in feudo conſtitui, aliàs conventiones omnes ſuper his habitæ nullas vires habebant. Hodie autem per conſtitutionem novam † domini Regis non ſufficit conſenſus generalis ſuper matrimonio; ſed requiritur ſpecialis, & expreſſus conſenſus domini generalis in feudo dando in dotem, vel obligando pro dote, vel conſtituendo dotario in eo.

† Additio. *Incipit ad Majeſtatis. Et licet Andreas dicat, quod non reperiatur, ego tamen habeo, quam exemplavi ab antiquo regiſtro*. De Bottis.

Sciendum tamen eſt, quod ubi mulier dedit certam rem feudalem in dotem, & eſt dotarium conſtitutum in terra, præmortuo viro ſuo, non poteſt in terra habere dotarium, & eſt ſatis aperta ratio, & magna æquitas, quare hoc contingat, quia ſive maritus habeat ex muliere filios, ſive nullos ſuſceperit, mortua muliere maritus nil ex dote lucratur, ſed ea ad heredes mulieris revertitur. Unde non juſtum eſt in iſto caſu, quod mulier aliquid de dotario ſibi conſtituto in terra, præmortuo viro, lucretur, niſi ei fuerit in pecunia vel in mobilibus conſtitutum, vel ei a ſuo viro in quantitate relictum. In his enim caſibus cum maritus uſus fuerit tempore conſtantis matrimonii vita mulieris, quæ fuit in ſervitio ſuo & ſubſtantia ſua, & fructus ſuſceperit de bonis feudalibus, ſtabilibus mulieris in dotem datis, licet ceſſerint oneri matrimonii, & ex his aliquid lucri ſenſerit: & maritus ipſam dotem omnino habere voluerit: non eſt iniquum, ut mulier in iſto caſu dotarium in pecunia conſiſtens, vel mobilibus, aut ſe moventibus, conſequatur. Ubi vero mulier dedit dotem in pecunia, vel mobilibus conſiſtentem, hic maritus per nativitatem filiorum lucrifacit dotem, & mulier amittit eam, ſive præmoriatur viro, ſive ſupervixerit, & præciſe petit dotarium, ſive in pecunia, vel in mobilibus, ſive in terra ei fuerit legitime conſtitutum: & iſto caſu non poteſt utrumque habere, ſcilicet, dotem & dotarium: niſi maritus, qui dotem lucratus fuerit per nativitatem filiorum, ipſam ſibi in teſtamento, vel ultima voluntate legaverit, & tunc mulier habebit eam, non tanquam dotem, ſed jure relicti: & hæc quæ dicta ſunt, locum habent in ſuis caſibus, referendo ſingula ſingulis. Sed ſi dos partim in ſtabilibus, partim in mobilibus, conſiſtet: & ut dotarium partim in ſtabilibus feudalibus, partim in mobilibus fuerit conſtitutum: Illud certum eſt, quod ubi mulier nullum ſuſceperit ex matrimonio filium, & præmoritur ei maritus ſine diſtinctione aliqua, in quo conſiſtit dos, vel in quo fuerit ei dotarium conſtitutum, habet optionem, ſi velit repetere dotem, an conſequi dotarium: ut tamen ſi etiam dotarium habere eligat, poſſit habere etiam mobilia dotis, præter pecunias, quæ de dote ſuperſunt. Et hæc omnia locum habent ſecundum conſuetudinem nobilium jure Francorum in Regno viventium: et ſiquidem dotarium fuerit mulieri conſtitutum in terra, mortua ea revertitur ad baroniam, vel ad feudum, a quibus proceſſit. Si vero conſiſtat in pecunia, vel mobilibus, lucratur dotarium: verumtamen neceſſe habet mulier dotarium filiis illius matrimonii ſervare, ſicut pater dotem, quam lucratus eſt occaſione nativitatis filiorum: et ſi ulterius non nupſerit mulier, vel maritus ad alias nuptias non convolaverit, vocatur in loco dotis, vel dotarii in virilem portionem cum filiis ejuſdem matrimonii. Si vero ad aliud matrimonium tranſiverint, amittant proprietatem, etiam in virili: & habebunt ſolum uſumfructum.

ANDREAS DE ISERNIA.

domini Comitis, vel Baronis: ſed uſufructuaria in vita ſua, & aſſecuratur ab hoſtibus. In donatione propter nuptias eſt proprietaria, & habet heredes filios, & ingratos exheredat. C. de ſecundis nuptiis, l. fina. & l. fœminæ. Sed in dotario tenetur aſſecurare dominum Baroniæ, plus tamen juris in aliquibus habet, quam uſufructuarius, non tamen tantum, quantum vere proprietarius, quia in eo æquiparatur quarta juris Longobardi, ut diximus in tit. qualiter olim feu. poterat alien.

† Additio. *Vide Luc. de Penna in l. 1. C. quando, & quibus quar. pars lib. 10. ubi quærit, an ſi hæc mulier moriatur ante finem anni, tranſmittat perceptionem fructuum totius anni ad heredem, cum dominus poſſit ponere cuſtodes in caſtro illo, vide ibi*. De Bottis.

Dotarium & tertiaria. Id eſt, de tertiaria fit mentio in titu. de inveſtitura de re. alien. in fine. In quarta mulier eſt domina, ſecundum Carol. quia dedit ei vir, & dare eſt accipientis facere, ff. de verb. obl. ubi autem, in fine, ſicut dat tertiam in feudis, & ſicut quarta revertitur ad filios illius matrimonii. C. de ſecun. nup. fœminæ, ſic & dotarium ſeu tertiaria ad feudum ſeu Baroniam, ut hic dicitur. Habet ergo mulier in tertiaria ſeu dotario illud utile dominium, quod habebat, qui dotarium conſtituebat, ſicut quando daret in feudum, tunc nihil remanet in feudo apud illum, ſed effectus ſeu exercitium illius utilis domini, dictum eſt in ti. de cap. Corra. §. præterea, tanto plus, quanto per has conſtitutiones conſtituitur, licet non teneat in feudum, aliàs detur in feudum a feudatariis,

ma mandato ſuperioria domini. (*a*) Filios tamen communis matrimonii mulier aſſecurare non tenetur. Ad ſubmonitionem præterea domini Baroniæ, domina, quæ dotarium tenet, tantum ſervitium curiæ tenetur præſtare. Quod ſi non præſtiterit, ter ſubmonita per dominum poterit diſſaſiri. Injuſta etiam gravamina hominibus dotarii illata, domina per dominum Baroniæ, vel feudi emendare tenetur. Homines dotarii debent aſſecurare dominam, ſalvo jure per

(*a*) *Filias*. Nedum dominus, ut hic: ſed etiam erubuit lex caſtigatores fieri filios genitorum, ut in

ANDREAS DE ISERNIA.

Hodie de jure iſtarum conſtitutionum dixi, ſupra de feudis, & re. feud. non alien. l. conſtitutionem. Transfert ergo jus ſuum dando in dotarium, donec mulier vivit, retentis ſibi his, quæ dicit hæc conſtitutio. Et quod dicit in fine, ſalvo jure dominii Comitis vel Baronis futuri, quia muliere vivente non habet, niſi quod hæc lex ſibi reſervat, quod quidem jus dominii directi, vel utilis apud duos in ſolidum eſſe non poteſt. Nam directum eſt Regis, ut dixi in d. §. præterea, & ſic habet plus juris, quam uſufructuarius. An ergo mulier, quæ dotarium habet in jure patronatus eccleſiarum præſentabit ipſa, vel dominus Baroniæ? Reſpondeo, mulier: nam & fructuaria eſt in præſentatione, quia ſi deveniret ad paupertatem, deberet ali de bonis eccleſiæ ſecundum Canones. Item fructuaria eſt eo ipſo quod præſentat quem vult, argumen. ff. de uſufruc. & habit. l. fin. maxime cum teneatur ſibi ad antidora ille, quem præſentat. ff. de petit. hered. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. Item quia ipſa facit ſervitium, cum fructus † percipiat. ipſa habet etiam ſubventionem a vaſallis terræ dotarii, quæ datur facientibus ſervitium, ff. de uſufructu leg. l. quæro. ff. de uſufruc. l. hactenus, hæc dicentur plenius in conſtitutione, quamplurium. Et excadentias ergo ipſa locabit.

† Additio. *Qui percipit fructus, tenetur ad ſervitium & qui facit ſervitium, poteſt adjutorium petere, nota quod ſi mulier locat excadentias, num ſibi præjudicet, vide Parid. de reinteg. feud. c. & in quantum, ubi loquitur de feudatario concedente excadentias, & per ibi dicta poteſt decidi quæſtio, ſi tenens feudum cum pacto de retrovendendo concedit excadentias, ſi facta retrovenditione reſolvatur conceſſio, dicerem quod non.* Jacobus Anellus de Bottis.

Sed nunquid locationes & præſentationes durabunt uſquedum ipſa mulier vivit, an perpetuo? Videtur quod dum ipſa vivit tantum: quia ſi uſufructuarius dat uſumfructum: iſte, cui datur, habet in vita dantis tantum, ff. de periculo & commodo rei venditæ. l. quod ſi pendente, in fi. de novationibus. l. 4. ff. de jure dotium, aliar, de pact. dotalibus. l. uſufructus. Præterea mulier in vita ſua tantum haberet: ergo tantum ille, cui locat: quia non poteſt dare plus quam ipſa habet. ff. de acquir. rer. dom. l. traditio. Et quod dicitur de præſide interdicente, & damnante, argu. ff. de pœnis. l. fi. in prin. Econtra videtur, quod perpetuo. ff. ſoluto matrim. l. filio. §. ult. & quia redhibito ſervo pignori dato non perit pignus. ff. de ædilitio edicto. l. bove. §. pignus, & quibus modis pignus vel hypot. ſol. l. debitore. Dic quod eſt uſufructuaria: tamen locationes deſinunt finito uſufructu. ff. loca. l. ſi quis domum. §. 1. ſed quia habet bonorum adminiſtrationem in dotario, & plus juris quam uſufructuarius, ut dictum eſt. Habet enim fructus: & fructus eſt, quod poſſit locare, & facta per eam revocari non debet, poſtquam dotarium deſinit: argum. ff. de ſentent. paſ. l. fi. & de ſatiſd. l. 1. poſito exemplo, ſcilicet, quod ſi vir locat, mulier facto divortio, tenetur ſervare locationem viri, dicta l. ſi filio, in fi. aliar poteſt novus dominus colonum expellere. C. loca. emptorem. Item ponitur in gloſſa quoddam notabile, quod incipit, ut mulier poſſit habere dotarium, † quæ non eſt lex, ſeu conſtitutio, ſed determinationes peritorum regni, magna pars eorum tollitur per conſtitutionem incliti Caroli II. quæ incipit, mulier, & l. ſequen. nam mulier habet utrumque, dotem ſcilicet, & dotarium: & etiam ſi nullam dotem dedit, habet dotarium & conſtitutum ſine Regis aſſenſu: nam ſolvitur relevium de dotario: diximus in conſtitutione, Poſt mortem.

† Additio. *Vide Camerarium in repet. l. imperialem, in prin. fol. 85. ubi facit mentionem de hac littera Andreæ.* De Bottis.

M*Ulier quæ dotarium*. Sed nunquid mulier, quæ habet dotarium, vel alius feudatarius, offeret iſtam aſſecurationem, ſeu ſacramentum fidelitatis domino feudi? vel dominus feudi requirit, & interpellabit pro aſſecuratione, & ſacramento præſtatis? ut in uſibus feud. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. c. 1. & 2. tamen infra ſpatium eſt requirendus & interpellandus vaſallus ad faciendum ſacramentum, ſeu aſſecurationem pro fidelitate, poſtquam eſt inveſtitus, ut notatur in d. c. 1. in gloſſa, quæ incipit, ſed quod erit tempus, & ad hoc facit prædicta ratio conſtitutionis regni, quæ ſtatuit, quod ſi vaſallus ſervitium, quod domino debet, ter ſubmonitus non præſtiterit domino, dominus poteſt de eo quod tenet ab eo per reſguardum diſſaſire, ut in conſtitutione regni, de fidejuſ. do. a vaſal. l. 1. Patet igitur, quod majus commodum eſt reipublicæ & totius comitatus, quod præſtentur ſervitia militaria per feudatarios dominis ſuis, aſſecuratio ſeu ſacramentum fidelitatis, argumentum bonum C. locati, l. militis. Et tamen pro ſervitiis militaribus exhibendis dominis neceſſaria eſt etiam requiſitio, & interpellatio, ut d. tex. ergo prius erit requirendus, & interpellandus vaſallus pro ſacramento aſſecurationis, ſeu fidelitatis. In quantum autem temporis ſpatium ſit requirendus vaſallus, ſeu interpellandus ad præſtandam ipſam aſſecurationem, ſeu ſacramentum fidelitatis? dic ſicut habetur in uſibus feudorum, in d. cap. quæ fuit prima cau. benefi. amit. Sed iſta non videntur procedere ſecundum regiam conſtitutionem: quia Baro non poteſt recipere ſacramentum aſſecurationis a vaſallo ſine licentia regis: ut ſupra de ſucceſſ. in feud. in conſtitutione, quæ incipit, Comite vel Barone, &c. Sic ergo inquiſitio & juſſus hujuſmodi aſſecurationis videtur probabiliter dicendum, quod infra annum numerandum a morte Comitis vel Baronis: ut ſupra probatum eſt in fine regalis curiæ, etiam in mora forſitan non concedendi aſſecurationem prædictam, argumentum bonum in Authen. de appel. & infra quæ tempora. §. illud. Bartholomæus de Capua.

In textu, ibi, per dominum poterit diſſaſiri. Sed qualiter hæc injuſta gravamina emendare tenetur domina dotarii per dominum Baronem, nunquid coram eo, ſicut coram judice, vel per eum, id eſt, ipſo inſtante & requirente? Et primo videtur, quod debeant emendari coram ipſo domino cognoſcente, & judicante. Hoc ſonare videtur verbum hoc, per dominum Baroniæ: Sicut dicitur peti per judicem illud, quod auctoritate judiciaria poſtulatur, ut ff. ſi cer. pet. l. vinum, quod mutuum, circa princ. & ff. quod met. cau. l. extat. ibi, jus eſt, & tunc quoties id, quod deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit, id eſt, auctoritate judicis. Econtra videtur, quod non coram domino Baroniæ, ſed ipſo poſtulante, requirente, & aſſiſtente ſi voluerit, & ſua putaverit intereſſe, debeant iſta gravamina emendari coram judice competenti, qui eſt Juſtitiarius regionis. Conſtat quod iſte Juſtitiarius eſt judex nobilium & militarium perſonarum, ut ſupra de ſer. jud. Com. & Baro. l. ut univerſis, & notatur in apparatu communi conſtitutionis, de offic. camer. l. 1. Ergo coram eodem Juſtitiario agetur, & tractabitur cauſa de ipſis gravaminibus emen-

Digitized by Google

per omnia dominii Comitis, vel Baronis. Similiter & Comitem, ſeu Baronem aſſecurare tenentur, ſalvo jure dotarii dominæ ſupradictæ.

De

In corpore Aothen. collat. 4. de nuptiis, §. ſancitum eſt.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

emendandis: arg. in Autb. de mand. Princip. §. ſic quoque 3. collat. ibi, ſi vero cum te noo adierit, &c. Circa quod videtur probabiliter dicendum, quod idem Juſtitiarius ſit judex ad emendanda jam dicta gravamina, unde alius non videtur adeundus: argumento bono, de his quæ in teſta. del. l. proxime. §. ſed in re dubia. ibi, vos babetis judices veſtros. Si vero dicta gravamina tranſeunt in ſpeciale nomen maleficii, dominos Baroniæ de illis cognoſcere non poſſet: quia noo habet juriſdictionem ſuper maleficio tanquam privatus, quin cognoſcere non poteſt, immo puniretur graviter, ut ff. ad leg. Jul. repetund. l. Julia repetur. 17. q. 3. cap. quiſquis, & argum. ff. de offi. præſid. l. 3. Super aliis vero gravaminibus, quæ non ſapiunt crimen, non poſſet cognoſcere dominus Baroniæ: quia eadem cognitio pertinet ad Juſtitiarium regionis. Et rationabiliter poteſt dici, quod cum præſens conſtitutio, mulier, quæ fuit Gulielmi ſecundi, tollantur per dictam conſtitutionem Friderici, de ſerv. jud. Com. & Baro. tanquam ad hoc per poſteriorum, reſtat, quod ipſe dominus Baroniæ, ſolum poteſt ſe interponere ad remittenda gravamina, petendo, requirendo, & aſſiſtendo, etiamſi vaſalli gravati hoc negligant, vel omittant: quia ipſius domini intereſt ratione proprietatis. Sed inſtatur adhuc ſolertius, & videtur quod dominus Baroniæ ſit judex, & cognitor gravaminum, quæ inferuntur vaſallis per dominum Baroniæ dotarii. Dicit enim hæc conſtitutio, quod mulier, quæ habet dotarium, tenetur Dominum Baroniæ de dotario ipſo aſſecurare ſcilicet, de vita, membris, & captura corporis ſui, & quod non quærat artem, vel ingenium, qualiter prædictum dotarium de Baronia, vel comitatu ſubtrahatur, per quod videtur vaſalla domini Baroniæ: unde ſub eo convenienda eſt pro dictis gravaminibus emendandis, quia dominus eſt ordinarius inter vaſallos ſuos: ut extra de foro compet. cap. verum, & in libro Feudorum, de prohi. feu. alien. per Fredericum, cap. Imperialem. §. præterea. Sed hoc non obſtat: quia dictum ſacramentum, quod præſtat mulier domina dotarii, non eſt ſacramentum aſſecurationis, ſeu vaſallagii: ſed eſt quædam aſſecuratio mentis: & propterea non aſſecurat, niſi in tribus capitulis, ſcilicet, de vita, membris, & captura corporis ſui, & quod non quærat artem, &c. ut ſupra dictum eſt. Et hæc approbantur in uſibus Feudorum, qualiter vaſallus jurare debeat. cap. 1. §. ſi vero. At vaſallus jurat, & aſſecurat in ſex vel ſeptem caſibus, ut c. 1. & 2. de dom. a vaſal. Præterea domina dotarii præſtat ſervitium regiæ curiæ, & non domino Baroniæ, ut dicit hæc conſtitutio. Et ſic nec ratione rei, nec ratione vaſallagii, ipſa domina dotarii ſubeſt domino, ſed tantum ratione tenutæ, quam habet de re, in qua dominus habet proprietatem, ſicut probatur 16. q. 2. cap. poſſeſſio territorii. Præterea hæc conſtitutio dicit, quod ad ſubmonitionem domini Baroniæ, domina, quæ dotarium tenet, ſervitium curiæ præſtare tenetur, quod ſi non præſtiterit ter ſubmonita per dominum Baroniæ poterit diſſaſiri: ſed revera ſecundum ſanum, & communem intellectum intelligitur, id eſt, poteſt facere diſſaſiri, ſicut exponitur ſupra mand. ſi te condemnavero, id eſt, recommendari fecero, ut ff. de his qui notantur infamia. l. furti. §. mandati, & ff. de adminiſtr. tut. l. 2. quæ incipit, ſi tutor condemnatus, & ſic etiam exponitur C. de ſuſpectis tutoribus. l. pietatis. Et hoc ſervat communis & univerſalis conſuetudo in Regno Siciliæ, ut ſcilicet, gravamina vaſallorum dotarii tollantur, & emendentur per Juſtitiarios regionum, vel alium judicem a Regia curia delegatum: & ſic vidimus ſemper ſervari de facto: & dum quondam bonæ memoriæ dominus Petrus Natus, claræ memoriæ domini Regis Caroli II. Comes Ebuli, in qua dicebantur illata per dominam Margaritam uxorem quondam domini Petri de villa Peruteia vaſallis poſitis in Caſtro Materæ, cujus proprietas erat domini Comitis Ebuli, quod prædicta domina Margarita tenebat pro dotario ſibi conſtitum a quondam domino Girardo de Duratio anteriore viro ſuo, tollere vellet, & emendare per ſe, & officiales ſuos, nihil a Regia curia obtinere potuit, & habere; niſi quod ſcriptum fuit per litteras Regias, quæ in regiſtris curiæ ſunt inventæ, Juſtitiario Baſilicatæ, ubi poſita eſt dicta terra, ut dicta gravamina faceret emendare: & ſi eidem Juſtitiario videretur expediens, compelleret prædictam dominam Margaritam ad cavendum, ut uteretur jam dicto dotario, arbitrio boni viri. Non ſunt ergo mutanda, quæ certam ſemper habuerunt interpretationem, ut ff. de legi. l. minime. Bartholomæus de Capua.

Pro iſta conſtitutione, quæ loquitur in dotariis, vide c. 2. quod incipit, mulier dotarium, quod eſt Caroli ſecundi, de dotariis.

In gloſſa 2. circa principium. Nota gloſſam notabilem, quod quarta debetur uxori, mortuo viro, & uxore ſuperſtite: unde innuit quod uxor non poteſt diſponere de quarta dum eſt in ultimis conſtituta vivo marito. Hoc etiam teneo per iſtam gloſſam, & ſemel quidam judex, qui judicavit contra, petiit a me. Item nota ex ea, quod nunquam præſumitur quarta conſtituta, niſi probetur conſtituta. Idem tenet gloſſa in authen. dos data. C. de dona. ante nup. Petrus de Monteforte.

Ibi eſt proprietaria. Scilicet, ſi non habet liberos, alias habet uſumfructum tantum, ſi tamen abſtinet a ſecundis nuptiis, lucratur proprietatem pro numero liberorum, ut in Authen. ut fratrum filii. §. quia vero, colla. 9. & C. de ſec. nupt. auth. ſi tamen. Et concordat cum c. Regis Caroli ſecundi, quod incipit, mulier dotarium.

Ibi, plus juris in aliquibus habet quam uſumfructum. Sed certe non video quid ſit iſtud plus juris.

Ibi, item fructus eo ipſo. Item quia fructus juris patronatus eſt præſentare, ut Inno. notat in cap. conſolationibus, de jure patr. & ad hoc quod notatur per Innoc. & Hoſt. in cap. in litteris, de reſt. ſpol. & de jure pat. cap. ex litteris.

Ibi, l. ſi quis domum. Hoc eſt verum, ſi ipſam rem, ſeu feudum locaſſet, ſed ſi locaſſet excadentias, non finitur: quia fructus eſt locare excadentias, ſicut fructus juris patronatus eſt præſentare. Pet. de Montef.

In gloſſa, jure Francorum. Nota, & dic, quod tota iſta gloſſa cum omnibus ſuis ſupervacuis verbis quaſi vacat per c. Regni, mulier dotarium, ubi lucratur dotem, & dotarium, dote data, liberis exiſtentibus, vel non exiſtentibus, ſive in terra, ſive in pecunia. Bartholomæus de Capua.

In eadem gloſſa prope finem, ibi, pro dote. Sed conſtitutio nova domini Caroli declarat, quod non eſt neceſſarius aſſenſus Regis, ut in c. dotarium in terra feudali. Bartholomæus de Capua.

De fratribus obligantibus partem feudi pro dotibus ſororum.

TITULUS XVII.

Si Baro habeat ſororem ad maritandam, & habet plura feuda, det unum in dotem: aliàs ſi habet unum, obliget partem feudi pro dote conventa in pecunia, dum tamen, quod matrimonium fiat de ſpeciali conſcientia Principis, ſine cujus ſcientia factæ omnes conventiones ſunt nullæ. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† REX GULIELMUS.

† *Alias, Iam.*

FRatribus (*a*) * ob dotes ſororum ſuarum, ſi mobilia, vel hereditagia non habeant ſororibus ſuis partem feudi permittimus obligare: & ſi etiam tria feuda, aut plura habeant, unum ex eis in dotem (*b*) ſorori dare poſſunt. Ut tamen in omnibus ſupradictis, quando feudum

---

De fratribus obligantibus partem feudi, &c. Rubrica.

(a) FRatribus. In ſuperiori conſtitutione ponuntur caſus, quando liceat alienare feudum pro dotario, hic dicitur, quando pro dote, & huic ſimiliter concordat lex illa, quæ intelligitur cum determinatione, ut ſi habeat ſororem ad maritandam, & habeat plura feuda, det unum in dotem: vel ſi habeat unum, obliget partem feudi pro dote, ſcilicet, in pecunia numerata conventa, argumentum ſupra proxima conſtitutione, ut matrimonium iſtud fiat de voluntate filii.

Fratribus ob dotes. Nota, quod licet generaliter ſit prohibita feudi obligatio, & alienatio, ut ſupra de juribus rerum rega. l. ſcire volumus, & de revocatione feu. l. 1. & 2. tamen in caſu ſpeciali permittitur, videlicet, propter dotem & dotarium, ut hic, & ſupra de do. ſta. l. ſi aliquis, & l. licentiam, & argumentum bonum ad hanc ſpecialitatem in Authen. de exhiben. & introdu. reis. §. optimum quoque eſt. Nam hoc favore dotis defenditur, ut ff. famil. erciſc. l. Pomponius Philadelphus. Et quod regulariter etiam ſit prohibita obligatio pignoris in feudo, patet: quia quando alienatio prohibetur a lege, & pignoris obligatio, ut C. de re. alie. non alie. l. fin. & ad idem ff. quæ res pig. obli. poſ. l. eam rem. licet ſit argumentum contra. ff. de pig. in quorum finibus ſimiliter per legem Frederici I. Imperialem decet, &c. expreſſe prohibetur feudum obligari, ut notatur ff. de pig. l. lex vectigal. in ult. glo.

* ADDITIONES. *Quid in patre? a fortiori ſtatuit idem Rex Robertus per litteras directas Martia de Jeſualde, ut habeo litteras extractas ab archivo in conſt. ad poenam, iſtæ litteræ fuerunt Caroli II. in perſonam Martiæ, quando maritavit filiam ſuam Landulpho de Crypta, & iſte Landulphus fuit de domo Aquino Domino Crypta Minardæ, & obligavit caſtrum Rocella, quod hodie vocatur la Rocchetta, quod per Ladislaum de Aquino proditum fuit tempore invaſionis Lutrech, & conceſſum Domino de Baucis, & iſtæ litteræ fuerunt incorporatæ per Carolum Ducem Calabriæ, nepotem Caroli II. filium Roberti, quando expedivit ſimiles litteras pro Rogerio Salvatico, quando maritavit Blancam Florem filiam ſuam Pandulpho Padula, & obligavit caſale Alphano, quod immediate a Curia tenebat in feudum ſub ſervitio feudali medii militis ſub dat. per Barthol. de Capua 1311. 17. Septemb. 6. indict. & eſt in d. regiſtro, c. 133. c. 135. Et miror, quod Dom. Anton. de Alexandro, vir doctus & practicus, non fuerit recordatus de hoc, in conſ. 52. in ult. dub. inter conſ. Loffr. dum per rationes expreſſas in iſtis declarationes, tenet idem in patre, & an ſi non erat ætatis nubilis, & ſic pro futuro matrimonio, in regiſtro Regis Roberti, quod tenet Dominus Antonius Baratucius, fiſci advocatus, eſt declaratio tenoris, videlicet, Robertus, &c. Nobili viro Thomaſio de S. Severino Comiti Marſici, dilecto Conſiliario, & fideli ſuo, &c. ſuper duobus dubiis emergentibus tibi nuper regiam Curiam conſuluiſti. Primum quidem, quantum pro relevio Comiti, vel Baroni a ſuo feudatario debeatur. Secundum, ad quid mulier, quæ habet dotarium domino, a quo illud obtinet, ſit adſtricta, ad quæ datur ſibi ſuccincta, & aperta reſponſio, quod relevium medietatem fructuum unius anni feudi continet, ſive illud præſtandum ſit erga Curiæ, ſive Comiti, vel Baroni: mulier autem tenens dotarium dominum feudi, a quo ipſum habet, aſſecurare tenetur, dummodo filius communis matrimonii non exiſtat, & ſi ſit nepos ex filio, idem ſane debet intelligi intellectu, injuſta etiam gravamina hominibus dotarii illata per ipſum ſunt per dominum feudi corrigenda, feudale quoque ſervitium cum debet de jure præſtari, eſt per ipſum dominum feudi injungendum, quod ſi mulier ter ſubmonita illud non præſtiterit, per eundem dominum feudi poterit per exguarationem diſſaſiri, ut ajunt, circa hujuſmodi, omnis tibi tollimur dubietas, quæ poſſit de facili circa prædictæ quæſtionis dubium emergere oriri. Subjungimus tibi, quod vaſalli in littera dotarii aſſiſtentes cum mulieri habenti dotarium injungitur ſervitium militare ad congruam ſubventionem, tenentur illius rationis cenſura, quæ onus dicti ſervitii ad ipſam mulierem noſcitur pertinere, in his autem quatuor caſibus, videlicet pro redimenda perſona, emenda terra, una vice tantum in vita Comitis, vel Baronis, pro militia filii, & filia maritanda, quod vaſalli dotarii non mulieri habenti dotarium, ſed domino proprietatis, a quo ipſum tenetur, dotarium adſtringatur. Datum, &c. eſt in ca. 99. car. 49. In eodem regiſtro, car. 158. eſt proviſio, quod uxor poſt mortem viri ponatur in poſſeſſionem dotarii conſtituti ſuper bonis feudalibus, & ſubduntur hæc verba: & deinde recepto prius ab hominibus, & vaſallis bonorum hujuſmodi dotarii, ſive tertiaria pro Reverendo Domino genitore noſtro, & nobis fidelitatis debitæ juramento ac ſubſequenter juramento præſtito per d. Dominam Margaritam aſſecurationis debitæ domini bonorum feudalium prædictorum, faciatis eidem D. Margaritæ, ſeu ejus nuntio per eandem ab hominibus ipſis, juxta uſum dicti regni aſſecurationis debitæ ſacramenta præſtari, ſibique intendi, & reſpondere de omnibus, in quibus tenentur, & debent fidelitate regia, & noſtra, regiiſque aliis & cujuslibet alterius juribus ſemper ſalvis, &c. Et in ca. 182. eſt alia littera, quod mulier tenens dotarium aſſecuret proprietarium ſalvo jure dotarii, & ſervitio regiæ Curiæ debito, car. 83.* Piſanellus.

Vide D. Frecc. fol. 113. nu. 41. quod ſi extet ſtatutum, quod vir lucretur dotem, an habeat locum in feudis datis in dotem, vide Jaſ. in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinit. & Hippolyt. in l. fi. nu. 70. 71. de juriſdict. om. jud. Alex. conſ. 28. in fi. lib. 5.

(b) *Sorori ſuæ.* Forte ex eodem patre natæ: nam ex

ANDREAS DE ISERNIA.

De fratribus obligantibus partem feudi, &c. Rubrica.

FRatribus. Hic ponit de dote danda: & quod dicit de ſpeciali licentia, non habet locum in dotario, ut ſupra proxime dictum: ſed in dote ſatis mitigatum eſt per c. In planitie S. Martini, per quod poteſt nobilis maritari, ſi non det feudum in dotem: ſed ſi eſſet in paraphernо, non erit pœna aliqua, quia capitulum illud eſt multum introductum in relevamen hominum Regni, ut dicit proœmium illorum capitulorum: nec eſt locus conjecturis dandi alium intellectum in eo, quod littera plane dicit. ff. de le. 3. ille. §. 1. Utrum hodie intelligentur feuda pro dote expreſſe, vel tacite, cum ſit neceſſarius conſenſus Regis per prædictum capitulum? Satis latè diximus in conſtitutione, Imperialem. §. 1. Dic ut ibi plene dictum eſt. De jure feudorum ſi mulier aliud non haberet in dotem, feudum daret ſine conſenſu domini, ut in ti. quali. olim pot. feu. alie. §. donare, & hoc Frede. Imp. ſicut

dum alienatur, vel obligatur, aut in dotarium conſtituitur, matrimonium ipſum de ſpeciali noſtra licentia contrahatur. Aliter omnes conventiones nullas vires habebunt.

De aſſecuratione dominorum a vaſallis.

TITULUS XVIII.

Vaſallus debet aſſecurare dominum de vita, membris, & captione perſonæ corporis ſui, & terreno honore, conſilium quod ei crediderit nulli revelabit, & ſi aliquod ſiniſtrum de eo audierit, quod per ſe, vel per alium diſturbare non poſſit, ei aut aliis pro parte ipſius per ſe, vel alios quam citius poterit, nunciare curabit, non erit in arte, conſilio, vel conſenſu, qualiter dominus terram, quam habet, amittat, immo ipſam defendere curabit pro poſſe contra omnem hominem, ſalva per omnia fidelitate, & mandatu, & or-

ex alio patre natæ etiam ſi aliter non potuit, non dabit dotem. Nam etſi boneſte fieret ex liberalitate tamen fit, quæ ſervanda eſt arbitrio pupilli, ut ff. de admi. tut. l. cum plures. §. cum tutor, & inſpecta prohibitione alienandi aſſimilo Baronem pupillo, ut C. de admi. tut. l. lex, & ſupra de re. reg. l. conſtitutionem, & eſt argumentum optimum pro prædictis in eadem l. ult. & infra de ſucceſſ. feu. l. ultima, ibi, conjugatis, & ibi, in bonis patris.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſicut patet in regiſtris ſuis, quæ ſunt in archivo: ubi ſtatuit, ut ſi demanium feudi detur in dotem etiam æſtimatum pro certa quantitate dotis, compellatur dotans ad pecuniam: qui ſi non ſit ſolvendo, dimittuntur apud accipientem in dotem hujuſmodi res feudales nomine pignoris reſtituendæ per eum, quando habebit pecuniam inſtromento alienationis, id eſt donationis in dotem annullato, fructibus propter onera matrimonii non computatis, ſervitio faciendo Curiæ per eum, qui tenet: hoc ſatis eſt æquum in tali Imperatore rigido in ſuis juribus exigendis: & debet intelligi, etiamſi feudum aperiatur ipſi Principi, ut legem in ſubditis poſitam ſervet in ſemetipſo, ut plenius diximus ſupra in d. §. donare, ubi cum conſenſo † domini dane, vel obligans perpetuum erit: quia dominus confirmans donare videtur: diximus plene de hac materia in rubrica libri feudorum, ſi ſine conſenſu domini: & eſſet caſus, quo ſine eo poſſet, quando rediret ad dominum feudum, aperto eo, finitur obligatio. ff. de pig. l. lex vectigal. nec omni jure eſt prohibita obligatio feudi ſicut alienatio ſpecialis, rubrica eſt in ſumma prima feudo. de hoc.

† Additio, *Vult iſte textus, quod quando matrimonium contrahitur per feudatarium cum licentia Regis, poteſt feudum dari in dotem, & alienare in maritum abſque alio aſſenſu impetrando, & licet c. in planitie, hic allegatum, quod eſt ſupra, velit, quod in matrimonio non requiratur licentia, quod erat prohibitum per hanc conſtitutionem dummodo, quod non dentur feudalia in dotem ſine aſſenſu, tamen illud c. non loquitur, nec ſe extendit, quando matrimonium eſt contractum cum licentia Regis, nec intelligitur quod non poſſint dari feuda in dotem, quando in matrimonio adeſt licentia, ſed ſolum loquitur corrigendo reſpectu matrimonii, ut ſupra poſſit contrahi ſine licentia, ſed tunc feuda non dantur in dotem ſine aſſenſu, ergo a contrario ſenſu, quod licet in ſtatutis, ut per Andr. in conſtitu. ſi quis aliquem, ſupra in 2. lib. ſi in matrimonio adeſt aſſenſus, non requiritur in dote, nam conſentiendo in matrimonio, videtur in date conſinſiſſe, maxime, quia iſta conſtitutio loquitur nedum, quando datur in dotem, ſed quando contrahitur cum licentia, & feudum alienatur, vel obligatur, & ita medullitus vult hic And. & in c. imperialem, col. 3. de prohib. alie. per Freder. & in conſtitutione, honorem, & licet loquatur iſte textus in fratre, idem eſt in patre, cum ejus ſit officium dotandi, & multo propterea fortius in ſeipſa maritanda, & ſe dotanda, ut eſt c. Reginæ Joannæ, quod incipit, Tempore noſtri regiminis.* De Bottis.

Sorori eadem patre nata. Dicit gloſſa vel obligetur, nam & obligatio feudalium continetur ſub nomine alienationis, ut in gloſſa. Quandoque tamen pro dote, poteſt obligari, ſi cum licentia Regis ſpeciali fiat matrimonium. Et hoc novum inducit hæc conſtitutio. Conſentire ſufficit matrimonio, quia per hoc ſine alio conſenſu obligabit feudum pro dote, per conſtitutionem tamen primi Regis Caroli dicitur ſupra conſtitutione proxima in gloſſa, quod ſpecialis conſenſus debet eſſe. Sed conſtitutio illa non invenitur, ut diximus in conſtitutione, Imperialem, §. 1. ubi, ut prædicitur, hæc plene dicta ſunt.

F*Ratribus ob dotes.* Vide c. Regis Roberti, incipiens, Robertus juſtis petentium votis, narrans quandam interpretationem Caroli, quod dicitur in hac conſtitutione habere locum etiam in patre, deinde narrat quandam aliam proviſionem ipſius Roberti, in qua dicit contineri pro dote, nec eſſe obſignanda bona feudalia, etiamſi alia non ſuperſint, ſed ſolum eſſe obligandos fructus feudi, uſque ad certum tempus. Sed vidi dubitari, an illud c. corrigens hanc conſtitutionem in eo quod dicit de obligatione, extendatur ad id quod hic permittitur dare unum ex pluribus feudis in dotem? & videtur quod non, quia illud capitulum eſt correctorium hujus conſtitutionis in uno, ſcilicet in eo quod dicitur, ut permittatur obligare feudum pro dote de alio caſu hujus conſtitutionis. Sed ſi detur in dotem unum ex pluribus feudis, cum non mutetur, cur ſtare prohibetur? l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus, in fine. C. de appel. cum non dixit illud c. de datione in dotem ipſius feudi, ſed de obligatione feudi pro dote in patre conſtituenda, l. cum quidam, §. non cum dicitur, de acquit. hered. l. ſi vere, §. de viro, ſol. mat. maxime quia non eſt eadem ratio. Nam ſi feudum obligatur pro dote in pecunia conſtituenda, ſervitium Regis ex feudo remanet diminutum, vel ſaltem impeditum. Sed quando datur in dotem auctoritate hujus conſtitutionis, & ſecundum hanc formam remanet eodem modo apud maritum recipientem, ſicut erat apud dantem dotes, nihil mutato niſi perſona, ſervitium autem remanet ita paratum, ſicut per prius erat. Et per hæc poterit reſponderi ad rationem de parificatis, quæ poſſet fieri in contrarium, dicendo: per hanc conſtitutionem erant parificati hi duo caſus obligare fructus pro dote, & in dotem dare, ergo diſpoſitio ſuperveniens corrigens unum, videtur aliud corrigere, no. in l. ſi quis ſervo defuncti, & l. ſi vero, de legibus, nam prima non habet eandem rationem. Præterea iſti caſus non ſunt parificati, nam obligatio permittitur in habente unum feudum, per hanc conſtitutionem, dummodo non habeat Burgenſatica. Sed dare in dotem feudum, ita dare permittitur, ſi dans dotem habeat tria feuda, vel plura, & cogite. *Diomedes Mariconda.*

De

& ordinatione regia, & heredum ſuorum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Lucm.*

† IMPER. FREDERICUS.

Domini (*a*) * a vaſallis ſuis aſſecurari debent, videlicet, de vita, membris & captione corporis ſui, & terreno honore, conſilium, quod eis crediderint, nulli revelent, & ſi aliquod ſiniſtrum de eis audierint, quod per ſe, vel per alium diſturbare non poſſunt, eis aut alias pro parte eorum, per ſe, vel per alios, quam citius poterunt (*b*) nunciare curabunt, non erunt in arte, conſilio, vel conſenſu qualiter domini terram, quam habent, amittant, immo eam ipſis, contra omnem hominem delendere pro poſſe curabunt, (*c*) ſalvo per omnia fidelitate, mandato, & ordinatione noſtra, & heredum noſtrorum.

De

De aſſecuratione dominorum a vaſallis. Rubrica.

(a) D*Omini a vaſallis.* In hac conſtitutione ponitur forma ſacramenti, quam præſtat vaſallus domino.

Domini a vaſallis. Nota de forma aſſecurationis plene, ut in 10. col. de feud. qual. debet jura. va. l. 1. 2. & 3. ar. ad hoc, ff. de ma. in l. etiam, §. ex præterito, & plene, ut in ſum. feu. quib. mo. feu. ami. §. item ſi ſit aſſalitum, & no. Roſ. in libello, de ſacr. a vaſallis.

Domini a vaſallis. In hac conſtitutione nota modum aſſecurationis. Sacrementum vero, quod præſtat judex, Bajulus, & Camerarius, heredes ſupra de ſacra. præſtan. a Bajulis, l. 1. & nota quod illud ſacramentum aſſecurationis vocatur alibi ſacramentum fidelitatis, & homagii, ut patet ſupra de prob. l. probationum defectum, & dic ut ibi. Et differt a ſacramento fidelitatis, & homagii, quod præſtatur Regi. Nam illud, quod fit hujuſmodi dominis inferioribus, fit ſalva fidelitate domini Regis, ut hic in tit. Illud vero, quod fit Regi, fit nullius alterius fidelitate ſalva. Et ideo illud homagium, quod fit inferioribus dominis non eſt ligium, illud vero quod fit Regi, dicitur ligium ſecundum quoſdam, quia quando vaſallus jurat, facit homagium Regi, mittit manus ſuas in manus Regis, ſicut quotidie videmus fieri, ut dicit no. Roſ. & in Longobar. de offic. in quo ſub cen. va. ju. Roſſ. ubi tractat generaliter de ſacramento cujuſlibet vaſalli, in tracta. de officio judicis.

* Auditio. *Vide quæ dicit Guliel. Pernus in conſ. 24. in r. dub. vide unum verbum de habitantibus non vaſallis per Parid. de reintg. feu. ca. 53. num. 10.* De Bottis.

(b) *Nunciare.* Accedit in Auth. ut liceat matri & aviæ. §. ſi contra imperium, & §. ſi quolibet.

(c) *Salvo.* Patet ergo, quod ſi bellum aſſet inter dominum majorem & generalem, ideſt Imperatorem, vel Regem & dominum inferiorem, ut Comitem, vel Baronem, vaſallus Comitis debet eſſe pro majori domino contra minorem, ut in conſue. feu. colla. 10. de no. for. fi. l. 1. in principio, & de prohi. alie. per Frede. Imperatorem, §. illud, & §. fin. & nota iſta verba, ſalva volumus & or. no. & habetur, &c. quæ frequenter opponantur in privilegiis, & quid operentur, habes, ff. de do. Lucius, per omnia ſic & in ſtatutis omnibus & generalis conſilii, Romana ſemper exceptuatur auctoritas, ut extra, de elec. c. ſignificaſti, ſic & alias Imperatoris fortuna excipitur, ut in Auth. de conſul. ad fin.

Additio. *Adde quod iſta dictio, Salvo, eſt præcedentium modificativa, ut eſt gloſſa in l. item Labeo ff. fam. erc. quam alleg. Ang. conſi. 289. incipit inter cetera, & tanta eſt virtus modificationis, ex dictione ſalvo, quod ubi non invenit quid modificet, orationem præcedentem extinguit, & negationem reſolvit, & alle. in l. ſi quis filio, in §. 1. de leg. 1.* Superantius.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De aſſecuratione dominorum a vaſallis. Rubrica.

D*Omini a vaſallis ſuis.* Ponit juramentum fidelitatis vaſallorum, ſic in libro feud. de no. fidelit. & forma, & 23. q. ult. ca. de forma, & dicitur ſacramentum fidelitatis, & homagii, de quo dictum eſt ſupra, qualiter procedatur in cauſa homagii, l. 1. Ponit gloſſa quæ ſit differentia inter homagium, quod fit Regi, quia illud dicitur ligium: & homagium, quod fit alii Comiti, vel Baroni, & plenius dictum eſt in d. tit. de no. for. fid.

Additio. *Quæ ſit differentia inter homagium? adde Dd. in cle. paſtoralis, de re ju.*

Sed nunquid vaſallus vaſalli mei aſſecurabit me? Non videtur, ff. de ver. ſig. l. Modeſtinus, & l. liberto, §. patronus, de li. agno. ſi quis a liberti liberto, & innuitur in gloſſa l. de acceſſionibus, ff. de diver. & temp. præſcr. ſicut nec ſocius ſocii, ff. pro ſo. ſocius. Econtra quod ſic, quia heres heredis eſt teſtatoris heres, ff. de pet. her. l. 2. & 3. C. de her. inſti. l. fi. §. fi. Poſſet tamen dici, quod ſi vaſallus mei vaſalli teneat ab eo id, quod ad me non pertinet, non ſit meus vaſallus, ut in l. 1. all. Si autem teneat a vaſallo meo de feudo, quod ego conceſſi meo vaſallo, ſit vaſallus meus de eo, quia quod ex re mea procedit, meum eſt, ff. de rei vend. l. ſolum, §. meum, ad exhib. l. de eo, §. ſi quis, nam cum in eo vincam vaſallum meum, & vaſallus meus vaſallum ſuum, ergo & ego eum, per regulam d. l. de acceſſionibus. Item ſi emphyteuta, de re quam habet a me, facit alium emphyteutam: ego dominus vendicabo ab eo, ſi non ſolverit mihi mercedem, non tamen eſt meus emphyteuta, ut petam mercedem. C. de jure emphyt. l. 2. Item manus injectio ſervatur primo domino, ff. de ſer. expor. l. Lucius, cum factum ſit in ſervo ſuo. Argu. contra, quia pactum in venditore non habet locum in emptore, ff. contrahen. emp. l. fi. & videtur expreſſum, quia ſi locavi, ac commodavi, vel depoſui tibi rem meam, & tu Titio: Titius erit meus conductor, commodatarius, & depoſitarius, ff. de acqui. poſſ. l. qui univerſas, §. fin. Sed certe & tunc quando vaſallus vaſalli mei habet id, quod ego dedi in feudum vaſallo meo: non erit meus vaſallus quantum ad id, quod dicitur in l. imperialem decet ſolertiam, §. idem, & patet quia emphyteota emphyteutæ mei non eſt meus, licet vendicem ab eo rem meam, ſicut a quolibet poſſeſſore, d. l. 2.

Additio. *Adde an vaſallus vaſalli mei ſit meus vaſallus? vide gl. fi. in c. legitur. 81. diſt. gloſſam in verbo exiſtente, in cle. 1. de jurejur. Bal. in c. cum dilectus, de do. & contu. Bal. in l. 1. C. commun. de leg.*

Lex, qui univerſas, intelligitur quantum ad retinendam poſſeſſionem per illum, cui locavit conductor meus. Sed actio locati datur non mihi, ſed illi, cui ego locavi, ff. loca. ſi cui. nam & filius vaſalli mei non eſt vaſallus meus, ut in 5. q. Mar. de Fano. Et ſic non tenetur jurare mihi in vaſallum vaſallus vaſalli mei, quia non cogitur habere plures dominos, ut d. l. imperialem, §. præterea ducatus. Et ſi ſunt plures heredes domini, vaſalli non coguntur omnibus jurare, in tit. ſi de feu. contro. fue. in c. omnes, in gloſſa. Jurabit ergo proximiori domino, non remoto, extra de foro competenti, c. ex tranſmiſſa, ubi R. de campis erat proximus dominus tenens ab eccleſia remoto domino, qui militibus tenentibus ab ipſo inhibuit ſub debito fidelitatis juramento. Item & proximus dominus cognoſcit de feudo, & in ejus defectu ſuperior remotus, ut d. §. præterea, 2. diſt. æqua eſt. Et dicitur

De fidejuſſione dominorum a vaſallis.

TITULUS XIX.

Vaſallus, qui non fidejubet pro domino ab eo publice requiſitus, vel felloniam contra ipſum dominum, filium, vel uxorem committens, vel ſi ſervitium, quod ei debet, ter ſubmonitus non præſtiterit, vel rationem in curia conquerentibus de eo, quod ad dominum ſpectat, per ſententiam judicis facere noluerit, dominus poteſt de eo, quod tenet ab eo, ipſum per exguardium diſſaſire: econtra, ſi dominus pro vaſallo ſuo, qui ſit in curia criminaliter appellatus de eo, quod ad regiam majeſtatem non ſpectat, fidejubere noluerit, vel ſi ipſum ſine juſta cauſa verberaverit, vel cum uxore ſua adulterium commiſerit, vel filiam ejus invitam defloraverit, homagium ejus amittat, & homo prædictus immediate ad regiam curiam ſpectat. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

SI (u) vaſallus a domino ſuo publice requiſitus pro eo fidejubere noluerit, vel (u)

De fidejuſſione dominorum a vaſallis. Rubrica.

(u) SI *vaſallus*. In hac conſtitutione ponuntur caſus, in quibus vaſallus licite poteſt feudo † privari a domino propter ſuum delictum, & econtra, quibus dominus perdit vaſallum ſuo delicto. Et nota, quod delictum privat aliquem honore & commodo. concord. C. ubi ſe. vel cla. l. 1. in eo tamen, quod dicis, quod ſi dominus non defendat vaſallum criminaliter conventum, quod dominus perdat vaſallum. Eſt ar. contra. ff. de ſta. ho. ſi ſervus fidejubere, ut ar. in Auth. ut

---

ANDREAS DE ISERNIA.

citur obtineri de conſuetudine, quia quando Barones aſſecurantur, & Comites jurant eis, vaſalli eorum feudorum & quaternatorum, quæ tenentur ab eis. Sed jurabunt, ut videtur, duo capitula tantum, ſicut tenentes, & ſub juriſdictione Comitis, vel Baronis, in cap. qualiter vaſallus jurare debet fidelitatem, c. 1. Sed quid eſt quod dicit in fine, ſalva per omnia fidelitate & mandato &c. Nunquid importet, quod dominus poſſit mandare revocari feudum, quod dat quandocunque vult, cum hæc clauſula in privilegiis dominorum antiquitus conſuevit poni, licet hodie non ponatur, ſed tantum, juribus aliis Curialibus, & cujuslibet alterius ſemper ſalvis? Non videtur hæc eſſe, vel fuiſſe recipientis intentio, ut auferat rem ſibi donatam quandocunque vult, nam & in compromiſſo ut pœnas ad arbitrium, idem dicitur ut ad arbitrium boni viri reducatur, ff. de arb. l. penul. de ope. liber. ſi libertus. C. de do. promiſ. l. 3. extra de jurejur. Quintavallis. Audivi determinatum fuiſſe coram Imperatore, ut quando hæc clauſula ponitur in conceſſione, ſeu privilegio, ex qualibet offenſa etiam levi perdat feudum, ut verba aliquid operentur, ff. de leg. 1. ſi quando, alias non, niſi ex magna, & gravi offenſa, quæ numerantur in titulo, qua. feu. amit. & in tit. quæ ſit prima cau. nam & quod plus eſt, levi ingratitudine revocatur quis in ſervitutem. C. de obſe. liber. l. 2. cum nihil poſſit dari gratius libertate, ff. de fideicom. lib. l. & ſi alienus, in fine, nec mirum, quia res inæſtimabilis eſt libertas. Inſti. qui manu. non poſ. §. 2. Item eandem fidelitatem debet vaſallo dominus, non quod juret dominus ei, de quo plene diximus in tit. de no. for. fid. in fine, & ſi de feu. contro. fue. c. domino, & an ille, qui interfecit fratrem, cap. 1. & qualiter dominus feu. prive. cap. 1.

De fidejuſſione dominorum a vaſallis. Rubrica.

SI *vaſallus a domino ſuo*. Cognitio cauſarum feudalium in regno eſt Magiſtri Juſtitiarii, quando ſunt quaternata, & Juſtitiarii, quando non ſunt quaternata. Sed ſi dominus dicat vaſallum culpam commiſiſſe, propter quam feudum debet vaſallus perdere, ſi verum eſſet, de quibus culpis hæc conſtitutio ponit tres. Cognitio harum culparum datur paribus, quando dominus feudi in feudo, Baronia, & Comitatu ſuo habet vaſallos pares, id eſt, vaſallos conſimiles feudatarios, ſicut eſt inculpatus, in tit. de contro. inve. inter do. & vaſ. & ſi de inveſti. contro. fue. inter do. & quid ſit inveſti. c. 1. Illi cognoſcent ſi culpa eſt vera, & determinabunt talem vaſallum propter culpam probatam privandum feudo, hæc determinatio dicitur hic exguardium, & dicitur laudamentum, in tit. de feu. ſine culpa non ami. l. ſancimus, & quo temporu miles, l. 3. Si pares non habet actor, ſequitur forum rei & ſunt ordinarii iſti pares ab hac lege, & eligentur in pari numero per pares, & poterunt recuſari.

Servitium ter ſubmonitus. Loquitur in Comite & Barone & aliis feudatariis, non in Rege, quia dicis de eo, quod ad regiam majeſtatem, &c. Item in ſubmonitionibus Regiæ Curiæ non ſervatur trina requiſitio, ut videmus. Quæri conſuevit, ubi præſtabit ſervitium vaſallus, nonquid ad voluntatem domini, pora extra Comitatum, vel Baroniam? & in hoc non eſt quæſtio, quia Comes & Baro, infra Regnum debet ſervire in eundo cum Rege. de pa. jur. fir. §. fin. Sed nunquid extra Regnum poſſit præcipere Baronibus ut ſerviant? Item quid ſi parum extra Regnum? Item ſi Rex injuſte cogeret Comites ad ſerviendum ubi & quando non debet, an dominus compellet injuſte ſubfeudatarium ſuum? dic plene ut diximus in d. §. ſed nec juſtior, & tunc utrum victus & vectura domini ſimiliter, ibi plene dictum eſt.

Dominus poterit diſſaſire. Id eſt, petere ut diſſaſietur, † non mandabit tamen executioni hanc definitionem ſeu exguardium dominus, qui eſt par, ſed ſuperior, ſecundum modum, l. a divo Pio. de re jud. Et ideo videmus in regno regiam Curiam mandare Juſtitiario provinciæ, ut aſſiſtat talibus Baronibus exguardantibus in tali cauſa, & ſic Juſtitiarius erit executor. ſic C. de epiſc. audi. epiſcopale. Diſſaſire eſt verbum vulgare, ſaſina eſt poſſeſſio, id eſt, ſeſina a ſedeo, vel ſto, quia ſtat in poſſeſſione, diſſaſire, id eſt, extra ſaſinam & poſſeſſionem eſſe. Poteſt appellari a paribus, & ſervabunt ordinem ſolitum libelli, conteſtata litte ra juramenti de calum. & alias ſolemnitates not. in ſumma de cognitio. feu. & diximus in tit. de controver. feudi apud pares.

† Additio. *Vide Luc. in l. 1. C. quando & quibus lib.* 10. De Bottis.

Et quamvis per pares eligantur, nihilominus recuſantur, C. de judi. apertiſſimi, de juriſdi. om. judi. l. nemo. Vel in quantum eliguntur per pares, videlicet approbantibus, volentibus & permittentibus Imperatoribus, Regibus, & legibus, perinde eſt, ac ſi Principes elegiſſent, d. l. apertiſſimi, & ſic poterunt recuſari, eo tit. l. fin. Non ergo dominus dicit ſibi jus, ff. quod me. cauſa. extat. in tit. de vaſal. mili. qui contu. eſt, c. 1. in fine, ibi poterit deprecari, ſcilicet, facere juſſu judicis, ſi ejus copiam habere poterit, alias jus ſuum perderet, niſi eſſet bannitus, & eapone, ut ibi in gloſſa, & nos plenius diximus ibi. Non erit dominus Judex † in cauſa ſua.

Additio. *Caſus, in quibus quis poteſt eſſe judex in cauſa ſua, vide per Doct. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa, Bart. in l. ſi quis forte, in §. ſi quis, de pa. & Spec. in tit. de actore in §. 5. ver. Item fallit, & Doct. in c. cum venissent, de jud.*

† Additio. *An directus dominus capiat propria aucto-* rita-

(*a*) felloniam (1) contra ipſum, filios vel uxorem commiſerit, vel ſervitium, * quod ei debet, ter ſubmonitus non præſtiterit, vel rationem pro eo in Curia ſua conquerentibus de eo, quod ad dominum ſpectat, per ſententiam judicis facere noluerit, dominus poteſt de eo, quod tenet ab ipſo, ipſum per exguardium diſſaſire. E contrario ſi dominus pro vaſallo ſuo, qui ſit in Curia criminaliter accuſatus, de eo quod (*b*) ad regiam majeſtatem non ſpectat, fidejubere noluerit, …

ut cum de appel. cog. §. quemlibet de prædictis, collat. 8.

† Additio. *Et ſic hæc conſtitutio loquitur in feudis, non autem in aliis, vide Parid. de reinteg. feu. c. 8. in fine.* De Bottis.

(a) *Felloniam*. De hac fellonia dic ut notatur in ſumma feu. quib. mo. feu. amit. in principio.

(1) Additio. *Adde Bal. in c. 1. qui. mo. feudum amit. in uſib. feud. & per Hoſti. & Anto. de But. in cap. ceterum, de foro compet.*

* Additio. *Vide Scrib. in c. regni, Item ſtatuimus, quod Comites, fol. 118. & in c. regni, volumus, fol. 176. ubi quod ſi cœpit præſtare ſervitium, an poſſit excuſare vaſallus ex alia cauſa, an autem ſubmonitio generalis competat poſſidenti feudum minoris valoris 20. unc. D. Frecc. in cap. quæ dicatur feudatarius in regno, dicit quod non, nume. 4.* Jacobus Anellus de Bottis.

(b) *Ad regiam majeſtatem*. Nota regiam maieſtatem ſimilem. C. ut ne. pri. l. 1. & de le. & conſti. digna vox. ubi dicit majeſtatem regnantis, &c. unde non

ANDREAS DE ISERNIA.

ritate feudum alienatum ſine aſſenſu, vide per Jaſ. conſ. 238. 1. *vol.* De Bottis.

Licet jure feudi cognoſcat dominus, quando eſt quæſtio inter duos privatos, per has conſtitutiones non, ſed Juſtitiarios aut Magiſter Juſtitiarius, ut dictum eſt. Nec etiam dicendum eſt, quod dato exguardio dominus accipiat poſſeſſionem rei, & diſſaſiat vaſallum. Nam poteſt appellari: & ſi ſententia tranſiſſet in rem judicatam, ut appellare non poſſet: non dominus, ſed ſuperior exequatur, ut prædictum eſt. Poterit ergo diſſaſire, id eſt, petere, ut diſſaſietur, ſic ff. de his qui notantur infam. l. furti, §. mandatum, de adminiſtrat. tutor. l. ſi tutor condemnaverit. C. de ſumma Trin. l. pietatis. Per hoc videtur, quod judicium parium ſit de poſſeſſione tantum, ut poſſeſſio tranſeat in dominum: quia diſſaſire eſt extra poſſeſſionem, & ſaſinam eſſe, ut dictum eſt, ſtatur vulgari locutioni, ff. de acquir. rer. domin. inſulam, in fine de verb. ſigni. l. agricolæ, & alluſioni vocabuli, ff. ſi cert. pet. l. 2. §. appellata. Hoc non eſt verum, imo perditur proprietas in caſibus iſtius conſtitutionis: nam ſi contumax eſt in non præſtando ſervitio, perdit feudum: non enim eſt juſtior cauſa, &c. in titulo, quæ ſit cauſa prima, §. ſed nec juſtior in quo debet ter ſubmoneri per id, quod dicitur. C. de jure emphyt. l. 2. Item cum teneatur de juſtitia reſpondere conquerentibus coram domino, qui eſt ordinarius non de feudo, quia hic eſt Magiſter Juſtitiarius, vel Juſtitiarius. Sed in actione perſonali hoc ſpectat ad dominum, vel alia reali, ut plene diximus in l. Imperialem, §. penult. & ſupra de officio Juſtit. cum ſimilibus. Per hoc videtur negare ſe tenere feudum ab eo, ex quo non vult coram eo conveniri, & ſic privatur, ſicut ille, qui denegat jurare fidelitatem, dicto titulo, quæ ſit prima cauſa, §. eſt & alia ingratitudo. Videtur etiam denegare ſervitium, quia dominus de tali juriſdictione quærit ſportulas, in Authen. de judic. §. ne autem, & ſpernere dominum. ff. de arbitr. litigatorem. Et qui domino non facit juſtitiam, perdit feudum, d. tit. quæ ſit prima cauſa. §. item qui domino, ſecus ſi eſſet contumax in non reſpondendo coram ordinario, coram quo vocatur per dominum dicentem eum culpam commiſiſſe, per quam debet perdere feudum, quibus modis feud. amit. c. 1. & 2. tunc ante litis conteſtationem dominus ponitur in poſſeſſionem recuperabilem infra annum, de mili. vaſall. c. 1. Propter felloniam certum eſt perdi feudum, quibus modis feudum amit. c. 1. & 2. Item propter fidejuſſionem, quam non ſubiit pro domino, ob quod reputatur ingratus, ita ut a ſucceſſione repellatur, in Auth. ut cum de appellatione cognoſc. §. ſi. quilibet de prædictis, & a feudo propterea cadit in tit. quæ ſit prima cauſa. §. ſed & qui debitor. Hæc conſtitutio eſt regis Rogerii, & non eſt ſublata per conſtitutionem ſupra de officio Magiſtri Juſtitiarii magnæ, & de officio Juſtitiarius l. 1. quæ dant cognitionem feudorum aliis, ut ſupra dictum eſt, quia Imperator Fredericus, compilator harum conſtitutionum poſuit hanc in iſto volumine: ſi voluiſſet eam corrigi, non poſuiſſet: quia legiſlator punit pœna falſi eos, qui leges abrogatas allegat. ff. de falſis. l. fin. C. de Juſtin. Cod. compo. §. falſi pœna, quod in aliis prohibuit, non eſt putandum in ſe committere. ff. de pact. cum in eo. quod quiſque juris. l. 1. ſi ſervitus vendi. alterius. Item expreſſe dicit ſupra in procemio, leges prædeceſſorum Regum Siciliæ, quas decernimus obſervari in hoc volumine juſſimus eſſe transfuſas. Nec etiam pares examinabunt cauſam cum Magiſtro Juſtitiario & de eorum commiſſione pronuncient, ut in conſtitutione, Ut univerſis, ſupra de officio Juſtitiarii illa conſtitutio non debet referri ad caſus iſtius, qui ſpeciales ſunt. Nam hæc conſtitutio fuit prius: & ita regulis illius, quæ nondum erat, non potuit ſubjici, in Auth. de trien. & ſemiſſe, §. ſi vero effuſa. Et rationabiliter ſtatuit, ut dominus faciat diſſaſire per pares: non erit dominus in cauſa, ſed ſuperior exequator, ut ſupra dictum eſt. Ante forte ſervabatur contrarium, quia in l. Imperialem. §. firmiter, dicit, quod non veniens ad præſtandum ſervitium, perdit feudum, & dominus redigendi in ſuos uſus modis omnibus habeat poteſtatem, ut d. §. ſed nec juſtior auferendi feudum, &c. per quem videbatur, quod jure ſuo poſſeſſionem feodi poſſet capere dominus. ff. de pigno. l. lex vectigalis, videtur quidem tacite inter contrahentes agi, ut non facto ſervitio, propter quod datur, dominus reaccipiat feudum a domino utili: vaſallus enim videtur ipſo jure cadere propter contractum præcedentem verum, vel præſumptum, quando triginta annis tenuiſſet feodum: ſic exponimus, cadit ipſo jure. C. de jure emphyt. l. fin. Sed ſi contractus non præceſſiſſet, exponeretur, amittet, ſcilicet, per ſententiam. C. unde vi. ſi quis in tantam. Sed ſi eſſet caſus, ubi dominus dominium ipſo jure perdidiſſet: nihilominus poſſeſſione privandus eſt per ſententiam. ff. pro ſoc. cum duobus. §. idem reſpondit. C. de vectig. & commiſ. l. con. Sic & in crimine majeſtatis perditur ipſo jure dominium, ſed neceſſaria eſt ſententia propter poſſeſſionem. ff. qui & a quib. quæſitum. C. lib. 10. de petitione bonorum ſubla. l. 1. Videtur conſentire, cum promittit ſervitium, ut eo non facto dominus reaccipiat ſibi poſſeſſionem, arguto. ff. de diver. & tempora, præſcrip. de acceſſionibus, in fine. Et quia dominus habet civilem poſſeſſionem, feudatarius naturalem: facilius redit poſſeſſio naturalis ad civilem, quam ſi nullam haberet, non præcedente contractu. ff. de pactis, ſi onus. §. quod ſi in ſpecie, omnia hæc annullat hæc conſtitutio. Sed ſi Princeps, vel Rex vellet de culpa cognoſcere, quando indixit ſervitium Titio feudatario: quando non præſtitit, certum eſt, quod cognoſcere poſſit: quia quando Imperator eſt in Lombardia, de culpis feudatariorum Lombardiæ cognoſcit, ut in ſumma de cognit. feu. Utrum autem poſſeſſionem feudi Rex proprius accipiet, ſervitio non facto, abſque alio cognitionis actu. Nam feudum propter ſervitium non præſtitum, ipſo jure & ipſo facto perditur. Dubitatur utrum ſententia Regis ſit neceſſaria, quæ declaret ob hanc cauſam

Sententia propter poſſeſſionem in crimine læſæ majeſtatis eſt neceſſaria.

Digitized by Google

luerit, vel ipſum ſine juſta cauſa (u) verberavit, vel cum (x) uxore ſua adulte-

non tantum eſt majeſtas in Imperatore, ſed in rege, quod mirum eſt etiam in præture, ut ff. de juriſd. om. ju. l. ſi familia, & de juſti. & ju. l. pen. in fine. Et eſt etiam in populo, ut ff. de capti. & poſtli. re. l. non dubito, §. 1. & facit ſupra de cri. ſacri. l. 1. Et alias dicitur majeſtas publica, ut ff. de injur. quod reipublicæ. Et ſic non ſolum contra Imperatorem, ſed Regem committitur crimen læſæ majeſtatis, & perduellionis. Quod autem in Imperatore ſit majeſtas, liquet, ut in proœ. Inſti. in principio, & C. ad l. Jul. maje. l. ſi. quæ aliter vocatur majeſtas imperialis, ut C. de leg. & conſti. l. ult.

Additio. *Adde in epiſtola, inter claras. C. de ſum. Trin. & fide Cathol. & in l. 1. C. ne quis, vel a reg. & in cap. 1. de pace tenenda, in uſibus feud.*

Alia majeſtas publica, ut ff. ad l. Jul. majeſt. l. 1. Alia majeſtas Principis, ut ff. ad l. Jul. maje. l. famoſi. §. hoc tamen crimen. Item quod in Deo ſit majeſtas, liquet, ut ff. de arbit. non diſtinguemus, §. ſacerdotio, & patet C. de epiſco. & cleri. ſi quemquam, & in miſſa, ibi, per quam majeſtatem tuam laudant Angeli, &c. & C. de fer. l. dies feſtos, & de his, qui ad eccleſi. confu. l. 2. & de vete. ju. enucleando, l. 1.

(u) *Verberavit*. Verberare eſt cum dolore cædere, ut ff. de injur. l. lex Cornelia, §. inter.

Verberavit. Acriter, vel atrociter. Si enim miles villanum ſuum levi pugno, aut ferita, aut coertione percutiat, indulgendum eſt ei, nec debet ipſum amittere. Quid enim ſi villanus inſolens contra dominum ſuum fiat, & nolit ei ſecundum morem ſolitum operas facere, vel in redditibus. Reſponderem meo judicio, ſi ſine flagellis percutiet, & atrocem injuriam non faciat, indulgendum eſt ei, ut ff. de injur. l. non ſolum, §. quanquam. Nam ſi ſervus fructuarius nolit operas exhibere, modica caſtigatio fructuario datur, dum tamen ſervum non torqueat, nec flagellis cædat, ut ff. de uſufruc. l. ſed ſicuti, §. ulti. Hæc autem locum habent, niſi villanus cum mandato Regis veniat ad dominum ſuum: tunc enim pro levi ferite amittit dominus hominem ſuum, ut in jure Longobardo, de ho. li. ho. l. ſi quis Longobardus qualemcunque hominem.

(x) Additio. Vel cum uxore ſua adulterium commiſe-

ANDREAS DE ISERNIA.

cauſam perditum eſſe feudum? quod videtur: quia in d. §. ſed nec juſtior, dicitur, quod ſi ideo non ſervivit, quia non potuit, feudum non amittit: Idcirco videtur vocandus ad hanc ſententiam, ut ſi habeas juſtam excuſationem, quare ſervitium facere non potuit, audiatur: ne inde naſcantur injuriæ, unde jura naſcuntur. C. unde vi. l. meminerint, pro quo eſt C. ſi per vim vel alio modo, l. ſi. Poſſet etiam habere alias excuſationes, vel ſi dominus recepiſſet ſervitium. poſtea, quia per hoc renunciaret juri revocandi feudum. ff. de lege commiſſo. poſt diem, & notatur in tit. quo tempore mil. l. 1. in gloſſa. Contumacia ſua, quia non ſervivit ad diem, habuit ſuum effectum: quia feudum ipſo jure perdidit, ſi nullam juſtam cauſam habuit. Sed contumacia in uno, non committitur in alio, ut poſſeſſionem feudi faciat perdere, priusquam ſciatur, ſi juſtam habuit excuſationem circa hoc vel non: ut notatur a ſimili, ubi quis citatur ad certum quid: ad alia non proceditur, niſi quis iterum citetur: argum. C. de procur. l. maritus, no. Innoc. de off. deleg. cap. conſultationibus. Sed ſi Rex quando fecit ſubmoneri feudatarium ſuum, alias, feudatarios ſuos, ad præſtandum ſervitium certo die, adjeciſſet, ut veniat die ipſa, vel mittat excuſationem, quare venire non poteſt, vel non debet: tunc abſque citatione alia procedere debet ad ſententiandum, & privandum eum, & poſt ex auctoritate rei judicatæ accipiat poſſeſſionem: quia ſi citatur ſimpliciter, videtur citatus ad omnem cauſam, vel omnem litis articulum, ſecundum Innoc. pro quo eſt argumentum, ff. de fidejuſſor. l. ſi quis pro eo. loceti, l. quæro. Multo fortius ad ea, quæ ſunt in citatione expreſſa: quia plus valet quod ſit in ſpecie, quam quod ſit in genere. ff. de injur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Prima contumacia perdurabit in alio expreſſo: quæ niſi purgetur, eadem manet. ff. de uſurit. l. cum pater, de leg. 2. Titia, §. uſuram. Verbum auferendi, in §. ſed nec juſtior, intelligitur per actum judiciarium, ſic ff. de jure fiſci, deferre, §. fin. qui potiores in pignore habean. l. potior, primo reſpon. & quod dicitur in §. firmiter, omnibus ſcilicet, idoneis. ff. de mune. & hono. ut gradatim, §. 1. & quod allegatur, tacite agi, &c. hoc eſt facti, ut non præſumatur niſi probetur, ff. ex quib. cau. ma. denique. Et ſi expreſſim ageretur, ut tunc dominus poſſeſſionem ſibi reacciperet, planum eſſet. C. de pig. l. 3. Idem ſi in his contractibus conſueviſſet hoc apponi: quia forma conſueta præſumitur in reſcriptis, etiamſi non exprimatur, extra de conſuetud. cap. inferior. ff. de ædil. edic. quod ſi nolit, §. quia aſſidua. Inſolita non, immo debet tunc probari: in titulo quid ſit inveſtit. §. præterea. De hoc tene quod diximus in tit. qui. cau. feu. amit. §. fin. his ceſſantibus videtur omiſſum, ff. de verbor. oblig. quicquid. Quid ſi dicatur, ut conſuevit, ut veniat ad præſtandum ſervitium tali die, ſub pœna deſtitutionis feudi, quam incurrat ipſo facto? videtur quod licet videatur comminatio: quia concurrit cum jure: quia etſi non comminetur, feudum perditur: oportet quod comminatio valeat, licet per ſe non ſit valida, ſed quia hoc vult jus, ff. de adminiſt. tut. l. tutor qui repertorium, §. ſi depoſiti. Ea quæ intelliguntur, etſi non exprimantur, non nocent, &c. C. de fidejuſſor. l. 3. in fi. ff. de condit. & demonſt. quæ ex tribus, de leg. 1. l. 4. Si comminatio ſtat in finibus prohibitionis, nihil operatur: ut mando tibi ſub pœna excommunicationis, quia nec per hoc eſt excommunicatus, ſi contra fiat, extra de jure patronatus relatum. Sicut qui excommunicatur, non mandat. ff. de his qui notan. infam. ob hæc verba, ſecus ſi ultra procedat: ut ſi addas, excommunico te, ſi non facis, extra de ſimo. ſicut. Ita ſi Rex † ultra procedat ita dicendo, ut veniant ex tunc, prout ex nunc: ſi non veniant ſunt deſtituti. Nam & qui obligat ſe ad hoc ſub pœna d. c. 1. quo tempore miles, in glo. Videtur ergo tunc ſententiandus, quia ſententia ſub conditione lata tenet, ſecundum Jo. ſi conditio non ſit extranea: ut condemno te, ſi ille cui defero juſjurandum, juraverit te debere. C. de ſenten. & interlocu. omni. judic. l. cum judex.

† Additio. *Vide Guid. Papæ in deciſ. 588. & And. in c. 1. col. fi. quo temp. mil. & ſic fecit Rex Robertus, quando præcepit ut Barones abſentes a regno reverterentur, ideo And. dicit hic, Ita ſi Rex, &c. Adde Parid. de reinteg. feu.* 1. 28. De Bottis.

Secus ſi dixerit, condemno te, ſi navis ex Aſia venerit. ff. quando appel. l. 1. De quo diximus ſupra de exordiis & præpar. in adictorum, in fi. † Hoc in quolibet judice, multo plus in Principe, per quod decrevit, &c. ff. de conſtit. princ. l. 1. Non obſtat quod hic fuerit abſens ſubmonitus, ut in l. cum judex, præſens: quia edictum ſubmonitionis publice & ſolemniter, ut videmus, proponitur. ff. quæ ſent. ſine appellat. l. 1. §. idem cum ex.

† Additio. *Robertus &c. Juſtitiario terræ Laboris, pro ſalubri cuſtodia, manutenſione ſolida, & conſervatione proſpera pacifici ſtatus regni noſtri Siciliæ, volumus & tuæ fidelitati mandamus, quatenus ſtatim receptis præſentibus, ſingulis Prælatis, Comitibus, Baronibus, militibus, & feudatariis aliis cujuſcunque ſtatus, dignitatis, aut conditionis, exiſtant de decreta tibi provincia & de terris ſeu locis, quæ Capitaneos habeant, bona feudalia in capite de curia noſtra tenentibus ſub pœna deſtitutionis bo-*

terum commiſerit, vel filiam ejus invi- tam defloraverit, homagium ejus amittat,

miſerit. *Adde an tales priventur feudo, vide per Alexan. de Imola poſt Pau. de Caſtro in l. furorem. C. de his qui, ut indig. Sed gloſſa in cap. 1. quibus mod. feud. amitt. dicit hoc eſſe verum, ſi ſcienter: ſecus ſi ignoranter. Et de materia vide per Joan. Andr. in additio. Specul. in rubrica, de adulter.* Superantius.

* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

norum hujuſmodi injungas expreſſe, ut eorum quilibet uſque ad medietatem inſtantis menſis Aprilis, armis, & equis decenter munitus præſentet ſe perſonaliter coram nobis, ubicunque in regno fuerimus, integrum militare ſervitium, ad quod pro bonis ipſis feudalibus Curiæ prædictæ tenetur pro ipſius regni cuſtodia, & defenſione pariter præſtiturus, viduis atque pupillis duntaxat exceptis, quos præſtare volumus ipſa militaria ſervitia integra per idoneos ſubſtitutos, vel debitam prædictæ Curiæ adhoam exolvere, prout vidimus ordinandam: reliquos vero præſtare debentes prædictæ Curiæ militaria ſervitia eadem circa integrum militare ſervitium in eodem termino ſimiliter armis & equis decenter munitos coram nobis, ut præmittitur præcipias comparere, ita quidem quod ſi, ex eis, quos dicta Curia noſtra ſufficientes elegerit & pro magis idoneis approbaverint cum ſupplemento gagiorum competentium integrum ſervitium ipſum præſtetur certis aliis combinaturis prædicta ſervitia militaria, quod ex diverſis ipſorum ſervitiorum minutis combinatis faciat ſervitia militatia integra, quatenus aſcendunt eadem ſervitia ſic minuta, vel ſoluturis adhoam Curiæ prælibatæ, prout magis duxerimus eligendum diem terminum tuæ cum forma præſentium, & quicquid de præmiſſis feceris ſub ſigillo tuo nobis fideliter reſcriptum. Dat. Neap. per Barth. de Capua &c. die 18. Martii 1312. Indict. 10. regnorum noſtrorum, an. III. fuit exempliata a regiſtro D. Barattucii, car. 103. c. 55. & eſt pulchra declaratio per ea, quæ dicit And. hic, & in §. firmiter, de prohib. alie. per Fred. & in §. ſed nec eſt alia, quæ ſit prima cau. & in c. omnes filii, ſi de feu. fu. controv. Piſanellus.

Dic ad omnia prædicta, quod ſi non veniat ad ſervitium faciendum, dominus auctoritate propria capiat feudi poſſeſſionem, dummodo non neget ſe feudatarium, nec dicat ſervitium præſtitum, ſi poſſeſſionem interverttiſſet, negando feudum eſſe, vel illud ab eo tenere; vel paratus eſſet ſtatim docere de ſervitio præſtito, vel alio juſto impedimento, & diceret antequam Dominus poſſeſſionem acciperet, ſtatim paratus ſum probare. ff. ut in poſ. lega. l. ſi is, a quo, aliud tunc eſſet, ſicut dicitur in emphyteute privari propter contractum præcedentem C. de jure emphy. l. 2. in glo. licet cautius eſſet quod auctoritate judicis, ut in gloſſa, & eſt communis ſententia hæc quod poſſit. Et erit caſus, ubi quis ignorans privatur poſſeſſione. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. quod ſi forte. Licet conſultius faceret ſi revocaret, vel expectaret abſentem illum. Sed ſi poſt acceptam poſſeſſionem feudi a Rege, veniat ille, & velit docere de juſto impedimento, vel alia excuſatione legitima, audietur, & reſtituetur. d. §. quod ſi forte. ff. ex quibus cau. majo. ab hoſtibus. §. ſed ſi damni. Debuit quidem per ſe, vel per alium quando juſtam excuſam habeat proponere in termino coram vocante, & ſubmonente. ff. de judi. ſi quis in jus voca. non ie. l. 2. Et hoc ſic dicere etiam in Comite, & Barone, non erat abſurdum, ex quo ſic eſt in emphyteuta privati. d. l. 2. Non obſtat hæc conſtitutio, de exguardo, dicens, quod poteſt petere diſſeſiri, nam non correxit jura communia, quæ dicunt, quod poteſt repellere propria auctoritate, quando non negat, &c. ut ſupra dicitur, vel nunquam corrigit præcedentem, niſi quando expreſſim cavetur in ea. in Auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui. §. tribus. Vel ex verbis poteſt reſultare correctio, quod idem eſt, ff. de legi. de quibus, in fine pro quo eſt l. fin. & l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. Caveant tamen ſibi, quia ſi conſtaret, poſt eos perperam egiſſe, ut puta, ſi conſtaret de impedimento legitimo antequam caperet poſſeſſionem, vel quia ſatisfactum erat de ſervitio domino, quod accipitur, quemadmodum voluit dominus, ff. de pigno. act. ſi rem. §. omnis, per hæc

Clauſulæ poſitæ in donativis, quæ durante

tempore ſolutionis donativi, illud donativum cedit loco ſervitii.

apparet dominum violentiam commiſiſſe, & privaretur omni jure tanquam is, qui dicit ſibi jus, d. l. extat, hoc timore, ne detur Baronibus materia laſciviendi in vaſallos, ut eos privent auctoritate propria, & fingat cauſam, ubi non eſt. Dicunt multi, quod accipitur hic, poteſt, id eſt, debet, ut per exguardum hoc tentum faciunt, ſic accipitur, ff. man. ſi mandavero, §. fin. & econtra, debet, id eſt, poteſt, ff. de officio proconſulis, l. 3. §. poſt hæc ingreſſos. Quid ſi feudatarios † venit ad diem, & fecit ſervitium diminutum, hic non recuſavit ſervitium, ut hic, & in §. ſed nec juſtior, & in multis aliis locis ad caſum, quem non ponit hæc conſtitutio, non trahitur, etiam utiliter, ff. ſoluto matrim. l. ſi vero, §. de viro. Tunc dicunt multi teneri in quadruplum, ad id quod tacuit tanquam ſubtractor acquiſiti fiſco. C. lib. 12. de jure fiſ. l. qui contractibus, ff. eo. ti. l. aufertur, §. pen. & expreſſe contumacia non venientis vel recuſantis ſervitium facere debet plus puniri, argum. ff. in quib. cau. in poſ. ea. l. Fulcinius, §. penul. in fine. Sed certe dictus, §. firmiter ponit caſum quando vocatus competenti ſpatio ſuperſedit ſervire. Imo plus delinquit, qui fraudat Curiam dando ſcienter minus ſervitium, cum eſſet majus, quam ille, qui vocatos non venit, nam potuit non venire, quia non habuit pecuniam, nec potuit procurare in termino, quo caſu nihilominus habebat locum §. firmiter, quia difficultas probandi, vel præſtandi non exonerat, ff. de verb. obl. l. 2. de leg. 2. ſi pecuniam. Debuit quidem venire aut in ſolutum dare tantum de feudo, quantum valet id quod debet. Aut alii vendere, non quod dominus cogeretur accipere aliud pro alio, ff. ſi cer. pet. l. 2. Sed ſi receperit, ſatisfactum erit ei, d. §. omnis.

† Ad ITTO. *Vide cap. regni, volumus, & ibi Scrib. fol. 177. vide de tali banno ſeu mandato Loffr. conſi. 45. nu. 25. & vide litteram, quam exemplavi a regiſtro D. Barattucii, quæ incipit, ut infra videlicet, Robertus, &c. Regenti Curiæ Vicariæ regni Siciliæ, & judicibus ejuſdem Curiæ Conſil. famil. & fidelibus ſuis, &c. Scire vos volumus, quod viro nobili Romano de filiis Urſi dilecto Conſiliario, familiari & fideli noſtro ſcribimus in hæc verba, Robertus, &c. Nobili viro Romano de filiis Urſi Comiti Nolano dicto Conſiliario & fideli ſuo, &c. Roberti de Palma militis fidelis noſtri oblata culminis petitio continebat, quod ipſe tenet & poſſidet ſub te certa bona feudalia in Nola, & pertinentiis ejus ſub ſervitio diſtinctæ partis unius minoris feudi, quod uſitate communi vocabulo de Tabula nuncupatur, tenet quoque & poſſidet in caſtro Palmæ & pertinentiis ejus ſub Sancia Hieruſalem, & Siciliæ Regina noſtra conſorte cariſſima certam partem feudi conditionis ejuſdem, majorem tamen illa, quam ſub dominio tuo tenet, & cum pro parte jam dicta Reginæ injunctum ſit eidem militi, ut pro ipſa exerceat vicariatus officium in abſentiam Gulielmi Scarrerii militis pro majoribus noſtris ſervitiis abſentis in urbe. Tu mandas etiam, ut ratione dictorum feudalium, quæ tenet ſub tuo dominio tecum in Siciliam veniat, ut tibi quod debet pro bonis ipſis militare ſervitium præſtaturus: ſuper quo cum duobus dominis ſervire non poſſe ſe aſſerat, providere ſibi per veſtræ poteſtatis præſidium ſupplicavit. Quocirca fidelitati tuæ præſentium tenore mandamus, quatenus, ſi eſt ita, cum eidem Reginæ dignitas & eorundem bonorum feudalium, quæ idem miles tenet ab ipſa, major quantitas in concurrenti juſſu facto per te ipſi militi ſint rationabiliter præferendæ, tu contentus recipere a milite memorato adohamentum conſuetum & debitum pro bonis eiſdem, quæ tenet ſub tuo dominio, quod ipſe miles combinatus cum aliis feudatariis tuis præſtet tibi dictum militare ſervitium per idoneum ſubſtitutum, ut tecum perſonaliter veniat pro dicta*

præ-

tur, * & homo prædictus immediate ad Curiam noſtram pertineat.

De

* Additio. *Privatur dominus juriſdictione vaſalli verberati, vide Jo. Fabrum in l. efficium. C. de offi. proconſ. & lega. & in §. fi. Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alie. jur. vide Grammat. deciſ.* 104. Jacobus Anellus de Bottis.

De

præſtatione ſervitii, non impedias, vel moleſtes, & quod Joanni de Haya militi Vicariæ regenti Curiæ, & Judicibus ejuſdem Curiæ per alias litteras noſtras mandamus expreſſe, quod ſi ſecus feceris, te ad hoc per opportuna remedia cohibeant & compeſcant, ita quod non impediantur ejuſdem Reginæ ſervitia, & juris ſervetur provida diſciplina. Datum Neap. ſub parvo ſigillo noſtro ſecundum ordinationem nuper propter noſtram abſentiam habitam, per Bartholomæum de Capua anno Domini 1313. *die* 22. *Octob.* 13. *Indict. regnorum noſtrorum anno VI. Volumus igitur, ut ſi dictus Romanus contempſerit ſeu neglexerit efficaciter ſervare prædicta, vos ipſum ad hoc diſtrictius juris remediis compellatis, dictum Robertum contra præſcripti noſtri mandati ſeriem vexari, aut inquietari quomodolibet non ſinatis. Datum ut ſupra, Robertus, &c. Regenti Curiæ Vicariæ & judicibus &c. Scire vos volumus, quod viro nobili Romano de filiis Urſi Comiti Nolano dilecto Conſiliario, familiari, & fideli noſtro ſcribimus in hæc verba. Robertus, &c. nobili Viro Romano de filiis Urſi Comiti Nolano, &c. Nicolai de Molina Nic. Petri Joannis & Jacobi fratris ejus ac taliuni & talium feudatariorum tuorum noſtrorum fidelium habuit petitio facta nobis quod ipſi tenent ſub ſuo dominio certas partes minorum feudorum, quæ de Tabula communi & uſitato vocabulo nuncupantur, pro quibus eorum aliqui tibi ſervire tenentur de medio militari ſervitio conditionis ejuſdem: aliqui vero diſpariter de minori; tu autem indiſtincte mandas eiſdem, quod ipſi præſentialiter tecum in Siciliam veniant debitum tibi pro bonis ipſis feudalibus perſonale ſervitium præſtaturi, in cujus mandati ſpecie queruntur ſe multipliciter aggravari ex eo videlicet, quod dictos feudatarios, qui debent modicas partes memorati ſervitii oportebit copioſas expenſas facere pro emendis equis, armis & aliis opportunis, licet ipſi ſint brevi dierum ſpatio ſervituri: quodque ſi qui eorum fortaſſe tecum accederent, probabiliter dubitare ſe dicunt in in faciendis ſumptibus, quos eis ſicut feudatariis de Tabula dare teneris, donec debitum per eos ſervitium tibi præſtant defectum ſuſtineant & ſubeant detrimentum. Supplicaverunt igitur feudatarii memorati ſuper his eis per auctoritatis noſtræ remedium ſecundum juſtitiam provideri, quorum ſupplicationibus tam juſte quam æque pronius inclinati fidelitati tuæ præſentium auctoritate mandamus, quatenus ſi eſt ita, cum de feudo Tabulæ, quod ſub Comite vel Barone tenetur de generali & obſervato rita* 40. *dierum ſpatio cum expenſis, Comitis, vel Baronis militare ſervitium debeatur, niſi lex conceſſionis feudi aliter ſe habeat, vel conſuetudo legitima præſtationis ſervitii aliud introducat, feudatariis ipſis debentibus tibi pro feudo Tabulæ integrum militare ſervitium, vel dimidium ſervitii militaris ſub pœnis legitimis mandes expreſſe, ut ad exercitum noſtrum tecum veniant debitum tibi ſervitium præſtaturi. Sed ſi dicti feudatarii ſervire debeant infra ipſum dimidium militare ſervitium maxime de quarta parte, vel infra, cum in eundo ad prædictum exercitum, & abinde redeundo præfixum tempus ad præſtandum idem ſervitium propter navigationis incertum vel laboretur in totum, aut non ſufficeret vel aſtante temperie ſecundum ventorum afflatus alias flatus, iſtis temporibus imminentes, ſic remaneret breviſſimum quod dicti ſervitii præſtatio anguſtioſa & inutilis quodammodo æquo judicio cenſetur & onerofus vaſallis dominus eſſe non debet, ſed benignus, nec ſic anguſtioſis captionibus hominum indulgendum a vaſallis ejuſdem, qui tenentur infra dimidium militare ſervitium, ut præfertur, recipiat adhoamentum in pecunia pro rata debitum, vel per feudatarios ipſos combinato ſervitio per ſubſtitutum idoneum ſtatuto tempore proportionabiliter exhibenda: niſi forte conceſſionis lex eorundem feudorum ſe aliter habeat vel conſuetudo legitima aliud fieri debere perducat, ut ex his ipſa præſtatio militatis ſervitii opportunitatibus tuis cedat ac commodo & evidenter æquitatis inſpectu onera ipſis feudatariis minus congruo noceitura. Datum ut ſupra, exemplatum a regiſtro D. Baratucii, car.* 109. *c.* 73. & 74. Piſanellus.

Verius videtur hic puniri, licet non ſit in dolo, at qui venit & ſcienter diminuit ſervitium, eſt in dolo: nam mentitur, & propter mendacium debet puniri, ſic in Authen. de trien. & ſemiſ. §. illud. Secus ſi ignoranter, & probabiliter, ut quia heres aſſet alterius. ff. de reg. jur. qui in alterius, & no. in ſimill. C. de jure emph. l. 2. Qui plus deliquit, plus debet puniri. Nam non debet eſſe melioris conditionis qui deliquit, ff. de donatio. inter vir. & uxo. l. 3. §. 1. Et ſi in eodem concurrit dolus & negligentia, plus punitur dolus. ff. ad legem Aquil. item ſi obſtetrix, in princi. loca. ſi quis domum. §. penult. decepit enim conductorem, &c. Unde caſus omiſſus majorem rationem habet ejuſdem pœnæ quam expreſſus, & ſic erit idem jus. ff. de condictione ob cauſam. l. ſi extraneus, quamvis ille, qui non potuit ſervire, & propterea non venit, non perdat feudum. d. §. ſed nec juſtior, & ſic debet intelligi hæc conſtitutio de exguardo, ut ibi diximus. Et tamen non ob hoc mutatur id, quod de doloſo & mendoſo prædictum eſt. Dicit tamen, debet eum eatenus punire quatenus deliquit, videlicet, in eo quod occultavit ſcienter & fraudulenter, ut in tit. de vaſal. qui contra conſtitutio. Lotharii feu. alien. c. 1. ubi partem tantum perdit, ſi partem tantum alienavit. Nam pœna debet proportionari delicto. C. de pœn. l. ſancimus.

Additio. *Adde l. reſpiciendum. ff. de his, quibus ut indi. c. non afferamus.* 24. *quæſtio.* 1. *& glo. in ver. deliquerit, in cap. quæſivit, de his quæ fiunt a ma. par. cap. & in cap. ſicut dignum. de homi.*

Ut patet in herede accommodantis fidem contra leges, qui in ea tantum re non detrahet Falcidiam, de qua fidem accommodavit. ff. de his qui, ut indig. l. heredes. Teſtator etiam legando non deliquit, ſed exheredando ſine cauſa, ideo teſtamentum non valet, quantum ad inſtitutionem tantum, quam facit, alia non irritantur. C. de lib. præte. authen. ex cauſa. Non obſtat l. Fulcinius, & ſimiles, quia in majori delicto & contumacia eſt hic, qui tacuit fraudulenter. Nec obſtat tatin. l. in contractibus, & l. aufertur, quia ubi ſpecialis pœna imponitur, generalis non habet locum. ff. de pœnis, ſanctio. de verb. oblig. doli. hic ſtatuitur pœna amiſſionis feudi in eo, qui temere non venit ad præſtandum ſervitium, ut in §. firmiter, nec videtur veniſſe ad ſolvendum, neque ſolviſſe, qui diminutum ſcienter ſolvit. ff. de actio. empti. Julianus. §. offerri, qui ſatiſdare cogantur, quoties. C. de diſtractione pignorum. l. quandiu. De jure ergo perdit id, quod tacuit fraudulenter, ut ſi medietatem ſervitii tacuit, ſic medietatem feudi perdat. Sed obſtat ritus Curiæ, † ut ad quadruplum teneatur, quando diminute ſervit. Ideo in apodixis, quas Curia facit de receptione adohamenti ſeu pecuniæ ſervitii, vel quando perſonaliter ſervit, apponitur ſemper hæc clauſula, reſervato Curiæ, quod ſi proceſſu temporis inveniatur teneri ad aliud, vel ad majus ſervitium in pœnam fraudis commiſſi mendacii juxta formam juris, & ritus Curiæ, qui ſervatur in talibus, teneatur.

† Additio. *Putti de reinteg. feu. c.* 52. De Bottis.

Alia clauſula eſt ſic, id totum cum pœna ſtatuta in talibus reſarcire Curiæ teneatur. De hoc vidi magnam altercationem ſapientum, & juriſperitorum ſubtiliter allegantium coram inclyto Rege Carolo II. prout de ea alibi diximus. Finaliter ipſe Dominus Rex voluit & declaravit, ut eſſet pœna quadrupli in eo, qui ſolvit diminute adohamentum, vel facit ſervitium diminutum ſcienter. Nunquid autem poſtquam declaraſſet, quod eſſet pœna quadrupli, poſſet legem condere, ut diminute ſcienter ſolvens, vel ſerviens perdat feudum,

De adjutoriis exigendis ab hominibus:

TITULUS XX.

Domini non niſi in ſubſcriptis caſibus ab hominibus eorum adjutoria petere poſſunt, videlicet pro redimenda perſona domini ab inimicis Regis detenti, pro faciendo filio milite, pro maritanda filia, vel ſorore, pro emenda terra una vice tantum, & pro ſervitio Regis, & Prælati petunt pro conſecratione ſua cum ad Concilium a domino Papa vocantur, pro ſervitio exercitus, ſiquidem fuerint in exercitu, niſi etiam pro ſervitiis Regiis, vel corredo Principis cum hoſpitatur in terris ſuis, vel recipitur ab eo: in omnibus tamen dictis caſibus moderate ab eis adjutorium exigant, & requirant. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

REX GULIELMUS.

QUamplurium (*a*) * Regni noſtri fidelium ad nos querela pervenit, quod Prælati Eccleſiarum, Comites, Barones, & Milites in neceſſitatibus ſuis pro ſuæ voluntatis

---

De adjutoriis exigendis ab hominibus. Rubrica.

(a) Q*Uamplurium*. Quia Barones, & Prælati ſuos homines nimis excoriabant in neceſſitatibus ſuis pro ſuo arbitrio voluntatis, ideo hæc conſtitutio imponit terminos, qui præteriri non debent, quibus poſſunt a ſuis ſubditis exigere cauta ſubventionis, moderate tamen, qui caſus patent aperte in littera, & ſic factum eſt, ut hæc exactio moderetur, reprehenſa exactorum illicita avaritia, ut ff. de officio Præſidis, l. illicitas, §. penult. Item valde durum erat & iniquum, nunquam & a nullo recipere. Sed paſſim accipere ab omnibus valde viliſſimum, ut ff. de officio proconſulis, l. ſolent, in fine, & ideo hæc media via eligitur, & effrenata cupiditas coercetur, ut ff. de teſti. l. 1. in fine. In conſtitutione ſequenti ſatis tractatur de materia eadem cum iſta. Nam ponuntur in ea duo caſus, quibus poteſt Baro exigere adjutorium a villanis, ſcilicet pro militia minoris fratris, & pro maritanda ſorore.

Quamplurium. Aliquando dictum eſt, quod caſus comprehenſi in hac conſtitutione de exigendis adjutoriis a vaſallis non habeant locum in Rege: cum hæc conſtitutio loquatur in Prælatis, Comitibus, & Baronibus, ſed hoc non eſt verum, non enim eſt conveniens, ut his non utatur Rex privilegiis, quæ privatis ab eo dantur, ut in Auth. ut non fiant pignora. §. Illud, collatio. 5.

* ADDITIONES. *Quid ſi vaſalli conveniſſent ultra iſtos caſus præſtare adjutoria domino, an teneantur, vide Boer. in deciſ. 126. nu. 3. & ibi, quid in conſuetudine. Et an poſſint peti adjutoria pro voto transmarino, ibi per totam deciſ. & ibi, an pro militia. An feudataria pro ſe ipſa honorabiliter maritanda poſſit petere adjutorium, vide Boer. dec. 130. & quid ſi adjutorium excederet quantitatem datam in dotem filiæ, vide unum verbum Jo. Lupi in c. per veſtras, fol. 231. nu. 12. Et de don. inter vir. & uxo. ad hanc conſtitutionem vide Jac. de Gello in trac. de jure adohæ, a nu. 29. ad 37. vide Capyc. in c. feudi domi-*

ANDREAS DE ISERNIA.

ſicut qui non ſolvit vel ſervivit? In futuris conceſſionibus & infeodationibus non eſt dubium, quia poteſt: quilibet enim rei ſuæ dicit legem, quam vult. ff. de pact. do. l. ob res. de reg. iu. contractus, depoſ. l. 1. §. ſi convenerit. In præteritis non videtur, ſi tunc quando feudum fuit datum, erat pœna quadrupli, videtur repertum, & in conceſſione tacite agi, ut ſi ceſſet ſervire, ſic, ſcilicet in quadruplum teneatur, arg. ff. de ſervi. l. ſi cui, de ritu nupt. quanquam, niſi pro bono publico id fieret, ut ſcilicet, ad defenſionem Regis & domini promptius & celerius concurrent feudatarii: tunc etiam dominium aufertur invitis, juſto, ſcilicet, pretio. ff. de rei vend. item ſi verberatum. §. 1. de evict. Lucius, de re mili. non omnes. §. fi. Si aliter lex faceret, Princeps pro ſuo commodo non videtur poſſe, nam debet eſſe lex juſta, poſſibilis, non pro privato commodo condentis. 4. diſtin. c. erit. Nec obſtat ff. de pact. ſi unus. §. quod in ſpecie, ut lex talis ſit juſta, quæ redeat de facili ad antiquam ſuam formam, quia ponitur quæſtio, quando tunc cum datum fuit feudum, erat pœna quadrupli, vel poſtea declaratum, & ſic ante fuerat, hoc enim importat verbum, declarare. ff. ad legem Falc. l. 1. cum cont. & ſic non eſt reddi formæ, quæ nulla erat tunc, ſed abrogata erat, quando condita ultimo lex, prædicta pœna amiſſionis feudi, & ſic nullum debet ex ea remanere veſtigium. ff. de adop. l. omni. C. de Lati. lib. l. 1. in principio. Item quando feodatarii † requiruntur, ut faciant ſervitium, an poſſint dicere Curiæ, vel domino, dicas & oſtende nobis quantum debemus? videtur quod ſic, in Authen. de mandatis Principum. §. coges, de coll. §. eos, ſicut cum petitur debitum per creditorem, C. de probatio. l. 1. de non num. l. 1. & l. ſi ex cautione, niſi feudatarius eſſet certus. ff. de actio. empti. l. 1. in fi. Vel deberet eſſe certus, quæ ſunt paria, ſi certum petatur, l. quod te, ut ſi datum erat feudum ad certum ſervitium, & habeat inde privilegium majorum ſuorum, vel pluries fecerat ſervitium in proximis annis, & conſtabat per regiſtrum, ff. de proba. l. cenſus. Hæc tamen petitio nocebit feudatario, & proderit Curiæ ſeu domino, non dicit dominus, quod debet ſervitium pro valore bonorum, ſive feodi, quæ detinet, ſcilicet pro ſingulis 20. unciis unum ſervitium militare, ſecundum uſum Regni, argum. dicti §. firmiter, & de cap. Corradi. §. ſimiliter.

† ADDITIO. *Vide Parid. c. 21. c. 22. & 24. de reinteg. feu.* De Bottis.

Sic quando Dominus vaſallo diceret, oſtende mihi feudum, quod a me tenes, cum multa bona diverſi generis diceret ſe vaſallus habere, & ſi non poteſt oſtendere, quia feudum eſt antiquum, & non ſunt inde teſtes, aut ſcriptura, tunc ſufficeret ſi vaſallus oſtenderet, & dicat ea bona eſſe feudalia, quæ tenet a domino, quorum valor proportionetur ſervitio, quod exprimitur. De hac materia plene diximus in tit. de controverſia inter vaſallum & feudatarium de beneficio. Quid ſi ſolvens diminute petat ſe reſtitui, cum eſſet minor decem & octo annis, major 15. utrum admittatur? dic quod ſic, ut l. Imperialem decet ſolertiam. §. præterea, in gloſſa diximus ſupra de re milita. l. 1. in fi. niſi eſſet doloſus in non ſolvendo homo talis ætatis ſcienter. ff. de mino. ſi ex cauſa. §. penult. ff. manda. ſi procurator. §. dolus & l. dolus. Econtrario ponit hæc conſtitutio culpas domini, propter quas perdit homagium vaſallorum, ut ſi verberavit eum, ſcilicet, non leviter, aut ſi leviter, & venit vaſallus ad dominum de mandato Curiæ, ut in Lombarda allegata in gloſſa Alias leviter verberando non, ut hic notatur & infra de his qui verbera. mili. ut dignitatum, in fi. Et breviter ex illis culpis, quibus vaſallus amitteret feudum, eiſdem & dominus feudi proprietate privatur: quod dic, et in tit. qualiter dominus proprietate privetur. c. ex facto, ſi de feudo controverſia fuerit. c. domino.

De adjutoriis exigendis ab hominibus. Rubrica.

Q*Uamplurium*. Poſita eſt hæc lex, ſicut patet ex littera, contra dominos † vaſallorum, ſcilicet, Prælatos, Comites, & Barones, & Feudatarios. In

tis arbitrio ab hominibus ſuis adjutoria exigunt, & extorquent. Volentes igitur tam duræ ſubjectorum noſtrorum oppreſſioni miſericorditer providere; Statuimus, dominos non niſi

dominia. §. petitas, verſ. 14. & moder. in c. regni, gravamina, nu. 35. cum præced. Quod ſi Baro per quinquaginta annos non petiit habens poteſtatem, & evenient caſus aliqui, in quibus poterat petere, vel caſus non evenit, quid juris, vide Cigalad. in tract. de ſat. princ. in §. capitulum judicum, ubi determinare videtur, quod ſi non petiit, imputetur ſibi negligentia ſua, ut ibi late, & ad materiam vide deciſ. Delphin. 57. Per. de Reuen. in ſuo compend. jur. fol. 135. in fine, & in ſuo Alphabeto, fol. 158. col. 4. in fine, & Alex. conſ. 35. 2. volum. Et quod in filia ſpuria, vide Mart. Lauden. in c. 1. in fine an apud jud. vel eo. q. feu. ten. qui tenet quod tenetur vaſallus, licet contra teneat Jacobi. in tract. feud. in verbo, qui quidem inveſtiti. col. pen. & vide de materia Gul. Bened. in reper. c. Raynutius, in ver. & uxorem, nu. 555. in 4. deciſ. de teſta. Oldr. in conſi. 104. & Pau. de Caſt. conſ. 20. vol. 1. & quanti æſtimandum ſit caritativum ſubſidium, vide Affl. deciſ. 136. & in deciſ. 265. nu. 54. ubi ponit caſus, in quibus poteſt peti adjutorium, & vide cap. Regis Roberti, quod ad hoc ut Barones exigant adjutorium, requiruntur litteræ regiæ, de quo per Affl. in d. deciſ. 275. nu. 46. & 57. An vaſalli burgenſes teneantur præſtare adjutorium. Et adde quod dominus damnatus de publico crimine, vel excommunicatus non poteſt petere adjutorium, Affl. ibid. nu. 57. & nota, quod quando vaſalli rebellarent juſte contra dominum, non poteſt dominus petere adjutorium ab aliis vaſallis pro illis comprimendis. And. in c. 1. §. ſed non eſt alia. 10. col. quæ ſit pri. refert Capic. deciſ. 69. nu. 30. Et quid ſi dominus duxit uxorem, vel nurum, vide Cattam in ver. Vaſalli non tenentur, & ibi, quid ſi maritat filiam ſpuriam, & vide ad noſtram conſtit. Capic. dec. 184. & moder. in c. regni, gravamina, nu. 27. & in c. regni, item ſtatuimus, quod Comites, fol. 119. & c. regni, Comites, & ibi Sereb. fol. 146. ubi quis erit judex competens in quæſt. orta inter dominum & vaſallos ſuper adjutoriis exigendis. An autem ſi petatur adjutorium a vaſallo, poſſit vaſallus petere juvamen a ſuo ſubvaſallo, vide Jacobi. in ver. ita quod ipſi inveſti. nu. 6. vide omnino Nic. Boer. in deciſ. 126. uſque ad 130. incluſive, & ſequentes, ubi an & quando poſſint peti adjutoria de jure. An uſufructuarius, uxor & creditor poſſint petere adjutoria, vel domini, vide Capic. d. deciſ. 184. per totam, in quodam regiſtro antiquo, quod reperitur penes Magnificum Antonium Bucatucium fiſci advocatum, eſt declaratio ſequens regis Roberti, car. 124. in c. 114. Robertus &c. Juſtitiario Aprutii citra flumen Piſcariæ fideli ſuo, &c. Humanorum actuum regula legis ſancto circumſpecta ſic eſt obſervanda tenaciter, ut eam nulla voluntas inordinata prætereat, & præſumptuoſa tranſgreſſio contra permiſſum aut vetitum non corrumpat. Sane conſtitutio regni noſtri Siciliæ de præſtandis adjutoriis dominis a vaſallis eorum, edita ſerioſe declarat adjutoria ipſa illis præſtari debere pro redimenda perſona ſua, cum ab inimicis noſtris in noſtro ſervitio capti extiterint pro faciendo filio milite, pro maritanda filia vel ſorore, pro emenda terra una vice tantummodo, pro ſervitio noſtro, ſeu noſtri exercitus moderate, & in his, quæ noſtro commodo præſtantur. Querruntur autem homines caſtri Scriuccula fideles noſtri quod ab eorum dominis præter & ultra caſus in ipſa conſtitutione diſtinctos gravantur enormiter, & multipliciter opprimuntur. Nos autem volentes dictis oppreſſis ſuccurrere & ipſis dominis in conſervatione juris eorum per declarationis congruæ remedium providere, declaramus tenore præſentium prædictis dominis adjutoria prædicta deberi etiam ubi perſonaliter militare ſervitium non præſtatur, ſed per idoneum ſubſtitutum ſervitur vel adohamentum in pecunia ſolvunt, aut ipſum ſervitium eſt eis gratioſe remiſſum, vel cum credito compenſatum. Pro militia quoque eorundem dominorum, & nepotum ex primogenito, ac pro dotibus filiorum ejuſdem primogeniti eadem adjutoria ab eiſdem vaſallis dominis tribuantur, hoc enim caſu etſi dicta conſtitutio aperta diſtinctione non exprimat per interpretationis objectum, ſanus intellectus admittit. Adjecit præterea ipſorum ſupplicantium clamoſa conqueſtio, quod domini caſtri prædicti ingerentes ſe alienis partibus imprudenter exigunt, & cum concuſſione requirunt, quod eorum habeatur aſſenſus in matrimoniis, quæ inter ipſos homines contrahuntur, quod ipſis ſine liberis decedentibus uſurpant indebite ſucceſſionem eorum legitimis heredibus procul rejectis. Et cum aliquis eorundem hominum, qui dem prædictis dominis præſupe. ſpallam unam pluribus heredibus relictis moritur, a ſingulis ipſis una ſpalla requiritur, licet de jure inter eos eadem ſpallæ præſtatio dividatur. Super quibus noſtro præſidio devotius implorato fidelitati veſtræ præſentium tenore mandamus, ut præſes juſtitia & vos alii ſucceſſive futuri eiſdem dominis inhibeatis expreſſe, quod de hujuſmodi matrimoniis, ſe directe vel per obliquum nullatenus intromittant, nec ſucceſſionem eorundem hominum uſurpare vel occupare præſumant ultra, vel præterquam leges, conſtitutiones, capitula regni, ac conſuetudines approbatæ regni Siciliæ ſtatuunt, & declarent heredes eorundem hominum ad præſtationem ſpallæ prædictæ, vel ſimilis erogationis hujuſmodi omnes ſimul compelli non ſingulos permiſſuros, ac reperſſuri per acta juris remedia prædictos dominos ſi eos contrarium contigerit attentare. Sic ergo in prædictis omnibus, & circa prædicta prudenter, ſolerter, & efficaciter vos geratis, quod jam dictos homines in præmiſſis omnibus, & circa præmiſſa ultra, vel præter per dictos eorum extraneos gravari nequeant, quam prædicta ſuperius diſtincta contineant, & leges poriade diſcreta ſanctione determinant, præſentes autem litteras poſt opportunam inſpectionem earum præſentanti, vel præſentantibus reſtitui volumus obtinere. Datum Neapoli per manus Bartholomæi de Capua, &c. anno Domini 1318. die 7. Aprilis, 1. indict. regnorum noſtrorum anno 9. Ideo nota, quia in iſta declaratione dicitur pro dotibus, & ſic in numero plurali, & per conſequens male conſulitur d. Tho. Gram. conſil. 68. & pro iſta declaratione vide Boer. deciſ. 126. ubi poſt Affl. format quæſtionem de pluribus filiabus. Piſanellus.

An pro filia monachanda, per Boer. deciſ. 126. & an pro

ANDREAS DE ISERNIA.

In Rege dicunt quidam non loqui, quia non comprehenditur perſona loquentis, de ſenatoribus. l. 1. C. de ſolutionibus. l. inquiſitio.

† Additio. *Adde quod dicit Andreas in tit. quæ ſint regalia extraordinaria, in 1. col. quod tenentur tunc vaſalli ſubvenire domino, ſi ipſe indiget, ſecus ſi haberet unde faceret expenſas, & illud in ſuperfluis veſtibus, & aliis deliciosis expendat. Similiter tempore neceſſitatis, poſſunt imponi præſtitu ſubditis per dominos & caritativum ſubſidium. Bal. in l. 1. in fi. C. de oper. lib. quem ad hoc allegat Juſ. in l. admonendi, de jurejur. Et pro corona Regis vaſalli præſtant adjutorium, c. 1. in fi. de pace tenen. And. in c. imperialem. §. firmiter, in princ. de prohib. alie. per Fred. Idem And. in tit. quæ ſint reg. ſuper ver. & exordiis, in princ. & tenet expreſſe And. in c. 1. §. fi. de pace jur. firm. ſcilicet, quod ita tenentur ſubvenire regi. Circa quæ vide Alex. conſ. 35. 2. vol. & ſum. Jaco. de Ardizo. in tit. quibus mod. feu. amit. circa fi. in verſ. & in dotem pro filia ſua, & in tit. qual. jura. deb. vaſal. in fi.* De Bottis.

Alii dicunt, quod ſic, ut Rex poſſit uti privilegiis, quæ dat ſubditis: pro quo eſt in Auth. ut non fi. pign. §. illud, & ut proſit ſibi illud, quod voluit prodeſſe aliis. C. de naturalibus liber. l. cum aliquis, in fi. Et hoc hodie eſt in uſu. Nam c. Honorii hos caſus ampliavit in Rege, dum hæc conſtitutio ponit unum caſum pro faciendo filio milite. Et Honorius addit pro militia ipſius Regis, ſeu fratris ſui, hoc etiam per conſtitutionem, Comitibus, in principio: ſed Honorius declarat fratris id eſt conſanguinei, & uterini: vel ſaltem conſanguinei, ſive alicujus ex liberis ſuis domini feudi, ſcilicet non fratris. Unde ſi pro faciendo fratre milite velit Rex ſubventionem, imponet eam ſecundum quantitatem ab Honorio declar

niſi in ſubſcriptis caſibus tantum ab hominibus eorum adjutorium petere, videlicet in (1) redimenda * perſona domini, ſi forte ab inimicis noſtris in ſervitio noſtro captus fuerit; pro faciendo filio ** milite, pro (2) maritanda filia *** vel ſorore, (a) pro emenda terra, vide-

---

pro ſpurio, in decif. 127. & Bov. in decif. 129. De Bottis.

(1) Additio. In redimenda perſona domini. *Adde, quod fallit, ſi feudum eſſet minus tenue, quod non ſufficeret ad tales expenſas, ſecundum Bart. in l. Mævia, in §. 1. ff. ad Trebel. Bal. in l. qui manumittitur, ff. de oper. libor. Ludo. Roma. in l. recuſare, in §. ſi quis a filio, ff. ad Trebel. Bal. in c. cum ex officii. in 1. col. de praeſcript. Oldra. conſ. 234. incip. ſactum tale eſt, quidam miles.* Superantius.

* Additio. *Adde Bovr. in decif. 126. nu. 8. cum ſeq. in fine an poſſint peti pro filio redimendo, & quid ſi eſt detentus pro delicto, vel debito, vide eundem Bovr. decif. 128. per totam, & an pluries peti poſſit, decif. 131. nu.* 10. De Bottis.

** Additio. *Vide Jacobi. in tract. feud. in ver. cum mero, col. 4. vide c. Regni, item ſtatuimus, quod Comites, & c. Comites, Barones, vide in decif. 265. in 3. car.* De Bottis.

(2) Additio. Pro maritando filia. *Adde Bald. in cap. 1. in §. ſimiliter, de Capi. Corradi. in uſib. feudor. Hoſtien. in ſumma, in titulo de immuni. eccleſ. in §. 1. prima col. Specu. titu. de feu. in §. quando, verſ. & notabile quod vaſalli. Alexan. de Imo. conſil. 35. incip. viſo themate, in 2. vol.* Superantius.

*** Additio. *Quod ſi prius fuit maritata, deinum vidua effecta, vult monachari, an teneatur ad adjutorium, ſi praeſtiterit tempore nuptiarum, Bovr. in d. decif. 126. nu. 12. qui allegat Jo. Saxo. tenentem quod ſic, & quid in filia naturali, vel ſpuria, vel inceſtuoſa, vide eundem decif. 127. An autem filia poſſit cogere patrem ad petendum adjutorium a vaſallis pro ipſa maritanda, vel poſt mortem patris, an poſſit ipſa petere, Bovr. decif. 130. nu. 3. 4. An pro filio, vel ſeipſo maritando poſſit dominus petere adjutoria, vide Bovr. dicta decif. 130. num. 14. An pro maritanda ſorore, vide Bovr. dec. 129. & an pro vidua tranſeunte ad ſecundas nuptias, Bovr. deci. 131. num. 2. Quid in filia monachanda, vide Felin. in cap. in praeſentia. 18. col. de proba. quem ſequitur Guliel. Benedictus in ca. Raynutius, in ver. dotem, nume. 10. & Bovr. dicta decif. 126. nu. 12. & decif. 131. nume. 12. In lib. penes Do. Barattucium in c. 134. car. 136. extat ſubſequens declaratio, quæ incipit, Carolus &c. Ad perpetuam rei memoriam, non res ſermoni, ſed rei ſermo debet eſſe ſubjectus, & omnium dictorum veritas ſub una ſpecie ratione concluditur, de multis ſimilibus idem judicium aſſumitur. Sane praeſentis interpretationis, & declarationis edicto decernimus pro ſua filia monachata & conſecrata legitime ſubventionem, & caritativum ſubſidium, ut canones vocant, a ſuis vaſallis parentem poſſe petere, ordinatum quidem & competens pro perſonarum qualitate proviſa, & ſumptuum quantitate, in ipſa caritativa praeſtatio moderamen ſapiat, & extorſionis amaritudinem non perducat. Cum enim regni Siciliæ generali edito pro maritanda filia ſubventionem a vaſallis ſuis parenti poſtulare concedat, ex ejuſdem rationis fomite in monachatione, & conſecratione praedictis, videtur id rationabiliter concedendum, & quod ipſa monaſtico cultui dedita eſt vere filia collocata in ſpirituali conjugio, & dictus ejus genitor pro ea ſubit onera, quæ pro carnali matrimonio portat. Datum Neapoli per Do. Bartholomæum de Capua, &c. die 1. Novembris 1322. 6. indictio. regnorum, &c. & in eodem regiſtro car. 63. 135. Carolus, &c. Abſit a ſeculo, ut quod pro republica cautela ſtatuitur, in ejus regiorum fidelium per iniquæ interpretationis aſtutiam torqueatur. Sane univerſis Juſtitiariis, & officialibus aliis regiis, quibus expediens viſum fuit mandaſſe, recolimus, ut univerſis Comitibus, Baronibus, & feudatariis dicti regni Siciliæ certo modo mandare deberent, quod ipſi gente, equis, & armis decenter muniti eſſent in apparatu continuo ad propulſandam injuriam, & hoſtilem reprimendam protervitam, ſi forte contra treguæ indictæ fœdera aliquis praeſumptuoſius attentaverit, quæ noſtra monitione per Juſtitiarios, & officiales eoſdem executioni demandata quidam ex Baronibus & feudatariis ſupradictis ſumpta malignandi materia a vaſallis eorum ſubventionem propterea requirere moliuntur in eorum grave diſpendium, & ſarcinam oneris gravioris, eapropter devotioni veſtræ praecipiendo mandamus, quatenus propter injunctum ipſum per capitula communia noſtra proviſione procedentis onerari vaſallos ipſos pro ſubventione praedicta ab eiſdem Baronibus, & feudatariis nullatenus permittatis, dicta quidem ſubventio Baronibus, & feudatariis ipſis tunc rationabiliter debetur, & ſolvitur, cum idem militare ſervitium completo debito termino realiter exhibetur. Datum, &c. Nota ex hoc declaratione, quod vaſalli non poſſunt cogi, niſi praeſtito ſervitio per Barones, & ſic ex ſubmonitione facta Baronibus, quod ſint in continuo apparatu, non debent vaſalli moleſtari interim.* Piſanellus.

(a) *Pro emenda terra.* Et eſt hoc neceſſarium, quod notatur in li. Roff. in tit. de ſacra. cujus vaſal. ibi, nova forma ſacramenti.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

clratam & expreſſam, videlicet, duodecim millia unciarum in toto Regno Siciliæ. Sicilia, eſt de regno. ff. de judic. l. inſulæ.

Additio. *Adde, quod eſt de patrimonio beati Petri, ut in cap. 1. 94. diſtinct. Doct. in clem. Romani. de jurejur. Et an ſit pars Italiæ? Vide per Card. Alex. in c. quis neſciat. in 3. not. 11. diſtin.*

Quam contingit tertia pars quantitatis praedictæ: ex quo vult pro fratre, volet & velle debebit ſecundum quantitatem poſitam in illo capitolo Honorii, non poterit partim approbare, & partim reprobare. ff. de adminiſt. tutor. cum quæritur, cum concor. nam per conſtitutionem, Comitibus, minus, ſcilicet moderare, pro facultatibus vaſallorum, & quantitate expenſarum: ſed poſt dicit, quod pro maritandis ſororibus, &c. quando ſcilicet, dotabit, ut in d. cap. Honorii, & ſi faciat militem fratrem ſuis expenſis, ut in conſtitutione, Comitibus, capitulum interpretans, ſuppleos, ſeu declarans, habet locum in his, in quibus loquitur conſtitutio Comitibus, quam interpretatam ſupplet, & declarat, ut in Auth. de fil. ante dot. inſtru. na. circa fi. Item dicit dominos exigere adjutoria in iſtis caſibus, per quod videtur, quod mulier dotarium habens ſit uſufructuaria. Nam dominium eſt heredis, ſupra ti. 1. l. mulier, non videtur, quod hæc ſubventio in quinque caſibus mulieri detur, multo minus creditori etiam habenti in pignus feudum propter dotem, qui lucrifacit fructus propter onera matrimonii. ff. de jure dotium. l. fructus. Unde ſi capiatur uſufructuarius feudi, vel creditor, etiam vir, vel maritet, vel faciet filium militem, aut terram emat, non exiget a vaſallis illius feudi adjutorium. Uſofructuarius non eſt dominus: nihil enim habet commune cum dominio. ff. de reb. cor. l. ſed ſi forte, ſimilitudinem habet cum dominio, & ideo dicitur, quod eſt pars dominii. ff. de uſufru. l. 4. ſimile in quibuſdam, ergo non eſt idem, cui id ipſum ſimile eſt. ff. depo. l. quod Nerva. quod juſſu. l. 1. §. 1. & patet, quia Meum, Tuum, & Suum dominium denotant, & non continetur uſufructuarius, de legatis & fideicommiſſis 3. ſervis, imo ſi proprietarius legat ſervos ſuos, non continentur ſervi, in quibus uſusfructus eſt alienus, ea. l. in fi. & l. ſequen. Appellatione domini ſolus proprietarius continetur non uſufructuarius. ff. de reli. & ſump. fu. l. 2. §. in locis alterius. In ultimo autem caſo quando, ſcilicet, propter ſervitium ſubvenit vaſallus, non abſurde dicetur praeſtari ei, qui ſervit, ſubiit onus, quia poſſidet. C. ſine cenſo, vel re. l. ſi. habeat commodum datum propter id ſervitium. ff. de regulis juris, ſecundum naturam. In contrario quando

videlicet ea tantum vice, cum eam emerit pro ſervitio noſtro, vel exercitus noſtri, moderate tamen in his, quæ pro noſtro corredo * dantur. De Prælatis tamen Eccleſiarum ſtatuimus, ut

* Aoditio. *Corredum eſt, quando Imperator tranſit per locum aliquem, debet fieri contributio in expenſis, ſeu ſumptibus ejus, ut declarat Guido Papa deciſ. 57. Alex. conſ. 35. 2. vol. Sed an poſſint peti expenſæ præteritæ, vide Laur. Silva. conſi. 47.* De Bottis.

* Ao-

ANDREAS DE ISERNIA.

do judicetur ſubventio rei, in quo eſſet uſusfructus, eſſet onus fructuarii, ff. de uſufruc. l. quoties. Licet ergo omnis fructus pertineat ad uſufructuarium. ff. de uſufroc. l. 3. cum ll. ſequent. hoc habet proprietarius dominus, ſcilicet, a proviſione hujus conſtitutionie, quæ domino das ſubventianem. Unde etſi contrahens provideret, & vellet donatum in ſervo fructuario, acquiri domino proprietatie, vel ſimpliciter donaretur, non contemplatione fructuarii, proprietarii eſſet, ff. de uſofruc. ſed & ſi quis, & argu. de vulgari & pupillari, ſed & ſi plores, §. io arrogatu, ſed non minus valet proviſio legis, quam contrahentis. C. de fidejuſ. l. fin. ff. de pignor. actio. l. non mirum. Cum dedit hæc adjutoria † domino, excludit & fructuarium, & creditorem, quia de his non cavit, argum. ff. de verb. oblig. l. ſi minor. C. de caducis tullendis, l. 1. circa fi. Non autem placet dici, quod fructus rei eſt fructuarii, hoc eſt fructus hominis, ſcilicet, vaſalli, qui non videtur eſſe in fructu, ſicut nec partus hominis. ff. de uſur. in pecudum, nam & in homine dicitur eſſe uſusfructus, ff. de ſtipula. ſervo. l. 1. §. ſi uſufructuarius. Erit ergo illa ratio, quia domino datur. Alii dicunt, & forte melius, quod mulier habet pluſquam uſumfructum: habet enim ſe viva in totum feudum dotatir, exceptis reſervatis heredi, ut d. l. mulier, plenius dictum eſt. Alii exponunt domino, id eſt, dominanti, & ſic includuot etiam creditorem, quia hæc ſubventio fructus eſt, & ſi eos lucrifaciat ee pacto, vel a lege, ſuus erit: alias ſibi excomputabit in ſortem, vel utiliter, id eſt, efficaciter dabitur uſofructuario, qui non eſt dominus, ſic ff. ad l. Aquil. item Mela. §. fin. & l. ſequen. Multi habentur pro dominis, qui non ſunt domini, in tit. qui. alienara licet, §. creditor. ff. de acquir. rer. dominio, l. hereditat.

† Aodetto. *Vide an adjutorium debeatur uſufructuario, per Capic. deciſ. 184. ubi ſcripſi, & per Caſſan. in conſi.* 61. De Bottis.

Quid ſi militet patruus? eadem videtur ratio. Sed hæc conſtitutio onerosa non extenditur niſi ad caſus expreſſos, ut infra dicetor. Secus ſi maritet amitam, vel ſororem quondam patris ſui. Ad militandum patruum non cavetur jure, ſed de maritanda amita ſic infra de ſucceſſio. Comitum & Baronum, l. in aliquibus. Hæc amita fuit ſoror patris maritantis, quam tenetur maritare, ſicut ſi pater viveret, ut ibi, & ſic habebit commodum, quod pro maritando pater haberet. C. de uſufruc. l. fin. §. ſed cum inſuni. Inſtitutio. de legi. patron. tute. §. 1. Unde ad hoc poſſet dici ſoror nepotis, quia Sara filia fratris Abrahæ, ſoror Abrahæ vocata eſt. 22. quæſt. 3. cap. quare. Attenditur origo etiam & cauſa, quia fuit ſoror patris potius, quam poteſtas vocabuli, argum. ff. de donationibus qui id quod. Et quod dicit pro maritanda ſorore, vel filia, non limitavit perſonam maritantis, quibus hæc adjutoria debeantur. Sed potius demonſtravit, quod illis, qui maritant ex debito, debentur. Unde non dixit deberi fratri maritanti, ſed imperſonaliter pro maritanda ſorora, & ſic nepos maritans poteſt dicere, marito ſororem, ſcilicet, patris mei, expreſſit autem filiam & ſororem, quia plerunque hæ perſonæ maritantur ex debito, ut in pluribus, & ſic jura exemplificant illa, quæ communiter accidunt, argu. ff. de legi. nam ad ea, non ut velit ſtare in finibus perſonarum ſpecificatarum. Nam gratia exempli expreſſis quæ frequentius eveniunt: innuene tacite idem eſſe in illis, quæ habent eandem rationem, argum. ff. de petit. hered. item veniunt, §. aptanda. Sic prohibitis nomine concupiſcentiæ omnia vitia prohibentur, extra de conſtitutio. c. 4. Repete hic, quæ dicta ſunt in conſtitutione, Comitibus, circa finem ultimæ gloſſæ. Alii contra, quia conſtitutio hæc eſt onerosa & odioſa, jubens ſolvere vaſallos id, quod non promiſerunt, & ſic non producetur ad conſequentiam, ff. de leg. quod vero. Et pro hac parte ſunt multa jura, quæ omitto. Quia cum eſſet de hoc quæſtio coram inclito Rege Carolo II. audivi eum declarantem idem eſſe in amita. Nam licet non teneatur quis ſuum dare quando in his, quæ ſunt contra rationem juris: eadem ratione in ſimilibus producuntur, ſi ſtatutum contra jus fundatur ſuper aliqua æquitate, exemplum C. de furtis, ſi quis ſervo. Æquum eſt, ut amitam repulſam a ſucceſſione feudi ſubveniant vaſalli terræ feudalis, a qua repulſa eſt, quia maritatur, & negare in hoc ſubventionem, eſſet damnum amitæ, non neptis debentis maritatæ ſecundum paragium, quod attenditur in dignitate, numero filiorum, & facultatibus, ff. de leg. 3. ſi filiæ, ff. de jure do. cum pater. §. gener. & l. quætu. Propter ſubventionem ergo & ampliorem dotem melius nubet, & ff. de privi. cred. l. 1. Nullus libenter ducit uxorem indotatam, arg. ff. de his quæ in fraudem creditorum, l. 1. in fine de doli excepti. pore. §. ſi eum, ergo propter majorem dotem, & melius & nobilibus ipſa nubet, quia ſi ſimpliciter, ad ſimplicia; & magis, ad magna; & maxime, ad maxima, ut probatur de pœnis, l. capitalium, §. ſolent, de ſer. fugit. quicunque, ubi plus punitus qui plus deliquit, & C. de epiſcop. audi. l. 3. in fine. Idcirco dicitur, quod dotis cauſa eſt præcipua propter matrimonia, per quæ repletur civitas liberis, ff. ſolu. matrim. l. 1.

Pro corredo. Hoc ſupra proxima appellat ſervitium noſtrum, vel exercitus noſtri. C. de ſacroſan. ecc. l. jubemus, nullam, appellat felicem embolam. Loquitur etiam hæc conſtitutio in feudatariis Comitibus, Baronibus, & militibus, qui non ſunt Comites, vel Barones, habentes feuda cum hominibus, quod patet, quia dixit pro ſervitio noſtro. Item quia de homine eccleſiæ, qui ſi non eſſet feudalis, Princeps non diſponeret, cum in non feudalibus non ſubſint in aliquo temporali domino, extra de jurejurando nimis: & capi. perite. diximus in tit. qualiter vaſallus debeat jurare domino fidelitatem. In feudo ſubeſt eccleſia domino temporali, extra de judi. ceterum. Et ſic ſi eſſent Burgenſatici vaſalli, non de feudo dominus non exigeret ab eis aliud, niſi quod convenit. Debet intelligi ergo hæc conſtitutio in hominibus feudi. In contrarium eſt, quia hic æquiparatur in gloſſa, Rex, & Baro. Sed Rex in iſtis caſibus imponit Burgenſibus ſubventionem, ergo videtur quod idem ſit in hominibus Burgenſibus Baronis. Sed ſi habeat homines vaſallos † Burgenſes in civitate, non in feudo ſuo, illis non videtur, quod poſſit imponere, nec ab eis exigere, niſi quod promiſerunt, aut ſoliti ſunt. Et nota, quod quando Rex hoſpitatur in terris Prælatorum, Comitum, vel Baronum, feudatariorum, recipit corredum a dominis terrarum, quia faciunt Regi expenſas, hæc continetur inter ea, quæ competunt ratione majoris dominii. Item non habet ſubventionem pro maritagio, niſi qui pro neceſſitate maritant, ſecus ſi voluntate, ut diximus in conſtitutione ſupra, Comitibus in fine ultimæ gloſſæ. Sed quid ſi Rex remittat ſervitium Baroni, an Baro nihilominus exigat ſubventionem a vaſallo? Dic quod ſi contemplatione Baronis tantum, non prodeſt vaſallo. Sed ſi volueris vaſallum participem eſſe gratiæ, ſic. Et qualiter probabitur Regem id voluiſſe, an ſufficit ſi Rex teſtificetur? plene diximus in d. §. ſed nec juſtior. circa finem. Pro militia fratris habet, quando ſuis

Digitized by Google

ut in his tantum caſibus ab hominibus ſuis adjutorium petant, videlicet: Pro conſecratione ſua; * Cum ad Concilium a Domino Papa fuerint vocati. Pro ſervitio exercitus noſtri, ſiqui-

* Additio. *Quod vaſalli prælatorum tenentur ad ſubſidium pro munere ſeu benedictione ipſorum, vide cap. Roberti in lib. Baraſtucas, in archivo regiæ Siclæ, par. 1. c. 116. & ibid. c. 135. diſponitur non poſſe a Baronibus peti ſubventionem a vaſallis ex eo, quod a Rege ſubmoniti fuerant ut ſtent armati cum armis & equis, niſi realiter acceſſerint ad ſerviendum, & nota quod in regeſtis regiæ Siclæ patet, Reges hujus regni vigore hujus conſtitutionis pro matrimonio filiarum, & militia filiorum ſæpius a toto regno adjutoria exegiſſe, ita quod pro militia Caroli II. fi-liæ*

ANDREAS DE ISERNIA.

ſuis expenſis facit eum militem, ut in prædicta conſtitutione, Comitibus. Pro maritagio, quando maritat, ut dicto cap. Honorii.

† Additio. *De burgenſatico vaſallo vide cap. regni, Comites, & verum vicarius de habitantibus ſicut burgenſes in feudo Baronis. Sed an vaſalli poſſint objicere domino ſuo, quod ipſe non ſolvit, vide Luc. in l. 1. C. de perfectiſſ. dignit. lib.* 12. De Bottis.

Quamplurium. Sed nunquid petat adjutorium Baro, vel miles pro militia ſua? videtur quod non, quia iſta conſtitutio, quæ inducit iſtud novum de adjutorio præſtando Comitibus & Baronibus, non dicit, quod petere poſſit pro militia ſui ipſius, ergo remanet antiqua regula, & deciſio, per quam ipſum adjutorium petebatur, argumento quibus mo. nat. eff. ſui. §. tribus, coll. 7. Caſus enim in lege non expreſſus, habetur pro omiſſo, ff. ſolu. matr. l. ſi vero, §. de viro. Hæc conſtitutio odioſa eſt, quia onerat vaſallos ad ſolvendum alienum debitum in caſibus hac conſtitutione comprehenſis, ergo reſtringenda, ut ff. de lib. & poſthu. l. cum quidam. Ad quod eſt probabiliter dicendum, quod vaſalli tenentur ad adjutorium præſtandum pro militia ipſius domini, quia in legibus, & conſtitutionibus, quæ vicem ll. obtinent, ut ff. de conſti. princip. l. 1. hoc eſt regulariter commune, & procedit de ſimilibus ad ſimilia, ut ff. de leg. l. non poſſunt. & l. ſeq. Sed quia ſimilis ratio, immo fortior eſt, quod debeat domino præſtari adjutorium a vaſallis pro ſeipſo, quam pro filio, quia propter quod unumquodque tale, & illud magis, ſicut dicit Philoſophus in pri. Priorum, & in authen. multo magis. C. de ſacroſanc. eccle. ergo idem jus eſt ſtatuendum, ut ff. de neg. geſt. l. ea facto, in fi. & ad leg. Aquil. l. illud, & ita ſervatum eſt de facto in Regia Curia, licet aliqualiter quidam voluerint cavillari, & ſic not. Roffred. in libellis ſuis, ſub rubrica de ſacroſan. cujuſl. vaſal. Non obſtat, quod dictum eſt, quod caſus qui non eſt expreſſus in nova conſtitutione habetur propterea pro omiſſo: nam illud verum eſt, niſi caſus omiſſus ſit in conſtitutione ſic expreſſa, ut ff. de condictio. ob cau. l. ſi extraneus. Sed quia caſus de domino omiſſus ſimilis eſt expreſſo de filio, ideo fortior, ut ſupra dictum eſt: ergo idem ſervandum eſt in utroque.

Item non obſtat, quod prædictum eſt hic, hanc conſtitutionem eſſe odioſam: quia inſpecta veritate præſtatio dicti adjutorii non eſt odioſa, ſed favorabilis, procedit enim in caritativo ſubſidio, ſicut per æquitatem canonicam nuncupatur, ut extra de cenſibus cap. cum apoſtolus. §. prohibemus.

Item quæro, an pro militia nepotis ex filio Comes, vel Baro petat iſtud adjutorium? reſpondeo ſic: ex ſententia legis nepos filius appellatur, ut ff. de verborum ſignificat. l. liberorum, in fine, & l. juſta, & ad Senatuſconſultum Macedonianum, l. filium habeo. Quinimmo videtur, quod nepos ex verbis etiam legis filius appellatur, & communiter cenſeatur, ut in dicta l. liberorum, probatur. Non potuit nepotes dulciori vocabulo, quam filii appellare, per quod patet, quod nepos non tantum continetur appellatione filii ex ſententia legis, ſed etiam filius communiter appellatur, ſeu vocatur: & ſic ex verbis, ergo eadem ratione petit adjutorium Baro pro nepote ex filio. Bartholomæus de Capua.

In textu, pro maritanda filia, vel ſorore. Ex hoc aliqui voluerunt inferre, quod iſtud ſubſidium debeatur pro maritagio unius ex filiabus, ſeu ſororibus, non tamen pro omnibus: ex quo textus iſte loquitur in numero ſingulari: ſed male dicunt, quia textus in conſtitutione ſequenti, Comitibus, dicit pro maritandis ſororibus, & ſic in numero plurali: & ita etiam loquitur capitulum regni, quod incipit, Pro parte univerſitatis, ubi tam in maritandis, quam in dotandis filiabus, & ſororibus ſuis, & pro iſta parte, quæ videtur verior, facit textus dicti capituli in ratione ſui, ibi, cum paternum ſit officium: & ibi, incongruum ergo cenſetur, ex quo ſequitur, quod cum talis ſubventio debeatur ex onere dotandi, quod incumbit, ita debetur pro pluribus, in quibus eadem eſt ratio, ſicut pro una: facit etiam textus in dicta conſtitutione, Comitibus, ibi, occaſione eorum, & videtur optime probari in cap. Honorii, cap. primo, quod incipit, Ideo ut omnino ceſſet, maxime ibi, vel aliqua ex filiabus, vel neptibus, & in verbo, in prædictis enim caſibus, prout qualitas, tunc imminentis caſus exegerit, licebit collectam imponere, ac exigere a ſubjectis, ex quo textu ſatis clare datur intelligi, quod non ſemel, ſed quoties maritabit, & dotabit aliquam ex filiabus, debetur moderata ſubventio, ſicut de aliis caſibus ſupra dicendum eſt, videlicet, pro invaſione regni, & redemptione domini: quia toties debetur, quoties contigerit regnum invadi, & perſonam domini captivari. Sergius domini Urſoni de Neapoli.

Ex quo etiam ſequitur, quod non ſufficit, quod maritetur, niſi etiam dotetur. Quia textus dicti capituli dicit, pro maritandis, atque dotandis, & textus dicti cap. Honorii dicit, quam, & quando eam ipſe dotabit. Sergius.

Ibi, ſervitio noſtro. Ut in c. Comites, Barones, infra de ſubven. vaſal. & eſt Caroli II. dic ut ibi. Petrus de Monteforte.

Dubitatur nunquid liceat Comiti exigere ſubſidium a vaſallis ſuis pro maritagio etiam ſecundæ filiæ? & dubium facit, quia præſens conſtitutio Regni (per quam ſtatuitur, ut non niſi in certis caſibus adjutoria, & ſubſidia a vaſallis exigantur) loquitur in numero ſingulari, ſcilicet, pro filia, vel ſorore maritanda, &c.

Sed hoc non obſtante videtur de jure, quod prædictus Comes poſſit dictum ſubſidium petere, & exigere pro maritagio dictæ ſuæ ſecundæ filiæ. Nam illa verba in ſingulari numero prolata, ſcilicet, pro filia, vel ſorore maritanda, non reſtringunt numerum filiarum, & ſororum, ſed ponuntur demonſtrative, & expreſſe, ut dicit, & declarat Andreas de Iſernia in dicta conſtitutione regni, Quamplurium, dum formaliter dicit. Et quod dicit pro maritanda filia, vel ſorore, non limitat perſonas maritandas, quibus hæc adjutoria debentur, ſed potius demonſtravit, quod illis, qui maritant, ex debito debentur.

Et idem Andreas in conſtitutione Regni, Comitibus, concludit generaliter, quod pro maritagio omnium illarum, quas Baro vel feudatarius tenetur dotare, ex neceſſitate legis hoc præcipientis, debetur Baroni ſubſidium a vaſallis, ſecus ſi propria voluntate, vel mandato hominis, puta teſtatoris, dotaret, & ita intelligit dictam conſtitutionem, Quamplurium, & cap. Honorii. Sed quis negabit patrem teneri ex neceſſitate legis, ad maritandum, & dotandum filias ſuas? l. fi. C. de dotis promiſſ. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. cum ſimil. Ergo pro maritagio debet poſſe exigere ſubſidium, & adjutoria a vaſallis. Et pro clariori demonſtratione videmus, quod in conſtitutione regni, & in cap. Honorii, non fit mentio niſi de filia, & ſorore.

Et

ſiquidem in exercitu noſtro fuerint: Vel ſi vocemus eos: Vel miſerimus eos pro ſervitiis noſtris: (*a*) Vel corredo noſtro, cum in terris eorum nos hoſpitari, vel corredum ab eis recipere contigerit.

In omnibus prædictis caſibus (*b*) moderate tamen Domini ab eis adjutorium exigant & requirant.

De

lia Caroli I. ab hoc regno exacta fuerint unciæ 57657. & ab inſula Siciliæ unciæ 30000. & pro maritagio Beatricis filiæ ejuſdem Caroli quarta pars collectarum, quæ exigebantur ad rationem unius auguſtalis pro quolibet foculari, & pro maritagio Clementiæ neptis ex filio Caroli II. ut in d. libro, par. 2. cap. 89. & ſic deinceps tempore aliorum Regum. Fabius Jordanus.

(a) *Vel corredo*. A cujus poteſtate, alias præſtatione eccleſiæ non excuſantur, ut C. de ſacroſanctis eccleſiis l. neminem.

(b) *Moderate tamen*. Id eſt, ſecundum qualitatem & quantitatem feudi, vel bonorum, quæ tenent vaſalli a dominis: debent enim Domini moderate uti jure ſuo, ut C. de emendatione ſervorum, l. 1. Item & ſecundum quod conſuetum eſt, ut C. in quibus cauſis col. cau. cen. l. 1. & notatur plene de iſta materia in lib. Roff. prætor. juxta modum facultatum, ut ff. ubi pupillus educari debeat, l. 2.

Moderate. Qualiter intelligatur moderate, determinatur in l. proxima.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

Et tamen inclitus Rex Carolus Secundus declaravit illud debere ſervari in amita, & ſorore patris, quam nepos maritat, & dotat, ea neceſſitate conſtitur. In aliquibus, ut refert Andreas in dicta conſtitutione Regni, Quamplurium, & dicta conſtitutione, Comitibus, ubi etiam dicit de nepte, ut avus poſſit petere ſubſidium a vaſallis pro maritagio neptis ex filio ſecundogenito, quia eſt de genere ſuo deſcendens ex recta linea.

Et ſi apparet manifeſtiſſime, quod illa verba, pro maritanda filia, vel ſorore non ponuntur reſtrictive, ut diſpoſitio illius locum habeat in una filia, vel ſorore, & non in aliis perſonis, ſed ponuntur demonſtrative ſeu exemplificative. Quæ exempla non arctant regulam, l. damni infec. §. Sabini, ff. de dam. infec. Et ideo in dicta conſtitutione loquitur conſtituens in ſingulari numero, in perſona ſororis, vel filiæ, quia frequentius accidit maritare unam ſororem, vel unam filiam, quam plures ſimul, vel neptem, aut amitam, ut tenet expreſſe Andreas ibidem.

Præterea non ſine myſterio loquitur in ſingulari, quia ſi contingeret duas filias, aut ſorores maritare eodem tempore, non poſſet pater, vel frater dotem petere ultra unum tantum ſubſidium, vel adjutorium, ut in ca. Honorii, quod incipit, In prædictis enim caſibus, ubi ſtatuitur expreſſe, quod ſi in uno eodemque anno concurrerent duo caſus, in quibus poſſet peti adjutorium, nonniſi tantum una collecta, & unum adjutorium, ſeu ſubſidium peti debet. Quod videtur fuiſſe de mente condentis dictam conſtitutionem, Quamplurium, dum locutus fuit in ſingulari numero, quaſi voluerit ſentire, quod in uno anno nonniſi pro una filia, vel una ſorore adjutorium peti debet, non tamen negat quin pro aliis ſororibus, vel filiabus, amitis, vel neptibus peti poſſit, ſi diverſis annis, & temporibus maritentur, per ea quæ dixi, cum eadem ſit ratio in una, quæ in alia. Ad quorum confirmationem multum facit, quod quando lex loquitur in perſona unius ſingularis, dicitur loqui univerſaliter, hoc eſt, quod voluit Jaſ. in l. qui filiabus, §. primo, ff. de lega. 1. Et vide aliam concluſionem ad hoc facientem in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de liber. & poſthu. col. 1. Confirmatur hoc, quia conſuetudo in Regno Siciliæ ab annis quinquaginta & centum, & a tanto tempore, cujus non extat hominum memoria in contrarium, ſic fuit interpretata illam conſtitutionem, cum notorium ſit Barones Regni pro pluribus filiabus, & ſororibus iſtud ſubſidium exegiſſe, quam conſuetudinem optimam legis interpretem eſſe non negamus, l. ſi de interpretatione, ff. de legibus maxime, cum ſcientibus, vel ſcire debentibus Regibus hujus Regni fuerit obſervata. Quo caſu etiam ſi eſſet contra illam conſtitutionem, deberet nihilominus ſervari, ut dicit And. in prælud. feud. in 2. q. & Lucas de Penna in l. 1. C. de ſuperind. lib. 10. tenet, quod in iſtis exactionibus inſpici debet quid fuerit obſervatum de conſuetudine, allegat textum in l. 1. C. in quibus cauſ. colo. cenſi. lib. 10. pro quo facit optime textus in cap. ad hæc. de ſenten. excomm. ibi, nequaquam conſuevit, &c. Et propterea Lud. Rom. in conſi. 84. incip. in Chriſti nomine amen. pro propoſitæ quæſtionis defenſione dicit, quod promittens ſolvere uſuras, tenetur ad eas ſecundum conſuetudinem, pro quo etiam facit quod voluit And. de Barulo, in l. miſſi opinatores. C. de exac. tribu. Bal. in l. liberti liberteque, C. de ope. libe. & l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edic. Et ſecundum hanc conſuetudinem S. R. Majeſt. (quæ eſt lex viva) habita ſui ſacri conſilii deliberatione matura, pronunciavit in favorem magnifici Cæſaris Pozuti, quod deberetur ei ſubſidium a vaſallis, etiam pro maritagio Prudentiæ ſuæ ſecundæ ſororis, quæ quidem dicti Domini Regis pronunciatio legem facit in hac materia, & pro lege ſervanda, vulgata. l. fi. de legibus cum ſi. Fortificatur etiam iſtud per dictam conſtitutionem Regni, Comitibus, ibi, non minus, quam pro ſororibus maritandis, loquitur enim in numero plurali, & ſic aperte innuit, quod pro pluribus ſororibus maritandis liceat exigere ſubſidium, ſicut pro militia fratris. Nec obſtat ſi dicatur, quia loquitur in ſororibus, non autem in filiabus: nam cum non ſit dare rationem diverſitatis, idem jus eſt in utriſque, cum eadem ratio locum habeat.

Præterea ſi in præcedenti conſtitutione, Quamplurium, quoad iſtam petitionem ſubſidii ſunt æquiparatæ ſoror, & filia, ſequitur, quod conſtitutio ſequens, quæ loquitur in ſororibus, vendicet ſibi locum in filiabus l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matr. cum ſi.

Præterea negari non poteſt, quin, quoad iſtam exactionem ſubſidii, in caſibus expreſſis in dicta conſtitutione, Quamplurium, Rex, & Baro, ſeu feudatarius æquiparentur, ſaltem per capitulum Papæ Honorii, ut tenet Andreas ibidem. Sed cap. Honorii loquens in Rege, loquitur de filiabus in plurali, & ita de conſuetudine obſervaverunt Reges, quia pro pluribus filiabus exegerunt: ergo idem dicimus de Barone. Et ſic ex præmiſſis ſine aliqua hæſitatione reſultat firma, & immutabilis concluſio, quod dicto Comiti liceat pro dicta ſua ſecunda filia, etiam exigere ſubſidium moderatum a vaſallis, & ſubditis ſuis, & in hanc ſententiam acceſſimus, & de jure reſpondimus pro intellectu & declaratione dictæ conſtitutionis, Quamplurium. Nos Michael Ricius legum Doctor, Colucius Mangionus legum Doctor, Paris de Puteo, Antonius de Palmerio ll. Doctor Antonius de Rao ll. Doctor, Joannes Larduinus ll. Doctor Joannes Loyſius Artaldus, Joannes Loyſius de Januariis, Pyrrhus Piſanellus, & Nicolaus de Perſico.

Digitized by Google

De adjutoriis pro militia fratris.

TITULUS XXI.

Pro militia fratris poteſt dominus a ſubditis adjutorium petere moderatum pro facultatibus hominum, & expenſarum, etiam quantitate, & ipſe dominus non minus det pro militia quam pro dote maritandæ ſororis, & licet frater minor a familia fratris diſceſſerit, tamen quolibet tempore rediens poterit militiam petere a fratre. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

COmitibus, (*a*) * Baronibus, ac univerſis militibus Regni noſtri, qui feuda tenent, con-

---

De adjutoriis pro militia fratris. Rubrica.

(a) C*Omitibus*. Pro faciendo fratre milite. Nam ſecundum uſum eorum, qui in regno vivunt jure Francorum, major frater ſuccedit in feudo & rebus feudalibus, veruntamen ipſe frater major tenetur ſecundum poſſibilitatem feudi & rerum feudalium præſtare alimenta, & militiam fratribus minoribus juxta conſuetudinem Baronum, & aliorum Nobilium Regni. Et prædicti fratres minores tenentur facere ſervitium Curiæ de ipſo feudo ad eorum expenſas, † equos, & arma majoris.

† Additio. *Et an ſecundogenitus pro vita & militia teneatur ſolvere adoham, vide Affl. deciſ. 252. & aperte dicit hic gloſſa recte intellecta, ut in antiquis codicibus habetur, dempta illa diſtinctione, eorum, nam ſervitium reſpicit feudum, ut in conſtitutione, conſuetudinem, in glo. 1. Primogenitus poſſidet feudum, ergo tenetur ad ſervitium, & quia nemo tenetur propriis expenſis ſervire, l. cum ex officiis, de præſumptione. Secundogenitus cum ſervit, debet habere expenſas a primogenito feudatario, And. in c. 1. §. circa, qui dicatur Dux, Comes, Marchio, & non ſervire de ſuo, ergo non tenetur ſolvere adoham, quæ ſuccedit loco ſervitii perſonalis, & pro hoc vide textum in c. alienationis actus, circa finem, ubi contra emptorem feudi datur actio pro vita & militia, & tamen emptor tenetur ad integrum ſervitium. Item quia vita & militia non eſt feudalis: nam debetur de commoditatibus feudi, non autem de proprietate, & eſt portio fructuum, ut per And. hic: quæ non conſideratur, niſi recollectis fructibus, & a ſolo ſeparatis, unde non ſunt feudales, nec feudum, ut no. Bal. in c. 1. in principio de ſucceſ. feu. & in conſi. 33. ad evidentiam, unde pro ea adhoa non debetur, vide Jacobum de Gello in tract. de adoha, qui dicit ita fuiſſe determinatum in regia Camera, & ita ſervari*. Fabius Jordanus.

Et poteſt probari iſta conſuetudo per legem: nam filii naturales repelluntur a ſucceſſione per legitimam ſobolem, debent tamen paſci a legitimis fratribus ſecundum ſubſtantiæ menſuram viri boni arbitrio, ut probatur in Auth. quibus modis nat. effi. ſui §. omnem, colla. 7. Sed quis decernet alimenta talia iſtis nobilibus? Reſpondeo prætor, ſive judex competens, qui habet juriſdictionem in eos, ut ff. de libe. agnoſc. l. ſi quis, per totam fere legem, & ff. ubi pu. edu. de l. 2. Et diligenter attendas, quod prætor in decernendo debet primo inſpicere quid defunctus quondam communis pater ſolitus fuerat miniſtrare, facta relatione ad ea, quæ habent tempore erogationis, ut ff. de annu. legat. ſcio, §. 1. quod ſi non appareat, tunc ex facultatibus defuncti modum ſtatuere debet, ut ff. de alim. & cib. leg. l. pen. Prædicta autem alimenta non debent præſtari niſi in vita minorum. Nam alimenta cum vita finiuntur, ut C. de tranſac. l. cum hi. §. modus in fine. Eodem modo nec ſervitium debitum ab his ratione alimentorum prædictorum exigitur ab heredibus prædictorum minorum, cum nulla opera tranſeat ad heredes heredis, ut ff. de oper. liber. cum patronus, §. 1. & ff. de verb. oblig. l. ſciendum, in fine. Ex debito ſimiliter tenetur eis ad alimenta, & ad mercedes præceptorum, ut artibus inſtruantur, ut ff. ubi pupillus educari de l. qui filium, & de tu. & rat. diſtrah. l. 1. §. ſed nullus, quæ accipe pro patrimonii facultate, ut ff. de admin. tut. cum plures, circa finem & l. tutor. ſecundum dignitatem, in principio & in fine.

* Additio. *Quæro, an pro vita, & militia poſſit fieri compromiſſum ſine conſenſu domini, vide Affl. in dec.* 138.

ANDREAS DE ISERNIA.

De adjutoriis pro militia fratris. Rubrica.

C*Omitibus*. Omnes qui alimenta recipiunt † ab aliis, perdunt ea propter ingratitudinem. Sic etiam in omni cauſa, ex qua poteſt exheredari. ff. de liberis agnoſcendis, ſi quis a libe. §. idem Ju. Sed an ſi minor ſit locuples alet eum frater major, quia egentibus l. mandat ſubveniri, ut C. de alen. ll. pa. l. 1. & l. non cum, in gloſſa ergo non divitibus quia nec cogitur ipſam inſtituere, niſi in caſibus l. fratris. C. de inoffic. teſta. Sed hoc jure Romano non fit: quia vita & militia eſt loco partis hereditariæ, a qua excluditur per primogenitum majorem. Item an in domo ſua major præſtabit alimenta fratri minori, aut extra domum? dic quod ubi volet alendus ſit de jure Romano. Item quantum dabit & quantum erit id, quod datur pro vita & militia? dic quod tertiam partem, quam habiturus eſſet, ſi ſuccederet in feudum, ſicut plene dixi in conſtitutione In aliquibus infra de ſucceſ. Comi. & Baro. Item nota, quod dicit gloſſa de conſuetudine Francorum, quia fratres minores tenentur facere ſervitium Curiæ de ipſo feudo ad expenſas, & habere equos, & arma fratris majoris. Semper tamen majori debet tantum remanere, & tantum dari minori, unde poſſit vivere, ſicut primogenitus honorifice, & dominus feudi, & quod dignitas attributa primogenito non minuatur, dic per Hoſti. extra de voto, c. licet.

† Additio. *Vide Affl. dec. 43. & 138. nu. 2. Gloſ. in conſuet. Pariſ. §. 18. glo. 1. nu. 10. vide aliam lecturam Andreæ ſuper hanc conſtitutionem infra, in fine*. De Bottis.

Repetitio conſtitutionis, Comitibus, ejuſdem Andreæ, poſitæ ſub Rubrica de adjutoriis pro militia fratris.

C*Omitibus & Baronibus, &c.* Ibi, vitam & militiam præſtabit, ſeu alimenta frater major minori. Si ſit locuples non videtur, ff. de liber. agno. l. ſi quis a liberis, §. ſed ſi filius & §. ſi impubes, & §. alimenta. Periti Regnicolæ † dicunt contra, & bene, quia hoc eſt onus feudi, ut arg. in fine hujus conſtitutionis, ubi videtur eſſe caſus ad litteram, quod excluditur a ſucceſſione minor jure Francorum loco partis ſibi debitæ, a qua excluditur, quia dantur ſibi alimenta, & militia, ſicut paragium dotis ſorori excluſæ, ſubaudi datur loco partis ſibi debitæ, a qua excluditur, ut ſupra in conſtitutione, In aliquibus. Quod paragium debet habere etiamſi non nubet, ut ibi diximus jure Romano, in l. ſi quis a liberis, habuerat partem ſubſtantiæ, & quia eget ab alio locuplete alitur. Alia ergo ratio, aliud jus exigit. C. de tranſa. l. interpoſitas.

† Additio. *Vide Affl. in dec. 43. & 138. nu. 2. ubi etiam quod ſit portio feudi, de quo gl. in conſuet. Pariſ. §. 18. glo. 1. nu. 10.* De Bottis.

Eadem ratione dicimus † præſtari hoc fratri minori, ubi vellet minor ipſe habitare, nec enim cogi debet præciſe, nec cauſative, morari cum fratre majore, quia nec libertus cum patrono. C. de oper. libe. l. pen

concedimus facultatem, pro militia fratris, cum Comes vel Baro, aut miles ſuis expenſis militem fecerit, ab hominibus ſuis adjutorium exigere moderatum, pro facultatibus hominum & ex-

138. *Et an vita, & militia debeatur in ſucceſſione collateralium, Capic. deciſ.* 211. *refert per Sacrum Conſilium fuiſſe determinatum, quod ſic. Ad hanc conſtitutionem vide omnino Affl. dec.* 282. *& Mod. in c. regni alienationis actus, fol.* 224. *& Parid. in trac. de reintег. feud. in c. nunc videndum, col.* 2. *fol.* 176. *ubi, an fratri clerico debea-*

ANDREAS DE ISERNIA.

penult. Nec dicitur præſtare hoc major minori de ſuo, ſicut jure Romano, ſed loco partis, a qua excluditur minor. Non ideo dicitur liberalis in hoc, quia neceſſe habet alere per conſtitutionem hanc prælatus ſeu præpoſitus in feudo bonorum communium argumento ſu. de annu. legat. l. rem legatam.

† Additio. *Examinat Andreas an iſta vita & militia ſit præſtanda in domicilio ſecundogeniti, pro quo adde, quod communis concluſio Doctorum eſt, quod quando alimenta conſiſtunt in pecunia, ita quod in eis portandis non requiritur ſumptum, prout eſſet, ſi daretur vinum, frumentum & ſimilia, & tunc alimenta debent præſtari in loco creditoris, ut no. Bart. in l.* 1. *pen. q. & in l. ſolent. col.* 2. *de alim. & cib. lega. & in l. cum hi. §. vult igitur, ubi Doct. de tranſact. & debet talis vita & militia præſtari menſatim: quia quando alimenta debentur ex juris diſpoſitione & morituro, debentur de menſe in menſem, ut per Bart. & Ang. in d. l. cum hi. & in l. fin. de lib. agnoſc. & per Caccialup. in repe. l. frater a fratre, ff. de condict. indeb. vide Napod. in conſuet. quod ſi aliquis, in verbo, quinque, in titu. de alim. nota quæſtionem de facto, quidam habens feudum deceſſit relictis duobus filiis, majore, qui ſuccedit in feudis jure Francorum, & minore, certum eſt enim quod iſte minor frater debet habere vitam ſuam a fratre majore. numquid ergo ſi habet aliunde, unde bene ſe alat, amodo poſſit petere alimenta a fratre, & videtur quod non; nam ego video quod ubicunque tenetur quis alere, ſi ille non habet unde ſe alat, ut ff. de lib. agnoſc. l. liberis, §.* 1. *& ff. de petit. hered. l. hereditas furioſi, §.* 1. *unde cum iſte habeat unde ſe alat, videtur quod non teneatur. Econtra quod ſic: nam ego video quod aliquis tenetur alere fratrem naturalem, ut in Auth. quib. mod. natu. effic. ſui. §. ſiquidem, niſi ſint ſpurii, qui quidem non ſunt digni nominari filii, ut ea. Auth. §. alterius, col.* 6. *ergo multo magis legitimos. Sed ſapientes de regno dicunt, quod nihilominus poteſt petere alimenta: nam illud eſt onus feudi, argum. ejus, quod dicitur de ventre, qui mittitur in poſſeſſionem, quamvis habeat aliunde unde ſe alat, tamen de hereditate debet ſe ali, ut ff. de ventre in poſſ. mitten. l. curator. & vide de hoc ut notatur in hac conſtitutione, & dic aut debentur alimenta propter perſonam, aut propter rem; in primo caſu ſi habet aliunde, unde ſe alat, & tunc non debentur, ut ff. de juſt. & ju. l.* 1. *§. jus naturale. & ibi glo. In ſecundo caſu debentur, de hoc plene no. hic, vide eundem And. in conſtitutione dignum,* Bartholomæus de Capua.

Jure Romano † alit frater de ſuo proprio, in quo Moderni dicunt, quod extra domum ſuam non alet, niſi ipſe, vel ſui domeſtici præſtent cauſam, quare frater alendus non poteſt commode morari cum eo, arg. ff. de ſolu. uſuras, & in Auth. ut liceat matri & aviæ, §. illud. ubi attenditur quis præbuit cauſam divortio, arg. ff. de cond. & demonſtrat. ſi quis ita. C. de nego. geſt. l. alimenta. Nam & ubi debet quis alimenta Titio, ſi moretur ſecum, alet etiamſi non moretur cum eo ſine colpa, de alim. & ciba. Cajo. in fine.

† Additio. *Vide examinata dicta Andreæ hic per Gul. Pernum conſi.* 21. *col. pen. & fin.* De Bottis.

Aliis in hoc videtur & melius, ut frater, qui tenetur alere, alet ubi vult alendus, quantum ſcilicet præſtaret in domo ſua, non plus, ſi forte podet, & verecundatur minor ire ad domum fratris omni die ad comedendum, hæc verecundia ab eo, quod quis debet facere, excuſat argu. ff. ſolu. matri. ſi cum dotem, §. ſed ſi latitet, ff. de fur. l. pen. Solam militiam prætenderet ſi diceret major, veni ut te alam in domo mea, ubi non plus peteret, quam præſtaret domi ad plus non debet cogi. ff. de pet. hered. l. ſed & ſi lege. §. quod autem, ad exhi. ſed ſi hereditas, §. 1. familiæ erciſcundæ, l. ex parte, 1. reſponſo. Malitiis eſt obviandum, ff. de rei vendic. in fundo.

Additio. *Adde gloſſam in c. plerumque, de reſcrip. Bal. in c. ſedes, eo. ti. Card. Zaba. in c. cum dilectus, in* 2. *q. quod not. can.*

Æquitas juris civilis vult te mihi prodeſſe, ſi tibi non nocet, ff. de evictio. in creditore, quæ mitigat rigorem, in melius commutatum dici poteſt. Sed mihi non placet, ff. de uſu & hab. l. fin. pro quo eſt C. de judi. l. placuit, niſi frater alens vellet comitivam de alendo, ex cauſa habebat forte odium vel inimicitiam: tunc etiam ſine alimentis debet, ſi poteſt ſine ſuo periculo juvare fratrem, imo extraneum defendere, dicimus de pace tenenda, l. 2. per cap. dilecto, in fine de ſenten. excomm. lib. 6. Et tunc propter hoc domus & cibaria omnibus, qui ſunt in noſtro ſervitio, miniſterio, vel officio, debentur, ff. de ædil. edic. l. item ſi ſervi. in fine de ope. libe. ſicut. Et illi, quos alimus, verſa vice, debent nobis obſequioſi eſſe. Conſiderabitur ergo quis plus culpat, alens in nolendo alere extra domum ſuam, vel alendus nolens ali niſi alibi, argum. ff. ad legem Aquiliam, item obſtetrix, in fine. Item ſi dicat alens, ſum pauper, ſta mecum, id quod ſufficit uni ſufficit quaſi duobus, nam alimenta diviſa rediguntur ad nihilum, ff. de alimen. & cib. leg. l. 3. hoc habet reſponſionem præfatam, ſcilicet, quia quantum præſtat in domo, tantum & non plus dabit extra domum, illud modicum quod ait, ad illud ſolum tenebitur. Item alimenta, quæ debentur in communi, & vulgari vita & militia, dabuntur pro modo facultatum, ut hic dicitur in gloſſa. Audivi magnos peritos & Nobiles æſtimantes, ut major deberet cuilibet fratrum minorum ob hoc fructus trium annorum totius feudi, in quo præfertur major, de quo debet vitam & militiam fratribus ſuis. Et ſic ſi eſſent ſex fratres, minoribus, qui ſunt quinque, dabit fructus annorum quindecim, non ſimul, & ſemel, quia interim major egeret, ſed in concurſu quolibet anno certam quantitatem, ſervata majori parte, unde poſſit, ſicut decet, vivere conſiderato onere, donec quilibet minor habeat tantum, quantum ſunt omnes fructus trium annorum. Hæc æquitas non probatur jure. Princeps Monarcha Regni poſſet legem condere de hoc juſtam & æqualem: ſicut ſtatuit de minuenda tertia parte penſionis in ruinoſis. C. de ſacroſanctis eccle. authent. ſi quas ruinas. Alii dicunt ſicut dicimus in paragio † dotis in conſtitutione, in aliquibus, in fine, ut habeat minor tertiam partem valoris partis ſuæ, quam haberet ſi ſuccederet, duæ vero partes remanent majori, quem lex & mos voluerunt honorari prærogativa primogenituræ, unde ſi totum feodum valeret ducenta, & ſint duo fratres, & minor haberet centum pro dimidia, nunc pro tertia habebit 33. & tertiam pro vita & militia. Æquiparantur lex & mos, ac diſpoſitio teſtatoris, quæ pro lege ſervatur, ut in Auth. de nup. §. diſponat.

† Additio. *Vita & militia vadit ſecundum legitimam, & ita taxatur, ut diximus, vide Capic. in deciſ.* 211. *num.* 2. *quem omnino videas.* De Bottis.

Sed ſi pater privaret filium, deberet ei tertiam, ut in Authen. de triente & ſemiſſe, §. 1. nec dabit plus minori, quia pro modo facultatum tenetur, & hoc ſtatuitur, ut dicit gloſſa; at paragium dotis etiam pro dignitate, & paritate, ut ibi dictum eſt, & in muliere ſeu ſorore eſt ratio, quia propter ſexus verecundiam non poteſt, nec debet pro alio laborare, ſeu alio modo acquirere, niſi filando: nam manus ejus apprehendere debent fuſum, ut dicitur proverbiorum ulti. ff. de donatio. inter vi-

Digitized by Google

& expenſarum etiam quantitate. Tamen pro faciendo fratre milite non minus quam pro ſororibus maritandis occaſione eorum, quæ a communi patre, frater major habere dignoſcitur,

---

beatur vita & militia, de quo Thomas Minadojus in conſtitutione in aliquibus, & an vita & militia debeatur etiam de rebus ſubfeudatorum, & aliis juribus, quæ conſequitur primogenitus tanquam Baro. vide gloſſam in conſuet. Pariſ. §. 9. glo. 1. nu. 21. quam ſequitur Affl. hic, nu 6. q. & quid ſi pater reliquit filio tertiogenito domum, ut non

---

ANDREAS DE ISERNIA.

virum & uxorem, l. ſed ſi vir lanam, de operis libe. ſicut. Naturalis pudor vult, ut non ſe paſſim oſtendat. C. de contrahen. ſtipulatio. l. optimam. At maſculus minor frater poteſt & debet laborare, & de laboribus augere ſe & bona ſua. C. arbitrium tute. ſi defunctus, lib. 12. de re milit. l. contra publicam, ff. de muneribus, & honoribus l. cura. §. 2. ut dicitur in fine huius conſtitutionis, quod abſque voluntate ſeu licentia majoris fratris recedit ab eo, melioris fortunæ compendium aſpirando: de muliere & ſorore dici non poteſt. Satis videtur æqua talis ſententia, non tamen vidi ſic judicari de facto, ſed frequenter concordare judices majores cum minoribus ad plus & minus, ſicut ſunt perſonæ, poteſt certa definitio ad hoc dari, ſicut de mora. ff. de uſu. l. mora. in principio, ubi neceſſarium eſſet judicari, & aliud non obſtaret, æquum videtur quod dictum eſt, concordare tamen eſt tutius. Nam quid aliud agebat prætor, &c. ff. de oper. novi nuncia. l. 1. §. inde quæritur. Eadem ratione in patre dicetur hic, ut extra domum alat, & maxime quando ſuperinduxit novercam, quoniam fortior ratio eſt, ut pater alat filium, quem genuit, quam frater fratrem. Inde poteſtas patria dicitur gemina, quia homo, & quia pater. ff. de libe. hom. exhi. l. 3. §. ſi eum. Quid ergo ſi pater de prima uxore habeat filium vel filiam, & uſumfructum bonorum maternorum, ſcilicet, primæ uxoris: & ex ſecunda habeat multos filios, vel nullum, ſed de uſufructu prædicto alit ſe & alios, nihil aliud habens, an pro filia primi matrimonii, cujus eſt proprietas bonorum, unde ſe de uſufructu pater alit, teneatur relinquere uſumfructum pro dote, ſi non poteſt aliter maritari, proprietas & directum dominium, ſive utile, ut uſusfructus, ſicut cum erat? Dicit Hoſtien. dixiſſe Innocen. in tit. de conſi. & de feudis, ſi nullus vult ducere prædictam filiam cum nuda proprietate, quod pater nedum de bonis filiæ, imo de ſuo proprio quando inopia tentus eſt, etiam ex illis dotem dare debet, quæ ad filiam pertinent. C. de do. promiſ. l. fi. §. penul. Reſpondeo, hic uſusfructus acquiſitus patri de bonis maternis a lege validior & fortior eſt, quam uſusfructus aliorum, C. de bon. quæ liber. l. fin. Ipſum autem nec perit morte proprietarii: ſed patris uſufructuarii. C. de bonis maternis, l. 2. ff. de periculo & commodo rei venditæ, l. quod ſi pendente, §. fin. Idem quicquid ex hoc uſufructu pater acquirit, eſt ſuum, non illorum, quorum eſt proprietas. C. de bonis quæ libe. l. cum oportet, §. & ſi quidem, & ideo de hoc uſufructu alet inde ſe pater, & omnes filios, ſicut de ſuo proprio, non tangendo proprietatem: nam & hoc frater vel ſoror teneretur alere nedum patrem, ſi egeret, ſed etiam alios fratres egentes. C. de alend. liber. l. 2. in gloſſa, dotaret etiam ſororem ex alio patre natam, ſi aliud non haberet, ff. de adminiſtratio. tutor. cum plures, §. in primis, in gloſſa.

Additio. *Adde l. non omni. & ibi* Cyn. C. *de adminiſtr. tutor. Cyn. in l. fina. in 3. quæſt.* C. *de dote præleg. Abb. conſi.* 12. *incipien. Et ut clare materiam, in* 2. *volum.*

Filiæ etiam proprietariæ pater hujuſmodi conſtituet dotem, & poterit de hoc uſufructu: quia conſiderabitur numerus filiorum, & modus facultatum, ff. de ritu nuptia. l. qui liberos, ff. de legat. & fideicommiſſ. 3. ſi filiæ. Pater non habens aliud, habet dotare de maternis filiæ, non eſt intelligendum, quod uſumfructum, quem habet, teneatur in dotem dare, vel pro dote relinquere, quando non habet aliud, unde ſe alat. Nam repeterentur ab ipſo patre bona materna: hic eſſet caſus, quod deberet reſtituere: & non condemnaretur, niſi in quantum facere poteſt, habita ratione ne egeat, ff. de re judica. ſunt qui. & in d. l. fin. de dotis promiſſione, innuit gloſſa. De hoc ergo uſufructu relinquetur patri unde ſe alat, & filios ceteros, quos frater & ſoror proprietarii tenerentur ipſi alere, ut dictum eſt, dabit etiam in dotes filiæ proprietariæ illud ſaltem, quod daret in ſua domo, alendo eam: nam pater in egeſtate venderet filium, qui non eſt vere ſervus.

Additio. *Adde gloſſam in c. 2. de pignoribus & gloſſam in c. quod non eſt, de regulis juris. Et an filius poſſit contra eum agere, ſi veniat ad pinguiorem fortunam? vide in l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxer. & per Philippum in cap. cum dilecta, de reſcrip. in pen. col. verſi. fallit octavo.*

Multo fortius bona filii in tali caſu, ſi poteſt plus, ſcilicet, perſonam, poteſt minus, ſcilicet, res ejus. C. de patribus, qui filios ſuos diſtraxer. l. 2. in gloſſa de pactis conven. l. hac lege. argumen. 12. q. 1. præcipimus, hæc gloſſa cadit in conſtitutionem, Comitibus, circa medium, cadit in conſtitutione, in aliquibus, circa finem, cadit etiam in conſtitutione, Quampluribus. Item nunquid dabit militiam filio fratris, & alet eum? videtur quod ſic, quia libertus filium patroni alit, ſicut patronum: & econtra patronus filium liberti, ut in l. ſi quis a liberis, §. alimenta, ff. de liber. agnoſcen. Quæ dicuntur de paragio, & alimentis habent locum in milite, eadem l. §. a milite. per quod videtur idem eſſe in feudalibus. Verius dicitur contra: quia alimenta cum vita finiuntur, ff. de tranſactionibus l. cum hi, §. modus, & quia de filio fratris non cavetur jura, nec in conſtitutione, Comitibus, nec in cap. Honorii, de fratre tantum loquuntur, de eo tantum intelliguntur, de verborum obligationibus ſi minor. potuit dicere de filio fratris, quia non dixit, omiſit, eodem titulo, l. quicquid. C. de cadu. tollen. l. 1. circa finem. In deſcendentibus expreſſit etiam de matre, ff. famil. erciſc. l. ſi filiam, §. hoc amplius, nam pater tenetur alere omnes, qui continentur appellatione liberorum, ff. de verborum ſignificatio. l. liberorum. Et econtra deſcendentes nepotes, & alii tenentur alere patrem avum, & ceteros, d. l. ſi quis a liberis, in principio, & in §. idem de liberis. Frater autem tenetur alere fratrem. C. de alen. libe. l. 1. in gloſſa. Mos autem, & jus Francorum prætulit primogenitum gravando eum, ut det minori nato vitam, & militiam, ſicut præfert maſculum, qui debet dotare ſororem, & amitam in conſtitutione, in aliquibus. Quod ergo dicitur de fratre, & filio, idem eſt dicendum de amita, & ſorore, ut eas dotet ſecundum paragium, non filiam ipſarum: quia in conſtitutione, Comitibus, dicitur, non minus pro faciendo fratre milite, quam ſororibus maritandis, &c. in §. alimenta, redditur ratio. Quia libertus debet obſequium filio patroni, ſicut patrono, in §. a milite. non dicitur quicquam de filiis fratris, ſed de deſcendentibus a patre. Amitæ, & ſorori debentur dotes ſecundum paragium, quia fuerunt excluſæ per morem Francorum a patre, & fratre amitæ, propter quod loco patris earum conſtitutio illa dedit eis paragium dotis, ut diximus in conſtitutione, in aliquibus, ſic & fratri dedit vitam, & militiam, quum ſi ſoror, & amita, & minor frater conſecuti ſunt, ſicut ipſi excluduntur, multo fortius eorum filii excludentur, ff. de regulis juris quod ipſius, ſed ſi non fuit dotata amita, & ſoror, nec habuit militiam, frater minor natu filii, & heredes non ex ſua perſona, ſed ex perſona ſororis amitæ, ac fratris, qui non habuerunt dotes, vitam & militiam conſequentur. Nam hoc jus petendi † per hanc conſtitutionem, cum dicit ex con-

Alimenta cum vita finiuntur.

Frater tenetur alere fratrem.

tūr, ex debito teneatur. Et licet frater minor a familia fratris fratre etiam contradicente diſceſ-

non poſſit petere vitam & militiam a primogenito: an mortuo primogenito poſſit petere a ſecundogenito ſuccedente in feudo, vide Gram. in conſ. civi. 105. An filio clerico debeatur vita & militia, vide Affl. in c. qui clericus, 9. 10.

ANDREAS DE ISERNIA.

conſuetudine, ſive more, perſonali otique actione, ex quo non habuerunt dotes, vitam & militiam tranſtulerunt in eorum heredes communi jure. C. de act. her. l. 1. per totum.

† Additio. *Nota, quod jus petendi paragium tranſmittitur, vide Loffred. conſil. 26. & vita & militia ſimile, quod debetur etiam de præterito, nam contrarium videbatur per not. in l. de alimentis, C. de tranſact. & per Bart. in l. libertis, §. 1. de alim. & cib. & Rota deciſ. 300. ideo dixit Paul. in l. divortio, quod vidua, cui debentur alimenta, ſi aluit ſe primo anno, non petet alterius alimenta. Sed pro opinione Andreæ facit, quia iſta debentur jure actionis. nam debentur jure conſtitutionis, facit doctrina Bart. in rub. de condict. ex lege, ideo nimirum, ſi poſſunt præterita peti, ut dicit Bar. in d. l. libertis, & Curt. conſil. 39. ubi vide.* De Bottis.

Ceſſerat & venerat dies hujus debiti, ideo tranſmittit in heredes, quia & de præteritis alimentis tranſigitur, licet non de futuris. C. de tranſact. l. de alimentis, immo & filium ex filia non tenetur avus alere, niſi ſit inops, quia ſequitur avum paternum, ff. de liber. agnoſc. l. non quemadmodum. filio ergo & filiæ amitæ ſororis, & fratris minoris, tenebitur frater, & nepos dare dotes, vitam, & militiam, quæ debuit dari, & data non fuit ſorori amitæ, & fratri minori. Secus ſi eam habuerunt. Filiam fratris minoris nati primogenitus tenetur maritare, quia ſucceſſit in eo, quod pater ejus debuit habere pro vita, & militia, hoc habebit ſi pater idemque frater minor non habuit a fratre minore nato: per quod patet, quod alia ratio eſt in amita, & ſorore excluſis habere debentibus loco partis, a qua ſunt excluſæ, paragium dotis, quam filia fratris, quæ non excluditur ex ſua perſona, ſed ex perſona fratris minoris patris ejus, & ita eſt intelligendum ca. Honorii, dum dicit pro maritanda ſorore, vel aliqua ex filiabus, vel nepotibus ſuis, &c. Quid ergo ſi primogenitus ſuccedens in feudo, habens filium, ſororem, & fratrem, vivo patre, eodemque avo, moriatur? Si dicatur filium primogeniti debere ſuccedere loco patris, mortuo avo, non procedet quæſtio de fratre, & ſororibus, quas ipſe tenebitur maritare. Sed ſecundum aliam opinionem modernorum dicentium patruum excludere filium primogeniti ſuum nepotem, Si hæc vera ſit portio ſua, an patruus hic ſuccedens debeat vitam, & militiam nepoti filio primogeniti eo excluſo, & dotes nepti filiæ fratris primogeniti? Nam patri eorum, ſcilicet, primogenito non competit hoc, quia erat ſucceſſurus ei, ſi vixiſſet tempore mortis patris, & ipſe debuiſſet vitam, & militiam minori nato, non ſibi fuiſſet debita per eum, dotem etiam nepoti debuiſſet pater ſuus: non ergo poteſt dici filium, & filiam primogeniti hic ſuccedere patre excluſo, quia non debebatur. Filio autem fratris, & filiæ ex eorum perſona non debentur hæc, ut ſupra dicitur, etiamſi dicatur primogenitum excluſum reduci, ut ſit ſecundogenitus, & loco ſecundogeniti: quia deceſſit vivo patre, quamvis hoc non videatur jure probari. Filio illius primogeniti præmortui, vivo patre, detur & militia, quam debuiſſet pater habere. Si vero ſecundogenitus fuiſſet, & ipſe filius teneretur maritare ſororem ſuam, non patruus, de quo non cavetur, & qui dedit id quod dare debuit maſculo fratri ejus nepoti ſuccedenti, id quod debebat habere pater ejus, & dotem filiæ. Hoc autem probabiliter videtur debere dici, quia hic ſuccedens, qui fuit vere ſecundogenitus, nunc inveniens ſe primogenitum per obitum primogeniti, vivo patre ſicut dicitur, non poteſt nec debet allegare culpam mortis illius primogeniti, de qua ſentit lucrum, & commodum ſucceſſionis, argum. ff. de jure dot. l. cum in fundo, §. quod ſi mulier. Verum quia caſus novus eſt lege non comprehenſus, nec ubi determinatus, recurrendum eſſet ad Principem, † vel ad eum, qui interpretari habet dubia. C. de legibus cum de novo, ut declaret, & ſuppleat, ubi vera ſit poſitio dicta, ut prædicitur, quod debetur filio, & filiæ ejus primogeniti defuncti vivo patre ſuo per patruum excludentem nepotem, qui ut excludatur a ſucceſſione, & ab eo quod patri debetur, ſi ſecundogenitus vere fuiſſet, abſurdum eſſet dicere.

† Additio. *In dubiis caſibus ad Principem recurrendum eſt, vide eundem And. in c. 1. in principio de nat. ſuc. feu. & per Bal. in l. cum in antiquioribus. C. de jure deliber.* De Bottis.

Nam † ubi vero ſecundogenitus mortuus eſſet vivo patre, ſuo filio ſecundogeniti poſt patris, & avi obitum tenebitur primogenitus ad id, quod patri ſuo ſecundogenito debetur, ſi viveret jure communi, ut C. ne ac. de her. & contra her. l. prima. Erat enim in ſpe hoc illi ſecundogenito præmortuo, quæ erat, ſeu eſſet in re, ſi pater communis eorum fuiſſet præmortuus. Et ſi dicatur dictum primogenitum nunc excludentem nepotem filium ſecundogeniti præmortui debere maritare filiam neptem ſuam, vel militare alium nepotem ſuum, ſubveniatur ei a vaſallis, ſicut ſi maritaret ſororem, & ſi militaret frater, conſtitutio, Quamplurium, & cap. Honorii, non extendunt ſe ad iſtos caſus, & cum ſint odioſi exigentes a vaſallis id, quod non promiſerunt, licet eadem ſit eſſe eadem ratio, quia ubi eſt onus dotandi, ibi debet eſſe commodum ſubventionem recipiendi, argum. ff. de reg. jur. ſecundum naturam. C. de ſuc. l. ſi quis ſervo, in ſuis caſibus tantum habebunt locum, non producentur ad ſimilia, nec videbuntur habere iſti caſus æquitatem, ut l. ſi quis ſervo. C. de fur. & dixi in conſtitutione, Quamplurium. Idcirco ſuperioris declaratio videtur neceſſaria, ſicut declaravit inclitus Rex Carolus II. in amita maritata, ut ſubveniant vaſalli, & in avia, ut præſtatur in baliatu filii.

† Additio. *Vide omnino Afflict. in cap. imperialem, §. præterea, ducatus, de prohib. alie. feu. per Frider.* De Bott.

Ubi vero Baro, vel Comes, aut feudatarius filiam filii ſecundogeniti maritaret, & dotaret, haberet ſubventionem a vaſallis. Idem ſi promittat dotem, quia erat obligatus dare ipſe, & ſuus heres. C. de do. promiſ. l. ſi pro te. quia eſt de genere ſuo ex recta linea deſcendens iſta, quæ maritatur, vel dos pro ea promittitur, ut dicit capitulum Honorii. Et ſi decederet antequam haberet ſubventionem, filius ejus heres, & primogenitus, in quem transfert actionem hanc habendi ſubventionem, habebit eam, eo quod ceſſit, & venit dies habendi hanc ſubventionem, ff. de verborum ſignificationibus, l. cedere diem. Quamvis ſi primogenitus iſte dotaſſet hanc neptem filiam fratris, non haberet, ut dictum eſt. Sed ſi pater, idemque avus huic filiæ filii primogeniti non nuptæ relinquit, vel promittit dotes inter vivos, quando nubet, & pro maritagio, primogenitus heres in feudo hereditario jure tenebitur dare dotes has conſtitutas. C. de rei vendica. cum a matre. Secus ſi feudum perveniret ad eum ex pacto, & providentia in tit. an agna. &c. plene dicitur. Sed in primo caſu non dicetur liberalis, ff. de ali. leg. l. rem legatam, tunc non haberet hic heres, & primogenitus ſubventionem a vaſallis. Patri enim relinquenti dotes, eidemque avo non fuit ſubventio debita, quia non maritavit primogenito, & heredi, non quia ſi ipſe ex ſe non ex præcepto teſtatoris patris, ejuſdem avi dotaſſet, & maritaſſet non deberetur, quia non ex neceſſitate, ſed ex voluntate eam dotat, ſicut dictum eſt. Sed cum dat dotes legatas in paterno teſtamento, eſt neceſſitas mandati teſtatoris, ſine qua non tenetur ad dotes: debet enim eſſe neceſſitas legis, quæ præcipiat debere dotare, & tunc habet ſubventionem, ut in conſtitu-

Nota, quod tra͞ſmittitur jus petendi ſubventionem.

Ubi vivitur jure Francorũ, fit diſtinctio, an feudum ſit ex pacto, & providẽtia, vel hereditarium, jus.cap. r. an agna.

Digitized by Google

ceſſerit, dum forte ad fortunæ melioris compendium aſpirat, rediens tamen quolibet tempore militiam ſibi debitam abſque alicujus repulſæ timore de bonis patris a fratre majore petere (*a*) poterit & habere.

De

ne. ſi de feu. fue. controver. & Parid. in trac. de reinteg. feu. c. nunc videndum, fol. 176. & Minadois in conſtitutione in aliquibus, & Capic. deciſ. 2. in fine. Si primogenitus pro aliquo anno non percipit fructus, an teneatur dare ſecundogenito vitam militiam, vide Minadois in deciſ. 50. De Bottis.

(*a*) *Poterit & habere*. Poteſt hoc probari per leg. ff. de leg. 3. his verbis. §. ſi.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſtitutione, Quamplurium. Si dicatur, quod præceptum teſtatoris eſt lex, in Authen. de nupt. §. diſponat, eſt æquivocatio in nomine legis, conſtat enim quantum ad propoſitum differre legem ſcriptam, & præceptum teſtatoris, quod eſt lex: nam teſtator non poteſt præcipere dari ſubventionem, ubi lex id non diceret, ſed lex ſcripte ſic, ut in conſtitutione, Quamplurium, & ſic ſufficit dare inſtantiam, r. quæſtio. r. ſicut urgeri, ſicet capit. Honorii, & conſtitutio, Quamplurium, dicant pro maritanda, videtur habere intelligi, quod ipſi dotantes patres, idemque avi maritaverint, quod ſequitur in cap. Honorii, pro maritagio, & dicitur, quod eam ipſe dotabat, quod importat maritare, & tradere nuptui cum dote, quia ſine maritatione non erit dos, quæ ſine matrimonio eſſe non poteſt, ff. de jure dotium, l. tertia.

C*Omitibus*. Sed quid ſi Baro ipſe non vadit perſonaliter ad exercitum, vel feudatarius, ſed mittit ſufficientem ſubſtitutum, an poterit petere adjutorium, vel ſubventionem a ſuis vaſallis? Reſpondeo ſic arg. ff. de legibus l. ſi filius. Item quid ſi non vadit perſonaliter, nec mittit ſubſtitutum, ſed ſolvit adhoamentum, an poterit ipſum adjutorium petere? Reſpondeo, ſic, ff. man. l. mater cauſas, §. abeſſe, verſ. is qui. & eſt ratio, quia in tantum videtur abeſſe ipſi Baroni, vel feudatario, in quantum propter dictam rerelſſionem obligatus eſt eidem domino Regi ad auxidora ſeu ſervitium reprehenſivum, ut ff. de nego. geſt. l. ſi quis mandato, & de peti. hered. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. Idem quid ſi feudatario debebat dominus rex aliquam quantitatem pecuniæ, quam cum domino compenſavit propter ſervitium ob eo debitum, an iſte feudatarius petet iſtam ſubventionem, ac ſi præfatum ſervitium in pecunia præſtitiſſet? Reſpondeo ſic, ut ff. qui pot. in pig. hab. l. ſi debitor. & de libe. cauſa, l. in tantum. Bartholomæus de Capua.

Ibi, ſicut in omni cauſa, ea qua pater exheredaret. Hoc eſt verum in his, quibus debentur alimenta pro officio pietatis, ut hic, & C. de alen. lib. l. ſi. ſecus in fratre minoris ætatis, qui debet habere alimenta loco legitimæ portionis, ut ſequitur, unde non perderet illem propter ingratitudinem commiſſam contra fratrem primogenitum, ſeu majoris ætatis, cum alimenta ipſe potius a patre, & ratione paternæ hereditatis, quam a fratre habere videantur, unde & illa habet, etiamſi aliter ſit locuples, ut ibi plenius dicitur niſi forte fuit ingratus patri, e quo feudum pervenit, & propterea fuiſſet ab eo juſte exheredatus, cum etiam in feudo poterit filius per ingratitudinem exheredari. Ibi, certa, de voto. c. licet, quod deficit in gloſſa hujus conſtitutionis, Comitibus, & infra in conſtitutione, In aliquibus. Petrus de Monteforte.

Solet dubitari in hac conſtitutione, quid ſi concordia hæc inter fratrem fiat per compromiſſum, vel tranſactionem extrajudicialem, mediantibus amicis, an valeat ſine aſſenſu ſuperioris domini feudi? ita quod ſi non valet, poſſit primogenitus, vel ſecundogenitus eam revocare auctoritate conſtitutionis, conſtitut. divæ memoriæ, tanquam contra eum factam ſuper re feudali, ſine aſſenſu, etiamſi ipſe revocatus prius conſenſiſſet tali contractui? Quidam dicebant non valere ſine aſſenſu, etiamſi ipſe revocans prius conſenſiſſet, ideo revocari poſſet, quia inducit ſervientem vitæ, & militiæ. Idem eſt de fructibus feudorum, qui cenſentur pars feudi. Mihi videbatur contrarium, quia non dubitatur hic, an vita, & militia debeatur, & ſic non eſt quæſtio juris, ſed facti, ſcilicet, quantitatis debendæ fratri minori, item quantitas incerta, quæ per hanc conſtitutionem taxata non eſt, ſed eſt arbitraria: ergo non poteſt dici, quod talis concordia interdum extendat, & inducat ſervitutem feudalem, ultra quam debeatur de jure. Præterea poſſunt fructus in futurum minui, vel augeri, unde ratione primi dubii futuri contingentis poteſt ſuſtineri hæc diſpoſitio, licet prima fronte videatur continere inæqualitatem l. fideicommiſſ. de tranſact. l. cum Archimedorem. C. ut in poſſ. leg. & faciunt no. in l. quia de juriſ. om. jud. Cogita, quia Andreas videtur hic inclinare, quod valeat talis concordia, dum dicit, quod frequenter judices debent concordare majores cum minoribus, quia tutius eſt: nam quid aliud agit judex? ff. de no. oper. nunc. l. 1. §. unde quæritur.

Sed majus dubium eſt, quando vita, & militia nullo feudo debeatur, quia tunc videtur eſſe quæſtio juris, non facti, & talis concordia videtur inducere ſervitutem feudo.

Poteſt dici, quod aut erat clarum, quod non debebatur, puta ſi eſt tranſactum inter fratrem poſſidentem feudum, & quendam extraneum, qui nullo jure poterant vitam, & militiam petere, & tunc non valeret talis concordia, quaſi induceret ſervitutem feudo, quæ per feudatarium induci non poteſt, gloſſa eſt communiter approbata in cap. 1. in verbo, alienationem, de Capl. Corra. Niſi dicat, quod immo poteſt durante ſua vita imponere ſervitutem, ut notat Andreas in capite primo feudor. de inveſtit. de re alie. facta maxime ſuper fructibus, de quibus poteſt ad libitum ad vitam ſuam diſponere. Sed poſt mortem ſuam non præjudicabit heredi ſuo.

Aut erat dubium, an deberetur, licet in veritate non deberetur: tamen ſi ſit in concordia cum fratre ſecundogenito, quod prima facie debeat habere vitam, & militiam, ſed forte ab aliquo legatum relictum ſibi a patre, & de jure veniebat excludendus, & dictum relictum cum vita, & militia compenſandum, & tunc crederem tranſactionem valere, ratione dubii per ſupradicta, maxime quia de fructibus, ut dixi, poteſt dici, quod non inducit ſervitutem feudo, ſed ſolum actionem perſonalem, & hoc modo debeat intelligi talis tranſactio, & ſalvari ſicut in ſimili dicit Bar. & ſequen. in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, de verb. obli. de illa ſtipulatione, per quam promitto tibi uti frui licere fundo meo, licet aliqui ibi teneant contra Bart. tamen quantum poteſt, ſalvanda eſt talis conventio. Diomedes Mariconda.

Dic, quod licet de jure communi bonus vir, id eſt major dominus feudi, hoc haberet moderari ad inſtar decimæ eccleſiæ debitæ, cap. probatum, extra de deci. hodie in regno eſt expeditum per cap. omnes Comites, ubi Juſtitiarius moderatur altercationem moderationis. Bartholomæus de Capua.

Sed hodie taxat, & cognoſcit magna camera Summariæ, & requiritur licentia Principis, quod imponatur vaſallis: ſed certe contrarium videtur innuere c. regni, Item ſtatuimus, allegatum per Bartholomæum de Capua in conſtitutione regni, Quia. Et vide ad prædicta Bartholomæum de Capua in conſtitutione, Minoribus.

In textu pro ſororibus. Hodie autem pro filia monachanda poteſt Baro, ſeu feudatarius ſubventionem petere a vaſallis, ut in c. regni, Ad perpetuam rei memoriam. Petrus de Monteforte.

In gloſſa magna in fine. Iſta gloſſa facit, quod ſi frater minor vult ſtudere, quod frater major teneatur dare expenſas in ſtudio ſecundum patrimonii facultates.

Digitized by Google

relaxantur, hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

De matrimoniis contrahendis.

TITULUS XXII.

Matrimonium fieri debe poſt contracta ſponſalia, debita ſolemnitate, & ſacerdotali benedictione interveniente, & publice: alias tali matrimonio clandeſtino judicato, non ſunt ex eo nati legitimi ſucceſſores, & mulieres dotes perdunt: excipiuntur viduæ, quæ ab hujuſmodi neceſſitate

REX ROGERIUS.

SAncimus (*a*) * lege præſenti, volentibus omnibus contrahere matrimonium neceſſitatem imponi univerſis hominibus Regni noſtri, & nobilibus maxime poſt ſponſalia celebrata ſolemnitate debita, & ſacerdotali (*b*) benedictione præmiſſis, matrimonium (*c*) ſolemniter, &

De matrimoniis contrahendis. Rubrica.

(a) S*Ancimus.* Matrimonium fit poſt contracta ſponſalia, & debita ſolemnitate, & ſacerdotali benedictione præmiſſa: alias tali matrimonio clandeſtino judicato non ſunt ex eo nati fili liberi, legitimi ſucceſſores, & mulieres dotes perdunt, concor. extra de cland. deſpon. per totum, & hæc conſtitutio eſt in omnibus hominibus Regni generalis. In ſequenti conſtitutione ponitur jus ſpeciale, ſcilicet, ut nullus Comes, vel Baro ducat uxorem ſine licentia Curiæ, argumen. contra in Decre. quæ dicit, quod matrimonium debet dependere ex mera voluntate nubentis. Nam plena debet libertate gaudere, cujus eſt animus indagandus, ut extra de ſponſa. ca. benedictione, & in facie eccleſiæ. Et benedicit nobilibus maxime: nam milites, ſeu habentes aliquod ſingulem dignitatis in orationis domo debent ſibi copulare uxores, interveniente alia ſolemnitate, quæ deſcribitur in Authen. quib. mod. natur. efficiun. ſui, § novimus, qua forma ſervata inde cenſetur legitima ſoboles ex eo ſuſcepta, ut ibidem dicitur.

* Additio. *Ponit Curt. jun. in conſil. 52. nume. 9. 10. vide quæ ponit Grammat. conſil. 168. & conſil. 154. in civil.* De Bottis.

(b) *Benedictione.* Nota hic, quod probato matrimonio contracto de communi conſenſu, iſta ſolemnitas nuptiarum, & ſacerdotalis benedictio præſumitur, & no. Roffr. in 2. reſpon. de privi. in rem, quando quæritur, an aliquis hab. fil. in pote. in principio.

Benedictione. Et ſic in facie eccleſiæ, ut in Auth. qui. mo. nat. ef. ſui. §. quantum vero in militiis, quæ huic concor.

(c) *Solemniter.* Sed quid de filiis naturalibus, an hodie ſuccedant ſecundum formam datam in ſum. de nat. lib. §. ſuccedant? Reſpondeo ſic, quia hic loquitur de volentibus contrahere matrimonium: ergo de aliis non mutatur: ergo quilibet poſſet facere fraudem huic conſtitutioni, habendo liberam mulierem toto tempore vitæ ſuæ in domo: & poſtea filios ſuos inſtituere legitimos in totum heredes. Reſpondeo non poteſt, quia præſumitur, quod habuit eam in uxorem de jure, licet clandeſtinam uxorem niſi tempore, quo vivebat, proteſtatus fuit eam habere ut concubinam, ut ff. de ritu nup. l. liberæ, & ff. de concu. l. fi. Hoc idem videtur de jure Lombardo, ſecundum Caro. poſſe dici in Baſtardis, & ex illicito coitu: quia & ipſi contra jus Romanum videntur ſuccedere, ut in Lombarda, de ſucceſ. l. 3. & 4.

Additio. *Adde an tales ſuccedant in feudum, vel emphyteuſim, ſi pater accepit pro ſe, & filiis ſuis? vide per Bart. in l. ex facto, in §. ſi quis rogatus, ff. ad Treb. Bal. in auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. ecc. Bal. in authen. quæ in eccleſiarum, de conſtitutione. Et quid ſi tales legitimentur, an ſuccedant? vide per Bal. in d. c. quæ in eccleſiarum.*

Sed quid ſi natis filiis celebrata ſit hæc ſolemnitas? certe videtur ſufficere, ut Inſti. de nup. §. fi. & C. de na. lib. cum. quis, & l. nuper. Sed manifeſte videtur contra in tit. ſi de feu. vaſ. interp. ſue. l. naturales. Sed forte illa in feudalibus tantum locum habet. Item notandum eſt, quod de jure Lombardo naturales videntur ſuccedere cum legitimis in tertia minus pro numero liberorum, ut in Lombar. de ſucceſ. l. 2. Sed in commento legis ejuſdem tituli putat totum illud abrogatum hodie D. Ba. & patet in eo. tit. de ſucceſ. l. ſi quicunque.

ANDREAS DE ISERNIA.

tes. Bartholomæus de Capua.

In textu pro militia. Sed pro ſua multo magis. Bartholomæus de Capua.

De matrimoniis contrahendis. Rubrica.

S*Ancimus.* Hæc conſtitutio facta fuit poſt c. cum inhibitio, de clan. deſpon. quod factum fuit per Innocentium III. circa annos Domini 1202. ut patet in Chronic. Rex Rogerius lator fuit hujus legis longe ante. Solemnitas hujus tituli partim eſt de jure canonico, ſcilicet, ut matrimonia publice celebrentur.

Additio. *Adde c. cum inhibitio, & ibi Doct. de cland. deſpon.*

Addunt advocati noſtri temporis, in facie eccleſiæ. Hoc non dicitur hic, ſed in Auth. qui mo. nat. ef. leg. §. quantum vero, &c. ibi, in domo orationis, &c. id eſt in eccleſia. Et intelligunt quidam in nobilibus tantum, & maxime, dicunt abundare, ſic C. de manu. teſt. l. fi. ff. de lib. & poſth. ſed eſt quæſitum, ſecundum unum intellectum. Hoc durum eſt dicere: quia ex ipſa rubrica apparet generalitas, quod in omnibus habeat locum.

Additio. *Adde, quod quando rubrica eſt generalior, nigro, in m, quod excedit nigrum, habet virtutem legis, ſecundum Jo. de Im. in rub. de ver. obl.*

Ideo autem dicitur, maxime, vel quia notabilis erat in nobilibus, & ideo videtur negligi, niſi ſpecialiter repeteretur in eis, ff. de injur. l. item apud, §. hoc edictum.

Additio. *Adde, quod iſta dictio, maxime, adjungitur verbis importantibus cauſam finalem, tunc abundat, nec ſtat implicative, ut eſt textus juncta gloſſa in ver. maxime, in c. ſi quis epiſcopus damnatur. 11. q. 3. & in c. cum olim. in ver. maxime ſenex. juncta gloſſa fi. de teſti. & in c. cum contingat. juncta glo. 1. de fo. compe. & per Jo. And. Ant. de Butr. & Jo. de Imo. in c. ad abolendam, de filiis presby. & per Alex. de Imo. conſil. 77. incip. Viſis dubitationibus eleganter formatis, in ulti. col. vol. 3.*

Vel quia in nobilibus hoc erat ſtatutum etiam jure Romano, ut d. §. quantum. Dicunt etiam quod ſi infirmitas impediret, ut non poſſet iri ad eccleſiam, vel alio impedimento, vel non eſſet eccleſia in loco, valeret, ſi fieret deſponſatio publice coram multis. Vel ſi ſacerdos non poſſet inveniri, argum. C. de teſtibus l. fi.

Additio. *Adde, quod ſponſalia, vel matrimonia contracta præſente uno ſacerdote non deſinunt eſſe clandeſtina. Et ideo eſt caſus, quod in matrimonio eſt deferendum juramentum in ſupplementum probationis, etiamſi ſit unus teſtis omni exceptione major productus, ſecundum Card. Alex. in cap. cum inhibitio. in 2. notab. de deſpon. impub.*

Cum cauſa neceſſitatis non comprehendatur lege: & ceſſat lex, quando neceſſitas imminet. ff. de offi. con. l. 1. & t. q. t. §. & eſt nota. Dicunt etiam hoc, quod Rex non perſonis imponit legem, ſed rebus. Nam filii legitimi ſunt, quamvis ſine hac ſolemnitate hoc matrimonium ſit contractum. Sed rebus Princeps impo-

Digitized by Google

& (*a*) publice celebrari. (*b*) Alioquin (1) noverint amodo morientes contra noſtrum regale edictum, (*c*) neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſe habituros heredes legitimos ex clandeſtino (2) matrimonio, & illicito contra noſtram ſanctionem procreatos. Mulieres (*d*) etiam dotes aliis nubentibus legitime (*e*) debitas non habere. Rigorem cujus ſanctionis omnibus illis remittimus, qui promulgationis hujus tempore jam matrimonium contraxerunt. Viduis etiam volentibus ducere virum hujus neceſſitatis vinculum relaxamus.

De

(a) *Publice celebrari*. Sic 30. q. 5. c. nullus fidelis, §. his omnibus auctoritatibus. Sed jure civili adhibetur diſtinctio inter decoratos maximis dignitatibus, ut illi contrahant cum ſolemnitate: alii ſolo affectu, ut C. de ſecun. nupt. Auth. maximis decoratis, &c.

(b) *Alioquin noverint*. Nota de ſolemnitate matrimonii: & quod nati ex clandeſtino matrimonio non ſuccedunt ab inteſtato.

(1) Additio. *De iſta dictione, alioquin, vide tex. in §. alioquin, in clem. 1. de ſent. excom. glo. in ver. alioquin, in c. poſt translationem, de renun. Bal. in l. 1. ff. de cond. & demon. Saly. in l. 2. ff. ſi cer. pet. dicit, quod iſta dictio, eſt dictio ſeparativa, & aliquando exponitur, id eſt, ut in l. miles, ff. de cuſt. reor. Aliquando exponitur pro ſed, adverſativa, ut in l. eleganter, §. ſervus pactionis, ff. de dolo, aliquando ponitur pro vel, ut Inſti. de pub. jud. in fi.* Superantius.

(c) *Neque ex teſtamento*. Quia nec matrimonium nec dos intelligitur, nec filii ſunt in poteſtate patris. Imo tales ſunt quantum ad patriam poteſtatem pertinent, quales ſunt, quos vulgo mater concipiat.

Additio. *Adde Inſtit. de pa. po. & in l. 2. & ibi gl. & Bart. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. tex. in c. uni. extra de infan. & lang.* Superantius.

Nam nec patrem habere intelliguntur, cum is etiam incertus eſt. Incertus eſt enim pater, quem habere non licet, ff. de ſtatu homi. l. vulgo, & Inſti. de nup. §. ſi adverſus. His autem repulſis quis ſuccedet? Reſpondeo illicite genito conſtat nil poſſe relinqui, ut in jure Lombardo de prohi. nup. l. hoc autem, & l. de his. Si autem vis ſcire quid obtineat de jure? Reſpondeo, tam jure Codicis, quam jure Authenticorum, repete hic, quæ dicuntur in ſum. de inceſt. nupt. §. ſciendum eſt autem, & §. item de bonis, & §. hoc jure iſtu, ſecundum Azo.

(2) Additio. Ex clandeſtino matrimonio. *Adde Doct. in c. cum inhibitio, de clan. deſp. & per Doct. in c. Raynutius, & c. Raynaldus extra de teſtamen.*

(d) *Etiam dotes*. Nam & hæc videtur pœna clandeſtini matrimonii, ſcilicet dotis amiſſio, ut C. de repu. l. uxor. Item cum taliter ſupra non ſit uxor, ut hic, nec concubina ſtuprum committitur, ut ff. de concub. l. 2.

(e) *Debitas*. Immo quicquid ex eo matrimonio quoquo modo datum fuerit, ut indignæ ſublatum, fiſco vindicatur, ut C. de inceſt. nupt. qui contra. Jure autem Longobardo imponitur alia pœna, ut in tit. de prohi. nup. l. hoc autem. Super quo dic, ut notatum eſt ibi in l. 1. ſecundum dominum Roff.

De

A N D R E A S D E I S E R N I A.

imponit pœnam, ut ſi deſit hæc ſolemnitas, non ſuccedant. Hoc autem de facie eccleſiæ, & ſacerdotali benedictione non ponit c. cum inhibitio. Item dicunt, quod non ſufficit matrimonium contractum publice, niſi, probetur quod cum illis ſolemnitatibus, quaſi ſint ſubſtantialia, & ideo ambo ſunt probanda, ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor. de iti. actuque pri. l. 3. §. hoc interdictum. C. de teſtam. §. ſi unus. Quantum vero ad legitimationem non dicetur ſponſus, probato conſenſu publice. Partim vero non eſt de jure canonico, ut de facie eccleſiæ & ſacerdotali benedictione, per c. cum inhibitio. Hic Roffredus dicit, quod probato conſenſu ſolemnitas nuptiarum & benedictio ſacerdotalis præſumitur; & loquitur ſecundum jus Romanum, quod attendit conſenſum in nuptiis, non ſolemnitatem, ut patet per jura, quæ allegat ff. de dona. inter vir. & uxor. cum hic ſtatus, §. mulier. ff. de reg. jur. nuptias. Sed conſtitutio iſta expreſſim requirit ſolemnitates jam dictas? Alii dicunt & verius, quod ſæcularis Princeps nec principaliter, nec acceſſorie ſtatuere poteſt aliquid in matrimoniis, 2. q. 3. §. hic colligitur. 10. diſt. c. legem. extra de ſec. nup. §. pen. & ult. Quamvis gloſſa dicat ſolemnitatem debitam, ſcilicet, quod in facie eccleſiæ, ut d. §. quantum, & hoc videtur uſus judiciarius approbare: ſufficit tamen matrimonium publice approbari, alias, celebrari: quia gloſſa juris civilis dicit in §. quantum, quod illa hodie forſitan non ſervantur: & alibi dicitur, quod hodie reductum eſt, quod matrimonia ſolo affectu contrahantur.

Additio. *Adde textum in c. ſufficiat. 27. q. 2. c. cum locum de ſponſ. gloſſam ulti. in c. ulti. de ſponſa duorum.* Superantius.

In Auth. ut li. ma. & aviæ. §. quia vero. Matrimonia faveranda ſunt, non arctanda, ut in faciem eccleſiæ, quia hæc conſtitutio non ponit. Et ſic nec directe, nec utiliter hoc inducendum eſt, ff. ſol. matri. l. ſi vero, §. de viro, cum matrimonium ſit a Deo.

Additio. *Adde textum in c. ſicut non omnes, in §. his ita. 32. q. 2. c. 1. de voto. lib. 6. gloſſa ſumma. 27. q. 1. Hoſt. in ſumma de translat. præl. in §. exigit. Abb. in c. litteras, in 4. no. de frig. & mal. & originaliter Gen. 2.*

Recipienda eſt voluntas deſponſantis quandocunque, & ubicunque velit, ne ex anguſtiis locorum, &c. C. de in integ. reſt. l. ſi. Spiritus ubi vult ſpirat: Et qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege.

Additio. *Adde textum in cap. licet, de regul.*

Quia neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia: & ſic non obſtent jura dicentia imputari ei, qui ſe poſuit in neceſſitate, ff. ſi quis cautio. l. 2. §. ſed & ſi, cum concord. quia ibi tenebatur ad judicium temporale ire: hic non tenebatur matrimonium contrahere, ſi nollet. Et dicunt ſolemnitatem debitam, quam ponit capi. cum inhibitio. licet lator hujus legis eam neſciverit: quia nondum erat d. c. ut in principio dictum eſt: & ſic non poterat regulis juris ejus ſubdi, in Auth. de triente & ſemiſſe, §. ſi vero, ſed ſic debet exponi, ut ſalvetur hic civile jus: & curialius eſt, quam dicere, ut corrigatur: ut dicatur de ſolemnitate juris Canonici, quo vivimus in matrimoniis & cauſis ſpiritualibus: non de ſolemnitate juris civilis, quæ in cauſis prædictis non ſervatur, ut ſic de valida ſolemnitate intelligatur, non de invalida: arg. de verb. obli. l. Titia. §. idem reſpondit. de lega. 1. ſervo alieno. §. ſi ab impubere, de leg. 2. l. fin. §. ſcio. & ſic ſecundum primus vidi in cauſis, ubi litigator poneret ſe de legitimo matrimonio natum, & teſtes dicerent eum legitimum filium talis, quia eum tenuit pro legitimo filio: aliter filiatio non probatur in patre, ff. de cond. & demon. l. Lucius. C. qui accu. non poſ. non ignorat, & de probat. non epiſtolis, & l. non nudis, ff. de proba. l. quidam. Hoc non videtur ſufficere, ut præſumatur ſacerdotalis benedictio: quia cum ſit extrinſeca, aliter non præſumitur, niſi probetur. ff. de publ. l. quæcunque, §. fi. Sed hoc ideo, quia cum dicit legitimam uxorem, & legitimum filium in vendicanda hereditate parentis, videtur dicere omnia, quæ inducunt filium ad ſuccedendum. Nam quod legitime fit, non meretur pœnam. C. de admi. tut. l. ſancimus.

Additio. *Adde l. nemo. C. de ſacroſan. eccl. l. non dubium. C. de leg. & in l. Gracchus. C. ad. l. Jul. de adult.*

Et

Digitized by Google

† Alias, Regis.

De uxore non ducenda ſine permiſſione Curiæ. †

TITULUS XXIII.

Interdictum eſt per iſtam conſtitutionem omnibus Comitibus, vel Baronibus, vel feudatariis tenentibus caſtra, vel feuda in capite a regia Curia, vel ab alio, dummodo ſint feuda quaternata, ut non contrahant matrimonia pro ſe ipſis, nec audeant maritare filias, ſorores, aut neptes, vel qualibet alias, quas ipſi poſſunt, vel debent maritare, aut filios uxorare, cum bonis mobilibus, vel immobilibus ſine permiſſione regiæ majeſtatis, & hoc eſt ſervandum, non obſtante conſuetudine in contrarium, quæ vigebat in aliquibus partibus regni. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

HOnorem (*a*) noſtri diadematis debitum conſervantes, præſenti conſtitutione ſancimus

---

De uxore non ducenda ſine permiſſione Curiæ. Rubrica.
(*a*) H*Onorem.* Si contra fiat nullum erit matrimonium, ſic prohibitum uſurpatione contractum, ut C. ubi nup. ex re. pe. l. r. cum juris deſit auctoritas ut C. de nup. l. ubi. Et ideo quia matrimonium contra conſtitutionem Principis eſt contractum quicquid ex eo ma-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

Et ex quo teſtis dicit legitimum filium, non videtur dicere, quod non fuerit ibi ſacerdotalis benedictio, non enim videtur dicere id, per quod ſuum dictum impugnetur, ff. de mil. teſt. l. 4. imo videtur aſſerere totum id, per quod fieri debeat, propter quod deponit: & videtur velle id, per quod valeat id, quod dicit, ut in d. l. & ideo non videtur repeti per teſtatorem id, quod faciat legatum inutile, d. §. ſi ab impubere, pro quo eſt quod not. extra qui filii ſint leg. c. ex tranſmiſſa, & de purgat. cano. accedens. Cautus tamen advocatus partis alterius ſi ſciat in veritate, quod non fuit ibi dicta ſolemnitas, contra articulos datos, quod fuerit filius legitimus, det & proponat, quod non præceſſit ſacerdotalis benedictio: & quod judex interroget teſtes, quando deponant, quod habitus & tentus fuit pro legitimo filio. Si viderunt deſponſari matrem cum benedictione ſacerdotali: ſi judex non faciet, hoc dictum teſtis pro tanto valebit, ex quo non fuit interrogatus, per ea quæ notantur. C. de teſti. ſolam. Vel ergo repeter teſtem poſt publicationem, tanquam obſcure dictum, extra de teſtib. c. cum clamor. Vel judex tenebitur, qui fecit litem ſuam. Et habet locum ſolemnitas hujus conſtitutionis. Multo fortius quando amaſiam in domo habebat: & prole inde ſuſcepta, vel non deſponſare quis vellet: ut non habeat plus caſtitate luxuria, in Auth. de reſtit. & ea quæ parit. §. fin. ff. de noxalib. l. non ſolum. Quærit gloſſa, ſi habet locum in filiis jam natis? & dicit quod ſic, ut cap. naturales, ſi de feudo controver. fuer. in uſib. feud. dicit loqui in feudo. Imo diximus ibi, quod etiam in feudo ſuccedat filius naturalis factus legitimus per matris deſponſationem. Nam tunc tollitur omnis macula.

Additio. *Adde tex. & ibi Doc. in c. tanta, qui fil. ſint legi.*

Sed c. naturales, loquitur quando Princeps legitimavit ſimpliciter: quia ſecus ſi legitimaſſet, ut ſuccedat in feudo. Fortius quidem legitimatio videtur ex deſponſatione matris facta, ſeu perſecuta, per quam concurret etiam cum fratribus aliis legitimis. C. de na. lib. l. cum aliis. Non obſtat de filiis natis ex matrimonio ad morganicam, c. 1. quia id eſt irrationabile: ille ergo uſus ſervatur, ubi eſt. Utrum autem ſuccedat mater in feudo materno? dictum eſt plene in d. c. naturales. Alii dicunt, quod ubi ſunt filii legitimi, Princeps non poteſt legitimare naturales, quantum ad ſucceſſionem. Sed ſi poſt legitimationem naturalis ſuſcipiat filios legitimos ex uxore, an ſuccedeter naturalis cum eis? ibi ſimiliter plene dictum eſt.

Additio. *Adde Ant. de But. Jac. Zocchum, Card. Alex. in repe. cap. per venerabilem, qui fil. ſint legi. & per Ant. de Roſel. & Lud. de Sardis in ſuis tractatibus de legitimatione.*

Item nota de filiis naturalibus, in quibus lex iſta nihil innovat, ut gloſſa dicit: quia ex rubrica patet loqui de matrimoniis publice celebrandis, & ex nigro. Licet autem argumentari a rubro. C. ne fidejuſ. dotium den. & de edic. divi Adria. tol. in rubrica.

Additio. *Adde an poſſumus ſumere argumentum ex ordine rubricæ? vide per Jo. And. in c. 2. de mut. petit. & Bal. in rub. extra de ſumma Trin. in principio.*

Non eſt ergo veriſimile correxiſſe totum quod ſtatuitur jure Romanorum de naturalibus. C. de inoffic. teſtam. ſi quando. Legum correctiones ſunt vitendæ. C. de inoff. dona. l. 1. quia quod non mutatur, &c. de teſta. ſancimus, de appell. præcipimus, in fine, nam ſi de naturalibus etiam voluiſſet corrigere, expreſſiſſet. C. de cad. tol. §. pen. ar. ff. de leg. 1. talis ſcriptura. Argumentum contra: quia non debet habere plus luxuria, quam caſtitas. Naturalis eſt ex libidine injuſta. C. de nat. lib. l. legem, pro quo eſt C. de revoca. dona. l. his ſolis, in fine. Sed præcipua ratio eſt, ut evitetur tot legum correctio, quia hic Imperator in uno caſu tantum providit.

S*Ancimus lege præſenti.* In textu, ſolemnitate adhibita. Sed ſi hæc ſolemnitas probari non poſſit, quid fiet? dic quod ſufficit probare diuturnitatem temporis: ar. ff. de ritu nupt. l. qui in provincia, §. 1. ff. de aq. plu. arc. l. 2. in fine, ff. de uſur. l. cum de in rem verſo. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa ibi, & ſic in facie eccleſiæ. Inn. ſic notat extra qui fil. ſint leg. c. ex tenore. Ad hoc, ut fiat matrimonium in facie eccleſiæ, eſt neceſſe ſervare ſolemnitatem, quæ eſt in c. inhibitio. Alii dicunt in facie eccleſiæ fieri, ſi vocatis amicis publice nullius procurata celatione contraxit. Et forte prima opinio habet locum, ubi intervenit conſanguinitas, vel aliud impedimentum: ut pro hoc filii ſint legitimi, ſi parentes ignorantes contraxerunt, ſervata dicta ſolemnitate, ut ibi dicitur. Secunda vero opinio locum habet, ubi non eſt aliquod impedimentum. Petrus de Montefortе.

In gloſſa ibi, ſolemnitates jam dictas. Certe ſi bene advertas, littera non aperit, niſi quod matrimonium publice, non clandeſtine celebretur. Petrus de Monteforte.

Sed quid ſi matrimonium aliquod celebretur tempore interdicti, qualiter erit agendum, ut matrimonium procedat, cum non poſſit intervenire ſacerdotalis benedictio? cogitabis: de facto habuit comparet judex Angelus, & me interrogavit. Nicolaus Rufus.

Vide quod notat circa prædicta Andreas in c. 1. quo tempore miles, & text. in c. ſtatuimus, de offi. dele. in 6. & Luc. de Pen. in verbo incertis, in c. item quod prædicti juſtitiarii, ſub rubrica ut juſt. nihil rei publ. nomine generalis inquiſitionis, &c. ut ſine mortalis peccati, prope principium, & ibi Lucas, & c. Regis Roberti, quod incipit, ad certitudinem. Diomedes.

In gloſſa, matrimonium ſolemniter, ibi, ſed quid ſi natis filiis, vide c. tanta, qui filii ſint legi. Diomedes.

De uxore non ducenda ſine permiſſione Curiæ. Rubrica.

H*Onorem.* Imo deſtructionem animæ iſtius Frederici Imperatoris prohibentis per obliquum matrimonia inſtituta a Deo in paradiſo, 32. quæſt. 2. §. his ita.

etimus ubique per Regnum, Ut nullus Comes, Baro, vel Miles, vel quilibet alius, qui Baronias, Caſtra, vel feuda in capite a nobis teneat, vel ab alio, quæ in quaternionibus dohanæ

matrimonio eſt ſecutum, datum, vel factum forte dotis oomine vel dotarii, amittitur, & fiſco ſociatur, ut C. de inceſt. & inuti. nup. l. qui contra, & C. de titu nup. l. inceſtæ. & l. dores, & Inſtit. de nupt. §. ſi adverſus, & vide quæ norantur in præalleg. l. qui contra, & ff. de cond. ſine cauſa, avunculo. Nec filii ex tali ſuſcepti matrimoniu erunt juſti, vel legitimi, ut in præallegaris juribus patet. Et ſic dicitur in matrimonio ſine conſenſu patris, ut ff. de ſtatu hominum. Paulus, primo reſpon. & C. de nup. ſi ut proponas.

Honorem. Sed quid ſi quis non habens feudum quaternatum, burgenſis forte contraxit matrimoniom ſine permiſſione Regis cum habente feudum aliquod quaternatum, nunqaid iſte talis, qui feudum non haber, ponitur? & dicitar ſic, ut argum. C. qui ex cau. ali. inſa. irro. l. decreto, & ff. de hie qui no. inſa. in §. pen. & l. liberorum, §. notantur, in quibus legibus non tantum uxor, quæ ſecondo nupſerit inſra annum, ponitur, ſed etiam iſte ſecundus maritus, etiam ſi jus ignoravit, arg. atiam ad id. C. in qaibus cauſis pig. ta. contra, l. ſi jure, & quando mulier ta. off. fun. po. l. 2. & in Auth. de nopt. §. ſi autem tutelam, in quibus legibus dicitur, qaod ſi mulier, quæ tutelam cœpit gerere filioram, ſecundo nubat, antequam tutorem alium filiis petat, & rationem reddat eis, & omna quicquid ex adminiſtratione debet exolvat, non tantum bona ipſius mulieris, ſed etiam bona ſecundi mariti obligantur pupillis eiſdem. Sed in Magna Curia vidi Bargenſes eainda tranſire impunes, & hoc verius. Nam licet non recte fecerit, pœna tamen aliqua non ſtatuitor hic in eum, ut ff. de relig. & ſump. fu. l. aut ſi quis, §. idem Labeo, & de ſep. vio. l. prætor, §. non perpetuæ, & C. da alen. lib. l. militis. Licet ſit argumentum contra. ff. de adult. ſi poſtulaverit, §. ſi liber homo, & de injuriis, l. item apud, §. ſi quis ſic, & faciunt ad hoc pro & contra illa generalia, umne incivilitet factum punitur. Item oota qood ſecundum quoſdam non tenet hujuſmodi matrimonii contractus ſine permiſſione Regis. Et ſecundum alios tale matrimonium cenſetur clandeſtinom, ut plane jam notavi. Sed ego non ſapam quum Deus conjunxit, & dico matrimonium valere, ut arg. in Auth. de reſt. & ea quæ pa. §. ult. non enim eſt improbatu ſubſtantia matrimooii, ſed forma, ſau qualitas, ut arg. ff. de cund. & demonſt. l. hæc ſcriptura, & de condi. inſti. l. qai ſub conditiona, §. quoties. Sed quæ pœna impooetur habentibos feudum quaternatum, & taliter ſine licentia contrahenti matrimonium? Reſpondeo, cum non ſit certa pœna hic ſtatuta, videtur pœna axtraordinaria locum habeta judicis arbitrio infligenda, ut ff. de pœnis, ſanctio legum, ita tamen quod judex modum non excedat leviorem vel graviorem pœnam, quam debet irrogandu, ut ff. de pœnis, hodie. Sed quis erit iſte modus? Reſpondeo, dicunt qoidam oomiam bonorum pablicatio, ut arg. in l. proxi. eum hereditarium, &c. Tu dic quod ſufficit, ſi feadu quaternaro, quod habet, privetur, uno vel pluribus. Et ſic tenetur in Magna Cuiia, de Regni cunſuetadine approbata, ſatis enim punitur in feudo, in quo contra leges fecit, ut ff. de vulg. & pup. ſub l. ex

ANDREAS DE ISERNIA.

ita. Unde talis lex non ligat in foru Dei, quia inter alia debet eſſa juſta & honeſta, & matrimonia debent eſſe libera, nec aliqua via etiam indirecta debent impediri, ut pieoe diximus in l. imperialem, §. 1. In feudis jam darie non poteſt gravamen novum imponere feudatarius, quod in donatione feudi impoſitum non fuerit. Licet aliqui dicant, qood eſt ſpeciale in fiſco, ut rei donatæ poſſit conditionem impouere, & ſic colorant Curiam Capuanam fieri potuiſſe, quod improbatum eſt in tit. de Cap. qui Curiam van. Sed ſi in conceſſiona feudi imponeretar talis conditio, ut non nuberet talibus odioſis domino, alias perdat feudum ipſo facto, videtur valere, arg. C. de jore emphy. l. fi. §. 1. & arg. ff. da actio. emp. l. ſi ſterilis. §. ſed ſi ita. Perdet toac feudum, licet matrimonium teneat, & hoc propter cauſam, quia erant odioſi domino: nam ſecas ſine cauſa, ut ſi ſimpliciter dicat: do in feadom tibi, ita ut non nubas ſine conſenſu meo. Vel diceret, du ut noo nubas Tirio, cum alii non poſſet æque nubere, vel oubas Neapoli, com alibi ſic bene non poſſit nubere. Hæ pactiones indacunt viduitatem, & non valent, ff. de condit. & demon. l. cum ita legatum, & l. hoc modo. Et ſi non valent in ultimis voluntaribos, non valebunt atiam inter vivos, ff. de pact. l. pactum, de pig. actio. l. non eſt novom. Inſtit. de lege Fuſia Cani. tollen. in principio. Ubi autem alii dant feudum Titio ea cooditione, ne det in dotem pro alia, tenet pactum, propter generalitatem, quæ dicit, quod quilibet rei ſuæ eſt moderator & arbiter. l. in re mandara. C. mand. & poteſt induci viduitas mulieris, ne perveniat ad alium, dum tamen ad mulierem, quæ accepit primo, poſtea non ſit reverſum, quia tanc fraus fieret, & non valeret, ff. de conditio. & demonſtra. l. avia. §. Titia, & l. heres, §. fin. Quando vero reperventurum eſt ad mulierem, quæ accepit dotem, ut d. l. avia. & d. l. heres, non abſarde dicaretur, non obſtante pacto, dari poſſa in dotem, quaſi conventio ſit contra bonos mores, quod non valet, & contra rempublicam, quæ vult matrimonia frequentari ad augmentam ſobolis & reipublicæ, ut in l. hoc modo, & l. heres, eo. ti. Et pactum etiam cootra rempublicam, & contra id quod pro bono publico introducitur, non valet, ff. de pac. juris geotium, §. ſi paciſcar. & §. generaliter. Intereſt autem priocipaliter reipublicæ eſſa dotatas mulieres ad procraandum ſobolem, & implendam liberis civitatem, ut dictis legibus & ff. ſolu. matr. l. 1. Et etiam pactam non valet dotis, at nubas arbitrio meo, ff. de cond. & demonſt. l. cum tala. §. reſcriptum. Et hoc indirecte inducitur per iſtas conſtitutiones, quia non conſentiet Princeps, niſi de quo volet, ſicat per experiantiam videmus. Rationabiliter etiam dicimus, qood poſſit dare in dotem ſine conſenſo domini, quando non habet aliud, quod in dotem det, dummodo non faciat pactam de dota lucranda, nec det æſtimatum, ut dicitur in ſumma, utrum feudum poſſit in dotem dari, pro quo eſt. C. communia da leg. auth. res quæ. C. da litig. l. fin. in fine. Idcirco Honorius Papa declaravit, matrimonia eſſa libera cum feudo in dotem, & ſine declaratione refert ſe ad antiqua tempora, qood ſic debuerit eſſa, non obſtantibus his conſtitutionibus, ff. de acquiren. rerum domi. l. adeo. §. cum quis, ad l. Falc. in l. 1. in principio. Stricte ſervabantur iſtæ conſtitutiones ante rebellionem Siciliæ. Et ideo ſic expoſita eſt, ut patet in gloſſa. Poſt fuit coolliturio incliti Regis Caroli II. in planitie ſancti Martini, Ut poſſint nobiles matrimonia contrahere, dummodo feudum, vel pars feudi, vel res feadales in dotem non dentur, & ſic mulier feudataria maritabit ſe ſine conſenſu Curiæ, ſi feodum non det in dotem, ſed retineat in paraphernali, ut diximus ſupra, in conſtitutione. fratribus. Unde tempore illo quærebatur, utrum habens partem feudi tantum poſſit contrahere ſine licentia? † & dicebatur quod ſic, quia hæc conſtitutio prohibet da habentibus feuda, & cum ſit odioſa, quum non dixit partem feudi, non intelligetur, ff. de verb. obl. l. ſi minor, & odioſa reſtringuntur, ff. de lib. & poſth. cum quidam.

† Additio. *Nota iſta verba, quia faciunt pro pragmatica quod non præſtetur aſſenſus, quando dividitur feudum, vel alienatur tertia vel quarta pars*. De Bottis.

Non obſtat, qoia pars feudi, feudum eſt, ff. de legat. 1. l. plane, in fine, quæ loquitur in feudis, quia feudorum nomina noſtra ſignificatione magis, quam natura,

Digitized by Google

hanæ noſtræ inveniuntur in ſcriptis, (*a*) ſine permiſſione noſtra uxorem (*b*) ducere audeat, maritare filias, ſorores, aut neptes, vel quaslibet alias, quas ipſi poſſent, aut debeant maritare, aut filios uxorare cum immobilibus aut mobilibus, huic legi conſuetudine, quæ in aliquibus Regni partibus obtinuiſſe dicitur, (*c*) non obſtante.

Nova conſtitutio.

Nullus ſubditus regi, qui eſt de regno, de filiis, & filiabus poteſt matrimonium contrahere cum advenis, & exteris, qui non ſunt de regno abſque ſpeciali requiſitione, mandato, & conſenſu Regiæ majeſtatis, nec aliqui de regno nubere alienigenis, nec filias alienigenarum ducere in uxores; & contrarium facientes patiuntur pœnam publicationis omnium bonorum ſuorum. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

CUm hereditarium Regnum noſtrum Siciliæ, cujus præclara nobis hereditas laudabiles mores ſuorum incolarum conſueverit enutrire, ac proceſſu temporis habitatores ipſius ſervitii, & fidei exhibitione claruerunt in neceſſitatibus dominorum: Sæpe jam contigiſſe dolemus, quod poſt diverſarum mixturam gentium paſſa eſt ex alienis moribus Regni ſinceritas corruptelam. Itaque ex quo homines Re-

ex facto, ad finem. Vel dici poteſt recurrendum eſſe ad pœnam juris Romani, ubi ſtatuitur certa pœna in eos, qui contra legem, & contra mandata & conſtitutiones Principis nuptias contrahunt, ut C. de inceſt. nup. l. qui contra, & l. ſi quis inceſti.

(a) *Sine permiſſione*. Sic & alias jure Romano in matrimonio permiſſio Principis impetretur interdum, ut ff. de ſena. l. fi. in princ. de his qui not. infa. l. ſolet hoc, in principio.

(b) *Ducere*. Sed quæ erit pœna contra facientium? Reſpondeo, quia nati ex tali matrimonio quaſi ex clandeſtino non ſuccedunt, ut ſupra lege proxima, eſt enim clandeſtinum matrimonium, quod fit ignorante Principe, cum ejus ſcientia a lege requiritur, ut hic dicitur, argumen. C. de repud. l. uxor. quæ, eo enim ipſo eſt occultum, quod fit ſine auctoritate Principis, argumen. C. lib. 10. de his quæ ex pu. la. mu. pe. ac. l. 2. & ad id. ff. quod vi aut clam. prohibere, §. ultimo.

(c) *Non obſtante.* Unde non valet matrimonium contra hanc legem, & quicquid ex eo ſequitur, ut in l. non dubium, ut ſupra plene notavi, licet ſit argumentum contra

ANDREAS DE ISERNIA.

tuta, &c. ff. eod. titu. quod in rerum, & ſic quamlibet partem feudi poſſumus facere feudum, ſed non de qualiber parte feudi poſſumus facere feudum. A principio enim ſtatutum fuit, quod feudum † eſſet integrum ſcilicet de viginti unciis, argumen. ff. de legat. 3. l. 4.

† Additio. *Ex his dicit D. Frec. in c. quis dicatur feudatarius in regno, quod diſpoſitio loquens de feudatario, non habet locum in poſſidente feudum minoris valoris viginti unciis, & multa alia ibi ponit notanda. An pars feudi ſpectans ad unum ex heredibus in diviſione dicatur feudum, vide gloſſam in conſuetud. Pariſ. in §. 2. glo. 4. num. 29.* De Bottis.

Sed ſi ipſa mulier, quæ ſe maritabat, non habet feudum, ſed tantum actionem perſonalem ad petendam dotem, hoc non erat prohibitum, quia pœna ſtatuitur hic ut feudum perdat, ſi non habet, non eſt ſuo periculo, ff. de fur. itaque. Actionem ergo perſonalem ad petendam dotem non dicit quod perdat, nec producetur, ſt. de legi. quod vero. Secus ſi eſſet actio perſonalis ad petendum feudum, vel rem feudalem, argum. ff. ad Trebell. ſi legatum, §. ſi quis bona, ff. de reg. jur. qui actionem, argum. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum, §. diverſa. Item dicebatur tunc, quod mulier habens feudum non poterat nubere, etiamſi feudum non daret in dotem, quia conſtitutio ſequens generaliter prohibet feuda tenentibus, ergo comprehendit etiam mulierem, ff. de verb. ſignifi. l. 1. & de leg. 3. l. qui duos. Non obſtat quod continet odium, & ſic non concipit fœmininum, da vent. in poſ. mit. l. 1. Quia illud quando id verbum indiſtincte profertur ab homine, ſecus ſi a lege, ff. de jure fiſci, ait divus Trajanus. C. unde vi. ſi quis in tantam.

Additio. *Adde quod hoc fallit in contractibus, ſecundum Archidiac. in cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Bald. in l. Gallus, ff. de liber. & poſthumis. Ryn. de Forli. & Angel. in l. tres fratres, ff. de pact. Joannes de Imola in l. quod dicitur, ff. de verborum obligatio. Anto. de Butr. in capit. in quibuſdam, de pœn. Joan. de Imo. in cap. potuit, de loca. Petr. de Anchar. in clemen. prima, de baptiſ. Ludo. Roma. conſil. 35. incip. viſa facti ſerie. Anton. de Butr. conſil. 9. incip. viſo puncto, & quæ ſatis ſupradictis, in prima colum. Joan. de Imo. conſil. 38. incip. in caſu præmiſſo. Alexand. de Imo. conſil. 61. incipien. ſuper eodem, de quo quæritur, in 1. volum. Idem Alexand. conſil. 204. incipien. conſideratis, in 2. volum. Idem Alexand. conſil. 1. incipien. ponderatis his quæ in themate præmiſſo narrantur in 5. vol. Idem Alex. conſil. 125. incipien. attentis verbis inveſtituræ, in eod. 5. vol. Idem Alexan. conſi. 228. incipien. conſideratis verbis inſtrumenti, vol. 1. Barba. conſi. 15. incipien. Clementiſſimi Dei patris, in 1. vol. Idem Barb. conſi. 7. incip. illud afferam in medium, vol. 4. Philip. Corn. conſi. 11. incip. ſtantibus dictis ſtatutis in 1. volum.*

Alii dicebant, quod hæc conſtitutio introducit tenentes feuda uxores ducere, non prohibuit ducere maritos, & ſic tanquam odioſa non producetur ad ſimilia, dicta l. quod vero. Sic prohibuit tenentes feuda ab aliis Comitibus, vel Baronibus. Sequens conſtitutio, licet ſit littera miſſiva, facit tamen mentionem de alia, quæ oportet, ut oſtendatur. C. de edendo authent. ſi quis in aliquo documento. Conſenſus Curiæ nunquid poſſit ſubſequi, quia ſequens conſtitutio, licet in fine dicit? prius dicebatur, quod non proderat poſtea impetrare conſenſum, quia jam erat perditum feudum, impetrabat conſenſum quaſi ex matrimonio non facto, & ſic quaſi fraudator puniebatur. Sed ubi expreſſit, quod matrimonium factum erat, & Rex ratificat, valet, quia in Regis favorem debet prius. Sed ſicut dictum eſt in hac conſtitutione, non eſt prius, vel primum ſequens, licet ſit hæc littera miſſiva, de alia faciens mentionem. Conſenſus autem poteſt præcedere & ſubſequi. C. de emancipat. lib. l. pen. in fine. Andreas.

H*Onorem noſtri*. Hodie correcta eſt hæc conſtitutio per cap. Regni, item ſtatuimus, quod licitum. Petrus de Monteforte.

In gloſſa 1. dic & melius, quod aut filii naturales fiunt legitimi per reſcriptum, & tunc in feodo non ſuccedunt, niſi exprimatur in reſcripto, ut ibi; aut per matrimonium ſubſequens, & tunc ſuccedunt, ut in Authen. de inceſt. nup. §. fin. verſ. ſi autem prima, collatio. 8. Et habita ratione concedit litteras curia Regia abbatibus S. Benedicti pro hujuſmodi adjutorio petendo, ſicut epiſcopis conſecratis. Diomedes.

Nova conſtitutio.

C*Um hereditarium*. Hæc iniquitatem continet, ſicut & ſuperiores, ideo omnino non ſervatur. Multum

Digitized by Google

Regni Siciliæ ſe cum alienigenarum filiis miſcuerunt, denigrata eſt puritas hominum, & excreſcente dierum malitia, & infirmitate mentium inquinata converſationibus, ac uſibus ceterorum veritas decrevit in populis, ab illorum fermento grex eſt fidelium maculatus. Ne timeat ergo deinceps cohabitantium in Regno diverſitas nationum magna illatura diſcrimina, vel ad Regni magna incommoda progreſſura. Volentes hominum diverſitatibus competens adhibere remedium, præſertim, ne in Regno noſtro gentium infirmitas nutriatur, edicto generali ſolemniter duximus ſtatuendum univerſis de Regno, & ſingulis inhibendo, Ut nulli liceat amodo de filiis, & filiabus Regni matrimonium cum exteris, & alienigenis, qui vel quæ non ſunt de Regno, abſque ſpeciali requiſitione, & mandato ac conſenſu noſtræ Curiæ contrahere. Eo videlicet modo, Ut nec aliqua de regno nubere alienigenis audeat, nec aliqui filias alienigenarum ducere in uxores. Eos, qui contra præſumpſerint, bonorum omnium ſpoliatione mulctamus.

De ſucceſſione nobilium in feudis.

TITULUS XXIV.

Quando moritur Comes, vel Baro, ſuperſtitibus filiis, aut nepotibus, ad quos ſpectat ſucceſſio Comitatus, vel Baroniæ, non poſſunt dicti filii, vel nepotes ab hominibus Comitatus, vel Baroniæ recipere juramentum fidelitatis ſine litteris regiis, prout moris eſt, in quibus continebitur legitima regis, quod poſſit recipere juramentum fidelitatis ab ipſis, & ſi contrarium fieret, tam Baronia, quam feudum, & omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia publicabuntur regio fiſco. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

COmite, (*a*) vel Barone viam univerſæ carnis ingreſſo, filii eorumdem, aut nepotes eorum recipere ab hominibus ſacramenta non audeant, niſi prius de ſacramentis * ipſis recipien-

tra quod teneat matrimonium, in Authen. de reſt. & ea quæ par. §. ſi.

De ſucceſſione nobilium in feudis. Rubrica.

(a) COmite, vel Barone. de ſacramentis. Tenent curiales, & judices magnæ Curiæ, quod iſta præſtatio ſacramentorum non concedatur, nec ſoleat concedi, niſi poſſeſſori. Unde conſuevit ſcribere Imperator alicui commiſſario, vel officiali, ut ab hominibus talis caſtri, vel feudi, quod talis poſſidet ipſum juxta Regni conſuetudinem, aſſecurari faciat, intendi, & reſpondere de his omnibus, in quibus tenentur, & debent, & propterea ſic conſueverunt tenere Curiales, quod licet aliquis probet ſe de demanio Curiæ habuiſſe, & recepiſſe ſacramenta ab aliquibus, non propterea videatur probaſſe ea ex ſola cauſa adeptum poſſeſſionem illius caſtri, vel feudi: cum per receptionem juramentorum pateret habere tantum cauſam transferendi dominii, poſſeſſione tamen præcedente, ut dictum eſt. G.

* Additio. *Vide ſupra conſtitutionem, dominum a vaſallis, & quæ dicit Gulielmus Pernus in conſil. 24. in primo dubio, vide Afflic. deciſ.* 165. *numer.* 92. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

tum autem ſtuduit hic Imperator homines Regni non fœdari moribus, & converſationibus exterorum.

De ſucceſſione nobilium in feudis. Rubrica.

COmite, vel Barone. Quid ſi aliquis capiat unum caſtrum, vel vaſallum Curiæ, aut alterius, & cogat vel ſponte recipiat ab hominibus juramenta, utit ne hæc pœna? Videtur enim, quod in ſuo tantum caſu intelligatur, quia contra jus eſt hæc pœna, quæ ultra progreditur, quod reperiatur delictum, ut dicit gloſſa. Idem videtur etiam ſi vaſalli eſſent, non feudales, ſed Burgenſatici, ut a ſponte jurantibus poſſet, loquitur enim in Comite, & Barone feuda tenentibus. Rari autem ſunt vaſalli non feudales, ad rara non extendit ſe, ff. de uſucapio. juſto. in principio, de legibus, nam ad ea. Littera tamen dicit, quod non debet recipere, alias dicere, per quod etiam voluntarie jurantes excludit. Sed dic, quod multo magis: quia ſi eſt hujuſmodi pœna in filio, ad quem conjunctim poſſeſſio præſens deſcendit, & cui ſola deerat adminiſtratio, ff. de liber. & poſthum. l. in ſuis, de teſti. ma. cum miles, fortius in eo, qui nullum jus tale habebat. Ubi magis exceditur, debet ſeverius judicari, extra de exceſ. prælato. cap. fin. in fine. Vel pari ratione idem erit, ff. ad legem Aquil. illud. Quantum vero ad non feudales vaſallos erit idem, quia recipere ſacramenta talia ſignificat quandam ſuperioritatem, & præeminentiam, hanc non concedit ſine ſua licentia Imperator, aut Rex dominus Regni, ſupra de offic. Magiſtri Juſtitiarii, ut qua ad ſpeciale decus. Et licet ſint rari hi vaſalli, eadem tamen eſt ratio in eis, quæ feudorum vaſallis. Ubi vero anteceſſoribus dominis juraſſent non feudales vaſalli, ſervabitur quod conſuetum. Nam littera dicit, obtenta licentia, prout moris eſt, & inhibet tantum in Comite, & Barone in feudo. Idem dicendum eſt de illis, qui promittunt, aut confitentur ſe vaſallos alterius, quod valet ſecundum Martinum de Fano: & verum eſt certo modo, maxime ſi non vaſalli alterius: quia alii domino non præjudicaret confeſſio. Nec ergo fiſco, quando eſt homo Demanii Regis: licet ad ſervitia confeſſata teneatur, quando non eſt præjudicium alterius domini, dictum eſt ſupra de probationum defectu. Item nota, quod littera aſſecurationis vaſalli, ut dicit gloſſa datur tenenti: nec dantur ſacramenta, niſi quod firmam poſſeſſionem, ut tutius & ſecurius teneat, poſtquam homines, & habitatores juraverunt ei, qui non præſumuntur immemores, &c. C. ad legem Juliam repetun. l. fin. Jurant enim illa ſex, incolume, tutum, honeſtum, &c. ut in epiſto. Philiberti de forma fidelita. & 22. quæſtio. ult. cap. de forma. non ergo per hoc probat ſe dominum, ff. de decur. l. habemus, de uſufructu lega. l. uxori, §. ſceptitium. C. unde cog. l. non hoc.

COmite, vel Barone. Quæro, utrum exbannito domino liberentur vaſalli a ſacramento fidelitatis. & dic quod ſic, per gloſſam in l. ait prætor. §. miles, ſuper verbo ſacramento. ff. de his, qui notantur infamia, & melius in gloſſa in decima collatione, hic finitur lex Corradi.

Item quæritur hic, & in l. præſenti, alias, dohanæ, quod ſi vaſallus Comitis, vel ruſticus militis committit crimen læſæ majeſtatis, quod perſona pertinet ad Regem, ſed bona ad Comitem, vel militem pertinent, ſecundum Carolum in Longobar. in tit. de his qui judic. ſunt ad mor. in fine, & ita obſervet Regia conſuetudo: quod nota perpetuo. Petrus de Monteforte.

De

Digitized by Google

piendis ab excellentia noſtra, prout moris eſt, obtentis, licentia, & mandato.

Quod qui contra fecerit, tam Baroniam prædictam, & feudum, (a) quam reliqua bona ſua tam mobilia, quam ſtabilia noverit publicanda.

De morte Baronis nuncianda Imperatori.

TITULUS XXV.

Mortuo Barone, vel milite, qui ab alieno Comite, vel Barone Baroniam, vel feudum tenebat, hoc denunciandum eſt Curiæ regiæ; ut ad mandatum Curiæ deſignetur perſona, cui feudum iterum concedatur, cui mandato ſtatim dominus Baroniæ, vel feudi tenebitur obedire a novo inveſtito certa pecuniæ quantitate, ut eſt moris, quæ decem uncias non excedat. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

POſt (b) * mortem Baronis, ſeu militis, qui a Comite, vel Barone alio Baroniam aliquam, vel feudum tenuerit, quæ in quaternio-

(a) *Quam reliqua*. Hic ultra progreditur pœna, quam requirat delictum, ſic & aliter in Auth. collatione 5. ut non fiant pigno. & ut mi. §. quia vero hoc, & ff. de incen. rui. naufr. l. naufra. §. ſenatus. Regulariter autem aliud eſt, ut C. de pœnis, ſancimus, & ff. de his qui ut indign. l. reſcriptum, & l. heres, & quorum legatorum, l. 1. §. ſi dux, & ff. de nox. l. ſi ſervum, §. 1. & infra de detinen. ali. am. l. ut delicti fines, in principio.

De morte Baronis nuncianda Imperatori. Rubrica.

(b) P*Oſt mortem*. Mortuo Barone, vel milite, qui ab alio Comite, vel Barone Baroniam, vel feudum tenebat, hoc denunciandum eſt Curiæ: ut ad mandatum Curiæ denuncietur perſona, cui iterum hoc feudum concedatur: cui mandato ſtatim dominus Baroniæ, vel feudi tenebitur obedire, accepta a novo inveſtito certa quantitate, ut eſt moris, quæ decem uncias non excedat. Et hanc conſtitutionem credo habere locum, quando defunctus † deſcendentes non reliquit: aliar ſuis ſucceſſoribus eſſet dandum, ut infra in 2. proxima conſti. de ſuc. fil. con.

† Additio. *And. in c. fin. in prin. de Capi. qui cur. vend. intelligit, quando moritur ſine filiis.* De Bottis.

* Additiones. *Ad intellectum hujus conſtitutionis vide latiſſime per Camerarium in l. imperialem, fol. 69. col. 3. & ſeq. vide Guid. Papæ deciſ. 164. 165. 166. & 167. & Luc. de Pen. in l. 1. nu. 2. in fi. & nu. 3. C. de vend. re. fiſc. cum. cum priv. & ibi, quod ſi Rex concedit tale feudum cum ſolito, & conſueto ſervitio, & conſuetum ſervitium eſt unius militis, ſi feudum eſt taliter auctum, quod ſervitium quinque militum deberetur: poterit ne Comes petere ſervitium quinque militum, juxta inquiſitionem proinde faciendam, vel debeat eſſe contentus de ſervitio conſueto unius militis, & determinat, quod poſſit petere ſervitia quinque militum, & illa verba, cum ſolito, & conſueto ſervitio, intelliguntur ut pro quibuslibet 20. unc. debeant unum militare ſervitium, quod nota.*

An relevium debeat ſolvi a legatario, cui cum aſſenſu Regis eſt legatum feudum, vide Afflic. deciſ. 248. nu. 8. An autem relevium debeatur per mortem domini, vide glo. in conſuet. Pariſ. §. 2. gl. 4. nu. 5. dum And. hic dicit, quod relevium eſt medietas fructuum illius anni, pone, quod in illo anno colliguntur fructus plurium annorum, an medietas omnium fructuum debeatur, vide glo. in conſuet. Pariſ. §. 2. glo. 8. nu. 27. ubi dicit, quod non. De Bottis.

Vide Bart. & Moder. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus ff. de dam. infec. And. in §. illud, de probib. feu. alie. per Freder. & in c. 1. §. fi. 1. col. de Cap. qui cur. vend. & in c. 2. §. præterea, in fi. de Cap. Contra. Luc. de Pen. in l. 1. C. de bo. per. ſubl. lib. 10. Et nota, quod in conceſſione feudorum in regno per c. Papæ Honorii diſponitur, quod in feudis, quæ non tenentur immediate a Rege, diſtinguitur inter quaternata, & non quaternata, ut in quaternatis dominus immediatus illud cum onere ſervitii conſueti concedat perſonæ idoneæ poſtea Regi præſentandæ, ut ejus ſuper hoc habeatur aſſenſus: non quaternata vero revertantur ad ipſum dominum, non ad Regem, per ipſum dominum, cui voluerit, concedenda etiam ſine Regis aſſenſu, ut dixit And. ubi ſupra. Bona vero non feudalia ipſe Rex conferet tanquam ſibi delata ex crimine, licet ſint in Terra Baronis, ut per And. in c. ſi vero violatur, de pace tenen. & Spec. in tit. de feu. §. 2. verſ.

ANDREAS DE ISERNIA.

De denunciando morte Baronis Imperatori. Rubrica.

P*Oſt mortem*. Hæc corrigitur per c. Honorii, Si contingat, &c. quia non Rex, ſed Baro confert perſonæ idoneæ præſentandæ Regi: & perſcrutabitur, ut videatur, quod non ſit Regi ſuſpecta: argum. de jure emphyt. l. fi. §. 1. alias ſufficeret præſentare tantum, ſi Rex non dicat cauſam, quare propter ſuum intereſſe non debeat fieri, ſicut de electione prælati, extra de elect. c. inter, in fine. Sed non ſervatur dictum c. Honorii, † certe pro tanto non quod ſit, ſed quod fieri debet intuendum eſt. ff. de offic. præſid. l. licet. Hic ſumitur, quis dicatur Baro, quia ille, a quo tenetur feudum quaternatum, vel caſtrum, diximus ſupra in l. ſi quis Baro. & in tit. de Capi. qui cur. vend. l. 1. §. ſimiliter.

† Additio. *Luc. in l. 1. col. 2. C. de petit. bo. ſubl. lib. 10. tenet cum cap. Honorii, idem in cap. 1. §. Sed nec eſt alia, quæ ſit prima cu. benef. in fine dicit, quod cap. Honorii non ſervatur, niſi in quantum ſunt rationabilia, & in c. 2. col. 3. & in §. hoc quoque, 1. col. de nat. ſuc. feu. & in c. 1. in fine de Cap. Conradi, & in conſtitutione dignum, & in conſtitutione Comitibus.* De Bottis.

Omnia caſtra ſunt feuda quaternata: ſed non convertitur, ſupra de offic. Mag. Came. l. magiſtro, & de officio Ba. l. 1. in fine. Et feudum eſt de viginti unciis in regno, & dic ea, quæ dicta ſunt ſupra in conſtitutione, licentiam. Quæ autem ſint feuda quaternata, diximus in tit. de controver. feu. apud pares, c. 1. Feudum quaternatum † conceditur per Regem, & mobilia omnia ſunt Regis, mortuo, vel damnato iſto tenente, de hoc diximus in tit. de pace tenen. c. 2.

† Additio. *Feudum quaternatum conceditur per Regem, encodentialia per Baronem, vide melius in cap. 1. verſ. Regis, qui feud. dare poſſ.* De Bottis.

Condemnationes pecuniæ vaſallorum ſunt Baronis, cujus eſt vaſallus, quia eſt ordinarius: & habet feudum cum omnibus juribus, pertinentiis, & juriſdictionibus omnibus. Et ſic damnantur ad publicationem bonorum burgenſaticorum, & omnium, exceptis his, quæ a Barone tenentur, quæ ſunt Regis, diximus in d. cap. 4. Nam non eſt præſumendum habuiſſe mobilia de feudo, arg. C. arb. tut. ſi defunctus. Unde ſicut perſona eſt Regis, ut ſupra in conſtitutione, quia frequenter, in fine eris & id, quod non eſt feudale, quod tenebat ab alio, quia res ſequuntur conditionem perſonarum: non econtra. C. de imponen. luc. deſcr. l. 2. in fine, pro quo eſt, ff. de ædil. edicto. juſtiſſime. Nam etſi eſſent fructus feudi a ſolo ſeparati, tranſmitterentur ad extraneum heredem, & non eſſent domini feudi, ff. de uſufru. l. defuncta, & quod inde quæſitum eſt. C. de

Digitized by Google

nionibus dohanæ noſtræ inveniuntur in ſcriptis: defuncti mortem per Comitem, vel Baronem, a quo prædicta tenuerit, excellentiæ noſtræ volumus nunciari. Et quid & quantum ſit illud, quod defunctus ab ipſo tenebat; mobilia etiam decedentis (*a*) ſcribi volumus ſeriatim, & ea omnia in publica documenta redacta ad noſtram Curiam deſtinari jubemus, ut ex juſſione noſtra, quibus prædicta aſſignari debeant, injungatur. Baroniam etiam, ſive feudum, quod (*b*) ad conceſſionem (*c*) munificentiæ noſtræ ſpectat, ſi quando a nobis concedi contigerit, ut eſt moris, litteras noſtras ad eum, a quo feudum tenetur, curabimus deſtinare: & quod id quod tenet ab eo, ſive ſit Caſtrum, ſive ſit terra plana, ei, cui nos conceſſerimus, debeat aſſignare, ſuſcepto tamen mandato noſtro, & nulla mora protracta, Comes vel Baro, illud

verſ. quæro, in fi. & glo. hic in verbo, ad conceſſionem. Idem in bonis cenſualibus, in quibus delinquens habet utile, & directum, etiamſi cenſus deberetur eccleſiæ, ſecus in emphyteuſi ratione directi dominii, ut per Luc. in d. l. 1. *& hic not.* Fabius Jordanus.

(a) *Scribi volumus*. Quæ deſcriptio † cum ſit, dari debet copia reclamandi, & tunc deberet nunciare eum nullo jure poſſidere, aut reclamare, vel vendicare conſtiterit, ut C. lib. 10. de bo. vac. l. ult.

† Additio. *Vide Afflict. deciſ.* 282. *nu.* 12.

(b) *Ad conceſſionem*. Patet ergo quod ſi miles, vel Baro, qui tenet feudum quaternatum a Barone, vel Comite alio, vel forte ab eccleſia, damnetur ex tali crimine, quod bona ſua debeant confiſcari, utpote, ea crimine laſæ majeſtatis, feudum illud non devolvitur ad illum Comitem, vel Baronem, ſeu eccleſiam, a quo tenetur: ſed devolvitur ad fiſcum, ut hic dicitur in caſu mortis, ut argu. ſupra de pœna for. l. ſi quando in principio, arg. ff. de liber. & poſthu. Gallus, §. & quid ſi tantum in morte filii: cum hoc feudum, licet ab alio teneatur, quam a Rege, tamen ad ipſum Regem pertineat, ut hic, ſicut & ipſa perſona damnati: ut ſupra de bo. non te. ra. ter. ſeu. l. ſi quando. Secus autem eſſet, ſi feudum, quod iſte damnatus tenet ab alio, quam a Rege, eſſet non quaternatum: quia forte eſt aliquod parvum feudum: vel ipſe damnatus teneret ab alio, quam a Rege res aliquas in emphyteuſim, vel aliter ex quacunque cauſa: tunc enim feudum, ſeu alia bona prædicta ipſius damnati non devolvuntur ad fiſcum, ſed ad Comitem, Baronem, vel eccleſiam, a quibus tenentur: argumentum optimum, ff. de bonis libe. l. ſi in libertinum animadverſum erit, & de bonis damnatorum, l. ult. §. primo & C. de bonis proſcriptorum, l. ſi filius, ubi plene notatur, C. de bonis proſcriptorum, l. ſi filius, §. oportet, perſona vero damnati ſine dubio ad Regem pertinet, ut fiat exinde, quod Rex mandet. Et ita utimur in Regno, & ſic debet intelligi, quod notat B. in ſumma Longobar. de his qui ad mor. ci. ſunt, l. 1. & de hic, qui ad pla. ad conten. l. cujuſcunque hominis proprietas, in fi.

(c) *Munificentiæ*. Sed illud quæritur. Pone, † quod aliquis feudatarius debet privari illo feudo propter cauſam forte proditionis in aliquibus, ad quem revolvuntur bona mobilia ejus, de quibus hic dicitur, poſt mortem militis, vel Baronis debebit fieri ſolemniter inventarium? & diſtinguunt judices magnæ Curiæ, & ſic præciſe tenent, quod iſte feudatarius feudum illud, ſive quaternatum, ſive non, teneat immediate a Curia, tam ipſum feudum quaternatum, vel non, tenent ille ab alio Barone, vel Comite, tunc in caſu prædicto ipſum feudum devolvitur ad illum majorem Baronem, vel Comitem, a quo ipſum tenebat. Sed bona prædicta ejus mobilia ad fiſcum pertinent.

† Additio. *Quid de fructibus a feudo tali perceptis, cui applicari cenſeatur, Regi aut Baroni, a quo feudum tenebatur? Benvenuto. in c. imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder. tenet, quod Regi. fol. 17. litera O, P.* De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

de bonis, quæ liberis, l. cum oportet, §. etſi quidem. Feudum quoque non quaternatum redibit ad dominum, a quo tenetur. Item ſi feudum quaternatum eſſet paternum, & haberet fratrem, aut nepotem, ipſi ſuccederent, non Rex, infra tit. l. 1. ut de ſucceſſionibus. Suſcepto aliquo, ſcilicet, ab illo Comite, vel Barone, quia illius erit hoc relevium, nam ad proxima ſit hæc relatio, cum graveiur, quia Rex feudum, quod tenebatur ab eo, contulit alii, relevabitur in hoc, ut habeat inde uncias 10. ff. de jurejur. l. eum qui. Hic ſumitur nomen hoc relevium, quia non eſt verbum juris, ſed eſt ab uſu & forma loquendi, quæ dant vocabula, ff. de ſupel. lega. l. Labeo. quaſi relevet, & adjuvet dominum. Unde & filius vel alius ſuccedens, quia eſt moris, ſolvit relevium, contrahentes vero non, ſicut ementes & donatarii, nec filius quando ſibi ſucceſſuro pater donaret, niſi tunc donaret omnia bona ſua. Item pro nova conceſſione feudi facta per Regem non præſtatur relevium, ſicut hoc plene diximus in tit. per quos fiet inveſti. §. ſed & Rex. Hoc etiam dicitur Laudimium vulgare ultramontanorum in l. Imperialem §. præterea, in gloſſa, quia laudatur, & approbatur alienatio a domino, ſicut id quod præſtat emphyteuta, eſt quinquageſima. C. de jure emphyteu. l. fin. Solvitur etiam jure Romano pro introitu militiæ, ff. de legat. 3. l. penult. §. fin. Sunt etiam juriſdictiones temporales, ff. de uſufruc. lega. quæro. Item hoc relevium non ſolvitur ab eccleſia. Sed Baroni & Comiti pro feudo non quaternato, quod teneatur ab eis, ſolvitur relevium ab herede. In iſtis ſpectatur conſuetudo, de hoc plene dictum eſt in tit. de cap. Curræ. §. ſimiliter. Et quidem ſecundum uſum Curiæ de feudo novo ſolvitur relevium, & eſt medietas fructuum illius † anni. Quantum aſcendit ſervitium ſtatur regiſtrie. Ut ſi ſcriptum ſit feudum datum pro viginti, ſolvet decem.

† Additio. *Fuit altercatio, ſi inſpiciatur annus mortis, vel annus ad curia electionem, & in Camera tenetur quod ſit electio. vide ta gloſſam in conſuet. Pariſ. §.33. in glo. 2. verſ. quæro. car. 202. LoFr. in c. 1. §. ſed & nec, per quos fiat inveſt. Nota, quod aſſecuratio hominum etiam feudi non quaternati petitur a rege, & ſic ſentit quod poſſunt habere vaſalli ſeu feudum cum vaſallis, & non eſt quaternatum feudum, & ſic tunc ſit quando ſunt caſtra, etſi a Barone teneantur.* De Bottis.

Sed ſi eſt feudum antiquum, quia ſuſpicatur Curia ſervitium diminutum, & occupatum, facit inquiri Curia de valore feudi, & recipit medietatem valoris inventi per inquiſitionem, præmiſſa ratione, quia in contractibus non ſolvitur relevium. Mulier pro dotario non ſolvet relevium, quando petit aſſecurationem ſecundum formam proximæ conſtitutionis, mulier quæ dotarium. Hæc feuda quaternata dicuntur mobilia, alia feuda plana, vel de tabula. Diximus in titulo, de controver. feu. apud pares, c. 1. In quaternatis tantum loquitur, in aliis denunciabitur mors ei, a quo tenetur, ut in tit. quo tempore miles, l. 1. & per argum. a contrario, quod fortiſſimum eſt, ff. de offi. ejus, l. 1. §. hujus rei. Sacramenta tamen hominum etiam feudi non quaternati petentur a Curia Regia, ut ſupra, l. proxi. non a Comite ſeu Barone, quia Rex eſt dominus perſonarum, ut ſupra dicitur. Ad quæ petenda non eſt tempus præſcriptum, ſed ad denunciandum mortem eſt annus & dies, ut in d. l. 1. & in tit. quæ ſit cauſa prima, §. 1.

Poſt mortem Baronis. In textu, mobilia etiam decedentis. Sed quæro, de quibus mobilibus intelligatur, cum nedum mobilia alia, ſed omnes fructus a ſolo

Digitized by Google

lud exequi procurabit. (a) Recepto verumtamen (b) aliquo relevio, * ut eſt moris, quantitatem (c) decem unciarum auri non excedat pro aſſignanda poſſeſſione terræ conceſſæ.

De

(a) *Recepto*. Scilicet aliquo relevio, ut ſubjicit. Et nota, quod illud, quod in Regno appellatur relevium, lex videtur appellare introitum, ff. de lega. 3. his verbis, §. fi. Sed cui debetor iſtud relevium, an Curiæ, vel illi Baroni, per quem fit executio, & inductio in poſſeſſionem? & videtur quod illud relevium debet concedi illi Baroni, qui exequitur, ut ſte fieret relatio ad proximius dictum, ut no. ff. de juriſd. omnium judicum, l. ſi idem cum eodem, in fi. & ita tenebat Curia Imperialis, ſicut etiam vidi contineri in pluribus privilegiis tempore Imperatoris indultis. Sed aliquando ſuper hoc dubium vidi interrogari per Regem judices Magnæ Curiæ, qui reſponderunt prædictum releviom deberi Curiæ, & non illi Baroni: & poteſt eorum reſponſio juvari per l. ff. de contrahen. empt. l. ſi quis ſub hoc pacto, & de ſervis expor. l. Titius. Nam ille Subbaro ſeu minor Baro, cui aſſignanda eſt poſſeſſio per majorem Baronem quodammodo cauſam habet a Curia, quæ ſtatuit hanc l. & ſic Curia ſive rex potior habendus eſt, qui fuit auctor legis, ut in prælleg. l. dicitur, & faciunt ad hoc ea, quæ not. C. de iu. emphy. l. fi. circa princ. in glo. quæ incipit, vendere, &c.

(b) *Aliquo*. Et hoc eſt quod dicitur releviam, quod relevium debet eſſe ipſius Comitis, vel Baronis, a quo ipſum feudum tenetur, non Regis, licet feudi conceſſio ſpectet ad Regem, ut hic aperte dicitur.

* Additiones. *Nota ex textu juncta gloſſa quod relevium præſtatur Comiti, non Regi. Sed pone quod Rex concedit feudum alicui ſub debito, & conſueto ſervitio, & debitum ſervitium erat ut pro ſingulis 20. unc. quibus feudum reddebat, præſtaretur unum ſervitium militare; demum feudum eſt auctum adeo, quod aſcendit ad ſummam unc. 100. numquid Baro poſſit prætendere velle relevium, & ſervitium militare ex augmento; & ſic habere quinque ſervitia propter illa verba, conſueto ſervitio, erat dicendum quod non, quia conſuetum erat ſolum unum ſervitium. Contrarium eſt verum, & ita firmat Luc. de Pen. ad intellectum hujus conſtitutionis poſt Bartholomæum de Capua in l. 1. col. 2. in princ. C. de vend. re. fiſc. lib. 10. ubi omnino videas; vide And. qui tenet contrarium in c. 1. col. 2. ibi, item procedit, de vaſal. decrep. ætat. Sed vide apoſtil. Bartholomæi de Capua in l. item ſi fundi, de uſufr. ubi diſtinguit, quod ſi feudum augmentatur per excadentiam, augmentatur tunc ſervitium; ſi per induſtriam, tunc ſecus, ut in l. uſufructu leg. eod. tit. Si rex concedit caſtrum pro valore 100. unc. ſi valet plus, an intelligatur conceſſum, & per Andream in c. 1. §. ſimiliter: ibi ea ratione, de Capit. qui Cur. vend. & per totum illum col.* De Bottis.

De materia relevii, & an ſi eo anno fuit ſoluta adoha, debeat ſolvi relevium. Dic quod eſt in electione Regis quod velit exigere, adoham vel relevium, & ita pluries fuit declaratum per Regiam Cameram, ad utrumque enim feudatarius non tenetur, ne duplici onere gravetur, ut dixit Andreas in tit. quæ ſint reg. in ver. & plauſtrorum, dum dicit, quod feudatarii non ſolvunt collectas, quia dicunt ſervitium pro feudo, & non debent duplici onere gravari, arg. l. navis onuſtæ, ff. ad leg. Rhod. de jac. in c. regni, porrecta cultui noſtro, & licet aliquando fuiſſet de hoc dubitatum, & fiſcus exegiſſet: tamen poſtea pluries fuit judicatum in Regia Camera, ex quo de fructibus illius anni nihil remaneret feudatario, unde vivere poſſet, ſi utrumque ſolvi deberet, & ita reperi fuiſſe judicatum in cauſa Ill. Annibalis de Capua Domini Turris Francoliſii, & Domini Franciſci Martini. Idem eſſet, ſi eſſemus in diverſis perſonis, utputa patris, & filii, vel fratris & fratris, nam ſi unus ſolvat adoham, & eodem anno moriatur, frater, vel filius ſuccedens imputaret in relevio adoham eodem anno per prædeceſſorem ſolutam. Idem ſi eodem anno pater & filius morerentur, unus poſt alium, non unum relevium eſſet ſolvendum, prout alias fuit deciſum per Regiam Cameram in Camera in cauſa filiorum Artur Cappacuda, per rationem prædictam, ne ſolvi contingat univerſos fructus illius anni. Sed quid ſi illo anno nihil perceptum eſt ex feudo, an debeatur relevium, dic quod ſic, & ſuſpicatur ad quod percipi ſolet aliis annis, & ita antiquitus fuit deciſum, in cauſa Ill. Comitis Palenæ.

Quantum debeatur pro relevio, vide cap. Rober. in lib. Baruttucii, p. 1. c. 99. & vide Andream in c. 1. §. ſi mulier, nu. 3. de cap. Conra. & in c. 1. §. & res, per quos fi. inveſt. & in c. 1. §. ſciendum, in fi. de feu. cog. & in c. ſancimus, 13. col. quo temp. mil. & in c. imperialem, §. præterea ſi infeudatus, & in §. illud quoque præcipimus, de prohi. feu. alien. per Fred.

An ſecundogenitus, cui debetur vita militia, contribuat in relevio. Dic quod non, & ita fuit deciſum in Regia Camera in cauſa Petri Standarti. Fabius Jordanus.

(c) *Decem unciarum*. Imo videtur quod deberet eſſe quinquageſime pars æſtimationis, ut C. de jure emphyteuti. l. fina. in fi.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſolu feudi ſeparati tranſmittantur ad extraneum heredem feudatarii, ut in l. defuncta, ff. de uſufru. & quicquid inde quæſitum eſt, l. cum oportet, & hic per dominum Andream. Dic quod loquitur de mobilibus paratis pro inſtructione feudi, quæ partem feudi eſſe videmus, ut in l. 2. C. de verb. ſignifi. & videtur colligi ex his quæ notat Andreas §. ſi vero violator, de pace tenenda. Petrus de Monteforte.

Nota ex iſta conſtitutione & glo. 1. quod Rex habet, & poteſt concedere omnia feuda quaternata, etiamſi ab alio, vel ſub alio Comite, Barone, vel feudatario teneantur, ut hic, arg. in Auth. de exhibend. reis, §. opportunum, & 16. quæſt. 7. c. omnes baſilicæ, concedit feudum quaternatum, quod ſpectat ad Baronem, ſub quo tenetur ratione utilis dominii, quod eſt contra commonem regulam, qua utile dominium præfertur directo, ff. ſi ager vectig. l. 1. ff. de ſuperficiebus, l. 1. §. quod ait. Sicut eſt ſpeciale, quod fiſcus regalis ratione partis minimæ, quam habet in re, vendit totam rem. C. de commu. rerum alien. l. multum, & de vend. rerum. fiſc. l. 1. alias fi. ſed militare ſervitium, quod debetur pro ipſo feudo, præſtabitur Baroni, argumentum bonum d. l. fi. alius prima, de vendi. rerum fiſca. ubi dicitur, quod licet fiſcus vendat rem totam, ratione partis, quam habet in ea tantum, tamen pretium partis alterius quod recipit, debet reſtituere domino illius partis, & ſic tenet communis obſervantia, & conſuetudo quæ eſt optima legum interpres, l. ſi de interpretatione, ff. de legibus. Sed pone, quod feudatarius, qui tenuerat feodum quaternatum a Barone, ſerviebat ſibi pro ipſo feudo de ſervitio unius militis, cum tamen idem ſit eius valoris, ut pro ipſo deberetur ſervitium quinque militum, ſecundum generalem obſervantiam, & ordinationem communiter in Regno Siciliæ, ad rationem de annuis unciis 20. pro quolibet ſervitio militari. Feudatario vero decedente ſine filio legitimo, dominus Rex illud feudum quaternatum alteri ſuo benemerito ſub debito, & conſueto ſervitio conceſſit. Novus feudatarius vult ſervire dicto Baroni de uno milite, ſicut ſervire conſueverat prædeceſſor. Suus Baro requirit ab eo ſervitium pro valore annuo ipſius feudi, ſcilicet, quinque militum. De hac quæſtione fuit de facto dubitatum, ad quod videtur primo dicendum, quod novus feudatarius non teneatur niſi ad ſervitium unius militis, ſicut prædeceſſor ſuus tenebatur, quia nove conceſſio Regia ſic ſe habet, quæ ſervanda eſt, l. 1. §. ſi convenerit, ff. depoſiti. C. de pact. l. traditionibus. Contra videtur, quod Baro poſſit petere ab iſto feudatario ſervitium quinque militum, ut ille verba ipſius novæ conceſſionis, ſcilicet, ſub debito, & conſueto ſervitio, referantur ad præfatam generalem ordinationem communiter obſervatam, videlicet, ut pro ſingulis annuis unciis 20. debeatur unum militare ſervitium, argum. ff. de

Digitized by Google

De ſucceſſione filiorum Comitum, & Baronum.

TITULUS XXVI.

Iſta conſtitutio ſtatuit, quod ſtante filio maſculo, & filia fœmina deſcendentibus ex patre in bonis paternis, tam burgenſaticis, quam feudalibus, ſuccedit ſolum filius maſculus cum hoc onere, quod tenetur ſorores & amitam ſecundum paragium maritare: ſed ubi pater non habet filios maſculos, nec nepotes maſculos, ſed ſolum filias fœminas, dictæ filiæ fœminæ ſuccedunt patri in omnibus bonis burgenſaticis, & feudalibus, excluſis agnatis tranſverſalibus, verum ſi dictæ filiæ ſunt minores, Rex dabit eis balium in feudalibus: & cum venerint ad ætatem nubilem, quatuordecim, vel quindecim annorum, providebit dare eis maritum: & maritare ſecundum paragium eorum. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

IN (*a*) aliquibus * Regni noſtri partibus conſuetudinem pravam audivimus hactenus obtenuiſſe, quod in bonis Comitis, Baronis, vel

De ſucceſſione filiorum Comitum, & Baronum. Rubrica.
(a) IN *aliquibus*. Hæc conſtitutio loquitur univerſaliter de ſucceſſione filiorum tam Baronum, vel Comitum, quam Paganorum ſeu Burgenſium. Et ſic tam de feudalibus, quam de non feodalibus rebus, hoc ſervatur: ut ſi decedat aliquis derelictis filiis tantum, vel filiabus tantum, ſuperſtites filii, vel filiæ ſuccedunt: ſi vero habeo filios, & filias, & ſorores non nuptas: ſoli filii ſuccedant, qui debent maritare ſorores & amitas ad paragium: & in hoc derogatur legi, ſecundum quam æqualiter ſuccedunt filii & filiæ, ut in l. maximum, C. de li. præt. & in l. l. 12. tab. C. de leg. he. In feudalibus vero ſi ſolas filias dereliquit defunctus: aut ſunt majores, & tunc ſine ſcrupulo ſuccedant: aut minores, & tunc ſuccedant, ſed recipiunt baiulum a curia, & cum fuerint nubilis ætatis, maritabit eas curia ad paragium.

* Additio. *An autem fœminæ, quæ ſunt excluſæ a ſucceſſione, faciant partem, vide Doct. in l. hujuſmodi, §. ſi Titio, de leg. 1. & Capic. deciſ. 158. & 211. in fi. An autem nepotes excludantur, mortua matre dotata a ſucceſſione avi, vide Pau. de Caſt. in l. qui ſuperſtitis, in fi. ff. de acq. hered. cum aliis relatis per Capic. in deciſ. 176. nu. 13. An filia renuncians, videatur renunciaſſe contemplatione maſculorum, vide Dec. conſi. 31. & quid ſi tempore renunciationis, & mortis patris ſuperſint maſculi, deinde omnes mortui ſunt, an talis filia poſſit ſuccedere vigore conſuetudinis Neapolitanæ ad bona antiqua, vide Capic. deciſ. 190. & an talis renunciatio extendatur etiam ad extraneos heredes, ut filia excludatur a bonis antiquis, vide omnino Capic. deciſ. 191. Et an maſculi legitimati excludant fœminas legitimas, & naturales, vide Pau. de Caſt. in l. cum acutiſſimi, C. de fideic. Jaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, de uſuc. Capic. deciſ. 194. nu. 6. Dec. conſi. 275. nu. 7. & an habeat locum in filiis clericorum, Roma. ſing. 443. habeo caſum, Cottam in verbo, clerici ligantur, & quid ſi frater dotavit ſororem, quæ dotem amiſit, an teneatur iterum dotare, vide Bald. in l. fi. 3. col. de dot. promiſ. & Alex. in l. ſi cum dotem, §. 1. ſol. mat. Cottam in verbo, executores, quid ſi maſculi per momentum vixeriat, an fœminæ ſint excluſæ, vide Cottam in verbo, momentum, & in verbo, ſtatutum, quod extantibus. Quid in filiabus fœmines poſthumis, vide Doctores relatos per Cottam in dicto verbo, ſtatutum. Quid ſi non extat ſoror, ſed filius ſororis, an tunc excludantur per hanc conſtitutionem Bal. in l. pen. in fi. princ. C. de inoffi. teſt. tenet quod non, adde alios Doctores relatos per Cottam in verbo, ſtatutum quod frater; & an nepotis ex maſculo excludat amitam in ſucceſſione patrui, vide Capic. deciſ. 21. & quid in ſucceſſione avi, Gram. deciſ. 63. & an ſit odioſum vel favorabile, & an extendatur ad Judæos, Cul. Bened. in repet. c. Raynutius, in ver. duas habens filias, num. 129. & 139. cum pluribus ſeq. ubi late de materia hujus conſtitutionis & ibi, nu. 149. an habeat locum in adoptivis maſculis, & quod ſi extet frater Ord. Minorum, an excludat ſororem, Guli. Bene-*

ANDREAS DE ISERNIA.

de ædili. edi. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de aqua plu. arcen. l. ſi prius, §. placuit, & ff. de evict. l. ſi fundum, & hoc ultimum videtur nobis continere veritatem. Rex enim habet jus ſolum concedendi feudum, non autem ſtatuendi ſervitium, quia illud eſt Baronis, a quo tenetur feudum, ut ex ſupradictis patet, unde non poteſt aliud ordinare in præjudicium Baronis, arg. C. de jud. l. nemo exterus, & juſtum eſt unicuique rem ſuam committere. Quid enim ſi hic feudatarius, qui deceſſit, augmentavit feudum per induſtriam, vel diligentiam ſuam, vel auctum eſt feudum per excadentias, quæ pervenerunt ad illud, nonne hoc augmentum pertinebit ad Baronem, in quantum ſpectat ad ſervitium militare? & certe ſatis videtur quod ſic, & ſicut commodum, & augmentum totius feudi pertinet ad Regem, quantum ad conceſſionem, & illud bene Rex concedit, ſic & augmentum ſervitii pertineat ad Baronem, arg. ff. de leg. 2. l. cum fundus, & ff. de uſufr. l. item ſi fundi. §. 1. Inſtit. de legi. patro. tute. Præterea dominus Rex, quando concedit feudum quaternatum ſecundo feudatario, debet ita agere cauſam Baronis, ſicut faceret de ſua, ſed quando Rex donat feudum ſuum antiquum, quod per excadentiam pervenit ad manus ſuas, quod quidem non eſt in regiſtris pro certis ſervitiis annotatum, non donat illud ſub antiquo, & conſueto ſervitio, ſed facit inquiri de annuo valore, & poſt inquiſitionem factam in conceſſione, quam facit, diſtinguit militare ſervitium, ponendo deberi per feudatarium pro annuis viginti unciis ſingulis unum, & integrum militare ſervitium, ergo hoc idem facere debet Rex in conceſſione feudi quaternati, cum ſervitium ipſi Baroni debetur, ut in caſo noſtro præmiſſo, argumentum bonum & expreſſum ff. de ſolut. l. 1. §. 1. ibi, æquiſſimum enim viſum, &c. quæ videtur clara deciſio quæſtionis, & ita eſt veriſimile dominum regem in dubio præmiſſi caſus ſuam conceſſionem feciſſe, ſic agendo cauſam Baronis, ut ſuam. Si enim Rex concedit alicui liberam teſtamenti factionem, ut C. de inoffi. teſta. l. ſi quando, conceſſio quidem Principis in dubio recipit interpretationem ſecundum jus commune, ff. de vulg. & pup. l. ex facto, in principio. Bartholomæus de Capua.

Ad materiam hujus conſtitutionis vide c. Regis Roberti ſub rubrica mortuo Barone quid fiet, quod incipit, in nomine domini. Petrus de Monteforte.

In gloſſa ibi, Sed non ſervantur dicta capitula Honorii, quia ſuſpenſa fuerunt per Papam Nicolaum quartum ad inſtantiam Regis Caroli ſecundi: ſed dicta ſuſpenſio eſt quoad pœnas in eis appoſitas. Ibi, omnia caſtra ſunt feuda, ſcilicet quæ ſunt feuda non poſſe eſſe caſtra ſed non feuda, ſicut habet Eccle. Salerni, Caſinenſis, & Cavenſis, & aliæ eccleſiæ in Regno. Petrus.

De ſucceſſione filiorum Comitum, & Baronum. Rubrica.
IN *aliquibus*. Conſuetudinem pravam. † Et ſic tollenda eſt tanquam corruptela in Auth. ut nulli judi. §. 1.

Additio. Filiæ vero non ſuccedent. *Adde an filia ſuccedat in feudo, vide Bald. in l. 1. eod. tit. ff. de ſuis & legit. Calar. conſi. 3. in tit. de feud. incip. an fœmina*

Digitized by Google

vel militis, qui deceſſerit filiis maſculis non relictis, filiæ non ſuccedunt: Sed conſanguinei quantumcunque remoti maſculini ſexus, tam balium puellarum ipſarum poſt mortem patris accipiunt, quam ſucceſſionem uſurpant, & ipſas pro ipſorum diſpoſitione maritant. Quod quidem, & naturæ dignoſcitur eſſe contrarium, quæ parentum votis abſque diſcretione ſexus, tam maſculos, quam fœminas commendavit, & juri tam communi, quam noſtro ſpecialiter derogatur. Hac igitur lege noſtra per univerſas partes, & ſingulas regni noſtri valitura

Benedict. ubi ſupra, in ver. in eo teſtam. relinquens, il. 1. nu. 125. & ibi, quid ſi eſt habilitatus per Papam. An autem fœmina utrinque conjuncta excludatur a vaſallo conjuncto ex uno latere tantum, vide Tiraquel. de retrat. lige. §. 14. glo. 2. num. 6. Quid ſi pater in teſtamento inſtituat filios, an veniant fœminæ, vide omnino Dec. conſil. 170. & ibi quid ſi dixit, quod ſi filii moriantur ſine filiis, an intelligatur de maſculis, & Alex. conſil. 47. & 106. nume. 2. Adde, quod filia excluſa a ſucceſſione per ſtatutum, dicitur etiam excluſa a legitima. Dec. conſ. 26. nume. 4. An autem pater poſſit facere pactum, quod filiæ fœminæ ſuccedant ſtantibus maſculis, vide Bar. in l. ſi. C. de pact. & ibi Jaſ. An in inveſtitura poſſit rex tollere ſucceſſionem fœminarum, vide Loffr. conſil. 14. nu. 9. 10. & ratio hujus conſtitutionis, & ſtatutorum excludentium fœminas per maſculos, vide per Covar. in 3. lib. variar. reſol. c. 5. nu. 5. verſ. 3. & an poſſit venire virtute ſubſtitutionis factæ filio maſculo, per quam fuerunt vocati proximiores, vide Alexan. conſi. 93. & vide Joan. Nevız. in ſilva nupt. in verbo, divisi non eſt nubendum, nu. 82. ubi ad hoc ut excludatur fœmina a ſucceſſione, debet eſſe dotata de bonis ejus, de cujus ſucceſſione tractatur, de qua late per Dec. in conſil. 346. per totum, & Alex. in conſi. 71. nu. 5. Ratio ſtatutorum, ut bona exeant ab agnatione ditantis, quia cum divitiis agnatio conſervatur, Roma. conſ. 16. Curt. conſil. 9. colum. 5. iſta conſtitutio eſt in ſpecie approbata per Regem Robertum 20. Maii 1326. ut habeo in meis conſtitutionibus in pergameno, & ad intellectum, vide Loffre. conſ. 26. ubi, an iſtud paragium ſuccedat loco legitimæ, an tranſmittatur, an poſſit onus imponi, an valeat ſtipulatio fratris, & multa ibi poſuit, an paragium non petitum ab aliqua filia non maritata transferatur ad fratrem conjunctum ex utroque latere, ſcilicet ea mortua, vel remaneat commune dividendum inter fratres, tam conjunctos ex uno latere, quam ex utroque, videatur Brunus in tracta. de ſtat. fœm. excluſ. 11. art. princ. verſ. nono quæro, Renunciatio facta ab aliqua ex filiabus patri, an poſſit fratribus conjunctis ex utroque latere, an omnibus etiam conjunctis ex uno latere, quod proſit fratribus conjunctis ex utroque latere, videatur deciſio Bætr. 184. & 104. quod proſit omnibus tam conjunctis ex uno latere, quam ex utroque, videatur Crotus in l. re conjuncti, ver. decimo quæritur, ibi, ſecunda ſit concluſio, de legat. tertio, & in ſpecie eſt

mina Bald. conſi. 385. incip. factum tale eſt, in 3. volum. Ange. conſi. 242. incip. punctus talis eſt. Petrus de Antha. conſi. 174. incip. D. Lazarius. Ludo. Roma. conſi. 33. incip. viſo inveſtituræ tenore. Raph. Cuma. conſi. 157. incip. conſultis & infraſcriptis. Raph. Fulg. conſi. 320. incip. nobiles de ſorciate. Pau. de Caſt. conſi. 59. incipien. quanquam multa ſcripta fuerint. Alex. de Imo. conſi. 30. incip. omne datum in 1. vol. Idem Alex. conſi. 10. incip. ponderatis his quæ, vol. 5. Philip. Corne. conſi. 18. incip. aperta fronte, vol. 1. Idem Philipp. conſi. 196. incip. præſenteat conſultationem, vol. 2. Soc. conſ. 19. incip. pro diviſione prædicta, in 2. vol. Idem Soc. conſi. 25. incip. viſis inſtrumentis Romanorum. in 2. vol. Franc. de Curt. conſi. 48. incip. Dux Mediolani Philippus.

† Additio. *Vide Franc. Cur. conſi. 34. penul. colum. dicit And. in cap. 1. §. ſed quia vidimus, 2. col. qui feu. dare poſ. quod per iſtam conſtitutionem nedum excluditur per maſculos a feudis, verum etiam a burgenſaticis.* De Bottis.

Sic de jure feudorum, ut in titulo de ſucceſſione feudi. §. fœminam, & de his, qui feud. dare poſſunt, §. cum vero, quod corrigitur hic, quando non habet fratrem maſculum.

Parentum ſucceſſiones. Nunquid ſit idem in matre, quod in patre quod a ſucceſſione matris filiam repellat, & filius ſolus ſuccedat? videtur quod non, quia hoc eſt odioſum, quod eſt reſtringendum, ff. de liber. & poſth. cum quidam. Et ſi idem voluiſſet in matre, dixiſſet, non dixit, ergo omiſit. C. de cad. tol. l. pen. Econtra videtur, quod ſic: quia dicit parentes. Tunc etiam idem de matre poteſt intelligi, ff. de liber. agnoſ. l. ſi quis a liberis, in principio, & §. 1. & §. ſive parens, & de in jus vo. l. quicunque, §. parentes, & de his qui not. infa. l. parentes, ſic eſt differentia, dicat filios, vel liberos, ff. de teſta. tute. l. quid ſi nepotes, nec hæc conſtitutio eſt odioſa, quia per eam reditur ad jus antiquum, ubi idem erat, quod filia non ſuccedebat, ut l. maximum vitium. C. de libe. præte. pro quo eſt, ff. de pact. l. ſi unus, §. pactus, ibi, quod ſi in ſpecie, & eadem eſt ratio in matre, nec diverſitatis ratio reddi poteſt, ff. de ver. obl. l. a Titio, ad l. Aquil. l. illud. Appellatione patris, videtur contineri mater. Sic ſoror appellatione fratris, ff. de pact. tres fratres, de verb. ſign. l. 1. & de lega. 3. l. qui duos mulos.

Additio. *Adde Alexand. de Imo. conſil. 85. incipien. animadverſit, in 4. volum.*

Sed certe de ſucceſſione defunctorum maſculorum loquitur, quia in principio dicit poſt mortem patris, & poſtea ſequitur, patre mortuo, & poſt, patri decedenti, quod autem dicitur, quæ parentum votis, &c. ponitur in vim rationis, non in vim dictæ hujus conſtitutionis. De hoc eſt magna altercatio, & illi qui dicunt idem in matre, dicunt fratrem de bonis maternis debere dare paragium ſorori, non ſicut veram dotem, ſed tanquam portionem legitimam, ut plene ſequitur.

Super verbo quintumdecimum. Dicit gloſſa, quod nubilis ætas, tunc incipit, quod intellige quantum ad hoc, ut teneatur maritari, ſed poteſt maritari ſoror, ſcilicet, in 12. anno. Inſti. de nup. in principio.

Additio. *Adde l. minorem, ff. de ritu nupt. ca. continebatur, & c. atteſtationes, de deſponſa. impub.*

Etſi ante nubat, & cognoſcatur, ſit matrimonium, quia malitia ſupplet ætatem, extra de deſpon. impu. c. de illis, quod corrigit gloſſa juris civilis, quæ dicit cognoſcentem teneri de ſtupro, Inſtit. de nup. in principio.

Super verbo maritare. Dicit gloſſa, quod ſi pater dedit dotem filiæ de paragio, vel frater, excluditur filia, ſive ſoror etiam a ſucceſſione materna, ut in Longob. e. l. ſi pater filiam. Licet hæc conſtitutio non aperiat de materna. Hæc gloſſa nova eſt, & non eſt in alio apparatu, & l. ſi pater filiam, non dicit hoc, immo dicit de paterna, & fraterna ſubſtantia, & in conſtitutione ſequenti, ut de ſucceſſionibus, intelliguntur omnes, etiam ſororem excludi a ſucceſſione, ſi ſit dotata de bonis ejus, de cujus ſucceſſione agitur, ut ibi gloſſatur per l. quoniam novella, in fine. C. de inoffi. teſta. Item contrarium dicitur in ſimili, ſcilicet, quando nupta per patrem vult ſuccedere in feudo materno, & filiam in capillo excludere. Quod viſum eſt antiquis peritis Regni, quod ſuccedat nupta, illa ratione, quia dotata excluditur a ſucceſſione dotantis tantum, ut notatur in ſeq. conſtitutione ſuper verbo, excluditur. Non ergo hæc gloſſa bona eſt, niſi dicas filium excludere filiam ſororem ſuam etiam in ſucceſſione matris, ſi det dotem ſorori pro illis bonis, ſcilicet ſecundum paragium, licet ſit dotata de bonis patris, nam paragium eſt portio, quam habet de bonis, quod habere debet ſine aliquo onere ad exemplum debiti bonorum ſubſidii. C. de

tura ſancimus, Patre mortuo tam filios, quam filias puberes, aut majores, minoreſve ad parentum (*a*) ſucceſſionem abſque ſexus diſcretione vocari. Si autem * filii maſculi una cum filia-

eſt deciſio Napodani in conſil. Neapolit. ſi qua mulier, in verbo, ſuccedant, ſub titulo de mulier. hab. fil. &c. Jacobus Anellus de Bottis.

(a) *Succeſſionem*. Secus, oot. ſimile, C. de liberis prateritis eehered. l. maximum vitium.

* Additiones. *Vide Alex. conſil. 29. col. 2. vol. 1. ubi late conſulit in materia hujus conſtitutionis & ſeq. ut de ſucceſſionibus, & ibi etiam limitat illud, quod ſolet dici, eo quod dotata excluditur de bonis dotantis, 3. col. in fi. ver. nec obſtat quod talis.* Marcus Antonius Pulverinus.

An autem filia maritata, & dotata a patre mortuo fratre herede inſtituto, & ſibi dato ſubſtituto, poſſit dicere teſtamentum nullum, ex quo in ipſo fuit præterita. vide Aſſli. deci. 158. & ibi habes, quod filia fæmina eſt excluſa a ſucceſſione temporaliter, videlicet donec ſupereſt maſculus. Et quid ſi eſt præterita a patre, vide Capic. deciſ. 176. & omnino Alex. conſ. 131. 1. vol. ubi diſtinguit, an excludatur a ſucceſſione cum reſervatione dotis, ut in hac conſtitutione, aut excluditur in totum, vide ibi, & conſ. 64. & quid ſi maſculus prædecedat, an fæmina excluſa a ſtatuto rumpat teſtamentum patris, in quo fuit præterita, vide Bart. in l. fin. §. 1. ad Tertul. An autem talis fæmina excludatur a lucro ſibi obveniente per tranſitum ad ſecunda vota factum per matrem ſuam, vide Modernos in cap.

ANDREAS DE ISERNIA.

de inoffi. teſtam. l. qui. Unde non eſt vera dos, cum dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, at hoc paraginm habet, ſi alteri non nubat, arg. ff. de condit. & demonſt. l. Titia, §. ſin autem, & plenius infra ſtatim dicetur. Alii periti dicunt, quod a ſucceſſione matris non excluditur per filium, niſi in feudo, propterea quia recipit dotem a patre, nam ſtrictius debetur filiæ materna hereditas, quam paterna, ut no. hoc in ti. de eo, quod pater filiæ neceſſe habet relinquere l. 1. in fine de ſanctiſſimis epiſcopis. Auth. ſi qua mulier. Alii reprobant, quod per conſtitutionem iſtam præferatur filiis etiam in ſucceſſione matris. Sed dicunt filium ſorori etiam dotatæ de bonis patris debere dare paragium de bonis matris, ſicut portionem legitimam, non ſicut meram dotem, & hoc infra plenius dicetur.

Si vero minores ſint. Scilicet ſui juris, quia ſi eſſent in poteſtate forte avi paterni, vel alterius, non haberet locum Balium, quod æquiparatur tutelæ. Tutela autem eſt in capite libero, ff. de tute. l. 1. & not. infra de jure Balii in l. minoribus. Sed non videtur, cum hic habens in poteſtate, etiamſi eſſet pater, excluderetur a ſucceſſione feudi, ut in proximis: ſed qui non vocantur ad ſucceſſionem, nec ad tutelam, nam ubi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi, &c. Inſti. de legiti. patro. tute. ſed ibi dicit, plerunque. Item loquitur, quando invitus vocabatur ad tutelam, nec excluditur indiſtincte a ſucceſſione, ſed quando frater eſt cum patre. Item feudum æquiparamus caſtrenſibus, quia omnis militia eſt de publico, in Authen. de exhib. §. optimum, ſi autem caſtrenſia perveniſſent ad hunc, qui eſſet in poteſtate avi, in perſone ſua deſinerent eſſe caſtrenſia, ff. de acquir. hered. per procuratorem. Sed etiam minori 15. annorum poſſet donari feudum a Principe. Vel ſi emeret de pecunia ſua, & Princeps confirmaret, tunc Princeps videtur donare, ff. de verborum ſignificat. l. lege. Nam ſine Principis confirmatione non valeret emptio, & omnibus his caſibus pater non habet uſumfructum. C. de bonis, quæ lib. l. cum multa, & l. cum oportet, §. excepti. Cum ergo ei, qui habet in poteſtate, nec quantum ad uſumfructum, nec quantum ad ſucceſſionem aliquid de feudo pertineat, quia non habuit Balium per Curiam. Ratio, quia Balius eſt tutor, qui non datur, niſi capiti libero, ut dictum eſt, nec enim deſinit eum habere in poteſtate, quia non habet uſumfructum, vel quia lex denegat ei ſucceſſionem. Nam & filius in poteſtate habet peculium caſtrenſe, & tutela defertur illi, qui ſuccedit, ut dicto titu. de leg. patro. tute. ad fin.

Quintumdecimum. Alia littera habet 25. dic ſupra de reſtitut. mino. l. minorum jure, in fine. Utrum autem hæc conſtitutio habeat locum tantum ab inteſtato? nam in feudo ordinario defuncti non valet in tit. de feu. ſucceſ. c. 1. Sed ſi pater Burgenſis in Burgenſaticis inſtituet ſibi heredes filium, & filiam, an valeat? hæc enim conſtitutio debet eſſe uniformis, ut loquatur tam ab inteſtato, quam ex teſtamento. Reprehenſi enim fuerunt, qui aliam obſervationem faciebant tam in ſucceſſione fœminarum, quam maſculorum in l. maximum vitium, in principio. C. de lib. præte. & gloſſa videtur hoc determinare, dum dicit, videtur eſſe correctum, quod eſt in Lombarda, de eo quod pater filiis, l. 2. licet hoc dictum gloſſæ poſſit referri tantum ad id, quod dicit d. l. 2. de patre volente judicare de rebus ſuis filiæ uſque ad quartam portionem. Dicendum eſt, quod hujuſmodi pater teſtator, aut vivit jure Romano, aut Longobardo. Si jure Romanorum, poſſet facere teſtamentum, & inſtituere filiam una cum filio. Nam & extraneum prorſus poſſet dimittendo legitimam filio, quæ eſt hodie tertia jure inſtitutionis, non quoque relicti titulo, ut in Auth. ut cum de appel. cog. §. aliud. Tot jura, tot leges hoc dicentes non debemus faciliter dicere debere corrigi per generalitatem hujus conſtitutionis, quæ nihil exprimit de teſtamento, arg. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando, nam jura non corriguntur, niſi quando expreſſim dicitur, ut in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui, §. tribus. Debet quilibet habere liberum arbitrium in teſtando. C. de ſacroſanc. eccleſ. l. 1. Nam nec inter vivos debet interdici alicui rerum ſuarum alienatio, ff. ſi quis a pa. fue. manu. l. 2. Sed ſi jure Longobardorum viveret hic pater, tota ſubſtantia debetur filio non ingrato. Poteſt tamen tertiam partem dimittere pro anima ſua, & ſicut poteſt dare pro anima, eadem ratione poteſt dare & filiæ ſuæ. Nam ſi divideret cum filio in vita ſua, licet dividere non cogatur, medietatem dabit filio, reliquam medietatem retinebit ſibi, quam poterit dare cui vult, dicit Carolus in dicto tit. de eo, quod pater filiis, l. 3. in fine, & de ſacroſanc. eccleſ. Authent. ſi qua mulier. Item pone hoc, ſi inſtitueret filiam in tanta quantitate, quantum eſt paragium, quod a fratre ſibi debetur, valeret talis inſtitutio concurrens cum hac lege. Si aliud plus eſſet in inſtitutione, vel legato paragii, ut ſi exprimeret quantitatem, quam diceret deberi pro paragio. Sed tunc non creditur ei dicenti tantum deberi a filio ſuo, quia dicimus paragium conſiſtere in tertia parte, quam habere deberet, ut infra ſequitur. Et ideo ſi plus diceret, vel minus, non ſtaretur ei, & eſſet ſicut quando debitor legat creditori, quod deberet, Inſti. de leg. §. econtrario. Si tamen paragium eſſet decem, & pater inſtitueret filiam in quindecim, aut haberet pro paragio quindecim, & illa quinque eſſent de parte prædicta, quam poſſet dare, cui vellet, videtur valere, ſicut ex ſuperioribus patet. Nam debet valere omni jure, quo melius valere poteſt, etiamſi non valeret, ut agitur, & alio modo valere poſſet, ff. de tranſact. l. & poſt rem, §. fin. de ſer. l. ſi tam anguſti. de ſervitu. ruſticorum prædiorum, l. via. in principio. In veteri apparatu, licet non in novo, ſuper verbo, dum tamen ſoluret, eſt gloſſa hujus tenoris. Sed quid ſi fratres maſculi nolunt maritare ſorores, & dare ſibi dotes, ſecundum paragium, qualiter ſubveniatur ſororibus? Dico, quod ſorores poſſunt petere partem ſucceſſionis, cum ſecundum verba conſtitutionis fratres ſub modo maritandi in ſucceſſione præferuntur eiſdem, quo non impleto per eoſdem fratres filiæ non repelluntur a ſucceſſione, ut C. de his, quæ ſub modo, l. 1. ff. de annuis legatis, l. liberto. §. Lucius, & de conditio. & demonſtratio. qui heredi. cum ſuis ſi. Sed ſi fratres, quando

filiabus fœminis, aut etiam (*a*) ſororibus patri decedenti ſuperſint, cujuſcunque conditionis pater fuerit, Francus videlicet, aut etiam Longobardus, miles, vel Burgenſis, in ſucceſſione bonorum (*b*) præferri volumus (*c*) maſculos fœminis. Dum tamen ſorores, aut amitas, fratres,

cap. regni, mulier quæ dotarum, in fine & ibi, quid ſi talis mulier renunciavit paternis. De Bottis.

(a) *Sororibus*. Scilicet, defuncti, & amicis filiorum.

(b) *Præferri*. Nota quod concordat cum jure Longobardo, ut filius excludat filiam in ſucceſſione paterna.

(c) *Maſculos*. Commodius enim eſt ita jura conſtitui, ut

ANDREAS DE ISERNIA.

do ſorores petunt ſucceſſionem, dicant, quod volumus ipſas maritare, & dare dotes ſecundum paragium, ſoror poteſt petere ſibi caveri de hoc adimplendo, ut ff. de lega. 3. ſi tibi legatum, & de fideicommiſſar. lib. cum in teſtamento, & not. in dicta l. C. de his, quæ ſub modo, l. prima. cum modus, & condirio in hoc æquiparentur, ut ibidem ootatur aperte. Et ſecundum iſtam viam cauſa iſta ventilari, & tractari, ac terminari poterit in magna Curia, ſi ex cauſa ſucceſſionis petatur feudum, ſeu pars feudi quaternati. Andreas de Barulo teorndo hanc gloſſam, quæ fuit famoſi Doctoris, multa, quæ ſequuntur in hac gloſſa non habebunt locum, ſicut patebit. Videtur tamen fratrem omnino præferri, etiam in ſucceſſione ſimpliciter, & teneri ad dotes condictione ex hac conſtitutione. Nec poteſt præferri ſub modo maritandi: non enim dicit littera, dum tamen maritentur, ſed dicit dum tamen debeant maritari, videtur quidem teperendum verbum (volumus) quod eſt ſupra ibi, præferri volumus maſculum fœminæ. Volumus autem quod debeant maritari, & ſic verbum, dum tamen, proprie ſtabit cum verbo debeant, quia ſi dicemus, dum, importare modum, verbum, debeant, non conveniet, quia in modo complectitur injunctum præciſe, vel cauſative: nam ſi non implet, non conſequitur relictum, vel datum propter illud, ut in dicta l. allegatur, in dicta gloſſa. C. de his, quæ ſub modo. l. 1. cum concordan. nec poteſt accipi (dum) pro conditione, id eſt, cum, per quod fit conditio, ff. de condic. indeb. l. qui promiſit, quia ibi cum, eſt adverbium temporis futuri, id eſt quando, ff. de verborum obligar. l. centeſimis, §. fin. dum, videtur eſſe adverbium temporis præſentis, & inſtantis, id eſt donec, unde ſi dicimus volumus tantum, ſcilicet, præferri maſculum fœminæ, donec debeat maritare. Hic intellectus non eſt conſonans, neceſſario ergo videtur dici, quod verbum, debeat, ponatur in propria ſui ſignificatione, id eſt, ut compellatur frater maritare, nam importat neceſſitatem in eo, qui debet aliquid facere, vel ſcire, vel petere. C. de ſuffrag. l. 1. in fine de reſcin. vendit. quiſquis, in fine, ut naſcatur obligatio ex hac l. contra fratrem, quæ vocetur condicti ex lege. ff. de condi. ex lege, l. 1.

Additio. *Adde quod importat, vide quod ſi mandatum eſt indifferens, importat neceſſitatem, gloſſa eſt in clem. accedentes, de ſta. mona. quandoque importat honeſtatem etiamſi præcedit verbum commune, quando mandatum non neceſſitat, in cap. ſi ver. & ibi gloſſa in verbo, debet. de adulter. Abb. in cap. cum locum, de ſponſ. Abb. in cap. fina. de his, quæ fiunt a præla. Abb. in cap. intelleximus, de judi. Barto. in l. creditores, C. de pigno.*

Et exponetur ſic littera, præferri volumus maſculum fœminæ, dum tamen, id eſt, ita, vel id quod, vel id eſt, ut debeat maritare, &c. ut totum veniat præceptive, & imperative, vel, id eſt, quod præferatur maſculus, & in hoc vocatur fœmina, & quod maritare debeat ſororem, hæc ſunt legis virtutes, ff. de leg. l. legis virtus. Dicere, quod non veniat in vim modi, vel conditionis, ut ita demum præferatur, ſi maritet, vel, ut maritet. In hoc enim modus, & conditio paria ſunt, & filium ad hereditatem maternam vocari, & aſtringi pactionu, quod lex improbat. C. de inofficio. teſtamen. l. ſi quando §. illi. Sed ſatis videtur continere æquitatem gloſſa prædicta, ut mulier gravata in hoc, quod præferatur ei maſculus, relevetur in hoc, quod ſi non dotetur, non præferatur, argumen. ff. de jurejuran. l. nam qui. Hoc eſt novum, legem aliquid præcipere adjicient modum, ut certum quid fiat: & ſi non fiat, non habeat locum, quod præcipit: unum exemplum ſufficiat, ff. ad legem Aquiliam, l. ita vulneratus, in fine. C. de ſecun. nupt. hac edictali, §. primo, in fine, ubi ſtatuit lex virum poſſe uxori tantum relinquere, quantum uni filiorum. Ita tamen dicit littera, ut pars quarta debita filio non minuatur: non valeret, quod reliquit, ſicut diſpoſuit. Si enim teſtator adjicit modum, eſt lex: quia pro lege ſervatur teſtatoris diſpoſitio, in Authen. de nuptiis, §. diſponat. Princeps legislator, qui eſt lex animata in terris, in Authen. de conſulibus in principio, eſt pater ſubjectorum. C. de inofficioſo teſtamento, l. ſi quis in ſacc. unde faciet in utilitatem ſubjectorum, quod pater in commodum filiorum, pro quo eſt etiam, ff. de pact. l. pactum. C. de fideicommiſſ. l. fin. in fine, ſecundum Grammaticos, cum poteſt eſſe adverbium temporis, id eſt, quando. Item poteſt eſſe præpoſitio, ut vado cum ſocio meo. Item poteſt eſſe conjunctio adjunctiva, ut cum volumus ire Romam mandamus tibi, ut paret nobis equum. Item poteſt eſſe comnuoctio caſualis, ſeu cauſalis, & tunc, cum, pro quia. Primo modo accipitur in dicta l. centeſimis, in fine, aliis modis in diverſis partibus corporis juris, quas curioſus lector inveniet. Sed, dum, ſemper eſt adverbium temporis, & poteſt eſſe præſentis temporis, & præteriti, & futuri, ut, dum lego proficio, dum legi profeci, dum legam proficiam, & ſic ſemper accipitur pro donec prolatum ſimpliciter, ſed ſi cum componatur, cum tamen, quidam dicunt, quod eſt una dictio, ut in Ovidio, attamen ipſe veni. Alii dicunt, quod ſunt duæ dictiones, quia profertur in accentu longo, & gravi, non producto, & correpto. Exponetur ergo dum, pro donec, id eſt, in tantum, ut ſit expreſſivum futuri temporis, id eſt, volumus præferri, tamen in tantum, quod debeat maritare, &c. Et tunc non poteſt accipi iſtud, dum, pro, cum, quia cum, facit conditionem, ergo accipietur pro modo, ideſt, pro ut, quia ſi prohibetur in uno, permittitur in alio, ff. de judi. l. cum prætor. Item ſi accipiatur pro conditione, multo fortius erit vera gloſſa illa, quia non implendo conditionem illam frater non præfertur.

Additio. *Adde c. ex tuarum, de uſu pallei. Et per Doct. in c. non poteſt. de præben. in 6.* Superantius.

Totum hoc eſt diſputare de lana caprina, ſcilicet, de ſubtilitate verbi, quæ relinquitur pertinacibus. C. de conſtit. pr. l. ſecunda; conſtat enim quod non ſimpliciter, & pure præfertur maſculinum, quia dicit, dum tamen, &c. & ſive accipitur pro modo, ſive pro conditione, idem erit, quia ſunt paria quantum ad hoc, ut dictum eſt, ut non adimplens modum, vel conditionem, non præferatur. Pro modo tamen veriſimilius videtur accipi, id eſt pro ut, non, pro ſi, quia in ambigua voce legis, &c. præſertim cum & voluntas legis ex hoc colligi poſſit, ut ff. de legi. l. in ambigua, voluntas legis eſt, ut det paragium dotis pro maritagio, in quo ſi deficit frater, noluit privare fœminam hæc conſtitutio in ſucceſſione, &c. Non obſtat l. ſi quando, quia ad partem ſuam filius vocatur ſimpliciter, & ſine onere. C. de inoff. teſta. quoniam in prioribus. Ad partem vero ſororis, quæ naturaliter, ſicut maſculus debet ſuccedere, ut in l. maximum vitium, vocatur propter maſculini ſexus prærogativam, ex hac l. privatur fœmina, verumtamen cum hoc onere, ut maritetur per fratrem ad paragium. Et paragium dotis ſit pro portione legitima ſororis, ut infra dicetur, ſic non aſtringitur pactione, ut in l. ſi quando, quia ſi nolit dotare, non compelletur, verumtamen non præfertur, ut plenius infra ſequitur. Item ſupra improprie locutu eſt

tres, aut (*a*) nepotes * pro modo facultatum ſuarum, & filiorum ſuperſtitum numero, ſecundum paragium debeant (*b*) maritare. Ceterum ſi tantum fœminæ ſuperſtites fuerint, ipſas

ut pleronque hereditates ad maſculos confluerent, ut Inſt. de legi. agna. ſucc. circa principium.

(a) *Nepotes*. Scilicet, filii fratrum, ſcilicet, ut tantum habeat quælibet filia, quantum quilibet filius, & tantum quælibet amita, quantum quilibet nepos, & probatur hæc computatio ſupra de ban. & forjudi. lege forjudicatorum. C. de. cadu. tollen. l. uni. §. ſed ut manifeſtetur, in fine §. ff. de leg. 1. l. virilis, & ff. de ver. ſign. l. virili. & ita videtur eſſe correctum quod eſt in iure Longobardo de eo, quod pater filiis, vel filiabus neceſſe habet relinquere.

* Additio. *Quod ſi non eſſet diſpoſitum, quod nepos excludat amitam: an ſtante diſpoſitione, vel ſtatuto, quod frater excludat ſororem, extendatur ad filium fratris, vide Bal. conſi. 30. præſuppoſito ſtatuto, volu. 3. Dec. conſ. 87. nu. 3. ver. ſecundo, quia. An valeat conſuetudo alicujus familiæ, quod agnati excludant filias fœminas, prout eſt in familia Illuſt. Dominorum Sanſeverinorum, & Columnæ, vide Ang. & Imo. in l. 3. ff. de teſta. Quod an procedat in regno, ſtante iſta conſtitutione, contra quam non valet conſuetudo, ut eſt textus in proœ. ſupra, cogita tamen. De ſtatuto, quod ſtantibus fratribus filiæ non ſuccedant, an intelligatur de filiabus defuncti, vide Alexan. in conſil. 94. nu. 5. & 6. An autem iſta dos ſuccedat loco legitimæ, vide Doct. in l. quoniam novella, C. de inoffic. teſta. & Capic. deciſ. 155. nu. 3. Sed dato, quod ſuccedat loco legitimæ, adverte quia vivente patre dotare, dos non alterat naturam ſuam, ut late Ant. de But. in conſil. 2. 3. 4. C. & Capic. deciſ. 176. num. 11. & an filia dotata a patre, poſſit petere ſupplementum legitimæ, Soc. conſil. 15. col. 8. volum. 1.*

Quid ſi maſculus ſuperſtes ſit clericus, vel monachus, aut ſpado, carens teſticulis, Bald. in conſil. 280. incip. quis ſuccedat filio infanti, inter conſil. Angeli, tenet, quod adhuc habet locum hæc conſtitutio. Sequitur Gul. Bene. in c. Raynutius, in 10. deciſ. nu. 142. ad 244. & ibi nu. 153. ponit, an nepos ex filio excludat neptem ex alio filio, & quod ſi maſculi nolunt ſuccedere, vide Dec. conſil. 296. col. 2. & adde Alex. conſil. 19. nu. 4. vel 6. ubi dicit, quod ſi mater per ſtatutum eſt excluſa a ſucceſſione ab inteſtato, ſi præteritur, non rumpit teſtamentum, an patre poſſit ſubſtituere tali filiæ in dote, in l. ſi unquam, in verbo, donatione, nu. 111. C. de revoc. donat. An in terminis hujus conſtitutionis filius ſubintret locum patris, vide Dec. in conſ. 87. nu. 4.

Quid in ſubfeudatarie moriente, relicto pupillo balius a quo detur, a Rege, vel a Barone, vide D. Frecc. fol. 229. 2. facie, 39. auctoritate, & ad hanc conſtitutionem vide Afflic. deciſ. 159. & Dec. in l. pactum, nu. 6. verſ. Sed iſta re. C. de coll. De Bottis.

(b) *Maritare*. Et nota, quod ſi pater dedit dotem filiæ de paragio, † vel frater, excluditur filia ſive ſoror

ANDREAS DE ISERNIA.

eſt hæc lex: Non obſtat ff. de ſtatu homi. Paulus reſpondit. Item verbum debet, importabit neceſſitatem, ut neceſſe habeat maritare frater, ſi vult præferri, ſi non vult maritare, fœmina habebit partem ſucceſſionis. Eſt enim facta hæc lex in favorem maſculi, unde beneficium prælationis non confertur in invitum, ff. de dona. hoc iure, §. non poteſt, de reg. jur. invito, & hoc quando hereditas eſt diviſibilis. Secus ſi eſſet feudum, in quo viveretur iure Francorum, ut in conſtitutione ſequenti, tunc præciſe compelleretur ad dotes, ſi nullo modo vellet habere feudum, ut infra patebit. Item verbum, debet, adaptabitur naturæ negocii, cui apponitur, ff. loc. ſi eno. Item tantum eſt dicere in lege ſcripta, quod maritetur, quantum, quod debeat maritare, quia ſufficit legiſlatori dixiſſe, quod vult, cetera ex lege, alias, ex eius voluntate colliguntur, C. de legi. non dubium, relinquitur enim legis auctoritati, ff. ad Turpil. l. 1. §. 1. Si ergo mortuo patre frater non vult ſuccedere, vel non vult dare dotes, & requiſitus dicit, nolo, erit heres filia eadem, ſcilicet, ſoror in totum, quando non vult, & in parte quando dotes dare recuſat ſecundum dictum gloſſæ. Sed ex quo recuſavit dare dotes, an poſſit pœnitere, & offerre? videtur quod ſic, ff. ad Turpi. l. filii mater, §. 1. & verum eſt re integra. Sed ſi fratre dicente, nolo maritare ſororem, dicat volo eſſe heres, & edat quod eſt in animo, & animi expreſſione per voluntatem, ff. de acquir. her. pro herede, qui ſatiſd. cog. l. inter omnes, Inſti. de hered. qual. & differentia, §. fi. non admittitur fratris pœnitentia. C. de iuris & fac. igno. l. 2. Niſi eſſet minor, quia tunc per in integrum reſtitutionem poſſet, C. de repu. hered. l. fin. in fine. Quid ſi requiſitus dare dotes non reſpondit? ſiquidem adiit hereditatem patris, ſtatuetur ei tempus a judice, ut eligat, dicendo, volo eſſe heres, & dare dotes, vel nolo eſſe heres, & nolo dare dotem, argu. ff. de opt. leg. l. mancipiorum, & l. ſicet. Si vero eſt heres patris, & apprehendit hereditatem, & requiſitus in judicio, ſi velit dare dotes, non reſpondet, vel obſcure reſpondet, habebitur ac ſi negaſſet in præjudicium ſuum, & ſoror ſtatim fit heres pro dimidia, ut ff. de inter. actio. l. de ætate, §. qui tacuit, & §. nihil intereſt. Quid ſi dicat, nolo dare dotes verbo, & non ſolvit, expectabitur per tempus modicum cum ſpatio aliquo, eo elapſo, erit heres ſoror ſi velit, ff. ad legem Falcidiam, l. 1. §. item ſi ita, ſicut in ſtipulatione de dando, vel faciendo, ff. de ſolut. l. quod dicimus, & l. rarum, ff. de verborum obligationibus, l. ſi ita ſtipulatus, tempus erit arbitrio judicis, cum non ſit expreſſum, ff. de iure deliberan. l. 1. in fine, & erit illud, quod ſolet dari judicatis, & ideo cautius eſt, quod a principio, quando dicit ſe velle dare dotes, judex limitet ei tempus decem dierum, ff. de judi. l. ſi debitori, quia tempora illa ſunt arbitraria, quæ dantur condemnatis, nam ex cauſa ſi videret fratrem divitem, poſſet dare præceptum, quod infra tres dies ſolveret, ff. de re judi. l. 2. hoc vero tempore tranſacto ſit heres. Sed ſi dicamus gloſſam illam non continere veritatem, vel ſi ſoror moraretur cum peſſimo fratre dicente, ſe velle dare & effectualiter non ſolveret, ſi præeligeret potius habere dotes, quam partem ſucceſſionis, quid fiet? Reſpondeo, tunc condemnato fratre ad dotes, ſi nollet eas dare ſecundum illos, qui dicunt fratrem præciſe teneri, & compelli ad dotandum: Vel ſecundum prædictam gloſſam in confeſſum fratrem dato præcepto de ſolvendo, ut dictum eſt, mandabitur executioni ſententia in bonis fratris, nam ex quo ſemel voluit eſſe heres, de bonis ſatisfaciat creditoribus hereditariis. C. de jure deliberan. l. fin. §. cum igitur, ſecundum modum poſitum, ff. de re judi. a divo Pio, §. 1. Et in ſubſidium ubi aliud non haberet frater, in feudo, † ff. de re judi. commodis. C. de execu. rei judic. ſtipendia.

† Additio. *Idem dixit And. in conſti. ſi quis poſt litem, & in c. 1. §. quod ergo, de inveſt. de re al. fac.* De Bottis.

Et haberet rem illam feudalem ſoror, in qua eſſet executio facta perpetuo, cum hoc debitum dotis propter feudum ſit, & onus feudi contractum eſt, nam, ut repellatur ab habendo feudo, ſorori frater pecuniam propter dotem dare condemnatus eſt, hoc non poſt definitivam ſententiam, qua damnabitur frater ſorori præſtare centum pro paragio, & in ſubſidium aſſignabuntur ſibi res feudales pignori, quod pignus tenebit, donec ſibi ſatisfiat de tota condemnatione. C. de diſtrac. pignor. quamdiu. ff. de action. empti. l. Julianus, ff. offerri. Dominium non habebit, niſi impetret venditionem pignoris, quæ a ſolo Principe conceditur, ſupra de pœna contumaciæ ſi quis poſt litem, ſicut in venditione pignoris voluntaria, ſupra de feud. & rebus feudalibus non aliena. l. conſtitutionem. Item ſi velit ſecundum decretum, vel dari ſibi in ſolu-

pſas, ſi mejores ſint, excluſis altis conſanguineis, volumus ad ſucceſſionem admitti. Si vero minores filiæ Comitum, Baronum, aut militum ſuperſtites fuerint ipſarum bajulum noſtra

---

tur a ſucceſſione materna, hoc non dicit, l. ille, ſi pater, quia loquitur de paterna, & fraterne ſucceſſione, ſed de ſucceſſione materna, ut in Longobar. de ſucceſſio. l. ſi ſorores in cauſe, in prima gloſ. ut in Longobar. eodem titulo, l. ſi pater filiam, licet hæc conſtitutio non aperiat de materna, ut ab ea ſororem excludat.

† Aoditio. *Quid ſi frater auxit bona poſt mortem patris, an paragium ſit ſecundum bona aucta, an ſecundum tempus mortis, & quid ſi ſint diminuta ; vide Luc.*

ANDREAS DE ISERNIA.

ſolutum pro debitu, & addici ſecundum ordinem, dicte l. e Divo Pio, §. ſi pignora, cum ſit hoc loco venditionis. C. de evict. ſi prædium, ut fiat eum conſenſu Regio, ſed donec tenebit ſicut pignus judiciale, antequam dominium impetret prædictis modis, fructus percepti per mulierem extenuabunt ſortem, C. de pigno. actio. l. prima. Sed ſi marito datum ſit in dotem jus illud, vel in perſona mariti dato ſit executio pignorie pro ſorore ille uxore, ſcilicet, ſua, quia onera matrimonii ſubit, fructus lucrabitur vir, poſt eius mortem non lucratur mulier, que pignus tenet, extra de uſu. ca. ſalubriter, & ibi innuit hoc Innocentius. Quid ſi deſinat † habere feudum hic, qui tenetur maritore, an feudi poſſeſſor tenetur ad hoc onus? hæc quæſtio non procedit ſecundum illam gloſſam, quia fratre non dotante ſororem, ſoror eſſet heres pro patre ſue, & ageret ipſa pro ſe contra poſſeſſorem. Sed ſecundum aliam expoſitionem procedit, & videtur quod teneatur poſſeſſor, quia videtur paragium dotis de bonie feudalibus dari debere, ſicut utilitia minori fratri, ſupra in conſtitutione, Comitibus.

† Aduitio. *Adde Napod. in conſuetud. Neapol. ſi qua mulier. de ſucceſſ. ex teſtamento, in gloſſa in verbo de bonis, & Afflic. deciſ. 162. & ibi quod ſi dos fuerit legata in teſtamento, an bona ſint obligata, & vide Afflict. in deciſ. 76.* De Bottis.

Hoc denotat nomen paragii, ſcilicet, in quantum eſt dari conveniens inſpecta facultate, ſcilicet, bonorum illius feudi, nec non dignitatis, & numero liberorum, ff. de lega. 3. l. ſi filiæ, de iure dotium, quæ ro. & l. fin. & l. cum poſt. §. gener. eodem titulo. Hæc onera ſequi videntur poſſeſſorem. C. ſine cenſu, vel reliq. l. prima, & ſecunde, ff. de uſufruc. l. hactenus, & de uſufruc. lega. l. quæro. Sicut eſt de actione in rem ſcriptam, quæ ſic res afficit, ut detur contra eas tenentes, ff. quod metus cauſa, metum, §. cum autem, ad exhib. l. de eo. §. fina. de operis novi nuncia. l. penult. & ult. & de interdi. l. 1. in fine, quod vi, aut clam compeſit, §. fina. Vitia etiam realia rem afficiunt. C. de acquirende poſſeſſ. l. vitia. Reſpondeo, non teneri poſſeſſorem, etiamſi dictum eſſet dare dotes de feudalibus bonie, ff. de contrahen. emptio. l. ſi. quia perſonalis actio non ſequitur fundum, ad Trebel. l. 1. §. ſi heres, de leg. 1. alias de legi. l. nihil. niſi in cauſe alimentorum, tunc eſſent bone obligate, ut l. hactenus, & no. de alimen. & ciba. leg. l. 2. & l. Lucius. Sicut in functionibus, & cenſibus publicis, l. fin. ſi propter pu. cenſi. Quamvis dicerent idem in dote, quod in alimentis, cum dotis cauſe favorabilis ſit, ff. ſoluto matrimonio, l. 1. C. de rei uxo. actio. l. rem in præſenti. Sed in dote non invenitur cautum. Unde nec utiliter traheretur ad id, in quo lex deficit, ff. ſoluto matrimonio, l. ſi vero, §. de viro. Et ſic non obſtant contraria prædicta, quie in eis non deficit lex, immo ſpecialiter expreſſit, quod in rem daretur. In dote non expreſſit, ſicut in alimentis, & ſic remanet ratio legis. C. de caduc. tollen. l. 1. §. penult. quod ſi voluiſſet, expreſſiſſet, quia non expreſſit, noluit. Quomodo ergo conſuletur illi, qui dotes debet habere? Reſpondeo, aget contra filium, vel nepotem, & fiet executio in bonis eius, ut dictum eſt. Quid ſi non ſit ſolvendo? † Reſpondeo, ſi alienavit feudum, quod alius tenet, aget revocatoria contra eum ſecundum legem, ff. quæ in fraud. cred. omnie, §. Lucius.

† Aoditio. *Nota, dum allegat §. Lucius, & ſic non oportet probare, qualiter emptor feudi participavit de fraude, ſicut exigitur in illo, in quem eſt facta alienatio titulo onerosa, l. penul. C. de his, quæ in fraud. cred. & ponunt Moderni poſt glo. in §. item ſi quis in fraudem, Inſti. de act. & ratio eſt, quia cum non ſit ſolvendo frater, apparet, quod alienavit omnia bona ſua, quo caſu procedit ille textus, vel quando alienaſſet majorem partem ſecundum textum juncta gloſſa in l. nomen, §. filio, de leg. 3. Sed pondera verba Andreæ velle aliud, quod dato, quod non alienaſſet omnia bona, ſed forte diſſipaſſet in ludis, & ſcortis, quod adhuc ſi una tantum res ſit alienata, & illa ſupereſt penes tertium poſſeſſorem, quod adhuc agi poterit revocatoria, ſecundum terminos d. §. Lucius, quod eſt not. & procedit forſan favore dotis, l. 1. ſol. mat. Sed ubi ſunt alienata omnia bona, vel major pars, ut ſupra, quibus caſibus præſumitur fraus, d. §. Lucius, vide latius Grammat. deciſ. 101. Sed an quando eſt facta alienatio onerosa, ſit neceſſe probare alienationem eſſe factam pro viliori pretio, quam res valeant, vide Imol. & Ludo. in l. poſt contractum, ff. de donat. & Jaſ. in d. §. ſi quis in fraudem, in fi. 7. col. dicentes, quod ſic.* De Bottis.

Si non alienavit, factus eſt debitor dicti fratris ille, qui tenet feudum, vel violenter, vel occupate, ff. de verborum ſignificationibus creditores, & l. pecuniæ, §. acti. Aut ergo dabitur in ſubſidium contra talem debitorem argumen. ff. de eo, per quem fac. erit, l. fina. Aut aget contra fratrem, ut agat, & revocet a poſſeſſore, & erit hic ago, ut agat, ſic, ff. loc. cum in plures. §. meſſem, ad l. Rhod. de jac. l. 2. §. ſi. Vel tenetur, alias, cogetur ſorori dotandæ cedere actionem contra tenentem feudum, ff. de petit. here. quod ſi in diem, §. Julia. Verius eſt, ut condemnetur frater † ad pecuniam pro paragio, & in executione, ſi aliud non habet, pervenietur ad jure ita, quod ſi tenens feudum, id confiteatur, fiet executio contra eum in feudo. Si neget, dabitur curator bonis, qui illud revocet, ut in revocante fiet executio, d. l. a Divo Pio, §. ſic quoque, & §. ſed utrum, & C. quando fiſ. vel priva. l. 2. & pe.

† Auditio. *In iſto verbo ponitur deciſio. verior, quando frater non alienavit, ſed deſiit aliter poſſidere, eſt ratio, quia iſto caſu non poteſt competere actio revocatoria, quæ non datur, niſi ſint bona alienata, & in fraudem, quando titulo onerosa, alias ſi titulo lucrativo ſine fraude, l. pen. C. de revo. quæ in fraud. cred. & tota tit. ff. & C. Adde Bal. de Peruſ. in l. maximum vitium, C. de liber. & poſthum. & Paul. de Caſt. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de verb. oblig.* De Bottis.

Quid ſi frater nolit ſuccedere? Reſpondeo, ſtatim ſoror, ſi velit, habebit hereditatem, & feudum, nam conſtitutio iſta admittit utrunque ſexum, ſed ſi concurrant maſculus, & fœmina, præfertur maſculus, non tamen eo invito, ff. de reg. jur. l. invito, C. de jure delibe. l. nec emere. Statim quod ſemel noluit frater, admiſſa eſt ſoror, etiamſi velit poſtea maſculus pœnitere re integra, ut ſupra dictum eſt, pro qua eſt, ff. de ſucceſ. cognat. l. 1. §. qui ſemel, C. de verbo. ſign. l. fin. Non eſſe maſculum, & eſſe, & nolle habere, paria ſunt, ſicut non habere filium, & talem qui non ſuccedit, ff. de inofficioſo teſtamento, l. pater, Inſtit. de ſucceſſione libertorum, §. ſed noſtra. Inteſtatus etiam dicitur ille, cui heres non poteſt ſuccedere: vel non vult, Inſtit. de hered. quæ ab inteſtato, in principio. Quid ſi vult eſſe heres in dimidia, an in alia erit ſoror heres? Hæc quæſtio etiam non procedit ſecundum prædictam gloſſam, ſecundum quod

ſtra excellentia recipiat, ipſum, vel ſibi tenendum: vel alii, qui ex fide illud gerere debeat, juxta approbatam Regni conſuetudinem, concedendum: ac deinde ipſas, cum ad nubilem

Luc. de Pen. in l. a. in fi. C. de praed. & om. reb. li. 11. & in patre augente bona, vide etiam Soc. in conſ. 100. col. 4. in 1. vol. novorum. late per Borr. in deciſ. 62. & Luc. in l. fi. col. 2. C. quando & quib. lib. 10. An pater in teſtamento poſſit admittere filiam ad ſucceſſionem feudalium una cum maſculo, vide Luc. ad intellectum hujus conſtitutionis in l. jubemus, ult. col. C. de præpoſ. ſac. cub. lib. 12. An ſufficiat maſculum eſſe inſucceſſibilem, vel quod ſuperſit ſucceſſibilis, vide Corn. conſ. 134. vol. 2. & Campeg. in tract. dot. in 5. parte princ. 44. q. Adde, quod iſta conſtitutio diſponens de ſucceſſionibus reducatur ad ultimam voluntatem, & non ad contractum inter vivos, ita in ſimili ſtatuto dicit Bal. in conſ. 9. præſuppoſito, vol. 4. inferens, quod ſi filia moriatur in pupillari ætate, & ei non fuerat tacitum ſalarium, quod transfert ſucceſſionem ad matrem. Quæro juxta hanc conſtitutionem frater tenetur dotare tempore matrimonii ſtipulata in caſu non procreandorum liberorum dotem ſibi reddi, ſoror moriens abſque liberis inſtituit aliam hæredem: quis præferatur, vide Luc. in l. uni. col. 5. de impo. lu. deſc. lib. 11. Sed quæro, filia fuit maritata, & dotata, & ſic excluſa, pater fuit ſtipulatus dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, quod fuit ſolutum, & ſic dos fuit conſolidata: fratres dicebant eum eſſe excluſam, quia dicta dos cenſetur deſtinata pro alio matrimonio, juxta auth. ſed quamvis. C. de rei uxo. act. junctis not. per Bart. in l. quæ pupillam, de adult. vide Bal. in l. atque mater pro filia, C. de jure dot. Dec. conſil. 589. col. fin. & ita ſecundum hanc ſecundam opinionem fuit conſultum, & obtentum in facti contingentia, ut refert Bal. Novellus in tracta. dot. in 2. parte princip. col. 5. in fi. & Campeg. in 5. par. 54. q. An ſi dotatur filia extante maſculo moritur filia, demum maſculus, qui excluſerat filiam, an nepos admittatur, per Corn. conſ. 24. vol. 2. Sed quid ſi moritur frater antequam ſoror fuerit dotata relicta filia fœmina, an iſta neptis excludat amitam, eam dotando? dic quod ſic, ut per Campeg. in 5. par.

ANDREAS DE ISERNIA.

quod jam dictum eſt, quod ſic. Secundum aliam expoſitionem videtur ſimiliter quod ſic: quia cum poſſit nolle totum, poteſt nolle & partem, argumen. ff. de acquir. hered. ſi ſervus, in fine, & argumen. de toto ad partem, ff. de uſu. l. qui ſcit. Sed ſi teneatur dicta expoſitio contra prædictam gloſſam, tunc verius eſſet, ut agnoſcens partem, totum de neceſſitate agnoſcat, & ſit heres in totum, qui in partem voluit eſſe heres. Non enim poteſt partem nolle ſe velle, qui in totum poteſt. ff. de acquir. hered. l. 1. & l. cum heres, & l. qui ex duobus. Idem & multo fortius ſi voluit præferri in totum a principio, poſt requiſitus forte, ut det dotes, dicat ſorori, accipias in dotem partem feudi, & ſucceſſionis. Nam non admittitur, ut deſinat eſſe heres pro parte, qui ſemel voluit totum. Sed ſi medietatem feudi vellet dare ſorori in ſolutum pro paragio, hoc poſſet. C. de repud. here. l. ſicut, & ſoror habeat non a patris ſucceſſione, quam alias habet a prælatione hujus conſtitutionis, ſed a fratre dotante, qui poteſt ſatisfacere de debito tali, ſcilicet, paragio dotis, quemadmodum voluit ſoror creditrix. ff. de pigno. act. ſi rem. §. omnis. Sed nunquid dabit in dotem, vel in ſolutum pro dotis debito, & dotis paragio feudum, vel rem feudalem ſine licentia domini feudi? Videtur quod ſic, quia qui prohibetur alienare, non prohibetur in dotem dare. ff. ſi quid in fraudem patroni. l. 1. §. ſi libertus.

Additio. *Adde an prohibetur donare, vel legare, vide per Bart. in l. voluntas. C. de fideicommiſſ. Doct. in l. ſi domus, in §. fi. ff. de lega. 1. Et an prohibetur relinquere in ultima voluntate? vide per Philip. Franc. in repet. rubr. de teſta. lib. 6. in 22. col.* Superantius.

Verius videtur, ut non poſſit: nam cum jus petendi paragium ſit perſonale, actio perſonalis, ſcilicet condictio ex hac conſtitutione ad petendum pecuniam pro dote recipienda, etiamſi in cauſa judicati condemnatione facta capiantur res feudales in ſolutum, non poſſet habere is, pro quo condemnatio facta eſſet, rerum dominium, addicto ei eo, quod captum eſt ſine ſpeciali juſſu principis, ut ſupra dictum eſt. Nam conſtitutio illa ſupra de prohi. feu. alie. omnes alienationes feudi prohibet ſine principis mandato, dare pro pecunia dotali in ſolutum, ſicut venditio cenſetur. ff. ex quibus cau. in poſ. ea. l. fi. C. de evict. l. prædium, immo in dotem dare rem feudalem non poſſet per novum c. in planitie S. Martini, ſine ſpeciali mandato, quod introductum fuit in remotionem gravaminum fidelium Regni, ut ex proœmio illorum capitulorum patet; ſed per regiſtrum Imperatoris, quod in archivo ſervatur, conſtat, quod ſi etiam Demanium feudi detur in dotem æſtimatum, ſeu res feudales Demanii reciſſo inſtrumento æſtimationis, quæ jure communi facit emptionem, manebit loco pignoris, ſcilicet, donec de fructibus, vel alio modo ſatisfiat de dote: de quo plene diximus in tit. qualiter olim feu. po. alie. Quid ſi frater vult dare dotes de paragio? Sed ſoror, vel alia perſona dotanda petat paragium in pecunia, pro maritagio, & nolit maritari, an teneatur frater ad paragium, † ſi honeſte velit mulier ſine marito vivere in domo ſua? Videtur, quod tunc alimenta tantum debeat habere a fratre, & quidem pinguia, quamvis jus commune dicat, quo jure frater de bonis ſuis propriis ſororem egentem alere cogitur. ff. de rute. & rati. diſtra. l. 1. §. ſed nonnullos, & §. naturales tantum fratres, ut in Auth. quibus mod. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur. C. de alen. lib. l. 2. in gl. Pinguia ideo, ut ſi alia bona habeat ſoror hæc, habeat alimenta pro modo facultatum feudi, quaſi hoc ſit onus feudi, a quo repellitur fœmina, cum concurrit cum maſculo, nam minor frater a majore habet militiam, etiam quando ad fortunæ compendium melioris aſpirat, ut ſupra in conſti. illa, Comitibus.

† Additio. *Vide Pet. de Ubal. in trac. de duob. fratribus, par. 11. col. 6. ubi an dos data pro matrimonio ſpirituali, excludat fœminam a ſucceſſione, & Guliel. Bened. in cap. Raynutius, in ver. duas habens filias, num. 164.* De Bottis.

Sed quod habeat dotem, † ſi non vult maritari, non videtur, cum dos non ſit, ubi non eſt matrimonium, licet matrimonium ſit ſine dote. ff. de jure dot. l. 4. C. de don. ante nup. l. fin. Item intereſt fratris, & nepotis, ut ſoror, & amitæ maritentur, cum veriſimile ſit, ut de his filii procreentur, hoc enim munus fœminarum maximum, & præcipuum eſt. ff. de ædil. edic. quæritur, in princ.

† Additio. *Vide Capic. deciſ. 204. & Napod. in conſuet. Neapol. in verbo, paragium, de ſucceſſ. ab inteſtato.* De Bottis.

Et ſi intereſt hominis habere amicos, ut ff. de uſufruc. l. uſufruc. general. in princ. Intereſt multo magis habere conjunctos in genere. Intereſt quidem habere conſanguineos, quia conſanguinitatis ratio inducit dilectionem. ff. de caſtren. pec. dotem, in fi. C. eod. cum proponas. Dic, quod in legato, ſeu relicto † pure propter dotem, oportet quod is, cui relictum eſt, nubat ſeu matrimonium contrahat, ut relictum conſequatur: ſive enim nolit nubere, ſive moriatur antequam nubat, relictum non conſequitur. ff. de condit. & demonſtra. l. in teſtamento, & l. Titio. ibi, ſcilicet, ante nuptias, &c. niſi intraverit monaſterium, tunc impleta eſt conditio, cum videatur nubere ſponſo, ſcilicet, cæleſti, quia religionem ingreditur, ut Deo ſerviat. Secus eſſet ſi honeſte vellet in domo vivere. Secus ſi clerica, vel clericus efficitur capellam ſæcularem ingrediendo, ut in Auth. de ſanctiſſimis epiſcopis. §. ſi quis autem. C. ad Treb. Authen. niſi in

Digitized by Google

lem ætatem pervenerint, & bajulum noſtrum, vel alterius ſupervenientem (*a*) quintumdeci-

mum

par. princ. 25. q. & in 28. q. ponit, an ſi frater vult admittere ſororem ad ſucceſſionem, & illa eligat ſe dotari, quis præferatur. De Bottis.

(a) *Quintumdecimum.* Nota, quod nubilis ætas incipit in 15. an. ut patet in Authent. de tempo. non ſo. pe. ſup. do. §. & ſi quidem intra ætatem, collat. 7.

Additio. *Adde tex. in c. atteſtationes, de deſpon. impu. & gl. 2. in c. ubi non eſt, eo. tit.* Superantius.

Licet videatur aliud, C. de nup. ſancimus.

Quintumdecimum. Aliter 25. & ſecondum hanc litteram habetur hic reſpectus ad jus Romanum, ſecundum quod filia peccans in corpus ſuum ante 25. annos poſſet exheredari.

An-

ANDREAS DE ISERNIA.

in glo. ibi. Sed hoc paragium non eſt mere legatum, immo id ab hac conſtitutione debetur filiæ, ſicut portio hereditatis, quia repellitur a ſucceſſione, & eſt loco legitimæ portionis debitæ jure, quam hodie deberet habere ſi alium inſtitueret, & non quoquo relicti titulo, ſed per inſtitutionem, ut in Authen. ut cum de appel. cogno. §. illud.

† Additio. *Vide Capic. in deciſ. 204. ubi quid ſi ingreditur religionem tertii ordinis Sancti Franciſci. Sed pone, quod pater dedit dotem filiæ monıali, ut poſſit poſtea ſuccedere, vide Pet. in tract. ſocietà. in 11. parte princip. in ver. quæro, duo fratres, & per Bart. in l. 1. ff. ſi quis a paren. ſu. ma. & Napod. in ri. de ſucceſſ. ab inteſt. in ver. ipſis ſucceſſoribus, & in verbo, paragium, ubi allegat And. hic, & vide Bal. in l. omnimodo, & in l. quoniam. C. de inoffic. teſtam. & elegans conſi. Pauli de Caſtro 339. primum dubium, & Bar. in d. §. Tertio genere, qui videntur tenere contra Andr. hic, & Georg. Nattam in repetitio. cap. quamvis, de pact. in 12. quæſt.* De Bottis.

Unde quantum eſt hæc portio, † paragium iſtud eſt ejuſdem juris, ſicut legitima jure naturæ, & ſine onere habeat libere. C. de inofficio. teſtamen. l. quoniam. Id enim, quod loco alicujus eſt, habet eandem naturam, quam id, cujus loco illud eſt. ff. ſi quis cau. l. ſi quis enim. §. qui injuriarem. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe juſ. fue. l. prima. §. hæc actio. de petitio. hered. item veniunt. §. prædiximus, Authen. de filiis ante dota. inſtrumen. natis, in fine. Hoc, ſicut portionem legitimam habebit hæc mulier, ſicut volet: habet enim hoc ex beneficio hujus conſtitutionis, non patris, argumen. ff. de leg. 2. cum patronus, de adoptio. ſi pater. Hinc paragium non poſſet tranſcendere legitimam, & debitum mulieri iſti, quia attenditur pro modo facultatum, & numero filiorum, ſeu liberorum ſuperſtitum. Sic videtur, quod non eſt verum, ut ſtatim patebit infra, nec voluit hæc conſtitutio totaliter repellere fœminam a feudo, immo admiſit eam, quando non eſt maſculus. At ubi eſt maſculus, præfert eum mulieri. Et tunc, quia fœmina non admittitur cum maſculo, loco portionis legitimæ vult eam ſecondum paragium maritari. Duo ergo jubet, eam maritari, & ſecundum paragium maritari, & dotari, ſic. ff. de arbi. Celſus. Quantum ad primum, ſcilicet, quod debeat maritari, conſtitutio hæc reſpexit frequentiam, quia frequenter mulieres deſiderant viros. Maxima quidem in hoc eis cupiditas eſt. C. ad l. Jul. majeſt. l. 2. Lex ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptatur. ff. de uſucap. juſto. de legi. nam ad ea. Quantum ad ſecondum, ut detur ſecundum paragium hoc conſecutivum matrimonii, quia licet ſine matrimonio non ſit dos. ff. de jure dot. l. 3. præſumitur tamen quis uxorem non ducere ſine dote. ff. de doli excep. l. pure. §. ſi cum. C. de repud. l. fi. in princ.

Additio. *Adde glo. in c. & ſi neceſſariæ, de donat. inter virum, & uxorem. Innoc. in ca. per veſtras, eo. tito. Joan. And. in reg. acceſſorium, de reg. jur. lib. 6. in mercuria.*

† Additio. *Adde Loffre. in conſ. 26. ubi, an paragium ſuccedat loco legitimæ: & an ſit purum, vel conditionale, ſi nuptiæ ſequantur: & an poſſit imponi onus, & multa alia.* De Bottis.

Et cum dos datur, ſeu relinquitur etiam a teſtatore, non eſt neceſſarium ſemper, ut matrimonium ſequatur, pro quo datur dos: nam etſi mulieri, quæ jam nupta erat, dos, ut nubat, legetur ab eo, qui ſciebat eam nuptam, nihilominus dos debetur. ff. de lega. 2. ſi ita ſcriptum. §. ſi pater. de condit. & demonſtra. ſi jam cum augeri, & conſtitui poſſit matrimonio conſtante. C. de dona. ante nup. l. ſi conſtante, & ſic frater tenetur dare paragium ſorori pro dotibus, & maritagio, hoc non eſt finale, ſed impulſivum, illud habeat etiam ſi non maritetur. ff. de dona. l. 2. in fine, & l. 3. C. de jure dot. l. ſi genero. Si enim habere debet paragium † pro dotibus, & maritagio, quod eſt loco portionis debitæ jure naturæ, habebit, & multo magis, ſi honeſte velit in domo vivere. Nam non plus debet habere caſtitate luxuria, ut in Authen. de teſtitut. & ea quæ pa. §. fin. C. de revocan. donationibus. l. his ſolis, in fi. Certum quidem eſt, quod bonum nedum virginale, imo & vidoale præfertur matrimonio. 27. q. 3. §. nuptiarum, nec eſt certum, quod ſi nubat concipiat filios, ſic enim dixit dicta lex, quia maximum munus fœminarem, &c. Item ſi honeſte vivat: poterit orare pro fratre, quod magis intereſt, quam ut pro corporis utilitate concipiat filios, præfertur etiam bonum animæ cunctis rebus. C. de ſacroſanc. eccleſ. l. ſancimus, in fine.

† Additio. *Vide Napodan. in dicto verbo, paragium, in titulo, de ſucceſſio. ab inteſtato, & Alexand. conſil. 139. viſo themate, colum. quarta, volumine ſecundo, & vide conſil. 69. volumine primo.* Jacobus Anellus de Bottis.

Per hoc patet, quod ſi filia eſſet maritata, & dotata per alium, deinde pater ejus moritur, quod nihilominus debet habere dotem de bonis patris ad paragium, ſcilicet, pro modo facultatum, & numero filiorum, ut hic dicitur, & tunc non abſorde dicetur paragium conſiſtere infra tertiam debitam jure naturæ, cum dotes habuerit aliunde. Sic colligitur ex dictis Caroli in Lombarda in l. ſi pater, de ſucceſ. & in l. prima, de eo quod pater filiis ne habet re. Item multo magis, quando propter pulchritudinem, vel nobilitatem nihil, vel modicum, quod in dote habuit mulier, alias paragium non conſiſtit infra tertiam, nec infra medium debitæ portionis jure naturæ, cum dotes habuerit aliunde, immo tunc erit tota portio filiæ debita, ac ſi ſucceſſiſſet cum maſculo, ut infra dicetur. Ratio eſt ad prædicta, quia ſi pater ſcienter reliquiſſet dotes jam nuptæ, & conditionaliter, ſi nuberet, & eſſet pure legatum, deberetur non obſtante, quod jam nupſerat. d. l. 2. de leg. 3. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi pater. Idem quando lex, ſicut iſta conſtitutio, dat dotes, de bonis jubet dari. Æquiparantur enim poteſtas teſtatoris, & legis. C. de fidejuſſ. l. fin. in fi. de pignor. actio. non eſt mirum, de pactis. l. pactum, tanto plus hic, quia hoc paragium eſt portio hereditatis, ut dictum eſt. Quid ſi frater, patre vivo, maritet, & dotet ſororem, deinde pater moritur, an habebit paragium de bonis paternis? Videtur, quod non: nam debet eſſe contenta de eo, quod in die umorum habuit, nec amplius debet quærere de fraterna, vel paterna ſubſtantia, ut in Lombarda dicitur de ſucceſ. l. ſi pater. Item frater dotando, videtur dotare de bonis paternis, aut mulieris ſororis ſuæ. no. glo. C. de dotis promiſſione. l. fin. ff. de adminiſtra. tuto. cum poſt. §. 1. & de neg. geſt. l. Neſennius. Verius videtur, ut frater dotando ſimpliciter, de ſuo proprio videtur id feciſſe, quaſi donaverit id ſorori. ff. de probat. Procul. de regul. jur. l. cujus per errorem, de condictione indebiti. l. 1. ſecus ſi eſſet adminiſtrator bonorum ſororis, vel patris, cujus eſt officium dotare

filias,

Digitized by Google

mum annum exceſſerint, de proviſione manſuetudinis noſtræ Deum habentes præ oculis, cum bonis omnibus, quæ patris fuerunt, ſecundum paragium curabimus (*a*) maritare.

De

Additio. *Adde gloſſam in c. de raptoribus, 36. q. 1. gloſſam in cap. hoc factum 32. q. 2. Doctores in c. cum cauſa de rapt. Abb. in c. accedens, de procur. Abb. in cap. 1. de deſpon. impub. Bald. in l. fin. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. Bar. Joan. de Imo. Raph. Cuma. & Ludo. Rom. in l. 1. ff. ſol. mat. Pau. de Caſt. in l. ſi ſocer, ff. eo. tit. Alex. de Imo. in conſ. 39. incip. Viſo themate, in 2. vol. Abb. in conſil. 12. incip. Jeſu Chriſti Salvatoris, in 5. vol.* Superantius.

Secus ſi poſt 25. annum, ut in Auth. ut cum de appell. cognoſ. §. qui ex prædictis, collatio. 8. & no. C. de inoſſicioſo teſtamento, l. filiam tuam, & ſic obſt. infra de jure balii, l. minoribus, quod intellige tantum in maſculo, ne ſit contraria.

(a) *Maritare*. Et ſic videtur, quod puella non poſſit ſuo arbitrio nubere contra legem, ff. de ritu nupt. l. ſciendum.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

filias, contutores, adminiſtratores, procuratores, & geſtores bonorum dotare, & promittere videntur de bonis illorum, quorum coram adminiſtrant, & procuratorium gerunt, quia ea, quæ agunt, ad eorum nomen referuntur. ff. ſi quis cau. l. penult. & fin. & ſic loquitur. l. cum poſt mortem, in curatore, ſcilicet, & l. Neſennius, in avin, quæ nepotis negotia geſſit. Statim, ut extraneus promittit dotem pro muliere, acquiritur mulieri, & reſtituitur etiam ſoluto matrimonio, niſi ſpecialiter ſibi provideat paciſcendo, vel ſtipulando. C. de rei uxo. act. l. 1. §. accedit, & ſic debet intelligi dicta gloſſa de dotis promiſſio. l. fin. Extraneus enim eſt omnis, qui non habet in poteſtate ea. l. §. extraneum, & ſic tanquam portionem hereditatis conſequitur dotis paragium de bonis patris. Non obſtat l. ſi pater, quia ibi debent referri ſingula ſingulis, ut quod diximus de paterna ſubſtantia ſemper referatur, quando pater dotavit, quod ſequitur de fraterna, quando frater dotavit eam. Semper enim, ut propter dotem repellatur a ſucceſſione, requirimus, ut ſit dotata de bonis ejus, de cujus hereditate agitur, ut repellatur. C. de inoffic. teſtamen. l. quoniam novella. in fi. de colla. l. ut liberis, & in conſtitutione ſequenti, ut ſucc. Secus ſi filius, idemque frater nomine patris viventis ſolviſſet, vel promiſiſſet dotem, quia eſſet hæc dos profectitia, & de bonis paternis videtur profecta, ſive ratum habeat pater. ff. de jure dot. profectitia, in principio, ſive non: quia cogitur ratum habere. ff. de negotiis geſtis. l. Pomponius. In prima. Pater cogitur habere ratum id, quod fecit nomine patris filius, quod pater habuit neceſſe facere: cum ad ſuum officium ſpectet dotare. C. de dotis promiſſione. l. fin. Idcirco pater liberatur a tali obligatione, qua tenebatur filiæ, etiam invito eo, & ignorante. ff. de negotiis geſtis. l. ſolvendo. Niſi contradixiſſet, & prohibuiſſet filium dare, vel promittere dotes ab initio: antequam, ſcilicet, filius promitteret, vel dotaret patris nomine. C. de negotiis geſtis. l. fin. idem ſi mortuus fuerit pater, antequam ratum haberet, ex quo debuit ratum habuiſſe: & ſic non obſtat. l. bonorum. ff. rem ratam haberi; quia ibi voluntaria ratihabitio, hic neceſſaria in eo, quod ſibi neceſſario incumbit facere, per quod erat liberatus ab obligatione, qua proinde tenebatur, ut dictum eſt. Unde hic apparet gloſſellam not. hic poſitam, quæ non eſt in apparatu antiquo, non eſſe bonum, dum dicit, quod ſi frater dedit paragium pro ſorore, repellitur etiam a ſucceſſione materna, nedum paterna: quod ponitur in verbo, etiam. C. ſi tutor, vel curator, vel magiſt. creatus appellaverit. l. etiam, nam habebit nihilominus paragium dotis de bonis paternis, ſicut portionem legitimam. Quod autem dicit etiam a materna, plenius ſtatim diſcutitur. Sed nunquid filius præferatur filiæ ſorori, ſcilicet, ſive in ſucceſſione bonorum matris communis decedentis, in bonis burgenſaticis, & in feodalibus, ſi vixit in eis mater jure Longobardo? Opinio eſt, & variatum eſt inter Modernos. Multi enim periti dicunt, quod non, immo, quod matri ſuccedat filia æqualiter cum maſculo fratre: nam conſtitutio dicit de ſucceſſione Comitum, & Baronum: & dicit patre mortuo: de matre nihil dicit: unde relinquitur veteri juri. C. de appellationibus, præcipimus, in fine. Taxavit enim in patre, argumento, ff. de verborum obligationibus. l. ſi minor. Nam expreſſiſſet de matre, ſi voluiſſet idem eſſe, quod in patre, & quia non expreſſit, remanet jus in primis finibus. C. de cadu. tollen. l. prima, in fine. In tota conſtitutione non dicitur, niſi de patre: quia ſi dixiſſet parentes, forte & de matre intelligeretur, argumento. ff. de liberis agnoſcendis. l. ſi quis a liberis, in principio. Et quod dicit littera, quæ votis parentum, &c. ponitur in vim dicti, & in vim rationis. Non eſt dictum, vel poſitum filiam matri non ſuccedere, ſcilicet, etiamſi eſſet exheredata a patre, quia odium unius non extenditur ad aliam perſonam, argumen. ff. de pactis. l. ſi unus. §. ante omnia, & ſi quis aliquem teſtari prohib. l. ſecunda, ibi, factum vero patris, &c. Eatenus enim pœna extenditur, quatenus reperitur delictum. C. de pœnis. l. ſancimus, & non punitur quis niſi in eo, in quo vere deliquit. ff. pro ſocio. l. actor. §. dicimus. Si deliquit in patrem, & non in matrem, non punitur a matre, in qua peccatum non fecit, quia alterius odio non gravatur alius. C. de inofficioſo teſtamento. l. ſi quis in ſuo. ff. de pœnis. l. crimen. ex alterius delicto non exheredatur quis. ff. de heredibus inſtituendis. l. pater filium. Sed hæc conſtitutio privat filiam hereditate patris, præferendo filium, qui ſecundum paragium eam debet maritare. Non eſt intelligendum, vel interpretandum, ut idem ſit in matre, vel matris hereditate: quia odioſa reſtringuntur. ff. de liber. & poſthum. hered. inſtit. l. cum quidam, & in talibus maſculinum non concipit fœmininum. ff. de vent. in poſ. mit. l. 1. §. quæſitor, vel §. ſi ita. ff. de verb. ſignif. l. 1. in glo. Hanc ſententiam multi periti approbant eo quod ſtrictius debetur filiæ hereditas matris, quam patris, ut no. in d. l. de eo, quod pater. l. 1. in fi. de ſacroſan. eccleſ. auth. ſi qua mulier. Mater quidem ſemper certa eſt. ff. de in jus voc. l. quia, & matri etiam ſpurius ſuccedit. C. ad Orfic. l. ſi qua. Pro hoc faciunt rationes notatæ in quæſtione illa de primogenita maritata per patrem, & dotata, quod præfertur in bonis matris poſtea decedentis filiæ in capillo viventi, jure Francorum, ut notatur in apparatu novo in conſti. ſequen. ut de ſucceſſionibus. Alii ſunt, qui dicunt, quod idem de matre, quaſi appellatione patris contineatur mater, ſicut appellatione fratris continetur ſoror. ff. de pact. l. tres fratres, de leg. 3. l. Lucius. §. quæſitum. Et quia ubi eadem ratio, ibi idem jus. ff. ad leg. Aquil. illud, & ratio diverſitatis reddi non videtur. ff. de verb. oblig. l. a Titio, & maſculinum concipit fœmininum. ff. de leg. 3. l. qui duos. Item cum dixit ibi, Votis parentum, &c. & ſic intelligenda eſt tota conſtitutio quaſi ad primordium referatur quicquid ſequitur. C. lib. 10. de impo. lu. deſcr. l. 1. in fi. de jure, & fac. ign. l. regula. circa finem. Plus valet plerunque ratio legis, quam lex. ff. de furtis. l. verum, & de legi. l. non omnium. Ratio ergo vocis communis idem jus faciet, ſeu faciet. Item ſecundum iſtos raro invenitur, quod mulier non habeat, niſi dotes, cum ſemper ei præferatur maſculus, per l. illam. Unde ad id, quod raro evenit non adaptatur, quod ponitur. ff. de uſucap. juſto, de legi. nam ad ea, & hoc, ut ipſi dicunt videtur probari per generalem conſuetudinem. Et hoc verius eſt, & ſic hic uſus, & conſuetudo probatur, quia moribus civitatum, &c.

ff. de

Digitized by Google

ff. de ſupel. lega. l. Labeo. Optima legum interpres eſt conſuetudo. ff. de legi. l. ſi de interpretatione, & l. minime, & patet. C. ſol. mat. l. dos a patre, in opinio. Martini, † quæ uſu prævalet, ut dicitur ibi in glo. & de ve. jure enucl. l. 1. §. ſed neque.

Additio. *Adde c. cum dilectus, de conſuet. &. certificari, de ſepul. glo. in verbo, ne ſi forte, in cap. ex parte, de celebratio. miſſa. glo. in ver. inſtantem. in cap. ab eo. de electio. lib. 6. Cardina. Zaban in cap. cum ſit. in 2. notab. de deci.*

† Additio. *An conſuetudo approbans opinionem Martini, debeat probari, vide Capic. deciſ. 176. nu. 18. cum ſeq.* De Bottis.

Oportet autem probari hoc, quia ei, qui dicit, incumbit probatio. ff. de probatio. l. ſecunda, Inſtitu. de lega. §. quod autem diximus, & ſi excipiendo hoc proponeret, idem eſſet, quia actor eſt in hoc. ff. de exceptio. l. prima. Dicere autem, quod ſic eſt uſitatum, ſic communiter homines utuntur, facti eſt, non juris, & ideo oportet probari, expreſſe dicitur. C. quæ ſit longa conſuet. l. prima, de ædifi. priva. l. an in totum. In facto enim non præſumimus. ff. ex quibus cauſis majores, denique, de capti. & poſtlimi. re. in bello. §. facti, quæ juris ſunt non probantur, nec ponuntur, cum certum ſit, quia ſcriptum eſt. ff. de juris, & facti ignor. l. 2. hoc non probato, primum videtur verius, quia ubi lex deficit, nec utiliter trahitur ad id, ff. ſoluto matrimonio, l. ſi vero, §. de viro. Contra juris rationem eſt, quod maſculus præferatur. Accuſator enim natura, tunc cum non omnes generavit maſculos, ut in l. maximum vitium. Et ſic non extenderetur de patre ad matrem, nec produceretur ad conſequentiam, ff. de legi. l. quod vero, quod lex omittit, omiſſum eſt ſicut in teſtatore, ff. de libe. & poſthum. l. commodiſſime, cujus diſpoſitio pro lege ſervatur, in Auth. de nupt. §. diſponat, ſic verbalia nomina, ff. de verborum obligationibus quicquid. Lex ſuffragio verborum promulgatur, ut patet in l. humanum, de legi. ff. eodem titu. l. de quibus, in fine. Niſi quando eſſet æquitas, tunc ſuppletur a lege, ff. de præſcrip. ver. l. quoties, & tunc ad ſimilia producerentur, ff. de legi. non poſſunt. At hic eſſet iniquitas, ut in l. quod vero. Exemplum eſt, quando eſt æquum, ut quando dicitur de monacho, ut non ſuccedat in feudo. Idem ſit in aliter debilitato. C. quæ ſit longa conſuet. l. 1. ff. eo. l. de quibus, in gloſſa.

Additio. *Adde gloſſam in l. 2. C. de leg. & Doc. in c. in præſentia, de prob.*

Feudum detur ad certum ſervitium, in titulo de Capita. qui cor. vendidit, in fine, quod ſicut non poteſt fieri per monachum, ſic nec per alium debilitatum. At fœmina ſuccedit etiam jure iſto in feudo, ſed non cum maſculo in feudo paterno, ſerviet ergo in alia per maritum, vel per alium. C. de epiſcopis, & clericis. l. ad ſimilitudinem, & l. ſi quis cenſibus. Sed quomodo probabitur hæc conſuetudo? Reſpondeo, ſicut notatur in gloſſa. Rubricæ, quæ ſit longa conſuetudo. Puta ſi judicatum eſt ſemel eſſe conſuetum, ſeu conſuetudinem. Item ſi in decem annis bis fuerit judicatum pro fratre contra ſororem. Item ſi triginta annis uſi ſunt, quod frater præferatur in maternis ſorori, tanquam eorum conſuetudine, quia omne jus tollitur his, & acquiritur tantu tempore. C. de præſcriptio. viginti annorum, l. ſicut. & l. omnes, & tantum facit triennale jure civili, quantum quadragenale jure canonico, extra de præſcriptio. ca. de quarta. Item multo magis ſi uſi ſunt a tempore, cujus non extat memoria. ff. de aqua quotidiana, & æſtiva, l. hoc jure, §. ductus. Item ſi conſtat, quod populus voluit, quod hæc ſit conſuetudo, & dicitur tunc titulata, quia potius, ſicut lex municipalis valebit, quam ſicut conſuetudo, ff. de juſtitia & jure, omnes populi. Primo modo dicitur judicata. Secundo duobus præſcripta conſuetudo. Tertio vetuſtas. Et nota, quod conſuetudo † debet eſſe in illa terra, unde ſunt frater & ſoror, ſicut dicitur. C. quæ ſit longa conſuetu. l. 1. ibi, probatis his, quæ in oppido, &c. de ædifi. pri. an in totum. Nam non ſufficit probare, quod in terris vicinis eſt conſuetudo hæc, quia conſuetudo unius non præjudicat alii, ſicut nec res inter alios acta vel judicata. In eodem oppido, id eſt, intra fines oppidi habitantes ſunt, ſicut unum corpus, quæ coercentur ab uno magiſtratu. ff. de verb. ſign. l. pupillus, §. territorium. Et ſicut unum ſunt, non ſicut diverſi; patet ex his, quæ dicuntur, ff. quod cujuſque uni. nomi. l. non ſicut, §. 1. & 2. & l. 1. Item quia ubi deficit lex, recurritur ad conſuetudinem illius loci, ff. com. præd. venditor, §. ſi conſtat.

Conſuetudo qualiter probetur.

Additio. *Adde Ang. in l. de quib. 1. col. ff. de legibus. Et quid ſi lex, vel conſuetudo deſint? Dic quod ſufficit allegare auctoritatem majorum, ſecundum Angel. in l. ſi idem, in 1. no. ff. de juriſdict. omn. judic.*

† Additio. *Nota hæc verba Andreæ quia conferunt ad id, quod dicit Napodanus in conſuet. Neapol. quæ incipit, Pupillus, ſub tit. de teſtis. in integ. quod ubi bona ſunt extra civitatem, tunc conſuetudo non habet locum in illis, adeo quod requiritur, ut uterque ſit Neapolitanus, ut hic.* De Bottis.

Si vero non ſit ibi de illo caſu conſuetudo, recurritur ad ſimilem conſuetudinem. Si conſonum & ſimile deficit, non ad id, quod in vicinis locis ſervatur, recurritur, ſed ad id, quo urbs Romana utitur, ff. de legi. de quibus in principio. Servamus ergo conſuetudinem illorum, inter quos etiam converſamus, & vivimus, 12. q. 1. capi. illud & illa. Secus ſi probatur, quod hæc conſuetudo ſit in una provincia, vel regno, nam in quelibet parte & terra provinciæ & regni illius ſervabitur. In toto enim pars ineſt, ff. de reg. jur. in toto. de exceptio. rei judic. ſi quis cum totum. Servetur quidem conſuetudo provinciæ, ff. de teſtib. l. 4. in fine. Et magnum reputant provinciales conſuetudinem inter ſe obtentam ſervari, de officio proconſul. l. 3. & l. ſi in aliquem. Unaquæque enim provincia in ſuo ſenſu abundet, 86. diſtinctione, jejunium, in fine, §. contra veritatem, & ea. diſtinct. cap. contra morem.

Additio. *Adde textum in c. certificari, de ſepul. gloſſam in verbo, alii, in ca. Capellanus, de feriis, & gloſſam fin. in c. Catholica. 11. diſtin.*

Secundum ſententiam iſtorum, qui dicunt propter conſuetudinem non debet ſuccedere etiam mater cum maſculo. Reſultat quæſtio, videlicet, Matre viva, filia nupſit, & dotata eſt per fratrem, vel alium non de bonis matris, deinde moritur mater, an habebit dotes de bonis matris, ſi non ſuccedet cum fratre maſculo? Videtur quod non, quia ſi mater viveret, non cogeretur dotare, niſi quando eſſet hæretica. C. de hæreti. cognovimus, quia non eſt officium maternum, ſed paternum dotare filiam, C. de dotis promiſſ. l. fin. Ergo ea mortua non tenebitur heres ſuus filius. Idemque frater, ff. de reg. jur. l. qui in jus, & l. nemo filius, & in l. in his, §. non, & l. aliud, in fine & l. quod ipſis. Item hic eſt gloſſella quædam, quæ dicit quod ſi pater, vel frater dat paragium, excluditur dotate etiam a materna ſucceſſione. Dicit etiam quod ſi pater dotaſſet filiam, & dediſſet minus, quam tertiam, in qua videtur conſiſtere paragium, ut infra dicetur, idem eſſet in hoc caſu, ſicut colligitur ex dicto Caroli in l. ſi pater, de ſucceſſio. & de eo quod pater filiis, l. 1. etiam colligi poteſt, & plenius dicetur infra. Tertiam dico, ſcilicet, ejus quod deberet habere, ſi non excluderetur per maſculum. Poſt mortem tamen patris ageret filia contra fratrem maſculum ad ſupplementum, ut in illis, ll. no. R. & dictum eſt ſupra. Multo plus ſi mater dotaſſet, & partum dediſſet propter nobilitatem, vel pulchritudinem forte, quia ſtrictius debentur bona matris filiæ, † quam bona patris, ut ibidem notatum eſt per R. Eadem ratione ſi nil dediſſet pro dote, idem eſſet ut ſemper conſequantur portionem legitimam, tertiam ſcilicet & paragium, quod eſt loco legitimæ portionis de bonis ejuſdem, a cujus ſucceſſione petitur repelli, quia minus tribuit qui nil tribuit, ff. de reg. ju. minus, de trib. illud. Frater idemque filius tenetur ad paragium iſtud non tanquam mere dotem, ut ſi non ſit matrimonium in eo non habeat, ut prædictum eſt, ſed tanquam portionem legitimam, quam ſine dote debet habere.

† Additio. *Legitima in bonis maternis, quando maritatur propter pulchritudinem, vide Bart. in l. 2. §. creditum, ff. ſi cert. pet. & in tract. de privileg. 330.* De Bottis.

Dotes dantur † etiam jam dotatæ, d. l. ſi ita, in fine, de leg. 2. Mater in vita viva non cogetur ad hoc tanquam ad dotem, nec filius tanquam ad dotem, qui non debet eſſe deterioris conditionis, ut in reg. jur. jam dictis. Nec mater ad id tanquam ad portionem

nem legitimam, quia præmature agitur de viventis hereditate, de vulgari & pupillari, l. 2. Sed filius poſt mortem patris, aut matris hereditate ut filiam ſororem ſuam excludat, tenetur dare paragium de illis bonis, ſicut portionem legitimam. Nam, ut prædictum eſt, quod ut repellatur dotata debet inſpici utrum ſit dotata de bonis ejus, de cujus hereditate, & ſucceſſione agitur. Et in hereditate matris portio filiæ ſtrictius debetur. Ex quo concluditur, quod gloſſella prædicta non eſt vera, & l. ſi pater non dicit hoc, ad quod allegatur in illa gloſſa.

† Additio. *Nota ad q. ex quo lex iſta dat hoc paragium, interpretatur, dummodo poſſit pari nubere, ut hic: & ſic quando erit tota portio, ut hic per And. ut quemadmodum ſi pater reliquiſſet minus legitima, & prohibuiſſet plus petere, quod filia poterit agere ad ſupplementum, ut per Bal. in l. ſi quando, §. & generaliter, de inoff. teſta. ita etſi legaſſet dotem, ſecundum quam non potuiſſet pari nubere, & ita reperio conſuluiſſe Raph. Fulg. in conſ. 40. Dominicus, in 3. col. de quo per Albert. in 9. artic. in 2. q.* De Bottis.

Qualiter filia excludatur a bonis maternis. Poſſet tamen ſalvari ut dicamus, quod frater poſt mortem matris dotavit ſororem & dedit paragium, ſopple, de bonis matris: tunc repellitur etiam a materna hereditate, & ſucceſſione, ſecundum iſtos, qui dicunt per conſuetudinem generalem repelli ſororem a materna ſucceſſione. Vel dic, quod viva matre dederat paragium † de bonis matris, matre volente, vel ratum habente, tunc ſecundum gloſſellam tenerem dictam opinionem, quod repellatur etiam a materna. Secundum primam conferet dotes, & ſuccederet: ſecus ſi tunc dotavit ſororem viva matre, & dedit ſimpliciter tantum, quantum eſſet paragium etiam de bonis matris: quia videtur de ſuo dotare, ut dictum eſt: imo idem, ſi nomine matris dediſſet: nec probaretur, quod ratum habuiſſet: quia mater non cogitur ratum habere, ſicut in patre ſupra dictum eſt, cum non ſit maternum officium. Et tunc confirmatur illa datio de bonis maternis facta, quando non erat dominus hic frater, poſtquam eſt dominus & heres matris, ff. de actio. empti. l. ſi quis alienam, de uſucap. com vit. Niſi proteſtaretur frater, quod tanquam de bonis matris dotabat, tunc forte illa imputabit in paragio, arg. d. l. Neſcunius.

† Additio. *Ad materiam paragii, & quando dicatur congrua dos, & quod centrus conſtituatur, vide latiſſime per Cottam in verbo dos conſtituta filiæ a patre, & Gramma. deciſ. 57. & 10. per totam, & Dec. conſ. 26. ubi loquitur in terminis, & intellectu hujus conſtitutionis.*

Nota etiam, quod ubi mulier non poteſt nubere pari, tunc paragium extenditur ultra legitimam uſque ad portionem ſibi tangentem, ſi ſuccederet cum maſculo: an hoc habeat locum, ſi filia mortua eſſet antequam nuberet, an ejus heres ſuccedens in iſta portione poſſit petere paragium habita conſideratione, ut nupſiſſet pari, fuit deciſum quod non, ſed tantum uſque ad legitimam in cauſa Hieronymi Ferrari cum Ferdinanda Roberto, referente Magnifico V. I. D. Do. Joanne Thoma Minadois die . . . 1547. patrocinante Magn. Jo. Piſanello, magiſter actorum Jo. Bernardinus Balſamus. De Bottis.

Etſi verum eſt, quod hoc paragium conſiſtat infra tertiam ejus partis, quam filia eſſet habitura, ſi non excluderetur, erit ſic æſtimatio fienda: Pater habens tres filios, & unam filiam, vivens jure Longobardo & Romano, habens in feodum ſubſtantiam valentem quadringenta. Filia ſi concurreret cum fratribus ad ſucceſſionem, haberet centum: lex hæc privat eam ſucceſſione; habebit ergo tertiam illorum centum pro paragio: reliquas duas partes portionis ſuæ habebunt maſculi propter ſexus prærogativam: quia lex iſta ita vult: ſicut ſi pater privaret eam, tantundem deberet habere. C. de inoffi. teſt. tum quæritur, & authentica, ibi poſita. Lex & teſtator æquiparantur, ut ſupra dictum eſt. Quod autem dicitur in l. ſi pater. de ſucceſſio. in Longobar. hoc eſt, ut ſit contenta de eo, quod habuit in die votorum. Suppletur ſi tantum non habuit, quod habuerit tertiam partem debitam. Non obſtat quod filius maſculus ſuperſtes fuit patri, ut in principio l. Reſpondit gloſſa R. quæ ſequitur in gloſſa. Quod etiam contra fratrem vivo eo, & fratris filios hoc paragium avocabit. Si vero viveret jure Francorum, † idem eſſet: quia ſoror habebit tertiam quartæ partis: & deinceps pro numero filiorum. Et licet alii fratres non ſuccedant, eorum portio accreſcet primogenito prærogativa ſpeciali, in l. ſeq. ut de ſuc. quibus tenetur vitam & militiam præſtare: etiamſi ad fortunæ melioris compendium aſpirent, ut in dicta conſtitutione, Comitibus. Non poteſt ergo tunc conqueri filia, ſi tantum habeat, quantum ſi viveret jure Longobardo. Nam excluſio eorum minorum fratrum, quæ eſt in favorem majoris, non retorquebitur in læſionem ejus. Abſurdum eſt, quod ſorori creſcat, quod minori fratri lex aufert. Non ergo de portione fratrum minorum excluſorum quicquam petet ſoror: quia & ipſa excluditur, ff. de leg. 2. cum pater, §. libertus, Sic etiam & privatio facta in odium alicujus non trahitur ad favorem alterius delinquentis, ff. de adult. l. 1. §. ſi publico, ibi, lenocinium igitur, &c. Et hoc eſt, quod dicitur hic, pro modo facultatum, & numero filiorum, ut ff. de leg. 3. ſi filiæ, cum concordan.

† Additio. *Nota, quod ſoror habet paragium, quando vivitur jure Francorum, ex quo pondero, quia Andreas ſentit deciſionem quæſtionis, quod ſi feudum eſt maternum, prius loquitur in quia per conſtitutionem ſequentem, quando non ſupereſt maſculus, ſoror major ſuccedit, quod illa major non tenetur ad aliud quam ad dandum paragium alteri ſorori, nota ibi, & licet alii fratres, &c. quia habes deciſionem quæſtionis, quod ſoror excluſa a ſucceſſione, licet non habeat partem, tamen computatur ad taxationem legitimæ.* De Bottis.

Quid ſi majores domus ſoliti ſunt dare pro maritagio fœminarum centum, vel incertam quantitatem, an in tanto fiet dainceps? videtur quod ſtetur ſolito, argum. ff. de negotiis geſt. ſi negotia, de pigno. actione. l. vel univerſorum, de uſuris, qui ſemiſſes, in fine. Et conſuetudo patrisfamilias inſpicitur, ff. de teſtam. heredes, §. ſed ſi nomina. in fine de leg. 2. ſi ſervus plurium, in fine. Verius eſt, ut dos data in aliis perſonis, non limitetur in aliis: ſed detur, ut dicit hæc conſtitutio, pro modo facultatum, & numero liberorum. Forte ſi majores non habuerunt tot filios, vel reditus, non valeret tantum: quia creſcunt & decreſcunt valores, ſicut eſt ſterilitas & fertilitas: & ſicut eſt quis diligens, & negligens. C. de allu. & palu. ſi de omni agro deſerto, l. fin. lib. 11. Hereditas augmentum ſuſcipit & deminutionem, ff. de pet. her. l. item veniunt, §. item non ſolum. Et quia in ſe ipſo, alias, in re ipſa quilibet deminutionem & incrementum patitur, ff. de judici. proponebatur, in fine. Et Job, Nunquam in eodem ſtatu permanet, de conſecr. diſtin. 5. cap. ne tales. Et in bonis etiam ſubito quis labitur facultatibus, ff. de adminiſt. tuto. l. etiam, & de mag. conven. l. 1. §. ſi magiſtratus, de adminiſt. rerum ad civitat. pertinen. l. 1. §. ſi eo tempore. Item creſcit: quia augmentum patrimonii multis caſibus quæritur. C. arbit. tute. ſi defunctus, & ex libertate fortunæ. C. de bonis quæ lib. l. cum oportet, in principio. Plus enim quod dederunt majores, vel minus, non conſiderato numero filiorum, & modo facultatum, fuit propter ſtultitiam ſolventis, vel recipientis: arg. ff. ad leg. Falc. l. 3. in principio. Nos dicimus in dando paragio non attendi quantitatem valoris portionis tertiæ, vel etiam dimidiæ: ſed illam quantitatem, pro qua poſſit pari nubere. Nam ſi pater maxime nobilis habens filium, & filiam, habeat centum in ſubſtantia: mortuo eo, filia ſi haberet tertiam portionis ſuæ, quæ eſt uncia 16. & taren. 20. quomodo poſſet æque nobili pro ſexdecim unciis dotis nubere? Unde ſi inhoneſte & indigno, ſcilicet, & inæquali nuberet, non eſſet ſatisfactum iſti conſtitutioni, quæ vult maritari pari, ſeu ad paragium: & hoc patet expreſſim, ff. de condit. & demonſt. cum ita, in fine & l. ſeq. attenditur ergo modus facultatum, numerus filiorum, & dignitas, ac conditio parilitatis in viro & uxore, & hoc indicat hoc verbum, paragii: † ſic, ff. de leg. 3. ſi filiæ, de jure dot. l. quæro. & l. cum poſt, §. gener. Item in aliquibus provinciis dantur majores dotes: ſicut in Apulia, & totum attenditur, quia in aliquibus provinciis plus crimina puniuntur, ff. de pœn. aut facta, l. eventus, de extraord. crim. l. ſaccularii, §. ſunt quædam. Unde ſi inveniret ſibi parem propter pulchritudinem, vel propter valorem, & ſtrenuitatem fratris pro modica quantitate: tunc ſervamus dictum Caroli, ut non fraudetur legitima ſua. Idem ſi fuiſſet jam dotata, & maritata per alium, ut ſupra dictum eſt. Si autem non poteſt nubere pari, niſi pro tanta quantita-

Digitized by Google

citate, quanta eſt totu ſua portio, ſi ſuccederet, totam dicimus dari retinne prædicta: quia pari debet nubere. Ultra vero ſuam portionem quanſum ſcilicet eſt, ſi ſuccederet pro medietate, vel tertia, conſiderato numero filiorum, non dabit frater, etiamſi pari dignitatis non poſſet nubere: tunc enim inveniretur impar ſubſtantia: quia hæc tria, ut dicit littera, debent concurrere. Cum enim hac conſtitutio facta ſit in favorem ſexus maſculini, ſcilicet quod præferaret, non debet retorqueri in ejus læſionem, ut det plus quam haberet, ſi ſuccederet fœmina. C. de legi. quod favore. Secus in vita & militia, quam dat major frater minori: cum vivitur jure Francorum, tunc contentus eſſe debet de tertia parte, quam eſſet habiturus, de qua diximus infra in conſtitutione, Comitibus.

† Anoitto. *Dicit Luc. in l. jubemus, colum. fi. C. de præpoſ. ſacror. Cubic. lib. 12. quod paragium non excedit debitum bonorum ſubſidium.* De Bottis.

Circa materiam iſtius conſtitutionis unta, quod præſides poſſunt cogere patres, ut debeant filias ſuas maritare: & poteſt huc judicis officio explicari, ut in Longobar. de ſucceſ. l. recolimus, & dabitur dos ſecundum dignitatem, & facultatem matrimonii, & numerum filiorum, ut in l. qui liberis, de ritu nup. & de jure dot. l. quarto. cum concor. ſuis. Idem dicitur in matre hæretica, ut in corpore, de teſti. & ea quæ parit. §. quamobrem, colla. 4. Sed videtur, quod debeat filia expectare uſque ad viceſimumquintum annum, ut C. de inoffi. teſt. l. filias, & in Auth. ibi poſita: quod non eſt verum, quia fragilitatibus mulierum eſt ſuccurrendum. Non obſtat auth. præallegata, quæ aliter intelligitur: facit ad hoc ff. de lib. agnoſ. l. vetare, & C. de dotis promiſ. l. ſi pater, §. utrumque, & de jure dotium, l. ſi mater, facit etiam præallegata l. qui liberos, ff. de ritu nup. quod pater cogitur recipere dotem promiſſam filio: ſi aliter pater puellæ noluerit dare dotem filio: quia cum ipſe pater teneatur ad manus, ſcilicet, ad dotandam filiam, & ad donationem propter nuptias conſtituendam filio. C. de dot. promiſ. l. fin. ergo multo fortius cogitur ad recipiendam dotem pro filio, ut notetur plenius per Dinum in l. ſpadonem. ff. de excuſa. tuto. & in l. ſi quis inter tres, §. fi. eo. tit.

IN aliquibus. In principio. Vidi dubitare, quid de filia Regis rumanente cum fratribus, an excludatur per fratres a ſucceſſione bonorum mobilium, vel burgenſaticorum, ſi Rex, idemque pater deceſſit inteſtatus? Et videtur quod ſic: quia ambo, tam maſculi, quam fœminæ nati ſunt in Regno, & ſic debent vivere legibus Regni. In contrarium, quia conſtitutio edita a Rege, non ligat ipſum, l. digna vox. cum ſimilibus de legibus, & in hanc partem inclinabam. Ponderenda enim ſunt verba hujus conſtitutionis: quia non dicunt quod filia dotata non ſuccedit; ſed tantum quod filia ſtantibus maſculis non ſuccedat, ſed dotari debent. Inter quæ eſt magna differentia, quam exclamat Paulus de Caſtro in l. Titio, §. Titio genero, ff. de condit. demonſt. & ibi Imo. & idem Paulus in duobus conſiliis relatis per Alex. conſi. 13. in 3. vol. Et ideo in caſu hujus conſuetudinis in civitate Neapoli, ſi pater legaret filiæ in capillo, non diceretur dotata, nec poſſet etiam ſtatim petere ſupplementum legitimæ: etiamſi ſtatutum diceret eam contentam dote. Scias quod quando mulier excluditur ratione ſtatuti a ſucceſſione, dos non debet eſſe minus legitima: vide Jaſo. in auth. res quæ. C. commu. de leg. in 7. no. in caſu ſimilis ſtatuti excludentis filiam extante filia, dos non debet eſſe minus legitima, ita Raph. & Saly. in d. auth. res quæ, & tenet Alex. in conſi. 69. allegans Bald. & Ang. ita conſuluiſſe, & idem ſentit hic Andreas, quod poſſit dos excedere legitimam, ſed non poteſt eſſe minus legitima. Idem Alex. in conſi. 6. 2. volum. tenet quod ſi opus eſt, & alias filia non reperiret virum condignum, dos eius poſſet aſcendere ad integram quantitatem hereditatis, quæ ſibi deberetur, ſi ſuccederet, allegat Bal. in d. auth. res quæ, in principio & Jacob. de Belvi. in Auth. de reſtitutio. & ea quæ par. & allegat Saly. ultra præfatos Doctores, qui dicit ita fuiſſe Bononiæ deciſum per Cardinalem Albinenſem fratrem Urbani. Et in d. conſi. 7. determinat Alex. quod etiam filia, quæ reperitur nupta, poſſit petere hanc dotem, maxime per notata per Gul. in l. his, §. mulier, ff. de cund. indeb. de quibus ibi. Adda quod dicit Jaſ. in d. auth. res quæ, 3. col. circa medium, in quadam gloſſa incip. maritare, & no. &c. An autem excludatur a ſucceſſione matris, vide Andream de Iſernia ſuper hac conſtitutione. Sed an dotata de bonis patris fratri ſuccedat in feudo, diſputat Lucas de Penna, in l. fi. quando & quibus quarta pars deb. vide Alex. in conſi. 29. ad intellectum hujus conſtitutionis, qui dicit, quod dotata a patre excluditur a ſucceſſione fratris; & ita diſputando refert & tenet: & reſpondet ad dictum Bal. in l. 1. C. de legiti. hered. & ad hoc allegat conſilium Pauli de Caſtro ſecundum ordinem meum 34. & vide conſi. Franciſci de Capua & d. conſi. Alex. 29. ubi multa dicit ad intellectum hujus conſtitutionis. Diomedes Mariconda.

In gloſſa ibi, ſed quid ſi fratres maſculi volunt maritare. Licet hæc conſtitutio loquatur in burgenſaticis & feudalibus: hæc tamen gloſſa tantum in bonis burgenſaticis eſt intelligenda. In feudalibus enim cum fœmina de jure communi feudorum non ſuccedat, ut in tit. qui feu. da. poſ. c. hoc, de grad. ſucceſ. in feu. §. ad filias, nec iſta conſtitutio eas admittat, niſi non exiſtentibus liberis maſculis, non poterit ſoror ſuccedere, etiamſi frater nolit eam dotare, niſi in hoc conſentiat dominus: quia ſicut non poſſet feudum in eam alienare, vel ſibi in dotem dare: ita non poterit eam ad ſucceſſionem admittere una ſecum, ad hoc ro. colla. de alien. feu. par. §. nec in filiam, & per hoc & multa, quæ in ſequentibus dicuntur, non videtur locum habere, & maxime in burgenſaticis, hæc gloſſa recipit magnam dubitationem. Ibi, ſub modo maritandi. Hoc non eſt verum, non dicit, dummodo maritetur, ex quo ſunt heredes. Ibi, ſed ſatis videtur continere. Et pro hoc facit ſatis expreſſe, ff. de collat. bonor. l. prætor. in principio. Ibi, quod præfertur ei maſculus. Sed certe non poteſt dici, quod per hanc conſtitutionem fœminæ graventur, imo in earum favorem, & relevamen fuit inducta hæc conſtitutio: cum ante hanc conſtitutionem per obſervatam conſuetudinem non ſuccederent, ſed præferebantur eis alii conſanguinei, non tantum fratres, & maxime in feudis; talis conſuetudo concordabat cum communi jure feudorum, ſecundum quod filiæ & aliæ fœminæ, in feudum non ſuccedunt, etiam non exiſtentibus maſculis. Ibi, hæc quæſtio non procederet ſecundum illam gloſſam. Sed illa gloſſa loquitur in burgenſaticis, non in feudalibus. Ibi, hæc quæſtio etiam non procadit ſecundum prædictam gloſſam. Sed certe, ut ſupra dixi, dicta gloſſa loquitur in burgenſaticis, non in feudalibus. Ibi, vellet dare ſorori. Hoc poſſet, ſed cum conſenſu domini ut ſequitur. Ibi §. ſed etſi libertus. Sed ibi non prohibetur ſimpliciter alienare, ſed in fraudem alienare: nam fraudem excludit paterna pietas, & officium, debitumque dotandi. Ibi, de conditione & demonſtratione, l. in teſt. erat relictum ſub conditione, ſi in matrimonio, &c. Et ideo debet ibi expectari conditionis eventus, ut eo. tit. l. hæc conditio. & l. cui fuerit, ff. quando dies legati ced. l. quod pupillæ. Item in l. Titio, legatum erat relictum viro, non puellæ, ut ibi dicitur: & tamen ante nuptias peti poteſt, quia rerum purum legatum eſt, ut ibi dicitur in verbo, ſed cum ante nuptias. Hæc autem conſtitutio ſtatuit dari paragium loco legitimæ portionis filiæ debitæ. Ibi, unde relinquitur veteri juri. Sed certe hæc conſtitutio facta fuit non in odium, ſed in favorem filiarum: cum alias ante hanc conſtitutionem excluderentur etiam ab aliis conſanguineis, non ſolum a fratribus: & talis conſuetudo in feudis concordabat cum jure communi feudorum, ut 10. coll. qui feu. da. poſ. Hoc autem notandum, & de ſuc. feu. §. filia vero. Petrus de Monteforte.

Tu tamen ultra prædicta adde Do. Alex. in l. venia. 4. col. C. de in jus voc. ubi dicit, quod hæc conſtitutio ex parte fœminarum eſt odioſa, ex parte vero filiorum favorabilis: ex quo ibi decidit pulchras quæſtiones. Et pro declaratione hujus conſtitutionis vide Bart. in l. liberorum, ff. de verb. ſign. & eund. in l. heredes, §. cum ita, ff. ad Treb. tamen eſt advertendum, quia hic d. Petrus videtur dicere, quod reſpecto feudalium ſit favorabilis ex parte filiarum: cogita. Diomedes Mariconda.

In gloſſa nepotes. Attende irrationabilem concluſionem, quæ dicit paragium eſſe æquale, ut tantum habeat filia, quantum filius, ſed falſum eſt, ut textus hic aperte indicat, & eſſet alia ratio potior, quod eſt legem imponere verbis

De ſucceſſione nobilium in feudis.

TITULUS XXVII.

Cum dominus feudi decedit, ſive habeat feudum a curia, ſive alio barone, ſi relinquat deſcendentes, ipſi uſque ad infinitum ſuccedunt, ſervata ſexus prærogativa, ut maſculus præferatur fœminæ, & majoris ætatis in his, qui vivunt jure Francorum ex collaterali linea venientes, ut fratres, ſive ex utroque parente, ſive ex altero tantum, & ſorores in capillo, expulſo communi patre, omnino ſuccedant, conjugatæ, & dotatæ a fratrum ſucceſſionibus repelluntur, filii fratris præmortui ſuccedunt una cum fratre defuncti in bonis, quæ fuerunt avi communis, in aliis, quæ aliunde acquiſivit patruus prædictus, nepos cum fratre defuncti non ſuccedat, nec etiam ipſe frater, ut in gloſ. in ulteriori gradu poſitis, ſcilicet filiis nepotum ex fratribus, & ſequentibus ſucceſſionem defert, ſed perveniunt ad fiſcum, ſi paratus eſt dare tantum fiſco, quantum quilibet alius extraneus, ipſe præfertur extraneo: ſed ſi fiſcus velit alii donare, vel pro ſe retinere, nemini facit injuriam, dum utitur jure ſuo: ſed ſi reliquerit filias in capillo, excludit dictas ſorores conjugatas, ſi vivant jure Francorum: ſi autem jure Longobardo, collatis dotibus in viriles partes ſuccedant: ceterum ſi de bonis paternis dotatæ non fuat, majores minoribus præferuntur, ſi dicto jure Francorum vivant: ſi vero jure Longobardo, æqualiter ſuccedunt, non attento quod majoris vel minoris ætatis ſint. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

UT (*a*) de ſucceſſionibus Comitum, & Baronum & eorum omnium, qui feuda a no-

De ſucceſſione nobilium in feudis, Rubrica.

(a) UT *de ſucceſſionibus*. Ex generali præfatione hujus conſtitutionis probatur, quod hæc conſtitutio loquatur de quolibet feudo tam quaternato, quam non, ſicut & alias præfatio, & elogium teſtatoris probat mentem, ut ff. de her. inſt. l. fin. & de Carbonia. edicto. l. 1. §. idem ait, & ff. de lega. 3. ſi quis. Et quia initium conſtitutionis eſt generale: unde conſtitutio generaliter eſt accipienda, ut ff. de juris & facti ignorantia. l. regula. ad fi. & jam quidem de feudo quaternato planum eſt: ſed de feudo non quaternato, eſt ſane intelligendum, an ſit feudum nobile, ſicut eſt feudum militare. De quo videlicet debetur militare ſervitium, ſcilicet equorum, vel armorum, ut ſupra de oſh. cur. ſi quando. Et patet etiam ex ipſa rubrica, de ſucceſ. nobil. &c. cujus ſignificatio eſt inſpicienda, & ſervanda, ut ff. de rebus credi. l. 1. Ceterum ſi feudum ſit ruſticanum: † utpote, ex quo debetur reditus panis, carnium, pecuniæ, vel annonæ, ſive præſtatio operarum, & hujuſmodi ſordida ſervitia villanorum, cujuſmodi in aliquibus locis vocantur Tenaſia, vel Tenimentum: puto illam conſtitutionem ceſſare, & jus commune locum habere, ſcilicet ut deſcendentes, & aſcendentes, & collaterales ſuccedant: qui alias de jure communi ſuccedere poſſent ab inteſtato, & in eorum defectu ſuccedit dominus feudi, ut ſupra de hominibus ba. non te. ratione terræ vel feudi. l. ſi aliquando contigerit, & concord. in Longobarda, de uſu feud. c. ult. Et hoc parvum feudum non cenſetur jure feudi, ut in uſibus Feudorum, de his qui feudum dare poſſunt. §. notandum, nec habent conſuetudinem feudi, ut in eadem collatio. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, vel Capitaneus, &c. Vel dic hanc conſtitutionem loqui in feudis quaternatis, ſicut infra in fine notat Marinus.

† Additio. *Vide de feudo ruſticano Paridem in c. 3. incip. veniamus, & in c. 8. nu. 15. & c. 18. de reint. feud.* De Bottis.

Ut de ſucceſſionibus. Hæc conſtitutio tractat de ſucceſſione feudorum. Circa quod dic, quod cum dominus feudi decedit, ſive habeat feudum a Curia, ſive ab alio barone: ſi relinquat deſcendentes uſque ad infinitum, ſuccedunt ſibi: ita quod ſi mixti ſunt maſculi, & fœminæ: ſoli maſculi ſuccedunt, ut hic, & ſupra l. proxima. Sed ſi non habet deſcendentes, ſuccedunt fratres & ſorores: & ſemper intelligas maſculum excludere fœminam, ſi mixti ſunt, & majoris ætatis præferri, ſi jure Francorum vivunt, & patre defuncti excluſo. De jure communi ſecus, ut in auth. defuncto. C. de legit. here. Item filius fratris † præmortui ſuccedit una cum fratre defuncti patruo ſuo in bonis, quæ fuerunt avi communis, ſcilicet patris defuncti.

† Additio. *Nota, quod filius fratris ſuccedit una cum*

ANDREAS DE ISERNIA.

bis & non rebus, ut C. com. de leg. l. omne verbum. in fin. Præterea & contradiceret proximæ gloſſæ, quæ aperte dicit repellendam filiam a ſucceſſione, ſi habeat paragium. Bartholomæus de Capua.

Sed vide hic Andream, qui ſalvat gloſſam, ut ibi per eum. Petrus Piccolus de Monteforte.

Sed an frater teneatur dare ſorori alimenta donec nubat? Dic quod ſic, ut in l. qui filium. ff. ubi pup. educ. deb. Ioan. Gallus.

Item quia frater tenetur ex precepto legis dare paragium, ut hic, non poterit dotem ſtipulari, nec conditionem aliquam apponere ſorore invita, ut C. de ope. lib. l. 2. & l. quoniam in prioribus. C. de inof. teſtam. & videtur caſus in l. cum pater. §. pater. ff. de leg. 2. Judex Blaſius de Morcono.

In textu in ver. paragiu, in eadem gloſſa. Sed pone, quod filia fuit maritata ſecundum paragium, non tamen habuit dotem ſecundum paragium, nunquid aget ad ſupplementum? dic quod ſic, ut notatur infra de ſucceſ. nobil. in gloſſa, quæ incipit, iſtud verbum, pro quo facit l. omni modo. C. de inofficio. teſtamen. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa in verbo maritate, ibi, non aperit de materna. Iſtud dictum non procedit, ſi bene advertatur, per l. quoniam novella. C. de inoffi. teſt. dic ut ibi extraordinarie no. contra etiam no. in conſtitutione, ut de ſucceſſionibus in verbo, filiæ autem in capillo, in gloſſa quæ incipit, excludunt, ubi nota, quæ loquitur in feudo. Bartholomæus de Capua.

Et iſta gloſſa reprobatur etiam per Andream hic. Petrus de Monteforte.

In verbo deceſſit. Scias tamen, quod feudatarius lucratur fructus, ſi præmoriatur ſine liberis. Et poſt Calendas Martii, uſque ad menſem Auguſti de eis poteſt teſtari: alias cedunt domino feudi, ut in conſuetud. feu. quæ incipit, conſuetudines feu. c. t. §. his conſequenter, alias, hic fi. lea Cor. & no. ff. de uſufr. l. defuncta. Barth. de Capua.

De ſucceſſione nobilium in feudis. Rubrica.

UT *de ſucceſſionibus*. Multa ponuntur hic in gloſſa. Et primo attendendum eſt, quod hæc tota conſtitutio loquatur in feudis quaternatis, quæ tenentur in capite a Regia Curia, ut & pluries gloſſa dicit. In aliis feudis de tabula, ſeu planis, quæ tenentur ab aliis, ſuccedunt conſanguinei, quantumcunque remoti, ut di-

a nobis in capite * tenent: vel ab aliis etiam nulla omnino in poſterum (a) dubietas poſſit ori-

cum patruo, & videtur ſentire, niſi vivatur jure Francorum: nam venit ent. ut ſuadetur, quia recipit intellectum a principio, in quo fit iſta diſtinctio, & quia inter fratres eodem gradu textus facit iſtam diſtinctionem.

In aliis autem, quæ aliunde acquiſivit defunctus fratris præmortui, filius una cum patruo non ſuccedit, ſed ſolus patruus: ſed de jure communi contra, † C. de legit. here. auth. ceſſante. Sed poteſt intelligi in feudalibus argumento ſumpto a contrario ſenſu. Sed litteta etiam de non feudalibus videtur dicere, & ideo nota, quod multi non perpendunt,

† Additio. *Nota, quod frater ſuccedit fratri in feudo novo, vide Loffred. in conſi. 38. col. 2.* De Bottis.

Credo tamen quod de feudalibus loquatur, quæ potuit aliunde acquirere, nam in dubio debemus verbis edicti deſervire, arg. ff. de exer. l. 1. §. inſtitutorum. Primum dictum obtinet indubitenter de jure Longobardo. Sorores conjugatæ in feudo fratribus non ſuccedunt, ſed in aliis rebus ſecus, ut C. de legit. here. l. lege. Si vero mortuo fratre, de cujus hereditare agitur, ſuperſit filius nepotis ex fratre primo: filius nepotis in illis bonis ſuccedit patruo ſuo magno, quod intelligo in feudalibus primi, id eſt, nec in illis, quot habuit patruus magnus ex ſucceſſione ſui patris proavi ipſius ſuccedere volentis, nec aliunde quæſitis, ſed perveniunt ad fiſcum. Et ſi paratus ſit tantum dare fiſco, quantum quilibet extraneus, ipſe præfertur extraneo ar. ff. de iti. actuque priva. l. 3. §. pen. ſed & ſi fiſcus velit alicui, cuicunque ex ſua liberalitate concedere, nemini faciet injuriam, dum utitor jure ſuo. Ultimo nota, quod ſi dominus feudi relinquat filias in capillo, & filias conjugatas, aut conjugatæ fuerint dotatæ de bonis paternis, aut de maternis, & excluduntur: aut non erant dotatæ de bonis paternis, aut maternis, & tunc aut vivebant jure Francorum, & major ſuccedit in feudum, ſit conjugata, vel non: aut jure Longobardorum, & ſuccedunt æqualiter facta collatione dotis, ut eſt dictum de jure communi. C. de colla. l. dotis, & ff. de coll. do. l. 2. per totum. Ut de ſucceſſionibus, nemini mirum videatur quod conſtitutio, Ut de ſucceſſionibus, &c. multum coarctaverat ſucceſſionem in feudo, cum feudum omne fuerit de publico, & nullum quaſlum omnino aliunt habuit, quam ex Imperiali munificentia, ut arg. in Auth. de exhibend. & intro. reis. §. optimum quoque eſt, adeo quod in principio videlicet ab antiquo nulla fuit ſucceſſio in feudo. Sed erat in domini poteſtate, ut quando vellet revocare, & auferre poſſet feudum, deinde deventum fuit, ut uſque ad vitam fidelis, id eſt, feudum recipientis produceretur, poſtmodum progreſſum fuit, ut ad filios tantum deveniret, demum obtinuit per legem Corradi, idem in nepotibus, & fratribus ſimiliter ſuper feudo, quod fuit communis patris, & ita paulatim fuit feudorum ſucceſſio prorogata etiam in omnibus deſcendentibus, ut in conſuet. feudo. qui feuda. poſ. l. 1. & §. cum vero, & §. hoc quoque ſciendum, ubi plene de hoc in Lombard. de beneficiis. c. ult. Simile eſt quod privilegium militum paulatim incepit, ut ff. de teſta. mili. l. 1. Unde hæc conſtitutio eſt plus gratioſa, quod prorogat in collaterali linea: cum enim feudum proceſſerit ex Imperiali largitate, ut dictum eſt, bene potuit rebus ſuis legem imponere, juxta velle, ut ff. de pact. do. l. ob res quoque. §. 1. Nam modum & finem in feudo imponere ejus eſt, qui beneficium tribuit, ut ff. commod. l. in commodato. §. ſicut videlicet feudum, quod eſt beneficium definitum, ut in conſuetudi. feud. in quib. cau. benefic. amitta. l. 1.

* Additiones. *Pro intellectu hujus conſtitutionis vide latiſſime per Andr. de Iſer. in c. ſi quis miles. 2. col. in fi. cum ſeq. in tit. conſtitut. feud. Domini Loth. Imp. quas ante, ante jun. bea. Pet. & vide Alex. conſi. 29. 2. col. 1. vol. In feudo novo non ſuccedit frater: ſecus in antiquo, & quid ſit antiquum: & quid ſi fuerit facta renovatio, an dicatur antiquum, vel novum, vide Alex. in conſi. 30. 2. col. in fi. 1. vol. & ibi etiam 3. col. verſ. ſecundo dato, ubi in feudo novo habet locum jus accreſcendi, quando fuit ab Imperatore conceſſum, ex quo poſſet inferri idem ſi eſſet conceſſum a Rege, qui eſſet monarcha in regno ſuo, vide omnino Alex. in conſi. 2. lib. 5.* M. Antonius Pulverinus.

De quo late per Affl. in dec. 293. An monacha ſuccedat in feudo, vide eundem dec. 320. nu. 11. & an hæc conſtitutio habeat locum in feudis planis, & de tabula. vide Luc. de Pen. in l. 1. col. 8. C. de impon. luc. deſcrip. lib. 10. & moder. in c. regni, conſiderantes. nu. 14. fol. 161. Nota, quod hæc conſtitutio habet locum in omni feudo, quod tenetur a Rege, ſive ſit quaternatum, ſive non ita. Camer. in l. imperialem. fol. 69. col. 3. littera o. Feudum planum, & de tabula, quod ſit, vide Frecc. fol. 238. nu. 2. & ſequitur ibid. quid in feudo quaternato, quod tenetur a Barone, & de veritate ejus, quod dicit hic gloſſa, vide eundem Frecc. fol. 242. nu. 30. an fœminæ ſuccedant.

Iſta conſtitutio admittit filios in defectum maſculorum, quod non erat de jure feudorum, qualiter intelligatur, vide Ant. de Alex. conſ. 52. inter conſ. Loffredi, contra quem tenet ipſe Loffredus in conſi. 1. num. 7. cum ſeq. vide Parid. de Puteo c. 37. nu. 8. vide ad intellectum hujus conſtitutionis Luc. in l. unica, col. 11. C. de imponen. lucra. deſcrip. lib. 10. ubi diſcutit, an habeat locum in feudis planis, & de tabula, & format plures quæſtiones. An autem id, quod habet primogenitus, habeat jure hereditario, ita quod pro ea parte, pro qua conſequitur in hereditate, computatis etiam feudis, teneatur contribuere oneribus hereditariis, & quid ſi onera ſint impoſita tantum feudo, & multa ſimilia vide late per glo. in conſuet. Pariſien. §. 11. in glo. unica, per totum. Adde & declara hanc conſtitutionem procedere in feudis provenientibus ex latere, unde maſculus eſt conjunctus, ſecus ſi ex latere, unde eſt conjuncta fœmina, gloſſa, ubi ſupra. §. 16. in glo. 1. nu. 13. allegat duo conſ. Pauli. Quid ſi res feudalis vendita eſt cum pacto de retrovendendo, an in hac poteſtate redimendi ſuccumbat primogenitus tantum, & quid econtra ſi emta eſt res feudalis cum dicto pacto, cujus vigore revendita eſt: an primogenitus ſuccumbat in hoc pretio, vide Tiraq. de tract. convent. in fi. nu. 173. ad 175. & gloſ. Pariſ. in d. §. 11. glo. 1. nu. 28. cum ſeq. An primogenitus, ad quem jure primogenituræ feudum ſpectat, ſi eſt heres cum ſecundogenito, & bona burgenſatica non ſufficiunt, teneatur relevare indemnem ſecundogenitum, ſi non confecit inventarium, vide glo. in d. §. 16. glo. 1. nu. 24. & in §. 8. glo. 4. quæſt. 3. De Bottis.

(a) *Dubietas.* Sed nunquid ſi turbato ordine mortalita-

ANDREAS DE ISERNIA.

dicit gloſſa infra, in §. in omnibus. Sed & poſſunt eſſe feuda quaternata, ut Caſtra tenta ab aliis, hæc nihilominus dicuntur teneri a Rege, in quantum Rex concedit, eo mortuo tenente ſine liberis, ut ſupra tit. 1. poſt mortem, in illis ergo etiam habebit locum: hæc ſimpliciter non poteſt dici teneri ab alio, & teneri in capite, quia eſſet contradictio. ſed quoad quid ſic, & hoc ſi referatur tota conſtitutio ad iſtos, nam ſi tantum ad unum principium referatur, ſcilicet, ut in eis ſuccedant, uſque ad infinitum poteſt & valet. Quod ergo dicit, vel ab aliis quantum ad id, quod principium ſimpliciter dicit, ſimpliciter intelligendum erit, ſed quantum ad dictum totius conſtitutionis, vel ab aliis ſcilicet in capite, quoad quid ut quaternatum ab alio tantum, ut in l. poſt mortem. Succedere morienti, ſcilicet, quia præmature tractaretur de viventis hereditate. ff. de vulg. & pop. l. 2. §. 1. quandocunque moriatur naturaliter, vel ex pœna propter ſupplicium, bonis publicatis, quia tunc privantur delinquentes & deſcendentes ab eo. Sed agnati non ſecundum æquiorem ſententiam, cum qua concor. Hoſtien. ut plene dixi in tit. ſi vaſal. feu. prive. c. 1. ratio-

Feudum ſi propter delictum perditur, n...

oriri, diſucida conſtitutione ſancimus: Feuda tenenti filios, & nepotes, & ex eis pronepotes, trinepotes, & uſque ad (a) infinitum (b) ex deſcendenti linea deſcendentes, cujuſcunque ſexus

litatis decedat forte filius feudatarius, ſuperſtitibus parentibus, ſuccedunt ei prædicti parentes, excluſo fiſco? poteſt dici quod ſic, ut ff. unde libe. l. ſcripto. in fine, ſicut dicitur de patre liberti, qui excludit a ſucceſſiona ipſius liberti patronum ejus, & no. Azo. in ſum. de bo. li. In fi. in libellis Roff. in rub. de bon. poſſ. contra tab. quæ datur patrono præterito. §. quid dices, & licet non exprimatur in hac conſtitutione, dic ideo quia non videbatur dubitatio.

(a) *In infinitum*. Nota, quod admittitur infinitas, licet regulariter reprobetur, & concor. in uſi. feu. l. s. §. hoc quoque.

(b) *Ex deſcendenti*. Item nec diſtinguitur de ſexu, & facit ad utrunque, ut ff. de leg. præ. contra tabono. poſſaſ. l. 1. §. generaliter.

ANDREAS DE ISERNIA.

præju- dicat a- gnatis. rionem poſuimus plene in tit. quæ ſit prima cauſa. §. 1. Imo & ſi primogenitus vivo patre damnaretur crimine, ubi bona publicantur poſt mortem patris, feudum, non ad fiſcum, ſed ad ſecundogenitum patris perveniet, & ibi plene dictum eſt.

Speciali jure Francorum. Jus commune eſt, ut feuda dividantur, niſi ſit Marchionatus, Ducatus, & Comitatus, ut in l. Imperialem, §. præterea, qui ergo dicit ſe eſſe Francum, & non dividere cum fratribus, allegat jus ſpeciale, & ſic ſibi probatio incumbit. Qualiter autem, & quomodo probetur, & an ſufficit probare, quod vicinorum caſtrorum, & feudorum domini vivunt jure Francorum, plene diximus in l. Imperialem. §. præterea ducatus.

Ex collaterali. Dicit gloſſa nullus, miretur, ſi Imperator arctaverit ſucceſſionem in feudis, maxime quantum ad collaterales, quia facit in re ſua, cum feuda ſint de publico. Certe quantum ad infeudationes † factas poſt iſtam conſtitutionem non videtur dubium, quia privilegium dicit, & formam conceſſionum ſecundum uſum Regni imputet ſibi, qui ſic recipit feudum. Sed quantum ad præcedentes non videtur bona ratio, quia erat conſuetudo non illa, quam ponit gloſſa de prima rubrica libri feudorum, ſed per quam ante iſtam conſanguinei quantumcunque remoti excludebant filias, ſupra. l. proxi. quæ juſte correxit in filia talem conſuetudinam, ſed remanſit in aliis, qui hic arctantur, qua fronte poteſt dici poni legem re jam quæſita, eſſet error illorum, qui dixerunt potuiſſe fieri Curiam Capuanam, eo quod Princeps poſtquam donavit, adjecit conditionem rei donatæ, quod ſimplicitar verum non eſt, ut diximus plene in tit. de. cap. qui cur. ven. §. ſimiliter, & tactum eſt ſupra, tit. 2. l. honorem.

† Additio. *Non poteſt mutari forma antiqua inveſtituræ, vide Laffr. in conſ. 14. in 3. dub. per totum*. De Bottis.

Frater. Sive ex utroque parente, ſive ex altero. Hoc quomodo intelligitur, & qualiter in terminis debet poni, plene diximus in tit. de na. ſuc. feu. c. 1. Gloſſa tamen hic pluries dicit, quod debet eſſe conjunctus frater, aut ſoror in capillo ſuccedens fratri ex illo latere, unde pervenit feudum ad hunc defunctum, cui ſucceditur, loquitur enim in feudo antiquo. Quia infra dicit in his, quæ communis patris fuerunt. De jure feudorum vera poſitio eſt in tit. de gra. ſuc. in feu. §. his deficientibus. Sed quomodo allegantur in Regno illa jura, cum ſint uſus, & conſuetudines redactæ in ſcriptis per Rob. de Orto, non ſequitur hæc conſtitutio illa jura, patet in fœmina repulſa jure illo? Ad hoc ſic reſpondetur, quod ſi illi ſunt rationabiles, ligabunt omnes tanquam ratio, non tanquam dictum a Rob. de Orto. Lex eſt omne quod ratione continetur, 1. diſtin. c. conſuetudo, de quo plene diximus in præambulis operis noſtri illius libri, in 1. & in 2. q. Videndum eſt ergo utrum ſit rationabile quod dicitur in §. his deficientibus, quod videtur, quia is, qui dedit feudum huc prædeceſſoribus hujus defuncti ſine liberis, dabat pro recipiente, & heredibus ſuis ex eo deſcendentibus in tit. de alien. feu. §. & ſic clientulus, non cogitavit de extraneo, quia non expreſſit. Iniquum autem eſt id, quod cogitatum non eſt attendere. ff. de tranſ. l. qui cum tutoribus. §. 1. quia non cogitavit etiam de parentibus aſcendentibus conjunctis non a latere, unde eſt feudum, ff. ſi quis omiſ. cauſa te. l. Julia. in fi. & l. hujus, in fi. & hoc in gl. altercationem, &c. Econtra quod non, quia conſuetudo erat, ut remota quantumcunque ſuccederent, quæ correcta eſt, ad quod excludebat filiam, ut ſupra. l. proxi. & hoc in aliis arctatur, & tantum fratrem & nepotem fratris admittit ſimpliciter, ſive ex utroque, ſive ex altero parente ſit conjunctus, non diſtinguit ſi ſit conjunctus ab illo latere, unde eſt feudum, vel non. Simpliciter dictum, ſimpliciter debet intelligi, ſufficit arctatam illam conſuetudinem pravam de filia rejecta a fratre & nepote, cum ſit arctata in uno, nec attendetur in alio non expreſſo, non cogitato, ex quo non expreſſit, nam & antiqui periti noſtri intelligunt etiam in feodo novo dato fratri, † ut frater ſuccedat, ex quo generaliter loquitur. ff. de aleato. l. 1. de leg. præſt. l. 1. §. & generaliter, quod de jure feudorum non eſt, ut in 1. rub. §. cum vero, & de duo. fra. c. 1. Unde ſi eſſet datum feudum per Imperatorem fratri unum fratrem habenti, & non liberos, ſi aliud per conceſſionem non apparet, audivi magnos peritos dicentes, fratrem ſuccedere. Hodie tamen hoc non eſſet: quia in privilegiis exprimitur, damus tibi, & heredibus tuis ex tuo corpore legitime deſcendentibus, contractus ex conventione accipiunt legem. ff. de reg. jur. contractus.

† Additio. *Adde Affl. in deciſ. 391. & Frec. fol. 241. nu. 27. & 28. Sed Dominus Bartholomæus de Capua in tit. de ſuc. feu. §. fi. dicit hæc verba, ut habeo in And. de Iſer. ad pennam. Nota, quod jure iſto feudorum frater fratri ſuccedit in feudo, quod provenit a patre: ſecus ſi fratri eſt conceſſum, quia tunc frater non ſuccedit, niſi a principio eſſet dictum in conceſſione: nam tunc ſuccedit, ut hic, & infra de benefic. frat. c. 1. & ſic ſervat Dominus Rex in conceſſionibus, quas fecit Gallicis, ſed conſtitutio ut de ſucceſſionibus loquitur indiſtincte, quod frater ſuccedit fratri in feudo, & generaliter eſt intellecta in regno. ff. de aleat. l. 1. §. 1. & §. generaliter, hæc Bartholomæus de Capua*. De Bottis.

Non obſtat primum argumentum, quia intellexit de heredibus. ff. de proba. ſi pactum, ſi de liberis dicit jus illud feudorum, quod eſt uſus. Nec ſecundum argumentum de l. Jul. nam patet non videtur ſubſtitutus filiæ, ut habeat heredem filia præmortua contra commune votum, ſi hæc trahatur, alius contrahatur, ut non videatur concedens de aſcendentibus cogitaſſe propter commune votum, hoc argumentum concluderet etiam ad feudum antiquum, in quo certum eſt parentes ſuccedere, ſup. de bo. forjud. l. 1. & l. ſi quando. Sufficit autem dare inſtantiam, s. q. 1. ca. urgeri. Propterea alii dicunt, quod frater & pater conjunctus non ab illo latere ſuccedunt: nam dilucidat hæc conſtitutio ſucceſſionem feudorum, & ſic lucide videtur dixiſſe, ex quo non diſtinguit, nec ratio urget diſtinguere, & fuit, ut vidi ſententialiter alias per ſententias ambas pronunciatum tempore regis Caroli I. qui diſcutiebat bene jus ſuum pro fratre conſanguineo † vindicante feudum ſororis defunctæ ſine liberis, quod a matre ſua provenerat, unde frater conjunctus non erat, & ſententia ejus per Magiſtrum Juſtitiarium & judices lata, confirmata fuit in cauſa appellationis.

† Additio. *Vide Laffred. in conſ. 38. col. 3. in fi. cum ſeq.*

Illi qui tenent contrarium dicunt, quod non ſufficit judicare ſemel in una cauſa, niſi fuiſſet quæſtio, an eſſet hic mos in conjunctis uterinis tantum, & pronun-

ſexus ſint, libere & (*a*) abſolute poſſe ſuccedere, ſervata tamen ſexus (*b*) prærogativa, ut mulieri maſculus * præferatur, necnon majoris ætatis inter eos, qui vivunt in regno (*c*) ſpecialiter jure Francorum, ex collaterali linea venientes, ut fratres, ſive (*d*) ex utroque paren-

(a) *Abſolute*. Id eſt, ſine dubitatione, ſic ff. de Car. edi. l. 3. §. cauſæ. Abſolute, dum tamen ſacramentum non recipiant ab hominibus, niſi ut dicitur ſupra eodem, l. 1. C.

(b) *Prærogativa*. Item ſervata etiam prærogativa gradus, ut ff. de conju. cum emanci. l. 1. §. ſi liberos.

* Additio. *Vide pro intellectu horum verborum quæ dicit Soc. in conſ. 252. col. 2. verſ. 3. eo opinio. vol....* De Borris.

(c) *Specialiter*. Bene appellat jus Francorum ſpeciale, ad differentiam videlicet juris Romani, quod dicitur commune, ut C. de Judæ. & cæli. Judæi Romano.

(d) *Ex utroque parente*. Servato tamen ordine, qui ponitur in illa auth. ceſſante, quæ eſt ſignata. C. de legiti. here. Ex utroque parente, ſed illud hic quæritur de facto. Pone, quod aliquis feudatarius habens fratrem, vel ex utroque, vel ex altero tantum, fecit teſtamentum non ſpecialiter in feudo, ſed generaliter in bonis ſuis omnibus, & inſtituit alium ſibi heredem remotum, & extraneam, eo mortuo fratres vendicant ex beneficio hujus conſtitutionis feudum ab illo poſſeſſore inſtituto. Inſtitutus excipit de teſtamento, ut quamdiu locus eſt teſtamento, ceſſet ab inteſtato, ff. de reg. jur. & de acquir. hered. quamdiu, & licet ſit prohibita alienatio feudi, ut ff. de leg. 2. peto, §. fratre, tamen hoc verum eſſet, ſi ſpecialiter in ipſo feudo eſſet facta inſtitutio: at cum univerſaliter in omnibus bonis ſit inſtitutus, & feudum licet ſit inalienabile, tranſibit cum univerſitate, ſicut dicitur de feudo dotali, & aliarum rerum, quarum commercium non habetur, ut ff. de acquir. ter. dominio, l. quædam. Nam ſi revocaretur feudum ab herede inſtituto, per conſequens teſtator inveniretur deceſſiſſe pro parte inteſtatus, quod eſt abſurdum, cum in hoc ſit ſpeciale privilegium in milite. Sed reſpondetur, & bene, quod ex quo præſens conſtitutio vocat certas perſonas ad ſucceſſiones feudorum, aliis excluſis, non poſſunt aliæ perſonæ inſtitui in ipſo feudo, ſed tantum illæ perſonæ,

ANDREAS DE ISERNIA.

nunciarum, quod etiam in conjunctis de altera parte, ff. de legibus cum de interpretatione, de ſta. homi. ingenuum, & hoc quando frater unus tantum ſupereſſet fratri defuncto, tunc non fiet dicta diſtinctio: quia nec litera facit differentiam, utrum ſit conjunctus ab illo latere, unde provenerat feudum ad defunctum, vel non. Sed ſi eſſent plures fratres & unus eſſet a patre tantum, alius a matre tantum, in paternis feodis hujus defuncti præfertur fratri uterino conſanguineus, & econtra. Sed ſi unus eſſet a matre tantum, & alius ab utroque latere conjunctus, etiam in omnibus maternis præfertur utrinque conjunctus, ſic loquitur l. de emancipatis, in fi. & authen. poſt fratres, C. de legi. hered. Si dicet uterinus, ſe conjunctum a matre: hæc ratio non obſtat utrinque conjuncto, quia ipſe eſt a matre conjunctus, & plus quia & a patre, & licet eſſet primogenitus † uterinus tantum non prodeſſet: quia primogenitura conſideratur quando ſucceditur patri, non quando fratri. & iſte frater eſſe poſſet primogenitus, quod patet melius in fœmina, habet quis filiam ex prima uxore, & ſic primogenitam, ex ſecunda habet filium, & filiam, ſuccedit filius patri, deinde moritur filius, ſuccedit minor ſoror utrinque conjuncta, repulſa alia conſanguinea tantum, cum non agatur de ſucceſſione patris, ſed fratris, ſi patris, tunc primogenita non dotata, pro quo eſt argum. ff. de leg. 2. cum ita, §. fideicom. ut donec ſit locus aliis, eo deficiente, vocabitur frater conjunctus ex altero non diſtincto, &c. ut ſupra dictum eſt, & circa hoc gloſſa hic ſuper verbo, ex altero, inducit argumentationem, quod filius fratris utriuſque conjunctus præfertur fratri paterno ſuo conjuncto ex altero tantum, ut in auth. ceſſante, & in hoc vincit eum, ſed in rebus aliunde quæſitis, quam a communi parente repellitur, ut in l. de emancipationibus & ſic ſi vinco vincentem te, &c. certe in l. de emancipa. repellitur conſanguineus per uterinum tantum in his, quæ a matre fuerunt, non excludit conjunctum utrioque conſanguineum & uterinum, qui præfertur uterino tantum etiam in rebus maternis, quia uterque conjunctus eſt a matre ſicut & uterinus tantum.

† Additio. *Nota, quod primogenitura non conſideratur in ſucceſſione fratrum, contrarium notatur per Scrib. in c. regni, conſiderantes, fol. 160. per Covar. in c. 38. pract. qq. fol. 275. col. 1. cum ſeq.*

Andreas videtur ex hoc ſolum intelligere textum hujus conſtitutionis, quæ vult habere locum primogenituram, quando tractatur de ſuccedendo patri, Aret. in conſ. 164. tenet contrarium in terminis hujus conſtitutionis & videtur velle dare inſtantiam ſeu differentiam, quod frater utrinque conjunctus præferatur fratri ex utroque latere, ita quod in ſucceſſione collateralis hoc habeat locum: quaſi ſtatut, quando tractatur de ſuccedendo patri, contra tum ſunt conſilia Bal. infra allegata, & contrarium tenet Napod. in conſuet. Neapolit. ſi quis, in verbo, materna, de ſuc. ab inteſt. col. 3. Et an nepos ex fratre utrinque conjuncto in ſucceſſione patrui utrinque conjuncti patri ſuo excludat patruum conjunctum ex uno latere in feudis, vide omnino Bal. in conſ. 421. caſus talis eſt, 1. vol. & in conſ. 171. donatio, verſ. modo ſequitur, eo. vol. in quibus concludit, quod nepos admittitur una cum patruo ad ſucceſſionem patrui, quamvis patruus ſit conjunctus illi mortuo ex utroque latere, quia non attenditur linea materna, ita clare tenuit idem Bald. conſ. 33. & 252. eo. vol. 1.

Nec videtur obſtare parti, quod videtur bene intellectum de filiis non extraneo herede, ff. ad Treb. ex facto §. fi. cum aliis juribus adjunctis per gloſſam. Et quod dicitur de emphyteuta, & aliis, quia conceſſum & factum alicujus ad exteros, ſeu extraneos non debet tranſire, ff. de ſer. l. pater filiæ, in fi. cum aliis juribus adductis per gloſſam hic, quia iſta concludunt etiam in aliis, imo non ſunt extranei illi, quos hæc conſtitutio lucida invitat, ut ſunt fratres conjuncti utrinque, vel ab altero latere tantum, & ſicut ſunt aſcendentes, & in antiquis non in novis filio conceſſis feudis, quando fratres non ſunt hi, communi poſitione, alias, portione, ſuccedant non diſtincto, &c. quia nec hæc, nec lex forjudicatorum, & l. ſi quando, eod. tit. diſtinctionem facit. Solet dici ex hoc evenire unum abſurdum, quando filio emancipato dat feudum pater. Non eſt ergo quærenda ratio, quare aliud in antiquis, quam in novis, ff. de legibus l. non omnium. Niſi forte dicatur, quod magis ſunt noſtra illa, quæ ab anteceſſoribus noſtris habemus, quam illa, quæ noſmet acquirimus, ff. de interd. & releg. l. 3. & noſtra intereſt habere illa, quæ fuerunt anteceſſorum noſtrorum. C. de adminiſt. tutor. l. lex quæ tutores. ff. de minor. l. ſi in emptione, & de rei vend. l. fundo, arg. contra. ff. de capt. & poſtl. rever. l. ſi quis in bello. Prædicta vero forma privilegiorum, quæ eſt hodie, tibi & heredibus tuis ex tuo corpore † legitime deſcendentibus, qualem effectum habet, eſt attendendum, quia primo habet conſtare, quod ſic datum fuit: non enim præſumitur in hoc, quantumcumque in aliis ſit conſuetum exprimi, ut plene diximus in tit. in quibus cau. feu. ami.

† Additio. *Nota, quod non præſumitur, quod conceſſio ſit facta tibi, & heredibus ex corpore tuo, ſed ſuper declaratione, vide elegans conſ. Guliel. Perni Siculi 14. & Alex. conſ. 26. vol. 5. And. in c. 1. §. & ſi libellus, ex quib. cau. feu. amit. verſ. hoc non putamus, & verſ. ſi contra, vide Luc. in l. 1. C. de impub. luc. deſcrip. lib.*

rente, ſive (a) ex altero tantum, & ſorores in capillo (b) excluſo etiam communi patre ſuperſtite, omnino (c) ſuccedunt. (d) Conjugatæ autem, * & (v) dotatæ a fratrum

næ, & non extraneæ, ut C. de ince. nupt. l. ſi quis. Illæ enim perſonæ, quæ hic numerantur, habent potius a ſe ipſis, & ſic non poteſt eis adimi, ut erg. ff. de here. inſtit. l. ſed ſi in conditione, §. ult. Item defunctus habuit feodum quaſi in æs alieno debito, videlicet, his perſonis, & ſic ab eis non poteſt auferri, ut ergo. ff. ad l. Falcid. l. pater, cum ſi. ibi no. Nam ſi eſſet hoc, ſemper committeretur talis fraus, ita quod nunquam perveniret feudum ad prædictas perſonas, vel fiſcum: Et quod dicitur, quod non poteſt paganus, ſeu privatus pro parte decedere inteſtatus, dicas eſſe a principio verum, ſecus ex poſt facto, ut ff. de inoff. teſt. l. circa. Interdum iſtis perſonis nominatis in conſtitutione debetur feudum ex beneficio præſentis conſtitutionis, non beneficio teſtatoris, ſicut dicitur de quarta, quæ debetur pupillo arrogato in bonis arrogatoris ex beneficio divi Pii, in qua gravari non poteſt, ff. de adop. l. ſi arrogator.

(e) *Ex altero tantum*. Sane intellige, licet multi dicant contrarium, quando feudum, de cujus ſucceſſione agitur, pervenit defuncto ex eo parente, ex quo iſte frater ſuperſtes conjunctus eſt, & hoc declaratur aperte infra, ubi dicit, filii autem fratrum in his, quæ communis patris fuerunt, idem jus quod pater eorum habet, quaſi huic patri, eidemque fratri defuncti dederit jus ſuccedendi in his, quæ fuerunt communis parentis, non ſi ex altero parente, qui non fuit communis, proceſſerunt, argum. ad hunc intellectum. C. de legitimis heredibus, l. de emancipatis, ad ſi. cum enim filius fratris utrinque conjuncti, qui præfertur fratri conjuncto ex altero parente tantum, ut in Auth. ceſſante, repelletur in his aliunde, quæ a communi parente provenient: multo fortius & frater ex altero tantum parente conjunctus in his aliunde provenientibus, repelletur. Nam ſi vinco vincentem te, & te vincere poſſum, ut ff. de diver. & temp. præſcr. l. de acceſſionibus, quid plura? caſus eſt expreſſus, quod non ſuccedat frater fratri in feudo obvento aliunde, quam a communi parente, in 10. collat. de grad. ſuc. in feud. c. 1. §. his vero deficientibus, & argumentum optimum, ff. de leg. 2. cum ita, §. ult. prout eſt ibi littera, qui ex eo, &c. & in Longob. de uſu feud. l. ult. & prædicta merito ſic diſtinguuntur in fratre conjuncto ex altero parente tantum, quia hæc eſt ſpecialis natura feudi, ut ſemper ſuum reſpiciet ſtipitem, ne in extraneum devolvatur: ut arg. ff. de lega. 2. cum ita, §. fin. prout eſt hic, quod ex eo, &c. & argumentum bonum, ff. de leg. 2. pater & ff. de mune. & honor. l. vacariu.

(b) *Excluſo etiam*. Argumentum ad hoc de conju. cum emancip. lib. l. 1. §. ſi quis ex nepotibus. Excluſo etiam communi patre, ergo ubi non ſunt fratres, & ſorores in capillo, & filii fratrum, de quibus infra dicetur, pater ſuccedit. Idem in matre, ut notetur de ſuc. forjud. l. 1. & 2. §. ſane, quod intelligo in avitis, non in quæſitis, ut ibidem dicitur, ne ſic luctuoſa filii hereditate privetur, ut C. de inſtitutio. ſub condit. fact. l. ſi. & ſupra de his, qui ante apert. tabul. l. uni. in ſi.

(c) *Succedunt*. Servata tamen ſexus prærogativa inter fratres, & ſorores, ut ſupra l. proxima.

(d) *Conjugatæ autem*. Iſtum verſum conjugatæ autem, & dotatæ, &c. ſane intellige ſecundum determinationem legis Longobardorum, quæ (ut credo) huic conſtitutioni dedit materiam in hac parte, videlicet, quod iſte verſus intelligatur, quando ſoror conjugata eſt dotata de bonis ipſius fratris, vel a communi patre: in quo caſu debet eſſe contenta de eo, quod accepit die votorum, ſive nuptiarum, & accipe, ſi dotem habuit de paragio: alias ageret ad ſupplementum dotis ſaltem, ut in Longobar. de ſucceſ. l. ſi pater filiam, quæ licet ſit prior, poteſt hanc determinare, ſicut in l. ſciendum, & auth. offeratur. Sed quid ſi ſoror fuit maritata in parte: quia pater, vel frater maluit eam admittere ad ſucceſſionem, quam dotare, & quidem hoc caſu reſtituta eſt ſoror ad priſtinum ſtatum. Et ſic in ſua natura. Unde videtur quod ſuccedat fratri, cum etiam onera hereditaria in hac parte ſuſtineat filia, tanquam maſculus.

* Additiones. *Vide c. regni, emergentiam, ubi, quid ſi non dantur dotes, ſed datur pecunia pro honorabili vita ducenda in matrimonio, de quo meminit Beneventanus in l. imperialem, fol. 7. litera C. quid ſi eſt deſponſata tantum, vide Franc. Ripam in l. quæſitum, §. ſi ſponſa. num. 9. de privil. credit. & ibi, quid ſi eſt relicta dos in teſtamento, non autem eſt maritata, nu. 4. & Laffred. conſ. 26. An dotata tantum, vel maritata tantum excludatur, vide Alexandrin. conſi. 49. & an excludatur a ſucceſſione delata vel deferenda, & quid ſi ſucceſſio eſt delata, nondum tamen acquiſita, vide hæc omnia per Alexandri. in conſi. 71. nu. 5. & quid ſi dos eſt relicta tantum in teſtamento patris, vide Alexandrin. in conſ.* 74.

Quid ſi aliquis deceſſit relicto nepote ex ſorore, & nepte ex fratre, quis eorum ſuccedat in feudo, vide gloſ. in conſuet. Pariſ. §. 16. glo. 1. nu. 3. Vide ad intellectum hujus verſ. Luc. de Pen. in l. ſi. col. pen. C. quando & quibus quarta pars deb. ubi examinat quæſtionem de ſorore dotata, an præferatur fiſco, & quid ſi ſunt plures fratres viventes jure Longobardorum, unus dotavit, an ſolum cenſeatur excluſa ab hereditate dotantis, vel omnium, vide Corn. conſ. 134. *vol.* 2. *vide latius Grat. conſi. 6. cum duob. ſeq. lib. 1. vide an pater dotando poſſit ſuſtinere in dote, Guido Papa deciſ.* 613. De Bottis.

Conjugatæ mulieres tunc dicuntur ad effectum, & excludantur a ſucceſſione, quando mediantibus legitimis ſolemnitatibus eſt contractum matrimonium. Unde non ſufficit quod fuiſſet deſponſata per verba de futuro, ut per Abb. in rub. de ſponſalibus, quem ibi ſequitur Feli. 1. col. in ſi. idem ſi fuiſſet deſponſata per verba de præſente. Hipp. ſing. 106. Pariſ. conſ. 62. nu. 22. vol. 4. Cumia in repet. c. ſi aliquem, in verbo, maritata, q. 4. nu. 57. late Phanutius in tract. de lucro dotis, in glo. 2. nu. 31. vide tamen Campeg. in tract. dos. par. 5. q. 30. & quod dicatur dotata, an ſufficiat promiſſam eſſe dotem, vel requiratur quod dos cum effectu fuerit ſoluta: vide And. in c. 1. de natu. ſucc. feu. in addit. num. 15. & per Afſl. hic, nu. 23. late per Alber. Brun. in tract. quod ſtantibus maſc. &c. in 6. artic. in 4. memb. quæſt. 3. nu. 195. & per Soc. junior. conſ. 79. nu. 108. vol. 3. & quod congrue ſive a patre, ſive a filiis dotari debeat, Soc. conſi. 163. col. 3. & conſ. 207. vol. 1. Gram. deciſ. 101. nu. 30. Cumia in d. c. volentes, in ver. maritata, qu. 3. nu. 163. Corn. conſi. 107. littera K, & conſi. 202. littera G, & N, vol. 2. Fabius Jordanus.

(e) *Dotatæ*. Scilicet de bonis paternis. Secus ſi alien-

ANDREAS DE ISERNIA.

lib. 10. & Laffred. in conſi. præcitato. De Bottis.

Item ſi apparet ſic feudum datum Titio, ſi decedat ipſe Titius ſine herede ex ſe: aſcendentes non ſuccederent, etiamſi prædicta verba non eſſent dicta, quia in feudis novis non ſucceditur, ut dictum eſt. Sed ſi Sempronius filius Titii, aut Sejus filius Sempronii, aut Cajus filius Seii, & deinceps in infinitum in linea deſcendenti decederent ſine liberis ex ſuo corpore, non videntur aſcendentes, per prædicta verba repelli, quia debent de Titio primo ex tuo corpore, &c. Secus ſi dixiſſet ex tuo, vel tuorum corpora legitime deſcendentibus, quod quia non fuit dictum, omiſſum videtur, ff. de verb. oblig. quicquid. Sic in verbo, oportebit, vel quod intelligitur, quando dixit, oportet, eo. tit. l. ſi a colono. Sic etiam in verbo, quæ in locum ejus ſucceſſerit, ff. ju. ſolu. cum apud, in fine. Nam & qui

Digitized by Google

trum ſucceſſionibus repelluntur.

Filii autem fratrum in his, quæ (a) communis patris fuerunt, avi eorum, ſcilicet, (b) idem jus quod pater eorum (c) habeant. (d) In

liunde, ut colligitur infra ibi, certum, &c. & in præcedenti conſtitutione, & ita littera præſens intellecta eſt per præceptores noſtros, & judices magnæ Curiæ. Et dotatæ de bonis paternis, alioquin ſuccedunt, habita tamen diſtinctione majoris ætatis, ſi vivant jure Francorum, ibi filiabus, ut ſupponit, infra eadem l.

(a) *Communis patris fuerunt*. Quid ergo dicemus in feudo communis matris, & utrum ſecus? dicit enim patris, & alia eſt denominatio paternorum, & alia maternorum bonorum, ut C. de jur. & fac. ignor. l. cum falſo. Econtra videtur, quod mater aſſimilatur patri, ut in Auth. de non eligendo ſecundo nubentes mulieres. §. colligentes. Tu vero dic idem in feudo communis matris. Et ideo dicit patris, quia ſecundum uſum Regni beneficium, ſeu feudum vocatur paternum, non maternum, nihilominus tamen in materno idem eſt, ut in 10. collat. de ſucceſſ. feudor. in titu. an maritus ſuccedat uxori in bene. cap. ſi fœmina, licet iterum legiſlator conſideraverit frequentiam. Nam mulieres, ut plurimum, nubent dotatæ de paragio in mobilibus, vel hereditariis, & raro cum dote rerum feudalium, ut patet ſupra de fratribus obl. pa. feud. pro do. ſo. l. fratribus. Item raro mulieres in feudis, videlicet, filiæ fœminæ, quando maſculi non ſuperſunt, & ſorores in eo ſuccedunt, ut ſupra, l. proxima, & hac l. dicitur, & ita legiſlator adaptavit hanc conſtitutionem ad uſum frequentem, ſcilicet, de patre, qui plerunque & facile contingit, ut ff. de leg. & ſen. l. neque leges, & l. nam ad ea. Idem tamen nihilominus in caſu omiſſo, de matre, quia ſimilis eſt, licet raro contingat, ut C. de legit. hered. ſi major, & ff. ad Senatuſcon. Trebel. l. poſtulante, in prin.

(b) *Idem jus*. Quod pater, & eſt ratio, nam nepotibus ex filio paternis avitis accreſcunt, ut in Authen. de triente & ſemiſſe. §. nec illos, officium circa nepotem ex officio patris erga filium pendet, ut ff. de colla. bono. l. dedit.

(c) *Habeant*. Sed nunquid ſicut filius fratris ſuccedit patruo, ita econtra ſuccedit patruus † ſibi? & videtur quod ſic, ut ſervetur in ſuccedendo æqualitas, licet non ſit expreſſum, ut ff. de vulga. & pupil. ſubſti. l. 2. & 4. & argumentum optimum, in Authen. qui natu. effic. ſui. §. filium vero per hujuſmodi cauſam, ubi dicit, æquum etiam dantes ei privilegium, &c. & quia ſunt in eodem gradu, ſcilicet, tertio, ut Inſt. de gradibus. §. 3. & hæc conſtitutio videtur attendere gradum, ut ſtatim ſubjicit: In ulteriori autem gradu, &c. ut argum. ff. de verbo. ſignificat. l. verborum. §. at ubi.

† Additio. *Iſta dubitatio de patruo ceſſat, quia Rex Catholicus in parlamento generali declaravit quod ſuccederet, & Imperator Cæſar Carolus V. anno 1536. in parlamento generali in 1. cap. expedito idem declarat de amita, & quod frater patruelis maſculus ſuccedat fratri in antiquo feudo: & ex his verbis patet, quod iſte verſiculus, filii autem, venit continuative ad verſiculum, ex collaterali, & ſic filii fratrum in ſucceſſione patrui habebant idem jus, quod pater eorum, ut patet ex ver. ſeq. ubi datur diverſitas in feudo novo, & ita intelligit etiam gl. 1. hujus conſtitutionis, & quia in filiis & aliis deſcendentibus mandat ſervari jus Francorum, videtur ex ipſo geminato ſermone inferri, quod eadem ſit ratio dicendi in collateralibus, & ſic in nepotibus ſubintrantibus locum patris, ut ſic nepos ex primogenito excludat patruum, quando vivitur jure Francorum, & quando jure Longobardo, ſimul cum patruo, ita videtur intelligere Afr. hanc conſtitutionem in conſ. 164. quod videas.* De Bottis.

Sed per judices Magnæ Curiæ audivi pronunciatum in contrarium. Nam patruus eſt omiſſus in hac conſtitutione, quæ permiſſoria eſt, ſcilicet, certos admittens, & alios prohibens, ergo patruus eſt prohibitus, ut arg. ff. de collo. illi. l. 3. §. in ſum. & quod cujuſque univer. nom. l. nulli, & ad hoc. ff. ſolu. matr. l. ſi vero. §. pen. facit pro hoc illud generale, quod in uno permittitur, etiam in alio prohibetur, & quia ſi aliud voluiſſet conſtitutio, aliud dixiſſet, ut C. de ead. toll. l. 1. jux. fin. & quia quæ notabiliter ſunt, niſi ſpecialiter exprimantur, videntur neglecta, ut ff. de injo. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Item pro hac parte eſt ſubtilis ratio, & valida. Nam filius cum admittitur ex perſona patris ſui, ut hic dicit, idem jus quod pater eorum, &c. de jure Romano pariter cum fratre ſuccedit, licet ſit poſterior gradu, ut in auth. ceſſante, & quod patris repræſentet perſonam etiam jure civili, filius fratris præfertur patruo, licet ſit in eodem gradu, ut in auth. poſt fratres, & ſic patet hic ſubtili ratione, quod non ſine myſterio hæc conſtitutio admiſit filium fratris, & omiſit patruum, cum magis videatur debita hereditas patrui nepoti, ſcilicet, filio fratris, quam econverſo, hereditas hujus nepotis patruo, licet ſit argumentum contra. ff. de teſt. mili. nam & ſi. in prin. Sed ſubeſt potiſſima ſpecialitas, ſcilicet, ratio pietatis, ut ibi dicitur, quæ eſt inter filios & parentes, ut ff. de cur. fur. l. furioſo, quæ quidem ratio in patruo non ſubeſt. Item eſt arg. ff. de leg. tu. l. ſi reliquero.

(d) *In acquiſitis*. Nota bonum argumentum juris civilis ad iſtam differentiam, inter avita, ſeu ex genere proveniꝫ

ANDREAS DE ISERNIA.

qui compromittit debet adjicere de ſuo herede, alias non intelligitur perſona heredis, ff. de arbi. l. diem, §. 1. Unde verbum poſitum in perſona Titii, ſcilicet, ex ſuo corpore, &c. non videtur repetitum in perſonis deſcendentium: quia nec pactum factum extenditur ad alios, ff. de pact. l. ſi unus, §. ante omnia, ut intelligatur de heredibus, id eſt, filiis, ff. de uſufruc. accreſc. ad Treb. l. ſi quis Titium, ſecundum caſum Jo. Sed contra, videntur enim aſcendentes repelli, quia Titius & filius ejus finguntur una perſona, & ſic de aliis patribus, & filiis deſcendentibus. Unde quod in parte fuit dictum, videtur in omnibus deſcendentibus repetitum: nam heres heredis Titii, dicitur heres Titii, etiamſi in multos heredes deſcendatur. C. de here. inſti. l. 1. Pro qua repetitione eſt, ff. de eden. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium tabularum, & arg. C. de diver. reſcrip. l. 1. Heres quidem accipitur etiam per multas ſucceſſiones, ff. de ver. ſignifi. l. ſciendum, de per. hered. l. 3. inde omnes dicimur filii Adæ, & membra ejus. Et propterea in deſcendenti linea, ſi eſſet quis ultra ſeptimum gradum, & uſque in infinitum, non contraheret nuptias cum aſcendenti, Inſti. de nupt. §. 1. quia idem dicuntur, quod dic ut per Hoſtien. in ſumma, de conſang. & affin. §. in aſcendenti. Hinc dicitur una familia multorum, qui ab ejuſdem veluti genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicut diximus familiam Juliam, quaſi a quodam fonte emanare, ff. de verb. ſignifi. l. pronunciatio. §. fi. & hoc, ut prætactum eſt, indicat verbum adjunctum, heredibus, quod non poteſt exponi de filiis tantum. Aliud enim eſt dicere heredem, & aliud filium, ſicut aliud eſt dicere filios, & aliud liberos, ff. de teſtam. tu. l. quid ſi nepotes, & aliud eſt dicere decem, & aliud dena. ff. de leg. 1. l. ſi quis teſtamento. Sic & alias verbum adjunctum immutat naturam ejus, cui adjungitur, ff. de auro & arg. leg. l. qui lancem, & locati, l. ſi uno. multo potius videtur repetere in deſcendentibus verbum illud, ex tuo corpore, &c. quia non dulciori nomine nepotes noſtros, quam filios appellamus: nam ex eorum prole, memoriam relinquimus in æternum, ff. de verb. ſign. l. liberorum, §. fi. Hoc niſi aſcendentes eſſent de deſcendentibus a Titio, puta, patruos ad nepotem: illi aſcendentes non videntur prohiberi per verba præmiſſa: quoniam ſic deſcendit a Titio patruus, ſicut nepos filius fratris ſui: ſicut diximus in quæſtione patrui: Utrum ſuccedat nepoti in

In acquiſitis autem patruo * ex largitione noſtra, (*a*) vel quolibet titulo (*b*) jure ſuo (*c*) nepo-

nientia, & inter acquiſita, ut ff. de interdictis & relegatis. l. 2.

* ADDITIO. *Vide Jo. Ant. de Nigris in prælu. c. Regni, nu. 28.* De Bottis.

(c) *Vel quolibet titulo jure ſuo, &c.* Hic fac punctum, & hæc verba, jure ſuo, legas cum præcedentibus, quorum eſt ſenſus, ideſt, perſona, ſcilicet, opera & diligentia ſua, quæſita enim, de quibus hic loquitur, illa ſunt proprie, quæ alicui proveniunt ea opera & ſolertia, & ſic jure ſuo, ut ff. pro ſoc. l. quæſtus, & de acq. here. l. aditio. §. & conquæſtus, & compeтenter hæc verba ita continuabuntur ad ſuperiora. Nam ſup. prox. dixit, de his, quæ obvenere patruo alio jure, ideſt, ea perſona alterius, jure, ſcilicet, hereditario, utpote patruo, vel avito, hic vero de obvenientibus jure proprio, quæ duo ſatis differunt, ut ff. de fidejuſ. l. ſi filius. §. erit, ubi optime probantur prædicta. Et hæc expoſitio multas dirimit quæſtiones. Et primo quidem jam liquet, quod dicatur feudum novum, ſive quæſitum,

ADDITIO. *Adde in cap. 1. §. his vero, de grad. ſuc. in feud. in uſib. feud. Bal. in c. 1. de vaſ. decrep. ætat. & an feudum novum poſſit renunciari per patrem in præjudicium filiorum? vide per Bal. in l. qui ſe patris. C. de bonis quæ liber. & ibi Alex. de Imo. in apoſtillis, & an in feudo ſuccedant ſolum deſcendentes acquirentis? vide per Jaco. Alva. in c. 1. de vaſ. decrep. ætа. in uſib. feud.* Superantius.

Et quod dicatur paternum, ſive avitum, vel antiquum, ſuper quo multi ſomnia recitant: quidam enim dicunt feudum novum eſſe omne, quod poſt hanc Regni conſtitutionem conceſſum eſt, ſicut appellamus legem novam, omnem legem inductam poſt legem 12. tabularum, ut ff. de condict. ex lege. l. 1. & ff. ut ex leg. ſenatuſconſ. bon. poſ. deb. l. 1. Alibi autem accipiunt feudum novum & antiquum ex tempore, ut videlicet poſt conceſſionem feudi in aliquod tempus, utpote modicum, dicatur novum: & poſt temporis intervallum dicetur antiquum, maxime poſt longum tempus, ut arg. pro eis. ff. de tritico, vino, & oleo lega. l. ex uſu. & l. vetus, & l. nam aliter, & de pub. & no. com. l. quoties. Sed omnes iſti neſciunt, quid loquantur: quia ſicut declaratur per hæc verba ibi, acquiſitis autem patruo ex largitione noſtra, vel quolibet titulo jure ſuo, &c. Feudum novum ſive quæſitum, dicitur quod primo non quæritur, & ſic noviter incipit in perſona quærentis jure ſuo, ideſt, opera & induſtria ſua · ex munificentia Principis forte, vel titulo emptionis, ſeu quocunque alio juſto titulo, qui omnes leguntur. ff. de public. l. 1. cum ſex legibus ſequentibus. Accedente videlicet ſemper confirmatione Principis, ſine qua non tenet alienatio feudi, ut ſupra de revocatione feud. l. 1. & 2. & ideo dixi juſto, ut ſupra de fiſco ſuccedente forjudicatis. l. forjudicatorum, quæ concordat in præmiſſis. Et quod ſic accipiatur feudum novum, ſeu quæſitum, legitur expreſſe in collat. 10. feudorum. qui teſtes ſunt, de appro. inve. cap. ſive clericus. Feudum vero vocatur antiquum paternum, videlicet, vel avitum, a quocunque ex ſuperioribus eſt id acquiſitum, ut in præalleg. 10. coll. de nat. ſucceſ. feu. l. ſucceſſionis, in ſi. 1. reſp. ubi tamen de ſucceſſione agitur eſt ita intelligendum a quocunque, hoc eſt, dummodo ab eo parente, qui fuit illius agnationis communis, ut in præalleg. 10. coll. de gradi. ſucceſ. in feu. l. per ſucceſſionem, §. his vero, & ſic tunc paternum vel avitum dicitur, habito reſpectu, tam decedentis, de cujus ſucceſſione agitur, quam ſuccedentis, qui vult ad ſucceſſiones venire, id eſt, quod is parens, cujus fuit hujuſmodi feudum avitum, fuerit communis parens utrique, hoc etiam declaratur ſupra proxi. in his, quæ communis patris fuerunt avi eorum, &c. Quod diximus, vel dicemus de feudo paterno, idem intelliges ſemper in materno, ut ſupra hac conſtitutione, Verum. Tamdiu ergo dicetur feudum novum ſeu quæſitum, quamdiu non tranſit ad deſcendentes, quantumcunque temporis ſpatium intercedat: ubi autem feudum ſemel tranſit ad deſcendentes, ſtatim deſinit eſſe novum ſeu quæſitum: & incipit eſſe antiquum, ſcilicet paternum, quantumcunque brevi tempore vixerit, qui primo quæſivit, cum non conſideretur in eo ſpatium temporis, ſed genus & cauſa, ſicut iſto reſpectu accipitur, ff. de ædil. edic. l. ult. §. ult. unum ſi conſideremus prima feudorum initia, omnia feuda in ſui principio noviter quæſita fuerunt, provenientia, videlicet, ex munificentia dominorum, nec tranſibant in filios, poſtea quidem deventum fuit, ut filii ſuccederent, & deinceps, ſic facta ac dicta ſunt paterna, poſtquam tranſiverunt, ut patet in 10. coll. feu. de his qui feu. da. poſ. circa prin. & argumentum optimum, in Auth. de exhib. & intro. reis §. optimum, jure ſuo, quia eget confirmatione ſuperioris.

(b) *Jure ſuo*. Nunquid frater ſuccedit in acquiſitis? videtur hic innuere quod ſic, quia quod excludit nepotem ex fratre, videtur admittere fratrem, quia quod in uno prohibuit, &c. & notabiliter aliquid hic ſpeciale ſtatuitur inter fratres, ſicut ff. de vulg. & pupil. ſubſti. ſi filius qui patri. C. de le. tu. frater emancipatus. Tu dic contra, ut in conſue. feu. l. 1. §. ſi autem unus, & ideo de nepote tantum prohibet, quia de ſucceſſione nepotum tantum in hoc agitur ſup. in hoc verſi. ſimile, ff. de jure pat. divi fratres, §. ſed cum ipſo, cum enim par ſit utilitas hujus nepotis & fratris defuncti, & abſolute ſit eadem utriuſque paritas, & eadem conditio in eodem ordine ſuccedendi, ſive nepos iſte ſit ſolus, ſive concurrat cum ſolo patruo, id eſt, fratre defuncti, ſive etiam cum aſcendentibus, ſcilicet, ſit gradu prior, ſcilicet tertio, ut in Auth. de her. ab inteſt. §. reliquum eſt, & §. illud palam, & in Auth. ut fratrum filii, §. 1. Abſurdum eſt dicere, quod fratres plus habeant, quam nepos prædictus, ut argumentum pulchrum, ff. de conju. cum eman. li. l. nihil, & ff. ut in poſſ. leg. l. is cui, §. hæc conſtitutio, imo ſi quis ex mente conſtitutionis hoc ſummat, idem in fratre quod hic dicitur in nepote audiendum eſt, ut ar. ff. ſol. mat. l. cum mulier viri, quia quod in nepote hæc conſtitutio loquitur, pertinet ea conſtitutionis mente ad fratrem, qui eſt conjunctus & ſimilis tali nepoti, ut arg. ff. de reb. eorum, l. qui neque, & regulariter quod in uno conſtituitur, hoc in altero ejus ſimili exauditur, ut C. ad exhiben. ſi res, & de diverſis reſcriptis, l. 1.

(c) *Nepotes ex fratribus*. Non proprie, ſed per abuſionem filii fratrum vocantur nepotes.

An-

ANDREAS DE ISERNIA.

in feudo antiquo, in tit. Imperator Lothar. in §. ſi quis miles. Fecit ad præmiſſa: quia id quod procedit ex re mea, meum eſt, ff. de rei vendicatione, l. non ſolum, §. meum, pari ratione deſcendens ex illo, qui a me deſcendit, videtur a me deſcendere · pro quo etiam eſt argumentum, ff. de collati. dotis, l. dedit. Quod autem dicitur legitime deſcendentibus, eſt propter naturalem, qui repellitur, in tit. ſi de feudo controverſia fuerit, c. naturales. Facilis etiam videtur eſſe interpretatio, ut filius de corpore natus naturalis, ſcilicet & legitimus ſuccedat in feudo: non videtur repetitum in quolibet deſcendenti ex tuo corpore, &c. nam legitime tantum deſcendens & non naturaliter, ſicut eſt adoptivus, non ſuccederet: etiamſi prædicta verba non eſſent appoſita, ut in d. tit. ſi de feudo controverſia fuerit, cap. ſi adoptivus. Verba debent aliquid operari, ff. ad municip. l. 1. in ſi. ut ergo hoc verbum, legitime, aliquid operetur, oportet dici, ut legitime deſcendat ex corpore ejus, de cujus ſucceſſione agitur: alias fruſtra poneretur, legitime, ſi hoc non intelligeretur, quia adoptivus eſt legitimus, & tamen non ſuccedit, quamvis videatur operari propter naturales. Aliud eſſet, ſi verba prædicta haberent certam interpretationem, tunc ſtaretur ei, ff. de legibus ſi de

In-

nepotes ex fratribus (a) non ſuccedunt. In ulteriori autem gradu poſitis, ſcilicet, filiis ne-

po-

ADDITIO. *Adde gloſſam in l. poſt emancipationem, ff. de leg. 3. gloſſam in l. cum quis decedens, ff. eo. tit. gloſſam in l. avunculo, ff. de donat. cau. mor. de jure canonico ſunt multi textus c. tua nos, & c. ſuper, de conſangui. & affinit. c. non ſine, de arbitr. c. dilecto, de praben. c. felicis, in §. ceterum, de pœn. lib. 6. c. duo pueri, de deſpon. impub. c. per tuas, in fi. de proba. Ant. Roſ. in tract. de ſuc. ab inteſt. Dy. conſi. 16. incip. diligenter conſiderata.* Superantius.

Nam hi non habent ſpeciale nomen cognationis. Sed ita demonſtrantur, ſcilicet filii fratris, ff. de grad. l. Juriſconſultus, §. illud notandum eſt, & ita appellantur in jure, ut in Auth. fratrum filii, &c. licet ſecundum conſuetudinem vulgi appellamus eos nepotes, quam conſuetudinem tenuit hæc conſtitutio. Vere namque filius fratris non poteſt dici nepos, cum nepos dicitur, id eſt, natus poſt. Quod non contingit niſi in linea deſcendenti, ſed in tranſverſali frequenter filius fratris naſcitur ante patruum.

(a) *Non ſuccedunt.* Sed quid econverſo, ſi decedat nepos feudatarius ſuperſtite patruo, † ſeu amita? nunquid prædicti ſuccedunt ſibi, excluſo fiſco, cum in hac conſtitutione non fiat mentio? poſſet dici quod hæc conſtitutio deſcribit gradum ſucceſſionis, & præferuntur prædicti, cum in eodem gradu prædicti patruus & amita ſint conjuncti prædicto nepoti, quo ſcilicet gradu ipſe nepos conjunctus eſt cum eis, ſi vero deſcribit & dinumerat perſonas, de quibus deferatur ſucceſſio & non gradus, repellentur prædicti, cum ceteris perſonis prædicta ſucceſſio defertur, ut prox. verſ. ut probantur hæc. C. de inceſ. nup. l. ſi quis inceſ. & de ſec. nup. l. 2. ad fi. niſi forte diceres, quia idcirco non fuit facta mentio de patruo & amita, quia non erat dubitatio.

† ADDITIONES. *Iſta gloſſa tenet, quod ſicut nepos ſuccedit patruo, ita & patruus & amita nepoti. Ego in amita habeo apoſtillam Bartholomæi de Capua in Andream de Iſernia ad pennam, in tit. Imperator Lothar.*

ſub

ANDREAS DE ISERNIA.

interpretatione. Vel ſi verba donationis, vel privilegii aliud ſonarent, quæ prius inſpicienda ſunt, extra de privileg. cap. porro, ff. de tranſactionibus, l. de his. Vel ſi probaretur extrinſecus aliud fore actum, ff. de regulis juris, l. ſemper, non tamen ſufficeret probare donatorem aliter ſenſiſſe, ſi non expreſſit. C. de tranſactio. l. ſi majores. In ultimis voluntatibus ſufficeret, ff. de condition. & demonſtration. l. pater Severinam in princ. de lega. & fideicommiſ. 1. ſi mihi & tibi in fi. Sed ſolet dici hic evenire unum abſurdum. Pater filio emancipato dat feudum, mortuo filio habente fratrem ex altero, puta a matre tantum: excluderetur pater, ſi filius moriatur, per fratrem defuncti. Sed non eſt ſic: quia non excluderet tunc iſte frater uterinus tantum, communem patrem, ſed vitricum. Si autem eſſet ab alio patre tantum conjunctus, excluderet patrem communem. Nam quantumcunque renunciet † pater feudum, ut detur filio, non renunciat ejus ſucceſſioni, ſi moritur, in tit. de vaſal. decrep. ætatis, & in c. tres erant agnati, in titu. de eo, qui ſine facto agnati, &c. ſed aliud diceret expreſſe.

† ADDITIO. *Si pater renunciat feudum filio, vide Loffr. in conſi. 11. nume. 11.* De Bottis.

Quod autem dicitur in verſiculo, filii autem fratrum in his, quæ communis patris, &c. Non dicit exponendo, §. ex collaterali, qui in fratre ſimpliciter, & indiſtincte loquitur: nam eſt in medio, §. conjugatæ. Sed ad differentiam quæſitorum fratri, eidemque patruo de novo ex largitate Regia: quod ſit novum, & quod paternum, bene dicit gloſſa.

Excluſo etiam communi patre. Idem in matre, quando feudum erat paternum, ut frater etiam ex uno latere excludat matrem communem: nam eadem eſt ratio, & diverſa ratio non videtur, ff. de verbor. obligation. l. a Titio ſi ita ſtipulatus ſum. Si dicas tunc fratrem conſanguineum tantum excludere matrem, non erit abſurditas, ſicut ſupra dicitur in patre: quia tunc non deberetur excluſa communi matre, ſed noverca. Ubi autem mater non eſſet ſuperſtes, conſanguineus tantum ſuccederet. In hoc primo caſu vidimus ſententias in principali latas, & in appellationis cauſa. Alii contra, ſcilicet, in patre, ut ſit conjunctus ex illo latere, unde eſt feudum, non obſtat etiam quod hæc conſtitutio non numeravit patrem, aut matrem: nam numeravit generaliter aſcendentes, d. l. forjudicatorum, & l. ſi quando.

Conjugatæ & dotatæ. De bonis einſdem, de cujus ſucceſſione agitur, & in totum habuit dotis paragium. Nam ſecus ſi in parte dotavit: deinde voluit ſororem ad ſucceſſionem admittere, ut in gloſſa, ad quod eſt, quod dictum eſt ſupra l. proxima, in aliquibus. Sed quid ſi non fuit dos ſoluta, ſed tantum promiſſa? Item quid ſi non filiæ, ſed marito fuit promiſſa vel ſoluta, ea ignorante? Item quid ſi filia tacente & præſente? Item quid ſi filia ſciente, & non contradicente? Item an præſumatur ſcire, quod maritus ſcit? Item ſi fuit minor, quando fuit dotata, an petet ſe reſtitui? hæc & alia plene diximus in tit. de natu. ſucceſ. feu. Sed pone quod do tibi, vel filio tuo in uxorem filiam meam, vel ſororem, & tu mihi tuam, vel filio meo: tu mihi nullam dotem das, nec ego tibi, an videar dotare, ut a fratrum ſucceſſione repellatur? videtur quod ſic, quod ideo non dediſti mihi dotem pro tua, quia ego non pro mea: & quia non exegiſti dotem a me pro mea, quam tibi dedi: ideo nec ego a te pro tua, quam mihi dediſti, ut ratione primæ liberalitatis præſumatur ſecunda, ff. mand. l. ſi vero non, §. item Papin. Item ego a te, & tu a me potes petere dotem conſtitui ex dignitate & facultate, quod dicitur paragium, ut in præcedenti conſtitutione, ff. de leg. 3. l. filiæ, & de ritu nupt. l. qui liberos, de jure dotium, l. cum poſt, §. gener. & l. quæro, & l. ſeq. Si ſum liberatus a te propter meam, quam tibi dedi, ideo quia a te tuam ſine dote recepi, ſimiliter videtur ad me perveniſſe id, quod tibi tenebar pro tua, ff. de ſol. l. ſi debitor, ſic de pactis, ſi debitor, de accep. l. ſi ſpecies. Dic quod hoc eſt verum, quando hinc inde dos eſſet promiſſa, & compenſata, tunc liberatione ſecuta videtur dari id, de quo liberatur, & acquiri hinc inde. Sed ſi non fuit conſtituta dos hinc inde, vel ab aliquo eorum, ſecus, quoniam matrimonium poteſt eſſe ſine dote, C. de repudiis, l. fi. in princ.

ADDITIO. *Adde l. fi. C. de dona. ante nupt. c. quis dominus. 30. q. 5. Bal. in c. juravit, de proba.*

Licet non dos ſine matrimonio, † ff. de jure dotium, l. 3. ut ſi propter pulchritudinem, vel ut amici eſſent, ſic permutaverunt, per ea quæ dicit Carolus in Longob. de ſucc. ſi pater filiam.

† ADDITIO. *Vide Napod. in conſuet. eorum autem, in verbo, paragium, ibi, Sed quid ſi frater, de ſucceſ. ab inteſt.* De Bottis.

Cum dos promittitur, tunc non præſumitur quis ducere uxorem, niſi cum dote, & præſumitur, quod rejiciat eam, ſi non ſolvatur ſibi dos, in Auth. de nup. §. ſi quis eam duxerit, ff. de do. excep. l. pure, §. ſi eum qui, inf. eod. l. fi. §. 1. ideſt, ſi non eſt promiſſa, ſecus, quia & ſine dote poteſt eſſe matrimonium, & imputet ſibi, quod ſine dote duxit, alioquin nunquam ſoror vel filia ſuccederet in feudo fratri, vel patri, cum ſemper habeat actionem, ut dos ſibi conſtituatur, & ſit contenta, ut dos ei detur. Intelligendum eſt ergo, quando dos data fuit, vel promiſſa mulieri. Sic enim dicit littera, conjugatæ & dotatæ, non dicit, quæ debent dotari, odium eſt hoc, cum repellatur contra jus. Item cum dos hinc inde promiſſa eſt, vel ab uno, in illo ſufficit, quia

potum ex fratribus, & ſequentibus, in his etiam, quæ communis proavi fuerunt ſucceſſio non

ſub his verbis. Sed nunquid ſicut ſoror in capillo ſuccedit fratri, ſuccedat filia fratris nepoti ſuo. Et de hac quæſtione, utrum ſi amita ſuccedat nepoti, maxima fuit contentio in regno, & videtur quod de jure ſuccedat: nam ſi ſuccedit fratri, ea ratione & nepoti, quaſi non minus quis ſuccedat nepoti quam fratri, ut in Auth. de hered. ab inteſt. venimus. §. 2. C. de legit. hered. auth. ceſſante. Item quia conſtitutio hæc non prohibet ipſam ſuccedere, ergo permittit, l. mecum, §. quod ait, & l. 1. in fi. ff. ex quib. cau. majo. Item quia dixit, quod ſuccedat fratri, licet ſit omiſſum, quod ſuccedat nepoti, videtur dictum eſſe, quia caſus omiſſus ſimilis eſt expreſſo, l. ſi extraneus, ff. de cond. ob cau. l. fi. C. de poſth. hered. inſtit. Sed Dominus Rex, dum eſſet quæſtio inter peritos regni, judicavit, quod non ſuccederet, quæ ſententia jus facit inter omnes, ex quo judex judicavit, & nunquam admiſſa eſt amita ad ſucceſſionem nepotis, ſic intelligitur, C. de legibus & conſtitutio. l. fi. in princ. Item hæc ſententia D. Regis habet locum in ſimilibus, ut ſi ſit quæſtio, nunquid matertera ſoror matris ſuccedat nepoti per d. l. in princ. quod habet locum in ſimili. Item hæc conſtitutio enumerat illos, qui ſuccedunt in feudo, inter quos non ponitur amita. Bartholomæus de Capua.

Hodie eſt ſopita quæſtio, quia per Imperatorem noſtrum Carolum V. in parlamento generali facto in Eccleſia S. Laurentii per cap. primum expeditum 22. Martii 1536. eſt prorogatio facta ad amitas, & ad fratres patrueles, & dum eſſet mortuus Don Ferdinandus de Guevara Comes Apicis, ei ſucceſſit Domina Cubella ejus amita, quæ nunc tenet dictam terram ſine controverſia fiſci. De Bottis.

ANDREAS DE ISERNIA.

dotata eſt, & licet non ſit ſoluta, vel compenſata, habet tamen actionem ut ſolvatur promiſſum, & ſic eam habere videtur, ff. de neg. ge. l. qui actionem. Sed ſi non eſt conſtituta, eſt merum matrimonium ſine dote, & licet poſſet petere, ut conſtituatur, etiamſi eam propter pulchritudinem duxerit, ut no. in d. l. ſi pater filiam, eſt tamen alia actio, quia per condictionem ex lege. Sed quando promiſſa eſt actione bonæ fidei, C. de rei uxo. act. l. 1. Nec compenſatur hinc inde ipſo jure: niſi opponatur ab homine, ff. de compenſatio. l. ſiquidem, & l. ſi ambo. Item non poterunt inter ſe compenſare, quia debebatur mulieri, & maritus non liberat promiſſorem dotis ſine muliere, pro qua promiſſa eſt, licet per acceptilationem dos conſtituatur, ff. de jure dotium, l. licet. Item ſi dos promittatur pro ſorore, vel filia nolente & invitea, vel ignorante, & non conſentiente dotari, non præjudicat, quia non per hoc repelletur a ſucceſſione feudi fratris, vel dotantis, dictum eſt plene in d. tit. de natura ſucceſſio. feud. in princ.

Filii autem fratrum. Quid de filia fratris, an ſuccedet in feudo, videtur quod non, quia hæc conſtitutio enumerat perſonas, quas vult ſuccedere, & dilucide connomerat, ut in principio diximus, in linea deſcendenti expreſſit de filiabus in collaterali, de ſororibus, de nepotibus nihil dixit in collaterali, propter quod videtur omiſſum, C. de cad. tollen. l. uo. lex dilucide exprimit maſculinum & fœmininum, ut eſt videre, C. de bonis quæ liberis, l. 2. Jure feudorum mulier non ſuccedit in feudo. Eſt autem notandum iſtud correctum eſſe in filiabus & ſororibus, cum non dixerit de nepotibus neglexerit, quia quæ notabiliter fiunt, &c. de injuriis. l. item apud Labeonem. §. hoc edicto, unde videtur remanere in ea jus feudorum, quo fœmina excluditur. Econtra videtur, & verius, quod ſuccedat. Nam in præcedenti conſtitutione dixit, conſuetudinem pravam, qua repellebatur filia, eſſe extirpandam in Autheo. ut nulli judicum, §. 1. hæc autem ratio eſt in filia fratris, & ubi eadem ratio, idem jus. C. ad leg. Falcidiam, l. fin. Et ſicut in deſcendenti commune votum eſt æquare mares, & fœminas, ut ſupra l. proxima; ita & in gradu quocunque modo, ubi ſucceſſio defertur, æquantur fœminæ maſculis, ſicut in filia fratris, & filio fratris expreſſe dicitur, C. de legitimis heredibus, l. in lege, ibi, & qua ratione fratris filiam, &c. Item omni jure maſculinum concipit fœmininum, in ſucceſſionibus maxime filia continetur appellatione filii, ff. de verb. ſign. l. quiſquis, ff. de leg. 3. l. Lucius, §. quæſitum, cum multis concordan. per quod non videtur omiſiſſe filiam fratris, dicendo, filii autem fratrum, &c. quia mens legum comprehendit filiam appellatione filii, & per hoc ſatis dilucida eſt conſtitutio, quæ non debet repetere in avia. C. qui admi. ad bono. poſſeſ. l. fin. Et ex quo in filiabus, & ſororibus expreſſum non neglexerit: non enim poſſunt, &c. ff. de legi. l. non poſſunt. Item odioſum eſt, quod jure repellatur filia, quia poteſt ſervire feudo per ſubſtitutum. C. de epiſcopis & clericis. l. ad ſimilitudinem, & l. quiſquis, & per ſubſtitutum eſſe in exercitu, extra de voto, cap. ſuper his. Unde cum dicat, filii fratrum, dilucide expreſſit de filia, quia cum ſit nova hæc conſtitutio, videtur velle redire ad primævum jus, quo ſunt accuſatores naturæ, qui fœminas repellunt, C. de libe. præteritis, l. maximum vitium, & facilis eſt interpretatio, quæ ad primævum redditur jus, ff. de pact. l. ſi unus. §. quod in ſpecie. Sive dicatur hæc conſtitutio prohibitoria, & dicemus admitti omnes, qui non prohibentur. Sive permiſſoria, & dicemus rejici omnes, niſi prohibitos, ff. de teſt. l. 1. in princ. Gloſſa dicit, quod eſt permiſſoria certarum perſonarum, & linearum, ergo prohibet alios, quos non enumerat. Item filia fratris ſoror eſt, 22. quæſt. 2. cap. quærit, ſatis ergo dixit, dicendo filii, ut imputetur ei, qui permiſit legem lucidam, quare non prohibuit filiam, cum dixit, pravam conſuetudinem repellentem filiam fœminam. In dubiis enim ſemper eſt facilis reſponſio contra fiſcum, ff. de jure fiſci, l. non puto. Sed cum dixit filium fratrum, &c. non limitavit perſonas, ut de filia non intelligeret: ſed diſtinxit gradum, ut illi, qui ſunt in tertio gradu, ſicut ſunt filii fratrum, ſuccedant, ſequitur enim, ulteriori autem gradu, &c. Ubi vero prohibetur fœmina ſuccedere, tunc enim fœmininum non concipit maſculinum, ff. de conſtituta pecunia, l. 1. §. 1. ibi, ſi non interceſſerint. At hæc conſtitutio removet illam pravam conſuetudinem, ut prædictum eſt. Idem dicendum eſt de filio, vel filia ſororis non dotatæ, prædicta ratione, quod ſuccedat materteræ, quæ eſt ſoror matris. Inſti. de gradibus. §. 1. Continetur quidem in regiſtro Imperatoris hujus, quod in Archivo ſervatur, quod fecit aſſecurari nepotem de feudis materteræ, & hic multas quæſtiones dirimit, & ubi mater, ex cujus perſona prætendit jus ſucceſſionis, fuiſſet dotata, tunc obſtaret ei, ſicut & matri. Quid ſi patruus maritaſſet, & dotaſſet neptem filiam fratris ſui, an excluderetur per hoc a ſucceſſione patrui dotantis? quod videtur, quia ſi ſororem proximiorem ſibi dotaſſet, excluderetur ſoror dotata, multo fortius in nepte dotata, quæ non eſt ita proxima in gradu, ſicut ſoror. Ubi eadem ratio idem jus, ff. ad l. Aquil. l. illud. Verius videtur quod non, quia filius & filia fratris, ut prædicitur, ſuccedunt patruo dotanti: nam dotatæ a fratrum ſucceſſione repelluntur, non dixit textus, a patruorum. Odioſa eſt hæc conſtitutio, & contra jus poſita, ideo non producitur, ut l. quod vero, ff. de legibus de ſucceſſione fratrum dixit tantum, de ea tantum intelligetur, ff. de ver. obl. l. ſi minor. Nam ſi idem voluiſſet de ſucceſſione patruorum, dixiſſet: non dicit, ergo habetur pro omiſſo C. de caducis tollendis, l. pen. & eſt manifeſta ratio: quia neptis hæc deſcendit a fratre, cui non obſtat, ſi habuiſſet de feudo partem ſuam, quando jure Longobardo vixiſſet, nec vitam, nec militiam adeptam, quando jure Francorum: nam nihilominus in feudo paterno ſuccederet, ſcilicet fratri ſuo; ſicque ſuccedit filius hujus fratris, vel filia habentes idem jus, quod pater eorum habet, ut dicit littera, & quam neptem patruus non habuit neceſſe de ſuo dotare, nam habebat

non defertur. (a) Filiæ autem in capilln poſt mortem patris in domo manentes, majores ſorores conjugatas & dotatas de bonis patris (b) excludunt. Ceterum ſi de bonis paternis dotatæ non ſunt, majores minoribus præferuntur, ſi Francorum jure vivant. Si autem vivant jure Longobardo, collatis dotibus in viriles partes ſucceſſione diviſa, portionem ſuam conjugatæ, (c) quæcunque ſint, poterunt vendicare. (d) In omnibus autem, in quibus prædixi-

(a) *Filiæ autem*. Plurimi ſapientes decipiuntur in iſto verſiculo, quem ſic generaliter intelligunt, ut filiæ in capillo remanentes, ſemper excludant a ſucceſſione paterna ſorores conjugatas & dotatas de bonis patris, & jus Francorum incipiat diſtingui a jure Longobardo ab illo loco, ceterum ſi de bonis, &c. videlicet, in eo caſu, quando ſorores de bonis patris dotatæ non fuiſſent, quorum intellectus tolerari non poteſt. Nam infra ubi dicit, ſi autem jure Longobardo collatis dotibus, &c. ſumme iniquum diceret, quod cum tractamus de ſucceſſione paterna, conferri deberet dos adventitia, quæ, ſcilicet, de paternis non provenit bonis, ſed potius maternis, tam Romano quam Longobardo jure profectitia tantummodo dos confertur, ſcilicet de bonis patris proveniens, & conjugata ſimul cum ſorore in capillo ſuccedit patri, collata dote profectitia, non adventitia, ut in Longobar. de ſucceſ. l. ſi quis patris filiam ſuam, & l. ſi pater aut frater. l. ſi quis Long. & C. de colla. l. filiæ dotem, & auth. quod locum, eo. ti. Nec eſt intentio conſtitutionis hoc jus novum ſtatuere in ſucceſſione filiarum conjugatarum & remanentium in capillo, ſed tantum ſupra eo diſcernere jus Francorum a jure Longobardo, ut hic patet. Dic ergo, quod ab hoc principio filiæ autem, &c. uſque ad ver. ſi autem jure Longobardo ponit jus Francorum, & clauſula illa, ſi Francorum jure vivant, refertur ad utrumque capitulum, tam quando ſorores dotatæ ſunt de bonis patris, quam quando non de bonis patris, & ſic omnia ſuperiora determinat, ut ff. de leg. 1. talis ſcriptura, §. ult. & ſic poſtea bene ſequitur. Si autem jure Longobardo collatis dotibus, &c. ſcilicet in profectitiis adverſatur ei quod jam dixerat de jure Francorum repelli ſororem dotatam de bonis patris, ut hic in principio hujus ver. filiæ, & ſic refertur ad ſuperius, non ad proximum, ſic ff. de op. le. mancipiorum, in fine, ff. de acq. her. l. is qui hæres, in principio hujus ver. filiæ, & ff. de jure pat. l. ult. in fine & ff. de in mil. poſthumus, §. idem, circa finem in Auth. ut omnes obed. judicibus, §. arripiat, & quod infra ſubjicit, quæcunque ſint, &c. adverſatur ei, quod dixerat de jure Francorum, majores minoribus præferri, quod jus Longobardum non attenditur in aliquo caſu.

(b) *Excludunt*. In uſibus vero feudorum omnino repelluntur fœminæ etiam filiæ, ut in l. 1. §. hoc autem notandum. Excludunt, ut in Longobar. de ſucceſ. l. ſi pater. Excludunt. Sed quid ſi aliquis, puta, vir & uxor habeant duas filias, mater iſtarum non pater habeat feudum. Iſti parentes tradiderunt nuptui filiam majorem, quæ dotata fuit a patre tantum, & de bonis ejus, ad cujus onus de jure communi ſpectat, deinde moritur mater feudataria, minori filia exiſtente in capillo, filia major vult habere feudum, filia minor ſimiliter credens excludere majorem, quia fuit conjugata & dotata, filia major replicat, quia non de bonis matris, ſi enim ageretur de feudo paterno, non poſſet habere locum excluſio. In hac quæſtione, † cum aliquando fuiſſet diſceptatum in Curia Magna videbatur antiquis jure peritis, quod filia major deberet præferri, non obſtante exceptione, quod de bonis paternis dotata fuit, cum illud ſit ſtatutum contra quaſdam juris rationes, & ſic non debet trahi ad conſequentiam, odia enim ſunt reſtringenda, aſt tamen argumentum contra in Macedoniano, quod eſt odioſum, quod eſt ſtatutum in filiis, & extenditur & trahitur ad nepotes, ut ff. ad Macedonianum, l. filium.

† Addittio. *In iſta quæſtione ſi filia dotata a patre excludatur a feudo matris, vide Petrum Seculum in conſ. 1x. col. 14. cum ſeq.* De Bottis.

(c) *Quæcunque*. Videlicet ſive majores ſive minores.

(d) *In omnibus autem, &c.* Licet initium hujus conſtitutionis ſit generale, tamen videtur recipere determinationem per hunc finem, ſic, ff. de hæ. inſti. cum in teſtam. in fine de jur. & fac. igno. l. regula. in fine, & arg. ff. de leg. 1. cum pater. §. dulciſſimis, videlicet, ut hæc conſtitutio loquatur tantum in feudis quaternatis, quæ tenentur in capite a Rege, vel ab alio, ut ſupra de uxo. non de. ſi. permi. cur. l. homo, quæ poſt mortem tenentis devolvuntur ad fiſcum, in defectu prædictorum, quos admittit hæc conſtitutio ad ſucceſſionem, ut ſupra de mor. Ba. denun. l. 1. poſt mortem, &c. ipſa enim ſunt quæ Rex donat cui vult, ſicut hic in fine dicit, & in dicta conſtitutione poſt mortem, & ſic de illis tantum intelligenda eſt hæc conſtitutio in principio. Alia autem feuda, quæ tenentur ab alio, quam a Rege, & ſunt non quaternata, mortuo tenente ſine legitimo ſucceſſore, non devolvuntur ad fiſcum, ſed ad eum potius, a quo tenebantur, ut ſupra de bo. for. l. 3. §. ſane, & ſic de iſtis non videtur cogitatum, ut in hac conſtitutione cum de ais, in fine, ubi ſe refert ad principium non facit mentionem. Nec mirum ſi fiſcus plus proſpexit ſibi, quam aliis, & ſic plus coarctavit ſucceſſorem ubi cauſa ſua agitur, quam ubi res agitur aliorum, accedit etiam ad hoc ſupra de ho. ba. non poſſ. ab ho. de l. 1. §. etſi contigerit. Ubi videtur expreſſum, quod in aliis feudis quam quaternatis obtineat circa ſucceſſionem jus commune, videlicet, ut tunc demum ſuccedat dominus feudi, quando aliquis non ſupereſt de linea deſcendenti, vel aſcendenti, vel collaterali, qui alias de jure communi ad ſucceſſionem veniret, ad idem facit ſup. de fil. ſucce. for. l. 3. §. ſane, & ad idem facit etiam ſupra l. proxima, ubi olim ſuccedebant conſanguinei quan-

bat portionem patris ſui, fratris patrui, quando jure Longobardo vel debitum vitæ & militiæ non receptæ. Quando jure Francorum, quod tranſmiſerat in filiam, vel in filium, ut dictum eſt ſupra in conſtitutione, Comitibus, circa finem, multo fortius ſi receperat, quia filiæ fratris nil debet omnino, ut ibi plene dictum eſt. Conſtitutio hæc repellit ſororem tantum debentem habere paragium de bonis fratris, & quia habet portionem ſuam, ſcilicet, paragium dotis fratris, ideo repellitur, hæc neptis nihil debuit habere de bonis patrui, & de nepte non dixit conſtitutio, dotata a patruo illa ratione: quia eam non tenebatur dotare. Unde ſecus in filia ſororis dotatæ vel amitæ: multo potius tunc obſtaret eis id, quod obſtaret illis, ex quorum perſona volunt admitti, ut dictum eſt in dicta conſtitutione, Comitibus. Simile quærunt fiſcales in conſtitutione, Conſiderantes, † incliti Regis Caroli II. in parlamento Neapolis condita. verſ. illo antiquo interpretationis abuſu, &c. ibi, frater & ſoror ſuccedunt, dicunt enim, quod quia de fratre & ſorore dixit, de eis tantum intelligitur, ff. de verb. oblig. l. ſi minor. non dixit de filio fratris & ſororis præmortui ante primogenitum, non trahetur ad eos etiam utiliter, ff. ſolu. mat. l. ſi vero, §. de viro. Perſona non intelligitur, niſi quando exprimitur, ff. de verb. obl. l. ſi ita, §. Chryſogonus. Lex & ſtipulatio æquiparantur, C. de fidejuſ. l. fin. pro quo eſt, C. de procu. l. maritus.

† Addittio. *Concludit quod c. conſiderantes, loquens quod mortuo fratre in feudo antiquo ſuccedit alter frater ſervata gradus, & ſexus prerogativa, habet locum, ſi frater vel ſoror primogeniti, ſint mortui ante primogenitum, quia inter nepotes ſit ſimilis diſtinctio, quando volunt primogenita ſuccedere, & ita vidi ſervatum in ſucceſ-*

ximus aliquos velut ulteriores gradu, ſive in communium prædeceſſorum rebus, ſive in acquiſitis excludi debere, ſpem noſtræ gratiæ petentibus (a) non negamus, imo ipſos aliis in libe-

quantomcunque remoti, excluſis fœminis filiabus, pec quam legem removentur etiam alii conſanguinei, tuoc demum, quando filii vel etiam filiæ ſupereſſent, non autem removetur eis aliquatenus non ſuperſtitibus, & ſic tamen cum iſta veteri conſuetudine ſtatut.

(a) *Non negamus*. Nota bonum argumentum juris civilis ad hoc concordans, quod Imperator gratificator conſanguineis potint, quam extraneis, ut C. de naru. lib. l. communium rerum, §. illo videlicet obſervato.

* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

ceſſione Comitatus Aliani: nam ſucceſſit D. Antonius Caraſa nunc Princeps Hoſtiliani tanquam primogenitus, natus ex ſorore D. Eligii de Marra Comitis Aliani, excluſis aliis fratribus. De Bottis.

Contrarium tamen verum eſt, loquitur enim in feudo avito, in quo ſuccedit patruo nepos, ut in hac conſtitutione dicitur, ideo dicit quod erat abuſus interpretationis iniquæ, unde illud cap. conſiderantes, non daret de novo ſucceſſionem patri hujus nepotis, ſi viveret, ſed removeret impedimentum ei parentum per abuſum jam dictum, ar. ff. de manu. vin. l. ſi pater. in fi. ſed ſi aliquid in nepote diceretur, eſſet non de jure, ſed ex vitio interpretationis iniquæ prædictæ, qui cum ſit ſublatus in patre, tolli debet eadem ratione in filio: cum enim ex una radice vitium naſcitur, ff. de nupt. l. ſi. & cum finitur aliquid, ſi evacuatur, ut nullum ex priſtino veſtigio remaneat, ff. de adopt. l. in omni, nedum vitium, imo & materia prioris vitii remanere debet. C. ut ac. her. ab her. & contra her. l. r. ſicut cum tollitur rei origo, non relinquitur ejus imago C. de lati. liber. l. unica, in prin. Prohibito vitio omnia mala, quæ oriuntur ex ex eo, ſunt extincta, ſeu prohibita, ext. de conſti. c. nam concupiſcentiam. Filium enim & patrem reputant jura eandem perſonam, niſi quando beneficium eſt perſonale non egrediens perſonam, ff. de conſt. prin. l. r. in fi. Et poſtquam conſtitutio redigitur in corpore conſtitutionum eſt generalis, niſi caveatur in ea, quod ſit ſpecialis, ſicut in Dorotheo, C. de deco. l. nec Dorotheum, lib. 10. quando ſcilicet, vult idem legislator, exemplum, Inſt. de jure perſonarum, §. plane. Sed ſi primogenitus, & alii ex eo non ſuccederent, etiam ſine dicto abuſu, ut ſi datum eſſet, ut ad primogenitos tantum, & eorum filios perveniat, quilibet enim rei ſuæ dicit legem, quam vult, ff. de ſolu. l. t. C. man. in re mandata, erit perſonalis in eis, & non intelligeretur de filio fratris, qui privatus eſt ex forma conceſſionis. Perſonalia non dantur heredi, ff. de pac. juris gentium §. pactorum, tunc omittitur heres, quia eſt prohibitus, ar. ff. rem ra. habe. l. ſi ſine. §. ſtip. Ideo dicit, l. ſi pactum, in fi. de prob. plerumque, cum vero abuſus tollitur in omnem caſum, qui ex iniqua interpretatione naſci poteſt, remotus videtur, ar. ff. de fide, l. ſi quis pro eo, §. ſi nummos, ff. luc. l. quæro, §. ſi inter. Et licet ſit illud c. in favorem feudorum, cum ſit ſcriptum in corpore conſtitutionum, intelligitur ſic jure communi remoto, arg. ff. de vulg. & pop. l. ex facto in princ.

Idem jus quod pater eorum, habent filii. Nunquid ſicut filius fratris ſuccedit patruo, ſic econtra patruus nepoti, quærit gloſſa & dicit, quod judices Curiæ pronunciaverunt contra, ſcilicet contra patruum eorum, eo quod conſtitutio hæc eſt permiſſoria, certos permittens, & alios prohibens, patruus non eſt permiſſus, ergo dicunt quidam, quod videtur prohibitur. Sed certe hæc conſtitutio non tam numerat perſonas quam gradus in collaterali uſque ad quor ſcilicet licet ſuccedere, patet in verſ. in ulteriori autem gradu, &c. unde in omnibus perſonis, quæ ſunt infra illos gradus erit ſucceſſio, quaſi omnes perſonæ inter illos gradus exiſtentes ſint expreſſim nominatæ. Idcirco alii, quod eſt verius, dicunt patruum ſuccedere nepoti, ſicut nepos patruo, diximus plene in tit. Imperator Loth. Eug. Papæ. Alibi intitulatur, qualiter uſus beneficii ſit tuendus, alias, tenendus, c. ſi quis miles, ubi eſt caſus, & eſt lex Imperatoris non domini Oberti de Orto.

In acquiſitis ex largitate noſtra. Nepotes non ſuccedunt. Ionuit quod frater non ſic excludebatur per formam conceſſionis, ſicut hodie ponitur in privilegiis, donamus tibi & tuis heredibus ex tuo corpore legitime deſcendentibus, † ut dictum eſt ſupra. Gloſſa hic repellit fratrem ſimpliciter ſine dicta clauſola. Et verum eſt jure feudorum. Sed ſupra dictum eſt, hæc conſtitutio non ſequitur illa jura, niſi eſſent rationabilia: hoc autem irrationabile eſt, ut frater excludatur, ſufficere debet hæc perverſitas hujus conſtitutionis in nepote, quem exprimit, non debet trahi hoc perverſum ad fratrem, quem non nominat. Et ſic non obſtant rationes gloſſæ, & loquitur in nepote, ſicut in vulgari, cum nepos dicitur natus poſt, in collaterali autem poteſt naſci nepos ante patruum, ut gloſſa dicit.

† Additio. *Vide Aff. in dec. 293. & Abb. conſ.* 82. 1. *vol.* De Bottis.

Filiæ autem. Intelligas ſane, ut gloſſa bene exponit quod uſque ad §. ſi autem jure Longobardo loquatur de jure Francorum, & excludat majorem dotatam de bonis patris. Sed ſi non eſſet dotata de bonis patris, non excluderetur major conjugata & dotata ab alio, quam a patre. Nam dos profectitia de bonis patris exiens excludit a ſucceſſione, non adventitia. Si vero non jure Francorum, ſed Longobardo viveretur, & major eſſet conjugata, & dotata de bonis patris, conferret dotem, & divideretur feudum.

Collatis dotibus. Scilicet profectitiis de patris ſubſtantia. Sic econtra quod eſt notatum, ſi pater dotaſſet de ſua ſubſtantia. & pater habens feudum moritur, relicta filia in capillo, & prædicta eſt dotata per patrem. Quia non excluderetur major vivens jure Francorum, propterea quia non dotata de bonis ejus, de cujus ſucceſſione agitur, ſed per patrem, filia remanente in capillo, ut gloſſa dicit.

In omnibus autem, in quibus ſupra diximus. Hic ſumitur quod in quaternatis † loquitur, ut in principio dicitur, nam in aliis feudis de tabula ſeu planis tentis ab alio, non in capite ſuccedunt aſcendentes, & collaterales, quantumcunque remoti, ut hic plene in gloſſa. Sed utrum ſi non conjungantur ab illo latere, unde eſt debitum: videtur quod ex illo latere debeant conjungi, ut in c. Honorii, quod incipit, ſi aliquem. Sed loquitur quando ſubfeodatarius erat in capite, quia tenebat ab alio feudum quaternatum, ut dicit principium: & ſic per totum debet intelligi, ff. de jur. & fac. ign. l. regula, §. pen. Sic exponitur hæc conſtitutio in principio, ibi, vel ab aliis, ſcilicet de capite: quod poteſt eſſe ſupra in conſtitutione poſt mortem. Factum eſt enim illud, c. ad ampliandam ſucceſſionem, in relevamen hominum regni: & ſic habebit locum antiqua conſtitutio, ut in Auth. de fil. ante dota. inſtru. nat. §. fi. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe juſ. fuerit, l. plane. Antiqua admittebat etiam remotos, quod corrigitur tantum in fœmina, quando eſt: quando non eſt remanet, ſupra in conſtitutione in aliquibus.

† Additio. *Freccia fol.* 238. *num.* 2. *in feudis planis, & de tabula, vide Ang. conſ.* 110. De Bottis.

Ut *de ſucceſſionibus*. Super hoc vide cap. Caroli II. de prorogando ſucceſ. Baro. 2. Bartholomæus de Capua.

Quæro, conſuetudo eſt in regno, quod primogenitus ſuccedat legitimus. Modo natus eſt quidam non legitimus, deinde natus eſt quidam legitimus, deinde legi-

liberalitate noſtra præferre diſponimus, ſi ejuſdem feudi ad nos rationabiliter devoluti ſimul competitores exiſtant, dummodo a conſanguineis tantum noſtræ Curiæ offeratur, quantum ab extraneo eſt oblatum. Si tunc nos, * vel in demanio noſtro feuda ipſa tenere velimus, vel aliis ex mera liberalitate donare, (*a*) injuriam nullus ſibi fieri exiſtimet, ſi quod

* Additio. *Vide Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æſtiva. Affl. decis. 392. num.* 20. De Botris.

(a) *Injuriam nullus.* Argumentum contra, quod fiat injuria, ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. pen. Altercationem in Magna Curia magnam habuimus de aſcendentibus, qui ſine dubio liberis non ſuccedunt in feudis noviter acquiſitis, ut ſupra de fiſc. ſuc. for. l. 1. in principio. An ſuccedant in feudo quaternato avito, ſive paterno, maxime quando tale feudum obveniſſet deſcendenti filio, vel nepoti, de cujus ſucceſſione agitur ex alia parte, quam unde eſt parens, qui ad ſucceſſionem venire contendit, ut v. g. filius habuit feudum ex ſucceſſione matris vel alterius de materna linea, & pater vel alius deſcendentium de linea paterna petit ſuccedere in hoc feudo, vel econverſo. Si ſimiles terminos ponamus in matre, & facit pro aſcendentibus ſuperior ex collaterali, &c. ubi dicitur, quod ſtatim frater & ſoror in capillo ſuccedit, excluſo etiam communi patre ſuperſtite; colligitur ergo, quod ubi non eſt frater vel ſoror in capillo, non excluditur pater, ut argum. ff. de teſti. l. ex eo. Simile eſt quod ponitur de iſto verbo excluſo. C. unde vir & ux. l. 1. Item ſimiliter per ſubauditum contrarium intellectum, facit pro eis præalleg. l. 1. de bo. for. ubi littera ita jacet, forjudicatorum bona veluti damnatorum, ſi liberos vel parentes uſque ad tertium gradum non habent, fiſci noſtri commodis volumus vendicari, niſi feuda ſint filiis ex conceſſione noſtra, vel alio juſto titulo acquiſita, in quibus aſcendentes liberis non ſuccedunt. Si autem &c. ſequitur ergo quod ſi feuda eſſent avita, ſuccederent aſcendentes: cum enim ponendo primo regulam forjudicatorum bona, &c. generaliter omnia comprehendat, ut ff. de verborum ſignific. l. bonorum, tam non feudalia quam feudalia quæſita, videlicet, & avita, & excipiendo poſt modum niſi feuda, &c. de feudis quæſitis tantum excipit, non poteſt videri ſenſiſſe in ſuperioribus de avitis, ut ff. de fun. inſtr. l. quæſitum, §. idem reſpondeo immo per exceptionem iſtam remanet ſuperior regula in avitis, a rebus ceteris magis firma, ut in Authen. de non alien. §. ut autem, collat. 2. Si hoc namque habuiſſet conſtitutio pro conſtanti, quod nunquam in feudis aſcendentes ſuccederent, ſtultum fuiſſet exprimere, quod ubi ſupereſt frater & ſoror in capillo, pater excluditur, & quod in feudis quæſitis aſcendentes liberis non ſuccedunt, ſimile, ff. a qui. appel. non licet, l. 1. in principio, & maxime ſit in ceteris caſibus, quoniam videtur in aliis permittere quod ſuccedant, ut arg. ff. ſolu. matr. ſi cum dotem, 1. reſp. Item adhuc videtur magis expreſſum pro eis ſupra in præalleg. tit. de bo. for. l. ſi quando, §. ſane, ubi dicitur, quod ſi forjudicatum a Comite vel Barone feudum tenere contigerit, ipſo parentes vel liberos non habente, feudum revertitur ad eum, a quo ipſe forjudicatus tenebat. Reſtat ergo quod ſi haberet parentes, ipſi præferrantur domino feudi. Item ad idem ſupra de ho. ba. poſ. tertam bo. de. l. ſi quando, §. etſi contigerit, ubi dicitur, quod dominus feodi ſuccedit, cum nullus omnino ſupereſt defuncto, de his, qui aliter poſſent ad ſucceſſionem ejuſdem ex deſcendenti, vel aſcendenti, vel collaterali linea ab inteſtato venire. Facit etiam pro aſcendentibus ratio miſerationis, vel pietatis: nam ordine turbato ſuccedit Bulgara nato, ut ff. unde lib. l. ſi ſcripto, in fi. & ff. de inoffi. teſta. l. nam & ſi parentibus, in principio, & ſic videtur, quod in ſolatium amiſſi filii parentes hereditatem habeant hujuſmodi luctuoſam, ut ff. de jure dotium, l. jure ſuccuſſum eſt, C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus ſub cond. fact. l. 6. Ultimo facit pro parentibus optimum ſimile argumentum, quod licet olim jure digeſtorum liberto ſine liberis mortuo, in prioris etiam ante patrem patronus ſuccederet, ut ff. de bo. libe. liberto ſine liberis, & ff. de ſuis & leg. hered. l. inteſtato, in principio; hodie tamen per Juſtinianum pater liberti patrono præfertur, ut Inſtit. de ſervi. cogna. §. 1. in fi. & no. Azo in ſumma, C. de bon. libe. in fi. & no. de bon. poſſeſ. contra tab. quæ datur patrono præterito, §. quod dixi. Nec obſtat patri, quod pro exheredatione ponitur: quia feudum ex alia parte, videlicet, materna obvenerat filio decedenti; quoniam poſtquam feudum matris pervenerat ad filium, factum eſt patrimonium filii ac aliis filii rebus confunditur, ita quod nec nomen feudi materni amplius remanet, ſed amodo filii hereditas eſt dicenda, ut arg. C. de inoffic. teſt. l. ulti. in fi. & ff. de acq. her. l. per procuratorem, alias incipit, ſi pupillus, in fi. & no. in gloſſa ord. ff. de ſeparat. l. 1. §. præterea, aliter diceretur filius habere unum patrimonium de rebus propriis, & aliud de maternis: quod propterea non dicetur, quia unius duo eſſe patrimonia non videntur, ut ff. de excuſat. tutorum, l. juriſperitos. §. cum oriundum. Ex adverſo contra aſcendentes faciunt jura expreſſa, & argumenta, & rationes. Et primum caſus legis eſt expreſſus in colla. 10. de uſibus feudorum, ubi dicitur quod in ſucceſſione feudi talis eſt natura, quod aſcendentes non ſuccedunt, verbi gratia: Pater filio, ut in titulo, de natura ſucceſſionis feudi l. ſucceſſionis, in principio; nec dicunt aliqui, quod liber ille de uſibus feudorum, non obtinent in Regno Siciliæ. Nam ſi bene inſpicias quæcunque per Regni conſtitutionem circa feuda & vaſallos dicuntur, ſicut eſt de feudis non minuendis vel diſtrahendis, de dominis aſſecurandis, de Fellonia, ex guardio & aliis multis abinde proceſſerunt, licet ſuper his conſtitutiones Regni in nonnullis addant articulis, & immutent. Illa etiam conſuetudo in Regno hactenus obtinens, ut filiæ non ſuccederent in feudis, quæ tollitur, ſupra proxi. in aliquibus, &c. erat de illa colla. 10. de uſib. feu. in tit. de his qui feud. da. poſ. §. hoc autem notandum eſt, & de ſucc. feu. l. ſequitur, §. filia. Similiter erat alia olim Regni conſuetudo, ut feuda nullo præſcriberentur tempore, quæ tollitur infra de præſcrip. l. conſuetudine, quæ erat de 10. colla. prædicta in tit. de capi. Cor. l. hæc ſunt capi. §. 1. de prohib. feu. alie. per Fred. l. imperialem, §. 1. non ergo conſtitutio Regni illas corrigeret, ſi liber ille de feudorum uſibus non ſervaretur in Regno, ſicut dicimus quod ſervus non dicitur capite minutus, quia caput non habet ff. de cap. di. l. liberos, in fi. nec gradus dicitur rumpi, qui eſt nullus, ut ff. de injuſto te. l. nam etſi in medio. & ſic patet quod in hac parte cum nihil conſtitutio Regni vel approbata Regni conſuetudo de ſucceſſione aſcendentium innovet, & ubicunque aliquid non mutat, ſervare debemus illud jus antiquum de uſibus feudorum, ut in Auth. de miniſ. of. in ſacra, app. circa fi. coll. 3. utpote jus commune, quia illud Romani ſanxere Principes, quorum eſt pro-

ANDREAS DE ISERNIA.

legitimatus eſt ille, qui non erat natus legitimus, quæritur quis debet ſuccedere? dic, ille, in quem primo hæc duo concurrunt ſimilia, ſcilicet qui eſt primo natus ſive genitus legitimus: & ita ſervatur, argum. l. quoties, & ibi extraordinarie habetur C. de rei vendicatio. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa ibi prope finem, ibi, excluduntur. Iſtud dictum non procedit, ſi bene advertas, per l. quoniam novella, in fi. C. de inoffi. teſta. & dic, ut ibi extra ordinem no. & per l. ut liberis, in fi. C. de colla. & dictum eſt ſupra l. proxi. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa, ſed nunquid, ibi, lege ſcripta. Tamen repro-

quod ad jus noſtrum juſte devolvitur, vel retineamus nobis, vel aliis, qui a nobis præ- ſtolantur beneficia, conferamus.

De

proprium, communem ſtatuere legem, ut in Auth. de inſtrumento, caute. §. quia igitur, collat. 6. & in Auth. de raptu virgin. in princ. colla. 9. & ideo multæ authenticæ ſicut auth. ſacramenta puberum, & auth. omnes peregrini, &c. & aliæ pluſes de illa colla. 10. ſicut & de aliis 9. coll. redactæ ſunt in C. ubi, videlicet, viſum fuerit quod aliquid adjicerent vel mutarent. Item contra aſcendentes eſt conſtitutio præſens, quæ certos gradus, lineas, & perſonas vocat ad ſucceſſionem in feudum, ut patet ex ſerie litteræ, & cum in eis non numeret lineam aſcendentem, nemo ipſam ambigat excludendam, ut probatur. C. de ſecun. nup. l. 1. ad fi. C. de inceſt. nup. l. ſi quis inceſti. Cum enim conſtitutio iſta ſit permiſſoria certarum, ſcilicet, linearum, & perſonarum, ut diximus, prohibet ergo in aſcendentibus & ceteris, quos omittit, ut ff. quod cujuſque univer. no. l. nulli, & de colle. illi. l. 3. §. in ſumma, adeo quod talibus, quibus lex deficit, nec utilis actio danda erit, ut ff. ſoluto matr. l. ſi vero, §. de viro. Sic econverſo dicimus, quod quando edictum eſt prohibitorium ſuper certis, permittit in ceteris, ut ff. de procura. mutus §. 1. & accedunt ad illa vulgaria jura, quod in uno permittitur, in aliis prohibetur, & ſi aliud voluiſſet legislator, aliud dixiſſet, & quæ notabiliter ſunt, niſi exprimantur, videntur eſſe neglecta. Item eſt contra aſcendentes, quia quoties res, quæ conceditur alicui, & heredibus ſuis, ejus eſt conditionis, ut deficientibus heredibus ſuſcipientis, in alium tranſeat, vel revertatur ad dantem, ſicut eſt feudum, cujus conceſſio nulla eſſet, ſi nunquam eſſet ad dominum reverſurum, ut in 10. colla. de uſi. feu. in tit. de appell. feu. l. ſi clientulus, circa medium, intelligimus ibi appellatione heredum tantum liberos contineri, ut verbi gratia, quando teſtator heredi mandat per fideicom. quod ſi ipſe ſine herede moriatur, reſtituat Sejo hereditatem, qui caſus ponitur. ff. ad Trebell. l. ex facto, §. penult. & ibi in gloſſa ordinaria notatur expreſſe pro feudo, quod ſi concedo tibi feudum & heredibus tuis, videatur tantum de filiis intellectum, alias duraret ſine fine: quia raro contingeret quod decederet ſine herede, cum ſaltem fiſcus ſuccederet, ut ibi in gloſſa ordinaria dicitur. Simile dicitur in uſufructu, qui reverſurus eſt ad proprietatem, ut ſi concedatur alicui & heredibus, de filiis tantum intelligatur, ut ff. de uſufruc. ac. l. ſi quis Titio, ſecundum unam lecturam. Simile etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica, quæ eſt ad eccleſiam reverſura, ut in Auth. de non alienan. §. emphyteuſim, colla. 2. Simile etiam in liberalitate Principis communiter pluribus facta. C. ſi liberali. Imperi. ſo. l. unica, lib. 10. ſecundum primam lecturam. Nec putet aliquis diſſonum, heredum appellatione filios vel liberos ſignificari, quoniam his tribus nominibus, ſcilicet heredum, filiorum, & liberorum, lex indifferenter & promiſcue utitur, quaſi æquipollentibus, ut patet, ff. de don. cau. mor. l. Seja, circa principium. Sed quis forſan objiceret, quare ergo ſi tantum intelligatur de filiis liberis in ſucceſſione feudorum ex collaterali, frater fratri ſuccedit in feudo avito, ut ſupra §. ex collaterali alicui, ut patet per ſuperſtites? Reſpondeo, quod frater ſuperſtes, non videtur habere a fratre mortuo, ſed a patre, vel ab alio de ſuperioribus, cujus fuerat primo feudum, ut ff. de interd. & relega. l. eum qui. in fi. Item eſt contra aſcendentes, quod cum feudum obvenerit filio deſcendenti ex alia parte, utputa matris, ſicut poſitum eſt in themate quæſtionis, non eſt admittendus ad ſucceſſionem pater, vel alius, qui non eſt parens ex alia parte, ut argumen. ff. de legat. 2. cum ita. alias incipit, omnia, §. ult. prout eſt ibi litera, qui ex eo, &c. & ff. de mune. & hono. l. vacatio, & C. de legit. hered. l. de emancipatis. §. exceptio, ff. ad Car. cum fine, in fi. ubi dicit propter fratris ex alia matre nati, &c. ne feudum, quod certæ perſonæ affectu datum eſt, hoc ad heredes ejus exteros tranſire videatur, ut argum. ff. de ſervi. leg. l. pater filiæ, in fi. Nec tale feudum poteſt avitum in hac parte cenſeri, quia ubi de ſucceſſione agitur, illud intelligitur avitum, vel paternum, quod fuit illius patris, qui fuit agnationis communis tam defuncto, quam ſuperſtiti, qui vult ad ſucceſſionem venire, ut patet in 10. collatio. de gradi. ſucceſſio. in feud. l. per ſucceſſionem, §. his vero. Item eſt contra aſcendentes, quoniam feudum nihil aliud eſt, quam quoddam beneficium perſonale, ut patet in præalleg. coll. 10. in quibus caſibus benefi. amit. l. Obertus, cui videlicet perſonæ inſpicientis, utpote, promerentis conditio locum facit, feuda enim honore & amore perſonæ, non propter pecuniam conceduntur, ut in præalleg. 10. collatio. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ, reprobando, l. ſi quis obli. & hoc eſt quod jure Romano, dicitur annonas publicas, non tam titulis dignitatum, quam ſingulorum virorum meritis attributas, ut C. de annonis civilibus, l. 1. lib. 11. deficit ergo tale beneficium deficiente perſona, ut ff. de regu. jur. l. in omnibus, ut ita vel non egrediatur perſonam, nec ad heredem tranſeat, ut ff. de conſtitution. principum, l. 1. in prin. & ff. de reg. jur. l. privilegia, vel ſi egrederetur, non niſi ad filios protendatur, ut ff. ſolu. matrimo. l. etiam, in princ. cum concord. & ibi eſt de hoc gloſſa ordinaria circa feuda. Et eſt ratio ſpecialitatis in filiis: nam cum parentum memoria ſive perſeverantia relinquatur in liberis, ut ff. de verbo. ſignificatio. liberorum, in fi. non intelligitur perſona deficere remanentibus liberis, & ſic beneficium perſonam tranſgreditur, licet in liberos tranſferatur, qui ſunt pars corporis parentum ſuorum, ut C. de agrico. & cenſ. l. cum ſcimus, §. ult. lib. 11. & una & eadem vox & perſona cenſetur cum eis, ut dicunt jura notata. Simile eſt reperiri in juribus libertorum, quæ manumiſſoris perſonam reſpiciunt. In hac quæſtione ſentimus ſalvo conſilio meliori, quod aſcendentes non ſuccedunt in talibus feudis. Nam cum feuda primordialiter proceſſerint ex munificentiis principum, ut patet in Authen. de exhiben. reis §. optimum, colla. 5. pro meritis, videlicet ſingulorum, ut C. de anno. civi. l. 1. in princ. lib. 11. & beneficia principum licet pleniſſimam interpretationem recipiant, ut ff. de conſtitutio. principum, l. ult. tamen non debemus extendere ad caſum, de quo non eſt veriſimile principem cogitaſſe, ut ff. de vulga. & pupil. ſubſt. ex facto circa principium, ſed ſemper in eis attendenda ſit intentio principis concedentis, ut extra de offi. & po. judi. dele. ſuper eo. & extra de arb. cap. expoſita, maxime cum in bonæ fidei contractibus donationis ſpecies non computetur, ut ff. de do. eum qui. Nam non videtur prin-

ANDREAS DE ISERNIA.

reprobatur prima opinio infra eo. in gloſſa magna, in fi. Sed ut poſſit ſalvari utraque gloſſa dic, quod altera gloſſa intelligitur in feodis, quæ pervenerunt ex bonis adventitiis: altera intelligitur in feudis, quæ pervenerunt filio ex largitate Principis. Bartholomæus de Capua.

In §. filiæ autem in capillo. Textus iſte exponit ſeipſum: quia dicit quod illa dicitur eſſe in capillo, quæ poſt mortem patris remanet in domo, & ita clarius exponitur 10. colla. quæ fuit prima cauſa, §. præterea. Bartholomæus de Capua.

In verbo excludunt. Quid ſi pater habens feudum deceſſerit, relicta filia unica, & dotata, an ſuccedat in feudum? videtur quod ſic, per iſtum textum, cum dicitur hic, quod filia major ſi ſit dotata de aliis bonis, excludit minorem in capillo exiſtentem, ubi ſola eſſet dotata de bonis patris videtur quod ſuccedat. Bartholomæus de Capua.

In

De filiis clericorum.

TITULUS XXVIII.

Filii clericorum, qui non poſſunt de jure in bonis paternis, vel maternis ſuccedere, recipiant ipſa bona, mortuis parentibus, a Curia, titulo locationis, ſub certo annuo reditu, de quo teneantur annis ſingulis, in feſto Natalis domini, Regiæ Curiæ reſpondere, nec bona ipſa poſſunt devolvi ad alias, vel alias alienari per parentes eorum, niſi

---

princeps voluiſſe quando conceſſit feudum, quod aſcendentes ſuccederent contra commune votum parentum, ut dicit notabilis lex, quæ determinat quæſtionem. ff. ſi quis omi. cau. teſta. l. Julianus, in fi. & iſta irrefragabilis ratio forte movit illum legislatorem, qui ſtatuit in libro de uſibus feudorum, quod natura ſucceſſionis feudi eſt, ut aſcendentes non ſuccedant. Diſplicet ergo illorum ſententia, qui aſcendentes in hac parte ad

---

ANDREAS DE ISERNIA.

In gloſſa, in omnibus, circa finem. Super illa gloſſa vide quod notatur ſupra ead. l. in gloſſa, quæ incipit, ua generali præſumptione. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa, injuriam. Tota illa magna gloſſa non continet aliud niſi diſputationem, utrum pater, vel alii aſcendentes ſuccedant filiis in feudis avitis, quia in quæſitis noviter non eſt dubium. Bartholomæus de Capua.

Quæro an patruus ſuccedat nepoti? in quo concludo quod ſic, quia caſus eſt expreſſus de jure communi feudorum, quod patruus in feudo ſuccedat nepoti, in c. 1. Imperat. Loth. quod non videtur eſſe correctum per hanc conſtitutionem Regni, Ut de ſucceſſionibus, tum quia iſta conſtitutio reſtringens aliquid in feudi ſucceſſione loquitur quæ a Regia Curia, ſive ſub Barone ad Regiam Curiam per excadentiam devolvatur: & ipſa Regia Curia habet illem concedere, non Baro, ut in conſtitutione, Poſt mortem. Quia Imperator per utilitatem ſuæ Curiæ reſtrinxit in eis aliqualiter ſucceſſionem, quod non debuit facere, quia lex non debet eſſe pro privato commodo, ſed pro publico conſcripta, ut dicit Iſidorus, lib. 5. & ponitur in decretis, primo diſtin. erit autem lex. In aliis autem feudis non quaternatis, quæ ſub Comite tenentur, dicta conſtitutio ſucceſſionem reſtringens non vendicat ſibi locum. Ideo in iis remanet jus commune, ut ſuccedant conſanguinei, quantumcunque remoti, qui tamen de jure ad ſucceſſionem admitti poſſunt, ut notatur ibi in gloſſa, & per Andream ibidem in d. c. 1. Imperat. Loth. & tit. de natu. ſucceſſ. feud. circa medium; tum etiam quia iſta conſtitutio, Ut de ſucceſſionibus, non dicit expreſſe, quod patruus non ſuccedat nepoti, imo cum dicat, quod nepos ſuccedit patruo, non videtur negare, ſed potius includere, quod ſimiliter patruus nepoti ſuccedat, ſicut eſt de communi jure feudorum, ut ſervetur æqualitas. Et quia dicta conſtitutio numerat gradus ſuccedentium, non perſonas, ut patet in litera ibi, in verbo, ulteriori vero gradu, unde ſecundum eam ſicut nepos ſuccedit patruo, qui eſt in tertio gradu, ita patruus nepoti, qui ſimiliter eſt in tertio gradu. Et ſicut filius fratris ſuccedit patruo, nullus diceret, quod filius ſororis in capillo, ſeu non dotatæ non ſuccederet avunculo, vel materteræ, licet dicta conſtitutio non dicat expreſſe, & ita per multas rationes, & jura determinat Andreas in d. cap. 1. Imperatur Loth. cujus opinio æquior videtur quam opinio Marini, ut notatur in dicta conſtitutione, Ut de ſucceſſionibus; hoc etiam notatur expreſſe in ipſius Marini gloſſa ordinaria ejuſdem conſtitutionis, Ut de ſucceſſionibus, ver. ſi autem &c. in gloſſa, quæ incipit, ſed quid econverſo ſi decedat nepos feudatarius &c. Nec obſtat, quod aſcendentes in feudo non ſuccedunt, ut in c. 1. de natu. ſucceſ. feudor. quia tunc verum eſt, quando ſunt aſcendentes illius, cui conceſſio facta eſt, vel etiam illius, de cujus ſucceſſione agitur; ſecus in aſcendentibus, de quorum linea feudum pervenit; ut ſi avus refutat feudum nepotis, ſuccedat ſibi pater iſtius nepotis. Idem quod filius avi refutantis, ut ibi notatur per Andream de Iſernia. Præterea iſte avus non eſt aſcendens, ſed tranſverſalis, & eſt ex aſcendentibus ex illo, vel illo, cujus feudum ipſum fuit, & per quem ſeu quam pervenit ad illum nepotem ſuum. Petrus de Monteforte.

Quæro, nunquid filia ſororis admittatur ad ſucceſſionem avunculi ſui ſine liberis decedentis in bonis feudalibus, quæ fuerunt communis matris, vel etiam patris, non obſtante quod ejus mater, eademque ſoror defuncti dotata fuit de bonis paternis? Licet enim hæc conſtitutio, Ut de ſucceſſionibus, inter alias perſonas, quæ ad feudi ſucceſſionem admittuntur, non enumeret filiam ſororis, ſed tantum filios fratris, ut ibi Andreas de Iſernia dicit in cap. filii autem fratrum, &c. idem eſt in filiabus fratrum, etiam ſororum, cum dicta conſtitutio magis enumeret gradus, quam perſonas. Et ſublata prava conſuetudine admittuntur hodie ad ſucceſſionem feudalium feminæ non extantibus maſculis, ſicut mares. Non obſtat, quod mater ſua, eademque ſoror dotata fuit de bonis paternis: propter hoc enim etiam ipſa ſoror non fuiſſet excluſa a ſucceſſione materna, ubi non fuiſſet maſculus, ut notatur in dicta conſtitutione, Ut de ſucceſſionibus, in ver. filii autem, in gloſſa, ſed quid ſi aliqui, &c. pro quo facit vulgata l. quoniam novella. C. de inoffic. teſta. multo minus in ſucceſſione fratris in bonis fraternis. Quod enim generaliter in jure Longobardo dicitur, quod ſoror maritata & dotata debet eſſe contenta eo quod in die votorum accepit, intelligitur, ubi maritata ſeu dotata eſt de bonis communibus: & frater decedit relictis filiis, vel filiabus, ut notatur in dicta præſenti conſtitutione, Ut de ſucceſſionibus, in ver. conjugatæ autem, & Carolus in Longobarda, de ſucceſſionibus l. ſi pater filiam, aut frater ſororem, &c. & probatur eo. titu. l. ſi quis Longobardo ſe vivente, cum l. ſequen. Sicut enim ad hoc, quod ſoror maritata excludatur de bonis paternis, oportet, quod ſit dotata de bonis patris, & ibi etiam notatur in d. §. conjugatæ, ita ubi agitur de ſucceſſione materna, ad hoc ut excludatur, oportet quod ſit dotata de bonis maternis: cum eadem ſit ratio, & idem jus ſit ſtatuendum in feudo materno, quam paterno, & notatur in hac conſtitutione, Ut de ſucceſſionibus, §. filii autem fratrum, in gloſſa ver. quid ergo dicemus. Petrus de Monteforte.

In prima gloſſa ibi, Vel dic hanc conſtitutionem loqui tantum in feudis quaternatis: & illa communiter approbatur. In aliis autem feudis nobilibus militaribus, ſerventur jura antiqua feudorum, in ruſticanis

niſi quatenus legibus eſt permiſſum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

Sicut accepimus noſtrorum ſervitia ſubditorum, & ipſos quoties expedit, ad noſtra mandata, & beneplacita noſtra in perſonis, & rebus expoſitos invenimus: ita ſpectat ad noſtri culminis dignitatem ipſorum commoda digna proviſione penſare, ut ſi quis defectus impediat auctoritate noſtri remotus edicti, commodum Curiæ noſtræ proveniat, unde noſtrorum fidelium utilitas procuratur. De ordinatio-

ad ſucceſſionem admittunt, utpote oppoſita dicto voto, ut ff. de conditio. & demonſtrat. cum talis, in principio. Non obſtat prima allegatio partis adverſæ, quæ aſſumitur a ſuperiori verſiculo, collaterali, &c. ubi dicit excluſo, &c. nam abſolute dicit excluſo, id eſt, quia ſine dubitatione pater & quilibet aſcendens ſemper a jure excluduntur, ſimilis expoſitio ſit, C. quando non petentium partes, petentibus, &c. l. unica, ſuper ver. ceſſante legitime ſucceſſione, &c. & ſic cum ad tollendam dubitationem exprimatur jus com-

ANDREAS DE ISERNIA.

nis ſervetur jus commune, d. l. ſi quando, & C. locati. l. viam veritatis, & C. de loca. præd. curia. l. prædia. Sed nunquid frater conſobrinus, natus ex avunculo, vel patruo, ſuccedat conſobrino in feudis, ſi non exteot ipſi conſobrino defuncto alii proximiores in gradu, excluſo domino, ſeu Barone, a quo ipſum feudum tenebatur? & reſpondetur, quod ſuccedit, ut probantur hæc de gradibus ſucceſſionum in feud. §. his vero deficientibus. Non obſtat hæc conſtitutio, quæ ponit, & limitat certas perſonas in ſucceſſione feudi, inter quas non nominantur fratres conſobrini: quia hæc conſtitutio loquitur in feudis quaternatis, quæ tenentur in capite a Rege, vel ab alio: non in prædictis feudis militaribus parvis, quæ tenentur e Barone, ut notatur in hac conſtitutione in principio gloſſæ magnæ, licet initium. Nec obſtat, ſi dicto decedenti ſuperſit pater ejus: cum regulariter verum ſit, quod in feudis aſcendentes non ſuccedunt, ut in cap. 1. in principio de natu. ſucc. feu. & in hac conſtitutione in gloſſa 1. in verbo, injuriam. Andr. de Gallo.

In textu in verbo, conjugatæ. Sane intellige conſtitutionem iſtam, quando frater eſt in medio, alias non: quia cum ſit ſtricti juris non eſt extendenda, niſi ad perſonas nominatas, ff. ad municip. l. conſtitutionibus, de offi. deleg. c. cum P. & G. Et eſt ſenſus hujus conſtitutionis, quod ſoror conjugata, & dotata repellitur a ſucceſſione fratris, fratre exiſtente in medio, maxime quando dotata eſt de bonis ejus, de cujus ſucceſſione agitur, alias ipſa ſuccedit excluſis aliis, licet ſit dotata, & ſic intelligenda eſt lex illa, ſi quis ſoo. ſorores, & not. Carolus in l. 1. de eo, quod pater fin. ne. habet te. & ſic ſentiunt omnes periti juris viam veritatis agnoſcentes. Bartholomæus de Capua.

Et circa diſtinctionem prædictam juris Longobardi & Romani vide in prag. Reginæ Joannæ. Diomedes Mariconda.

In gloſſa in verbo, excluſo etiam communi patre. Vide ſuper hoc gloſſam magnam, altercationem &c. & ſupra in principio, & per Andream de nat. ſucc. feu. 1. & 2. col. & ſupra in conſtitutione, Forjudicatorum, & pro iſto intellectu facit, quia mens hujus conſtitutionis fuit arcere ſucceſſionem in feudis, quorum ſucceſſio a principio ſatis arcta fuit, ut in principio hujus conſtitutionis notatur. Et ſic de facili redit ad ſuam naturam, l. ſi unus, ff. de pact. Nec eſt noſtrum extendere leges, imo promptum eſt leges legibus concordare. C. de inoffi. dot. l. 1. Et quia mens concedentis eſt, & fuiſſe præſumi debet, ne feudum ad extraneos devolvatur, quæ potiſſime in hoc inſpicienda eſt, arg. l. Jul. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. ut notatur circa finem gloſſæ magnæ, altercationem, &c. & hic per Andream.

In gloſſa in verbo habeant. Prima opinio generaliter obſervatur ſic, & a curia plures litteræ emanarunt, & vide Andream in c. Imperator Loth. ubi dicit, quod in Reg. facta fuit interpretatio, quod patruus non ſuccedat, ſed eam reputat iniquam.

In gloſſa magna finali in verbo, injuriam, in fine ibi, vel adhuc melius ab illa regula. Non obſtat & alia ratione: illa enim conſtitutio inducit unum novum contra leges veteres ſpeciales, ſcilicet, quod bona forjudicatorum, vel damnatorum fiſco vendicantur: quod eſt contra regulam juris communis, quia bona damnatorum non fiunt lucro judicibus, nec fiſco vendicantur, ſed veniunt ad aſcendentes, & deſcendentes uſque ad tertium gradum, ut in Auth. ut nulli jud. §. ult. licet per contumaciam poſt annum perdentur bona etiam ex jure, ff. de requir. reis, l. anni ſpatium. At hic perduntur propter condemnationem, unde quia hoc novum, & ſpeciale inducitur per illam conſtitutionem contra ſucceſſores, qui eſſent alias ſucceſſuri forjudicato; Imperator, illius conſtitutionis conditor, ne videatur rapax, & inhians alienæ fortunæ, vel ſubſtantiæ quod eſſet contra Imperialem modeſtiam, arg. C. de mune. pat. l. profeſſio, & per quandam humanitatem, quæ proprie debet adhærere principibus, C. de dona. inter vir. & uxo. l. fin. in fi. admiſit parentes ad ſucceſſionem in feudalibus acitis, ſive antiquis: in quibus plus juris habent ſucceſſores, quam in aliis, ff. de interd. & releg. l. 3. quod de jure communi non eſſet. Alias gravantur quidem ſucceſſores, quia in caſu forjudicationis publicentur bona, quæ alias eſſent perventura ad eos. Et relevantur in hoc, quia parentes ad ſucceſſionem admittuntur, qui alias non admitterentur. Et ita qui in uno gravetur, &c. Et eadem æquitate, & ratione admiſit Imperator liberos forjudicatorum in viriles portiones cum fiſco, ut in dicta conſtitutione. Quod alias non eſſet, ubi publicantur bona propter crimen, quia in totum heredibus auferuntur, ut in Authen. de inceſt. nupt. §. 1. C. ad legem Juliam majeſt. l. fin. licet per leges veteres haberetur alia diſtinctio in dividendis bonis damnatorum, ut ff. de bonis damna. l. 1. Nec obſtat & alia objectio de verbo, excluſo, ut ſupra dicitur: quia ſane intellige, qui de jure communi excluditur, & repellitur. Sic etiam dicitur deſinere, quod non incipit. ff. uſusfruc. quemad. cave. l. 3. §. deſinere. & alibi dicitur perdi, quod non habetur. 16. q. 2. §. ex his & quod iſti non ſuccedent in feudis, vidi in conflictu ſapientum terminari. Bartholomæus de Capua.

De filiis clericorum. Rubrica.

Sicut *accepimus*. Providet inceſtuoſis, quod non ſuccedant patri, in Authen. quibus modis natur. effician. ſui, §. fin. C. ad Officia. l. ſi qua, in gloſſa, nam

Digitized by Google

tione igitur noſtra procedit; ut quia filii clericorum in paternis, & maternis bonis, vel rebus pro legitimo defectu natalium jus ſucceſſionis amittunt, beneficio Curiæ de poteſtatis plenitudine, quam habemus, ſubveniatur eiſdem: ut ea, quæ per ſucceſſionem habere non poſſunt, jure locationis a noſtra clementia recognoſcant. Quare mandamus quatenus per totam juriſdictionem tuam, in quibuslibet Civitatibus, Villis, & Caſtris, ſuper poſſeſſionibus, quæ paterno, vel materno jure debentur filiis clericorum, objectione prolis illicitæ non obſtante, certum & annuum reditum, videlicet, pro quantitate rerum adjici facias, ſicut commodius videris expedire. Deinde de auctoritate noſtræ Curiæ, filios clericorum in ſarcinam paternarum, & maternarum rerum, & poſſeſſionum immittas, ſalvo certo, & annuo reditu, de quo teneantur annis ſingulis, in feſto Natalis Domini noſtri, Curiæ reſpondere. Itaque ſi in conſtituto cenſu defecerint, a paternis, & maternis bonis penitus excludantur. Adjicimus inſuper, ut donec parentes ipſorum vixerint, niſi de bonis, & poſſeſſionibus ſuis cenſuerint, † vel ſpontanea voluntate bona, & poſſeſſiones ſuas libere teneant; uſque ad obitum eorundem. Cenſu in quaternionibus Curiæ nihilominus annotato, quem filii, poſtquam ad eos paterna, & materna bona pervenerint, noſtræ Curiæ ſolvere teneantur, nec bona ipſa poſſint devolvi ad alios, vel alias, vel alienari in præjudicium filiorum per parentes eorum, niſi quatenus noſtris legibus eſt permiſſum.

† *Alias, bonis ceſſerint.*

De

commune non lædit, ut dicit regula juris, quæ dubitationis, &c. Item non obſtat ſecunda allegatio, quæ fit per ſubauditum intellectum illius l. forjudicatorum, quia ſubauditus intellectus, quando abſurditatem inducit, ſervandus non eſt, ut C. de conditio. inſert. l. 2. Vel licet in exceptione illa, niſi feuda &c. ſpecificet de feudis quæſitis, ubi tamen ſubjungit in quibus, &c. facit relationem de ſpecie ad genus: in quibus ſcilicet feudum, ut ſic ſit relatio ſimplex, ſicut, C. de injur. l. dominum, & leges concordent legibus, ut in Authen. de exhiben. reis l. fin. & C. de inofficio. dom. l. unica, ne ſe ad invicem deſtruant, ut in Authen. quibus mod. natur. effic. ſui, §. tribus coll. 7. Vel adhuc melius ab illa regula, in qua generaliter forjudicatorum bona, &c. excipit feuda: dicendo, niſi feuda ſint, & ibi fac punctum, & continua feuda, dico liberis ex ſucceſſione noſtra, vel alio juſto titulo acquiſita: ſic iſtud adjectivum, acquiſita, non regatur ex parte poſteriori a verbo, ſint, ſed ex parte anteriori, determinando illud ſubſtantivum, feuda: & ita non notat hic differentiam inter nova & antiqua feuda: ſed dat intelligere, quod largiter excipit de omnibus feudis, quomodocunque ad filios pervenerint.

A N D R E A S D E I S E R N I A.

nam eis de plenitudine poteſtatis ſubvenit: ſimile verbum in Papa, extra de electio. cap. 1. illa, non obſtante legitimæ prolis defectu, conceduntur eis per Curiam bona paterna, & materna ad certum annuum reditum, ſeu ſervitium: ſed vivente clerico patre, non cogetur ei pater dare aliquid, quia etiam non tenetur eos alere, dicto §. fina. Hæc conſtitutio parum valet, quia bona clericorum ab inteſtato morientium, non perveniunt ad fiſcum, ſed ad eccleſiam, cui ſerviunt, extra de ſucceſſio. ab in. cap. primo, & ſecundo, & diximus, ſupra de offi. ma. Cap. l. præſenti, poſſent tamen aliquo juſto titulo donationis, vel ſimilis ad fiſcum regium pervenire: & tunc locum haberet hæc conſtitutio, in qua ſatis eſt benignus hic Dominus Imperator, quia naſci de adulterio non eſt culpa ejus, qui gignitur, ſed gignentis. 6. diſtinctio. cap. naſci; hi ſpurii non poſſunt eſſe notarii, vel judices, aut milites, nec naturales etiam, aut villani, aut angararii, infra qui judices & notarii eſſe non poſſunt, l. prima. A teſtimonio autem non invenio eos repelli, cum edictum de teſtibus ſit prohibitorium, ff. de teſti. l. 1.

Additio. *Adde Card. Zabar. in c. cum oporteat, in 2. oppo. de accuſ. Abb. in c. 1. in 2. not. de teſti.*

Quamvis notarius teſtis ſit, ff. de teſtam. l. Domitius, non tamen convertitur, quod teſtis ſit notarius, ſi tamen alias eſſet vilis conditionis, aut villani, aut angararii non eſſent teſtes contra Comites, & Barones, in conſtitutione, Proſequentes. Magis tamen videtur obſtare, quia hujuſmodi filii manere debent in ſervitute eccleſiæ, de qua fuit ſacerdos, vel miniſter ille, de quo nati ſunt, 15. q. 8. c. cum multæ, in fi. Servus autem non poteſt eſſe teſtis, ff. de teſti. l. ſervi. 1. reſpon. & quando admittitur non ſine tormentis recipitur, ut l. ob carmen. §. ſi ea. eod. tit. Et eſt ſervitus legalis, ſcilicet, a canone inducta. Sic & de matre horum ſpurii concubina clerici, 32. diſt. c. eos. Dictum vero c. naſci, excuſat hujuſmodi genitos, quod non ſunt in culpa, ergo non erunt in pœna. C. de pœnis, l. ſancimus. Servitus autem grandis pœna eſt, quia morti equiparatur. ff. de condi. & demon. l. intercidit. Nam ſervi pro nihilo reputantur, ff. de reg. jur. l. ſervi. Propter hoc forte poſſet dici, ut ſerviant eccleſiæ, & ſint grati, alias geniti; cum ille, qui eos genuit, ab ea beneficium habuerit, non ut ſint ſervi; vel erunt in ſervitute eccleſiæ, quia eccleſia ſervabit eos propter ſervitia, & gratitudines, quas facient ei. Ut hi ſervi dicantur a ſervando, Inſtito. de jure perſo. §. 1. Vel quia ipſi ſervabunt honorem dictæ eccleſiæ. Vel non utimur, vel uti videmus eccleſias dicto jure, immo in contrarium, & ſic per deſuetudinem a contrario uſu abrogabitur dictum jus, C. de veteri jure enucleao. l. 1. §. ſed & ſi lege, & Inſtit. in proœmio, & ff. de legibus, de quibus, in fi.

S*icut accepimus*. In textu ibi, percuſſionem habere non poſſunt. Hanc conſtitutionem intellige poſtquam dicti filii legitimati ſunt per Regem, ut paret in litteris legitimationum, quæ per curiam conceduntur. Bartholomæus de Capua.

De rebus ſtabilibus non alienandis Eccleſiis.

TITULUS XXIX.

Non. *Adduas ex ſententia legis.* VARIUS. *Prohibentur poſſeſſiones, unde non debetur reditus Curiæ, legali, vel quolibet titulo tradi Eccleſiæ, vel alicui religioſo loco, niſi ex æquali cauſa permutationis: quod ſi ſecus fieret, cogeretur Eccleſia infra annum vendere, vel locare alicui de proximis defuncti, vel de Burgenſibus: quod ſi infra annum facere prædicta diſtulerit, ipſæ poſſeſſiones poſt annum, fiſci commodis applicentur: de rebus mobilibus, quantumlibet pretenſis poteſt ipſis religioſis locis relinqui. Hoc dicit*, Lallus de Thuſcia.

(IDEM) FREDERICUS IMPER.

PRædeceſſorum noſtrorum veterum Principum Conſtitutionem, quam antiqua turbatio præteriti temporis antiquarat, nova promiſſione novantes, edicimus, quod nulli ſubjectorum noſtrorum Clerico, vel Laico liceat Domibus Templi, vel Hoſpitalis, ſeu cuilibet alii loco religioſo, de quo noſtræ Curiæ certum ſervitium minime debeatur, poſſeſſiones hereditarias, vel patrimoniales vendere, vel donare inter vivos aliquo donationis, niſi ex æqualis cauſa permutationis transferre. Ceterum ſi in ultima voluntate aliquem de prædictis locis heredem inſtituerit, tunc Domus, quæ inſtitutionem, vel legatum acceperit, teneatur infra annum alicui de proximis defuncti, vel de Burgenſibus noſtris relicta ſtabilia vendere; at ſi ultra annum facere prædicta diſtulerit, poſſeſſiones ipſas poſt anni lapſum Fiſci noſtri juribus volumus applicari. De rebus autem quibuſcumque mobilibus, quantumcumque precioſis, relinquendi prædictis Domibus, & aliis religioſis locis concedimus facultatem. CIↃCCXXXVIII.

DOMINICI ALFENI VARII J. C.

COMMENTARIUS.

SUMMARIUM.

I. PRæfatio.

II. Conſtitutionis genuina ſententia ex integro contextu eruitur.

III. Corruptum hujus Conſtitutionis exemplar affertur.

IV. Cui exemplari fidendum? Adverſus eos etiam agitur, qui fictum utrumque Conſtitutionis exemplar putarunt.

V. Serrai, atque Airoldi opinio, Conſtitutionem hanc ad Normannorum Principum leges eſſe referendam, refellitur.

VI. Hæc Friderici Imperatoris Conſtitutio referenda eſt ad Byzantinos Imperatores. Codicis Tarentini notitia, & auctoritas.

VII. Primus Romanus Senior Imperator legem tulit: Ut æſtimationes, & pretia fundorum legatorum, non ipſi fundi Eccleſiis darentur. Caput VIII. ejus legis refertur.

VIII. Nicephori Phocæ Imperatoris Conſtitutio refertur, & explicatur; qua loca Eccleſiaſtica noviter conſtrui interdicitur.

IX. Ejus Conſtitutionis occaſio e ceteris hujus Imperatoris Conſtitutionibus eruitur.

X. Nicephori Phocæ Imperatoris Conſtitutio a Baſilio II. Imperatore abrogatur. Hujus Imperatoris Conſtitutio refertur. A Manuele Comneno Imperatore reſtituitur. Nicetæ Choniatæ locus de ea re inſignis.

XI. Quo tempore Romanus Senior, & Nicephorus Phocas imperaverint. Idem de Baſilio II., & Manuele Comneno Imperatoribus. Nicephorianæ Conſtitutionis dies ſupputatur; Fridericianæ conjicitur; utraque conſcetur.

XII. Andegavenſium Regum Capitula Fridericianam Conſtitutionem violant: Carolum Roberti Regis filium eandem obſervandam voluiſſe, illuſtre documentum profertur.

XIII. Ordinis, Populique Neapolitani petitiones: De rebus non acquirendis ab Eccleſiis. *FERDINANDI IV. optimi Regis ea de re leges, quæ in Fridericianæ Conſtitutionis ſententiam incidunt, eamque reſtituunt.*

I. COmmentariorum ad libros tres Conſtitutionum Regni Siciliæ, quos ſummo ſtudio parare contendo, partem aliquam hoc loco edere jubet Magiſtratus auctoritas. Nam quum e Republica eſſe, optimus FERDINANDUS IV. Siciliarum Rex putaviſſet, ut Ordinibus Eccleſiaſticis ſtabilia bona amplius acquirere interdiceretur; Friderici II. Imperatoris ac Siciliarum Regis: *De non alienandis rebus Eccleſiis*, diu obliteratam Conſtitutionem reſtituit, & inſtauravit. Magna enim animorum contentione noſtris temporibus diſputatum eſt: an jure Ordo Eccleſiaſticus, & Monaſticus ad ſtabilia, ut ajunt, bona acquirenda, utatur. Quod & alii affirmarunt, exquiſitiſque rationibus confirmare ſtuduerunt. Alii aperto marte negarunt, & magno niſu contra aſſerta iverunt; magnum ex ea re detrimentum pati Rempublicam contendentes. Non novum certe diſputationis genus. Nam quum noſtra cum veteribus confero, ſapientiſſime invenio apud eos conſtitutum, atque obſervatum; ut quum coloniam deducerent, aliquantam agri partem ſacram facerent, terminiſque conterminarent: neque ultra eos terminos progredi dabatur: ex ejus fructibus ſacrificia habebant, Flamines, Sacerdoteſque alebant. At id inſtitutum ſapientiſſimi etiam viri improbarunt. A Platone primum latum interdictum retulit Cicero de LL. II. *Ne quis agrum conſecrato.* Sed contrariam valuiſſe conſuetudinem, agroſque fuiſſe publice, privatimque conſecratos, Petrus Burmannus *Diſſert. de Vectig. Pop. Rom. cap. VII. pag.* 100. Turnebus *ad eum locum Ciceronis* docuere. Religione ſanctiſſima Chriſtianorum publice ſuſcepta, antiquitus exceptum inſtitutum evanuit, indiſcriminatim datum eſt Eccleſiis quocumque legitimo jure acquirere. Fuere, ut ſunt, qui hoc inſtitutum laudarunt, alii improbarunt; ex eo minui Reipublicæ commoda pronun-

ciar-

ſtantes; & quum alter alterum ſuadere non poſſet, vexarunt ſe omnibus contumeliis. Qua variatate ſententiarum Principes etiam in legibus laborarunt ſuis. Quod omne adjectus hic Fridericianæ Conſtitutioni Commentarius demonſtrabit.

II. Sententia Conſtitutionis hæc eſt. Conſtitutionem veterum Græcorum Imperatorum, quæ poſt pulſos a Calabria, Apulia, ac Sicilia Græcos, obtentumque a Normannis Imperium in deſuetudinem abierat, reſtituens Imperator, edicit: Nemini licere, cujuſcumque conditionis is fuerit, locis religioſis, Eccleſiis, ſive Monaſteriis res patrimoniales, ſive hereditarias, quæ tamen feudales non ſint, pro quibus ſervitium Curiæ non debeatur, vendere, vel donare, vel aliquo titulo ad Eccleſiarum dominium transferre. Ceterum ſi teſtamento quis rem, vel fundum Eccleſiæ, Monaſterioque reliquerit, vel eam, idque heredem inſtituerit; tunc Eccleſia, vel Monaſterium, infra annum, rem legatam teſtatoris agnatis, vel proximis, vel municipibus vendere tenetur, & pretium, æſtimationemque accipere. Quæ ſi vendere per annum diſtulerit, res ipſa relicta, legatave Fiſco Regio addicatur. Res vero mobiles quantivis pretii Eccleſiis, vel Monaſteriis dandi, donandive teſtamento, vel quocumque titulo facultas non interdicitur. Hæc Conſtitutionis ſententia, quæ ab exemplari bonæ notæ exprimitur. Codex hic, a quo hoc exemplar traximus, apud Chartuſianæ Familiæ Patres S. Martini Neapolis diu latuerat; tandem inventus, dectuſque editionem præfert Neapoli anno 1475. Ferdinando Arragonio regnante. Curavit eum edendum Franciſcus Tuppi, qui eidem Ferdinando Regi dedicaverat. Exemplar integrum hujus Conſtitutionis ab eo Codice exemplatum primus omnium vulgavit J. Andreas Serraus in *Adnot. ad Steph. Patritii Conſultationem: De Renunciationibus Monialium, & Amortizatione Bonorum*, pag. 143. *edit. an.* 1767.

III. In ceteris omnibus vulgatis Codicibus tam fœda, corruptaque ea Conſtitutio legitur, ut ejus ſententiam in obliquiorem partem, certum ſit fuiſſe detortam. Ponam hic corruptum exemplar, & quicquid in contextu ab impoſtoris manu illatum fuerit, diverſa litterarum forma adnotabo: *Prædeceſſorum noſtrorum veterum Principum Conſtitutionem, quam antiqua turbatio præteriti temporis antiquarat, nova proviſione novantes, edicimus; quod nulli ſubjectorum noſtrorum Clerico, vel laico liceat* (de) *domibus templi, vel hoſpitalis, ſeu quolibet alio loco religioſo, de quo noſtræ Curiæ ſervitium minime debeatur, poſſeſſiones hereditarias, vel patrimoniales vendere, vel donare inter vivos,* (ſeu) *aliquo donationis* (modo), *niſi ex æquali cauſa permutationis transferre. Ceterum ſi in ultima voluntate aliquem de prædictis locis heredem inſtituerint,* (vel aliquod ſibi legaverint) *tunc domus, quæ inſtitutionem, vel legatum acceperit, teneatur infra annum alicui de proximioribus defuncti, vel de Burgenſibus noſtris relicta ſtabilia vendere,* (vel locare). *Quod ſi ultra annum facere prædicta diſtulerit, poſſeſſiones ipſas poſt annum lapſum Fiſci noſtri juribus volumus applicari. De rebus autem quibuſcumque mobilibus quantumcumque pretioſis relinquendi prædictis domibus, & aliis religioſis locis, concedimus* (omnibus liberam) *facultatem.* Cetera, quæ variant, ferenda ſunt: duo hæc de induſtria ſunt adjecta: *de domibus*, deme *de*: & illud *vel locare*, ſuperfluum adjicitur. Ut exemplaria Conſtitutionis, ſic tituli, ſive rubricæ inter ſe diſtant. In genuino titulo legitur: *De rebus ſtabilibus non alienandis Eccleſiis*. In corrupto: *De rebus ſtabilibus Eccleſiaſticis non alienandis*.

IV. Dubium hic oboriri videtur: Cuinam exemplari fidendum, an ei, quod e Tuppii Codice prolatum probavimus, an vulgatis Codicibus, in quibus ut *num.* 3. retulimus, Conſtitutionis exemplar, quod traximus eſt, & corruptum, fœdumque judicavimus. Multa me monent, Tuppii Codici fidem potius, quam ceteris omnibus vulgatis. Principio Arragonios Principes, qui jura hereditario a Suevis petito Siciliarum Regna obtinuerunt, quorum auſpiciis Conſtitutionum Codex primo typis eſt impreſſus, fidem Codicum optimæ notæ ſequutos fuiſſe; legeſque edidiſſe puras, integras, caſtas credendum eſt. Finge, eorum dolo tribuamus; Conſtitutionem hanc, horum imperio fuiſſe interpolatam. Romani Pontifices, qui de ejiciendis e Regno Arragoniis operam omnem, & conſilium præſtiterunt, cauſam potiſſimam Interſerentes, quod cenſum Romanæ Curiæ jamdiu a Normannis Regibus ſtipulatam, ſolvere deſtitiſſent; ſi quid labis adverſus Collegia Eccleſiaſtica in ea Conſtitutione ferruminatum fuiſſet, non certe tacuiſſent, & inter ceteras ejiciendorum Arragoniorum cauſas, hanc potiſſimam evulgaſſent. Alii, iique doctiſſimi viri, quum de ea re, de qua agitur, diſputaretur, coram aſſeruere (nihil enim horum in ſcriptis redactum eſt) utrumque Conſtitutionis exemplar, vel quod integrum volumus, vel quod corruptum dicimus, pro commento exiſtimandum; iique his argumentis pugnabant. I. Hanc Conſtitutionem cum ceteris omnibus non fuiſſe promulgatam anno 1232., quo anno Imperator cum Pontifice in priſtinam redierat amicitiam; neque cum nota, qua ceteræ poſt eum diem publicatæ ſunt N. C. *Nova Conſtitutio*, refertur. II. Stilum Petri de Vineis ea Conſtitutio, ut ceteræ omnes, non redolet. III. In ſententiam ejus Conſtitutionis monimenta rerum judicatarum non inveniri. IV. Neque Gloſſographi ſunt eam commentario proſequuti. V. In Codicibus typis impreſſis non uno, fixoque loco ea Conſtitutio refertur, in aliis enim *tit.* 26., in aliis *tit.* 29. *Lib. III.* recenſetur. VI. In Codice Græco Conſtitutionum Bibliothecæ Pariſinæ, de quo Monfauconius in Palæographia græca, neque ea Conſtitutio refertur. Tandem quod pro maximo exiſtimandum: Carolum inter Catholicum Regem, & Benedictum XIV. Pont. Max. fœdera anno CIƆIƆCCXXXXI. percuſſo, caveri: Bona ante id fœdus abs Eccleſiis acquiſita ad ſemis cenſus fore attribuenda: poſt fœdus percuſſum quæ fuerint acquiſita, ad integrum æſtimatum cenſum cenſenda. *Pragm. I. n. V. Tit. XCIX. tom. II. pag.* 240. Igitur legitimum jus acquirendi eo fœdere dati, certum eſt. Quæ omnia velut indicia dubitandi accipienda potius ſunt, quam argumenta, quæ ſuſpectam Conſtitutionem faciant, vel apocrypham. Antiquatam eam Conſtitutionem fuiſſe fatemur: res judicatæ adverſus Conſtitutionis ſententiam, id demonſtrant. At quod antiquatum eſt, reſtitui, atque noviter arbitrio Principis edici poſſe, nemo ſanus dubitat. Ceterum omne dubium tam eorum, qui de utroque exemplari dubitant, quam qui apocrypham exiſtimant, Matth. Pariſienſis auctoritas ſubvertit. Is enim ad annum 1239. quum Pontifex Fridericum Imperatorem ſacris ſecreviſſet, atque ad eum Epiſcopos aliquot ad cauſam dicendam miſiſſet, hæc habet: *PROPOSITIO ECCLESIÆ. Templarii, & Hoſpitalarii bonis mobilibus, & immobilibus ſpoliati juxta tenorem pacis non ſunt integre reſtituti.* *RESPONSIO IMPERIALIS. A Templariis, & Hoſpitalariis verum eſt, quod per judicium*, & per antiquam Conſtitutionem Regni Siciliæ, *revocata ſunt Feudalia, & burgaſatica, quæ habuerant per conceſſionem invaſorum Regni, quibus equos, arma, victualia, & vinum, & omnia neceſſaria miniſtrabant abunde, quando infeſtabant Imperatorem, & Imperatori, tunc Regi pupillo, & deſtituto, omne omnino ſubſidium denegabant. Alia tamen Feudalia, & burgaſatica dimiſſa ſunt eis, qualitercumque ea acquiſierunt, & tenuerunt ante mortem Regis Villielmi II. ſeu de quibus haberent conceſſionem alicujus Anteceſſorum ſuorum: nonnulla vero burgaſatica, quæ emerunt, revocata ſunt ab eis* ſecundum formam antiquæ Conſtitutionis Regni Siciliæ, *quod nihil poteſt ſine conſenſu Principis de burgaſaticis inter vivos concedi, vel in ultima voluntate legari; quin poſt annum menſem, ſeptimanam, & diem aliis Burgenſibus ſæcularibus vendere, & concedere tenentur. Et hoc propterea fuit* ab antiquo ſtatutum, *quia ſi liberè eis, & perpetuo burgaſatica liceret emere, ſive accipere, modico tempore totum Regnum Siciliæ (quod inter Regiones mundi ſibi habilius reputarent) emerent, & acquirerent: & hæc eadem Conſtitutio obtinet ultra mare.* Hæc Pariſienſis. *Secundum formam antiquæ Conſtitutionis Regni Siciliæ .... hæc eadem Conſtitutio obtinet ultra mare.* Ante Fridericum ea de re Conſtitutionem in Regno Siciliarum numquam fuiſſe latam, confidenter aſſerimus: quamobrem fruſtra ait, *antiquæ Conſtitutionis Regni Siciliæ*. antiquitus tamen in Imperio Byzantino fuiſſe promulgatam certum eſt (quod quidem Regnum Siciliæ antevertit, ut infra erit dicendi locus); quod idem ipſe Fridericus innuit illis verbis: *Et hæc eadem Conſtitutio obtinet ultra mare*. Perperam igitur legi judico apud Pariſienſem: *antiquæ Conſtitutionis Regni Siciliæ*: ſed pro *antiquæ* legendum *antea datæ*: quod de hac Conſtitutione ſua Fridericus intelligebat. Id hoc pacto accidiſſe puto. Voces *antea datæ* uno ductu ſcriptæ fortaſſis fuere in Codicibus, quas amanuenſis excepit, & *antiquæ* fecit. Faciliime in hos errores incidere potuiſſe amanuenſes, ſciunt probe palæographiæ eruditi. Niſi dicere velimus, quod veriſimilius putamus, Fridericum

voce

Digitized by Google

voce *antiquæ* Conſtitutionis, non quod jamdudum, longoque ante intervallo conſtitutum eſſet, quodque *vetus* dicimus; ſed quod paullo ante conſtitueretur, intellectum voluiſſe. Monet me *antiquæ* vocis ſignificatio apud Hyginum & Anonymum inter *Rei Agrariæ Scriptores pag.* 215. quem ex Varrone, antiquiſque rei ruſticæ, ac agrariæ Scriptoribus traxerat: *Aruſpices altera linea a Septentrione ad meridianum diviſerant terram: & a meridiano ultra* Antica; *citra* Poſtica *nominaverunt*. Pars *antica*, quam & antiquam dicimus, non multum a *poſtica* diſtat. Sic *antiqua* Conſtitutionis vox, non longo temporis intervallo diſtat ab eo, in quo Fridericus cauſam diceret. Quamobrem conſtituo, illæſis Codicibus, pro *antiquæ* Conſtitutionis voce, *antea datæ*, vel *nuper* etiam intelligi poſſe. Sed quid me excrucio? Totus hic, qui ſequitur, Commentarius, tum Conſtitutionis ſententiam quam accepimus ex integro exemplari firmat, quum eorum, qui ſpuriam omnino Conſtitutionem putant, omnem ſuſpicionem tollit.

V. Ad ipſam Conſtitutionem redeamus. *Prædeceſſorum noſtrorum veterum Principum, quam antiqua turbatio præteriti temporis antiquarat, nova promiſſione novantes.* J. Andream Serraum virum doctiſſimum, æque ac amiciſſimum diu torſere prima hujus legis verba; ad quos *Prædeceſſores* hæc verba ſint referenda. Incidit tandem in ſententiam; reſpexiſſe Fridericum Normannos Principes; quam opinionem Alphonſus Airoldus indidit, (vir qui cum avita nobilitate optimarum litterarum ſtudia conjunxit). Qua de re opinio ſtetit, hanc legem Normannos Principes primum promulgaſſe; atque eos, eorumque priſcam legem Fridericum reſpexiſſe, dum apud Pariſienſem ait: *ſecundum formam antiquæ Conſtitutionis Regni Siciliæ*. Firmavit opinionem idem Airoldus, prodito Manfredi Friderici Filii diplomate, quod idem recenſuit Antonius Mongitore in *Monum. Hiſt. cap. IV. p.* 37. ejuſque autographum membranaceum aſſervari refert in Tabulario SS. Trinitatis Panormi. Hoc diplomate domui Hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum a veteribus largita Principibus privilegia confirmantur; tandem ad calcem ejus legitur. *Non obſtante Conſtitutione divorum progenitorum noſtrorum Regum Rogerii, & Guillelmi, confirmata ſubſequenter per quondam prædictum Dominum Patrem, & Fratrem noſtros felicis memoriæ, & noſtris etiam Conſtitutionibus comprehenſa, per quam mandatur expreſſius, ut poſſeſſiones omnes, & bona ſtabilia ſacris locis, & ipſorum Prælatis a quibuslibet Patronis oblata, ultra annum retineri non debeant; ſed diſtrahantur omnimode; ipſorum pretium ad utilitatem Eccleſiæ, cui oblata fuerint, convertendo*. Obſignatur diploma hac forma: *Datum in Urbe felici noſtra Panormi per manus Gualterii de Ocra Regni Siciliæ Cancellarii. Anno Dominicæ Incarnationis* MCCLXII. *Menſe Julii V. Indictionis. Regnante Domino noſtro Manfredo D. G. invictiſſimo Rege Siciliæ: Regni ejus anno IV. feliciter. Amen.* Multis nominibus hoc diploma ſuſpecti poſtulare poſſem; ſed ea in re immorari non placet. Ipſum Gualterium, ſi licet, ignorantiæ arguam. Normanni proprio inſtituto Eccleſias nedum fundare, quam ampliſſimis latifundiis donare, & donariis exornare, conſueviſſe conſtat. Teſtis eſt Anonymus Scriptor *Liberationis Meſſanæ a Saracenorum dominatu per Comitem Rogerium factæ a Meſſanenſibus vocatum anno* 1060. *apud Murat. tom. VI. pag.* 618. Nam quum apud Miletum ad Rogerium Legati Meſſanenſium veniſſent, eſſetque cum eo Pontifex Romanus, Rogeriumque rogaſſent, ut armis ad obtinendam Meſſanam, tollendamque a Saracenorum jugo veniret; Pontifex Rogerio in hanc ſententiam eſt alloquutus: *Hoc unum a te ſummopere peto* (Rogeri) *quod promittas manendo in Dei obſequio, poſtquam divina permittente gratia victoriam futuris conſequutus, Inſulæ* (Siciliæ) *dominatum acceperis, Deo te obtemperantem exhibeas, & quod ſuum eſt eidem impertias; ac de tota victoria tres efficias portiones: Partem unam in extruendis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, Abbatiis, & Prælatis ad honorem, cultumque divinum exhibeas: alteram Militibus, qui tecum in hac expeditione præliabuntur, munificenter impertias: tertiam vero tuæ neceſſitati ſubminiſtres*. Dictu audiens Rogerius fuit, immo non Rogerio tantum, ſed venientibus Normannis omnibus Principibus loquutus Pontifex fuiſſe, videtur; nam acceptum a Pontifice monitum religioſiſſime poſteri Normanni Reges ſervarunt: quoniam in extruendis, dotandiſque Eccleſiis latifundiis, ac vectigalibus, ſupra ceteros retro Principes eminuiſſe, teſtes ſunt, qui res Normannorum ſcripſerunt, Malaterra, & Theleſinus. Qui potis credere, Normannos legem tuliſſe, atque Eccleſiis interdixiſſe bonorum acquiſitionem? neque Gualterius, neque quiſquis alius fuerit, ſuadeat.

VI. Igitur alibi quam in Sicilia, & apud Normannos, ſed apud aliam gentem *Prædeceſſores* inveniendi ſunt. Monent me ipſius Pariſienſis, quæ ſupra retuli, verba. *Et per antiquam Conſtitutionem Regni Siciliæ .... Secundum formam* antea datæ *Conſtitutionis Regni Siciliæ. . . . Et hoc propterea fuit ab antiquo ſtatutum . . . Et hoc eadem obtinet ultra mare*, Ad Byzantinorum Imperatorum leges confugiendum eſt. Quæ quidem monumenta quamvis nocturna, diurnaque manu verſarem, non incidi in eam legem, quæ in Sicilia, Calabria, Apuliaque obtinuiſſet, ſcilicet in eas Provincias, quæ Græcorum Imperio ſubjectæ fuere. Forte incidi in Jacobi Gotofredi Bibliothecam Juris Civilis Romani *Part. ult. cap. VI.* Synopſim, ſive Eclogam librorum Baſilicorum fuiſſe legi, ejuſque auctorem Romanum Juniorem Lecapenum plerique voluerunt. Viderant hanc eandem Synopſim Budæus, & Cujacius: eam ipſam Tarenti apud Calabros Joannem Sambucum inveniſſe, & ad Joannem Leunclavium adduxiſſe, ut is eam latinam faceret: idque Leunclavium præſtitiſſe, ac Baſileæ per Euſebium Epiſcopium publici juris feciſſe, anno 1575. idem Gotofredus ſcripſeret. Optima ſpes me erexit fore ut in hanc Synopſim, vel argumenta legum, vel leges ipſas Byzantinorum Imperatorum poſt conditos Baſilicos libros auctorem intuliſſet, atque uſum feciſſet pro ſuis. Hoc animus portendebat, qui non eſt falſus; totus fui quærendo, ſciſcitando, ut Synopſim in manum haberem, quod & pene deſperaſſem; nam rogando, conſulendoque amicos doctiſſimos, nedum ſynopſim hanc vidiſſe uſquam ubi eſſent abantur, ſed neque nomine tenus cognoviſſe. Neſcio quo ſato in manus tandem venit, & hanc eandem eſſe, quam & Gotofredus indicaverat, ex eodem Leunclavio colligo. In Præfatione Synopſis legitur: *Sambucus noſter, vir præſtantiſſimus & in communicandis iis, quæ pleraque rara collegit liberaliſſimus, ut aliis exemplo ſane laudabili præivit, ad me Baſilicorum hanc Eclogam miſit, quam in otio meo, ſiquidem ita videretur, latinam facerem, & in uſum elegantis doctrinæ ſtudioſorum ederem. Reperit eam ſuis in peregrinationibus Tarenti apud Calabros, quæ omnis regio ſicut olim magna Græcia dicebatur; ita cum vicina Sicilia diutiſſime Byzantini juris manſit, etiam poſtea, quam Exarchatum Ravennatem Longobardi, & Franci ſuſtuliſſent; itaque videre eſt in recitatoribus Græcorum Synodis Metropoles, & Epiſcopatus* καλαβρίας (quæ non Calavria, ſicut in verſione ſua quidam ſcripſit, ſed Calabria eſt) *& Hydruntis, & Neapolis. Atque his in locis reperiri talia Græcorum monumenta, non miror; quum ſeriùs a Normannis tandem ea Byzantinis Principibus adempta fuerint; & inſtituta, mores, leges, diſciplinas denique Græcas etiam mutato Imperio* (*ſicut in rebus humanis fieri videmus, ut ſemel recepta non facile deſeramus*) *haud dubie retinuerint*. Adnexæ huic Codici fuere novellæ Conſtitutiones Imperatorum Byzantinorum intra biſcentum, & quinquaginta annos latæ, quarum apud Zonaram, Cedrenum, Glycam, Scylacem, aliosque Byzantinæ Hiſtoriæ Scriptores, frequens mentio occurrit. Inter eas eminent Romani Senioris, & Nicephori Phocæ leges; in quibus illæ potiſſimum, quas hoc Commentario comprehendimus. Idem ipſe Leunclavius Sambuci Codicem cum alio Franciſci Pithœi, ac pleriſque cum ſchedis, quas apud ſe haberet, contulit. Synopſis pariter authographum, nec non Novellarum Conſtitutionum ad ſidem MSS. Codd. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis Carolus Labbæus excuſſit, & in eo gloſſas, & pleraſque ſuas obſervationes ſcripſit, quas eaſdem Scaligero miſit. Legit hic, & multis in locis correxit proprio chirographo: exemplar a Scaligeriano exaratum apud me eſt. Has Conſtitutiones dubium non eſt, quum Byzantinorum Imperatorum imperium ſtaret in Sicilia, Apulia, atque Calabria, fuiſſe ſervatas. Tarentinum hunc Codicem placuit appellare: quoniam apud Tarentum inventus, detectuſque is fuerit, quæ res apud nos ſatis auctoritatis conciliat. Sæpius ab Urbis nomine Codicibus legum nomen eſt datum. Sic legum Langobardorum, & Francorum Volumini Codicis Cavenſis nomen aptarunt Veteres, quoniam apud Caveas is Codex fuerit inventus. Vel quia ejus auctor Tarentinus Municeps fuerit, qui diligenter Conſtitutiones Byzan-

zantinorum Imperatorum ad calcem Synopſis Baſilicon conſuit. Utrumque de nomine aptando congruum eſt viſum. Si quis Codicem Byzantinum appellare voluerit, quoniam leges Byzantinorum Imperatorum contineat, ei impune erit. Hæc de Codice dicere neceſſarium putavi, quoniam noſtratibus incognitus hucuſque fuit.

VII. Primus, qui ea de re legem tulerit, Romanus Senior Imperator fuit. Tulit is primus hanc legem, quæ in VIII. capita dividitur. Hoc in Codice *pag.* 37. refertur hujus Imperatoris Novella I. Dictavit eam Coſmas Magiſter Officiorum tanta garrulitate domeſtica Græculorum, ut pœniteret relegiſſe, ni neceſſitas cogeret. Caput VIII. ejus legis hoc eſt. *ἀλλὰ μηδὲ προφάσει μονάσαντός τινος, ἢ μονάζειν βουλομένου, καὶ τὴν ἰδίαν προσκυρώσαντος τῷ ἱερῷ φροντιστηρίῳ κτῆσιν, ὡς καλῶς νῦν δέξεται σύγχυσίν τινα δέχεσθαι· ἀλλ' ἱκανὸν ἐκ τῆς παρούσης διατάξεως ὠφελημένους ὠφέλειαν, τὴν δικαίαν τιμὴν τοῦ κτήματος ἀπολαμβάνειν, εἰ ἀληθῶς σωτηρίας ἕνεκα τοῦτο, καὶ μὴ δόλῳ καὶ περιεργίᾳ, καὶ σεσοφισμένῃ διατέτρακται τεχνουργίᾳ. τοῦτο δὲ οὐχ ἧττον εἰς λυσιτέλειαν τῶν ἱερῶν οἴκων, ἢ τῶν πενήτων λογισθήσεται, ἀπαλλαττομένων μὲν ἔριδος καὶ φιλονεικίας καὶ ἀνελευθέρου κτήσεως, φευγόντων δὲ καὶ οὐχ ἐπιτρεχόντων πραγμάτων αἰτίας εὑρίσκει καὶ † κατέχει, ἄνθρωποι τε ὄντες, καὶ ἔτι σαρκὶ συνδεόμενοι, καὶ οὐκ ἀπαθεῖς μόνον πεποιθότες τοῖς ἀνθρωπίνοις ὀλισθήμασιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν φιλανθρωπότερον διωρίσθη, καὶ τὸ τῆς φιλοκτημοσύνης ἀκόρεστον μετριώτερον ἐπισημαίνοντα, καὶ τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ἐσκεμμένα, ὡς μηδένα μηκέτι μήτε τῶν περιβλέπτων μαγίστρων ἢ πατρικίων, μήτε τῶν ἀρχαῖς ἢ ἐξουσίαις ἢ ἄλλοις βασιλικοῖς ἀξιώμασι τετιμημένων, ἢ πολιτικῶν, ἢ στρατιωτικῶν, ἢ θεματικῶν ἀρχόντων, ἢ ἀπαρχόντων, μήτε μητροπολιτῶν, ἢ ἀρχιεπισκόπων, ἢ ἐπισκόπων, ἢ ἡγουμένων, ἢ τῶν εὐαγῶν οἴκων προεστώτων, εἴτε ἄλλως κοσμικῆς δόξης τυχόντων, ἀγορᾶς, ἢ δωρεᾶς, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ὑπεισέρχεσθαι εἰς χωρίον ἢ ἀγρὸν κτῆσιν. τοὺς γὰρ μετὰ τὴν παροῦσαν διάταξιν τοιοῦτόν τι κατατολμῆσαι βουληθέντας, καὶ ἀναργύρως ἐκεῖθεν ἐξελαύνεσθαι κελεύομεν, καὶ τῶν οἰκείων ἀναλωμάτων καὶ καλλιεργημάτων ἀποστερεῖσθαι, καὶ τῷ δημοσίῳ περιελθεῖν μὲν ὅσα τῷ τοῦ ἐπικτήματος τιμῇ † καταβαλλομένης, οὐκ ὠφελείας ἢ συντηρήσεως ἕνεκεν τοῦ δημοσίου, (οἱ γὰρ τὸ τῶν ἄλλων ἀκόρεστον τῆς φιλοκτημοσύνης ἀναστέλλειν σπουδάζοντες, πῶς ἂν εἰς οἰκεῖον κέρδος τοῦτο ἀναρυθμίστως διοικησαίμεθα, ὡς κοινὴν ὠφέλειαν, ἀλλ' ἰδίαν ποιεῖσθαι ἐλεγχόμενοι;) ἀλλὰ τῆς τῶν πενήτων ἕνεκα προμηθείας: τῶν εὐτελεστέρων καὶ ἀναργύρως ἐκδιωκομένων, καὶ διὰ τῆς προσηκούσης τιμωρίας σωφρονιζομένων.*

† κατασχέσεις.

† καταβάλλεσθαι.

Quæ ſic latine vertit Leunclavius. *Quia nec prætextu alicujus, qui Monaſticam ſit amplexus, vel amplecti velit, & poſſeſſionem ſuam ſacræ meditantium ſcholæ addixerit* (Eccleſiæ, vel Monaſteria), *recte jam decretis, quidquam confuſionis inferatur: ſed quantum ſatis eſt emolumenti de hac noſtra conſtitutione percipientes, juſtum fundi pretium ſumant; ſiquidem hoc reapſe ſalutis cauſa, non dolo malo, non fraude, non fucata vafrities factum eſt. Atque hoc non minus ad utilitatem ſacrarum domuum, quam pauperum fieri reputabimus, quod & a litibus, & contentionibus, & illiberali poſſeſſionis dominio liberentur: ſimulque devitent, ac minime incurrant in lucra, & poſſeſſiones ejuſmodi, quæ ruinarum cauſas iis præbent, qui & homines ſunt, & carni adhuc alligati, nec tantum ſibi fidunt, ut ſe immunes a lapſibus humanis eſſe credant. Sed enim hæc perhumane ſancita ſunt, quæ & habendi cupiditatem inſatiabilem cum moderatione correxit, & quod expedit publice, ſuadent; ut nemo nec ſpectabilium Magiſtrorum, aut Patriciorum, nec Magiſtratibus, aut poteſtatibus, aut principalibus omnino dignitatibus honoratorum, vel civilium, vel militarium, vel provincialium Præſidum, vel Expræſidum, vel Metropolitanorum, vel Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum, vel Antiſtitum, vel eorum, qui religioſis domibus præſunt, aut alium denique mundanum honorem conſequuti ſunt, emptionis, aut donationis, aut alio quovis titulo in prædiorum, vel agrorum poſſeſſiones ſuccedat. Eos enim, qui poſt hanc Conſtitutionem tale quid audere voluerint; & pretio non reſtituto prædiis ejici jubemus, & operis impenſiſque ſuis quas ad rem pretioſiorem faciendam, ornandamque contulerunt, fraudari; & æſtimationem prædii, ſiquidem viri illuſtres ſint, Fiſco applicari; non propter commodum aliquod, vel reditum Fiſci,* (*nam qui avaritiam inexplebilem in aliis coercere ſtudemus, quonam pacto id lucri noſtri cauſſa citra pudorem ullum ſtatueremus, neſque declararemus non publicam, ſed privatim noſtram utilitatem quærere?*) *ſed ut pauperibus proſpiciatur: humilioribus abſque pretii reſtitutione pellendis, & merito præterea ſupplicio caſtigandis.* Carolus Labbæus, ut eruditorum commoda faceret, ne ii tanta garrulitate Græculi, qui hanc Conſtitutionem dictavit, fatigarentur; in octo ſententias capita hujus Conſtitutionis contraxit: Sententia hujus VIII. capitis hæc eſt: *Ut monaſteria prædiorum, quæ ipſis titulo renunciationes utendo facta, dantur, æſtimationes, & pretia, non ipſos fundos accipiant.* Laudavit hanc legem, atque probavit Populus CP. ut Poeta in laudem Legis ſcripſerit jambos, quos initio Conſtitutionis Conditor Tarentini Codicis retulit.

Νέον νόμον τίθησι Ῥωμανὸς ἄναξ
Ὃν καὶ πέπομφε λύτρον ἐληλαμένοις

Legem Imperator ſancit Romanus novam,
Qua liberavit lata preſſos a malis.

VIII. Hoc etiam in Codice *pag.* 47. Nicephori Phocæ Imperatoris Conſtitutio ita legitur: *Θεσπίζομεν, ὅσοι μοναστήρια, ξενῶνας, καὶ γηροκομεῖα συστῆσαι βουληθῶσιν, ἐκείνων ὅπως ἐπιμελεῖσθαι, τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ χρόνου γεγονότων: μὴ ἀγροὺς παρέχοντες, ἢ τόπους, ἢ οἰκοδομὰς ποιοῦντες. ἱκανὰ γὰρ τὰ φθάσαντα γενέσθαι. ἀλλ' ἐκείνων ἐπιμελείσθωσαν τῶν ἐξαρχῆς προϋπαρχόντων, δηλονότι τοὺς ἰδίους τόπους ἀπεμπολοῦντες πρὸς κοσμικούς, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν τιμῆς τὴν ἐπανόρθωσιν ποιοῦντες, κτίσεις οἰκοδομῶν βοῶν, καὶ ποιμνίων, καὶ οἰκετῶν ἐξωνήσεις, καὶ εἴ τι ἕτερον. ὁρίζομεν δὲ κωλύομεν, τὸ μὴ νέας ἐργάζεσθαι μονάς, ἢ ξενῶνας, ἢ γηροκομεῖα. ὥστε ἀπὸ τοῦ νῦν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς ζ' ἐπινεμήσεως, μηδενὶ ἐξεῖναι, μὴ ἀγρούς, μὴ τόπους, μὴ οἴκους μοναστηρίοις, ἢ γηροκομείοις, ἢ ξενῶσιν οἱωσδὴ παραπέμπειν. ἀλλ' οὐδὲ μητροπόλεσιν, ἢ ἐπισκοπείοις. οὐδὲν γὰρ οὐδὲν ἐκείνοις λυσιτελεῖ.*

Εἰ δέ τινα τῶν φθασάντων εὐαγῶν οἴκων, ἢ μοναστηρίων, ἢ μητροπόλεων, ἢ ἐπισκοπείων τοιαύτης φειδοῦς τύχοι χειρὸς καὶ προνοίας, ὡς ἄρδην πάντα † καταλιπεῖσθαι, ἐστι γνώμῃ βασιλικῇ καὶ δοκιμασίᾳ ἡ τῶν ἀρκούντων κτῆσις οὐ κωλυθήσεται. † καταλειφθῆναι.

Κελλία δέ, καὶ τὰς καλουμένας λαύρας ἐν ἐρήμοις † οἰκοδομεῖν, μὴ πρὸς κτήσεις, καὶ ἀγροὺς ἑτέρους ἐκτεινομένας, ἀλλὰ τῇ περιοχῇ μόνῃ τῇ ἰδίᾳ ὁριζομένας, τοσοῦτον τοὺς βουλομένους οὐκ εἴργομεν, ὅσῳ καὶ δι' ἐπαίνου μᾶλλον τὸ πρᾶγμα τίθεμεν. † οἰκοδομουμένας.

Quam Conſtitutionem ita vertit Leunclavius: *Sancimus, ut quicumque Monaſteria, xenones, & gerocomia conſtituere voluerint, eorum potius rationem habeant, quæ a longo tempore jam facta fuerunt: nec eis fundos, aut loca donent, vel ædificia ſtruant. Quippe ſufficiant ea, quæ jam ante facta ſunt. Sed eorum bonorum curam gerant, quæ jamdudum poſſident; loca ſcilicet propria mundanis vendentes, & ex eorum pretio reſtaurationem inſtituentes, hoc eſt ædificia pro bobus, atque gregibus, & mancipiorum emptiones, & ſi quid aliud tale fuerit. Eoſdem arcere jubemus, ne manſiones novas, aut xenones, aut gerocomia faciant.*

2. Adeo ut ab hoc tempore, quod initium eſt indictionis ſeptimæ, nemini permiſſum ſit agros, nec loca, nec villas ad Monaſteria, vel gerocomia, vel xenones, quocumque modo, nec item ad Metropoles, vel Epiſcopatus tranſmittere. Nihil enim hoc, nihil eis expedit.

3. At vero ſi quas jam antea conditas religioſas domus, vel monaſteria, vel Metropoles, vel Epiſcopatus, adeo negligenter adminiſtrari, curarique contigerit, ut omnes fundos amiſerint: iis de ſententia, & arbitratu Principis, eorum, quæ ſufficiant, adquiſitio non prohibebitur.

4. Cellas autem, & eas, quæ lauræ vocantur in locis deſertis extruere, non ad poſſeſſiones, & agros alios ſe porrigentes, ſed intra ſuum duntaxat ambitum concluſas, tanto minus illis, qui volent, prohibemus; quanto magis hanc ipſam rem in laude ponimus. Meminit & hujus Conſtitutionis Altaſerra *Aſceticon lib. X. cap. IX. pag.* 499. Quiſquis auctor ejus Codicis ſit, hanc Conſtitutionem ex ſcriptis Theodori Balſamonis, viri nedum dignitate Eccleſiaſtica, quam multa eruditione inſignis, tranſtuliſſe ſcribit. ΥΠΟΘΕΣΙΣ. *ARGUMENTUM.* Ex τῶν Θεοδώρου τοῦ ἐπιλεγομένου Βαλσαμῶν, τοῦ πατριάρχου Ἀντιοχείας. Ex ſcri-

pris

pus Theodori cognomento Balſamonis, Antiocheni Patriarchæ. Sequitur argumentum legis. Ἡ παρὰ διηγεῖται, μὴ κατασκευάζεσθαι νεωστὶ μοναστήρια, ἢ ξενῶνας, ἢ γηροκομεῖα, ἢ ἄλλους οἴκους εὐαγεῖς: ἀλλὰ τῶν παρόντων ἐπιμελεῖσθαι. *Statuit hæc Novella, ne de novo Monaſteria, vel xenones, vel gerocomia, vel alia religioſæ domus extruantur; ſed jam exſtantium cura geratur*. Fateor Balſamonis Commentarios tam in Photii Nomocanone, quam in veteres canones volutaſſe diu: in hanc vero legem incidiſſe, non recordor. Summam hujus legis, ſive quod dicimus argumentum teſtatur, ſe vidiſſe Fabricius *tom. I. Juris Græco-Romani p. 113.*, vide eum *in Biblioth. Græca tom. XII. pag. 419.* Titulus ei Conſtitutioni præponitur. ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΦΩΚΑ ΝΕΑΡΑ' β. *Nicephori Phocæ Novella II.* ΠΕΡΙ' ΜΟΝΑΣΤΗΡΙΩΝ, ΞΕΝΩΝΩΝ, ΚΑΙ' ΓΗΡΩΚΟΜΕΙΩΝ. *De Monaſteriis, Hoſpitalibus, & ſeclis ad curandos ſenes.* Hujus Conſtitutionis partes quatuor ſunt. I. Monaſteria, Hoſpitalia, ſacroſque receſſus ædificari interdicit: nec conſtructis fundos donare permittit; quum & quæ jamdiu fundata ſint, ſatis ſufficiant, ſed ad ſarta tecta vacent veterum ædificiorum: vel ædificia vendant potius ad fundorum Monaſteriorum inſtrumentum, & inſtructum. II. Sacros novos receſſus conſtruere prohibet: veteribus conſtructis vetat fundos, villaſque legari: quod interdictum ad Epiſcopatus, ac Metropolitanas Eccleſias extendi jubet. III. Monaſteria, Epiſcopatus, Metropolitanæque Eccleſiæ ſi fundis fuerint ſpoliatæ, ea in integrum reſtitui, poſſeſſioneſve reciperari Imperator promittit. IV. *Cellas* autem, quas *Lauras* dicebant, nec ad poſſeſſiones porrigentes, ſed intra ſuum ambitum occluſas conſtruere, non modo prohibet, ſed & laudi ducit Imperator. *Cellæ*, & *Lauræ* quæ fuerint, ſcribit is idem, quem modo dixi Altaſerra: *Aſceticon lib. IX. cap. I. pag. 453.* relatiſque pluribus veterum locis in ſententiam abit; fuiſſe anguſtas Monachorum manſiones, qui publicis, privatiſque rebus poſthabitis, ad cæleſtium rerum contemplationem aufugiſſent: *Lauras* dicebant a *laribus*, quaſi eas in anguſtias, patriis laribus, tutelaribuſque (ut olim apud gentiles, translatis) ſecederent cum eis in otio, & quiete; idem Altaſerra ex Arnobio adverſus Gentes docuit.

IX. Ceterum ex ejuſdem Imperatoris Conſtitutionibus occaſio hujus Nicephorianæ Conſtitutionis arguitur. Conſtantinopoli, ac cetero Byzantinorum Imperio quum fame laboraretur, cujus & meminit Conſtantinus Manaſſes *in Comp. Chron. pag. 97.* Illud in primis fuit Imperatoris ſtudium, ut egeſtatis cauſas exquireret. Illa viſa eſt potiſſima: fundos apud Monaſteria, & Eccleſias, tum etiam apud potentium dominium fuiſſe contractos, plebem omni poſſeſſione vacuam factam: cura rei ruſticæ evanuerat. Nam illi latifundiorum ingenti vaſtitate conſopiti, otio ignaviaque marceſcerent: plebs contra poſſeſſione vacua a cultu rei alienæ abhorreret. In maxima hac annonæ caritate fundi tenuiorum, qui ſupererant apud Potentes ſunt collapſi; quamobrem tabeſcere Rempublicam Imperator quum cerneret, legem tulit, qua ſubvenit iis tantum, qui ante penuriæ tempus emerant, quorum tantum rationem habere voluit. *Novella V. hoc Cod.* Altera Conſtitutione vetat in exiguis fundis ſumptuoſa conſtrui ædificia. *Novella IV. eod.* Duobus aliis; una jubet, ut Potentiores ingentes tantum fundos a Potentioribus coemant, tenuioribus commoda ut faceret, exiguos fundos habere; protimeſeos jure in hac parte conſopito. Scilicet totius curæ ſumma huc redibat, ne quis ſine agello, ſine heredio viveret. *Nov. III. eod.* Vide hoc eodem in Codice *Novellam I. Romani Senioris Imperatoris pag. 37.* de qua ſupra *caput VIII.* traximus. Tandem Eccleſiaſtico Ordini interdicit, ne fundos acquirat, neve nova Monaſteria conſtruantur, novæque Eccleſiæ fundentur, ac dotentur. *Nov. II. eod.* Scilicet veteris agrariæ tatus Imperator, non aliter florentiſſimam Rempublicam obtineri poſſe eſt ratus, quam ſi quiſque ſuo heredio, ſuoque agello potiatur. Quod nobis ſapientiſſimi Imperatoris conſilium bene ac ſalubriter verteret, ſi Barones qui loco veterum Potentiorum hodie apud nos ſunt, burgenſaticis, & allodialibus rebus exciderent; & burgenſaticæ res ad Decurionum Collegia, allodiales ad plebem redirent. Bene, & ad rem Goeſius in Præfatione ad rei Agrariæ Scriptores: *Sed ante omnia admiratione digna eſt ſingularis illa ratio, & ordo aſſignationis agrariæ* (Romanorum) *quæ nunquam non hanc Coloniarum deductionem comitabatur, & circa quam potiſſimum hi, quos damus auctores, verſantur. Hac enim non id agebatur modo, ut ſegnitie, aut luxu colonorum diffluerent animi; verum etiam ut aſſidua illa exercitatione, ferendis belli laboribus firmarentur eorum corpora. Ex quibus tamen & hoc proſluebat præterea, ut fruge abundaret ſemper Reſpublica, dum vetus hæc ſtabat diſciplina. Quippe cum agri modici, ſed magno exerciti labore, & induſtria non uberes profundere fructus non poſſent. Et quamvis hæc ita ſibi proſperarent Romani, ne hoc quidem negligendum tamen ſibi putavere, ut agri pulcher ſemper, & ſpecioſus eſſet aſpectus, ordine optimo, ſecundum cæli regiones in paginas diviſi.*

X. Nicephorum igitur Phocam Imperatorem hanc Conſtitutionem tuliſſe, de Eccleſiis, Monaſteriiſque noviter non extruendis, eamque mox abrogatam Manuelem Comnenum Imperatorem inſtauraſſe teſtatur Nicetas Choniata *Ann. lib. VII. n. III. p. 110.* Εἰδὼς γὰρ τὸ κτηματικὸν εἶναι, καὶ τυρβάζεσθαι περὶ πολλά, τοῖς τὸν ἐρημικὸν βίον ἀνελομένοις, τὴν ἡσυχίαν πρὸς μαθητείαν, καὶ ἐν κατὰ Θεὸν ζῆν ἀνάγον, ὅπου δὴ τὸ οἰκεῖον αὐτοῖς ἐπάγγελμα, οὐδὲ κτησείδιον οὐδὲν ἀπονέμειν, οὔτε μὴν ἀγροὺς καὶ ἀμπελῶνας τῷ φροντιστηρίῳ ἀπένειμε, πάντας τοὺς μοναστὰς δίαιταν ἐκ τῶν βασιλικῶν χρημάτων ἐπιμετρήσας, ἐκεῖθεν αὐτῶν ἐβράβευσεν. Ἐπαινετὸν, οἶμαι, ἐντεῦθεν τὸ πολὺ ἔρωτι τῷ πλέονι περὶ τὰ μονὰς συνεστῶς, καὶ παράδειγμα δίδωσι τοῖς μετόπισθεν, ὅπως χρεὼν ναοὺς ἀνιστᾶν, καὶ ὁποίαν δεῖ ἐπιμελεῖσθαι τράπεζαν τοῖς ἐρημικοῖς καὶ ἀβίοις καὶ τὰς ὕλας ἑαυτοῖς ἐκλύσασι. Τοσοῦτο δ' ἀπέχω τοῦ τὴν κατάστασιν ἐπαινεῖν, οἳ μονάζειν μὲν ἐπαγγέλλονται, πολυκτήμονες δὲ καὶ πολυφρόντιδες εἰσιν ὑπὲρ τοὺς τῇ ἐνταῦθα φιληδοῦντας ζωῇ, ὥστε καὶ τὴν νομὴν τομῆσιν ἣν ὁ βασιλεύσας πρὸ τούτου Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς, ὁ τῶν ἴσχιν ἀοίδιμος, καὶ πολὺς τὴν σύνεσιν, ταῖς μοναῖς ἐμπλατύνεσθαι κτήσεσι πεφυκυῖαν πάλαι τῷ χρόνῳ, καὶ τὸν νόμον ἀποθέμενος, τῷ ὀρθῷ τῆς βασιλείας βαρέως ἀμελεῖς ἀναβάλλεσθαι ἔζωσαν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πάππῳ, καὶ τοῖς καθ' αἷμα προσήκουσι λυπεῖς ἔνεστιν, ὁπόσοι μοναῖς δωρήματα, ὅλα πλέθρα γῆς καρποφόρα, καὶ λειμῶνας χλοερὰς αὐταῖς προσεκλήρωσαν ἐνεγκόντες εἰς ἔπαινον, ὡς κατὰ τὸν μακάριον, ἢ μυστήρια κατεχόντων πλατὺν τῶν ἀνθρώπων, ὅτι τῷ ὁσίως Θεῷ τι ἀπενέμαν, ἀλλ' ὅτι μὴ καλῶς τὸ καλὸν ἠγήσαντο. Δέον γὰρ ἐν τόποις δυσεμβατώτοις, καὶ χωρίοις πανερήμοις, καὶ σπηλαίοις ὀπαῖς, καὶ ὄρεσι τῆρι πάσι τοῖς μονάζουσιν ἀπηγξαι τὸ σεμνεῖον, καὶ παραδεῖν ταυτηνὶ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ κειμένην καλλίπολιν, ὡς τὴν λαμπὴν Ὀδυσσείας, καὶ σειρήνια μέλη τὰ δυσαποσπάστα. Οἱ δὲ τὸν ἐξ ἀνθρώπων θεραπείαν ἔπαινον, καὶ τῶν κεκοσμημένους ἑαυτῶν τάφους καὶ ψηφῖσι πολυχρωμάτοις διηνθισμένους εἰς θέαν, τοῖς εἰσιοῦσι ὡς ναοὺς προτιθέντες, καὶ νεοπαγέντες ἀπροφάσιστοι δείκνυσθαι, καὶ στιλπνοὶ καὶ φαιδροὶ τὰ πρόσωπα, ἐπ' ἀγορᾶς τε καὶ τριόδων τὰ θεῖα φιληδήμοσιν φροντιστήρια ἐγκατοικήσαντες ἐν αὐτοῖς καλλιεργοῦντες, ἐν ἐκλογάδην τὸ μετάνοιον, τὸ δὲ μέχρι τριχῶν ἀποβολῆς, καὶ τῇ τῶν ἐνδυμάτων μεταβολῇ, καὶ τῷ ἀφαιμένῳ πώγωνι χαρακτηρίζον τὸν μοναστήν. Διὰ ταῦτα τοίνυν ὅπη τῶν μοναδικῶν ὑπερίδων σεμνότητα ἤδη ἀπαιτουμένης, καὶ τρανῷ ἐπὶ στόμα πίπτουσαν, ὅτι μὲν διδοὺς, μὴ ἔσεσθαι μέσον ληφθείς, ὡς χώραν διεβεβαιώσαντο. ἑτέρας ὁτρανοτοῖς οἱ ἐξ αἵματος ἐπὶ ὑπερβάλλουσαν. Quæ ſic Latio Wolfius donavit: *Quum enim Monachos poſſeſſionibus, & negotiis turbatos, & tranquillitate animi, & Dei cultu excidere intelligeret, nullas eis vineas, nullos agros, nullas poſſeſſiones, quas nec eorum profeſſio admittit, aſſignavit: ſed ex Fiſco tantum pendi juſſit, quantum ad victum, & cultum opus eſſet. Videtur nimirum immodicam cupiditatem ſtruendi Monaſteria improbaſſe, & exemplum prodere poſteris voluiſſe, quo pacto templa condenda, & quæ vivendi ratio eremitis, pauperibus, & a terrenis rebus ſe abſtrahentibus proponenda ſit. Tantum autem abſuit, ut eorum inſtitutum laudaret, qui monaſticam vitam profeſſi, & opibus affluunt, & multitudine curarum magis diſtrahuntur, quam ii, qui hujus vitæ deliciis occupantur: ut ſanctionem Nicephori Phocæ fortiſſimi, & cordatiſſimi Imperatoris, olim abolitam, de non augendis Monaſteriorum latifundiis, quaſi poſtliminio revocarit; neque patrem, avum, ceteroſque cognatos ſuos omnes, qui Monaſteriis ampliſſima prædia donarant, incu-*

ſare

Digitized by Google

ſare deſtiterit : non quod de ſuis opibus Deo aliquid conſecraſſent , ſed quod rem bonam male adminiſtraſſent . Nam quum Monachos habitationes in abditis , & deſertis locis , in antris , & montium cacuminibus aſſignandas eſſent : & Conſtantinopolis tanquam Sirenum cantus vitanda : gloriola ductos , incruſtata ſua ſepulchra , & vario marmore exornata , iis , qui templa ingrediantur , ſpectanda propoſuiſſe , & mortuos quoque coronari ſe , & hilari , ſplendidoque vultu conſpici voluiſſe , & in foro , ac triviis Monaſteria ædificaſſe ; & ibi nullo cum delectu virtutis , velut in cavea concluſiſſe eos , qui Monachos , non ultra tonſum capillum , & mutatum habitum , promiſſamque barbam exprimerent . His igitur de cauſis , ſive ut Monaſticam ſanctimoniam mutantem , ac potius humi ſere proſtratam fulciret , ſive metuens , ne ea ipſe facere diceretur , quæ reprehenderet : rationem a ſuis majoribus diverſam eſt ſecutus . In Monachos , pluſquam in ceteros Eccleſiaſticos Ordines Comnenum fuiſſe iratum , ex Nicetæ adductis verbia colligitur . Quid cauſſæ fuiſſe facilo conjiciam . Legi apud Zoſimum *Hiſt. Novæ lib. V. cap. XXIII.* Monachos olim Eccleſias invaſiſſe , & Eccleſiaſticos ejeciſſe ; quemobrem Populum CP. ſeditione mota , Monachos occidiſſe , Eccleſiaſque aggreſſoribus vacuas factas reddidiſſe Sacerdotibus , idem ipſe teſtatur . Multa adverſus Monachos probra Zoſimus hic effudit ; quod & homini pagano , ipſo Photio judice , non tam in Monachos , quam in pios homines latrare familiare fuit . Idem factitavit Eunapius in Ædeſio extremo . Qui Imperator Nicephorianam Conſtitutionem abrogaverit , a Niceta , ut vidimus , non colligitur . A Baſilio II. Imperatore tamen fuiſſe abrogatam certum eſt : Hoc eodem in Codice Novella I. eſt ejuſdem Baſilii in Porphyra nati Imperatoris Conſtitutio hoc carmine concepta . *p. 50. h. Cod.* ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ Νεαρὰ α. *BASILII NATI IN PORPHYRA NOVELLA I.* ΠΕΡΙ ΚΤΙΣΕΩΣ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΥΑΓΩΝ ΟΙΚΩΝ. *De Struendis Eccleſiis , & religioſis domibus .* ΥΠΟΘΕΣΙΣ. *Argumentum* . Ἐκ τῶν Βαλσαμῶν τῷ Ἀντιοχείας . *Ex Balſamone Antiocheno Patriarcha* . Βασίλειος ὁ νέος τὴν Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ νομοθεσίαν, διορίζουσαν μὴ κατασκευάζεσθαι νεωστὶ μοναστήρια , ἢ ξενῶνας , ἢ γηροκομεῖα , διὰ νεαρᾶς ταύτης ἀνῄρει , ἀπολύσας κατὰ μῆνα ἀπρίλλιον , ἰνδικτιῶνος α , τῷ ͵ϛυδ′ ἔτει . *Baſilius Junior Nicephori Phocæ legem , quæ illa ſtatuerat , ne de novo monaſteria , vel xenones , vel gerontomia ſtruerentur , per Novellam hanc abolet ; quæ fuit edita menſe Aprili indictione I. anno IↃↃCIↃCCCCXCV.* Ἡ ἐκ θεοῦ βασιλεία ἡμῶν καὶ παρὰ μοναχῶν εὐλαβείᾳ καὶ ἀρετῇ μαρτυρουμένων , καὶ παρὰ πολλῶν ἄλλων ἀναμαθοῦσα τὸν περὶ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ , καὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων παρὰ τοῦ τῆς βασιλείας ἐπιβάντος κυρίου Νικηφόρου τεθέντα νομοθεσίαν , αἰτίαν καὶ ῥίζαν τῶν παρόντων γενέσθαι κακῶν , καὶ τῆς οἰκουμενικῆς ταύτης ἀνατροπῆς καὶ συγχύσεως , ὡς μὴ πρὸς ἀδικίαν καὶ ὕβριν τῶν ἐκκλησιῶν μόνον καὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων , ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ γενομένην , ἄλλως τε δὲ καὶ ἔργῳ τοῦτο βεβαιωθεῖσαν : (ἐξ ὅτου γὰρ οἱ τοῖς τοιοῦτοις ἐκράτησαν νομοθετήμασιν , οὐδ' ὁποῖον οὖν ὁτιοῦν χρηστὸν ἄχρι καὶ σήμερον τῷ καθ' ἡμᾶς ἀπήντησε βίῳ , ἀλλὰ τοὐναντίον συμφορῶν μᾶλλον ἐπέλιπεν οὐδὲν ὅλως εἶδος) θεσπίζει διὰ τοῦ παρόντος ἐνυπογράφου χρυσοβούλλου , τὴν τοιαύτην νομοθεσίαν ἀργεῖν ἀπὸ τῆς παρούσης ταύτης ἡμέρας , ἄκυρον τε καὶ ἄπρακτον τοῦ λοιποῦ διαμένειν . ἐνεργεῖν δὲ τοὺς πρὸ ταύτης κειμένους περί τε τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων νόμους . Quæ ſic latine vertit idem Leunclavius . *Divinitus conſtituta Majeſtas noſtra , quum & a Monachis , quorum teſtata pietas , atque virtus eſt , & ab aliis multis cognoverit legem a domino Nicephoro , qui ad imperium pervenit , de Eccleſiis Dei , religioſiſque domibus latam , quum præſentium malorum , tum univerſalis hujus everſionis , atque confuſionis cauſam & radicem extitiſſe , velut non ad injuriam , contumeliamque duntaxat Eccleſiarum , & religioſarum domuum , ſed ipſius quoque Dei conditam , adeoque re ipſa de hoc facta ſit certior (nam ex quo lex iſta robur habuit , nihil boni penitus in hodiernum uſque diem vitæ noſtræ contigit , ſed potius e contrario nullum omnino genus calamitatis intermiſit) , ſtatuit per auream hanc bullam , cui ſubſcripſit , legem indicatam ab hoc præſenti die ceſſare debere , ac deinceps irritam nulliuſque momenti manere : conditis ante illam legibus , tam de Eccleſiis , quam religioſis domibus , vim , roburque*

ſuum obtinentibus . Hæ Phocæ Imperatoris legis viciſſitudines : Romani vero Imperatoris Conſtitutionem , quam ſupra retulimus , abrogatam fuiſſe non liquet .

XI. Sed certam faciamus Imperatorum Byzantinorum ætatem , qui ea de re Conſtitutiones tulerunt . Romanus Imperator qui Senior dicitur , a Conſtantino Porphyrogeneta genero ſuo Auguſtus eſt conſtitutus ; qui Conſtantinum a filio ſuo Romano eſt ſublatus , anno DCCCCIX. ſed is haud multo ultra triennium imperium retinuit . Romanus tamen Senior iis deletis in Imperio ſe continuit . Tuliſſe eam Conſtitutionem Romanum ſeniorem anno VICIↃXXXVII. in fronte ejus Conſtitutionis ſcribitur . Annus hic in annum Chriſtianum DCCCCXXVIII. incidit . Mox Imperium obtinuit Phocas anno Chriſti . DCCCCLXIII. quod ad annum DCCCCLXIX. uſque produxit ; ſcilicet annos VI. Imperium retinuit . Joannes Zimiſces , qui Phocam ſuſtulit ad annum uſque DCCCCLXXV. regnavit . Baſilius , & Conſtantinus ab hoc anno ad annum CIↃXXVIII. uſque Imperium habuerunt . Qui Baſilius Nicephorianam Novellam abrogavit anno VICIↃDCCCCXCV. qui in annum Chriſtianum incidit DCCCCLXXXVI. Mox alii , donec Manuel Comnenus anno CIↃCXLIII. Imperator ſalutatus , diuturnius quam ceteri , ad annum uſque CIↃCLXXX. Imperium retinuit . Facile erui ea ſubductis rationibus poteſt , quo anno Phocas Conſtitutionem tulerit ; legitur enim in ea : *Adeout ab hoc tempore , quod initium eſt indictionis ſeptimæ* . Indictionis ſeptimæ principium incidit in annum DCCCCLXIV . , qui annus ſecundus eſt Phocæ Imperii , quo anno Conſtitutio lata eſt ; quo vero anno Baſilius abrogaverit ſupra dixi . Quando Comnenus eam reſtituerit , ſi probe ſupputavi , incidit in annum Chriſtianum CIↃCLXXVI. Fridericianam anno CIↃCCXXXVIII. et forma excommunicationis ejuſdem Imperatoris , quæ in annum inſequentem incidit , apud Matth. Pariſienſem , latam fuiſſe ſuſpicari licet . Scilicet Fridericiana Conſtitutio ab archetypo Phocæ Imperatoris annis CCLXXV. diſtat . Ab ejuſdem inſtauratione per Manuelem Comnenum annis LXIII. Sed ſi unam cum alia conferamus , utramque congruere perſpecte noſcimus , quaſi filiam cum matre comparaverimus : Phocas ait : *Nemini permiſſum ſit agros , nec loca , nec villas ad Monaſteria , vel gerocomia , vel xenones , quocumque modo ; nec item ad Metropoles , vel Epiſcopatus tranſmittere* . Fridericus vero : *Edicimus quod nulli ſubjectorum noſtrorum Clerico , vel Laico liceat domibus Templi , vel Hoſpitalis , ſeu cuilibet alii loco religioſo , de quo noſtræ Curiæ certum ſervitium minime debeatur , poſſeſſiones hereditarias , vel Patrimoniales vendere , vel donare inter vivos aliqua donationis titulo , niſi ex æqualis cauſa permutationis transferre* . Exæſtuare videtur in Nicephoriana ; prorſus interdici Eccleſiarum , & Monaſteriorum conſtructionem , quod in Fridericiana vetari non videtur . At probe noverit , qui noſcet , interdicto acquiſitionis bonorum Eccleſiis ſatis comprehendi . Illud de Friderici pietate dicendum , quod Nicephorum , & Comnenum vicit , æſtimationem rerum , reſque ipſas mobiles Eccleſiis rite addici ; quod & Romanum Seniorem æmulatus , conſtituit . Probe igitur Fridericus veterum Imperatorum legem inſtaurare eſt viſus : *quam antiqua turbatio præteriti temporis antiquarat , nova promiſſione novantes* . Normannorum tempora intelligit , quum Imperium Græcis ſurripuiſſent ; & cum imperio , Græcorum leges corruiſſent .

XII. Hæc apud Græcos ſunt conſtituta , quæ Fridericus Imperator , ut vidimus , mox in Regnum Siciliarum induxit . Jamdiu tamen apud Græcos fundorum militarium & fiſcalium partem Epiſcopos , & Metropolitas obtinuiſſe , ea *cap. 8.* Conſtitutionis Romani Senioris docemur . An olim legitimis modis acquiſierint , non auſim affirmare . In Occidente tamen , ut hic obiter addam , Carolo Magno Imperium Romanorum obtinente , agros militares , & fiſcales Epiſcopos inter & Milites is Imperator metavit . Feuda fecit & Manſos , quos poſtea Menſas diximus ; ignota certe per retroacta ſæcula Italis hæc novæ agrariæ aſſignationis conditio . Quod & plurimis Capitularium Regum Francorum ſententiis docemur . Aodegevenſes Reges veteres Francos imitati , tacti religione , nedum eos agros Epiſcopos , & Metropolitas ea veteri jure retinere ſunt paſſi , ſed jus acquirendi novas poſſeſſiones , abrogata Friderici Conſtitutione , videntur fuiſſe largiti . Scio ſcripſiſſe pleroſque , hanc Conſtitutionem Capitulo Caroli I. Andegavenſis fuiſſe abrogatam ; ſed nihil eſt quod

peculiare ad hanc abrogandam, trahi poteſt. Ponam Capitulum, quod in hanc ſententiam refertur apud J. Antonium de Nigris pag. 79.: *Univerſis Eccleſiis Regni noſtri, quæ hactenus oppreſſæ fuerunt per imperantes, & nequitiam tyrannorum.* (de Friderico, & filiis hæc habet) *volumus ut plenarie reſtituantur debita juriſdictiones, & ſolita libertates: nec etiam in earum inquietentur Juribus, aut turbentur.* Capitulum Caroli II. hoc, quod adverſus Conſtitutionem objici jure poteſt eſt: *Item ſtatuimus quod poſſeſſiones, & res, quæ non ſunt Curiæ, vel aliis obligatæ, poſſint a quibuſcumque dari, donari, vel obligari; alias legari Eccleſiis, dummodo eadem poſſeſſiones; vel res Curiæ non teneantur in aliquo: Si vero talis obligatio fuerit propter quam datio, legatio, vel donatio impediri non poſſit; tunc res, vel poſſeſſiones ipſæ præfatis titulis cum ſuo onere ad Eccleſias transferantur.* Apud eundem de Nigris pag. 133. Fuere qui aſſererent hæc Capitula conficta fuiſſe, quorum intemperantis Critices abruptam libertatem puto. Adverſus horum Regum Capitula videtur, Carolum illuſtrem Regis Roberti filium voluiſſe Conſtitutionis obſervantiam. Illuſtre ejus rei documentum communicavit mecum Andreas de Sarno Marchio vir doctiſſimus, reique diplomaticæ ad miraculum peritiſſimus: Ponam id ea incompta forma ut jacet. *Scriptum eſt Juſtitiariis terre Bari tam preſenti, quam futuris fidelibus ſuis: pro Archipresbytero & Capitulo Sancti Angeli de Tertiis Juvenacienſis diœceſis de decreta vobis Provincia fidelibus & devotes noſtris: in auditorio noſtro facta expoſitio habuit, quod plerumque homines ipſius terre Tertiis ad Eccleſias ejuſdem Terre provecti devotionis inſtinctu de bonis ſuis ſtabilibus eiſdem legant Eccleſiis in diſpoſitione ipſorum ultimæ voluntatis. Subdit vero ipſorum exponentium querela gravis adjectio, quod dicte Terre Notarii publici vocati diſpoſitionem hujuſmodi in ſcriptis redigere ratione previa in illa bona ipſa legata conſcribere, nec in aſſumptis inde ſcriptis publicis annales ipſius Terre Judices ſe volunt ſubſcribere niſi teſtatores predicti expreſſe prætactis eorum ultima voluntate mandent, & veline debere infra annum res ipſas vendi Eccleſias bona ſtabilia ſive legata, unde ſequitur eorundem impediri teſtatorum judicia, & Eccleſias ipſas magna proinde incurrere detrimenta. Propter quod pro memoratis Archipresbytero atque capitulo ſuit nobis ſupplicatum attentius, ut providere in illis ſecundum juſtitiam dignaremur. Nos autem injuſtum reputantes & abſonum impediri taliter tam pia teſtatorum propoſita, & attendentes, & provida fore illa debito ſervamine conſervanda: volumus, & fidelitati veſtre preſentium tenore mandamus expreſſe, quatenus ad requiſitionem pro dictis Eccleſiis ſeu teſtatoribus vobis propterea faciendam memoratos Notarios diſpoſitionem predictorum teſtatorum liberam ſcribere, ipſam ſcriptam in publicam formam redigere, ac Judices dicte Terre premiſſe conditionis, & alio quovis, indebito remoto prepedio, ſe in publicis ſcriptis eiſdem ſubſcribere prout ad eorum ſpectat officium, per multa aliaque debita juris remedia compellatis. Preſentibus poſt opportunam inſpectionem eorum remanentibus preſentanti efficaciter in antea valituris. Datum Neapoli per Nicolaum Frizzam de Ravello &c. Anno Domini* CIↃCCCIX. *die XIV. Octobris ſeptime indict. Regnorum noſtrorum anno XXIV.* Ex regeſto.

XIII. Tandem, noſtra tempeſtate, Friderici Imperatoris Conſtitutio *De non alienandis rebus Eccleſiis*: reſcripto FERDINANDI IV. Regis optimi veluti poſtliminio eſt revocata. Pluries enim in eam ſententiam reſcriptum eſt, quo jure & hodie utimur. Noſtra fuit origines ejus Conſtitutionis a ſuis incunabulis repetere, ne amplius de authentia dubitaretur, & Conſtitutionem mundam, caſtam, omni ſqualore deterſo, in quem mala fida tempora obruerant, educere, & ab omni contracta labe mundare, ſuoque nitori reſtituere. Quod quidem inter cetera FERDINANDI IV. Regis beneficia reponendum eſt; jamdiu ejus legis reſtituendæ ſpes Siciliæ Populos tenuerat; quæ diu dilata, pene evanuerat. Bis enim retroactos Reges CAROLUM ſcilicet II. & VI. Imperatorem Ordo, Populuſque Neapolitanus ſupplex petierat, ut acquiſitiones bonorum Ordini Eccleſiaſtico interdicerentur; ſed ii Reges ceteris in negotiis diſtricti, in aliud tempus diſtulerunt: *Grazie, e privilegj del Re Carlo II. cap. 14. pag. 193. di Carlo VI. pag. 242.* Omne tandem præſidium in optimo Rege invenit. Dat. Neap. pridie Kal. Octobris anno Chriſtiano CIↃIↃCCLXXIII.

De

Digitized by Google

De jure balii.

TITULUS XXX.

Pupillis habentibus feudum datur balius a fiſco, qui balius adveniente pubertate tenetur reddere rationem pupillo, præſente Juſtitiario regionis, vel alii, cui commiſſum fuerit, ita quod deducto eo quod Curia, prout moris eſt, pro ipſo balio dederit, & deductis expenſis juſtis, & moderatis, quas pro victu, & veſtitu ſuo, & quas in perſona, aut in rebus pupilli, vel pro ſervitio debito Curiæ de his, quæ minor tenet, ipſum balium feciſſe conſtabit, reliqua pupillo integre reddere teneatur: & ſi fraudulenter fecerit, tenetur in duplum, unum ſimplum pupillo, reliquum fiſco præſtandum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

Minoribus (*a*) * qui ætatis ſuæ ſuffragio juvari non poſſunt, imperiali remedio providentes, Statuimus, ſi quando balium impuberum maſculorum, aut fœminarum (*b*) gerendum alicui (*c*) ſerenitas noſtra conceſſerit. Hi qui balium geſſerint pupillorum, poſtquam balium ipſum (*d*) pubertate ſuperveniente dimiſerit, de adminiſtratione balii reddere debeant rationem præſente Juſtitiario regionum, aut alio, cui hoc ſpecialiter duxerimus delegandum: Ita videlicet, quod deducto eo, quod Curia pro ipſo balio, prout moris eſt, (*e*) dederit, necnon de-

---

De jure balii. Rubrica.

(a) M*inoribus*. Pupillis habentibus feudum datur balius a fiſco, qui balius adveniente pubertate tenetur reddere rationem pupillo, ſecundum formam hic traditam: & ſic finitur balium pubertate, ſicut & tutela, ut Inſti. quib. mo. tu. fi. per totum. Item ſi fraudulenter fecerit, tenetur in duplum, unum ſimplum præſtatur pupillo pro identitate, aliud fiſco, ſicut & tutor tenetur in duplum actione de rationibus diſtrahendis, ff. de tu. & rat. diſtr. l. 1. in fi. ſed ibi non datur pupillo totum.

* Additio. *Vide c. regni, feudatarius, & ibi Scrib. f. 147. an Baro ſi efficiatur pubes, debeat habere curatorem, vide Bar. in l. quidam conſultbant, nu. 13. ff. de re jud.* De Bottis.

(b) *Gerendum*. Nota, quod balium ad fiſcum pertinet, ſupra de ho. for. l. 2. in prin.

(c) *Serenitas noſtra*. Quod bajulum ad fiſcum pertinet, ut patet tit. 2. l. 1. ad fi. & propterea hic dicit, alicui ſerenitas noſtra conceſſerit &c.

(d) *Pubertate*. Eſt autem pubertas viventibus jure Baronum poſt completum 25. annum, ut ſup. tit. proximo, l. 3. circa fin. G.

(e) *Dederit*. Arg. † contra, ff. de tutel. l. in eos.

† Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

De jure balii. Rubrica.

M*inoribus*. Bene gloſſata eſt per valentem Modernum Doctorem Dominum Andream de Barulo. Sed in eo, quod dicit baliatum indiſtincte pertinere ad Regem: & quod pater in teſtamento non reliquit balium filio: ſed debere confirmari per Regem, eſt innovatum per capitulum incliti Regis Caroli II. quod incipit, feudatarius. Tamen finitur pubertate, ut dicit litera, quæ eſt hic, incipiente a decimoquinto anno, ut ſupra de reſtitutione minorum, l. minorum, in fi. quod dic, ut ibi. Et pro eodem ſumitur baliatus in feudis, & tutela in aliis rebus. Non ergo indiget alio defenſore † nobilis feudatarius incipiente a decimoquinto anno uſque ad decimum octavum. Nam per ſe adminiſtrabit in contractibus, & in judiciis, ſive ſit feudum francum, & indiviſibile: ſive Longobardum, quod dividitur, ſive maſculus, ſive fœmina, ſive juvenis, ſive ſenex. Tamen ſi læſus a decimoquinto anno uſque ad decimum octavum reſtituetur in integrum, l. imperialem, §. præterea, & diximus in d. l. minorum.

† Additio. *Nota igitur, quod in judiciis habet legitimam perſonam, ergo ipſe ſolus poteſt procuratorem conſtituere, ut eſt gloſſa in c. ex parte, de reſtit. ſpol. per Jacob. in l. neque tutores, ver. ultimo notatis. C. de procur.* De Bottis.

Et ſic nec balio, nec tutore, nec Mundualdo egebit, elapſo 14. anno. Nam adultis tantum deſiderantibus ſolent dari curatores jure Romano. Et balius faciet inventarium hodie, ut dictum eſt per capitulum, feudatarius. Baliatus diſponitur per patrem morientem: & mater minoris filii præfertur per Curiam, quando inteſtatus deceſſerit. Item licet de avia non loquatur: idem inclitus dominus Rex declaravit, ubi præſens fui, idem eſſe in avia † 18. Decembris, indict. 4. in anno Domini 1305. Sed quid de feudataria, vel avo materno, vel de patre non habente in poteſtate, an dent balium in feudo, quod dimittunt liberis? Videtur quod ſic: quia cum dicit feudatarius, maſculinum concipit fœmininum, ff. de verbor. ſignificat. l. 1. de legat. 3. qui duos mulos.

† Additio. *Et in avia materna, quod poſſit eſſe balia, Robertus Rex in quadam muliere de domo de Surrano declaravit, & vidi in regiſtro, quod eſt penes D. Ant. Barattucium, fiſci advocatum, c. 164. & 165. & pluribus ſequen. datur mulieribus baliatus, & providetur de curatore, quando excedit tempus & datur forma, quod faciendum de fructibus pro ſolvendis Caſtellanis & juribus curiæ, & diſpenſatur quod ſeruum præſtandum per mulieres, ſi non poteſt perſonaliter in curia comparere, præſtetur coram commiſſario deputato. Nota quod dicto tempore anni 1305. iſte Andreas de Iſernia, erat magiſter rationalis Regiæ Curiæ Regni Neapolis, ut vidi in regiſtro ipſius Caroli II.* Piſanellus.

Sed utrum tunc adminiſtrabunt ſine confirmatione judicis, ſicut cum dant tutorem, vel curatorem, ff. de confirman. tutore vel curat. l. 2. & 3. & C. eo. l. prima? Videtur quod ſic: quia dicitur in prædicto c. licentia non impetrata. Econtra quod non: quia non videtur loqui de illo, qui legitime poterat ſine confirmatione dare tutorem, vel curatorem. Cuicunque ergo æquiparetur, etiamſi curator datur bonis, oportet confirmari, quando mater, vel non habens in poteſtate dedit. ff. de tutoribus & curat. dat. ab his, l. pater, §. 1. in glo. ſive dicas trahi ad fideiuſ. argum. eorum quæ dicuntur, ff. ad ſenatuſc. Trebell. l. Scævola, de vulga. & pupil. l. ſi mater, non correxit expreſſim in his, quod non habentes in poteſtate dent balium ſine confirmatione: lex non corrigit, niſi quando expreſſim dicitur in Authen. quib. mod. natural. efficiun. ſui. §. tribus. Ille ergo ſine licentia curatoria adminiſtrabit, qui legitimus balius eſt. At non habentes in poteſtate, non dant balium legitime, niſi confirmentur: & confirmati non ſunt teſtamentarii, ſed dativi, Inſtit. de tutel. §. fi. in gl. Licet quantum ad ſatiſdationem perinde ſit, ff. de confirman. tutore, l. qui a patre. Gubernatorem autem & adminiſtratorem dant non habentes in poteſtate, ſicut volunt, in Authen. ut liceat matri & aviæ, in princ. & ibi no. ff. de uſu. l. 3. §. cum Pullidius. Sed ſi hoc non dicatur, videtur magis accedere ad tutorem vel curatorem balius. Sed quare magis? poteſt eſſe la-

deductis juſtis, & moderatis expenſis, quas pro victu (*a*) & veſtitu ſuo, & quas in perſona, aut rebus pueri, vel pro ſervitio debito Curiæ noſtræ, de his, quæ (*b*) minor tenet, ipſum ba-

† Additio, *Vide quid debeat habere tutor, & alii adminiſtratores, per Guido. Papæ, deciſ. 68. & vide Jo. Fab. in rubr. de tutel. Inſtit.* De Bottis.

(a) *Et veſtitu ſuo.* Videtur ergo, quod iſte balius debeat habere expenſas de bonis pupilli: licet ſecus in tutore, ut ff. de adminiſtratione tutorum, l. tutoribus, in fine: & dic ut ibi.

(b) *Minor tenet, &c.* Patet per hanc conſtitutionem, quod ſemper indiſtincte balium ſpectat ad Regem, quicunque, & quantumcunque conſanguinei & propinqui exiſtant his, qui balio indigent, ut hic & ſupra, de pœna furtu. & ba. da. fi. eorundem, l. ſi quando aliquem, in princ. & ſupra tit. 2. l. in aliquibus, ad fin. Et quia frequenter de balio dubitatur: Attende, quod balium habet locum in filiis nobilium, ſcilicet, Comitum, & Baronum, & militum, maſculis & fœminis minoribus, poſt mortem patris eorum, ut ſupra in præallegata conſtitutione, In aliquibus, ad fin. In aliis autem inferioris gradus hominibus & villanis: Aut vivunt iure Romano: & tunc ſive maſculus, ſive fœmina ſit iſte minor, qui defenſione alterius indiget, in pupillo habet locum tutela, in adulto cura: quo caſu ſervabis, ſicut dictum eſt, per omnia jus Romanum. Aut vivunt jure Longobardorum: tunc ſiquidem iſte minor ſit maſculus, in pupillo habet locum tutela, in adulto cura ſimiliter, ſicut dictum eſt de jure Romano. Si vero eſt fœmina, tunc ſive ſit minor, pupilla, vel adulta, ſive ſit major ſexagenaria, etiam & in ſenio conſtituta, habet locum in ea Mundium, licet ſit argumentum contra. ff. de tutel. l. 3. ubi innuitur, quod uſque ad trigeſimum annum ſit ſub tutela & cura, & non in mundio, ſine quo mulier non poteſt vivere, id eſt vitam ducere. Sed ſemper debet ſub eo eſſe, ut in Longobarda, qualiter mul. alie. permiſſ. eſt, l. 2. & quib. tutor. dan. ſunt l. 1. ubi de hoc plene ſecundum Carolum: dicit enim litera Longobardæ, mulier: & ſic mulierum appellatione etiam infans & puella continetur, ut de auro & arg. leg. l. argento. §. mulieres. Et ideo libellus iſte conſtitutionum diverſimode iſtos nominat, ſcilicet tutorem, procuratorem, balium, & mundualdum, ut ſupra de reſtitut. minorum. l. minorum, & de reſtit. mulie. l. obſcuritatem, quaſi diverſum quilibet habeat intellectum, ut C. de codic. ſi idem. In larga tamen & generali ſignificatione tutela, ſive tutor omnes iſtos comprehendere poteſt, ſumens vocabulum a tuendo, id eſt, defendendo, ut ff. de tutelis. l. 1. & Inſtit. de tutelis. §. 1. Et ſic accipitur generaliter tutela, id eſt, defenſio. ff. de minorib. l. 1. in prin. & de leg. 3. l. cum filio, & de conditionibus, & demonſtr. pater Seiæ. §. conditionum, & in Longobar. in præalleg. tit. qui tut. dan. ſunt, & ſic tutela locum habet in capite libero, in eo videlicet, qui eſt ſui juris, & ſic balium. Nam ſi filius nobilis minor eſſet in poteſtate patris, vel avi paterni, vel alterius, nullatenus poſſet habere aliquem balium, ut arg. ff. de tut. l. 1. & Inſtit. eod. §. 1. & C. de cur. fur. l. ult. §. 1. Illud autem bene notandum eſt, quod balium in maſculo & fœmina tempore finitur æquali, ſcilicet completo 14. anno, ſupra tit. 2. l. in aliquibus in fi. ibi, per ſupervenientem 15. annum, &c. & ſic intelligendum eſt in hac lege pubertatem ſupervenientem, ſcilicet 15. anno, tam in fœmina, quam in maſculo. Licet ſecus in tutela jure Romano, quæ finitur 12. anno † in fœmina: & in 14. completo in maſculo, ut Inſti. quib. mod. tut. fin. in princ. Et ex hoc quidem manifeſte probatur, quod iſte nobilis, ſcilicet filius vel filia Comitis, vel Baronis, vel militis, poſtquam deſinit eſſe ſub balio, anno ſupervenienti 15. ut dictum eſt, poſſit per ſe contrahere, & res ſuas adminiſtrare in judicio, & extra judicium ſine auctoritate, & conſilio alterius defenſoris, curatoris, ſeu mundualdi, ſicut major quilibet legitimæ & perfectæ ætatis exiſtens. Nam ſi adveniente 15. anno, opus eſſet alio defenſore, uſque ad legitimam & perfectam ætatem, quæ eſt hodie ſecundum jus Longobardum, & jus iſtarum conſtitutionum completo 18. anno, & ſic uſque ad quatuor annos completos poſt 14. annum, tam in maſculo, quam in fœmina, ut in Lomb. de prohi. alie. mul. l. 1. & ſupra de reſt. mul. l. 1. in fi. ad quid iſta difficultas & mutatio fieret, ut illo medio tempore, ſcilicet quadriennio, alter novus, qui non eſt ita inſtructus in negotiis minoris, aſſumeretur, nec balius, qui dudum fuit, & ſtatum rerum minoris novit optime, potius in adminiſtratione perſiſteret, ut arg. ff. de teſt. tu. idem & argumentum bonum in Auth. de adminiſt. circa fi. & argo. ff. de var. & extraord. crim. l. pen. & ff. de judi. l. ſi longius, in principio. Et quare Rex non haberet ita poſt 14. annum balium, ſicut & ante? diverſitatis certe ratio reddi non poſſet, ut ff. de ver. obl. a Titio, quinimo videtur expreſſum, quod adveniente 15. anno, & ſic balio deſinente, ſibi committitur adminiſtratio rerum ſuarum, ut ſupra de pœ. for. & ha. dam. fi. for. l. ſi quando circa principium ibi, & in tutelam propriam venientibus &c. & ſuam poteſtatem ſeu defenſionem, ſcilicet pubertatis tempore, ut ff. de leg. 3. cum filiofamilias, alias non diceret propriam: & accedit in conſuetudine feudorum, coll. 10. de prohib. feud. alien. per Frede. l. imperialem §. præterea ſi quis, ubi major 14. annis, ſicut & quilibet perfectæ ætatis feudum propter ſuam incuriam, alias culpam, vel negligentiam, amittit: nimirum:

Additio. *Adde quando annus debet eſſe completus, vel non. & quando ſufficit inchoaſſe? vide gl. in c. ad noſtram, de reg. glo. in c. ſubdiaconus. 77. diſt. & gl. in cle. generalem. de æta. & qual.*

† Additio. *Vide cap. in regiſtro antiquo originali, quod tenet D. Antonius Baractucius fiſci advocatus in c. 97. ubi diſpenſatur per Regem Robertum, quod per matrimonium contractum in decimo anno non expirat baliatus, & hoc ſentit hæc gloſſa, dum in fœmina requirit exceſſum annorum* 14. De Bottis.

Nam propter nobilitatem augetur, & ſuppletur ætas in nobili, ut arg. ff. de judiciis l. ſi longius, in fi. ratione induſtriæ, quæ in filiis nobilium, ſcilicet Comitum, Baronum, & militum plurimum invenitur, maxime propter bonorum converſationem virorum, qui frequentius in parentum curia converſantur, ut C. qui & adverſ. quos. l. 1. juxta illud: Cæſaribus virtus contigit ante diem, & ipſa lex, ſcilicet, conſtitutio Regni facit perſonam ſuam legitimam: ſicut C. qui legit. perſon. ſtan. in judic. hab. l. 1. & per totum, & de iſtis quatuor annis, veniam ætatis indulget propter bonos mores, ſolertiamque, quæ in nobilibus reperitur, ſicut C. de his qui veniam ætat. impetr. l. 2. & ex hoc probatur illud tota die, quod Comitiſſæ, & nobiles mulieres per ſe contrahunt, omnia in judiciis, & extra judicia agunt ſine mundualdis. Licet multi ignorantes dicant hoc eſſe de conſuetudine: Immo potius eſt de iure ſcripto, ſecundum conſtitutionem Regni, ut dictum eſt: quæ finito balio, filium vel filiam nobilis defenſioni alterius non ſubmittunt, tam jure Romano in maſculo, quam jure Longobardo in fœmina, vigorem ſuum nobilitatis intuitu mitigantes. Poſito enim quod mulier vel maſculus nobilis aliquam rem ſuam jactet, dilapidet, ſive donet, non dedecus, immo ſuæ dignitatis obtentu poteſt in aliquo prodigaliter vivere: ut arg. ff. de donat. l. filiusfamilias & inſti-

ANDREAS DE ISERNIA.

ratio, quia de gubernatore quod potuit non dixit. Sed eadem ratio eſt, quia non dixit de tutore & curatore, ſed de balio. Ex quo dictum capitulum factum eſt in favorem feudatariorum, humanum eſſet dicere, quod valeat iſta datio balii omni jure, quo melius valere poteſt, ff. de appel. l. 3. in fi. C. de legi-

Digitized by Google

balium feciſſe conſtabit; reliqua pupillo integre reddere teneatur. Quod ſi fraudulenter eum res minoris adminiſtraſſe fuerit manifeſte compertum, omne damnum, quandocunque per fraudem ipſam pupillo contigerit, eidem de rebus ſuis reſarcire cogatur, & tantundem ſacris noſtris largitionibus inferre, prava conſuetudine, quæ hactenus balios a ratiociniis eximebat, in poſterum quieſcente.

De

Inſtitu. de rer. diviſ. §. hoc amplius interdum, cum ſimil. ibi no. & C. lib. 12. de conſol. l. 2. cum multa ſibi Deus dedit habere, ut in Authen. de non alienan. aut permutan. §. ſi minor igitur, coll. 2. cum intuitu dignitatis largius cum nobilibus ſit agendum, ut ff. de uſu, & hab. plenum, circa princ. & accedit in præmiſſis in cullat. 10. feud. de prohib. alien. per Freder. l. Imperialem. §. præterea ſi quis. Vel dic, quod nihilominus filius nobilis poſt annum 14. uſque ad 15. egeat curatore: & eſt ratio, quia finita pupillari ætate, Rex deſinit eſſe balius, ſicut dicitur in patrono: quia nec adultis tantum deſiderantibus curatores dari ſolent, ut ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. ſi impuberi. §. penult. & ita ſervamus: & ſic talis curatur dandos eſt de mandato Regis: quia datur rebus, ſicut quilibet curator, & bona ſunt feudalia. Et nota, quod balios † iſte debet facere inventariam ad inſtar tutoris & curatoris. C. arbitrium tut. l. ult. & ad inſtar curatoris furioſi, vel prodigi, ut C. de cura. fur. l. ult.

† Additio. *Sed quid de ſatiſdatione, videtur quod non, ſicut nec Rex, qui eſt principalis ut in conſtitutione, In aliquibus, in fi. immo in redditione computi debet adeſſe officialis Regis, ut hic: tamen ego vidi ſervari contrarium, ſcilicet quod nedum facit inventarium, ſed præſtet fidejuſſionem, ut nunc fuit practicatum in baliatu filiorum Don Antonii de Aragonia, & jam Comitiſſa Populi ita ſervavit, & uxor Caroli Mormilis, & alia quam plures.* De Bottis.

Sed cum hæc conſtitutio videatur loqui ab inteſtato, nunquid poteſt Comes, Baro, vel miles in teſtamento ſuo relinquere balium aliquem filio ſuo? Reſpondeo non, ſed benigne dici poſſet balium in teſtamento relictum per regem debere, cauſa cognita, confirmari: ut argu. ff. de tute. l. pater, & l. qui tutelam. C. de tutel. l. mater, propter conſilium & teſtimonium paternum, & ff. de curat. fur. l. & furioſo. & C. de epiſco. audientia l. declarationibus. Item nunquid mater, vel avia Comitiſſa vel Baroniſſa, & nobilis poſſet eſſe balia filio vel nepoti? Reſpondetur ſic, Rege concedente, ut hic in principio conſtitutionis, & argum. ff. de tut. l. ulti. Nec poteſt dici nominum, & rerum facta confuſio, & illam habere alium ſub defenſione ſua, & gubernatione rerum alterius ſupereſſe, quæ eſt ſub poteſtate alterius, & ſuis rebus ſupereſſe non poteſt, ut C. de leg. ret. nemo. Nam, ut dixi, talis mulier propter nobilitatem ſuam ſub alterius mundio non conſiſtit, & omnia tanquam maſculus per ſe agit. Ultimo notandum eſt, quod ſicut baliam pupilli nobilis ſpectat ad Regem, ut hic: ita & balium nobilis furioſi: quia omnes furioſi ſtatus, & habitus, & pupilli conditio non multum abhorrent, ut ff. ex quib. cau. in poſ. eatur. l. Fulcinius. §. adeo autem, ad fin. §.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

legi. quod favore, maxime quia dicit, ſine licentia Curiæ adminiſtrat. Quid ergo ſi gubernator † vel balius datus per matrem, vel alias prædictas perſonas velit adminiſtrare: nunquid pater volens repellere ab adminiſtrando, audietur patre volente, ſcilicet tunc adminiſtrare dictum balium vel gubernatorem? ut C. de bon. quæ lib. l. fi. §. ſin autem, dicit quod gubernator ſeu curator non datur, ſi pater adminiſtrare voluerit. Et ſi hoc intelligitur, quando lex denegat uſumfructum, ut in illo §. debebit intelligi, quando non dat, vel relinquit, arg. C. de fide. l. fi. in fi. Nam ſi ille, qui conditionem appoſuit, ut patri non quæratur uſusfructus, voluiſſet quod pater non adminiſtraret, expreſſiſſet: ſed ſi non expreſſit, relinquitur aliis legibus, C. de cadnc. toll. l. 1. §. pen. Econtra quod non: quia aliud eſt inhiberi a lege, aliud ab homine, ut hic, cum quo durius agitur, ff. de arbit. l. Celſus. Et quia dictus §. 1. ut liceat ma. & aviæ, non dicit, patre volente: indiſtincte dictum, indiſtincte intelligitur, ff. de pub. l. de pretio, & quia in fi. dicti §. dicitur, quod aliæ leges, quæ dicunt ſervari uſumfructum, habent locum, quando non ſit inhibitio a donante, vel relinquente. Idem videtur eadem ratione dici de curatore dando.

† Additio. *Adde D. Aſſl. in deciſ. 183. in fi.* De Bottis.

M*inoribus*. Dicit conſtitutio, quod pupillus feudatarius debet habere balium, non tutorem. Quid ſi habet jus, ſeu actionem ad feudum, non tamen poſſidet? & certe idem videtur: quia ratione perſonæ hoc eſt, ſicut de tutore dicitur; quia perſonæ principaliter datur. Item quia ex quo actionem habet, ipſam rem habere videtur. ff. de reg. jur. l. qui actionem, & de in integ. reſtit. l. non videtur. Item qui diminuit actionem, videtur patrimonium diminuere, ff. ſi quid in fraudem patr. l. 1. Juxta hanc conſtitutionem quæritur, quo tempore ſecundum ritum, & formam Curiæ recipiantur ad homagium, & ſacramentum fidelitatis, & aſſecurantur a vaſallis, & ſolvunt relevium Curiæ de eo quod tenent ab illo. Et eſt relevium medietas valoris annui terræ, quam feudatarius tenet, ſecundum conſtitutionem feudorum, de prohib. feudi alien. per Feder. c. Imperialem, §. præterea, & ſecundum conſuetudinem approbatam: quia hoc nomen non memini me legiſſe: licet inveniam, quod heres pro militia, quæ jure feudi confertur, ſicut probari poteſt in Authent. de exhibendis reis, §. optimum, C. de pigno. l. fi. & C. de inoffi. teſtu. l. omnimodo, §. imputari, ſolvebat aliquid pro introitu militiæ, quod videtur ſimile relevio, ff. de leg. 3. l. pen. §. alumno, verſi. idem teſtator, quamvis ibi non appareat de quantitate, vel gravitate, quæ debet ſolvi pro introitu militiæ. Nunquid autem ante pubertatem recipiuntur ad ſacramentum fidelitatis, & homagium, & aſſecurantur a vaſallis? & primo videtur, quod ad ſacramentum fidelitatis, vel homagium non recipiantur: quia in ſacramento fidelitatis vaſallus obligatur domino, ut in cap. 1. de nova forma fidelitatis. Sed pupillus vaſallus (qui non poteſt communiter obligari, ff. de regu. jur. l. pupillus, C. de falſa mo. l. 1. in fi.) non eſt admittendus ad ſacramentum fidelitatis, vel homagium: per conſequens non eſt aſſecurandus a vaſallis, quia cum illa aſſecuratio ſit de actu, ſeu loco inveſtituræ, quæ facienda eſt a domino vaſallo, ut in c. 1. per quos fiat inveſtitura, non eſt facienda inveſtitura ei, qui ſacramentum fidelitatis præſtare non poteſt, ut in d. c. 1. §. fina. per quos fiat inveſt. ff. de actio. empti. l. Julian. §. ſi quis a pupillo. Econtra videtur quod ſic; nam pupillus obligatur ex ſacramento operarum, quod præſtaret patrono, ut in l. ut jurisjurandi. §. dabitur, ff. de operis libert. quod ſacramentum ſatis eſt ſimile ſacramento fidelitatis, quod præſtat vaſallus domino, in quo ſe ei obligavit ratione feudi, & ſervitii, quod debetur ex eo. Item ſacramento pupilli ſtatur, l. qui juraſſe, in princ. ff. de jurejur. Solutio: videtur dicendum de jure communi, quod vaſallus impubes non poſſit compelli ante pubertatem ad præſtandum ſacramentum fidelitatis, vel homagium, ut in c. ſi minori, & c. ſi quis deceſſerit, ſi de feu. fue. controv. Non tamen credo quod dominus teneatur eum ſic inveſtire, ut aſſecuretur a vaſallo impubere, antequam dominum aſſecuret, ut in d. c. 1. quid præced. debe. inveſt. an fidel. arg. ff. de admi. tut. l. ſi minoris, in fi. l. fi.

C. de

Digitized by Google

De adminiſtrationibus rerum eccleſiaſticarum poſt mortem prælatorum.

TITULUS XXXI.

Olim vacante eccleſia, Bajuli curam ſuſcipiebant, & quia erant latrones potius, quam cuſtodes, removentur, & mandat Curia cuſtodiam committi tribus de melioribus de gremio. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

REX ROGERIUS.

PErvenit (*a*) ad audientiam noſtram, quod Bajuli, qui olim ſtatuti fuerant ſuper eccleſiis, paſtoribus carentibus, ad cuſtodiendas & ſalvas faciendas res eccleſiarum quandiu eiſdem de paſtoribus provideatur, non ita fideliter & ſtudioſe, ſicut a noſtra Curia erat injunctum, ipſum ſervitium peragebant, ſed male tractabant & cuſtodiebant res ipſarum eccleſiarum. Verum quia omnes eccleſias Regni noſtri, & ſpecialiter ipſas, quæ paſtoribus carent, in manu & protectione noſtra habemus, Nolentes, ut res eccleſiarum illarum in aliquo minuantur, vel defraudentur, Statuimus & ſancimus, ut deinceps, ſi quis Archiepiſcopus, vel Epiſcopus Regni noſtri deceſſerit, res ipſius eccleſiæ in cuſtodia, & cura trium de melioribus & fidelioribus, necnon & ſapientioribus perſonis ipſius eccleſiæ ad cuſtodiendas & conſervandas eas, ad opus eccleſiæ uſque dum de paſtore in eadem eccleſia provideatur, committantur. Eo tamen modo, ut de reditibus & proventibus ipſius eccleſiæ ad uſum ſervientium ibidem morantium, neceſſaria rationabiliter, & ſufficienter miniſtrentur: & ex eis ipſi eccleſiæ multum bene, & rationabiliter ſervatur, reſiduum ab ipſis cuſtodibus ad opus ipſius eccleſiæ ſalve, & integre cuſtodiatur, donec ibi paſtor fuerit conſtitutus. Conſtituto autem in eccleſia paſtore, quicquid de rebus & introitibus ipſius eccleſiæ remanſerit, ipſi paſtori eorum aſſignent, & ei rationem inde reddant.

De novis ædificiis.

TITULUS XXXII.

Hæc conſtitutio parum, vel nihil valet, mandat dirui caſtra, & munitiones factas a tempore regis Gulielmi uſque ad certum tempus, ſub pœna publicationis caſtri, & prohibet diruta reſici. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† REX GULIELMUS. † *Alias, Idem.*

CAſtra, (*b*) * munitiones, & turres ab obitu divæ memoriæ Regis Gulielmi con-

---

De adminiſtrationibus rerum eccleſiaſticarum poſt mortem prælatorum. Rubrica.

(a) P*Ervenit.* Moris erat in Regno ut eccleſiæ, paſtore vacante, Bajuli curam ſuſciperent, qui quia erant latrones, potius quam cuſtodes, removentur ab hac adminiſtratione: & committitur tribus de melioribus & gravioribus eccleſiæ, qui rerum & eccleſiæ curam habeant uſque ad creationem paſtoris.

De novis ædificiis. Rubrica.

(b) C*Aſtra.* Hæc conſtitutio parum valet, quia mandat dirui prædicta caſtra uſque ad tempus, quod jam præteriit. Item prohibet reſici diruta. In ſequenti prohibet in futurum fieri caſtra, & turres a privatis, quaſi ſufficiant publicæ imperiales munitiones.

Caſtra. Nota ergo, quod privatus prohibetur caſtrum, vel arcem habere, maxime in confinibus Regni, & concor. ff. ad l. Jul. maj. l. 3. §. 1. & C. lib. 11. de fun. lim. l. 2. & dic ut ibi. Ita igitur hic accipe caſtra mu. &c. id eſt, arces ſeu caſtella † fortia, quas fortilitias dicimus. Caſtellum enim primo dicitur, id eſt, receptum, ſeu caſarium, ubi multi poſſunt ſe reducere, & munire, ut arg. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. ait prætor, quo ex caſtello, caſtrum enim dicitur ad differentiam terræ planæ, ut ſupra, de mor. bar. num. Imp. l. poſt mortem, in fi.

† Additio. *Vide de caſtro, & fortelitio, quæ late poſuit Bover. in deci.* 320. & 370. De Bottis.

Et idem ſubjungitur in turribus, ea videlicet ratione, quia per hujuſmodi ædificia, ſcilicet fortilitias, & turres præbetur turbationis materia, & ſcandala de facili oriuntur, unde merito quilibet prohibetur talia ædificia habere, facere de novo, vel etiam reficere ſine licentia Regiæ majeſtatis ut hic, & ff. de ope. pub. l. opus, in principio. Aliter vero unicuique eſt permiſſum murali ambitu ſua loca vallare, ut de ædi. priva. l. per provincias.

Additio. *Vide ad hanc conſtitutionem deciſionem conſil.* 392. & *in materia refectionis, de qua hic, vide omnino Franc. de Curt. in tract. feu. in* 2. *par.* in 10. *char. in prin. & Ang. C. ad l. Jul. maje.* Cæſar. de Peri.

* Additio. *Vide ad materiam, quod ſi Princeps reficet*

ANDREAS DE ISERNIA.

C. de uſuca. pro empt. licet feudum interim impubes tenere debeat, ut in dicto c. ſi minori, quanquam communis gloſſator videatur contrarium innuere. Si tamen velit ipſe ſacramentum fidelitatis præſtare poterit, nec poteſt illud dominus revocare, ut no. in d. c. ſi quis deceſſerit, quod intelligo in eo impubere, qui eſt doli capax, qui jurare poteſt, arg. expreſſo, ff. de lib. cauſa, l. fi. §. fin. C. de jure delib. l. ſi infanti, in fi. ff. de acq. her. l. pupillus, & obligabitur hoc caſu minor, contra regulam juris communis, poſitam in Auth. ſacramenta puberum, quia lege permittente hoc fit, ſicut & alias in dictis ll. ff. de lib. cau. & ff. de oper. liber. & poteſt eſſe ratio: nam minus facit rem debitam de eo ad quod tenetur, unde non videtur circumſcriptus, ff. de minoribus l. verum. §. item videndum, & C. de in integ. reſt. l. fi. Nunquam tamen vidimus de facto, quod ante pubertatem admitteretur minor ad ſacramentum fidelitatis, vel homagium, nec quod aſſecuraretur a vaſallis, ſi tamen fieret ſecundum quod ſupra dictum eſt, nullam videmus repugnantiam juris, vel inconveniens, imo reputaremus quod minori prodit, quantum ad actum plenioris poſſeſſionis, & recipienti ſacramentum fidelitatis, vel homagium non obſit, unde eſſet æquum & conveniens quod fieret, arg. ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. idem Varus, ff. ſol. mat. l. 2. & ff. de evic. l. in creditore. Bartholomæus de Capua.

De adminiſtrationibus rerum, &c. Rubrica.

P*Ervenit.* Tempore Regis Gulielmi, qui condidit legem iſtam, non erat compilatum volumen decretalium. Et quamvis utiliter ſtatuat pro eccleſiis, tamen canoniſtæ non recipiunt leges principum ſæcularium, etiamſi pro eis condantur, quia nolunt ut ponant falcem in meſſem alienam, extra de rebus eccleſ. non alien. c. dudum, in 6. in gl. & extra de conſt. c. eccleſia S. Mariæ.

P*Ervenit ad audientiam.* In tex. ibi, necnon & ſapientioribus ipſius eccleſiæ perſonis ad cuſtodiendas eas ad opus eccleſiæ. Vide c. generali de elec. in 6. In tex. conſtitutio autem. Vide c. quia ſæpe, de elect. in 6. & de off. ord. c. præſenti. Barthol. de Capua.

De novis ædificiis. Rubrica.

C*Aſtra, munitiones.* Parum valet hæc conſtitutio, ut dicit gloſſa, quia tempus expreſſum jam in ea præteriit.

conſobrini noſtri erecta, ſuper quibus minime diruendis majeſtatis noſtræ licentia non præceſſerit, prout in Capuana Curia per nos extitit ſtabilitum, revocata conſtitutione noſtra denuo dirui debere mandamus, publicationis pœna ipſius caſtri, vel novi ædificii conſtitutionis noſtræ contemptoribus imminente, ſi uſque ad Nativitatem Domini proximam diruere ædificia (*a*) contemnant. Illud etiam præſenti adjungimus ſanctioni, ut nec munitiones alicui reficere dirutas liceat, ſine noſtri culminis juſſione.

De

ficis caſtrum alicujus, non poteſt petere expenſas, *Bal. in l. ſi in aliquam*, *ff. de offic. proconſ. & lega. de cujus veritate vide Cottam in ver. caſtrum*, *ubi etiam*, *an Princeps poſſit mandare alicui*, *ut caſtrum muniat*, *& reficiat*, *& vide eundem in ver. Rex*, *ubi an talia caſtra*, *& etiam regum debeant refici*, *& cuſtodiri expenſis communitatum*, *& dicit*, *quod non*, *ſed dominorum*, *allegat Angel. in l. turres*, *de operib. publ.* De Bottis.

(*a*) *Contemnant*. Quidam hic cavillant, ut conſtitutio locum habeat in caſtris, vel novis ædificiis erectis poſt hanc Nativitatem Domini, de qua hic dicitur: nam cum hæc conſtitutio hic ſtatuat in præteritum, non ergo extenditur ad futurum, argumen. ff. de legi. & ſe. conſu. l. cum lex, & argumen. ff. de liberatio. le. l. Aurelius. §. Titius Seio, & l. fin. circa principium, ſed contrarium verum eſt, ut bene colligitur ex mente conſtitutionis, in l. fin. hujus conſtitutionis, & in l. proxima, quando enim l. aliquod factum punit, hoc ipſo, id factum improbare videtur, ut ff. de his, quæ pro non ſcri. ha. l. 1. poſtquam enim ipſa rei principia perimuntur, & prohibentur, quod fit, nequaquam perſcrutatione indigemus deinceps, ut in Authen. de non alien. §. minus, in fi. collat. 2.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

ſeriit. Dicit tamen gloſſa, quod ſequens conſtitutio prohibet caſtra fieri, & turres a privatis, ſed loquitur in locis demanii. Item dicit, quod privatus prohibetur caſtrum, & arcem habere, maxime in confinibus. Dic quod (maxime) abundat, quia in confinibus tantum, ut in gloſſa per leges, quas adducit. Item dicit, quod quilibet prohibetur de novo facere, vel reficere fortilitia & turres ſine licentia. Intellige, quod hic exprimuntur ante, ſcilicet tempus hujus conſtitutionis: nam Comites & Barones præterquam in locis demanii, in caſtris, & terris eorum ſitis, non prope confinia Regni, poſſunt ſi volunt, ſi non ad æmulationem, & materia ſcandali exinde non oritur, ut notatur in gl. ff. de ope. pu. l. opus. C. de fun. li. l. 2. li. 11.

Contemnant. Dicit gloſſa, quod quidam hic cavillant, &c. tamen non eſt cavillatio, immo veritas: quia ut ædificium turris, vel caſtelli, aut cujuſcunque operis præberet materiam ſeditionis, vel fieret ad æmulationem alterius, puta, ut brigaret cum vicinis æmulis ſuis, hoc indiſtincte prohibetur in l. opus, & ſi ſic intelligatur hæc gloſſa, ſalvabitur. Sed non fuit hoc de intentione gloſſantis, & loquentis finaliter, & ideo minus dixit: cuilibet enim licet, præter caſus præmiſſos, ut quando in finibus Regni, vel non licet ſine Principis auctoritate, ubi de facili materia ſcandali, & ſuſpicio eſſet. Alibi non debet præſumi de materia ſcandali, niſi appareat, & conſtaret per ea, quæ notatur in d. l. 2. de fun. limi. & præterquam in terris demanii, ut in l. proxi. Hæc conſtitutio loquitur in certo tempore præterito ſupradicto, per quod patet, quod in futuro vetuit pœnam exigi, & vetuit prohiberi, incipi ſeu erigi hæc ædificia, niſi in locis demanii, ut in l. proxi. pro quo eſt. C. de gener. aboli. l. 2. Ex ea quo prohibuit in terris demanii, in aliis videtur conceſſiſſe in eo, quod jus commune hoc concedit, quod cuilibet liceat, niſi in præmiſſis caſibus, ad quod facit. C. de procur. l. maritus, cum ſi idem voluiſſet in omnibus locis ſtatuiſſet, quia non ſtatuit omiſit, C. de cadu. tollen. l. 1. §. pe. Nec eſt veriſimile quando non expreſſit, velle tollere alia jura. C. de inoffic. teſtamen. l. ſi quando, leges non corriguntur, niſi quando expreſſim dicitur, in Authen. quib. mod. nat. effic. ſui. §. tribus. Vel ut ſalvemus gloſſam hanc dic, quod volebat facere turrim non in loco demanii ſumptu publico vel in loco publico uſui, & incolarum, ſive civium deputato, vel officiebat loco publico, amphiteatro, vel theatro ibi propinquo, hoc non licet, dicta l. opus, in fi. & l. pe. C. de oper. pub. & l. nemo, & l. inter. Sed non videtur hoc voluiſſe dicere gloſſam. Ratio autem gloſſæ non valet: nam hoc ipſo, quod pœnam impoſuit, prohibuit, quia verum eſt, ſcilicet illud, in quo pœnam impoſuit, ut prohibeatur ædificetum poſt obitum regis Gulielmi, & ante hanc conſtitutionem las, de his, quæ pro non ſcriptis habentur. l. 1. generaliter imponit pœnam aſcribentibus ſibi in teſtamento generaliter, ergo prohibetur, ut nullus ſibi aſcribat. At hæc conſtitutio imponit pœnam habentibus ædificia hujus certi temporis, ergo illa tantum, & illius temporis ædificia hujuſmodi prohibuit, quod denegatur in parte, & quantum ad partem negatam, non plus valet, quam quando denegatur in totum. ff. de adminiſt. tut. l. ſi duo, in fi. & ſic etiam non procedit ratio. §. ſi in jure, petito principio, &c. Nam non prohibetur, nec permittitur hoc principium habendi ædificia talia, niſi pro certo tempore, quantum ad tempus non egebit ulteriori perſcrutatione, & patet ex prima gloſſa hujus conſtitutionis, quæ dicit, quod hæc conſtitutio parum valet, quia loquitur de ædificiis temporis, quod jam præteriit. Item exceptio verificat, & declarat regulam, in Auth. de non alienan. §. ultimo. Eſt enim regula, quod quilibet facit hujuſmodi ædificia in ſuo, niſi in caſibus prohibitis d. l. 2. de fun. limi. Excipit enim Imperator loca demanii in ſequenti conſtitutione. Item principium hujus conſtitutionis loquitur de ædificiis temporis præteriti. Et ſic tota hæc conſtitutio, & ejus mens loquitur. ff. de juris & facti ignoran. l. regula, §. penult. de impo. lucr. deſcripr. l. 1. in fi. lib. 10. Ubi autem daretur materia ſcandali, vel eſſet rationabiliter verendum, ut rebellaret, vel aliud inde malum veniret, nedum facienda prohibentur, immo & facta talia ædificia diruentur per regem, & Juſtitiarium, nam publica utilitas præfertur privatæ, ut in Authen. de teſt. & ea quæ pa. §. quamobrem. ff. pro ſocio. l. actionem. §. Labeo. C. de cadu. tollen. l. 1. hinc eſt quod prædia dantur militibus ff. de evic. l. Lucius, de rei vend. l. ſive.

Additio. *Adde c. ſciat, 7. q. 1. gl. in c. licet. de reg. & per Abb. in c. fi. de voto, ubi invenies duas fallentias, in quibus præfertur utilitas privata.*

Nam cum factum fuit iſtud caſtrum, ſeu fortilitia, de quo diruendo nunc agitur, aut antequam fieret, dabat materiam ſeditionis, & ſcandali, & tunc quia ædificatum eſt, lege prohibente, pro infecto habendum eſt, quia ſufficit legiſlatori, &c. C. de legi. l. non dubium. Aut a principio non dabat, ſed ex poſtfacto dedit, & præbuit ſeditionis materiam, & tunc idem eſt, ac ſi a principio dediſſet. Hæc enim pariæ ſunt. ff. de doli excep. l. 2. §. generaliter. C. de libero homine exhibendo. l. 3. §. hiſque, de inceſtis nupt. l. qui contra. in fine.

C*aſtra & munitiones*. In tex. ibi, illud etiam præſenti adjungimus ſanctioni. Hoc intelligendum eſt ſano modo, quando in totum ſunt dirutæ, vel quaſi, aliud ſi modica refectione indigent, credo quod poſſet fieri ſine pœnæ metu hujus conſtitutionis, arg. C. de jud. l. fi. & de no. ope. nunc. l. 1. §. ſi quis ædificium. Sed quando dicentur quaſi dirutæ? Reſponde, quando ultra mediatatem operis eſt dirutio, argum. ff. de contrahen. empt. l. domum. Barthol. de Capua.

Sed juxta prædictum tex. in ver. munitiones alicui

teſi-

De probibita in terra demanii conſtructione caſtrorum

TITULUS XXXIII.

In locis demanialibus domini Regis non licet privatis perſonis erigere turres, etiamſi fierent ad defenſionem, ſed ſufficiunt eis munitiones Regiæ, & ſecuritas protectionis Regiæ. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

IN (*a*) locis demanii noſtri ædificia erigi in poſterum prohibemus, per quæ ipſorum locorum defenſio, vel munimen, aut liber introitus, aut exitus valeat impediri. In prædictis locis turres erigi amodo per privatos, expreſſius inhibemus: Munitiones etenim noſtras, & quod eſt ſecurius protectionis noſtræ munimen, omnibus regni noſtri fidelibus plene ſufficere credimus ad tutelam.

De ſervis & ancillis fugitivis.

TITULUS XXXIV.

Probibet hæc conſtitutio recipi ſervos fugitivos, ſed capti dominis reſtituentur: ſed dominis non cognitis, aſſignentur Bajulis, contrafaciens ipſe cum omnibus bonis ſuis pœnæ Curiæ ſubjacebit, & Bajulus niſi magnæ Curiæ tranſmiſerit, eandem pœnam laturus. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

REX GULIELMUS.

SErvos, (*b*) & ancillas omnes fugitivos ab aliquo capi generaliter omnibus prohibemus, niſi captos, quam citius potuerint, domino ſuo reſtituant, vel ſi dominum ignoraverint, Bajulis Curiæ noſtræ aſſignent, & Bajuli Magnæ Curiæ noſtræ tranſmittant eoſdem, ſcituri, quod quicunque modo aliquo ſervum aliquem, vel ancillam fugitivam capere vel quomodolibet detinere præſumpſerit, ipſe cum omnibus bonis ſuis pœnæ Curiæ ſubjacebit, Bajulis, niſi Magnæ Curiæ noſtræ tranſmiſerint, eandem pœnam (*c*) laturis.

De pecunia inventa in rebus alienis.

TITULUS XXXV.

Si quis aliquid invenerit, aurum vel argentum, vel quaslibet alias res, Juſtitiario regionis, vel Bajulo, ſtatim oſtendat, & ſine dilatione ipſemet ad magnam regiam Curiam deferat, alioquin pœna furti tenetur: quæ bona conſervabuntur uſque ad annum venientibus dominis, & probantibus de jure eorum; anno tranſacto fiſcalibus utilitatibus attribuantur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† REX GULIELMUS.

† *Alias, Idem.*

PEcuniam (*d*) * ſi quis invenerit, aurum, vel argentum, lapides precioſos, vel quaſlibet res alias, quæ ſuæ non ſint, animalibus exceptis, de quibus fiat, ſicut (*e*) præordinatum eſt,

---

De probibita in terra demanii &c. Rubrica.

(*a*) IN *locis*. Erigi, accedit, C. de ædi. pri. l. prima, & l. ſi cui, & l. æniana.

De ſervis & ancillis fugitivis. Rubrica.

(b) SErvos. Prohibet hæc conſtitutio recipi fugitivos ſervos. Sed captos Bajulo aſſignet, & contra facientibus pœnam imponit, aliam tamen, quam ea, quæ imponitur. C. eo. l. quicunque.

(c) *Laturis*. Adde ad hanc conſtitutionem quod legitur, infra a. conſtitutione, quæ incipit, Mancipia fugitiva.

De pecunia inventa in rebus alienis. Rubrica.

(d) PEcuniam. Si quit aliquid in via invenerit, puta, pecuniam, vel aliud precioſum, quod ſuum non eſt: ſtatim aſſignet Juſtitiario, vel bajulo regionis: alias furti tenetur, niſi Juſtitiario, vel bajulo aſſignet, & ſi infra annum dominus appareat, recuperabit: alias fiſci erit. Sequens vero conſtitutio nihil boni dicit, ſed hanc & præcedentem determinat de eadem materia loquendo.

* ADDITIO. *Theſauri ubicumque ſint inventi, ſunt Regis, in cap. Caroli II. in lib. Barattutis, in archivio, parte 2. cap. 42.*

(e) *Præordinatum*. Infra de fur. & latro. conſtit. pervenit, & ibi hoc invenies.

ADDITIO. *Ad hanc conſtitutionem vide cap. regni, quia non decet, char. 174. & in conſtitutione ſeq.* Caſ. de Pe.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

reficere indirutas, quæro an liceat facere novas, & quid ſi tam prohibeatur novum ædificium fieri quam vetus reformari? arg. C. de jud. l. fi. de ope. publi. l. cum ſi. & facit quod no. de rev. rerum feud. conſtit. conſtitutiones, & conſtit. conſtitutionem divæ memoriæ, in §. excadentias, in gl. in ver. large. Barthol. de Capua.

De probibita in terra demanii conſtructione caſtrorum. Rub.

IN *locis demanii*. Ex litera patet loqui in locis demanii, unde expone, ut ſupra. l. proxima. Quod autem dicit in fine, munimen noſtrum ſufficere omnibus, recte accipitur in locis demanii, quæ ſunt Principis pleno jure. ff. de leg. 3. l. ſervos.

ADDITIO. *Adde quid importet hoc verbum, pleno jure, tex. juncta glo. in ver. utroque jure, in c. quoniam, de privile. gl. 1. in c. cum inter vos, de re judi. gl. in ver. pleno jure, in c. cum & plantare, de privil. glo. 1. in c. conqueſtus, de foro comp. Abb. in c. querelam, de elect. & in c. audiſtis, in 4. notab. de præſcript. & in c. de monachis, de preben. & in c. in Lateranenſi, eo. tit. & in d. c. quoniam, in 1. notab. de privil. Ant. de But. in conſ. 19. incip. quia hic agitur. Rapha. Cuma. conſ. 87. incip. Dominus Canſignorius della Scala, tunc dominus Veronæ, & Vincentiæ.*

Terræ autem Baronum directe tantum ſunt regis, utiliter ſunt Baronum, & tenentium in feudum. Utile autem præfertur directo, quamvis tunc poſſit tueri, ubi utiliter dominus eſſet negligens. ff. de uſu & habi. l. ſi tibi. §. 1. Semper enim reducitur dictum hoc, & argum. hujus conſtit. ad materiam, de qua loquitur, quæ eſt de ædificiis in terris demanii.

De ſervis & ancillis fugitivis. Rubrica.

SErvos. Hæ tres leges ſequentes poſitæ ſunt contra cap. arit. 4. diſtinctio.

De pecunia inventa in rebus alienis. Rubrica.

PEcuniam ſi quis. Ratio, quæ ponitur hic, ſcire debent, &c. eſt C. unde vi. l. cum quærebatur, &

ſic

Digitized by Google

eſt, Inventor Juſtitiariis noſtris, vel Bajulis ipſarum partium ſtatim oſtendat: & ſine dilatione ipſemet ad magnam noſtram Curiam deferat, & aſſignet: Alioquin & ipſe furti pœna tenebitur. Scire etenim debet unuſquiſque inventiones omnes Regni noſtri, quarum dominus non apparuerit, ad fiſcum ſpecialiter pertinere. Pietas enim noſtra propter abſentes miſericorditer ſtatuit res ipſas, poſtquam ad manus noſtræ Curiæ pervenerint, uſque ad annum completum per ſe conſervare, ut ſi quis forte infra annum venerit, & de rebus ipſis aliquas ſuas fore probaverit quod ſuum fuerit, conſequatur: Alioquin poſt tranſactum annum fiſcalibus utilitatibus aſcribantur.

De mancipiis fugitivis.

TITULUS XXXVI.

Mancipia fugitiva, vel aliæ res, de quibus dictum eſt ſupra proxima conſtitutione, debent per annum dominorum commodis reſervari, & apparenti domino infra annum de ſuo dominio legitime probanti, reſtituantur, ſalvo jure, quod ex obtenta veterum conſuetudine preinde Regiæ Curiæ debetur: alias dominis non apparentibus fiſci utilitatibus vendicentur, & inventæ res, quarum domini non apparent, ſufficit ſi aſſignentur Bajulo, nec coguntur ipſi inventores deferre: Quicunque enim dictas res inventas his baiulis regiis non aſſignaverint, vel bajuli res aſſignatas ad regiam Curiam non miſerint, furti pœna ærario Regis pro certo ſe noverint fore damnandos. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

MAncipia fugitiva, quæ conſtitutio Regia per bajulos ad magnam Curiam noſtram debere tranſmitti conſtituit, nec quid de eis fieri debebat, ſtatuit, per annum præcipimus dominorum commodis reſervari: ut ſi infra annum is, qui ſe legitimis documentis dominum probare potuerit, appareat, ſupradicta mancipia ei reſtitui debere cenſemus, ſalvo jure, quod ex obtenta veteri conſuetudine perinde Curiæ noſtræ debetur: alias ſi domini non appareant, privatis noſtris utilitatibus aggregentur. Statuimus etiam, ut inventas res, & pecunias, quarum veri, & legitimi domini non apparent, & quas per inventores earum conſtitutio regia ad magnam Curiam debere deferri præſcripſit, locorum bajulis ſufficiat aſſignari. Nec enim æquum vidimus, ut is, qui zelo fidei, quo tenetur, Curiæ totum, quod invenit, aſſignet: propter fidem ſuam incommodum ſentiat, ut cogatur invitus ad Curiam remotam multis locorum diſtantiis forſitan laborare. Quicunque autem res inventas hujuſmodi bajulis noſtris non aſſignaverint, & bajuli etiam, qui aſſignatas ad curiam noſtram non miſerint, furti pœna noſtro ærario inferenda, pro certo noverit ſe fore damnandos.

De præſcriptionibus.

TITULUS XXXVII.

Hæc conſtitutio nihil novi ponit, niſi quod tollit quaſdam conſuetudines circa præſcriptiones hactenus obſervatas, & vult in præſcriptione jus commune ſervari. Item præcipit ſervari quadragenalem præſcriptionem jure Longobardo inductam ſuper adæquatione ſtantium partium minime facienda, & ſuper rebus, quas alter ex fratribus tempore prædictæ poſſeſſionis aliunde habere ſe dicit. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Iana.*

DUram (*a*) & diram conſuetudinem, & iniquam, quæ circa præſcriptiones in aliquibus regni noſtri partibus obtinebat, in poſte-

De præſcriptionibus. Rubrica.

(a) D*Uram & diram conſuetudinem.* Conſtitutio præſens nil novi ponit, niſi quod tollit quaſdam conſtitutiones circa præſcriptiones hactenus obſervatas: & vult in præſcriptionibus jus commune obſervari. Item præcipit ſervari quandam quadragenalem præſcriptionem jure Longobardo inductam.

Duram conſuetudinem. Eſt præſcriptio unius diei, ut ſupra de dilat. & except. l. 1. & de officio cancel. l. 1. Eſt præſcriptio duorum dierum, ut ſupra de proceſſu judi. l. ſecunda, & de temp. appell. l. ultima. Eſt præſcriptio trium dierum, ut ſupra de dilatio. & except. l. 1. & 2. Eſt præſcriptio ſex dierum, ut ſupra de exord. & præpa. jud. l. 1. Eſt præſcriptio ſeptem dierum, ut ſup. de viol. meretric. illa. l. prima. Eſt præſcriptio novem dierum, ut ſup. de exordiis, & præ-

ANDREAS DE ISERNIA.

ſic contra fiſcum, ſicut contra privatum: ex quo non fuit fiſci, ſcire debet ad alios pertinere. Sed fiſcus eſt ſaccus earum rerum, quæ caſualiter quæruntur. ff. de jure fiſci. l. Lucius. Et ſtatuit terminum unius anni: hæc ſunt arbitraria: quia & in uſucapione mobilium eſt terminus ſtatutus, ne dominia ſint incerta. ff. de uſucapio. l. 1. & l. 2. Et loquitur de his, quæ venerunt in via, & non alibi: aliud ſi ſit theſaurus, de quo dicitur ſupra de officio magiſtri Came. l. præſenti. Jure Romano tales committerent furtum, nec poſſent petere pretium inventionis. † ff. de fur. l. falſus. §. qui alienum. Jure Longobardo pœna eſt nonupli, ſi non portet inventor ad judicem, ut in Longobar. de furtis, l. ſi quis aurum, & ibi dicit glo.

† Additio. *An quis poſſit petere præmium inventionis, vide per Bart. in l. falſus. §. qui alienum. ff. de furt. & Ang. Aret. in §. ſi. Inſtit. de rer. diviſ.* De Buttis.

De mancipiis fugitivis. Rubrica.

M*Ancipia.* Hæc mitigat ſuperiorem, ut non habeant neceſſe inventores deferre ad Curiam.

De præſcriptionibus. Rubrica.

D*Uram & diram conſuetudinem.* Sicut dicit gloſſa nihil novum inducit, ſed ponit præſcriptionem juris communis. Narrat tamen, & computat gloſſa præ-

poſterum ſilere præcipimus, & præſentem legem circa ipſam inducimus, omnibus aliis ipſi contrariis inter regni noſtri fideles omnino ſublatis. Sancimus igitur præſcriptionem (*a*) anni, menſis, diei, & horæ, (*b*) per quam aliquis de dominio ſuæ rei cadebat, & francus (*c*) de diſſaſina quæri non poterat, penitus amoveri, ſed generales præſcriptiones communis juris locum habere ſcilicet inter præſentes decennii, inter abſentes vicennii præcedente, ſcilicet titulo, & bona fide, ex utraque parte undique concurrente. Per tricennalem etiam præſcriptionem inter privatos excepta hypothecaria actione, cujus vita interdum in annos quadraginta protenditur, omne jus, & omnem actionem volumus ſubmoveri. (*d*) Quadragenaria etiam præſcriptione inter fratres lege Longobardorum inducta, ſuper adæquatione ſtantium partium minime facienda: & ſuper rebus, quas alter ex fratribus tempore prædictæ poſſeſſionis aliunde habere ſe jurat, in ſuo robore duratura, & ad omnes Regni noſtri fideles per præſentem conſtitutionem noſtri culminis prorogata. Uſucapionibus, quæ in rebus mobilibus juris communis inductæ ſunt in ſua firmitate ſervatis.

De

---

præpar. judiciorum. l. prima, Eſt præſcriptio decem dierum, ut infra de deti. animal. alie. l. 2. Eſt præſcriptio duodecim dierum, ut ſup. de exord. & præpa. judic. l. 9. Eſt præſcriptio triginta dierum, ut ſupra de exordiis, & præpara. judic. l. 2. & 3. Eſt præſcriptio unius menſis, ut ſupra de jure re. cum univerſis. Eſt præſcriptio quadragiuta dierum, ut ſupra de viol. meretri. illata. l. ult. Eſt præſcriptio quinquaginta dierum, ut ſupra de tempor. appel. l. prima. Eſt præſcriptio duorum menſium, ut ſupra de offic. mag. Juſtit. l. 1. & de pœ. contu. l. clementiæ. Eſt præſcriptio trium menſium, ut ſupra de jure rer. reg. l. quiſquis. Eſt præſcriptio quatuor menſium, ut ſupra apparet in ſumma communis juris de jure rer. reg. dignum. Eſt præſcriptio quinque menſium, ut ſupra tempore prædicto, in fine, & de probat. inſtrum. poſſeſſiones. Eſt præſcriptio unius anni, ut ſupra de exor. l. ſi quis poſſeſſio. de pœna contu. in crimina. cau. l. prima, & ſecunda, & de proba. inſtrum. l. 2. & l. proba. incurſibus, & de his qui ſervos alie. l. 2. & de male vend. l. quicumque, & de jure cura. l. per illam, & l. ut dignitatum, & de medi. l. 2. Eſt præſcriptio duorum annorum, ut ſupra de fide inſtrumen. l. prima. Eſt præſcriptio trium annorum, ut in hoc titulo. l. 1. in fi. & Inſtit. de uſucap. in principio. Eſt præſcriptio quatuor annorum, ut in ead. l. in fine. Eſt præſcriptio decem annorum, ut in eadem l. prima. Eſt præſcriptio quatuordecim annorum, ut infra de jure Bajuli. l. 1. & Inſtita. quibus modis tut. fi. in principio. Eſt præſcriptio 18. annorum, ut ſupra de teſtib. l. 1. Eſt præſcriptio viginti annorum, ut in ead. l. 9. Eſt præſcriptio vigintiquinque annorum, ut ſupra de ſucceſſiona feud. l. in aliquibus, & de cau. pi. l. ult. Eſt præſcriptio quadraginta annorum, ut infra eadem. l. 9. Eſt præſcriptio centum annorum, ut in ead. l. ult. licet dominus meus dicat in ſumma de præſcriptione 30. vel 40. annorum in fine, quod id ample factum eſt, ut ſinguli caſus enumerentur, in quibus locum habet præſcriptio unius diei, vel duorum dierum, & ſic uſque in infinitum non eſt utile proſequi, nec ſubtile: laborioſum eſt enim potius. Ego tamen ex compilatione præmiſſa, credo me utiliter aliquid peregiſſe. Cum enim verba hujus l. minus generalia videantur, credet aliquis omnes præſcriptiones ſublatas eſſe, quæ hic non continentur, quod falſum eſt.

Non enim tolluntur præſcriptiones, niſi quæ fuerint inductæ per conſuetudinem, ut hic dicit, & ita verba generalia reſtringuntur, argu. C. de tranſact. ſi de certa, nec tolluntur præſcriptiones hæc jura inducta, ſive per has amittantur dominia rerum, ſive pœnæ imponantur, ſive pereant jura cauſarum, ut ex prædictis apparet. Item lex iſta loquitur de præſcriptionibus, quæ cum poſſeſſione contingunt, ſive ex utraque parte, ſcilicet favore poſſidentis propter titulum bonæ fidei, ſcilicet, odio non petentium, ſive ex altera tantum, ſcilicet, odio non petentis, ut hic dicitur. C. de edic. divi Adria. tollen. l. ultima. in fine. Si qua igitur præſcriptio opponatur, vel ratione delicti, ut in contumace, & ſimilibus: Vel ratione contractus, ut in redhibitoria, & quanto minoris: Vel ratione negligentiæ, ut in debitore, qui non redimit pignus infra 30. dies, ut in jure Longobar. de debit. & gua. l. ſi quis fidejuſſorem, quia hæ, quæ ſine poſſeſſione contingunt, non tolluntur hac l. cum de his non loquatur.

(a) *Anni*. De jure Romano eſt præſcriptio anni, ut C. de naufrag. l. ſi quis, lib. 11. Et præſcriptio biennii. C. de omni agro deſer. l. qui agros.

(b) *Per quam aliquis*. Hic demonſtrat unam fuiſſe præſcriptionem, quæ his temporibus complebatur, ſcilicet, anno, menſe, die, & hora, & hoc locum habebat Meſſanæ. Marinus.

(c) *De diſſaſina*. Id eſt inveſtitura, quam impetrare debebat heres mortuo patre, ſecundum conſuetudinem feudorum infra annum.

ADDITIO. *Adde Calde. conſi. 7. incip. an feudatarius. Pet. de Anch. conſil. 173. incip. Dominus Lazarius fuit inveſtitus de quodam feudo, Card. Zabar. conſi. 33. incip. circa primum dubium duo principaliter ſunt videnda. Abb. conſil. 33. incip. conditoris omnium poſtulato ſuffragio, volum. 2. Idem Abb. conſ. 3. incip. attar in præſenti. eo. vol. Ludo. Roma. conſil. 27. incip. viſo themate mihi propoſito. Pau. de Caſt. conſ. 162. incip. circa id, de quo quæritur. Jo. de Anan. conſ. 33. an ultra alia dubia. Alex. de Imo. conſil. 79. incip. circa primum, de quo quæritur, in 1. volu. Barba. conſil. 84. incip. præclare, in 4. vol. Franc. de Curt. conſil. 82. incipien. Deus Pius Jeſus Chriſtus*. Superantius.

De qua inveſtitura no. ff. de aqua quoti. & æſtiva. l. 1. §. plane.

(d) *Quadragenaria*. Et uſque ad prædictum tempus poteſt agi condictione ea l. ab illo fratre, qui in diviſione ſe aſſerit læſum non extantibus partibus. Adde quanti percurrat officio & arbitrio judicantis, ut eſt in Longob. de præſcrip. l. ſi inter fratres, & de probi. alie. min. l. 3. in fine. Jure vero Romano agitur, ut quod perperam factum eſſe conſtiterit, in melius reformetur, ut C. comm. utriuſque jud. l. minoribus.

Quadragenaria. Ut in Longo. eo. ti. l. ſi inter fratres, ubi plene de hoc in ſumma Roffred. & nota argumentum hujus pro adæquatione. ff. de condi. & demonſtrat. l. ſi ita. & de hoc habetur, ff. de here. inſti. ſi inæqualibus. Marinus.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

præſcriptiones ab uno, ſcilicet, ad quadraginta annos, & plus. Et exponit verba literæ ſpecialiter. Quid eſt diſſaſina: quia eſt inveſtura ſecundum conſuetudinem libri feudorum.

De

De rei actione, & exceptione.

TITULUS XXXVIII.

Inter privatos præſcribitur feudum, vel ejus quota per poſſidentem illud, vel illam, ſpatio triginta annorum ſine legitima interruptione, & adverſario ſuo præſente, qui fuit negligens in petendo jus ſuum. Et præſtitis ſervitium debitum pro ipſo feudo Regiæ Curiæ. Et talis poſſeſſio ſibi prodeſt tam agendo, quam excipiendo. Res autem particularis feudi libere ſine ſervitio præſcribi non poteſt, etiam per longiſſima tempora, hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Iacm.*

† IMPER. FREDERICUS.

CONſuetudinem (*a*) * pravam haſtenus in judiciis obtinentem de medio tollere diſponentes, per quam feuda quamvis magna temporum longinquitate poſſeſſa præſcribi non poterant: Et ſic poſſeſſio poſſeſſori, vel etiam petitori ad probandum de dominio rerum, quas forſitan ipſi, & anteceſſores ſui tempore, cujus memoria non extabat, in nullo valebat: Præcipimus (1) eum, qui in poſterum (*b*) triginta annis feudum integrum, vel quotam partem feudi, de quo certum & deſignatum ſervitium noſtræ Curiæ, vel cuilibet (*c*) alii debeatur, continue, & ſine interruptione civilis, vel naturalis temporis, vel minoris ætatis adverſarii, præſente etiam in Regno ** adverſario ſuo, poſſederit in perpetuum fore ſecurum, (*d*) & actionem ei contra quemlibet poſſeſſorem, ſi a poſſeſſione ceciderit, & exceptionem contra petentem quemlibet indulgemus. Quod etiam ad illos porrigimus, qui uſque ad hæc tempora triginta annis præteritis tenuerunt, in quibus & ſi non plene juſtitiam po-

---

De rei actione, & exceptione. Rubrica.

(a) C*Onſuetudinem*. In præſcriptione feudorum ſola tricennalis præſcriptio prodeſt, vel major. Et hoc eſt verum, ubi poſſet præſcribi totum feudum, vel ejus quota pars, quia ſervitium mutabitur ſecundum poſſeſſorem, quia prima incumbebat ex cauſa obnoxia poſſeſſio, non perſona, ut ff. de publi. l. imperatores. Servitium vero feudi nullo tempore poſſet præſcribi, ut hic, & C. de præſcr. 30. ann. l. comperit. Sed ipſum feudum præſcribitur in odium, & propter negligentiam primi poſſeſſoris, & ſaltem per conventionem, vel litis conteſtationem potuit interrumpere præſcriptionem, ut in l. cum notiſſimi. Eſt enim in odium poſſeſſoris inducta præſcriptio tricennalis, ut in l. ut perfectius, in fi. C. de anna. exce. & C. de edic. di. Adri. tol. l. fin. Et hæc ſunt vera in feudi totius præſcriptione, vel quotæ partis ejus. Sed circa ejus res feudum præſcribi non poteſt aliquo tempore, ut in fine hujus conſtitutionis, & eſt ratio, quia ubi quota pars feudi præſcribitur, & feudum præſcribitur, patet, quia in quantum minus poſſeſſor exoneratur, in tantum minus tenetur, quod non eſt in re ſingulari, quia quælibet res per ſe nulli certo oneri eſt obnoxia, & ita contingeret ſervitia de neceſſitate minui. Et ad hoc facit valde bene ratio legis, quod perſonalis actio non ſequitur feudum, ſed quotam partem ſic, ut C. de her. inſti. l. quoties, & ff. ad Senatuſc. Trebe. l. 1. §. ſi heres.

Conſuetudinem. Pro hac conſuetudine faciat 10. col. de Cap. qui cur. vend. l. 1. §. 1. & de prohib. feud. alien. per Fredericum. l. imperialem, circa principium.

* Additio. *Adde quæ ponit gloſſa in conſuetud. Pariſ.* §. *7. glo. 1. nu. 10. & Afflict. deciſ. 254. & ad intellectum hujus conſtitutionis multa bona allegat Luc. de Pen. in l. ſi quis tradium. 6. col. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* De Bottis.

(1) Additio. Præcipimus. *Adde quod hoc verbum importat delegationem, ut eſt gloſſa in verbo facultatem, in c. cum aliquibus, de reſcriptis, libro 6. & ibi Domi. & per Anto. de But. & Jo. de Imo. in c. licet in corrig. de off. ord.* Superantius.

(b) *Triginta annis*. Hoc contra privatos intelligas, contra fiſcum vero ſervatur l. ſequens.

(c) *Alii debeatur*. Dic, ut notatur in fine præſentis conſtitutionis fore ſecurum ex diuturnitate temporis, ut in l. ſicut in rem, de præſcri. 30. ann. & non requiritur, an conſenſerit in alienatione princeps, quia tunc ſtatim eſſet ſecurus, ut ſup. de revoc. re. feu. conſti. 1. & tanquam dominus effectus non præſcriberet rem ſuam, ut in l. ſequitur. ff. de uſuca. §. iana. conſenſus enim ſuperioris facit eum dominum, ut ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca ſolvitur, ſi debitor. l. 1. & l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit, & extra, de donat. inter virum, & uxorem, nuper. Et hoc intellige verum in qualibet alienatione ſive dotis, ſive in qualibet alia, & quæ ſiunt etiam in teſtamentis, ut arg. ſup. de re. feud. hac edic.

** Additio. *Nota regnum eſſe unam provinciam, & ita allegat Luc. in l. per ſingulas. C. de decurio. lib.* 10. De Bottis.

(d) *Actionem*. Iſtud dicitur ad tollendam diverſitatem, quæ fit in litera, & in glo. C. de præſcr. 30. ann. l. ſi quis emptio. §. quod ſi quis.

ANDREAS DE ISERNIA.

De rei actione, & exceptione. Rubrica.

C*Onſuetudinem*. Antiquitus feuda non præſcribebantur ullo tempore, ſupra de ſucceſſio. Comi. & Baro. l. in aliquibus, & in titu. de capi. Cor. §. præterea, ſecundum unum intellectum. Hoc removetur hic, nam aut quis præſcribit feudum, vel quotam partem feudi contra privatum, & habet locum hæc conſtitutio. Aut contra fiſcum, & habet locum ſequens conſtitutio. Nam quando contra privatum, oportet, quod poſſeſſor tenuit feudum, vel quotam partem feudi, præſtando inde ſervitium per annos 30. præſente adverſario in Regno. Et ſic declarat Regnum eſſe unam provinciam, † & præſentia in provincia eſt neceſſaria in longa præſcriptione. C. de præſcriptio. longi temporis. l. fin.

† Additio. *Sequitur idem Luc. de Pen. in l. fin. C. de diſcuſſor. lib.* 10. *& idem Luc. in l. per ſingulas. C. de decur.* De Bottis.

In tricennali, de qua hic loquitur, jure Romanorum non eſt neceſſaria præſentia. C. de præſcript. triginta annorum ſicut, unde in hoc derogatur juri Romano, quo etiam jure, abſentes ex neceſſaria cauſa reſtituuntur, ut ibi notatur. Hæc autem non eſt levis probatio probare adverſarium toto tempore prædicto fuiſſe præſentem in Regno. Sed an minori tempore præſcribentur feuda, ut decem annis, vel viginti cum titulo, & bona fide? Quod videtur, quia de iſtis præſcriptionibus, quæ ſunt cum titulo & bona fide, non poſuit, tanquam de indubitabili, cum ſint favorabiles: ſed tricennalis, quam ponit, eſt odioſa. C. de edic. divi Adri. tol. l. fi. Si ergo præcedit odium, multo fortius favor. ff. de liber. & poſthum. l. cum quidam. Sic admittit prætor in expoſitione illud, quod non eſt difficile, non tamen tollit. ff. commo. l. 2. in principio, cum alias non ceſſaverit, remanent in ſuo ſtatu. C. de teſtam. l. ſancimus, & de appel. l. præcipimus, in fi. Item ſi tantum

Digitized by Google

potuerunt conſequi, conquerentes in hoc ſaltem de evidenti deſidia excuſari non poſſint, quod interruptionem præſcriptionis apud eos, qui a nobis adminiſtrationem habebant, per conventionem legitimam, aut (a) conteſtationem litis, prout veteribus legibus eſt inductum, inducere potuerunt.

Prædicta autem omnia ita ſane accipi volumus, ut tricennalis præſcripto in feudis integris, & eorum quotis partibus locum habeat, (b), ex quibus præſcriptis nullum poteſt reipublicæ præjudicium (c) irrogari, cum apud quemcunque reſideat ſervitium deſignatum, & debitum, quod non tam perſonæ, (d) quam rei ipſi aſcriptum eſſe (e) dignoſcitur, minime amitti poterit, vel in aliquo minorari. Ceterum * ſi ſuper aliquo prædio, vel prædiis ad feudum, ſeu partem feudi certam (f) pertinentibus, quæ velut libera a ſervitiis, vel qualitercunque aliter quis præſcribat, (g) de quibus nullum eſt certum ſervitium prætaxatum, præſcriptionem (h) quanticunque temporis nullo

(a) *Conteſtationem*. Cum ſola conventio per executorem faciat interruptionem temporis, ut C. de præſcript. 30. ann. l. ſicut, §. nec ſufficias, ff. de actio. & oblig. l. conſtitutionibus, ff. de inoffic. teſta. l. quemadmodum, videtur, quod litis conteſtatio interruptionem non faciat, cum ſit ipſum interruptum. R. poteſt eſſe ſola litis conteſtatio non præcedente conventione, ut puta, ambo erant coram judice non vocati, & dicit actor reo: volo, ut tu mihi reſpondeas de tali actione, & ita ex conſenſu facta eſt litis conteſtatio, non præcedente conventione, vel etiam judice compellente, ut ff. de fidejuſ. l. ult. ſupra de exord. & præp. jud. l. 1. Vel dic, quod per l. C. non erat inductum de libello, ut C. de lit. conteſt. l. 1. & de jud. rem non novam, §. patroni, & de accuſa. l. ſi quis, & ff. de pri. deli. l. Julia. niſi in contentione illuſtrium perſonarum, etiamſi peculiariter conveniantur, ut C. de dig. quoties. Unde innovet hoc Authen. ſcilicet, ut porrigatur libellus, ut C. de lit. conteſt. auth. offeratur, & hoc etiam inductum eſt iſto jure, ut ſupra de dila. l. 1. Forte dici poteſt interruptionem fieri ſine libello: & hoc ultimum, ſecundum Azon. Quod autem hic dicit interruptionem fieri per conventionem reſpexit leges veteres, ſic enim dicit, prout veteribus legibus eſt inductum. Vel reſpexit jus Longobardum, quo fit interruptio compellendo per tales homines, quorum fides admittitur, ut in Longob. de his qui ob. ca. da. l. 1. & tunc conventionem, & conteſtationem litis non conjungas in eodem caſu: ſed dices, l. illam in diverſis caſibus loqui, & hoc indicat, vel, dictio disjunctiva.

(b) *Ex quibus præſcriptionibus*. Hic ſolvitur contrarium, quod notatur ſupra de jure rer. reg. l. conſtitutionem, ut ibi notatur.

Additio. *Ad hunc §. prædicta autem, vide deciſionem conſil. 254. ſæpe fuit iſte caſus, ubi plene de ejus materia.* Cæſar de Pari.

(c) *Irrogari*. Concor. ad hanc l. C. de fun. pa. l. fi. lib. 11. de præſcript. 30. annor. l. comperit. Item ad id quod ſubjicit, quod non tam perſonæ, &c. concor. C. de pravar. l. 2. lib. 11.

(d) *Quam ipſi rei*. Et ita quocunque titulo tenet feudum, ſolvit ſervitium inde debitum, ut ſup. de contu. ante cont. lit. conteſtata, l. ſive.

(e) *Dignoſcitur*. Sic, ff. de jure fiſ. l. denique.

* Additio. *Vide Afflict. in deciſio. 254. & 267. & nota in hoc §. quod res particularis non præſcribuntur, ratio poteſt eſſe ultra hunc textum, quia his particularibus de feudo ſubtractis diminueretur ſervitium feudi, ita Luc. in l. 2. C. de omni agro deſerto, col. 2. lib. 11. ubi format q. quod ſi feudatarius tenens feudum a Comite alienat aliquas particulares res feudi cum conſenſu Comitis, quod talis alienatio non valet, ibique ponit multa ad intellectum hujus conſtitutionis dicens, quod præſtatio ſervitiorum non reſpicit res ſingulares, ſed ipſam feudi univerſitatem, & vide quæ dicit Loffred. in conſil. 44. column. fina. de reintegratio. feud. cap.* 18. De Botris.

(f) *Pertinentibus*. Verbum, Pertinere, latiſſimum eſt, ut ff. de ver. ſig. verbum illud pertinere, & ff. de dona. l. 1. §. quod ait prætor.

Additio. *Adde l. ſi quis ex argentariis, §. pertinere, ff. de edendo, glo. in verſic. ad ſuum monaſterium, in cap. inter dilectos, de fide inſtr.* Superantius.

(g) *De quibus nullum*. Bene ſic loquitur, nam ſervitium feudi incumbit ipſi univerſitati feudi, non ſingularibus rebus feudalibus, ut argu. ff. de dote prælegata, l. 1. §. ſed quod diximus, & ad Trebellia. l. prima, §. ſi heres, & l. cogi. §. inde quæritur.

(h) *Quanticunque temporis*. Concord. C. ne rei do. vel temp. l. 2. & 3.

ANDREAS DE ISERNIA.

tum 30. annis præſcriberentur feuda contra privatos, idem eſſet contra fiſcum, ut in conſtitutione ſequenti, quando poſſeſſor immitteretur, alias intercederet inveſtituræ ſeu donationi, quam probabit ex tempore, ut ibi diximus, & in l. ſi dubitatio. ſupra, cum alio modo præſcriptio inducta ſit contra fiſcum, & alio modo contra privatum. C. de præſcript. 30. anno. l. comperit, & l. ſicut, & l. omnes. Verius videtur, ut omnes minores excludat, præter triennalem, quod patet, quia hæc conſtitutio corrigit conſuetudinem, quæ erat, quod nullo tempore feudum præſcriberetur, ut in principio conſtitutionis dicitur, inducendo ergo hanc differentiam ſolam contra dictam conſuetudinem, omnes aliæ remanſerunt inanes, ut conſuetudo vincat alias illas præſcriptiones. Quæcunque enim præſcriptio in hac conſtitutione non exprimitur, intelligitur relicta regulis veteris conſuetudinis dicta l. præcipimus, in fine. Et ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet. C. de caduc. tollendis. l. prima, in fine, maxime, quia in hac triennali ponit aliquid de eo quod eſt ſubſtantiale in præſcriptione triginta annorum, ſcilicet, de præſentia adverſarii in Regno, quod requiritur, ſcilicet, præſentia in provincia jure Romano. Item quid in præſcriptione uſusfructus feudi, an præſcribetur uſufructuario in uſufructu, quem habet in feudo, ſicut in dotario triginta annorum tantum, vel minori tempore? Videtur idem, ſicut in proprietate, quia uſusfructus eſt pars dominii, ff. de uſufruc. l. 4. Quod dicitur in toto, dicitur in parte, ut in regula juris, ſive ſimilitudinem habet cum domino, ut ibi exponitur. Et in litibus in cauſis feudorum proceditur de ſimilibus ad ſimilia, in titu. de feudi cognitione, c. 1. in fi. gloſſæ. Non obſtat, quod non uſucapitur ſicut dominium, de uſucapio. l. juſto, §. non mutat, quia verum eſt in re mobili, ut ea uſucapta, uſusfructus alterius non uſucapiatur, eo quod eſt ſervitus perſonalis, quæ triennio non tollitur, ſecus in re immobili, C. de uſufruc. l. corruptionem, verſiculo, niſi talis, &c. ubi illa præſcriptio, quæ opponitur vendicanti dominium, opponitur vendicanti uſumfructum. Intelligitur hæc conſtitutio in feudatario negligente, contra quem ſufficit triennalis. Si vero poſt præſcriptionem feudum aperiatur Domino, vel agnatis, aut filiis ex providentia concedentis, non nocebit Domino, agnato, vel filio: niſi ei tantum, contra quem præſcriptum eſt, & quod ſequitur, actione contra quemlibet poſſeſſorem, &c. Id dicitur propter id quod continet, l. ſi quis emptionis, C. de præſcrip. 30. ann. ut diximus plene de hoc in tit. de inveſtit. de rebus alien. §. quid ergo. Cetera dic, ut in gloſſa, quæ continet multa, & ſpecialiter, quod quando res feudalis revocatur ad feudum, non eſt neceſſe probare agenti, quod ſit dominus feudi, ſed tantum feudum tenere, & ſervire, quaſi feudum revocet, & petat reintegrari ſibi membra ſua, & partem corporis ſui.

Item,

Digitized by Google

nullo prodeſſe ſibi (a) cenſemus, (b) cum his de feudo (c) ſubtractis, de neceſſitate per conſequens ipſum ſervitium minoretur.

De

(a) *Cenſemus*. Nec hujuſmodi res ſingularis dici poteſt quota pars, ut ff. de uſufruc. leg. l. ult. & ff. ſi quis omiſ. cau. te. l. quamvis, nam feudum eſt nomen juris, & conſiſtit ex rebus corporeis, ſicut dos, patrimonium, hereditas, vel peculium, ut ff. de impen. in re. do. fa. l. quod dicitur, circa principium in gloſſa ordinaria, quæ incipit, id eſt, univerſitatis, &c. ubi plene de hoc, & ff. de rerum diviſ. l. 1. §. quædam, & Inſtitutio. de re. cor. in principio, & per totum, non ergo res corporea poteſt cenſeri incorporea, ut in prælleg. l. quamvis, plene nota.

(b) *Cum his*. Exinde advocati noſtri temporis concipiunt, & formant libellos † ſuos, quando revocant ad feudum, ſeu quotam partem feudi, aliquam rem ſingularem feudalem, dicendo. Agit talis contra talem, qui tenet & poſſidet rem quandam inferius declaratam, diſtractam, alienatam, diminutam de fundo, ſeu certa parte feudi, quod habet dictus titul. & pertinentem ipſi feudo, ſeu dictæ certæ parti feudi. Quare petit ſibi reſtitui, reintegrari, & reduci ad ipſum feudum, ſeu quotam vel certam partem dicti feudi.

† Additio. *Libellus in reintegratione, vide Parid. de reintegra. feu. cap.* 28. De Bottis.

Et interpretatur hæc actio revocatoria ad feudum, non quod ſit proprium nomen actionis, ſed eſt adjectivum, & cognomen ſumens iſtud ex re læſa, videlicet, quia revocat ad integritatem feudi, ad quod pertinet ſicut feudum. Vel ſicut interdum utilis actio l. Aquiliæ appellatur confeſſoria, ſcilicet quia datur contra confeſſum ut ff. ad l. Aquil. proinde, §. 2. Et ſic dicunt Doctores teneri in reſciſſoria actione, ut notatur Inſti. §. rurſus, & in ſumma de teſti. §. prædictis. Propria vero nominatur hæc actio, ſcilicet utilis rei vendicatio, ſicut dicimus, de publiciana, ut Inſti. de act. §. aliæ. Vel forte verius condictio ex conſtitutione ſcilicet iſta, quæ prohibet alienationem ſive diſtractionem feudi, & in tit. ſupra de jure m. reg. l. 1. & de revo. fen. & fue. re. l. 1. & l. ſequen. cum ſimil. Et hoc verbum prædictum, quod ponitur in dicto libello, ſcilicet diſtractum, &c. habuit originem a jure civili, ut ff. de tu. & rat. diſtr. in ipſa rubrica, & l. 1. §. in rationibus, & in pleriſque aliis locis per totum tit. Unum autem bene notandum eſt, quod quidam dicunt, quod quando quis agit revocatoria ad feudum, ut dixi, debet ſe probare dominum feudi, ſeu quaſi dominum illius feudi, ſeu quotæ partis feudi apud ſe conſtitutum, & ſe exinde ſervire, & habere, tenere, & poſſidere pro ſuo, ſi res petita, quam revocat, pertineret ad dictum feudum, ſive quotam partem feudi prædictam. Sed male dicunt: nec enim requiro, quod revocans debeat probare de dominio, dummodo probet alia ſupradicta. Nec propterea, quod non eſt verus dominus feudi, ſeu certæ partis illius, quod, ſeu quam revocat, repellitur ab agendo, & valet nihilominus quicquid egit, etiamſi poſtea in proprietate ſuccumberet: ſatis eſt enim, quod extitit in quieta adminiſtratione feudi, & eſt etiam in quaſi poſſeſſione iſtius juris feudalis, & habetur pro domino feudi, ut arg. extra de ju. patr. c. ex literis, & c. ex conſultationibus, & extra de elect. c. querelam, ſicut dicunt canones de prælato eccleſiæ, ut notatur ſecundum B. extra de elect. c. nihil eſt, in gloſſa quæ incipit, in duobus caſibus, &c. circa medium. Et melius ſecundum Innoc. in eodem c. in gloſſa, quæ incipit, inſti. ex ſola electione, &c. circa finem, licet ſit arg. contra. C. de eo qui pro cur. neg. geſ. l. 2. & quod ibi notatur. Satis eſt namque ut dixi, ut ſufficiat quamdiu revocans ſic feudum toleratur habere, ut argu. extra de coha. cler. & mu. c. veſtra, 32. q. ult. non vox, nec enim petit revocans ex perſona ſua quaſi dicens rem petitam ad ſe pertinere, ſed revocans petit ex perſona feudi, ut ita loquar, quaſi res ad ipſum feudum pertineat, cum ipſum feudum apud ſe conſiſtat, & ſi mutæ daretur loquendi facultas ipſi feudo, ipſum feudum principaliter peteret reintegrari ſibi membra ſua, & partem ſui corporis. Nam eſt ſimile homini feudum, ſicut eleganter dicit quædam pulchra lex in peculio, quod eſt univerſitas quædam, ſicut & feudum, ut ff. de peculio, l. peculium naſcitur, & ad id. ff. de evict. l. ſcapha, in fi. Merito ergo iſte homo mutus, & ſurdus.

Additio. *Adde an tales poſſint habere feudum? vide per Doct. in c. cum apud, & ibi Card. Alex. de ſponſali. Bal. in extravag. de pace Conſtantiæ, in ver. libellarius, & per Oldr. conſ.* 267. Superantius.

Scilicet, feudum † utitur miniſterio hominis loquentis, apud quem conſiſtit, ut ſcilicet, loco & vice ſui tanquam pica, & organum petat & ſuam gerat vicem in hac parte, ut ſic intelligamus hunc habentem feudum eſſe intus in feudo, & feudum eſſe intus in eo, ſicut, 7. q. 1. ſcire, ſicut dicimus, quod quando in rem agimus cum eo, qui nullo jure eſt obligatus, nihil ex perſona petentis, ſed contra rem principaliter intendimus in petentis perſonam qui tenet, qui rem ipſam apud ſe habet, ut Inſti. de actio. §. 1. & ſic no. Roffre. Bene. ſi ipſa res naturaliter poſſet loqui, ipſa conveniretur, & ipſa ſe defenderet, & deberet in judicio reſpondere, ut in Longobarda de rei vend. circa med. 3. cullat.

† Additio. *Vide Capic. in deciſ.* 1. *& Bal. in conſ.* 65. *ad evidentiam, ver. amplius, quod eſt* 202. *in novis.* 2. *vol.* De Bottis.

Gerit namque feudum vicem perſonæ hac in parte, ſicut hereditas de jure Romano in multis vicem perſonæ ſuſtinet, cum ſibi hereditarius ſervus ſuus acquirat, ut ff. de ſtipu. ſerv. l. 1. Unde patet aperte quod non eſt opus probare hoc caſu de dominio feudi, & ſententia dabitur ipſi feudo pro vel contra ſecundum merita cauſæ, nam habetur pro prædio, ſicut hereditas, ut ff. ſi quis te. li. eſ. ju. fu. l. 1. §. 1. & de fidejuſſ. l. mortuo. Alias ſententia daretur ipſi prædio, ut ff. de neg. geſt. qui aliena. in fi. ſic & ff. de pub. Imperatores. In perſonam, videlicet, habentis penes ſeipſum feudum, qui, ut dixi, gerit vicem, & perſonam ipſius feudi, ut argumen. ff. de hem. vel act. vendi. l. venditor, quinimo ipſum feudum penes ſe habens, poſſet a vero domino de negligentia reprehendi, ſi rem ad feudum pertinentem negligat ad feudum revocare, dum ipſum feudum reſidet penes eum, ut ff. de her. vel actio. vend. l. 2. §. non tamen, & de petit. hered. ſed & ſi §. proinde. Quando vero aliquis peteret feudum ſeu quotam partem feudi ab alio tenente, ſine dubio tunc probare debet de dominio, vel alias, ut expedit ad ſe pertinere. Sed quando rem revocat ſingularem non eſt neceſſe probare, ut dixi de dominio, ſed poſtquam feudum penes ſe habet, poteſt per conſequentiam rem ad feudum pertinentem revocare, ſicut verus dominus feudi poſſet, ut argumentum bonum ff. de inter. act. l. ſi filius. §. ult. nam qualitercunque feudum teneatur, & poſſideatur, cum ſuo habitu poſſidetur, ſicut de fundo dicitur, quemadmodum ſervi. emit. l. ſervitus, & l. 3. & l. ſatis, in principio & in verſ. reci. cum 4. ll. ſeqq.

(c) *Subtractis*. Nam feudatarius, de cujus feudo ſunt iſta prædicta ſubtracta debet compelli ad præſtandum inte-

ANDREAS DE ISERNIA.

Item, quod ita demum poſſeſſor tenebitur præſcriptione, ſi probet ſe ſervitium inde præſtitiſſe.

C*Onſuetudinem pravam*. In §. ceterum. Iſte textus dicit, quod res particulares feudi non poteſt præſcribi præſcriptione quanticunque temporis. An poſſit præſcribi per tantum tempus, cujus non eſt hominum memoria, vel centum annorum? Doctores hic non tangunt, & videtur, quod ſic, nam hæc præſcriptio prohibo-

De prorogatione præſcriptionis.

TITULUS XXXIX.

Omnis præſcriptio quadragenaria, quæ de jure communi habebat locum contra fiſcum in bonis publicis fiſcalibus, & omnis præſcriptio ſexagenaria de jure Longobardo, quæ locum habebat contra fiſcum in bonis fiſcalibus, quæ publica dicuntur, quæ in judicio ſervabantur, per iſtam conſtitutionem ſunt ſublatæ, & caſſatæ. Et tantummodo præſcriptio centum annorum habet locum contra fiſcum, ſive bona ſint ſtabilia Burgenſatica, ſive feudalia. Quod ſane intelligendum eſt, videlicet, ſi bona ipſa ſint fiſco incorporata, ſed ſi bona non ſunt fiſco incorporata, ſed ſi fiſcus habet aliquod jus in eis, tunc iſtis bonis privatus præſcribit minori tempore, prout de jure communi cautum eſt, & in iſtis nihil vult iſta conſtitutio, quod ſit immutatum. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † Alias idem

QUadragenalem (*a*) * præſcriptionem & (*b*) ſexagenariam, quæ contra fiſcum (*c*) in pu-

---

integrum ſervitium pro eo, videlicet, quod non tenet: cum enim deploret feudum ſuum diminutum fore, liberari debet ſaltem functionis onere alieno, ut C. de allu. & palu. l. fi. Et nota, quod ex conſtitutione præſenti aperte colligitur, quod quando aliquis convenitur ſuper feodo integro, vel quota parte ipſius, vel aliqua re feudali, quod ita demum conventus poſſeſſor poterit ſe tueri præſcriptione introducta ea præſenti conſtitutione, ſi probet ſe exinde præſtitiſſe debitum, & conſuetum ſervitium, & poteſt ad hoc induci expreſſa. l. ff. ſi ager vectigalis. l. 3. Sed poteſt dici, ut ibidem notatur, quod eſt verum, quando eſt contentio inter ipſum privatum conventum, & fiſcum. Ceterum quantum ad extraneos, idem ſi non probet ſe præſtitiſſe, cum littera ſuperior videtur innuere contrarium.

De prorogatione præſcriptionis. Rubrica.

(a) Q*Uadragenalem*. Contra fiſcum currit quandoque præſcriptio 40. annorum. l. comperit, & l. omnes. C. de præſcriptio. 30. ann. Quandoque 20. ut ff. de diver. temp. præſcrip. l. in omnibus. Quandoque quadriennii, ut C. de quadrien. præſcrip. l. 1. Quandoque triennii, ut ff. de re judi. l. Imperatores. Quandoque biennii, ut C. de vect. l. 2. Sed hæc conſtitutio prorogat quadragenalem in 100. annos, & ſic redit ad jus antiquum. C. de ſacroſan. eccleſ. l. fin. alias minores jubet firmas manere, nam exempli cauſa exprimit de duabus tantum Quadragenalem, de qua præſcriptio loquitur. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. l. omnes, & l. comperit, & de fun. pa. l. fi. lib. 12.

* ADDITIO. *An iſte textus habeat locum in domino præſcribente jus vaſallagii contra vaſallum, vide Affl. in cap. ſi quis per triginta. 6. nu. num. 7. ſi de feu. fuerit controver.* De Bottis.

(b) *Sexagenariam*. De qua dicitur in Long. de præſcr. l. de poſſeſſione.

(c) *In publicis*. Id eſt, fiſcalibus rebus, quæ dicuntur publica, ut notatur in gloſſa ordinaria C. de jure fiſ. in lib. 10. & ſic accipitur. ff. de loco pub. fru. nec enim hic intelligi poteſt in publicis functionibus & tributis, cum in eis nulla temporis præſcriptio hactenus competebat, ut C. de præſcri. 30. vel 40. ann. l. comperit, niſi quodam ſpeciali caſu, ut C. lib. 10. de fun. pa. l. fin. Similiter non poteſt hoc intelligi de publ. ut accipitur ff. ne quid in loco pu. l. 1. §. publici, videlicet, quæ ſunt in uſu publico, cum nec illa hactenus uſu recipient, ut ff. de uſuc. l. uſucapionem, & l. fin. & C. de ope. pub. l. præſcriptio. & ff. de vi pub. l. viam in publicis. Et patet, quod hic loquitur in jam quæſitis incorporatis, ut in hac conſtitutione nova. Nam bona delata in fiſcum, antequam fiſci aggregentur ſubſtantiis, & in fiſci patrimonium deducantur, non poſſunt dici publica, ſive fiſcalia, nec privilegia fiſcalia ſortiuntur, ut ff. de ju. fiſ. l. fiſcus cum in privati. Quadragenalem in publicis. Principium conſtitutionis hujus, ubi 100. annorum præſcriptio ſtatuitur contra fiſcum, ſane accipe in rebus mobilibus vel immobilibus, ſcilicet, fiſco quæſitis & incorporatis, id eſt, in fiſci patrimonium jam redactis.

ADDITIO. *Adde Abb. in c. cum nobis, de præſcrip.* Superantius.

In his enim, videlicet, quæſitis, licet non procederet olim communis uſucapio, ſcilicet, triennii contra rem mobilem, ſeu communis præſcriptio ſcilicet de 10. vel 20. ann. circa immobilem, ſed etiam præſcriptio triennalis, ut ff. de uſucap. l. uſucapionem, & l. quamvis, & l. ubi, in fine, & C. communia de uſucap. l. 2.

ANDREAS DE ISERNIA.

hibetur, ne contingat præjudicium ſuperioris, ſcilicet, diminutio ſervitii. Sed conſtitutio ſequens, quæ prohibet præſcriptionem contra Regiam Curiam, permittit præſcriptionem centum annorum, ut in textu & gloſſa. Ergo iſta conſtitutio videtur illam permittere. Præterea iſta conſtitutio in fi. ad glo. æquiparatur, l. 2. C. ne rei dominicæ, vel templ. vind. pereat, quia gloſ. hic illam l. allegat, ſed illa lex, licet prohibet omnem præſcriptionem, non tollit præſcriptionem centum annorum, ut ibi notat Angelus Immo ubicunque lex vel ſtatutum prohibet præſcriptionem quanticunque temporis, non videtur prohibere præſcriptionem centum annorum, ut notat Angelus in dicta l. 1. & l. omnes, de præſcriptione triginta annorum, & in l. prima, de annali exceptione & in l. prima, de quadrien. præſcriptio. idem Angelus in l. nemo poteſt, de lega. primo, & in Authen. ut de cetero non faciant, §. penult. per illum textum, & Lud. in l. prima, C. de uſucapio. nec illa conſtitutio videtur illam præſcriptionem tollere. Præterea iſta præſcriptio æquiparatur privilegio. l. item hoc jure §. ductus aquæ, de aqua quotidi. & æſtiva, cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verborum ſignificatio. & poteſt omnia, quæ poteſt privilegium principis. Andreas plene in conſtitutione, ſi don. Sed privilegium principis poteſt mihi diminutionem concedere ſervitii, de qua diminutione ſervitii tractatur in hac conſtitutione, ut dixi, ergo talis præſcriptio procedit, & ita alias Dom. Ant. de Aleuen. allegavit. Præterea Angelus in d. l. locis, dicit poſſe ſuſtineri per dicta jura, quod licet ea, quæ ſunt reſervata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, non poſſint præſcribi, ut notat Innoc. in c. bonæ, de poſtul. præl. vel de electio. tamen potuit tanto tempore præſcribi, & ſic de facto allegavit, vide omnino Andream in c. imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. feu. alie. per Freder. Sed an ſicut prohibetur hic præſcribi res particularis feudi, ita prohibeatur alienari per feudatarium cum conſenſu Baronis, a quo tenet feudum, diſputat Luc. de Pen. in l. 2. C. de omni agro deſer. lib. 11. tandem videtur inclinare, quod valeat, ſi interveniat aſſenſus Regiæ, cui affert præjudicium ex alienatione feudorum, vide, quia non aperit bene, quid affirmet. Diomedes Maric.

De prorogatione præſcriptionis. Rubrica.

Q*Uadragenalem*. Dicit gloſſa publicas eſſe res fiſcales incorporatas, & res quæſitas Curiæ. Talibus publicis objiciebatur de jure Romanorum per ſen-

Digitized by Google

publicis haſtenus competebat, uſque (a) ad centum annorum ſpatium prorogamus, minoribus

l. 2. Inſtit. de uſucap. §. res fiſci. Tamen quadragenalis præſcriptio, prout hic dicitur, haſtenus competebat, ut C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. omnes, & l. comperit, ad idem, C. lib. 11. de fun. pa. l. fi. ſive ſexagenaria, ſecundum jus Long. ut in Longob. de præſc. l. de poſſeſſiona. In rebus autem quibuſcunque fiſco quærendis, id eſt delatis, nondum tamen quæſitis fiſco, videlicet, incipientibus pertinare, cui quidem ex variis cauſis bona legibus deferuntur ut ff. de ju. fiſ. l. 1. in principio. Præſcriptiones haſtenus contra fiſcum inductæ in ſua firmitate perdurant, hæ namque omnes minores ſunt quadragenali præſcriptione, & quæ plus aſcendunt uſque ad 30. annorum tantum ſpatium extenduntur, pleræque vero minori etiam tempore claudantur, ut ff. de requirendis reis. l. 3. & ff. de diverſis & temporalibus præſcriptionibus. l. in omnibus, in principio, & §. ult. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. fina. quæ omnes plene numerantur infra eo. l. in omnibus in gloſſa, quæ incipit, minora tempora, &c. unde poſtquam ſunt minores, non mutantur per hanc conſtitutionem, ut infra ſubjungitur, minoribus &c. & illæ duæ, de quibus ibi facit ſpecialem mentionem, ſcilicet quadriennii & triennii ponuntur exempli gratia, ſimile. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quod vulgo dicitur. Item hic intellectus aperte colligitur ex eo, quod hic dicit, publicis, &c. ut ibi notatur. Et accedit ad hanc diverſitatem inter quæſita & quærenda argumento. ff. de leg. 1. apud Julianum. §. ult. ſicut & talis eſt diverſitas, C. de acqui. poſſeſſio. l. ex liberis. Item intellige Principium conſtitutionis, quod præſcriptio centum annorum, ſicut dictum eſt, locum habeat contra fiſcum, tam in feudis, quam in aliis bonis, quæ non ſunt de demanio. Nam demania nullo tempore præſcribuntur, ut ſupra de hom. deman. l. cum univerſis, circa medium, ibi, præſcriptionem etenim aliquam eis prodeſſe, &c. & iſtam præſcriptionem in feudis ſemper habuit hæc conſtitutio. Omnia enim feuda publica ſunt, ut in Auth. de exhibendis reis. §. optimaut, & de publicis loquitur hæc. ſuperior autem proxima, quæ inducit præſcriptionem triennalem, in feudis loquitur inter privatos, ut aperte patet ex verbis illius, & ſpecialiter ubi dicit, præſente in Regno adverſario ſuo, &c. ſic non loquitur de fiſco, qui ſemper eſt præſens, ut C. de quadrien. præſcript. l. 1. in gloſſa, quæ incipit, Computandum, &c. & ſic eſt exaudita. Sed ante tempora hujus libelli nulla vendicabat ſibi locum præſcriptio in feudis, tam contra privatos, quam contra fiſcum, de quadam conſuetudine, quæ tunc in judiciis obtinebat ut ſupra l. proxima, in principio. Pro qua conſuetudine faciebat in 10. collat. de capit. Cor. l. 1. §. 1. & de probib. feudi alienat. per Freder. l. Imperialem, circa principium. Sed hæc conſuetudo hodie ſublata eſt per ſuperiorem proximam conſtitutionem, ut dictum eſt. Sed quæro: pone quod in rebus fiſcalibus, in quibus olim locum habebat quadragenalis, ſive ſexagenalis præſcriptio: inchoata fuit præſcriptio ante tempora conſtitutionis hujus, forte per viginti annos, quantum temporis exigitur amodo poſt tempus conſtitutum ad præſcriptionem complendam? Reſpondeo, fiat computatio ſecundum diſtinctionem, videlicet, ut pro tempore currente ante tempora conſtitutionis habeatur ratio: & reſpectu quadragenalis, ſeu ſexagenalis præſcriptionis, ſeu pro tempore currente poſt, habeatur ratio centum annorum: & ita ſi ante tempus conſtitutionis poſſedit quis 20. ann. vel 30. poſt vero poſſedit quinquaginta ann. præſcriptio eſt completa, ut arg. expreſſum. C. de præſcrip. 30. ann. cum notiſſimi. §. ſed illud, & §. ſin autem conjungere, & de præſcr. lon. temp. auth. & ſi quibuſdam, & ff. de jure fiſ. fiſcus cum in privati, ſic & diverſæ dantur uſuræ ejuſdem pecuniæ propter diverſam temporis conſiderationem, ut C. de uſur. l. pen. & de nautico fœnore. l. 1.

(a) *Ad centum annorum*. Sed qualiter probabitur, cum ſit valde difficile invenire teſtem, qui de tanto ſpatio temporis poſſit teſtificari? dic quod per famam, ut in ſi. no. Roffre. in libel. de interdicto unde vi. §. pen. hoc etiam no. B. extra de præſcrip. cum nobis, ubi agitur de præſcriptione centum annorum, quæ currit contra Romanam eccleſiam.

Additio. *Adde cap. cum nobis, & cap. ſi diligenti, de præſcript. glo. 1. in cap. ſi. eo. tit. lib. 6. glo. in ver. legitimam. in cap. cum dilecta, de confir. utili vel inutili. Archidiac. in cap. 2. 16. q. 4. Limita, quod dicta jura procedunt in juribus immediate pertinentibus ad eccleſiam Romanam, ſecus ſi ad ſubditos eccleſiæ Romanæ, tunc ſufficit tempus commune, ſecundum gloſſam & Doctores in c. ad audientiam, de præſcriptio. Abb. conſi. 18. incip. in cauſa & quæſtione, quæ vertitur, ſeu verti ſperatur, in 2. volum.* Superantius.

Et licet ibi videatur innuere qualiter poſſet probari, tamen in fine ad hoc declinat, quod per teſtes probari debeat. Poſſet etiam dicere, quod probetur per inſtrumenta, ut infra dicam. Nam licet per inſtrumenta non probetur continuatio poſſeſſionis, quod eſt neceſſarium in præſcriptione: initium tamen poſſeſſionis bene probatur per inſtrumentum, ut quando judex, notarius & teſtes dicunt in inſtrumento, talis vendidit, tradidit tali, &c. & ſic debent intelligi leges. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. prædia, & C. de acquir. poſſeſ. l. minus. Si ergo apparet per inſtrumentum, quod jam ſunt centum anni, quod cœpi rem fiſcalem, vel eccleſiæ Romanæ poſſidere, & modo invenior in ejus poſſeſſione, nec ex adverſo probatur alius in medio poſſediſſe, dico audacter me compleviſſe præſcriptionem centenariam, quia pro me amodo medio tempore bonam fidem præceſſiſſe præſumitor. C. de apo. pu. l. quicunque, & ar. C. de ſtatu defun. l. ſi mater. C. de adul. l. ſi quis adulteri. Et adde quod no. 16. q. 3. c. volumus, in gl. ecte. de cau. poſ. & proprie, cum eccleſia, in gl. bene dicit, &c. ſed urgum. contra. C. de diſtrac. pig. l. qui ſub imagine, circa finem ibi, ſemper poſſeſſionem tenuiſſe, &c.

Ad centum annorum. Difficilis eſt tanti temporis probatio, quoniam per tantum ſæculi magis, quam temporis ſpatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari, ut in Auth. hæc conſtitutio inn. circa princ. collat. 8. Et ideo dicitur quod centenaria præſcriptio non poteſt probari, extra de præſcript. ſi diligenti. in fine, & ſic perinde eſt

ANDREAS DE ISERNIA.

longam, & longiſſimam præſcriptionem, ſcilicet, quadragenalem, ff. de uſucap. l. fin. de diver. & temp. præſcriptio. l. ſi quiſquam, C. de præſcriptio. 30. annorum l. omnes, & l. comperit, de fun. patri. l. fin. Iſta publica non poſſunt teneri a privatis, ut prætor eos tueatur, quia ad cauſas publicas interdicta accommodata non ſunt, ff. de injuriis, l. ſane, ſed quantum ad alia poſſunt poſſideri civiliter, alias tueri, & tolerari, ut colligitur, ff. de leg. 1. ll. apud Julianum, §. fina. ubi dicitur, quod juſſu Principis eſt eorum commercium, & ſi privilegium Principis hoc faceret, idem faciet præſcriptio, cujus non eſt memoria, ff. de aqua quotidia. l. prima, §. ductus, ubi aqua ducitur de flumine publico, ut notat Innocen. extra de præſcriptio. cap. de quarta, in fine magnæ gloſſæ. Sic in actione novorum vectigalium, & pedagii, & guidagii, ubi valet præſcriptio, cujus non eſt memoria, etiam ſine titulo, vel jure alio, de verb. ſign. ſuper quibuſdam. Sic in publicis deputatis uſui populi Romani. Sic in demaniis Principis, ut præſetibatur tempore, cujus non extat memoria longa. ff. de uſucap. l. uſucap. & in tali longa, ſeu modici temporis præſcriptione oportet quod oſtendat titulum. ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. ait prætor, de loco publi. fru. l. 1. Illa quidem interdicta dantur ei, qui hoc anno uſus eſt, ut per ea patet. Itaq in iſtis publicis, & in

Digitized by Google

bus præſcriptionibus adverſus fiſcum inductis, (*a*) quadriennii ſcilicet in rebus donatis a nobis, & (*b*) triennii a ſententiis contra nos latis, (*c*) in ſuo robore duraturis.

De injuriis curialibus perſonis ſeu quibuslibet aliis irrogatis.

TITULUS XL.

Mandat hæc conſtitutio gravius puniri injuriam illatam curialibus & officialibus, quam aliis perſonis, quia Imperatoris perſonam repræſentans. hoc dicit. Hæc conſtitutio determinatur per ſequentem. Lallus de Thuſcia.

REX ROGERIUS.

OBſervent (*d*) diligentiſſime judices, ut in accuſatione injuriarum Curialium perſonarum dignitatem conſiderent: & juxta perſonarum qualitatem eorum, quibus fuerit facta injuria: & eorum qui faciunt, & quando, & ubi hujuſmodi temeritates præſumuntur, ſententiam ferant. Ipſis autem facta injuria, non ipſis duntuxat, ſed etiam ad Regiæ dignitatis ſpectat offenſam.

De

eſt ac ſi contra fiſcum omnem tolleret hic præſcriptionem in publicis.

(a) *Quadriennii*. Ut C. de quadriennii præſcr. l. 1.

(b) *Triennii*. Ut C. lib. 10. de ſen. adver. fiſc. l. una.

(c) *In ſuo robore*. Sic C. de ſacroſan. eccl. autb. quas actiones.

De injuriis curialibus perſonis, ſeu quibuslibet aliis irrogatis. Rubrica.

(d) O*Bſervent*. Hæc conſtitutio jubet puniri injuriam graviter ſeu gravius, quam aliam injuriam Curialibus illatam, cum repræſentent perſonam Imperatoris, &c. ad hoc. C. de cri. la. ma. l. fin. & ideo ſpe-

ANDREAS DE ISERNIA.

& in communibus omnibus hominibus non ſufficit longa præſcriptio 10. vel 20. annorum. ff. de uſucap. l. ſi longiſſima, ſic ſecundum Joan. licet alii exigant reſcriptum. ff. de diver. & temp. præſcriptio. l. ſi quiſquam. Multo fortius ergo illa, cujus non erit memoria, loquuntur quidem illæ leges in maris littore & flumine, quæ ſunt publica, & commonia. Inſtitutio. de rerum divi. §. 1. ff. de injur. l. injuriæ. §. fin. & dicta l. ſane. Alia autem, quæ uſui hominum non minus publica ſunt, quam illa, quæ ſunt deputata uſui populi Romani, vel Demanii Principis, in quibus publicis loquitur d. l. uſuc. Secus ſi ſit præſcriptio contra præſcribentem, dicit Innoc. in c. ſi diligenti. extra de præſcrip. puta, erant res, quæ poſſideri non poſſunt, ut decimæ per laicum, extra eo. tit. cauſam. de deci. c. dudum. Quanto ſunt diuturniora, tanto, &c. de conſue. c. ſi. Idem exemplum de uſu pallii, c. contra morem. 14. d. e. illud. In acquirendis fiſco ſunt communes præſcriptiones. Idem dicit gloſſa, quod Demanium nullo tempore præſcribitur, de hoc plene diximus ſup. in l. ſi dubitatio, circa finem. Sed quomodo invenientur teſtes, qui probant de poſſeſſione centum annorum, nam ſi teſtis haberet 90. annos, & diceret quod non eſt memoria de poſſeſſione, præſcriptio non eſſet probata centenaria, cum teſtes non ſint tanti temporis, ideſt centum annorum. Et ſi illi, qui ſunt nonagenarii dicunt, quod non eſt memoria, ſeu quod non habeant inde memoriam, non ſequitur, quod illi, qui ſunt centenarii, ſimiliter non habeant inde memoriam, quia poſſet eſſe, quod apud illos eſſet in memoriam, quod alius poſſediſſet, vel quod iſte non, & gloſſa dicit, quod probabitur per famam. Hæc non eſt vera, ut ipſa gloſſa innuit, dicit etiam gloſſa, quod probabitur per inſtrumentum, probato quod jam ſunt centum anni, quod incepit poſſidere. Ubi vero non probabitur ex adverſo, quod in iſto medio tempore alius poſſederit, completa erit præſcriptio centenaria. Hoc ſatis dici poteſt, probato quod poſſeſſor incepit poſſidere jam ſunt anni centum, vel quod heres illius mediate, vel immediate, quia heres heredis, &c. ff. de verbo. ſignif. l. ſciendum. C. de here. inſt. l. fi. Quid ſi eccleſia poſſidet hæc publica, quæ jure Romanorum præſcribuntur 40. annis, an præſcribentur 40. anno? dic quod non, quia Imperator non potuit hanc conſtitutionem rei eccleſiæ, ſed ſuæ, quod potuit, ſicut quilibet. C. man. l. in re mandata. ff. de ſol. l. 1. nec jure canonico hoc caſu ſtatuitur contrarium rebus temporalibus. Imperator imponit legem poteſtate ſibi tributa divinitus in adminiſtrandis rebus publicis. Quæ eccleſiæ ſunt per ſacerdotes diſponuntur, non per ſæculares poteſtates, & dignitates. 26. diſtinct. c. duo ſunt, & c. ſi Imperator. 10. diſtin. cap. quoniam, & per Hoſt. in ſumma de conſtit. §. quis poſſer. conſti. facere. vet. Item Imperator. Item dicit gloſſa, quod præſcriptio centum annorum locum habet contra fiſcum tam in feudis, quam in aliis. Nam feuda publica ſunt. Et attende qualiter fiſcus petet, quia ſi petet bona, quæ Titius poſſidet, ſicut feudum, probata intentione fiſci, quod bona ſunt Curiæ, non præſcribentur niſi centum ann. Secus ſi dicat fiſcus, id eſſe feudum, quia per hoc confitetur datum eſſe in feudum aliis, de hoc dictum eſt plene in d. l. ſi dubitatio. Unde caveant fiſci patroni qualiter proponant. Caveant etiam poſſeſſores qualiter objiciant præſcriptionem, nam ſi dicunt ſe præſcripſiſſe 30. ann. feudum, & probant fuiſſe Titii, & Titium a Rege tenuiſſe, ipſumque Titium præſentem fuiſſe in Regno, haberet locum. l. proxi. in fi. niſi fiſcus probaret cauſam, quare de perſona Titii feudum Regi apertum fuit. Si autem poſſidens † dicat conceſſum ſibi fuiſſe, tunc ſi probat ſe poſſediſſe, & ſervitium præſtitiſſe per unum annum, ſufficit, quia defertur ei ſacramentum, ut in titu. ſi de inveſt. inter do. & vaſ. q. ori. c. fi. in fi.

† Additio. *Adde glo. in conſuet. Pariſi.* §. 7. *glo.* 1. *nu.* 16. De Bottis.

Sed illa non eſt lex Imperatoris, ſed conſuetudo, ſeu mos. Haberet ergo locum ubi eſt, non ubi non eſt. Et ideo dicunt, & verius, quod exiguntur 30. anni, alias 40. ut no. de conſue. rec. feu. c. 1. in princ. Hæc ſpecialia non videntur abrogata per hanc generalem: nam ubi innititur conceſſioni, ſeu inveſtituræ, quam probat per poſſeſſionem 30. annorum, tunc eſt præſcriptum, ut ſi de feu. contro. ſue. c. ſi quis per 30. ann. C. de jure emphy. l. fi. in gloſſa. Conſtitutio iſta removet præſcriptionem quando poſſeſſor innititur tantum præſcriptioni, non removet donationes, & inveſtituras præſumptas ex diuturnitate poſſeſſionis & præſtationis cenſuræ ſeu ſervitii, ut dixi in d. l. ſi dubitatio.

De injuriis curialibus illatis. Rubrica.

O*Bſervent*. Duplicatur pœna hoc caſu, quæ eſt ſupra lib. 1. de vio. offic. & cur. illa. l. ut participatio. & ibi expoſita eſt hæc l. & ſeq. repete quæ ibi dicta ſunt. Ad Regiæ dignitatis ſpectat officium. Sic extra de officiis delegati, capi. cum olim. il 2. & econtra. nam Lucæ 10. dicitur, qui vos ſpernit, me ſpernit, &c. pro quo eſt ſupra de officio vicarii. l. 2. & de re milita. l. fi. in fine, lib. 12.

Additio. *Adde textum in cap. qui vos ſpernit.* 8. q. 1.

De

Digitized by Google

De repulſa officialium, & pœna eorum exceſſibus conſtituta.

TITULUS XLI.

Quæ dicta ſunt ſupra, in proxima conſtitutione, tantum locum habent, quando patiuntur injuriam in geſtione officii eorum, non cum ſua propria exequuntur, ſi vero officiales injurientur a ſubditis de eo quod acceperint damnum paſſis reſtituto in quadruplum damnandis, qui ſi aliter afflixerint ſubditos, tertia parte bonorum mobilium publicatione damnentur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

EOs (*a*) tantum officiales noſtrorum officialium de illatis ipſis injuriis volumus prærogativa lætari, qui officium exercendo commiſſum iojurias aliquas patiuntur, non qui inimicitiarum ſuarum vindictas, vel ſua privata negotia pertractando, dum aliquos ſubjectos noſtros indebite perſequuntur, ipſorum exigente nequitia a fidelibus noſtris injutiam patiuntut. Interdum vero nedum officiales hujuſmodi io caſu præſenti prærogativa officii gaudere volumus, imo tanto ipſorum exceſſus velamento adminiſtrationis noſtræ commiſſos proſequi deſideramus inſtaotius, quoto in grave diſpendium ſubjectorum, & noſtræ majeſtatis injuriam ipſorum diſſimulsta facinora, qui noſtram effigiem repræſentant, reduci valerent, & experimento viſibili nos ipſi perſenſirous jam reducta. Eos itaque, qui occaſione officiorum quorumlibet, ipſis ab ordinatis noſtris vel a noſtra munificentia commiſſorum, aliquid per injuriam a fidelibus noſtris abſtuleriot, quibus diu forſitan ante ſuſceptum officium deprædationis inſidias præpararunt, eo quod acceperint primitus integre reſtituto paſſis injuriam, (*b*) in quadruplum damnandos eſſe ſancimus. Quod ſi aliter ipſos afflixerint, eos forte iojuriis propulſando, tertiæ partis bonorum omnium publicatione damnandos eſſe cenſemus. Et in utroque caſu nihilomious, cum perpetua infamia ab officio illos, qui ſic officiis abutuntur, decernimus amovendos: ita quod nullo unquam tempore ad noſtrarum admioiſtrationum officia a nobis, vel a noſtris adminiſtratoribus admittantur.

De conſideratione injuriæ, temporis & perſonarum.

TITULUS XLII.

Mandat hæc conſtitutio, quod in æſtimatione injuriarum ſerventur leges communes, ut injuria dicatur atrox ratione perſonæ inferentis, & ei cui infertur, ratione loci, ratione temporis, vulneris, ut juras injuriam paſſus præmiſſa ea taxatione judicis, ſe prius voluiſſe de bonis propriis tantum perdidiſſe, quam dictas injurias toleraſſe, & ſive actor, ſive reus in dicta taxatione ſentiant ſe gravatos, poterunt appellare, & injuriam paſſus habet tertiam partem condemnationis, reliquis duabus partibus domino ſeu curiæ relinquendis. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias Idem.*

VArietates (*c*) pœnarum ſuper compoſitionibus injuriarum ſecundum diverſas homioum conditiones, ad unitatem juris communis

ſpecialiter de eis dicit, quia quæ notabiliter fiunt, videntur neglecta, niſi ſpecialiter exprimantur, ut ff. de injur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum, &c. Sequens conſtitutio punit injuriam illatam officialibus occaſione officii. Secus ſi officiales aliis injurias inferant, quia licet reſiſtere officiali injurioſo, ut C. de jure fiſ. l. prohibitum. Item ideo punit graviter injuriam illatam ab officialibus occaſione officii, & ad hoc egregie facit ff. de off. præſid. l. illicitas.

De repulſa officialium, & pœna &c. Rubrica.

(e) E*Os tantummodo*. In quadroplum. Qui aliquid ratione officii extorquet a ſubditis, tenetur io quadruplum damnum paſſo, ſecus ſi ſponte oblatum accipiat, quia tunc tenetur in quadruplum fiſco, ut ſupra de of. Juſt. io l. apud Juſt.

(b) *In quadruplum*. Alia pœna ſtatuitur contra Caſtellanos, & ſervientes, ut ſupra de offic. Caſtella. l. 1. G.

De conſideratione injuriæ, temporis & perſonarum. Rubrica.

(c) V*Arietates*. Conſtitutio iſta lo majori parte continet jus commune: vult enim, ut in æſtimatione iojuriarum ſerventur leges communes, ut injuria dicatur atrocior, vel non atrocior, ratione perſonæ

ANDREAS DE ISERNIA.

De repulſa officialium, & pœna eorum exceſſibus conſtitutis. Rubrica.

E*Os tantum*. Hæc determinat ſuperiotem, quia tunc videtur fieri injuria Regi, cum fit officiali ſuo, ſcilicet, quaodo propter ſervitia officii fit. Secus ſi privato odio, vel inimicitia ſpeciali officialis, hoc plene dictum eſt in d. l. ut participatio, vel ſi exceſſiſſet in officio ſibi commiſſo, nam tunc punitur officialis in quadruplum ejus, quod propter violentiam abſtulit ſubdito, quæ pœna eſt læſi, ſed ſi ſponte oblatum reciperet, eſt pœna quadrupli fiſco, ſupra de offic. ju. l. apud juſtitiarium. Si vero non in rebus læſerit, ſed in perſona iniuriando, eſt alia pœna, quia publicata tertia parte bonorum, cum infamia removetur ab officio.

E*Os tantum officiales*. Quæro, aliquis ſerviens Curiæ injutiatur alicui, & ille injurietus dicit, ſi tu non eſſes ſerviens, facerem tibi hoc, & hoc, iſte ſerviens depoſuit arma, & fuit bene verberatus ab illo, quæro qualiter Curia agat contra verberantem? & videtur, quod Curia non poſſit agere contra eum, tanquam iojuriantem ſervienti Curiæ, pro quo facit l. cum donationis. C. de tranſact. ubi dicitur, quod voleoti & ſcienti, &c. In contrarium facit. l. 1. §. cum uſque. ff. de injur. Præterea iſte ſerviens non poteſt abdicare officium Curiæ, per l. legatum. ff. de offic. leg. tene, quod non puniatur. Barth. de Capua.

Et ita etiam tenet Gulielmus de Cun. in l. quamvis. in gl. ff. de in jus voc.

De injuriis. Rubrica.

V*Arietates*. Reducit ad jus commune, conſiderando injuriam atrocem, declaratur etiam ſacramento agentis civiliter de injuria, per quod judex taxat prius, & poſt

munis prævidimus reducendas, legibus & conſuetudinibus, quæ ſuper hujuſmodi conditionibus hactenus obtinebant, omnino ſublatis. Statuimus igitur providentiam juris communis in omnibus obſervari debere, videlicet, ut circa paſſos injuriam habeatur diſcretio perſonarum, quæ injuriam inferunt, & quæ injuriam patiuntur, ſi ſint publicæ vel privatæ: & in quo dignitatis ſpeculo conſtitutæ temporis etiam commiſſæ injuriæ conſideratio eſt habenda: nec minus in quo loco, quibus præſentibus, an in judicio, vel extra judicium, injuria ſit commiſſa. Illam etiam loci conſiderationem jubemus habendam, in qua parte corporis is, qui injuriam patitur, injuriam patiatur. Et ſic omnibus diligenter attentis, & ſingulariter juſte penſatis, is, qui in judicio præſidet, ſententiam formare debebit, videlicet, a paſſo injuriam cum taxatione præcedente, ſacramento recepto, quod tantum voluiſſet de ſuo proprio amiſiſſe potius, quam injuriam ſuſtinere (*a*) voluiſſet illatam: & in eo quod actor prædicto modo juraverit, condemnatio ſubſequatur. (*b*) Appellationis remedio actori, qui in taxatione a judice forſitan gravatus extiterit: & a reo, qui in quantitate taxationis, ſententia comprehenſa ſe ſenſerit fore gravatum, a definitiva ſententia ad ſuperiores judices non negando. Illud etiam noſtræ providentiſſimæ ſanctioni duximus inferendum, quod in quibuſdam regni noſtri provinciis correctione etiam neceſſaria indigebat, quod paſſus injuriam nullam omnino partem compoſitionis habebat, ſed totum fiſco noſtro, vel ei, cujus erat curia, quærebatur, quod corrigentes decernimus, injuriam paſſum, ubique per regnum (*c*) ejus, quod in condemnatione devenerit, ſive per ſacramentum, ſive per taxationem judicis, ſive per pœnas certas legibus comprehenſas, (*d*) tertiam partem omnino habere debere: reliquis duabus partibus domino facientis injuriam, cujus eſt juriſdictio relinquendis. (*e*) Indignum namque fore credimus paſſum injuriam in recompenſationem doloris nullam ſibi partem compoſitionis accipere, quæ per eum aliis eſt quæſita, ſed tantum illatis injuriis, aut conviciis eſſe contentum.

De

ſonæ inferentis, & ejus, cui infertur, ratione loci, ratione temporis, & loci, & vulneris, & de hoc habes, ff. eo. l. prætor, §. fin. & l. ſeq. Secundo tradit formam in juramento, quod debet facere paſſus injuriam taxatione judicis præmiſſa, ut juret, potius vellem de meo tantum perdidiſſe, &c. & ſive actor, ſive reus ſentiat ſe in taxatione judicis præmiſſa gravatum, poterit appellare, quod eſt regulare in omnibus cauſis, ut C. de appellat. lege, & in maioribus. Tertio dicit, quod injuriam paſſus habet tertiam æſtimationis in recompenſationem ſui doloris, duæ partes ſunt Curiæ, ſub qua litigatur de injuria illata. Sequens conſtitutio loquitur de pœna criminali, & diſtinguit pœnas exprimendo eas, ut in litera, & gravius puniendo ignobilem, quam nobilem, concord. ff. de naufr. l. Pedius.

Additio. *An non valens ſolvere pœnam injuriæ poſſit perſonaliter puniri? Vide Sal. in l. actorem. C. de inju. Et de materia iſtius conſtitutionis, & ſi a ſententia, de qua hic, non appelletur, quid agendum? Bar. in conſ.* 108. *in quæſt.* Cæſ. de Pe.

Additio. *Maranta in pract. fol.* 12. *nu.* 4. 5. 6. *vide de verbis injurioſis Bald. in conſil.* 8. *vol.* 1. *ſuper prima conſtitutione.* De Bottis.

(a) *Voluiſſet.* Quod dic ut notetur ff. eod. injuriarum.

(b) *Appellationis.* Nota, quod appellatur in actione injuriarum tam a condemnato, quam a vincente, arg. C. de appel. l. 1.

(c) *Ejus quod in condemnationem devenit.* Nota † quod ſicut hic dicit, & infra ſubjicit ejus, quod in condemnationem devenit, duæ partes per injuriam paſſum Curiæ applicantur. Ergo ante condemnationem Curiæ nihil ſit acquiſiturus injuriam paſſo.

† Additio. *Vide de modo libellandi Jacobi. in rub. C. de judic. in fi. & Matth. in conſtitutione, ſi quis in poſterum,* 17. *no. & Luc. in tract. de privil. fiſ. ver. octavus caſus, & Alexan. in l. reſcriptum. ff. de pactis.* De Bottis.

(d) *Partem tertiam omnino. Domino facientis injuriam.* Nota quantum habeat fiſcus, vel dominus injuriam facientis de pecunia, qua condemnatus eſt injuriam faciens. Sed de jure Romano totum habebat ipſe actor, ut Inſtit. eo. §. in ſumma, vel ad minus medietatem, ut at. ff. ad Syll. l. lege, in fi.

(a) *Indignum namque.* Facit ff. de leg. l. fi.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

poſt pars jurat, in l. proei. in fi. quia debet prius dicere, vellem de proprio meo perdidiſſe tantum, quam mihi dictam fore injuriam illatam. Et ſive civilis ſit actio, ſive prætoria, judex taxat, non æſtimat, ſed pars æſtimat, ſic debet intelligi ff. de injur. l. conſtitutio, in fi. licet Mar. dixerit in injuria civili judicem æſtimare, quod reprobatur, de quo plene diximus in tit. de pace jur. firm. in 4. col. §. injuriarum. Et ſi dicatur injuria impoſſibilis, ut ſi dico te Aſinum, quod impoſſibile eſt, & impoſſibilium nulla eſt obligatio, ut in regula juris, nihilominus tenetur de injuria propter affectum, ut ibi diximus, & in Longobar. de injuriis mulierum. l. 2. Item ſi dico te cæcum, & ſic an teneatur injuriarum? dicunt quidam Moderni, quod ſic, quia non debes accuſare, quod naturale vitium eſt argum. contra eo. tit. l. eum qui nocentem, de hoc ſimiliter plene diximus ibi. Item dat tertiam partem condemnationis injuriam paſſo, aliter erat ante, ut in gluſſa.

Certas pœnas legibus comprehenſas. Quæ ſunt leges iſtæ? videtur quod ſint ff. de termino amo. l. Agraria. ff. de ſepul. viol. l. 1. §. 1. C. de aſſeſſo. l. conſiliarios, cum ſi. Sed non loquitur de injuriam paſſis, videtur ergo loqui de lege. ff. ad Syllan. l. Corn. in fi. ff. de litig. l. fin. quæ de injuriam paſſis videtur loqui.

V*arietates pœnarum.* Ibi, & qui injuriam patiuntur. Nota textum multum utilem aſſeſſoribus, dum dicit, ſive ſint publicæ ſive privatæ injuriæ, qui textus facit ad quæſtionem utrum de inſultu facto cum fuſte, vel baculo poſſit judex ex officio ad inquiſitionem procedere? dic quod ſic, quia violentia publica committitur. Nam appellatione armorum, etiam fuſtes & lapides intelliguntur, ff. de vi & vi arm. l. inde, §. armis, & ff. de verb. ſign. l. armorum. Et pro violentia publica, vel privata imponitur pœna relegationis, vel deportationis, ut Inſtit. de publ. jud. §. item lex, & ff. de vi priva. l. 1. in principio, & C. eo. l. 2. planum eſt quod relegatio, vel deportatio eſt mors civilis, Inſtit. de patr. pot. §. cum autem, ergo ex forma capituli inclyti Regis Caroli II. quod incipit, ab illo inchoandum, poterit inquiri ex officio. Sed quid ſi inſultavit cum lapide, & percuſſit, an poſſit inquiri? primo videtur quod non, ſed accuſabitur actione injuriarum, ut ff. de injur. l. prætor. §. accuſatione,

cum

Digitized by Google

De injuriis nobilium perſonarum.

TITULUS XLIII.

Ruſticus vel Burgenſis, qui militem verberavit, niſi fecerit defendendo, manus detruncatione punitur, eadem pœna imminet Valleᴄto, qui militem nobilioris gradus verberare tentaverit. Ceterum ſi æque nobilem, honore militiæ in perpetuum privandus eſt, & quod nobilium judiciis non interſit, & quod per annum eſſe debeat extra regnum: ſi vero minus nobilem, eadem pœna privationis militiæ, & judiciorum teneatur, ſi miles militem verberaverit, ſit extra regnum per annum, & equorum omnium amiſſione mulᴄtandus, ſi Burgenſem, vel ruſticum, qui ſuus non ſit vaſallus, miles verberaverit, punitur ipſe miles, conſideratis a judice ſingulis, quæ in æſtimatione injuriarum conſideranda ponuntur, ut ſupra, l. proxi. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, idem.

† IMPER. FREDERICUS.

UT dignitatum (*a*) gradus, ex hominum qualitate in injuriis apertius diſtinguantur: Statuimus, Burgenſem, ſeu ruſticum, qui militem verberaverit, niſi probabitur, quod ſe defendendo hoc fecerit, manus detruncatione puniri. Eadem pœna Valleᴄto imminente, qui militem nobilioris gradus (*b*) verberare tentaverit. Ceterum ſi æque nobilem verberare tentaverit, honore militiæ ipſum in perpetuum volumus eſſe privatum, & ut nobilium judiciis non interſit, & quod per annum eſſe debeat extra Regnum. Si vero minus nobilem verberare tentaverit, eadem pœna privationis militiæ, & judiciorum ſcilicet, teneatur. Æquum eſt enim eum militiæ decore privari, qui militiæ dignitatis cujuslibet fundamentum pudicitiæ neſcius, & pudoris ignarus dedecorare tentaverit. Denique ſi miles militem verboraverit extra Regnum ſpatio annali præſcriptum injurias inferentem, armorum & equorum ſuorum amiſſione mulᴄtandum eſſe jubemus. Ceterum ſi Burgenſem, aut ruſticum, (*c*) qui vaſallus ſuus non ſit, verberaverit miles conſideratis a judicibus ſingulis, quæ in æſtimatione injuriarum conſideranda eſſe prædiximus, taxatione judicis, & ſacramento injuriam paſſi præcedentibus, pro qualite injuriæ reum puniendum eſſe cenſemus.

De † probabili experientia medicorum.

† Alias, de mederi valentibus.

TITULUS XLIV.

Quicunque voluerit mederi in regno, caveat ne medicet, niſi primo ſe præſentet officialibus & judicibus regiis, qui eum habeant examinari facere de ejus ſufficientia: quod ſi ſecus fecerit, omnia ejus bona regio fiſco publicabuntur, & detrudetur in carcere arbitrio regio; hoc ſtatutum factum eſt, hac ratione attenta, ne ſubditi regis periclitentur ex imperitia, vel ignorantia medicorum. hoc dicit.

REX ROGERIUS.

QUiſquis (*d*) amodo mederi voluerit, officialibus noſtris, & judicibus, ſe præ-

---

De injuriis nobilium perſonarum. Rubrica.

(a) UT *dignitatum*. Manus detruncatione. Dum tamen talis ſit miles, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obſervet in equis & armis, & aliis ſignis, quibus Barones & milites conderet honorari, ut ſupra l. proſequentes, & infra, de ho. mil. l. conſtitutione.

ADDITIO. *Adde an militia ſit dignitas per Felin. in c. quanto de magiſt. Concluſio eſt, quod non. Fallit primo in militibus urbis Romæ, qui proprie equites dicuntur non ab equitatu, ſed ab æquitate, quia eorum officium erat æquitatem & jus tueri, præcipue orphanorum, viduarum, & ſimilium perſonarum, ut in l. 1. C. de equeſt. dig. lib. 12. & ibi Bar. in repe. Fallit ſecundo in magiſtro, qui vulgariter appellatur conductor armorum, ut in l. per Armeniam, C. de off. magiſt. mil. Fallit tertio ſi militiæ adjungitur alia dignitas, puta, ſi Doᴄtor efficitur miles, nam tunc militia eſt dignitas, ita ſingulariter limitat Alber. de Roſ. in l. milites, C. loc. & ſequitur Mart. Laud. in traᴄta. de Principibus, in rub. de milit. concluſ. 13. Fallit & quarto ſi militia eſſet adjunᴄta nobilitati, puta, ſi unus nobilis creatur miles, & tunc militia eſt dignitas, ſecundum Alber. in d. l. milites.*

(b) *Verberare tentaverit*. Qualiter autem accipiatur iſtud verbum, Verberare, probatur, ff. de injuriis, l. lex Corn. §. verberare, & l. item apud, §. adjicitur, & §. verberaſſe.

(c) *Qui vaſallus ſuus non ſit*. Innuitur ergo, quod dominus impune verberet vaſallum, dummodo non atrociter.

Dominus leviter poteſt eerberare vaſallum.

De probabili experientia medicorum. Rubrica.

(d) QUiſquis. Hæc conſtitutio & ſequens ſunt palea, dicunt medicos non poſſe mederi, niſi

---

ANDREAS DE ISERNIA.

eum l. ſeq. Imo poteſt inquiri ex officio accuſatore ceſſante, ut in hac conſtitutione ibi, publice vel privatæ, quia committitur tunc injuria publica vel privata. Bartholomæus de Capua.

Et ſic nota, quod hæc conſtitutio generaliter loquitur, ergo generaliter eſt intelligenda, l. de precio. ff. de publ. cum ſi. Et ſic patet, quod jus commune in hoc corrigitur, ubicunque hæc conſtitutio diceret, ſive in criminali, ſive in civili, in aᴄtione, ſeu in accuſatione injuriarum, pœnam pecuniariam fiſco dari, ut ſolemniter notatur in l. ſi. ff. de inju. & Inſtit. eo. §. in ſumma, & ff. de acc. l. hos accuſare, §. 1. in ultima gloſſa. Bartholomeus de Capua.

De injuriis nobilium perſonarum. Rubrica.

UT *dignitatum*. Rationabiliter diſtinguit & punit injuriam militi factam. Intelligit gloſſa de militibus viventibus militariter in equis & armis. Iſtis tantum videntur dari hæc & alia privilegia ſupra de teſti. contra Comi. & Bar. proſequentes, & infra qui judic. & no. eſſe poſſunt, l. conſt. Unde de militibus civitatum, qui ſedent in theatru, non intelligitur, licet in civitate ſint multi militariter viventes, de aliis loquitur hæc conſtitutio. Alii pagani dicuntur milites glorioſi, ideo quia miles dicitur a melo, quod ſuſtinet propter publicam utilitatem, quia de mille eligitur unus. ff. de mili. teſta. l. 1. imo videtur loqui de milite habente vaſallos, ibi, ceterum qui vaſallus non ſit, ſed non dicit hoc, non eſſe neceſſe: quia multi ſunt viventes militariter pinguius & honorabilius, quam multi, qui vaſallos habent: nam poteſt eſſe feudum ſine vaſallis, ut in tit. quid ſit inveſtit. Qui vaſallus ſuus non ſit. Innuit a contrario ſenſu, quod vaſallum ſuum poteſt miles verberare. Intelligendum eſt leviter, niſi ſit miſſus a Curia vaſallus ad dominum ſuum, tunc etiam leviter non poſſet, diᴄtum eſt in conſtitutione, ſi vaſallus a domino ſuo, circa finem.

De mederi valentibus. Rubrica.

QUiſquis. Providet enim utilitati ſubjeᴄtorum, ut nullus practicet in medicina, niſi examinetur,

ſcutet eorum diſcutiendum judicio: quod ſi ſua temeritate præſumpſerit, carceri conſtringatur, bonis ſuis omnibus publicatis. Hoc enim proſpectum eſt, ne in Regno noſtro ſubjecti periclitentur ex (*a*) imperitia medicorum.

Ut nullus audeat practicare, niſi in conventu publico magiſtrorum Salerni ſit comprobatus.

TITULUS XLV.

Hæc conſtitutio Imperatoris Frederici eſt declaratoria præcedentis conſtitutionis editæ per Regem Rogerium, & providet futuro diſpendio, & irrecuperabili damno, quod poteſt contingere fidelibus regiis propter imperitiam medicorum, ideo jubet, ut nullus medicus prætextu, quod ipſe ſe ſcribit medicum, audeat in regno practicare, niſi tribus concurrentibus.

IMPER. FREDERICUS.

UTilitati (*b*) ſpeciali proſpicimus, cum omni ſaluti fidelium providemus. Attendentes igitur grave diſpendium, & irrecuperabile damnum, quod poſſet contingere ex imperitia medicorum. Jubemus in poſterum nullum medici titulum prætendentem audere practicare aliter, vel mederi, niſi Salerni primitus, & in conventu publico magiſtrorum judicio comprobatus, cum teſtimonialibus literis de fide & (*c*) ſufficienti ſcientia, tam magiſtrorum, quam ordinatorum noſtrorum ad præſentiam noſtram, vel a nobis a regno abſentibus ad illius præſentiam, qui vice noſtra in regno remanſerit, ordinatus accedat, a nobis, vel ab eo medendi licentiam conſequatur. Pœna publicationis bonorum, & annalis carceris imminente his, qui contra hujuſmodi noſtræ ſerenitatis edictum in poſterum auſi fuerint practicare.

De medicis.

TITULUS XLVI.

Non concedatur licentia practicandi medicis, niſi ſtuduerint per triennium in Logica, & per quinquennium in Medicina, & medio tempore didicerint Chirurgiam, quæ eſt pars Medicinæ, & jurabit medicus ſecundum formam hactenus obſervatam, & ſpecialiter, quod ſi aliquis confectionarius ſit minus bene conficiens, curiæ nunciabit, & quod conſilium pauperibus gratis dabit. Item medicus viſitabit ægros ſuos bis ad minus in die, & ad requiſitionem infirmi ſemel in nocte, a quo non accipiet, ſi non egreditur civitatem, ultra medium tarenum auri, ab infirmo, pro quo egreſſus eſt extra civitatem, non recipiet per diem ultra tres tarenos cum expenſis infirmi, vel non ultra quatuor ad expenſas ſuas, nec contrahat ſocietatem cum confectionariis, nec recipiet aliquem ſub cura ſua ad expenſas ſuas pro certa pretii quantitate, nec etiam habebit propriam ſtationem, nec poſt prædictum quinquennium completum practicabit, niſi per annum integrum cum con-

fuerint examinari ab officialibus, & judicibus Imperatoris, & habeant literas teſtimoniales magiſtrorum ſuorum, quod male ſervatur. Jubet enim in qualibet civitate, quod duo fideliſſimi eligantur, in quorum præſentia fiant electuaria, & ſyrupi, quod nunquam vidi fieri. Item jubet tantum ſtudere in Salerno in medicina, & illi, qui vendunt medicinas, qui vocantur ſpeciali vulgariter, jurent fideliter ſuum officium adimplere, & pœnam imponit contra facientibus.

ADDITIO. *Adde an talas vendentes aromata venenoſa, puniantur l. Corn. vide l. auditum. §. alio, & ibi Ange. ff. de ſic.* Superantius.

(a) *Imperitia.* Ut ff. de offic. præſi. illicitas. §. ſicuti. ff. ad l. Aquil. §. præterea.

Ut nullus audeat practicare, niſi &c. Rubrica.

(b) UTilitati. Titulum, ideſt ſubſcriptionem, qui ſcribebat ſe medicum. Et in hac ſignificatione ponitur. C. de his qui po. no. ci. & in tex. & in ſum. Vel quia ſe gerebat pro medico, ut ff. ad l. Corn. de fal. eos, §. ult. & ff. de acqu. poſſ. l. poſſideru, §. ſi ſervus quem poſſidebant, ſi vero aliquis phyſicus, vel literatus, qui non gerit ſe pro medico, dat alicui conſilium maxime gratiæ cauſa, ſeu pietatis, ſeu conſanguinitatis, non tenetur: argumentum optimum ad hoc ſupra de officio advocatorum, l. ult. ibi, denique clericis, &c. ad hoc etiam facit quod dicitur de advocato, qui & dicitur advocatus eo eo, quod dat alicui conſilium, imo poteſt eſſe advocatus alterius partis, & redditur ratio: quia ſi aliter diceretur, nulli daretur conſilium, quod dic, ut notatur ff. de poſtul. l. ult. ſecundum Azo. Hoc etiam innuit verbum illud, practicari, quod ponitur in fine hujus l. quod ſignificat conſuetudinem & experientiam curandi, ut C. de epiſc. & cler. l. parabolani.

(c) *Sufficienti ſcientia.* Non enim ſufficit aliquem eſſe peritum in arte ſua, niſi ſit approbatus, ut ff. de vent. inſpicien. l. 1. 1. reſpon. & Ovidius in lib. Triſtium

ANDREAS DE ISERNIA.

& approbetur in Curia Imperatoris prius, ſic de advocato, ſupra de offi. advo. l. 1. & 2. Unde Doctor medicinæ practicabit ſine literis: quia fuit examinatus, quando fuit doctoratus, & approbatur, ſicut ibi diximus de advocatis. Et nota majorem pœnam imponi medico, quam advocato ſine literis, & licentia practicantibus: quia major periculum eſt in ſalute hominis, quam in rebus, eſt conſtitutio regis Rogerii, idem.

Ut nullus audeat practicare, &c. Rubrica.

UTilitati. Hæc conſtitutio eſt Imperatoris Frederici latius declarantis cum eandem pœnam imponit, ſicut proxima ſuperior. Niſi Salerni. Hoc hodie aliter per ordinationes novas regnantium, quia Neapoli præſentatur ei, qui eſt ordinatus per regem ſuper cura ſtudii, & medicinæ artis. Practicare ergo prohibetur ſine licentia Curiæ, non autem dare conſilium conſanguineo, vel pauperi, ut dicit gloſſa. Sed quid ſi habet experientiam practicandi non per artem: quia non novit literas, dabitur ſibi licentia, ſicut dicitur de advocato, qui debet approbari per Doctores. C. de advocatis diverſorum judiciorum. l. nemini, cum ſufficiat experientia, no. gl. de variis & extraor. cognitionibus. l. 1. §. advocatos, ad quod eſt C. de jud. l. certi, & juxta illud. Experto crede magiſtro.

ADDITIO. *Adde quod nunquam confidas de medico novo,*

conſilio medici practicet. Magiſtri vero infra prædictum quinquennium doceant libros authenticos tam Galeni, quam Hippocratis, tam etiam in theorica, quam in practica medicinæ. Chirurgicus non admittatur ad practicam, niſi teſtimoniales literas offerat medicorum, quod per annum ſtuduerit, & præſertim anatomiam humanorum corporum in ſcholis didicerit. Confectionarii vero facient confectionem expenſis ſuis, & teſtimonio medicorum, nec tenebunt ſtationes, niſi præſtito juramento, & lucrabuntur de ſimplicibus medicinis, quæ ultra annum non ſervantur, tres tarenos pro uncia, de aliis vero, quæ durant ultra annum, lucrabuntur ſex tarenos per unciam quamlibet. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Liem.*

† IMPER. FREDERICUS.

QUia (*a*) nunquam ſciri poteſt ſcientia medicinæ niſi de ſcientia Logicali aliquid præſciatur: Statuimus, quod nullus ſtudeat in medicinali ſcientia, niſi prius ſtudeat ad minus triennio in ſcientia Logicali; poſt triennium, ſi voluerit, ad ſtudium medicinæ procedat, in qua per quinquennium ſtudeat: ita quod chirurgiam, quæ eſt pars medicinæ, infra prædictum tempus addiſcat, poſt quod & non ante concedatur ſibi licentia practicandi, examinatione juxta Curiæ formam præhabita. Et nihilominus recepto pro eo de prædicto tempore ſtudii teſtimonio magiſtrali.

Iſte medicus jurabit ſervare formam Curiæ hactenus obſervatam, eo adjecto, quod ſi pervenerit ad notitiam ſuam, quod aliquis confectionarius minus bene conficiat, Curiæ denunciabit, & quod pauperibus conſilium gratis dabit.

Iſte medicus viſitabit ægrotos ſuos ad minus bis in die, & ad requiſitionem infirmi ſemel in nocte, a quo non recipiet per diem, ſi pro eo non egrediatur civitatem, vel caſtrum, ultra dimidium tarenum auri. Ab infirmo autem, quem extra civitatem viſitat, non recipiet per diem ultra tres tarenos cum expenſis infirmi, vel ultra quatuor tarenos cum expenſis ſuis. Non contrahat ſocietatem cum confectionariis, nec recipiat aliquem ſub cura ſua ad expenſas pro certa pretii quantitate, nec ipſe etiam habebit propriam ſtationem. Confectionarii vero facient confectionem expenſis ſuis cum teſtimonio medicorum, juxta formam conſtitutionis noſtræ, nec admittentur ad hoc ut teneant confectiones, niſi præſtito juramento: omnes confectiones ſuas ſecundum prædictam formam facient ſine fraude. Lucrabitur autem ſtationarius de confectionibus ſuis ſecundum iſtum modum. De confectionibus, & ſimplicibus medicinis, quæ non conſueverunt teneri in apothecis ultra annum a tempore emptionis pro qualibet uncia poterit, & licebit tres tarenos lucrari. De aliis vero, quæ ex natura medicaminum, vel ex alia cauſa ultra annum in apotheca tenentur, pro qualibet uncia licebit lucrari ſex tarenos. Nec ſtationes hujuſmodi erunt ubique, ſed in certis civitatibus per regnum, ut inferius deſcribitur. Nec tamen poſt completum quinquennium, practicabit, niſi per integrum annum cum conſilio experti medici practicetur. Magiſtri vero infra iſtud quinquennium libros authenticos, tam Hippocratis, quam Galeni in ſcholis doceant, tam in theorica, quam in practica medicinæ. Salubri etiam conſtitutione ſancimus, Ut nullus chirurgicus ad practicam admittatur, niſi teſtimoniales literas offerat magiſtrorum in medicinali facultate legentium, quod per annum ſaltem in ea parte medicinæ ſtuduerint, quæ chirurgiæ inſtruit facultatem, præſertim anatomiam humanorum corporum in ſcholis didicerit, & ſit in ea parte medicinæ perfectus, ſine qua nec inciſiones ſalubriter fieri poterunt, nec factæ curari.

De fidelium numero ſuper electuariis, & ſyrupis ſtatuendo.

TITULUS XLVII.

Statuit hæc conſtitutio pro conſervatione vitæ hominum, ut in qualibet terra hujus regni ordinentur duo viri circumſpecti & fide digni, qui-

ſtium dicit, Fluctibus in mediis navem Palinure relinquens, Sic fuge nave tua, ſit minor arte fides.

De medicis. Rubrica.

(a) QUia nunquam. Secundum iſtum modum, qui infra ſequitur.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

vo, qui eſt homicida parentum, ſecundum Ang. in l. 1. §. putritiam, ff. de poſtul.

De medicis. Rubrica.

QUia nunquam. Hæc conſtitutio bona eſt, & utilis, ſi ſervaretur. Multa repetit dicta ſuperius, & plura addidit: nam triennium ſtatuit, ut ſtudeat quis in Logica, & in medicina quinquennium. Item quod denunciet Curiæ confectionatios minus legaliter ſe gerentes. Item quod conſilium gratis pauperibus dabit.

Additio. *Adde glo. ſumma. 83. diſtinct.*

Et viſitet infirmum bis in die, & ſemel in nocte, ſi requirat infirmus, & ſtatuit medico certum ſalarium. Item quod medicus non contrahat ſocietatem cum confectionariis, nec habeat propriam ſtationem. Ponit etiam ſacramentum confectionariorum, & lucrum, quod debent facere de confectionibus, & multa utilia de legendis libris Hippocratis & Galeni, necnon de chirurgicis, ut certo tempore ſtudeant, & ſpecialiter ut ſciant anatomiam corporum humanorum.

Additio. *Et an mulier poſſit eſſe medica? dic quod ſic, textus eſt, & ibi Sal. in l. 1. §. ut autem. C. de com. ſer. pig. da. & gl. in c. non ſane. 14. q. 5. ad quod vide textum in l. 1. in princ. de ven. inſp.* Caſ.

QUia nunquam. In textu, practicandi. An Judæus poſſit practicare, & medicinas facere Chriſtianis? dic quod non, 28. quæſt. 1. cap. nulla, ubi cum Judæis nec bibendum, nec manducandum, nec ab eis medicamentum accipiendum eſt. Bartholomæus de Capua.

De

quibus detur juramentum per deputatos, quod iſti confectionarii, ſive aromatarii conficiant electuaria, & ſyrupos legaliter juxta artes in præſentia Juratorum, & ſic facta vendant, & nomina iſtorum cum teſtificatione medicorum approbatorum Salerni & Neapolis mittantur ad regiam curiam. Qui ſi contra fecerint, puniantur pœna publicationis omnium bonorum mobilium: Jurati autem ſi fraudem in commiſſo officio committant, ſi fuerit probatum, ultimo ſupplicio condemnabuntur. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

IN terra qualibet regni noſtri noſtræ juriſdictioni ſubjecta duos viros circumſpectos, & fide dignos volumus ordinari, & corporali per eos præſtito ſacramento teneri, quorum nomina ad curiam noſtram mittentur, ſub quorum teſtificatione electuaria & ſyrupi, ac aliæ medicinæ legaliter fiant, & ſic factæ vendantur: Salerni maxime per magiſtros in Phyſica hæc volumus approbari. Præſenti etiam lege ſtatuimus, ut nullus in medicina, vel chirurgia, niſi apud Salernum vel Neapolim legat in regno, nec magiſtri nomen aſſumat, niſi diligenter examinatus in præſentia noſtrorum officialium, & magiſtrorum artis ejuſdem. Conficientes etiam medicinas ſacramento corporaliter præſtito volumus obligari, ut ipſas fideliter juxta artes, & hominum qualitates in præſentia juratorum conficiant. Quod ſi contra fecerint, publicatione bonorum ſuorum mobilium ſententialiter condemnentur. Ordinati vero, quorum fidei prædicta ſunt commiſſa, ſi fraudes in credito ipſis officio commiſiſſe probentur, ultimo ſupplicio feriendos eſſe cenſemus.

De conſervatione aeris.

TITULUS XLVIII.

Nullus projiciat linum, vel Canapum prope civitatem vel caſtrum per unum milliare ad minus: contra faciens perdit linum vel canapum, & curia applicatur. Item fiant ſepulturæ mortuorum, quæ habent profundum per mediam cannam: contra faciens punitur pœna unius Auguſtalis. Cadavera etiam, & ſordes, quæ fœtorem faciunt, per eos quorum fuerint communia, extra terram projiciantur in mare vel in fluvium, contra faciens pro canibus vel eorum animalibus, ſolvat auguſtale unum, pro minoribus animalibus ſolvat auguſtale medium. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

SAlubritatem (*a*) aeris divino judicio reſervatam ſtudio proviſionis noſtræ, in quantum poſſumus, diſponimus conſervare: Mandantes ut nulli amodo liceat in aquis cujuslibet civitatis, vel caſtri vicinis, quantum milliare ad minus protenditur, linum vel canapum ad maturandum ponere: (*b*) ne ex eo, prout pro certo didicimus, aeris diſpoſitio corrumpatur. Quod ſi fecerit, linum ipſum immiſſum, & canapum amittat, & curiæ applicetur. Sepulturas etiam mortuorum, quæ urnas non continent, profundas quantum menſura dimidiæ cannæ protenditur, eſſe jubemus. Si quis contra fecerit, unum auguſtale curiæ noſtræ componat. Cadavera etiam & ſordes, quæ fœtorem faciunt, per eos, quorum fuerint, coria extra terram ad quartam partem milliaris, vel in mari, aut flumine projici debere mandamus. Si quis autem contra hæc fecerit, pro canibus aut magnis animalibus, quæ majora ſunt canibus, unum auguſtale, pro minoribus vero dimidium curiæ noſtræ componat.

De

De conſervatione aeris. Rubrica.

(a) S*Alubritatem*. Hæc conſtitutio ſicut præcedens proſpicit ſanitati hominum, nam jubet ne linum & canapum ponantur juxta civitates: quia corrumpunt aerem. Et de aliis cadaveribus dicit de civitatibus removendis, concor. ff. de dona. l. ne ea eo.

(b) *Ne ex eo.* ff. de loco pub. fruen. l. ſi.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De ſyrupis & electuariis. Rubrica.

IN *terra qualibet*. Hæc ordinatio non ſervatur, Salerni maxime: Nam & Neapoli, ut ſup. l. proxima dictum eſt, ſic ordinatum eſt de medicis.

Additio. *Adde, quod de medico conducto publico ſalario, an teneatur ſervire parvis ſicut & magnis. Et an debeat recipere ſalarium ab infirmis, & ſi recipit, an debeat ceſſari? vide per Jo. de Ma. in c. ſua nos. de homic. & per Jo. de Plat. in l. archiatri. C. de profeſ. & med. li. 10.*

Sequens vero conſtitutio ſtatuit ſalarium medico, ſed non ſervatur, immo totum contrarium fit. Debet enim medicus pauperes ſine precio juvare, ut in Authen. de man. prin. §. ſic quoque. Item medici non debent habere ſocietatem cum confectionariis: hoc bene ſtatuitur, ſed contrarium videmus. Et debent lucrari confectionarii tres tarenos pro uncia.

De conſervatione aeris. Rubrica.

S*Alubritatem*. Et hoc de communi bono eſt iſta conſtitutio, licet male ſervetur. Sumpta eſt ex l. nova ædiles. ff. de via pub. & Græca eſt lex illa, & bona. Sic & aqua non debet corrumpi per immiſſionem alicujus rei fœtidæ, ff. de extraor. cri. l. 1. §. 1. Unde macella debent eſſe extra muros, & extra loca habitabilia, ut continetur in regiſtro Imperatoris, quod eſt in archivo, ſed continet unum, ut quod præterquam in macellis curiæ tantum carnes non debent macellari ad pœnam amiſſionis carnium. Hoc hodie aliter eſt: quia macellarii dant certum quid curiæ pro animali macellato, quod dicitur jus bazariæ.

De

De fide mercatorum in vendendis mercibus adhibenda.

TITULUS XLIX.

Jubet hæc conſtitutio, quod ſinguli & omnes artifices fideliter ſe gerant in eorum officiis, & maxime bocerii, & piſcarii, & hoſpites, & tabernarii, ut bocerii non vendant ſcrophas pro porcis, vel carnes morticinas, vel ab uno die in alium ſervatas, ſi hoc emptoribus non prædixerint, & idem in venditoribus piſcium, & quod hoſpites cibos pridie præparatos in die alia calefactos ſimiliter ſine prædictione non vendant, & tabernarii non vendant vinum lymphatum pro puro, nullus laboret argentum quod minus xi. puri argenti pro pura libra noſcatur: aurum quodlibet de puro minus teneat, quam octo unciarum. Contra facientes, ſi inventi fuerint in eorum artificiis doloſe verſari, pro prima vice punientur in una libra auri, quam ſi propter inopiam dare non potuerint, fuſtigentur, pro ſecunda vice perdant manum, pro tertia vice ſuſpendantur; & ut omnis fraudis materia præcludatur artificibus, per quælibet loca ordinentur duo viri fide digni, qui intendent circa prædicta pœna imminente officialibus, qui non nunciaverint ipſorum fraudem magnæ regiæ curiæ, vel Juſtitiario regionis. Mandat, & quod Bajuli ſub certa mercede conſtituant operas operariorum, meſſorum, vindemiatorum, & conſimilium, quod ſi tranſgreſſi fuerint, receptam mercedem amittant, quadruplum fiſco componant. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

MAgiſtros (*a*) mechanicarum artium, quorum operibus homines carere non poſſunt, legaliter & fideliter ſua opera exercere jubemus. Artifices autem, qui in auro & argento laborant, ſellarios, & ſcutarios, frænarios, atque larmerios, candelarios, fabros, qui æris, & ferri quæcunque opera formant, baliſtas etiam facientes, & arcus, generaliter omnes artifices cum fide & ſtudio, prout artificium uniuſcujuſque melius noverit, volumus operari. Specialiter autem ſcutariis & ſellariis injungimus, ut emptores certiorare fideliter ſtudeant, utrum in argento vel auro ſuppoſitæ ſint picturæ. Et quod ſellas & ſcuta munire debeant neceſſariis & fortibus guarnimentis. Buzerios autem, & piſcium venditores, qui vitæ hominum neceſſaria ſubminiſtrant, & ex quorum fraudibus magnum poſſet non rebus tantummodo, ſed perſonis etiam damnum inferri in eorum mercibus & mercationibus volumus eſſe fideles, videlicet, ut ſcrophas pro porcis, vel carnes morticinas, aut ab uno die in alium reſervatas, ſi hæc emptoribus non prædixerint, ſeu qualitercunque corruptas, vel infectas in damnum & deceptionem emptorum vendere non præſumant. Venditores etiam piſcium in corruptis * piſcibus non vendendis, & ab uno die in alium ſine prædictione ſimiliter reſervatis, fidem præcipimus obſervare. Et ut prædictiones, & ſinguli ſuperius nominatim rerum vitium vendendarum ex fide prædicant, & ut cibos pridie præparatos, & in die altera calefactos, ſimiliter ſine prædictione non vendant. Venditores etiam candelarum, eas fideliter faciant, nec in eis in emptorum diſpendium immiſceant aliquid ceræ, nec in eis niſi bombycinum papyrum includant, vel ſi aliter fecerint emptores exinde certiorare curabunt. Tabernariis autem, & venditoribus vini quibuslibet prohibemus, ne vendere audeant vinum lymphatum pro puro. Sic nullus in Regno noſtro laboret aurum, quod per libram de puro auro minus teneat, quam octo uncias. Similiter argentum aliquis non laboret quod minus unciis undecim puri argenti per libram tenere noſcatur. Quod obtinet, ſive venale opus hujuſmodi artifices per ſe faciant, ſive ab alio recepta materia opus fingant, ut annulos, fibulas, paropſides, vel cuppas aureas, aut argenteas, in quibus aliquid ultra prædictam quantitatem, & formam a materiarum dominis immiſceri minime petatur. Et ut omnibus artificibus ipſis committendarum fraudium via, & materia præcludatur, per loca quæ-

De fide mercatorum in vendendis mercibus adhibenda. Rubrica.

(a) MAgiſtros. Conſtitutio iſta ſanctiſſima eſt, ſi bene ſervaretur, ſed vaſallorum excreſcente malitia viliarias occupant, jubet enim & ſpecialiter nominat omnes artifices, ut fideliter ſe gerant in officio ſuo, & maxime buzerii & piſcatores, & quod duo eligantur in civitate, qui præſint eis, qui nuncient curiæ regiæ fraudes artificum, & graviſſimas pœnas imponit, ut paret in litera, contra facientibus tam artificibus, quam etiam iſtis duobus officialibus, ſic electis. In quorum hodie locum Bajuli ſucceſſerunt, & facit ad hanc conſtitutionem ff. de offi. præ. l. illicitas. Et ſequens conſtitutio dicit, quod mercatores tam pannorum, quam aliarum rerum, debent habere menſuras, quas a fiſco acceperunt. Item dicit qualiter debeant menſurare pannos, quod non multum attrahant ipſos, ſive tirent, quod male ſervatur. Et in 3. ſequenti conſtitutione contra facientibus pœna imponitur, & pœna duplicatur, ſi decipiunt peregrinos, ut in conſtitutione 4. ſequenti.

* ADDITIO. *An aromatarii immiſcentes in candelis ceram*

ANDREAS DE ISERNIA.

De fide mercatorum in vendendis mercibus adhibenda. Rubrica.

M*Agiſtros mechanicarum artium*. Et ad hoc utilitatem communem ponit, & enumerat artes, & miniſteria mercium, & imponit graves pœnas in facientes contrarium. Mirabilis prudentiæ fuit Fredericus Imperator, ſi bene cum ſancta eccleſia Romana fuiſſet, diſcretiſſime ordinavit vitam ſubditorum in agibilibus, & prudenter conſideravit fraudes, & malitias vendentium, quibus obviavit per pœnarum impoſitionem.

De

Digitized by Google

quælibet (*a*) duos eligi volumus fide dignos per terræ Bajulos ordinandos, quibus imminentibus prædicta omnia in ſtatu conſervare debeant, & debitæ executioni mandare, & contradicentibus ſe opponere. Ac per eos artificum fraudes noſtræ curiæ nuncientur. Quorum officialium nomina etiam per literas ſub ſigillis, & ſubſcriptionibus eligentium, & eorum, qui in his conſilium dederint eligendis, ad nos per locorum dominos volumus deſtinari, & ex approbatione noſtra, vel aliorum, quorum intererit, retineantur idonei, & non idonei refutentur. In eorum locum, qui minus idonei viſi fuerint in ſubſcripta forma idoneis ſubrogandis, quos officiales, ut officium eis commiſſum fideliter & diligenter exerceaot, tactis ſacroſanctis Evangeliis ſacramenti religione volumus obligari. Electorum etiam nomioa prædictorum in quaternionibus noſtræ Curiæ volumus contineri, ut de eis in poſterum dubitatio oriri non poſſit.

(*b*) Statuimus etiam conſtitutione præſenti, ut Bajuli noſtri, qui pro tempore fuerint, operariorum operas, meſſorum ſcilicet, vindemiatorum, & ſimilium, ſub certa mercede conſtituant, cujus conſtitutionis metam tranſgredi operariis non licebit. Quam ſi tranſgreſſi fuerint receptam mercedem amittant, & quadruplum Curiæ noſtræ ſolvant. Et ut fraudes artificum ſingulorum pœna non careant, ſi contra prohibitionem & ordinationem noſtram in eorum artificiis fuerint inventi doloſe verſari, prima vice deprehenſus in dolo, falſa opera faciens, vel cibaria prohibita, vel corrupta, vel vioum lymphatum pro puro vendendo, libram unam auri puriſſimi fiſco noſtro componat. Quam ſi propter inopiam ſorte dare non poterit, fuſtigetur. Iterato vero deprehenſus in ſimili manum perdat. Tertio deprehenſus talia perpetrare, ſuſpenſus in furcis mortis periculum ſubeat, quod juſto judicio meruit toties illicita perpetrando, & non corrigendn commiſſa.

Eadem pœna præfatis officialibus imminente, ſi prece, vel precio, amore delinquentium mercatorum, vel artificum, aut timore corrupti, Magnæ Curiæ noſtræ, vel regionum Juſtitiariis commiſſa neglexerint (*c*) nunciare.

De mercatoribus.

TITULUS L.

Omnes mercatores regni tam in rebus magnis, quam in rebus minimis, debent negotiari ſub eiſdem ponderibus, & menſuris, & ſub eiſdem cannis; & iſta pondera, & cannas debent recipere a regia curia, ſcilicet, marcatas marco regiæ Curiæ, & ſic non præjudicabitur in aliquo ſubditis domini regis, & pro receptione cannæ, vel ponderum a regia curia non ſolvatur ultra id, quod fuit conſuetum, & caveant mercatores, ne sirent pannos, quos vendunt, niſi in quantum canna protenditur, nec aliquam fraudem committant in dictis pannis vendendis. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Iam.*

MErcatores (*d*) quoslibet regni noſtri ſub eiſdem ponderibus & menſuris in rebus magnis, & minimis, & ſub eiſdem cannis, quas ipſis Curia noſtra dederit, vendere volumus merces ſuas; ita tamen, ut ex menſuris majoribus in jure, quod ex menſuris ipſis Curiæ vel cujuslibet loci domino debebatur, nullum collatoribus damnum, ſeu præjudicium afferatur. Sed proportione minoris menſuræ diligenter attenta non plus proinde ſolvatur, niſi quantum primitus ſolvebatur. Illud etiam præſenti noſtræ conſtitutioni conjungimus, ut vendentes pannos in poſterum ipſos ultra non diſtrahant, niſi quantum canna protenditur, ſed ſine abſtractionis alicujus violentia, ſicut melius cum emptnre poterint convenire, nulla alia

---

ram veterem cum nova, tentantur de falſo, vide Ang. in l. annonam, de variis & extraord. crim. & Barb. in c. 1. col. pen. de emp. & vend. ubi multa ad hoc ſimilia, & ibid. quid in venditione bonorum fiſcalium & aliorum. De Bortis.

(a) *Duos eligi.* Nota qualiter debeant ſtatui duo viri ſuper aſſiſiis, & mercimoniis juſte vendendis. Item per quos debeant fieri aſſiſæ, & cujus mandato? habes in nova conſtitutione, in tit. de off. mag. Ca. l. 1. quæ incipit, Magiſtros Camerarios.

(b) *Statuimus.* Etiam iſte §. uſque ad verſiculum illum, & ut fraudes artificum, loquitur de ſtatuenda mercede operariorum. Et ſtatutum a Bajulo non obſervatum ponit pœnas. Sequens vero verſiculus & ut fraudes, &c. refert ſe ad id, quod ſuperius dixerat de artificibus & mercatoribus, & quia ſupra, pœnæ non obſervantium non erant poſitæ, hic imponuntur etiam pœnæ officialibus præfectis ad hoc, ſi delictum mercatorum, & artificum negligunt nunciare.

(c) *Nunciare.* Ergo ad cognitionem eorum pertinet, aliter non eſſet eis nunciandum, ut infra titu. proximo. l. animalia. G.

Additio. *Unde habuerit ortum iſta conſtitutio, & an iſte taxationes poſſint fieri de jure communi? vide Bal. in l. 1. C. de epiſc. aud. & de contentis hic vide omnino Abb. in cap. 1. de empt. & vend. & ibi an poſſint puniri tales fraudantes, ut hic ab epiſcopis. Et quid de pictoribus pingentibus coloribus immiſtis & falſificatis, & de ſcriptoribus & miniatoribus, Bart. in l. 2. C. de muniteq. & in conſtitutione ſequenti ad legitima. Et quid de notariis pro eorum inſtrumentis? vide pragmaticam eandem conſtitutionem divi Frederici, & ibi per me & in conſtitutione, Bajulos ſupra.* Caſ.

De mercatoribus. Rubrica.

(d) M*Ercatores.* Quoslibet Regni noſtri, &c.

(1) Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

De mercatoribus. Rubrica.

M*Ercatores.* Debent habere mercatores menſuras & pondera, quas a Curia recipiant. Item vendentes pannos non debent trahere, ſive tirare pannos, quos vendunt, ſed fideliter debent ſe gerere ſine fraude.

De

Digitized by Google

alia fraude, vel machinatione adhibita pannos ipſos vendere procurabunt.

De ponderibus & menſuris.

TITULUS LI.

Omnes venditores mercium debent ipſas vendere ad pondus, & menſuras legitimas, ut ſupra in præcedenti conſtitutione. Qui autem falſitatem, aut fraudem aliam in menſuris, aut ponderibus, aut cannis commiſerit, vel pannos tiraverit, per ſententiam punietur pœna unius libræ auri, quam ſi ſolvere non poterit, per civitatem, vel terram publice fuſtigetur, & ad ejus collum appendatur in ſui pœnam, & aliorum exemplum illud pondus, vel menſura, cum quo, vel qua, fraudem commiſit, & ſi ſecundo in ſimili delicto fuerit apprehenſus, amputetur ei manus, & ſi tertio iteraverit, ſuſpendatur, ita ut ejus anima ſeparetur a corpore. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

AD legitima pondera, (1) & menſuras * merces quaslibet vendere volumus venditores. Quicunque (2) falſitatem, aut fraudem aliam in menſuris, ſeu ponderibus, vel cannis inventus fuerit commiſiſſe, aut qui pannos extraxerit, libram unam auri puriſſimi fiſco componat, quam ſi dare non poterit condemnatus, cum pondere, aut menſura ad collum ejus appenſis in ſui pœna, & aliorum exemplum per terram, in qua fraudem commiſerit, publice fuſtigetur. Manum ejus deinde, ſi ſecundo fuerit deprehenſus in ſimili, decernimus amputandam. Et ſi tertiò iteraverit, ipſum ſuſpendi jubemus.

De pœna contra mercatores.

TITULUS LII.

Si quis vendens mercantias, ideſt, merces peregrinantibus vendiderit cum fraude, vel corruptas & fœtidas, debet puniri pœna duplicata, qua puniretur fraudans aliam perſonam, non peregrinantem; & eſt ratio, quia Imperator eos recipit in ſuam defenſionem. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

PŒnas ** contra mercatores corruptas merces & vetitas, ſeu ad falſas menſuras, cannas, & pondera diſtrahentes, noſtris conſtitutionibus præſtitutas, in peregrinis deceptis ab eis volumus duplicari. Defenſionem etenim & ſcientiam noſtram ſuccedere volumus loco imbecillitatis, & ignorantiæ prædictorum.

De detinentibus animalia aliena, & de damnis foreſteriorum.

TITULUS LIII.

Hic Imperator dicit, quod cum conſilio ſunt ordinanda aſſiſiæ in rebus ad uſum hominum, & ideo mandat Camerariis regionum taxari aſſiſas. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

PEr univerſas provincias Regni noſtri volumus infraſcriptas aſſiſias inviolabiliter obſervari, quas in Curia noſtra deliberatione perpenſa, & ſalubri conſilio noſtrorum fidelium determinari mandamus, & ſingulorum miniſteriis conſiderata qualitate taxari, quas etiam ſingulis

(1) Additio. Ad legitima pondera. *Vide ad hanc conſtitutionem Gand. in tit. de falſariis, verſ. ſed pone.* Caſ.

* Additio. *Vide Modernos in c. regni, Item prædicti ſecreti, fol. 102. & Guido. deciſ. 490. ubi late de materia menſurarum, & iaſ. in conſt. ſeq. vide Barb. in c. ut menſuræ, de emp. & vend. & Affl. in conſtit. ad officium bajulorum.* De Bottis.

(2) Additio. *Adde gloſſam in c. non afferamus. 24. q. 1. gloſſam in c. 2. de emp. & vend. Bart. in l. arbitrio, in §. 1. de dolo.* Superantius.

** Additio. *Vide Benvenutum Strac. in tracta. de mercatura, 7. parte, nu. 19. ad 24.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De ponderibus. Rubrica.

A*D legitima pondera*. Statuit pœnam in his, quæ dixit ſuperior conſtitutio, & eſt gravis pœna, ſic ſupra tit. 1. magiſtros, in fi. Et applicantur pœnæ iſtæ pecuniariæ Bajulis, ſic ſupra, de offi. Baju. l. 3. ſed inquirere de falſitate cannarum, rotulorum, menſurarum, & ponderum, ad Secretum pertinet, per cap. divi regis Caroli I. quod incipit, Item prædicti Secreti, non tamen poſſunt auferre menſuras, & pondera, niſi ab illis, quos per inquiſitionem invenerint inde notatos & ſuſpectos; poſſent tamen ad delationem alterius, vel ex ſuo officio inquirere de falſitate prædicta, & punire ſecundum jura: cujus ergo erit pœna? cap. id non dicit, ergo relinquitur aliis juribus, ut ſit Bajuli, ex quo non eſt muratum, de appel. l. præcipimus, in fi. & de teſtibus. l. ſancimus.

A*D legitima pondera*. De jore communi alia pœna ſtatuebatur in habente falſa pondera: quia tenebatur pœna falſi. ff. de fal. l. hodie, & no. ff. de dolo. l. arbitro, & de extraord. crim. l. annonam, quæ pœna etiam hodie poſſet dici quod locum habeat, cum non innovetur hic, nec fiat mentio juris antiqui, ut ff. de act. & obli. l. quoties, & arg. ejus quod notatur gloſſa ſuperiori, in conſtitutione regni, Aſperitatem, & ſi actum fuerit una, non poterit agi alia, cum utraque ſit ad vindictam, per l. quod ſenatus. ff. de injur. & l. ſenatus. ff. de accuſ. & ff. de pœnis. l. ſanctio, in fi. ad quod vide quod notari ſolet per Dyn. in d. l. quod ſenatus, & in l. 2. ff. de lib. ho. exhib. & in l. qui ſepulcra. C. de ſepul. violato. Bartholomæus de Capua.

De pœna contra mercatores. Rubrica.

P*Œnas*. Hæc conſtitutio duplicat pœnam prædictam, quando per falſas menſuras, & pondera decipiuntur

Digitized by Google

gulis Camerariis regionum ſub ſigillo noſtræ celſitudinis præcipimus deſignari.

De furtis & latrociniis.

TITULUS LIV.

Non licet alicui capere, & detinere animal alienum, niſi illud capiat cum latrone, vel fure, & tunc debet utrunque, ſcilicet, latronem, & animal juſtitiario provinciæ aſſignare, & hoc faciendo dabitur ſibi præmium, ideſt, decima pars valoris animalis ſubtracti, & ſi in ſolo ſuo quis inveniat animal dans damnum, poteſt illud capere, & ducere ad juſtitiarium provinciæ, ut ſibi ſatisfiat de damno, alias tenetur pœna furti, hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Item.*

† IMPER. FREDERICUS.

PErvenit (*a*) * ad aures noſtri culminis, quod furta plurima, & latrocinia in Apulia hactenus committebantur de animalibus, quæ quadam vana & inani excuſatione velata remanebant pariter & inulta. Nam apud aliquos animalia reperiebantur hanc excuſatinnem prætendentes, videlicet, quod ea invenerint oberrantia, vel de manu latronum arripuerant, cum non poſſent latrones oſtendere, fures ipſi vel furtis conſentientes de animalibus ab eorum dominis, quod erat iniquum, redemptionem extorquentes, fraudulenter cum luero pœnam & maculam evadebant. Verum cum noſtrum ſit amplecti juſtitiam, ſovere pacem, & quæ paci contraria ſunt reſecare, placuit majeſtati noſtræ ipſorum fraudulentam nequitiam conſtitutione noſtra, & ſuperabundanti juſtitia reprimentes, hujuſmodi velata furta detegere, & perpetua ſecuritate delere. Præſenti itaque conſtitutione noſtra in perpetuum valitura præcipimus & ſancimus: Nulli omnino licere aliena animalia, ubicunque invenerit, cujuſcunque ſint, capere, vel apud ſe modo quolibet detinere: niſi ea forte cum latrone ceperit. Et tunc ſtatim ea Juſtitiariis noſtris in illis partibus conſtitutis cum eodem latrone aſſignet. Quod ſi non fecerit, apud quemcunque animalia ** ipſa inventa fuerint, quicunque ſit, ipſum pro latrone & fure capi, & judicari præcipimus. Satis enim conſtat ipſum furtum commiſiſſe, qui aliena animalia invito domino uſui ſuo detinuiſſe probatur, cum manifeſtum ſit, neminem poſſe fugitiva animalia ſua perdere, ſi a nemine capta fuerint, vel detenta. Quod ſi quis in laboribus, vineis, & poſſeſſionibus ſuis damnoſa animalis cujuſlibet intercepit, non liceat ipſa apud ſe detinere, ſed tantum capere, & Juſtitiariis noſtris aſſignare, ut de illicito damno, quod probare poterit, juſtitiam conſequatur. Quod ſi non fecerit, (t) & animalia hujuſmodi intercepta apud ſe detinet, ipſe ſicut & ceteri pœna furti teneatur. Illos autem, qui animalia cum latrone ceperint, & ea cum eodem latrone, ſicut præſcriptum eſt, Juſtitiariis noſtris aſſignaverint, pro labore eorum & ſtudio, quod ad ea capienda appoſuerunt, in decima parte ipſorum animalium ab ipſorum domino remunerati ſtatuimus, & jubemus.

De

De furtis & latrociniis. Rubrica.

(a) P*Ervenit*. Multi furantes animalia aliena excuſabant ſe, quod ea oberrantia invenerant, & ideo Imperator volens peccandi occaſionem adimere, & viam malitiis, ut C. unde vi. l. meminerint, mandat, ut quicunque invenerit aliena animalia, non capiat ipſa, niſi cum latrone ea capiat, & ſtatim præſidi regionis aſſignet, vel niſi inveniet in vinea ſua, & tunc ſimiliter aſſignet, & emendam damni ſibi illati habeat per edictum, ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, per tot. Sed per ſequentem conſtitutionem infra de repa. dam. ſufficit aſſignare Bajulo. Si contra fecerint, furti tenebuntur, & eſt ratio hujus conſtitutionis, quæ aſſignatur. C. unde vi. l. cum querebatur. Et membrum illud corrigitur infra eodem de animalibus damnum inferentibus.

* Additio. *Vide pragmaticam Regis Ferdinandi I. de offic. bajuli, ultimam in ordine, & Capic. in deciſ. 45. & Veronenſ. in tract. de ſervit. ruſtic. prædio. in tit. de ſer. jur. paſcen. & Mod. in c. regni, ad hoc, nu. 87.* De Bottis.

** Additio. *Nota ergo, quod ſi animalia furto ſubtracta reperta fuerint penes te, & tu illis uſus fueris, quod diceris fur, & ut fur puniri debes. ſecus ſi retines, ut cuſtos, ut ea domino reſtitueres; ita allegat Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. C. de cohortali, lib. 12. ubi aliqua dicit.* De Bottis.

(t) Additio. Quod ſi non fecerit. *Vide ad hoc Ang. in tract. maleſ. in ver. & veſtem celeſtem abſtulit, & Bar. in l. prætor ait, ff. de dam. inf. & c. regni.* Caſ. de Per.

Ad hanc conſtit. vide Dec. conſ. 290.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

tur peregrini, quos Imperator defendit, & quibus jura favorem impendunt, argumentum C. communia de ſucceſ. authen. omnes peregrini.

De furtis & latrociniis. Rubrica.

P*Ervenit*. Non licet alicui capere, vel detinere animal alienum, niſi illud capiat cum latrone, vel fure, & tunc debet utrunque, ſcilicet, latronem & animal Juſtitiario aſſignare, & habebit inde præmium, ſcilicet, decimam partem valoris animalis. Item ſi inveniet animal in damnu, poteſt illud capere, & aſſignare Bajulo, ut ſibi provideat pro ſatisfactione damni ſui. Sed aſſignando in hoc caſu Juſtitiario eſt correctum per ſubſequentem conſtitutionem, quæ incipit, Animalia, quia ſufficit Bajulo aſſignare, alias furti tenetur.

P*Ervenit ad aures*. Pone, quod aliquis eſt inventus cum equo alieno, & probatur per multos, quod emit, nunquid reddatur ei pretium? Certe non: ut de rei ven. l. ſi mancipium, & l. unde. Ergo ad quid proficiet, quod probavit, quia emit inſciens? dic pro hoc, quia non incidit in ſuſpicionem furti. Et eſt verum, niſi ſit aperta ſuſpicio contra eum, utputa, quia multoties eſt inventus cum rebus furtivis. Ber.

De

† *Alias affidandis.*

De animalibus in paſcuis, † aſſignandis.

TITULUS LV.

Hac conſtitutio removet malitiam foreſteriorum, & mandat, quod in nulla terra conſtituantur foreſterii ultra quatuor: & dicit, quod ſi animalia deducta de una contrata in aliam facientia tranſitum inventa in terra alicujus ſumentia paſcua per unam diem, vel noctem, & non ultra, libere tranſeant ſine aliqua datione, vel ſolutione. Si vero animalia alicujus de remota contrata pre unam diatam, vel duas inventa fuerint ut ſupra, ſiquidem in laboribus vel fructibus damnum intulerunt, domini animalium damnum emendent, & in nullo alio teneantur, ſiquidem non damna facientia, ſed ſolum paſcua, ſi voluerint affidare, affident pro pretio, quod inter eoſdem poterit conveniri: ſi vero affidare noluerint, recipient ab eis affidaturam, ut alii convicini receperint ad rationem totius anni de tot diebus, quot juraverint cuſtodes eorum, & nihil aliud. Et prædicta vera ſunt, ſi cum paſtore fuerint inventa: ſi vero ſine paſtore, recepto ſacramento a domino, vel paſtore, quod ipſa non duxerit, nec de ipſorum conſcientia ducta, & non ultra dictos dies paſcua ſumpſerint, libere permittantur abire. Si autem ultra decem dies paſcua ſumpſerint, habita ratione ad annum, recipiant affidaturam, ut ſupra dictum eſt. Si vero unus vicinus ſuus mittat animalia in terra convicini poſt denunciationem, ſi non abſtineat, ſolvit ſimiles affidaturas, ut ſupra dictum eſt; contra faciens capitaliter punitur bonis omnibus publicatis. Sed hodie mitigatur hæc pœna, ut infra conſtitutione, Ut delicti. Samerarii, bordonarii, & alii tranſeuntes per nemora, ſi virgam abſciderint, non ſolvunt, dummodo ſe a damno abſtineant. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

CUm (*a*) per partes Apuliæ feliciter tranſiremus, communis undique clamor, & querimonia propoſita eſt celſitudini noſtræ, videlicet, quod foreſterii graviſſimas moleſtias & injuſte gravamina plurima generaliter omnibus inferebant, & variis, ac diverſis exactionibus totam terram intolerabiliter opprimebant. Volentes igitur hujuſmodi maleficia corrigere, & ſubjectorum paci, ac tranquillitati miſericorditer providere: Ad coercendam malitiam & iniquitatem eorum ſtatuimus, ſicut ſuperius annotatum eſt, videlicet, ut in unaquaque contrata, tam in terris Demanii noſtri, quam in terris Comitum, & Baronum, ultra quatuor foreſterii non ſtatuantur, quibus non liceat animalia aliquorum, ſicut hactenus, injuſte, vel capere, vel tractare. Sed ſi oves, vel animalia de una contrata in aliam ducta fuerint in tranſitu, ſi una die tantum, vel una nocte, & non ultra, in terra alicujus paſcua ſumpſerint, non liceat domino illius terræ, vel Bajulo ejuſdem loci aliquod inde accipere, ſed ſine impedimento, vel datione aliqua animalia ipſa dimittat tranſire: Si vero animalia alicujus in terra alterius longe a contrata ſua per diætam unam, vel duas inventa fuerint, ſiquidem laboribus vel fructibus damnum intulerint, juxta æſtimationem proborum hominum dominus animalium, domino laborum, vel fructuum damnum reſtituat, & in nullo alio teneatur. Siquidem animalia inventa fuerint non inferentia damnum, ſed paſcentia, & inventa fuerint cum paſtore & cuſtode eorum; ſi dominus terræ, in qua inven-

De animalibus &c. Rubrica.

(a) C*Um per partes*. Hæc conſtitutio cum tribus ſequentibus loquitur de eadem materia. Et punitur in hac conſtitutione malitia foreſteriorum, ſcilicet colligentium foreſtam, ſive affidaturam pro animalibus paſcentibus in locis ſuis, puta alicujus Baronis, cum aliena animalia veniunt ad nemora ſua ad paſcendum habebant aliquos propoſitos, qui exigebant pecuniam a dominis animalium, & quia erant in hoc valde moleſti: ipſorum effrenata cupiditas hic refrenatur: & mandat Imperator, ut ſi animalia aliena paſcantur in prato, vel nemore alterius uno die tantum, quod nihil accipiant: puta, quia faciunt tranſitum. Si vero ultra diem dant affidaturam, prout inter eos conveniatur. Si vero non poterit conveniri inter eos, debent illam, quam accipiunt alii convicini ſolvere, ſi qui ſunt, affidaturam accipientes; & hoc cum animalia ſunt cum paſtore. Si vero ſunt ſine paſtore uſque ad decem dies, nihil ſolvunt, ut dictum eſt ſupra. Si vero unus vicinus mittat animalia ſua in terram convicini: ſi poſt denunciationem abſtinuerit, bonum eſt: ſi vero non abſtinuerit, ſolvat ſimiles affidaturas, ut ſupra dictum eſt, ſi ultra quam dictum eſt exegerit, capitaliter punitur, bonis omnibus publicatis: quæ pœna mitigatur ſupra eadem proxima conſtitutione, quia in quadruplum ejus, quod exegerit, tenetur. Somerarii, & tranſeuntes alii per nemora, ſi virgam aliquam exciderint, nil ſolvent: dummodo a damno abſtineant. In ſequenti conſtitutione dicitur: Si aliquis inveniat aliena animalia dantia ſibi damnum in vinea ſua, vel meſſibus, capiat ea, & aſſignet præſidi, ut in ſuperiori proxima conſtitutione, Pervenit, ſed ſufficit bajulo aſſigna-

ANDREAS DE ISERNIA.

De animalibus in paſcuis aſſignandis. Rubrica.

C*Um per partes Apuliæ*. Provida conſtitutio iſta fuit: ſed quantum ad pœnas corrigitur in ſubſequenti conſtitutione, Ut delicti finer, ſtatuit inter alia, quod de paſcuis ſumptis ſolvat affidaturam: ſicut alii conſueverunt ſe ſibi affidare, & ad illam rationem, pro rata temporis. Et ideo curia conſuevit mandare, ut ratione paſcuorum & herbagiorum non recipiantur domini ultra ſolitum, nullus tamen cogitur affidare extra tenorem hujus conſtitutionis in ſolo ſuo, aut herbagio, paſcua, glandes, & ſimilia vendere, etiam juſto pretio: nam unicuique committuntur res ſuæ gerendæ, prout vult. C. de jud. l. nemo, de nox. l. 2. Et ſi vendo illi, & illi, & tibi nolo vendere, non cogor. C. de jure emph. l. fi. verſ. his tantum perſonis. Præterea, quia & illi publice negotiantur, & ſtabularii habent in poteſtate, quem recipiant, ff. nau. cau. ſtab. l. 1. pro eo quod eſt. ff. de inſti. l. ſed ſi pupillus, §. ſed ſi denunciavit, & l. ſi quis municipiis. §. Proculus. Verum ſi Titius, vel dominus unius caſtri omni anno a tempore, cujus non eſt memoria, vicinos caſtri alterius affidavit, poterunt

inventa fuerint, voluerit eis paſcua in terram antea concedere, accipiat ab eis affidationem juxta affidaturam, quam recipiunt alii vicini ejus † & nihil aliud. Si vero noluerit eis paſcua impartiri, juxta * affidaturam, quam recipiunt alii vicini ejus, qui affidaturam accipiunt ad ſacramentum illius, qui animalia cuſtodierit de tot diebus, quot ibi paſcua acceperint, ad rationem totius anni affidaturam recipiat, & non aliud, & ea ſine impedimento abire permittat. Si vero ſine paſtore inventa fuerint, ſiquidem animalia ipſa ultra decem dies in terra ſteterint accepto ſacramento (*a*) a domino, vel paſtore, quod ipſi prædicta animalia in terram ipſam non duxerint, nec per conſcientiam ſuam ibi inducta fuerint, ſine aliqua datione, dominus de terra ipſa animalia in pace abire permittat. Si autem ultra decem dies ** ibi paſcua ſumpſerint, ſicut prædictum eſt, juxta affidaturam, quam recipiunt aliqui convicini ſui, vel eorum, qui affidaturam recipiunt, ad ſacramentum illius, qui animalia ipſa cuſtodierit, de tot diebus, quot ibi paſcua ſuſceperint, ad rationem totius anni affidaturam recipiat, & nihil aliud, & ea in pace abire permittat. (*b*) Inter convicinos, & convicinales ſtatutum eſt, Ut ſi animalia vicini in terra alicujus convicini, & convicinalis ſui in fraudem vicini in die, ac nocte paſcua ſumpſerint, vicini, in cujus terra paſcuntur, oſtendant illud vicino ſuo, cujus animalia fuerint, una vel duabus vicibus coram viris bonæ opinionis, ut illud emendet. Quod ſi non emendaverit, & deinde in terra ſua animalia

† *Alias, magis communiter habetur, juxta quod inter eos poterit conveniri.*

---

aſſignare, ut ſuæ Indemnitati conſularat. In ſecunda ſequenti mitigatur, ut diai, ſuperior pœna. In alia tertia conſtitutione dicit, quod tranſeuntes per viam habentes equos omnis fatigatos, poſſent eos impune mittere in ſegetem alienam, ita ut equus totus non intret agrum: ſed dimidius, & anteriores pedes ſolum in agro teneat.

* Additio. *Adde quod fida dicitur jus herbagii, ut declarat Luc. in l. nihil, nu. 9. C. de pala. ſacr. larg. n. 9. Diffida vero dicitur pœna, quæ exigitur pro contraventione banni emanati a Barone, ut per Mar. Frec. in* 46. *autho. Bar. f.* 232. *nu.* 11. De Bottis.

(a) *A domino*. Scilicet, animalium, vel paſtore, ut ſup. eod. per dominum loci.

** Additio. *Nota, quod hodie dominus poteſt capere beſtias pro diffidatis, cum publice, & communiter ſit prohibitus ingreſſus, ut etiam ſentit Andreas hic, vide tamen Bar. & alios in l. hoc amplius, §. de his, ff. de dam. infec. & Cepol. in tract. ſer. ruſt. præd. in c. de jure paſcendi, col.* 10. De Bottis.

(b) *Inter convicinos*. Hoc accipe, niſi iſti convicini haberent invicem jus paſcendi, videlicet, territoria invi-

---

ANDREAS DE ISERNIA.

erunt dicere, quod Titius hoc promiſit, alias permiſit, & probabunt ex diuturnitate temporis. ff. de uſur. l. cum de in rem verſo, multo fortius ſi vere probaretur communitas paſcuorum, ſicut multi vicini habent, ar. ff. ſi ſer. vend. l. teſtatrix, §. ſi plures. Sed tunc ſi dominus diceret: & verum eſſet, quod vellet paſcua ſua pro ſe, & ſuis: nec ea ſufficerent pro aliis, non cogetur. Nam & ſi locaſſe, † ob cauſam hanc revocaret. C. loc. l. 3. per jura, quæ dicunt, Omnis caritas incipit a ſeipſo: & ne forte non ſufficiant nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite. Matth. 22.

Additio. *Adde l. præſes, C. de ſer. & aqua, gl. in ver. negligente, in c. licet, de ſupp. neg. præl. gl. in ver. ſpiritualibus, in c. petitio, de jurejur.*

† Additio. *Vide Moder. in c. regni, gravamina, nu. 72. & D. Frec. f. 231. quadrageſimaſecunda auctoritas eſt, ubi an Baro poſſit facere bannum, ut nullus intret bona ejus campeſtria, & multa alia ponit 46. auctor. in his verbis inducta eſt practica bannorum, quæ emanant per magnam Curiam ad inſtantiam particularium, & Baronum, ut nullus intret territorium ſine permiſſu, de quibus bannis loquitur Frec. in d. 46. auctor. quando paſcua non ſufficiunt pro animalibus domini, & vaſallorum, an teneantur ſtare communioni cum alia univerſitate, vide Affl. deciſ. 290. & Covar. in 1. lib. var. reſol. c. 17. nu. 11. verſ. his vero, & vide etiam Loffre. in conſ. 25. & Parid. de reinteg. feu. c. 6. nu.* 10. De Bottis.

Item ſi uno anno eſſent modicæ glandes, vel herbæ, carius vendet, ſicut quando erit ſterilitas. Videtur tamen, quod hæc conſtitutio ſit localis in Apulia tantum, ut patet ex principio: & quia in Apulia ſunt deſerta camporum, & abundantia paſcuorum. Seneca etiam dicit, quod in deſertis Apuliæ poſſidet agros. Non eſt magnum damnum, imo quaſi nullum, ſi animalia alterius ſumant paſcua in deſertis ipſis una die, & una nocte, non ſic in Aprutio, Principatu, & Terra laboris. In corpore quoque juris ſunt leges locales. C. de ſacroſan. eccle. non plures, cum ſi. Verius videtur, quod ubique per regnum ſervari debeat, nam dicit, ſive animalia de una contrata in aliam, ſeu ad aliam ducta fuerint, &c. Unde quod dicit in principio, videlicet, cum per partes Apuliæ, &c. Apulia dedit cauſam impulſivam iſti legi, ſicut. ff. de poſtul. l. 1. in prin. Et licet alibi ſint territoria, tamen cum non ita ampla ſicut in Apulia, magna æquitas videtur, ut de paſcuis modici temporis unius diei, & unius noctis non coretur, pro quo eſt, ff. de ſtupe. l. omnino, commo. l. in rebus §. poſſunt, & ſuſtinere debeo in meo, quod tibi prodeſt, & mihi non nocet, ut ff. de evict. l. interdicere. Nocumentum quaſi nullum eſt de herbis naſcentibus in terra: nam ſi alia animalia darent damnum laboribus & fructibus ob eorum emendam tenentur domini animalium, ut in ea conſtitutione §. ſi vero animalia. Quantumcumque ergo habeat dominus caſtri defenſam antiquam in territorio ſuo, ſervabitur hæc conſtitutio, niſi damnum daretur fructibus & laboribus ſuis: & niſi vellet paſcua † pro ſe, & ſuis, nec ſufficeret pro aliis, tunc poſſent vetare, & prohibere, ut animalia alterius non ſumant ibi paſcua, ut prædicitur: pro quo eſt arg. ff. de ſer. urb. præd. l. divus. Sed ſi animalia immittens non fuit prohibitus, ſervaretur hæc conſtitutio, de cujus permiſſione in alienis paſcuis immittit animalia: aliter non potuit, nec debuit divinare prohibitionem, ar. ff. man. l. ſi fidejuſſor. §. 1. ad l. Aqui. l. ſi putator. Secus ſi publice prohibitio facta erat. ff. de juſti. l. ſed ſi pupillis. §. proſcribere præſentes in loco, quando prohibitio facta fuit, non poſſent prætendere ignorantiam. Aliud in abſentibus, & extraneis. ff. de decre. ab ordi. fac. l. fin. Intrans poſt prohibitionem tenebitur injuriarum, ut notatur in dicta l. divus, vel ad pœnam moderatam impoſitam, hoc eſt quod dicitur juxta l. ſaltem datam, d. l. 2. de noxa.

† Additio. *De conſuetudine paſculandi multa bona per Dec. conſil.* 550. De Bottis.

C*Um per partes Apuliæ*. In textu ibi, inter convicinos. Ex iſto verbo notabis, quod mitius agitur cum vicino, quam cum remoto, nam hic pro una, vel duabus vicibus animalia vicini ſine fida admittuntur, ſit tamen requiſitio, ut emendet, recurre ad remedia

malia invenerit, ſicut prædictum eſt, & de aliis eſt ſtatutum juxta affidaturam, quam recipiunt alii vicini ejus, qui affidaturam recipiunt, ad ſacramentum illius, qui animalia cuſtodierit, de tot diebus, quot ibi paſcua receperint, ad rationem totius anni affidaturam recipiat, & nihil aliud. Hujus autem conſtitutionis noſtræ (*a*) quicunque temerarius violator extiterit, poſt iram noſtri culminis, amiſſionem perſonæ, & publicationem bonorum omnium ſuſtinere debebit. Si ſomerarii, vel bordonarii, vel alii cuſtodes aliquorum animalium ducentes animalia in tranſitu aliquo modo in terram alicujus, aut nemus diverterint, & dammum in eo non fecerint; ſed forte de nemore tortam aliquam vel virgam inciderint, a domino ipſius terræ, vel nemoris non impetantur, nec in aliquo inde teneantur, ſed ſine impedimento aliquo tranſire dimittantur.

De

invicem communia, ut ibi jus paſcendi haberent, ut ff. ſi ſer. ven. l. teſtatrix. §. plures, de qua communione frequenter vidi in magna Curia magnas contentiones inter caſtra confinia.

(a) *Quicunque temerarius*. Pœna iſta corrigitur infra de animalibus dam. infer. in conſt. 2.

* An-

ANDREAS DE ISERNIA.

media juris, ut. ff. de ſer. urb. præd. l. quidam Hiberus, & nota etiam, quod loquitur de convicinis. Per quod patet, quod ſunt territoria diſtincta, & limitata, alias ſi eſſent confuſa, & indiſtincta, dicerentur communia, ar. ff. fini. reg. l. ſed ſi loci. §. ſi communem. Quæro hic, quod ſæpe contingit, convicini duorum confinantium caſtrorum habent jus paſcui, & aquæ ſumendæ commune. Animalia alicujus de uno ipſorum caſtrorum dant damnum ſegetibus alterius de alio caſtro, quæritur ſecundum cujus caſtri legem fiet emenda? ſecundo quæro coram quo judice conveniatur, utrum coram judice ſuo tantum, an coram judice illius loci, ſeu caſtri, ubi damnum dedit? Ad primum reſpondetur, quod ille, qui damnum dedit, defendet ſe jure ſuo, & lege qua utitur terra, ubi habitat, ut notatur in Lom. ut Ro. po. qua in l. 1. & dicat de hoc, ut notatur ff. de eo, quod cer. loco. l. arbiter, in gloſſa alio ca. circa fi. Ad ſecundum reſpondetur, quod eſt in electione actoris coram quo velit eum convenire. ff. de jud. l. heres abſens. §. ſi. cum l. ſeq. Ulterius quæro juxta prædicta, quomodo poteſt hujuſmodi jus paſcui, & aquæ conſtitui in terris univerſitatis duorum caſtrorum: ſecundo an poſſit tale jus præſcriptiona per univerſitatem acquiri: tertio quod ſi alicui de univerſitate non ſervetur illa libertas paſcui, & aquæ ſumendæ, numquid videntur interruptum jus univerſitatis, ut per hoc ipſa univerſitas conveniri poſſit, & an ille conqueri poſſit? quartu quod jus ſeu quæ ſervitus dicatur illa communio paſcuorum, & aquæ? Et ad primum reſpondetur, quod poteſt uno modo conſtitui inter eos, ut legitur ff. ſi ſer. vend. l. teſtatrix. §. plures ex municipibus. Poteſt etiam hoc conſtituere princeps, qui habet locorum territoria diſtinguere, ſicut Papa diœceſim. 13. q. 1. c. eccleſias ſingulas, & poteſt unire, & conjungere, ut in Auth. ut nulli jud. §. illud tamen decernimus. Sic & Papa ext. de privil. c. ſicut, unire poteſt, & dividere. ff. de aſſ. l. ſi eadem, & beneficia zonam in eis inſtituere prout vult, arg. C. de omni agro deſer. l. quod fundos. Ad ſecundum reſpondetur, quod ſicut univerſitas poteſt poſſidere, ergo & præſcribere. l. ſed hoc jure. ff. de acq. poſ. Ad tertium videtur dicendum, quod ille moleſtiam patiens conqueri poſſit, nam uſus illius compaſcui, & aquæ videtur eſſe ſingulorum de univerſitate, dum ſemanet in ea, arg. ff. de coll. illici. l. 1. §. ult. & quod ibi notatur in gloſſa, quod argo erat, &c. & quod cujuſque univerſitatis nomine. l. ſicut, §. ſi quod in gloſſa, ſed ſi diſſolvatur, in fine ibi, quod facis ad uſum nemoris, &c. Sed arg. contra ff. de rer. divi. l. in tantum. §. univerſitatis, & ff. de in jus voc. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. Sed quoad quædam illud eſt verum, ſcilicet ut libertus vocet civem, ut tollatur impedimentum conveniendi civem de ſuis actibus. Et in ſervo ideo dicitur poſſe torqueri, ut tollatur impedimentum veritatis inquirendæ, ut notatur in præall. gloſſa ff. de colleg. illic. l. 1. & aget iſte aliquo interdicto, de quo dic, ut notatur ff. de ſer. l. quotiens, la 2. Ad quartum videtur dicendum, quod non ſit ſervitus prædialis hinc inde, ſed quoddam aliud jus ab altera univerſitate, alteri invicem conceſſum. ff. de ſerv. ruſt. præd. l. pecoris, & quod ibi notatur, & l. ergo, & l. veluti, & quod in eis notatur. Sed tunc quæro quanto tempore durabit iſtud jus inter eos? numquid tanto tempore, quantu durat uſusfructus civitati relictus? patet ff. de uſuſr. l. an uſusfru. Poſſes dicere, quod duret in æternum, donec univerſitas ipſa durat. ff. de cenſibus l. forma. §. quamquam, & quod ibi notatur. Sed ſi eſſet controverſia de hoc jure paſcui, qualiter probabitur jus conceſſum? reſponde, vel veris probationibus ut ff. de ſervi. l. via, & Inſt. de ſervi. §. ult. vel aliis præſumpt. ex curſu, titulis, quod dic, ut ext. de ver. ſig. c. Abbate, & ff. ſi ſervitus vendicetur, l. ſi quis diuturno, & l. ſervitutes. ff. de ſerv. in quib. de hoc. Sed pone, quod unum ex illis caſtris eſt deſtructum, quia incolæ propter guerram, vel aliam cauſam receſſerunt, homines alterius caſtri volunt ſumere paſcua more ſolito in territorio caſtri deſtructi, numquid poſſint? Dicas, quod ſic, imo durat in æternum, ut ſupra. Quia quantum ad caſtrum, quod inhabitatum eſt, illud jus communitatis eſt peremptum, ff. qui. mo. uſusfr. amit. l. ſi uſusfructus, ſed quantum ad cives alterius caſtri, in perpetuum durat, cum idem populus videatur, ut notatur in præall. §. quamquam. Nam licet cives uterentur illo jure, non tamen jus privatorum erat, ſed publicum, ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. viarum, Unde cum iſtud jus fuerit civitati quæſitum, non extinguitur cum perſonis, ut notatur in d. §. quamquam, & l. ætata, in fi. & optime facit. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. pe. cum enim univerſitas ipſa per præſcriptionem quæſiverit ſibi jus aquæ, & compaſcui amodo ſine facto ſuo, ab ea evelli non poteſt, ut in reg. id quod noſtrum. ff. de reg. jur. Bartholomæus de Capua.

In principio idem dixit D. And. in c. dilecti, de arbi. ſi ab eo tempore ſit conſuetudo præſcripta, quod homines unius caſtri paſcant in alio territorio, quod exclamat Lud. in §. de vito, in 39. fal. Vidi tamen dubitari, quod ſi ſit conſtituta ſervitus paſcendi, & continuata tanto tempore, in cujus memoriam, &c. an dominus territorii indigens pro ſe ipſo poſſit a ſervitute diſcedere, fuit de facto. Diomed. Maric.

De

De animalibus inventis in damno.

TITULUS LVI.

Animalia capta in vineis, & poſſeſſionibus damnum facientia ſufficit Bajulo aſſignari. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

ANimalia * in vineis, & poſſeſſionibus cujuslibet damnum facientia intercepta, locorum bajulie, ſeu dominis, ut per eos illati damni reſtauratio ſubſequatur, ſufficiat aſſignari, conſtitutione regia, quæ ipſa provinciarum Juſtitiariis aſſignari debere mandabat, in hac parte remota. Notum diſpendium eſſet propter damnum forte modicum provinciam circuire. Nec Juſtitiarii de talibus etiam, prout prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris conſtitutionibus eſt expreſſum, intromittere ſe debent.

De pœna eorum, qui affidaturas infringunt.

TITULUS LVII.

Secundum qualitatem culpæ eſt imponenda pœna: rex Rogerius in conſtitutione, Cum per partes Apuliæ, impoſuit nimis exceſſivam pœnam, videlicet mortis, & publicationis omnium bonorum, dominis territoriorum ſuorum, capientibus & detinentibus animalia aliena in eorum territoriis, & exigentibus in caſu non permiſſo a cuſtodibus, vel dominis animalium; & ultra fidem non debitam, ut dicitur in ſupradicta conſtitutione, Cum per partes Apuliæ. Et ideo hic Imperator Fredericus tollit dictam pœnam, & loco ejus ſubrogat pœnam quadrupli regio fiſco ſolvendam una cum reſtitutione domino animalium ejus, quod indebite exactum eſt ab eo. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

UT delicti fines pœnæ crudelitas non excedat, capitalem pœnam, & publicationem bonorum omnium ſtatutam in eis, qui affidatutarum occaſione etiam paſcuorum homines in animalibus ſuis ultra licitum, & in rebus aliis gravare noſcuntur, divæ memoriæ regis Gulielmi prædeceſſoris noſtri conſtitutionem ſancitam, competenti moderamine moderantes, Decernimus eos, qui occaſione prædicta ultra licitum aliquid accipiunt ab hominibus, vel animalibus, vel rebus aliis, homines, quorum animalia fuerint, gravare tentaverint, in quadruplum ejus, quod taliter extorquere præſumpſerint, fiſco noſtro ſolvendum, fore mulctandos, ita videlicet, ut dominis ſic injuſte exacta reſtituant, & ſolidum quadruplum Curiæ noſtræ componant.

Quod nil poſt indemnia equitatorum paſcua de agro liceat alicui aſportare.

TITULUS LVIII.

Permittitur itinerantibus animalia fatigata immittere in agrum, & in ſegetes alienas, ita tamen, quod pedes poſteriores animalis ſint in via, vel in loco non laborato, dum tamen quod de frugibus nihil aſportent. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

SI quando neceſſitate cogente contigerit aliquem cum equitaturis ſuis, aut quibuslibet animalibus forſitan oneratis ex itinere (prout aſſolet) fatigatis, in alterius agrum frugibus plenum velle divertere, dum forte herbas alias, vel fœnum per loca ipſa non invenerint, unde animalia ſua valeant confortare, omnem materiam ſibi præcidimus malignandi: Statuentes, prout in aliquibus imperii noſtri partibus obſervatur, ut non niſi medietatem equi, vel cujuslibet alterius animalis in agrum ipſum intromittere audeat, ita quod poſteriores pedes animal ipſum in via, vel in loco non laborato teneat, & anteriores in agro: Ita tamen, ut nihil omnino de ſegetibus ipſis ad hoſpitium ſuum deferat, ſed eo contentus ſit tantummodo, quod paſcendo equus aſſumpſit.

De

* ADDITIO. *Nota quod hæc conſtitutio corrigit, l. Quintus, ideo hodie introductum eſt, quod Barones habent jus intercipiendi animalia inventa in territorio eorum, nam hic conceditur capienti facultas conſignandi dominis Caſtrorum, ſeu bajulis: ergo, quando ad eorum inſtantiam intercipiuntur jure licito retinentur, donec eis ſolvatur jus fidæ.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De animalibus inventis in damno. Rubrica.

A*Nimalia.* Hic corrigit in uno legem præcedentem, Pervenit, quia ſufficit aſſignare Bajulo. Aliud eſt de jure civili, quod non poteſt capere, vel includere. ff. ad l. Aquil. quamvis, ſed cauſa cuſtodiæ dicit Roffre. quod poteſt includere in tit. de act. in fa. de pauperie.

De pœna eorum, qui affidaturas infringunt. Rubrica.

U*T delicti fines.* Et hæc in uno corrigit conſtitutionem, Cum per partes Apuliæ, in eo, quod ſtatuit eſſe pœnam mortis, & publicationis bonorum. Hæc autem ſtatuit pœnam quadrupli. Pœna debet proportionari culpæ. C. de pœn. l. ſancimus. Nam ſecundum quantitatem peccati erit & plagarum modus*. Deuterono. 25.

Quod nil poſt indemnia equitatorum paſcua de agro lic. &c. Rubrica.

S*I quando neceſſitate.* Pulchra ordinatio in caſu neceſſario, quando non invenit unde poſſim animalia confortari, ut animal non pereat, poteſt immittere in ſegetem alienam animal, ut teneat pedes anteriores tantum in loco ſegetis, & ſumat paſcua, non tamen, quod aſportet ſecum, nam tempore neceſſitatis omnia ſunt communia id eſt communicanda. ff. ad l. Rhod.

de

Google

De nova militia.

TITULUS LIX.

Non poteſt quis militare, quando non eſt de genere militum ex parte patris. Item homines vilis conditionis probibentur, ne ſint judices, vel notarii. hoc dicit ſecundum Andream de Iſcenia hic. Vel ſic, quod bonum eſt, approbandum eſt, & quod malum eſt, reſpuendum eſt. Item boni non ſunt exaſperandi, & mali non ſunt beneficio fovendi, & hæc ad juſtitiam pertinent. Et poſtea ponitur edictum, ut nullus arripiat novam militiam, niſi ſit de genere militum, & homines vilis conditionis non aſſumentur ad officia publica. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

Divinæ (*a*) juſtitiæ conſentientes probanda probamus, & contraria refutamus: ſicut enim nullatenus ſpernendi ſunt boni, ita beneficio non ſunt ſovendi mali. Sancimus itaque, & tale proponimus edictum, ut quicunque novam militiam acceperit, ſive quocunque tempore arripuerit contra Regni beatitudinem, pacem, atque integritatem, a militiæ nomine, & profeſſione penitus decidat, niſi forte (*b*) a militari genere per ſucceſſionem duxit proſapiam. Idemque ſtatuimus de ſortientibus cujuſcunque profeſſionis ordinem, utputa ſi auctoritate judicis obtinuerit, ſive notarii officium, ceteriſque ſimilibus.

De honore militari judicis, & notarii.

TITULUS LX.

Nullus debet aſpirare ad honorem militarem, niſi duobus concurrentibus, videlicet, quod ſit de genere militum, & cum licentia & mandato Regio; hoc edictum non trahitur ad milites præteritos factos, qui non fuerunt de genere militum, nec facti fuerunt milites de mandato regio, dummodo dicti milites præteriti vivant more militari, prout in conſtitutione, Proſequentes, dictum fuit. Item præſenti edicto ſtatuitur, ut nullus admittatur ad judicatus, vel notariatus officium, qui ſit vilis conditionis, puta villanus, aut angarius, aut filii clericorum, aut ſpurii. hoc dicit. Matthæus.

† REX ROGERIUS.

† *Aliat, Idem.*

Conſtitutione (*c*) præſenti in poſterum valitura ſancimus, ut amodo ad militarem honorem nullus accedat, qui non ſit de genere militum, ſine manſuetudinis noſtræ licentia, pariter & mandato. Militibus, qui hactenus contra prohibitionem divæ memoriæ avi noſtri dignitatem fuerint militarem adepti, ex ſerenitatis noſtræ gratia ſuem retinentibus (*d*) dignitatem, dummodo vivant militariter (*e*) ut dictum

---

De nova militia, Rubrica.

(a) *Divinæ*. Hæc conſtitutio, & ſequens prohibet militare ignobiles ſine ſpeciali licentia Principis, concor. C. de re mill. l. 2. & eadem eſt prohibitio, ne homines vilis conditionis, puta, villani, vel filii clericorum fiant judices: & merito ſic conjunguntur, quia militant patroni cauſarum, ut C. de advo. diver. judic. l. advocati, & ratio hujus legis, & prohibitionis eſt: quia ſæpe ſolet filius, &c. ut argu. ſup. de ædil. edic. quod ſi nolit. §. qui mancipia.

(b) *A militari genere*. Nota, quod non poteſt militare qui non eſt de genere militari, ut in Auth. de mand. Princ. §. fi. & intelligitur de genere militari ex parte patris. ff. de feud. l. liberos, in fi. & no. C. lib. 12. de dig. l. 1. Et nota, quod multa requiruntur in milite, quæ notantur ibi, & ff. de quib. cau. ma. l. pe.

De honore militari judicis, & notarii. Rubrica.

(c) *Conſtitutione. De genere militum*. Nam Decurionum honoribus plebeji fungi non poſſunt, ut ff. de Decur. l. honores, §. is qui.

(d) *Dignitatem militarem*. Nota ergo, quod ſimplex militia eſt dignitas, ut ſupra de inju. ut dignitatum, in medio, ibi æquum eſt, &c. ſed jure Rom. ſecus, ut notatur C. li. 12. de equeſt. di. l. uni. in gloſſa quod Romam, &c. per l. C. qui mi. non po. l. fi. circa princ. & facit, ff. de re mil. l. 2. Et nota quod hujuſmodi honor uſque ad pronepotem extenditur, ut ibi extraord. not.

(e) *Ut dictum eſt*. Ut ſup. de prob. Proſequentes.

ANDREAS DE ISERNIA.

de pac. l. 2. §. placuit. 86. diſt. paſce. de conſec. diſt. 3. diſcipulos, extra de for. c. ſi quis. & 47. diſt. ſicut, ubi dicit gloſſa, quod Eccleſia coget abundentem ſubvenire egenti.

De nova militia. Rubrica.

Divinæ. Non poteſt quis militare, quando non eſt de genere militum ex parte patris. Item homines vilis conditionis prohibentur ne ſint judices, vel notarii, ſic infra l. prox. nam præſumitur quis malus, ſi ſit de genere malo, & bonus ſi de bono. ff. de alim. & cib. le. l. cum minus, de ædi. edi. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. & C. de cohor. l. ſi coarcta. lib. 12. ad l. Jul. ma. l. ſi quis.

Divinæ juſtitia. In gloſſa. Non poteſt quis militare qui non eſt de genere militum ex parte patris. Hoc in Regno Siciliæ non ſervatur, ſed bene audivi ſervari in Regno Franciæ. Bartholumæus de Capua.

De honore militari judicis, & notarii. Rubrica.

Conſtitutione. Sic ſupra l. proxi. Et addit quod viles perſonæ, vel villani, vel angarii, filii clericorum, & ſpurii naturales ſive baſtardi non poſſunt eſſe judices, vel notarii, ſic in alt. l. li. Longo.

Additio. *Adde Sal. in l. 1. C. de manda. Princip. Doct. in c. per venerabilem, qui filii ſint legiti. Ang. conſ. 287. incip. prætermitto. Et an teſtes poſſint eſſe Doctores? vide per Bal. in cap. innotuit, de elect. Cardin. in proem. cle. in 3. q.* Superantius.

Ratio eſt, quia officium vilificaretur exinde, quod dic, ut in gloſſa. Sic nec clerici poſſunt eſſe judices, vel notarii, ut l. inſtrumentorum robur, in fine.

De

Digitized by Google

dictum eſt. Præſenti etium edicto illud edicimus, ut judex, vel notarius publicus aliquis, (*a*) quod vilis conditionis ſit, (*b*) villanus, aut angarius forſitan; (c) item filii clericorum, ſpurii, aut modo quolibet naturales, in poſterum creari non poſſint, aut aliquatenus promoveri.

De falſariis.

TITULUS LXI.

Si quis literas Regis mutaverit, aut notum ſigillum regis falſificaverit, illud appenendo in literis Regis, capitaliter debet puniri. hoc dicit. vel ſecondum Andream punitur capite, qui falſificat literas, & ſigillum Regis. hoc dicit. Matthæus.

† REX ROGERIUS. † *Alias, Idem.*

QUi (*d*) * literas regias, aut mutat, aut eas (e) noto ſigillo ſignat, capitali ſententia feriatur.

De

(a) *Qui vilis conditionis ſit.* Et hoc ideo, ne officium judicatus, vel notariatus habeatur in contemptu, & in injuria potius, quam in honeſtate jaceat.

Additio. *Ad rationem hujus textus, quam ponit gloſſa in verbo vilis, adde rationem & mentem c. Regis Ladiſlai, Non ſine, in ca. 191. & dicta per me ſupra in conſtitutione Inſtrumentorum robur, & an notariatus ſit dignitas, & quando de jure communi, & de omni materia vide per Card. in conſ. 2. inc. ſpurius, de fi. inſtr.* Cæſ.

Additio. *Adde an notariatus ſit officium, vel dignitas, vide in l. ſiquis. C. de man. Prin. gl. in l. generali. C. de tab. li.* 10. *& ibi Bar. Fallit in notario Principis, qui dicitur habere dignitatem, ut in l. 1. C. de mand. Prin. Fallit & ſecundo ſi in ejus creatione, vel privilegio ſint appoſita hæc verba. Et judex ordinarius, quia per hæc verba confertur ſibi dignitas ſecundum Jo. de Plat. in l. univerſos, in ult. col. verſ. item & alio caſu. C. de decurio. lib.* 10. Superant.

Si enim ad hujuſmodi officie viles eligerentur, jam confirmarentur magis propter miſericordiam, id eſt paupertatem, quam propter electionem, id eſt bonitatem, nec inſtrumentis, & geſtis aliorum fides heberetur, quia non eſſent fide digni propter utilitatem eorum, qui ipſa conficerent, & iſti tales ita ſubjacerent voluntatibus majorum, & potentium, ut non eſſent auſi conficere, vel edere inſtrumenta, vel monumenta, niſi ſecundum nutum majorum ſuorum, & maxime, quando majores tangerentur, ut in auth. de defenſoribus civitatum in principio & §. 1. & §. non valent.

(b) *Villanus, aut angarius.* Nota, villani, & angarii non poſſent creari judices, vel notarii, ut hic, & hæc conſtitutio videtur loqui indiſtincte. Sed conſtitutio ſupra de jud. l. 1. in locis Demenii, idem de filiis clericorum, ut hic, & ibi, quod ultimum erat de jure Longobardo qui ho. in cle. fil. da. proh. l. una, in fine libri; iſtis enim filiis majorum ſuorum exempla prærudicant, ut C. de coha. cle. l. ſi coarctalis ſic econtra beneficium ad filios, & nepotes ipſo ordine ſanguinis defertur.

(c) *Item filii clericorum.* Sicut nec ipſi clerici, ut ſupra de inſtru. ſolu. inſtrumentorum robur. in fine.

De falſariis. Rubrica.

(d) QUi *literas.* Amodo uſque ad finem libri tractetur de maleficiis criminaliter puniendis & circa hæc non multum inſiſto, quia in majori parte ſunt de jure communi, licet in quibuſdam pœna augmentetur, vel relevetur, & econtra, ad ſub. de medi. & loquitur de falſitate finiende pœne capitis. Sed de jure civili eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, ut eo. l. 1. in fi. ſed in crimine falſæ monetæ obtinet hæc pœna. Item tractatur de illorum fraude, qui male medicamenta conficiunt, & de pœna adulterii.

Additio. *Adde Jo. de Ana. in c. ſignificaſti. de adult.* Superan.

Et lenocinii.

Additio. *Adde gl. in ver. inter liberos in §. 1. ff. ad l. Jul. de adul.* Superantius.

Et de incendiariis.

Additio. *Adde l. fi. ff. de incen. rui. & naufr. l. ſi quis. dolo. ff. ad l. Corn. de ſic. gl. in c. cum devotiſſimum, 12. q. 2. Doct. in c. tua, de ſent. excom.* Superantius.

De pœne aleatorum, de pœna blaſphemantium Deum & Virginem.

Additio. *Adde in Auth. ut non luxur. contra natur. §. & quoniam, c. quod ergo 23. q. 2. tex. & gl. in §. auctoritas. de pœniten. diſtin. 4. Doct. in c. ſtatuimus, de cler. percuſ.* Superantius.

De pœna perjurii, quæ eſt manus, licet de jure communi e Deo pœnam expectat.

Additio. *Adde gloſſam ſummæ 12. q. 1. gl. fi. in c. quanto. de jurejn.* Superantius.

Et de pœna violantium ſepulcra, in quibus omnibus quando ſecundum jus commune procedatur. Quid de novo ſpecialiter obſervetur, cuilibet patere poteſt in litera, & ideo cauſa brevitatis omiſi.

Qui literas. Nota, quod multis modis deprehenditur falſitas in literis, & ſigillo, qui omnes enumerentur extra de crim. fal. c. licet, & extra de fide inſtr. c. inter dilectos, & dic plene, ut ibi, & ſuper hoc, ut no. extraord. in l. majorem. C. eo.

Qui literas Regis. Bene dicit Regis, ut C. ad l. Cor. de fal. l. majorem, & l. ubi, ad fi. & C. de diver. off. l. fi. ad fi. li. 12. ſed in aliis literis falſitatis eſt minor pœna, ut ff. ad l. Corn. de fal. l. qui nomine.

* Additio. *Vide Gram. in deci. 27. Affli. in deci. 21. & per Capic. in deci. 30. Bov. in deciſ. 82. & de ſigillo per Aymo. conſ. 46. & an habeat locum in mandante, Afflic. in ultima deciſ. ver. ultima difficultas.*

Vide ad materiam Afflic. in conſtit. dudum, & dudum, ſup. lib. 1. col. 1. & 2. & eundem deciſ. 21. & 404. & Modern. in c. regni, ut qua ab excellentia, fol. 88. num. 19. cum ſeq. & Gram. d. deciſ. 27. ubi an habeat locum in mandante, & in falſificante literas Principis. De Bottis.

(e) *Noto ſigillo.* Ut arg. ff. de diver. reſcri. l. ſacri afflatus, in fine.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De falſariis. Rubrica.

QUi *literas.* Punitur capite, qui falſificat literas, & ſigillum regis. C. de diver. reſcrip. l. ſacri afflatus. C. de fal. l. majorem.

Additio. *Adde c. ad falſariorum, & ibi Doct. de crim. falſi.* Superantius.

Et multis modis deprehenditur falſitas in literis Papæ, ext. de cri. fal. c. licet. Et ſi judex, vel alius ad quem hujuſmodi literæ portantur, rationabiliter habeat eos ſuſpectos, poteſt eos incarcerare. 19. alias 18. di. c. in memoria, & mittendi erunt ad principem, ut de falſitate puniantur ext. de teler. c. 2. in fi.

De

Digitized by Google

De cudentibus monetam adulterinam.

TITULUS LXII.

Facientes falſam monetam, & conſentientes, vel illam accipientes ſcienter, puniuntur pœna capitis, & publicatione bonorum. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

ADulterinam (a) * monetam cudentibus. (b) vel ſcienter accipientibus, pœnam capitis irrogamus, & eorum ſubſtantiam publicamus. Conſentientes etiam hac pœna ferimus.

De raſione monetæ.

TITULUS LXIII.

Quicumque pecuniam auream, vel argenteam raſerit, vel quocunque modo minuerit, condemnetur ad mortem cum publicatione bonorum omnium, hoc dicit. Matthæus.

† REX ROGERIUS.

† *Alias, Idem.*

QUi (c) nummos ** aureos, vel argenteos (d) raſerint, vel quocunque modo minuerint, tam perſonas eorum, quam bona omnia publicamus.

De

De cudentibus monetam adulterinam. Rubrica.

(a) A*Dulterinam monetam cudentibus*. Ita quod in totum compleverint, nam licet inſtrumenta quis adhibuerit ad faciendam falſam monetam, & jam facere cœperit, ſi tamen non in totum perfecerit, ſibi parcitur pœnitenti, ut ff. ad l. Cor. de fal. qui falſam. in princ.

Additio. *Adde l. ſi quis, & ibi gl. & Cy.* C. *de fal. mone. & Bart. in d. l. qui falſam. ff. de falſis. gl. & ibi Jo. And. in c. quanto de jurejuran. Et quid ſi aliquis cudat bagatinos, an puniatur lege de falſificante monetam, vide per Alex. de Imo. conſ.* 104. *incip. ſtatutum loquens, in* 1. *vol.* Superantius.

* Additio. *Vide Alex. in conſ.* 104. *vol.* 1. *ubi de falſificante monetam minimam, & expendibilem, & Moder. in c. regni, ut quæ ab excellentia, fol.* 88. *ubi late de materia hujus conſtitutionis, & etiam an clericus pro hoc delicto poſſit puniri a judice ſæculari, & an nummus non legitimi ponderis, dicatur falſa moneta, & an creditor teneatur illam recipere pro quanto valet. vide Tiraq. de retrac. lignag. §.* 1. *gl.* 20. *nu.* 13. *vide etiam Covar. in lib. pract. qq. in tit. numiſmatum, c. fin. per totum, & ibi de expendentibus falſam monetam.* De Bottis.

Et nota quod dicit adulterinam, ſic C. de fal. mo. l. 1. in principio, videlicet, quando aliquis privatus auctoritate propria aureum, vel æreum nummum figurat, & inſculpit, & ſigna ſive forma imprimitur cudendo, & percutiendo materiam auri, vel æris: & ita fabricatur nummus, quod eſt omnino privatæ perſonæ prohibitum, nam cum materia nummi debeat eſſe publica forma percuſſa, ut ff. de contr. emp. l. 1. circa principium ideſt habere imaginis effigiem, ſive ſignum veteris principis, vel moderni, ut C. de ve. num. po. l. 1. & l. fin. lib. 11. & ff. de au. & ar. le. Quintus, §. ſi aurum, ſolus princeps, cujus ſolius ſignum imprimitur, primitus facit ſuam pecuniam cudi, ut C. de fal. mon. l. 2. & ideo privatus taliter cudens pecuniam, dicitur crimen majeſtatis committere, ut in ead. l. 2. quia contra honorem principis attentat, dum ſignum & imaginem ejus uſurpat, arg. C. de bo. vac. l. 3. ideoque adulterina dicitur, quando tranſit ad alium auctorem, quam principem, ſed & ideo dicitur adulterina, ut in ſom. ad l. Jul. de adult. circa principium. Si autem privatus faceret verum aurum non ſignatum, ideſt ipſam materiam puram & rudem, ut forte ſecundum artem Alchimiæ, iſtud quidem non eſt illicitum, quia nihil prohibet arte uti aliquibus naturalibus cauſis, ad producendum naturales, & veros effectus, ſicut dicit B. Auguſt. in 3. de Tri. de his, quæ arte dæmonum fiunt, & legitur hoc in ſecunda parte fratris Thomæ, ubi tractat de juſtitia, in tract. de peccatis, quæ fiunt circa commutationes voluntarias in c. 2. circa finem. Item nota, quod de jure Longobardo ſtatuitur alia pœna in eum, qui falſam monetam fabricat, videlicet, manus inciſio, ut in Long. e. l. 1. & 2.

(b) *Vel ſcienter accipientibus*. Pari namque pœna tenetur ſcienter accipiens falſam monetam, ut ff. ad l. Corn. de fal. l. lege Cor. §. eadem.

Additio. *Vide c. Reg. incip. Ut quæ, charta.* 165. Cælat.

De raſione monetæ. Rubrica.

(c) Q*Ui nummos aureos*. Sic loquitur de nummis, quod ſunt toti de auro & arg. ut patet. ff. de contrah. emp. l. quod tamen.

** Additiones. *Vide c. regni, jam ſæpe. char.* 25. *ubi dicitur, quod punitur talis, ſicut de crimine læſæ majeſtatis. Sed ego intelligo talem rigorem debere tunc ſervari, quando tale cap. eſſet publicatum per rubricas per loca ſolita, ſecundum formam ibi datam, & ad materiam vide c. quanto, & ibi gl. & Doct. de jurejur. & in l. fi. de fal. mon. ubi etiam per omnes, & vide omnino Jaſ. in l. divortio.* 1. *reſpon.* 3. *col. ff. ſol. ma.* M. A. Pulv.

Adde, & omnino, vide Moder. in c. regni, ut quæ ab excellentia, f. 88. *& Covar. in lib. prac. qq. in tit. numiſmatum. c. fi. nu.* 5. De Bottis.

(d) *Raſerint*. Dic ut ff. ad l. Cor. de fal. l. quicunque nummos, & l. ſeq. in principio & C. de ve. nu. pot. l. fin. in fi. lib. 12.

Additio. *Vide ad hanc conſtitutionem c. regis Caroli, jam ſæpe. ubi plene per me char.* 181. *Et aliud char.* 175. *& aliud char.* 181. Cæſ.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De adulterina moneta. Rubrica.

A*Dulterinam*. Concordat C. de fal. mo. l. 2. In cudente bene ſedet hæc pœna, ſed in accipiente, & utente ſcienter, ſatis eſt gravis, & pro hoc facit ff. eo. l. 1. §. pe. Dicitur autem adulterina, quaſi ad alterius poteſtatem, ſcilicet principis, ad quem pertinet monetæ cuſio, de quo diximus plene in *si*. quæ ſunt regalia. Et ſic adulterium dicitur, quaſi ad alterius torum acceſſio. Et quod dicit, cudentibus, ſcilicet perfecte & integre. Nam ſecus ſi pœniteat formare eam, ff. eo. l. qui falſam. Item ſecus ſi per Alchimiam fieret verum aurum, ut dicit frater Thomas, & hic in gloſſa.

De raſione monetæ. Rubrica.

Q*Ui nummos*. Concordat eo. l. quicunque nummos. & l. ſi ſic. & C. de ve. nu. po. l. fi. lib. 12. & ſemper punitur in perſona, & bonis.

Additio. *Vel argenteos raſerint. Adde l. quicunque. ff. de falſ. & per Jo. de Plat. in l. monetarios. C. de murilegulis. lib.* 11.

De falſis inſtrumentis utentibus

TITULUS LXIV.

Qui in judicio, vel extra utitur inſtrumento, quod ignorat eſſe falſum, non tenetur pœna falſi, ſubaudi ſi deſiſtat ab uſu ipſius inſtrumenti, ut in l. ſi falſos. C. ad l. Corne. de falſis. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† REX ROGERIUS.

QUi falſo inſtrumento neſcius utitur, falſi crimine non tenetur.

De falſitate cujuslibet in teſtibus producendis.

TITULUS LXV.

Qui inſtruit teſtes ad deponendum falſum teſtimonium, condemnabitur pœna falſi. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† REX ROGERIUS.

QUi (*a*) falſitatem aſtruxerit teſtibus, falſi (*b*) pœna coercetur.

De celantibus teſtamenta.

TITULUS LXVI.

Celator teſtamentornm publicorum, & delator falſi pœna tenetur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Alias, Idem.

† REX ROGERIUS.

TEſtamentorum publicorum delator, celator, proviſor eadem pœna tenentur.

De paterno teſtamento deleto.

TITULUS LXVII.

Si filii teſtamentum patris aboleverint ad effectum, ut ei ſuccedant ab inteſtato, debent privari hereditate paterna. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† REX ROGERIUS.

SI quis patris teſtamentum aboleverit, ut quaſi ab inteſtato ſuccedat, patris hereditate privetur.

De judiciis.

TITULUS LXVIII.

Judex in pœnis infligendis multum debet conſiderare qualitatem perſonæ, quia qualitas perſonæ interdum facit quod gravetur pœna, interdum quod allevietur. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† REX ROGERIUS.

QUalitas perſonæ gravat, & relevat pœnam falſi.

De

De falſitate, &c. Rubrica.

(a) QUi *falſitatem. Coercetur.* Ut ff. ad legem Cornel. de fal. l. prima, in principio & §. 1. & l. falſi pœna.

(b) *Pœna coercetur.* An autem amittat cauſam, qui utitur falſis teſtibus? Dic quod non, ut notat B. in Longobar. de teſtib. l. 1.

Additio. *An talis de jure communi amittat cauſam* in

ANDREAS DE ISERNIA.

De producentibus, & utentibus falſis inſtrumentis. Rubrica.

QUi *falſo inſtrumento.* Concordat eo. l. ſi falſos. Qui ergo producit inſtrumentum, & proteſtatur ſe nolle uti eo, ſi falſum appareat, non punitur, ſed non per hoc præſumetur falſum, niſi revocaretur in dubium. C. de fi. inſtr. l. ſi adverſarius, & in gloſſa ibi, & ſic eſt intelligenda gloſſa d. l. ſi falſos.

QUi *falſo inſtrumento.* Sed an hæc conſtitutio, & ſimiles loquentes de inſtrumentis, locum habeant in actis? Et ſic falſificans acta puniatur ſicut falſificans inſtrumentum? tex. in l. in fraudem, §. neque, ff. de jure fiſci facit quod non, nam ibi inter inſtrumenta, & acta ponitur copula, ergo videtur diverſa, ut notatur ff. de jur. & fac. igno. ſuper rub. Tamen de jure contrarium eſt dicendum, per textum in l. 1. ff. de fide inſtrum. ubi textus ſignanter dicit, teſtimonia, id eſt, teſtium dicta, quæ conſtant eſſe de actis, dicuntur inſtrumenta, pro hoc facit, l. geſta. C. de re judi. ubi dicitur geſta, hoc eſt acta rediguntur in publica inſtrumenta. Pro hoc etiam facit: quia uſus loquendi (qui communis eſt) omnem ſcripturam publicam appellat inſtrumentum, ut inſtrumentum venditionis, donationis, & his ſimilia. Et ad §. neque reſpondetur, quod non eſt incongruum inter genus, & ſpeciem poni copulam, prout ſolet, & notatur in l. fin. §. dulcia, ff. de vino, tri. & oleo leg. & in l. quæſitum, §. pe. ff. de fun. inſtruc. in l. 1. C. ut lite pendente. Bartholomæus de Capua.

In gloſſa ſuper verbo, pronunciationis. Cui addo gloſſam interlinearem in l. comparationes. C. de fide inſtr. in gloſſa 3. & eo. tit. l. emancipationes, & quod habetur in l. is apud quem. C. de eden. Bartholomæus de Capua.

De falſitate cujuslibet in teſtibus producendis. Rubrica.

QUi *falſitatem.* Falſi pœna tenetur, qui teſtes inſtruxit, ut falſum dicerent, ſic ff. eo. l. 1. Sed qui utitur falſis teſtibus, non perdit cauſam, ut hic in gloſſa. Fallit in cauſa fiſci, quando aliter proferuntur acta, ff. de jure fiſci l. in fraudem, §. neque. Idem.

De celantibus teſtamenta. Rubrica.

TEſtamentorum. Ponit aliud falſum, quando quis amovet teſtamentum, vel inſtrumentum publicum celat, delet, vel pervertit, ſic ff. eo. l. lege Cornelia, §. 1. & ult. & l. Paulus, §. Paulus.

De paterno teſtamento deleto, Rubrica.

SI *quis patris aboleverit.* Non ut falſet, ſed ut in totum pereat, ad hoc ut ab inteſtato ſuccedat. Idcirco patris hereditate privatur. Ponitur enim in quo deliquit, ſic ff. de his qui. ut indi. l. reſcriptum, & l. lege.

De judiciis. Rubrica.

QUalitas *perſonæ.* Sic ff. eo. l. 1. in fine & hoc eſt generale, quia plus puniuntur in corpore ſervi, quam liberi, ff. de incendio, ruina, naufragio, l. Pedius, §. penul. & in civili ex qualitate perſonarum

rum

Digitized by Google

† Alias, de malis venenis, & veneficiis.

† *De veneficiis.*

TITULUS LXIX.

Qui ad alienandos animos, ſcilicet ad amorem, vel odium, vel ad fatuitatem cauſandam mala medicamenta hujuſmodi dederit, aut venenum, ut moriatur: vel ſi aliquis habuerit penes ſe, vel in domo ſua venenum, vel illud vendiderit, pœna capitali feriatur. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

MAla (*a*) * & noxia medicamenta ad alienandos animos, ſeu (*b*) venena qui dederit, vendiderit, vel habuerit, capitali ſententia feriatur.

De correctione poculum amatorium porrigentium.

TITULUS LXX.

Non erit impunitus, qui poculum amatorium, vel quemlibet cibum noxium inſtruxerit, etiamſi neminem læſerit. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† REX ROGERIUS.

POculum (*c*) amatorium, vel quemlibet cibum nocivum, ſi quis inſtruxerit, etiamſi neminem læſerit, impunis non erit.

De pœna emptoris.

TITULUS LXXI.

Iſta conſtitutio eſt declaratoria conſtitutionis præcedentis, quæ incipit, Mala & noxia, ubi fuit dictum, quod non licet mala medicamenta vendere. Hic dicitur, quod ſub eadem pœna non licet mala medicamenta emere. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

EAdem pœna ferire debet emptorem.

De vendentibus venenum.

TITULUS LXXII.

Qui toxicum, vel malum venenum habuerit ad nocendum, vel vendiderit, in furca ſuſpendi debet, ita ut in illa moriatur. Et qui cum taxo, vel aliis herbis piſces in mari, vel in flumine exeuntes in ipſis aquis infecerit per annum cum ſervis operibus publicis deputetur. Et eſt ratio, quia corrumpuntur aquæ, & piſces redduntur infecti, & homines comedentes ipſos piſces infirmantur, & beſtiæ, quæ bibunt de ipſis aquis, nocivæ redduntur. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

QUicunque (*d*) toxicum, aut malum venenum, quod ad confectionem utile, vel neceſ-

---

in caſibus harum quatuor conſtitutionum? vide Pau. de Caſt. in l. providendum. C. de poſtul. ubi contra Andr. hic. Cæſar.

Additio. *Vide ad teſtamentorum cauſam, Gand. in titu. de fal. Angel. in tracta. malefic. in verbo, falſario, & Vitalem in ejus tracta. eo. eodem titu. Azo. in ejus ſumma, libro 9. C. & in deciſio. conſi. ſupra alleg.* Cæſar de Peri.

De veneficiis. Rubrica.

(a) MAla, & noxia. Ad alienandos. Siquidem hæc vir uxori, vel uxor viro dederit, tale crimen, utpote publicum judicatur, ut in Authent. ut cum de appellatione cognoſcitur: & hoc quidem, verſicu. ſi contigerit autem, &c.

* Additio. *Qualiter puniatur tractans aliquem venenare, vide Bald. in conſil.* 111. *Cectus. volum.* 5. *& etiam Alexan. conſ.* 115. *vol.* 3. *& Grammat. deciſ.* 33. De Bottis.

(b) *Venena.* Atrocius eſt namque veneno extinguere, quam gladio occidere, ut C. de ven. & ma. l. 1. & accedit ff. de ſicar. l. 1.

Additio. *Adde l. ſecundam, ff. de ſicariis, & cap. homicidas, & ibi Joan. de Fan. 33. quæſtio. quinta, & quid de venenante fontem, vel puteum, vide per Angelum in l. prima, in fine, §. ſit injuria, ff. de exercito.* Superantius.

De correctione poculum amatorium porrigentium. Rubrica.

(c) POculum amatorium. Concor. ff. de pœnis, ſi quis ex metallo. §. ſi quis abortionis, & facit. ff. ad leg. Corneliam de ſicariis. l. 3. §. ſed & id. & C. de maleficis, & mathematicis, l. cum eorum, in principio, ubi dicit, aut animus pudicus ad libidines deflexiſſe detegentur, &c. Et dic de pœna, ut infra eodem, l. amatoria.

De vendentibus venenum. Rubrica.

(d) QUicunque. Ideo dicit malum venenum, quia quandoque invenitur bonum venenum, quandoque

---

ANDREAS DE ISERNIA.

rum actio formatur, & condemnatio moderatur, ff. de nego. geſt. l. Pomponius, la 2. de act. & oblig. l. fin. in fine.

De veneficiis. Rubrica.

MAla, & noxia medicamenta. Concordat cum iſta conſtitutione. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l.3. in principio.

De correctione poculum amatorium porrigentium. Rubrica.

POculum amatorium. Impunis non erit. Quia puniuntur humiles, & ſervi in metallum, honeſtiores relegantur in inſulam, amiſſa parte bonorum, ff. de pœn. l. ſi quis, §. qui abortionis. Et dicitur amatorium, quia eſt amarum ab amaritudine. Vel dicitur ab amo, amas, ſicut mulieres malæ, quæ propter luxuriam infatuantur, ff. de ædil. edic. l.1. §. pen.

De pœna emptoris. Rubrica.

EAdem pœna. Venditor & emptor hujus noxii medicamenti debent capite puniri, ut ſupra ea. l. 1. tantum de venditore dixit.

De vendentibus venenum. Rubrica.

QUicunque. Plus enim eſt hominem veneno extinguere, quam occidere gladio. C. de maleficis, & mathematicis, l. prima facit, ff. de ſicari. l. 3. §. alio. Non ergo eſt licitum projicere taxum, vel herbas mortiferas in flumine, cauſa piſcandi, quia piſces inficiuntur, inde etiam & homines bibentes de aqua illa. Sicut nec pigmentarius, nec confectionatius debet tenere cicutam, Salamandram, aut Mandragoram, dicto §. alio.

neceſſarium non ſit, habuerit, vel vendiderit, ſuſpeodatur. Taxum etiam, vel herbas hujuſmodi, de quibus piſces mortificantur, aut moriuntur, a piſcatoribus io aquis (a) projici vetamus: propter quod etenim & ipſi piſces redduntur infecti, & aquæ, de quibus homines, & beſtiæ interdum ſæpius potum aſſumunt, nocivæ redduntur. Quod qui fecerit, per annum cum ferris operibus publicis deputetur.

De poculis amatoriis.

TITULUS LXXIII.

Porrigentes amatoria pocula, vel alios quoslibet cibos noxios, illicita vel exorciſmata aſtruentes, ſi is, cui talia ſunt porrecta, vitam vel ſenſum proinde amittat, mortis periculum ſubeant; ſi vero in nullo lædatur, ſtent per annum in carcere bonis ſuis omnibus publicatis. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

AMatorio poculo porrigentes, vel cibos quoslibet noxios, illicita vel exorciſmata aſtruentes, toli decernimus pœna conſtringi: Ut ſi hi, quibus talia ſunt porrecta, vitam proinde, vel ſenſum omittant, mortis periculo ſubjici volumus talia perpetrantes. Si vero qui prædicta ſuſceperint in nullo lædentur, tunc committentium voluntates inultas non volumus remanere: ſed publicatis bonis ipſorum omnibus carcerali per annum cuſtodiæ ipſos decernimus mancipari. Et quanquam veritatem, & rerum naturam intuentibus videri poſſit hoc frivolum, & (ut proprie loquamur) fabuloſum, quod per cibos, aut potus, ad amores, vel odia, mentes hominum moveantur, niſi quotenus recipientes, læſo ſuſpicio hoc inducat: Ipſorum tamen oon præſumptionem temerariam, qua ſaltem nocere deſiderant: Etſi nocere non poſſint, relinquere nolumus impunitam.

De adulteriis, & lenociniis.

TITULUS LXXIV.

Adulteræ non puniuntur gladio, ut olim, ſed bona confiſcantur, ſi non habeant filios ex eo matrimonio, vel alio, aut viro tradenda eſt vitæ periculo nullatenus ſævituro, ſed perſecuturo ſolum ad naſi detruncationem, ultra non licet ſævire neque viro neque patri, & ſi vir nolit vindictam, ut delictum non remaneat impunitum, eſt publice flagellanda, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

LEgum (b) * aſperitate lenita, non ut olim contra adulteros, ed oliorum conjuges accedentes, gladio eſt agendum: Sed rerum ad eos

---

doque malum, ut ff. de verborum ſignificationibus. l. qui venenum, ſicut invenitur bonus dolus, ut ff. de dolo. l. prima. Quandoque invenitur eriam perſuaſio bona & mala ut ff. de ſer. corrup. l. prima. Quandoque invenitur conſpiratio bona, & mala, ut C. de profeſſoribos, & medicis. l. magiſtros, & in Authen. ut cum de appellatione cognoſcitur. §. ſi quis de prædictis parentibus ortho. Quandoque invenitur felix culpa, ut in eccleſiaſtica. O felix colpa, quæ talem & tantum, &c. Quandoque invenitur perverſa doctrina, & aliquando bona, ſicur Evangelica, & Apoſtolorum, ut C. de ſumma Trin. l. prima, & in Epiſt. reddentes, & in epiſtol. liquet ergo, &c. Et quandoque invenitur concupiſcentia ſtudioſa, juſta, & laudabilis, ut in Authen. quibus mod. natur. efficiun. legitimi. §. ſi quis. colla. 6. & concupiſcentia peccatrix, ut in eodem titu. quibus modis natur. efficiun. ad finem.

(a) *Projici vetamus.* Argumen. ad hoc. ff. ad legem Corneliam, l. 3. §. ſenatus.

ADDITIO. *Adde Quicunque, ad hanc conſtitutionem, vide Capo. in conſil. 5. & ia conſil. 71.* Cæſar.

De adulteriis &c. Rubrica.

(b) L*Egum aſperitate.* Sed ipſum ſcilicet vitium.

* ADDITIO. *Vide omnino Afflic. deciſ. 176. & Gram. dec.*

ANDREAS DE ISERNIA.

De poculis amatoriis. Rubrica.

A*Matoria pocula.* Sumitur diſtinctio hujus conſtitutionis ex d. §. qui abortionis, in uno tamen aggravat pœnam.

Exorciſmata. Ponitur pro incantatione, ſeu impetratione, alias, improperatione, ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. medicos.

Et quanquam veritatem. Utinam hoc eſſet verum. Sed videmus etiam eos, qui ſuſpicionem læſam non habent moveri in animo ad odium, vel amorem, ſicut qui certa fantaſia vagantur, & quaſi dæmones dant reſponſa, de l. 1. §. fi. ff. de ædil. edic. nam dæmones habent poteſtatem ſupra fantaſiam hominis imprimere, eamque alienare, ut videatur beſtia, ſeu beſtiale animal, cum non ſit, ſecundum Aug. 18. de civitate Dei.

De adulteriis & lenociniis. Rubrica.

L*Egum aſperitate.* Alias eſt, Legum aſperitatem lenientes, non ut olim, &c. gladio agendum. Aliqui habent in litera, fore decernimus: & tota hæc conſtitutio loquitur in adultera tantom, ſecundum unum intellectom. Unde quod ſequitur, aut viro tradenda eſt, &c. ſcilicet ad puniendum eam, aut viro ſerviat uſque ad mortem, & vitæ periculum. Nam in muliere adultera non eſt pœna mortis, ſed naſi truncatio: alias eſt in litera, truncanda eſt mulier, nullatenus periculum vitæ incurſura. In adultero non mutatur pœna, quæ eſt C. eo. l. quamvis, in fine. Nec etiam jure Canonico immutatur pœna contra adulterum, quæ eſt capitis: extra de procuratur. cap. tuæ. Inſti. de publ. jud. §. ſed & lex. Dicit ergo gluſſa, quod adulteri non puniuntur, ſicut puniebantur olim, ſcilicet gladio, & ſubaudi, id eſt, adhuc ipſi adulteri puniuntur gladio, & in hoc lenitur legum aſperitas: quia etiam mulieres adulteræ gladio puniebantur. C. eo. caſtitatem, & l. quamvis. Sed puniuntur adulteræ pœna confiſcationis bonorum, ſi liberos non habuerint, &c. Sed certe pœna capitis, quæ gladii erat, in adultera eſt lenita etiam jure Romano Juſtit. quia verberatur, & detruditur io monaſterium, ut in auth. ſed hodie, quæ eſt poſita in d. l. quamvis. Unde dic, cum dicitur hic, legum aſperitas eſt lenita, ſcilicet etiam per leges civiles, quantum ad pœnam capitis. Adhuc dicit hæc lex, quod non verberabitur adultera, ſed perdet bona, ſi liberos &c. Utrum vero detrudetur hodie in monaſterium? videtur quod non, eo quod tan-

Digitized by Google

eos pertinentium confiſcatio inducetur, ſi filios legitimos, ex eo matrimonio violato, vel alio non habuerint. Periniquum eſt enim eos ſucceſſione fraudari, qui nati ſunt eo tempore, quo hujus tori lex legaliter ſervabatur. At † viro tradenda eſt mulier nullatenus vitæ periculo ſævituro; ſed ultionem tori violati naſi truncationis, quod ſævius & atrocius inducitur, proſequatur. Ultra enim * neque viro, nec parentibus ſævire licebit. Quod ſi vir ejus in eam vindictam dare noluerit, nos hujuſmodi maleficium non ſinemus inultum, ſed ipſam præcipimus publice flagellandam.

† *Alias*, *no*.

De pœna adulterii.

TITULUS LXXV.

Si maritus permittit uxorem ſuam cum ganeis laſcivire, non poterit ipſam in judicio accuſare de adulterio, quia videtur conſentire adulteriis. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

QUi coram ſe ſpectante, vel alio permittit cum ganeis ſuam conjugem laſcivire, non facile poterit eam judicio accuſare,

dec. 31. ubi an poſſit procedi ex officio in crimine adulterii. Et an hodie fuſtigetur adultera, & an pœna hujus conſtitutionis habeat locum in cognoſcente monialem profeſſam, vide Gul. Bene. in c. Raynutius, in ver. dotem, nu. 8. & vide Neviza. in ſua ſilva nup. ſ. 24. nu. 112. ubi allegat multos aſſerentes hodie adulteria non puniri. Et an valeat hæc conſtitutio minuens pœnam adulterii, & quid ſi imponeret pœnam pecuniariam, vide Aymo. conſ. 137. & debet probari matrimonium in terminis conſtitutionis hujus, Jo. de Arnono in caut. 28. & ad iſtam materiam vide latiſſime per Nico. Bov. in dec. 297. & ibi in final. verbis, quod viri in dignitate, vel nobilitate conſtituti non puniantur pœna mortis, quod nota ad procedere de jure communi, ſecus de jure regni, cogita tamen. De Bottis.

* Additio. *Vide Andream de Iſernia in conſtitutione ſi maritus, infra de pœna uxor. in adul. deprehen.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

tantum confiſcationis pœnam inflixit. Verius videtur, ut detruſio in monaſterium non ſit ſublata: quia non intelligitur correctio, niſi ubi lex expreſſim dicit, ut in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui, §. tribus. Voluit ergo mitigare confiſcationem hanc, quando liberos habet, & non eſt novum per hanc conſtitutionem. Aliud eſt per illam auth. ſed hodie. Item innovat corporalem pœnam infligendam adulteræ, & in hac durius: quia per auth. ſed hodie, verberabatur: per hanc patitur naſi truncationem adulterio probato: non tamen traditur mulier punienda viro, qui ſæviret in eam, niſi quando in actu adulterii invenit eam, quo caſu utrunque, ſcilicet uxorem & adulterum poteſt occidere, in l. ſi maritus, mulier ergo corporaliter punitur in naſo. Adulter, qui ad alterius torum accedit, & violat, capite plectitur: quia in eo non innovatur. Sed quare durius adulter, quam adultera etiam jure civili, per auth. ſed hodie, punitur? ratio poteſt eſſe ſexus fragilitas: & quia plus delinquit regulariter maſculus, quam fœmina, ſollicitando conjugem alterius, ut poteſt colligi. C. de rapt. virg. l. 1. Lege Moſaica lapidabatur mulier adultera, ſed non maſculus adulter. 38. q. 1. c. hæc imago. Et nota hic, quod habetur diverſa littera; nam libri quidam habent, contra adulteros ad aliorum conjuges accedentes: & infra, ad eas. Hæc non eſt bona littera, quod mulier ad uxorem alterius, fœmina in fœminam non agit. Sed ſi eſſet adulter ad aliorum conjuges accedens: & infra, rerum ad eos, eſſet plana: quamvis raro mulier vadat ad virum, immo communiter vir ad mulierem accedit, & mulier raro rapit virum. C. de rap. virg. l. 1. de epiſco. & cler. l. raptores. Item ſi exponetur ad aliorum, id eſt aliarum, eſſet ſimiliter planu, ut ſupra dicitur, quaſi maſculinus ſexus concipiat fœmininum, cum dico, ſervos, intelligitur ſervas; mulos, intelligitur mulas, ff. de lega. 3. l. qui duos mulos, de pact. tres fratres. Alii etiam habent adulteros, & infra, ſi rerum ad eos, ſecundum hoc corriguntur etiam jura antiqua in adultero pœnam capitis inducentia. Et in hoc erit lenita aſperitas legum. Ex hac tamen littera primum reſultat abſurdum, ut adulter non habens filios puniatur in bonis tantum, ſed ſi filios haberet, non perdit bona & capite punitur, nam cum in habente filios non expreſſit pœnam, quæ abroget antiquæ, ſtabitur ei, quod non eſt mutatum. C. de teſta. l. ſancimus, & de app. præcipimus. Nec poſſet hic ſubaudiri, maxime, ſi filios non habuerint, quia ſequitur, periniquum eſt, &c. Item littera non patitur hunc intellectum, quia dicit, ſi filios legitimos non habuerint ex illo matrimonio violato, non videtur velle habere filios ex illo matrimonio polluta per adulterium, quia dicit, ex eo. Si dicatur, quod loquitur de matrimonio adulteri cum ſua uxore, quod violatum dici poteſt per pollutionem viri cum uxore alterius, licet torus ejus non ſit violatus, ſcilicet uxoris adulteri violatus quidem eſt, ſed non poteſt conqueri de violato uxor adulteri. C. eo. l. 1. nam ſi adulter haberet filios ex uxore præmortua, & nunc accedit ad uxorem alterius, non poſſet dici, quod violaret ſuum matrimonium, quod non habet, non ergo poteſt intelligi de adultero hæc littera. Sed rerum ad eos, &c. quia de matrimonio, quod violat accedendo ad uxorem alterius, nunquam poſſet filios legitimos habere, immo ſpurii eſſent, intelligendo eos, id eſt, eas de adultera, ſicut eſt in liberis, qui habentur ad eas proprie, quia ipſa de illo matrimonio, quod violat ſuo, ſcilicet, & mariti ſui poſſet de marito filios habere legitimos, unde ſecurius videtur totam hanc conſtitutionem in adultera loqui, & in adultero nihil innovari.

Quod ſi vir. Nota quod punitur † etiamſi maritus ſibi parcat, quia eſt de caſibus ubi proceditur ex officio ſine accuſatore, ff. e. l. 2. §. ſi publico.

† Additio. *Vide Gram. deciſ. 31. & Afflic. deciſ.* 176. De Bottis.

De pœna adulterii. Rubrica.

Q*Ui coram ſe*. Non permittitur viro accuſare uxorem, quando permittit eam cum ganeis laſcivire, alias, luxuriari.

Viam quippe. Si ergo ſero accuſat mores, quos, uxorem ducendo, probavit, ff. eq. l. ſi uxori. §. fin. in fine.

De

Digitized by Google

ſare, viam quippe mœchandi aperit, qui cum poſſit prohibere, conſentit.

De prohibita quæſtione fœminæ.

TITULUS LXXVI.

Si maritus habet uxorem ſuam ſuſpectam de adulterio, & eam retinet, non ex hoc poteſt de lenocinio condemnari, ſed ſi patenter conſtat virum tenere uxorem ad turpe lucrum, maritus efficitur infamis. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

QUamvis uxorem ſuam ſuſpectam quis habeat, ſi tamen ei fidem adhibeat, eum lenocinii non damnamus, quis enim alieni tori jure inquietet quietem? Quod ſi patenter deprehenderimus quempiam habere uxorem quæſtuoſam, digna noſtris temporibus mox ſequatur pœnæ vindicta. Eum quoque pœnæ infamiæ condemnamus.

De ſubmota converſatione inter bonas fœminæ quæſtuoſæ.

TITULUS LXXVII.

Hæc conſtitutio expreſſe prohibet, meretrices habitare in convicinio, ubi habitant honeſtæ mulieres, & prohibet, ne eis fiat violentia. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

QUæ (*a*) paſſim venalem formam exhibuit, & vulgo proſtitutam ſe præbuit, hujus criminis accuſationem amovit. Violentiam tamen ei ingeri prohibemus. Et inter boni teſtimonii fœminas ejus (*b*) habitationem (1) vetamus. *

De repudiis concedendis.

TITULUS LXXVIII.

In caſibus, in quibus de jure repudium eſt permiſſum, non poteſt conjux compelli ad retinendum conjugem, nec poteſt conjux violentari, ut non fiat repudium. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

REpudium in hac accuſatione ſemper eſt permittendum, neque violentia, ſeu detentio adhibenda.

De lenis.

TITULUS LXXIX.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

LEnas ſollicitantes alienam, ſcilicet, caſtitatem, genus criminis peſſimum, tanquam ipſas adulteras puniendas eſſe, præſenti lege ſancimus.

De

De ſubmota converſatione inter bonas fœminæ quæſtuoſæ. Rubrica.

(a) QUæ paſſim. *Violentiam*. Non enim debet mulier invita ad luxuriem induci, ut in Auth. de lenoni. §. mulieres itaque. Videtur tamen contra. ff. de fur. l. verum eſt.

(b) *Habitationem*. Et maxime circa ſacratiſſima loca, & venerabiles domos.

(1) ADDITIO. Habitationem. *Neapoli ſunt capitula etiam contra ſtudentes vel non habentes fœminas, & uxores, quod poſſint per vicinos honoratos honeſtos expelli, & etiam de contentis hic.* Caſat.

Debent ergo hujuſmodi meretrices, & lenones morari in ultimis partibus civitatis, imo & extra civitatem: quia ſunt peſtiferæ, & communes vaſtatores caſtitatis ut hic probatur in Auth. de leno. in princ. & §. 1. & §. ſed & ipſos.

* ADDITIO. *Idem ad petitionem nobilium plateæ Albarii in civitate Neapolitana ſancitum eſt per c. Roberti, in lib. Barattucii in regio archivio, par. 2. c. 93.* F. Jord.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De prohibita quæſtione fœminæ. Rubrica.

QUamvis uxorem. De ſuſpicione, quod uxor ſit mala, maritus patiens non damnatur ſeu punitur. Et eſt regula, quod ex ſuſpicionibus nemo damnetur, ff. de pœn. l. abſentem. de minorib. l. 3. §. Sejo. ſecus ſi deprehendiſſet uxorem patenter, alias, latenter, vel pro quæſtu fecerit eam malam, quia punietur de lenocinio, & eſt infamis, ff. eod. l. 2. §. lenocinii, & de minoribus l. auxilium, §. fin.

De ſubmota converſatione inter bonas fœminæ quæſtuoſæ. Rubrica.

QUæ paſſim. Meretrix non debet puniri de luxuria corporis ſui, etiamſi ſit nupta. C. eo. l. quæ adulterium, in fine. Sed in nupta erit pœna ad accuſationem alterius, non mariti retinentis eam, ut nutatur. ff. eod. l. ſi uxor. §. 1. de ritu nupt. l. ſi ſtuprum. Non tamen meretrix debet violenter cognoſci, quia violentas capite punitur, ſupra de vio. mer. illa. l. 1. licet de jure civili aliter videatur, ff. de fur. l. verum. Sed dic, ut diximus in d. l. 1. Item meretrix vetatur habitare inter bonas fœminas, ſic ſupra de me. l. ſæpe, & in Auth. de leno. in principio, & §. 1. & §. ſed & ipſos.

De repudiis concedendis. Rubrica.

REpudium. De jure civili ſeparatur totaliter a tali repudio. C. de repu. l. conſenſu. circa principium. Jure canonico fit ſeparatio quantum ad torum tantum, extra de procu. c. tuæ. nec debet compelli violenter detinere adulteram, ut hic in littera.

De

Digitized by Google

De matribus ſuas filias exponentibus.

TITULUS LXXX.

Satis inhumanum, & crudele eſt hoc peccatum, cum mater filiam virginem, precio mediante, alteri tradidit ad ipſam ſtuprandam, & fornicandam. Et ideo debet puniri conſtito de dicto peccato pœna truncationis naſi: ſi autem ipſam non vendidit, ſed conſentit, quod filia ſua carnem ſuam proſtituerit, tunc mater extraordinarie debet puniri. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

MAtres, virgines filias proſtituentes, & maritalia fœdera fugientes, ut lenas ipſas proſequimur. Et naſus eis ſimiliter abſcindatur. Caſtitatem enim ſuorum viſcerum vendere inhumanum eſt, & crudele. Quod ſi filia ſe ipſam proſtituerit, mater vero ſolummodo conſentit, judicis arbitrio relinquatur.

De pœna uxoris in adulterio deprehenſæ.

TITULUS LXXXI.

Si in ipſo actu adulterii maritus reperit uxorem cum adultero, ambos ſine mora protracta, poteſt impune occidere. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

SI (*a*) * maritus uxorem in ipſo actu adulterii deprehenderit, tam adulterum, quam uxorem occidere licebit, nulla tamen mora protracta.

De

De pœna uxoris, &c. Rubrica.

(a) SI *maritus.* Corrigit jus Romanum, ſcilicet quod maritus non poteſt occidere hominem in adulterio deprehenſum, ſed tantum turpem, & vilem, & in domo ſua tantum, non etiam ſoceri, nec etiam poteſt uxorem deprehenſam in adulterio occidere, ſed ſi occidat, ignoſcatur ei quantum ad pœnam legis Corneliæ de ſicariis, & mitius puniatur: patri vero habenti filiam in poteſtate, permittitur occidere, tam in domo ſua, quam generi ſui omnem adulterum, & filiam, dummodo ſimul in uno impetu utrunque occidat, ut patet hoc. ff. de adult. patri. cum 5. ll. ſeq. & l. nihil, & l. ſi adulterium. §. Imperatores, & ad l. Corn. de ſicar. l. 1. ad fi. & ad ſen. con. Syllan. l. ſi quis in gravi. §. ſi maritus tamen, & quod me. cau. nec timorem. §. pœna, & C. de adul. Gracchus. Sed per conſtitutionem permittitur marito occidere utrumque, videlicet, uxorem, & adulterum, dico omnem, quicunque ſit: & cujuſcunque conditionis, & in omni loco: nec enim diſtinguit in perſonis, vel loco, unde nec nos diſtinguere debemus, ut ff. de off. præſi. l. 3. in fi. & de publ. l. de precio, dummodo occidat incontinenti ambos, & in ipſo actu adulterii deprehenſos, ut hic dicit, & in Longobardo de adult. ſi quis cum uxore ſua. Et qualiter ſit intelligendum, quod ambos nulla mora protracta occidat, & quod in ipſo actu adulterii deprehenderit eos, quod dic, ut ff. de adul. l. quod ait lex, in principio, & in fine & l. nihil.

ADDITIO. *Adde textum in cap. admonere tecum lacrymis.* 33. *q.* 2. Superantius.

Et an interficiens uxorem adulteram virtute iſtius conſtitutionis ſit tutus in terris imperii in foro ſeculari, cum talis permiſſio ſit nutritiva peccati ſecundum gloſſam in c. cum inter hæc. 23. *q.* 2. *Pro iſta tamen conſtitutione, vide Felyn. in c. eccleſia S. Mariæ, de conſti. col.* 15. *verſ. item poſſet, ubi pulchre, & ibi an peccet occidens, & an liceat convocare amicos ad hoc, dicam alias.*

* ADDITIO. *Vide Illuſtr. Cardin. Pariſ. in conſil.* 154. *nume.* 2. *conſil.* 20. *volum.* 4. *& ibi an poſſit alteri demandare, & an poſſit alios convocare, & an lucretur dotem maritus occidens uxorem repertam in adulterio impune, vide Franc. Aret. in l. ſi ab hoſtibus ſoluto matrimonio, & Marſ. in conſilio* 93. *& conſil.* 126. *de quo etiam per And. Tiraquel. in l.* 1. *nume.* 24. *de legibus connubial. & Jaſon. in l. uſuſructuarius.* 3. *col. ff. de oper. novi nuncia. numquid autem amittat dotem, vel alia bona dotalia, vide Bolog. conſil.* 23. *per totum, ubi tenet, quod ſic.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De matribus ſuas filias exponentibus. Rubrica.

MAtres. Truncatur naſus matri filiam exponenti venalem. Sed ſi mater ſolum conſentit, erit pœna arbitraria in matre, ex quo non ponis certam pœnam, ff. de pœn. l. hodie. maxime ſi non habeat unde nutriat eam, infra eo, l. maritus.

MAtres virgines. Qualiter puniatur mater proſtituens filiam, vel dominus ancillam, dicit ut notatur C. de ſpectacu. ſceni. l. lenones, lib. 11. Bartholomæus de Capua.

Ut liceat marito uxorem adulteram in actu interficere. Rubrica.

SI *maritus.* Jure Romano eſt aliter, ut in gloſſa, permittitur ergo viro occidere utrumque, non ex intervallo, quicunque ſit adulter, & cujuſcunque conditionis ſit ff. eo. l. quod ait lex. in principio, & in fine, & l. nihil. videlicet, in ipſo actu, vel non divertendo ad alia extranea.

ADDITIO. *Adde gloſſam in l. ab hoſtib. §.* 1. *ff. ſol. mat. dubitatur tamen de dote, an maritus eo caſu lucretur eam? vide in l. conſenſu. C. de rep.*

Si vero non comprehendit, ſed in judicio probatum eſt, datur marito vindicta, ut incidat ei naſum, ut ſupra ti. 1. l. 1. ff. de ritu nup. l. palam, §. adulterio.

SI *maritus uxorem.* Sed an ſit licitum filio adulterum occidere matris ſuæ? gloſſa in l. quod ait. ff. eo. quærit, & non ſolvit, & videtur quod non, per l. pater, & ſequentem, ff. eo. & in hoc reſidet Cyn. in l. Gracchus. C. eo. Sed quæritur, an ſit licitum occidere unum judicem repertum cum uxore in adulterio juxta hanc conſtitutionem? iſta eſt quæſtio Domini Bart. qui dixit, quod communiter tenetur, quod non: quia magiſtratus non poteſt accuſari jure mariti, ut in l. ſi maritus, in principio, ff. eo. & l. hos accuſare, ff. de accu. ipſe autem dicit contrarium, quia accuſatio eſſet tempore peritura, ut in d. l. hos accuſare. Modo ad propoſitum, cum jus occidenti ſi tempore periturum, ut hic, ergo ſi poteſt accuſari magiſtratus, ſicut tempore peritura accuſatio, ut dictum eſt, ita poteſt interfici, & hodie per hanc conſtitutionem non attenditur, ſi ſit perſona accuſans vilis, vel non. Judex Blaſius de Nurcone.

De

Digitized by Google

De pœna mariti ubi adulter aufugit.

TITULUS LXXXII.

Si maritus uxorem repertam in adulterio detinuit, & adulterum libere dimiſit, ipſe maritus pœna lenocinii punietur: ſed ſi adulter ſine culpa mariti evaſit fugiendo, tunc maritus in nullo punitur. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† REX ROGERIUS.

MAritum (*a*) lenocinii pœna coercet, qui uxorem in adulterio deprehenſam retinuit, adulterumque dimiſit, niſi forte ſine ſua culpa aufugit.

De adulteriis coercendis, alias, de privilegiis Eccleſiarum.

TITULUS LXXXIII.

Ea quæ ſunt judicanda per Eccleſiam, non decet, quod judicentur per judices ſæculares: ſed cauſa adulterii judicanda eſt judicio Eccleſiæ: ergo non per Juſtitiarios, & Bajulos, niſi adulterium ſit factum per violentiam, & ſic per inſultum, tunc judex laicus cognoſcat, & puniat violentiam, & inſultum: & mandat officialibus regis, ut præſtent auxilium prælatis in eorum juriſdictione exercenda. hoc dicit. Matthæus.

† REX ROGERIUS.

† *Alias, Rex Gulielmus.*

MAjeſtati (*b*) * noſtræ quorundam prælatorum querimonia patefecit: Quod eccleſiæ

De pœna mariti ubi adulter aufugit. Rubrica.

(a) M*Aritum lenocinii*. Concordat juri Romano, ut ff. de adulter. l. mariti.

De adulteriis coercendis. Rubrica.

(b) M*Ajeſtati. In curia eccleſiæ*. Hoc etiam eſt per auth. ſtatuimus.

* Additio. *Ad intellectum hujus conſtitutionis vide Scrib.*

ANDREAS DE ISERNIA.

De pœna viri lenonis uxoris. Rubrica.

M*Aritum*. Unum de capitulis legis Jul. de adul. eſt punire maritum detinentem uxorem deprehenſam in adulterio l. auxilium, in fine, vel ſi dimittat adulterum: ſecus ſi ſine culpa ſua fugiſſet, niſi perſequendo apprehenderit fugientem, l. ait. in fine major tamen cuſtodia requiritur in eo, qui ex ſuo officio cuſtodire tenetur, ff. de cuſto. reor. l. fin.

M*Aritum lenocinii*. Nota, quod præſumitur vir leno, qui ex adulterio uxoris ſuæ non indignatur: ex quo cum adultero practicat, ut in l. marito lenocinium, in principio, ff. de adulteriis. Bartholomæus de Capua.

De privilegiis Eccleſiarum. Rubrica.

M*Ajeſtati noſtræ*. Remittit ad judicium eccleſiæ adulteros, quia eccleſia cognoſcit, & nihilominus judex ſæcularis ſecundum tenorem illius cap. ſuæ. extra de procuratoribus, nam de inſulto & violentia in adulterio commiſſis punit judex ſæcularis, ut in fine. Item mandat officialibus, ut dent auxilium prælatis in puniendis adulteris: quia poteſtas ſpiritualis indiget auxilio temporali: & econtra, 10. diſtinctio. quoniam, & extra de officio judicis ordin. cap. 1.

M*Ajeſtati noſtræ*. Quid de concubinis clericorum, an erit judicium temporale, vel prælati? videtur quod non temporale: cum enim matrimonium ſit legitima viri & uxoris conjunctio: Inſtitutio. de patria poteſtate, in principio. Et uxor ſequitur forum viri. l. cum quædam, ff. de juriſdictio. omn. judic. & l. Imper. ad municipales, ſed ſi eſt conjunctio illegitima, eſt ſecus, ut ff. ad munic. l. de jure, §. fin. quia enim conjunctio clerici & concubinæ eſt minus legitima, atque prohibita. 74. alias, 61. diſtinc. ſicut alterius uxor ratione delicti concubina non efficitur de foro prælati. 7. q. 3. cap. placuit, l. multa. ubi de crimi. agi oport. C. & ſunt expreſſe in jure, 3. q. 1. cap. ſi quis ſacerdos, licet ibi non aperiatur quod illa coertio & prohibitio fiat per prælatum, ſed ſane intelligendo, ſic eſt intelligendum, quia eſt de familia clerici, ut notatur. 30. quæſt. 2. cap. omnes &c. ergo eſt de foro prælati, qui eſt judex clerici. 54. diſtinct. c. judicantium, & 22. q. 2. c. eccleſiam, & de epiſc. & cler. l. 1. Concubina enim clerici efficitur ſervitrix eccleſiæ, & venditur per eccleſiam. 51. diſtin. cap. quidam, quod intelligit Joannes, ſi alias erat ancilla, ut notatur in d. c. eos. 30. q. 2. Videtur rationabiliter dicendum, quod judicium fœminarum ſeu concubinarum clericorum pertinet ad eccleſiam, ſeu prælatum per rationes prædictas, maxime per conſtitutionem iſtam, in Regno Siciliæ, quæ concordari videtur cum jure canonico, ut extra de officiis ordin. cap. 2. Sed derogat tamen juri Romano, quod ſtatuit judicem eccleſiaſticum cum ſæculari debere cognoſcere de crimine canonico, quod objicitur laico, ut in Auth. de manda. princ. collat. 3. hoc autem crimen adulterii eſt, ut notatur in d. cap. 2. de officiis ordin. in gloſſa, quæ incipit, canones. Attende, quod idem eſt dicere crimen canonicum, & eccleſiaſticum, ut notatur in §. at ſi clerici. de manda. Princ. & in Auth. ut cler. apud epiſcop. eadem collat. ſi vero eccleſiaſticum, ergo derogatur per iſtam conſtitutionem juri Romano: quia de crimine adulterii, de quo cognoſcit ſimul eccleſiaſticus, & ſecularis, ut dictum eſt, cognoſcit tantum eccleſia, per dictam conſtitutionem. Si tamen judex eccleſiaſticus non ſufficit, tunc itur ad judicem ſæcularem, ut expreſſe dicitur 32. diſtin. nos, & quod ibi notatur, ut ibi deficit poteſtas eccleſiaſtica, ſuppleat ſæcularis. 16. q. 5. principes ſæculi, & adminiſtratores. Non obſtat objectum, quod ubi conjunctio eſt legitima, uxor ſequitur forum viri: caſſatur namque hac ratione concubina, ſeu fœmina clerici ratione hujus conjunctionis illicitæ: ſed quia eſt de familia clerici, ut ſupra dictum eſt. Multis enim modis quis ſortitur forum alicujus, ff. de judic. l. heres abſens, §. at quiſquis, in gloſſa, quæ incipit, ibi ratio nundinarum. Unde tamen in hoc reſtat ſcrupulum matrimoniale, præcipue æquitati repugnans: quia fœmina, ſeu concubina clerici habet forum eccleſiaſticum, unde debet habere pœnam ex illicita concubinali conjunctione: ſed videtur inconveniens, ut ff. de act. emp. l. ſenatus, & l. veterani. C. de veteran. lib. 10. Sed dico, quod hæc concubina habet privilegium ex perſona capituli, ſeu eccleſia, non ex perſona ſua, argu. ff. ad l. Falcid. l. fi. §. vetum, de contrah. empt. l. non potuit, §. heres, & de acquir. hered. l. cum hac, & de liber. lega. l. ſi is qui duos. Sed de inceſtu quis cognoſcit, judex eccleſiaſticus, vel ſæcularis? quod ſi judici eccleſiaſtico datur cognitio ſpecialis de adulterio, de inceſtu videtur denegari, arg. ff. de condi. & demon. l. cum ita. de compen. l. quod Labeo, ff. Reſpondeo, adul-

Digitized by Google

cleſiæ ſuæ a Juſtitiariis, Camerariis, & Bajulis Regni noſtri privantur, & minuuntur jure ſuo, videlicet, de adulteriis, quæ non permittunt judicari, & corrigi in curia Ecclcſiæ, ſicut debet, & (*a*) de perſonis clericorum, quæ ab eis, ut laici judicantur, & incarcerantur: quod ſi verum eſt, nobis diſplicet, & grave videtur. Non enim decet, neque volumus, ut ea, quæ ab Eccleſia judicari, & coerceri debent, ab aliis puniantur, & judicentur, aut corrigantur. Quare mandamus, & præcipimus firmiter, ut amodo de adulteriis judicandis Juſtitiarii, Camerarii, & Bajuli non ſe intromittant. Sed & ſi quis de parochia alicujus eccleſiæ de adulterio accuſatus, vel deprehenſus fuerit ad judicium ipſius Eccleſiæ, in qua ipſa adulteria judicari debent, conſiſtat, & a curia ipſius Eccleſiæ judicetur, & corrigatur. Excepto ſi per violentiam adulterium committatur: quod ſi acciderit, judicetur ab Eccleſia de adulterio, quod ſpectat ad judicium Eccleſiæ. Et hoc, quod ſpectat ad judicium ſæculare, videlicet, de inſultu & violentia in noſtra curia judicetur. Præterea mandamus omnibus noſtris officialibus ut de adulteriis coercendis omnibus prælatis, quibus opus fuerit, auxilium tribuant.

De

Scrib. in c. regni, item ſtatuimus, quod officiales, fol.116. De Bottis.

(a) *De perſonis*. Sic ſupra de off. Mag. Juſtitiarii conſti. pe.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

adulterium poteſt eſſe ſimul cum inceſtu: ut ubi committitur inceſtus cum maritata, ibi eſt adulterium, ff. de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu. in principio: & hoc caſu eſt, quod judex eccleſiaſticus cognoſcit de adulterio hujuſmodi, & per conſequens de inceſtu: quia una eſt conjunctio, nec ſeparari poteſt: quia reus exinde ex diverſis legibus accuſatur, ff. de accuſa. l. ſenatus. Sin autem inceſtus non committitur cum maritata (ubi non habet locum proprie adulterium, l. inter liberos, §. 1. ff. de adulte.) adhuc videtur dicendum, quod judex eccleſiaſticus cognoſcit de inceſtu quia illicitus, fornicarius, & prohibitus coitus vocatur adulterium, ut 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. Nec obſtat quod dicitur, ſi repetitur conceſſum in uno, in alio videtur prohibitum, quia non eſt eadem ratio in conceſſo ſeu permiſſo, ſicut in prohibito, alias ſecus, ff. de jud. l. cum prætor, & in gloſſa. Videtur enim eadem eſſe cauſa de inceſtu & adulterio: ergo idem jus videtur ſtatuendum, ratione prædicta, ut ff. de leg. 1. §. hoc interdictum. Bartholomæus de Capua.

In textu, ibi, judicandi. Nota hic, quod de cauſa adulterii cognoſcet judex eccleſiaſticus, & non ſæcularis, ut eſt caſus in Auth. mat. & aviæ. in §. ſcimus. Sed hoc habet locum quantum ad ſeparationem tori, & ad alia quæ pertinent ad eccleſiaſticum judicem de jure: alias quoad pœnam legitimam, pertinet ad ſæcularem judicem, ut notat Andreas de Iſernia in 10. collat. quæ ſint regalia, in verbo contrahentium inceſtas nuptias.

In fine ibi, coercendis. Sed an epiſcopus poſſit ſuis manibus percutere? & certe non, ut in Auth. de ſanctiſ. epiſc. §. neque, & dixit Jeſus Petro, converte gladium tuum in vaginam. Nec obſtat injuria ſibi facta, poteſt enim excommunicare, ut 20. q. 3. c. inter querelas, & C. de epiſcop. & cler. l. ſi quis in hoc genus, in verbo, non obtemperet. Ad prædicta adde Innoc. in c. tuæ extra de procur. Petrus de Monteforte.

In textu, ibi, ad judicium ipſius eccleſiæ. Multi credunt derogari juri communi per hanc conſtitutionem, quod nullo modo judex ſæcularis poſſet de adulterio cognoſcere: quod non eſt verum indiſtincte, ſecundum opinionem Modernorum, qui diſtinguunt: aut de adulterio agitur civiliter, ad tori ſeparationem, & tunc eſt cognitio judicis eccleſiaſtici, ut hic: Aut agitur ad pœnæ impoſitionem, & tunc ſpectat ad judicem ſæcularem: & ſic notat Innoc. in c. tuæ. de de procura. nam hoc caſu non poteſt judex eccleſiaſticus cognoſcere, vel judicare: quia talis judex non poteſt aliquem morti tradere, ut in prælleg. cap. dicitur. Et hæc diſtinctio locum habet in maſculo, cui pœna mortis imponitur, per l. quamvis. C. de adult. In adultera autem locum non habet: nam cum per jus Authenticorum ſit mutata pœna, ſcilicet, ut verberibus ſubdita in monaſterium detrudatur, ut in Auth. ut nulli jud. §. ſi qua. indiſtincte erit cognitor judex eccleſiaſticus, eo quod talis judex juſte poteſt talem pœnam inferre: nec enim eſt veriſimile, quod tam grave delictum voluerit Imperator per hanc conſtitutionem impunitum remanere. Item quia non eſt credendum, &c. l. ſi quando C. de inoffic. teſt. facit ſatis clare pro dicta diſtinctione quod notatur per Hoſt. in d. c. tuæ, & in titu. de adul. in ſumma. & per Andream de Iſernia in tit. quæ ſint reg. in verbo, contrahentium inceſtas nuptias. Petrus de Monteforte.

Quærit hic Judex Blaſius de Murcone ſub hujuſmodi tenore. Verum tu dubitaſti, ſi idem dicatur de adultera punienda, quod de adultero, dictum eſt per Andream de Iſernia in tit. quæ ſint regal. in verbo, contrahentium, & Innoc. in c. tuæ. de procur. Et Lucas de Penna a me interrogatus, ſic de verbo ad verbum reſpondit. Nonnulli, vel ignorantia pleni, vel faventes adulteriis, dicunt tale crimen ad eccleſiaſticum judicem tanquam mere canonicum pertinere, & potiſſime in Regno per hanc conſtitutionem, Majeſtati. Quibus bene reſpondetur per dicta Inno. & Dom. Andreæ de Iſernia in dictis locis: pro qua ſententia multi canones, & Doctores aperte loquuntur, & eſt expreſſum 23. q. 5. c. rex debet, & patet eadem cauſa, q. 4. c. ſi quos. Ubi etiam patet, quod contra adulterantes geritur bellum juſtum, ad idem 33. q. 2. c. interfectores, & hoc ſentit Arch. in ſuo Roſario, d. c. rex debet, facit tex. 32. q. 4. c. nemo. 2. q. 5. relegentes, & hæc eſt ſententia veritatis: licet contrarium notetur 32. q. 1. publico judicio, & Archid. in d. ca. rex debet, facit 32. q. 7. c. quid in omnibus, & eadem cauſa, q. 4. nemo ſibi blandiatur, & notatur per Hoſt. in ſumma de pœnit. §. & de quibus, ſub §. illud autem, verbo, octavum. His tamen, & aliis, quæ omitto, cum juſtitiæ ratione penſatis, apertiſſime liquet de ignorantia contrariam opinionem tenentium, & de ſumma juſtitia legum Codicis pœnam capitis ſtatuentium: & de parva, ut ſic loquar, aut voluptuoſa juſtitia legum novarum Juſtiniani, quæ mulieribus adulterantibus ingreſſum monaſterii deputavit, cum pœna ſit imponenda pro qualitate peccati. Et licet maſculus in his gravius, quam fœmina peccare noſcatur, propter ampliora dona virtutis: ex quo voluit in muliere mitigari pœnam ultimi ſupplicii, non tantum debuit ipſa mitigatio ſic deſcendere, ut mulierem adulteram in ingreſſu monaſterii decoraret: cum criminoſum non debeat dignitas comitari, ſed pœna. C. de decurionibus, l. pœna. Longe melius ergo in hoc ſtatuit conſtitutio Regni, jubens, ut adultera viro tradatur, qui uſque ad naſi truncationem ſæviat in eandem. Et ſi vir taliter in uxorem ſævire noluerit, eſt publice flagellandus: & nihilominus tali pœna adulteris punienda uxor: & ſic intelligenda eſt conſtitutio, legum aſperitate, quam per conſtitutionem Majeſtati noſtræ præſentem, quæ ſequitur illam non eſſe correctam dicendum eſt. Et hoc legi divinæ congruit, quæ mulierem adulteram lapidari jubebat, 33. q. 5. c. hæc

De lenonibus.

TITULUS LXXXIV.

Si aliqua mulier fuerit lena alicujus mulieris conjugatæ, vel alicujus filiæ ſuæ, vel ſororis ad fornicandum, patitur pœnam truncationis naſi: ſi autem alicujus mulieris honeſtæ fuerit lena, & illa propter lenocinium prædictum peccatum fornicationis commiſit: pro lenocinio prædicto legitima probatione convicta, pro primu vice fuſtigabitur: in libris impreſſis eſt, & ipſas in cognitione ſemel attentati facinoris in fronte ſignari: ſed in conſtituiene antiqua, ad pœnam, non ſunt iſta verba; pro ſecunda vice detruncabitur ſibi naſus. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDERICUS.

LEnas (*a*) ſollicitantes pudicitias uxorum, filiorum, ſororum, & poſtremo quarumlibet virginum, vel aliarum honeſtarum mulierum, quas vir bonus aliquis intra ſepta domus ſuæ tenere noſcitur, detruncatione naſi ipſas, tanquam adulteras, juxta divæ memoriæ regis Rogerii avi noſtri ſtatuta puniri cenſemus. Aliarum tamen mulierum animos (*b*) attrahentes, quæ velut ſui arbitrii exiſtentes a nemine cuſtode virorum voluntatibus & voluptatibus ſe dederunt aliquando, licet non eſſet juſte credibile, quod dare ſe vellent prima vice: quia talia perpetrantes, ſi fuerint legitima probatione convictæ, fuſtigari cenſemus, & ipſas in recognitionem ſemel attentati facinoris in fronte ſignari. Scituris firmiter lenis hujuſmodi, quod ſi attentaverint denuo reiterare commiſſa, detruncationis naſi pœnæ procul dubio ſubjacebunt.

De pœna matris filiam publice proſtituentis.

TITULUS LXXXV.

Illud, quod dictum fuit in conſtitutione Regis Rogerii, quæ incipit, Matres, quod ſi mater vendit filiam ad fornicandum, debeat puniri pœna truncationis naſi, non habet locum, ſi mater filiam ſuam, quam maritare non poteſt, cum voluntate ipſius ad peccandum carnaliter dedit propter paupertatem pro ſuſtentatione vitæ: quia hoc injuſtum, & ſeverum eſſet, ut puniretur neceſſitate cegente. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† *Alias, Idem.*

MAtres, quæ publice proſtituunt filias, pœnæ naſi truncati a divo Rege Rogerio ſtatutæ ſubjacere ſancimus. Alias etiam conſentientes, & filias, quas forte propter inopiam, nedum maritare, ſed etiam nutrire non poſſunt, alicujus voluptatibus exponentes, a quo & ſuſtentationem vitæ, & gratiam præſtolantur, pœnæ ſubjacere non tam injuſtum credimus, quam ſeverum. †

† *Alias, iniquum.*

De

De lenonibus. Rubrica.

(a) L*Enas ſollicitantes, &c.*

(b) *Attrahentes.* Scilicet adulationibus & ſuaſionibus, & propterea dicuntur mulieres ab hujuſmodi lenis venari, id eſt decipi promiſſionibus, ut in Auth. de lenon. circa principium & §. quia vero plurima. Item nota, quod jure Romano pœna lenonum eſt noviſſimum ſuſtinere ſupplicium, id eſt mortis, ſr. enim pecuniarum eos, &c. ut in Auth. de leno. §. præponimus.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

imago. Satis itaque arguendum videtor, ut mulier adultera, quæ per legem divinam lapidari jubetur, monaſterio ad corrumpendum ſanctas moniales deputetur. Sæpe namque malorum conſortia, &c. 28. q. 1. c. ſæpe, & not. in Auth. de mona. §. cogitandum, in fine. Nec enim incorruptus manere poteſt, qui corruptis ſociatur. 23. q. 4. cap. quiſquis. Sic qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam, Eccle. 13. & facit. C. de mal. & ma. l. 3. hæc Lucas de Penna. Judex Blaſius de Murcone.

Sed hic quæritur an convictus de crimine adulterii appellet, in l. prima. C. de rapt. virg. ibi, quibus, etſi appellare voluerint, probatur quod non, facit ff. de injuſto, rup. & irri. teſtam. l. ſi quis filium, §. hi. quod eſt hodie expreſſum in c. Romanus, de appel. in 6. Judex Blaſius.

Sed an conſcius, & principalis de raptu poſſint ſimul accuſari in eodem libello? rea. in d. l. 1. de rap. virg. in verbo, ceteros autem conſcios, innuit, quod non, de quo aliquantulum per Andream de Iſernia in conſtitutione, Pœnam capitalem. Judex Blaſius.

Sed an conſortes de una domo, vel genere, puta de domo Caraziulorum, poſſunt teſtificari pro uno eorum conſorte offenſo? dicunt Doctores in d. l. 1. per gloſſam in verbo, convicti, quod non: quia videntur teſtificari in cauſa eorum propria. Et eſt ratio: nam injuria facta uni, &c. l. 1. ff. de injur. & in materia l. ſi quis homicidii. C. de accuſa. facit, l. ſi quis in corrigendis, in principio, ibi, propinquus. C. de emendat. propinq. juncta l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confu. circa finem & in l. etiam. C. de teſt. Judex Blaſius de Murcone.

De pœna lenonum, alias, de lenonibus. Rubrica.

L*Enas ſollicitantes.* Facit differentiam inter lenam ſollicitantem mulierem, quam bonus vir tenet intra ſepta domus: & tunc lena punitur truncatione naſi, ſicut ipſa adultera, cui crimen tantum probatum eſt, ſupra tit. 1. l. 1. quia ſi depreheoſa eſſet in adulterio: tunc ad mortem, ſupra eo. l. ſi maritus, pro quo eſt ſupra l. 1. Et inter lenam attrahentem animum mulieris exiſtentis per ſe a nemine cuſtoditæ, de qua non eſſet injuſte credibile, quod dare ſe vellet voluptati virorum, quoniam alias ſe dederat. Hæc lena pro prima vice fuſtigatur, pro ſecunda vice truncatur ei naſus: & in hoc lenitur civilis juris aſperitas, quæ condemnat ad mortem, in Auth. de leno. in principio, & §. œconomus, ut hic in gloſſa.

De pœna matris filiam publice proſtituentis. Rubrica.

M*Atres.* Ad primam partem facit ſupra eod. l. 1. Ad ſecundam partem non eſt ita grave delictum propter famem conſentire proſtitutioni filiæ, quam & vendere poſſet propter hanc cauſam. C. de pat. qui fil. diſtrax. l. 2. non erit pœna naſi: ſed quin ſit alia pœna, non vetat, ad arbitrium judicis, ſupra l. 1. in fine, quia melius eſt omnia mala pati, quam malo conſentire.

De

De venditione liberi hominis.

TITULUS LXXXVI.

Si quis hominem, quem ſcit eſſe liberum, vendiderit, ſi poſſibile eſt, debet eum redimere de bonis ſuis, & ipſe efficitur ſervus regiæ Curiæ, reliquis ejus bonis publicatis. Si autem non ſit poſſibile redimere eum, venditor prædictus tradatur pro ſervo parentibus illius, quem vendidit, & bona ſua publicentur regiæ Curiæ: ſed ſi contingat quocunque modo, quod ille liber homo venditus redeat, venditor ille traditus pro ſervo parentibus, erit ſervus regii fiſci una cum filiis natis poſt perpetratum delictum plagii. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIUS.

QUi ſciens liberum hominem vendiderit, hac pœna legitima teneatur, ut ex bonis ſuis, ſi poſſibile eſt, venditus redimatur: ipſe vero maleficus Curiæ ſervus fiat bonorum ſuorum reſiduo publicato. Quod ſi non poterit redimi, pro ſervo tradatur parentibus venditi, bonis ſuis Curiæ addictis. Quocunque autem caſu venditus redeat maleficus Curiæ ſervus fiat, filiis etiam poſt hunc caſum naſcentibus Curiæ ſubjectis perpetuæ ſervituti.

De incendiariis.

TITULUS LXXXVII.

Qui doloſe domum incendit, capitis pœna plectatur, ut incendiarii. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† REX ROGERIUS.

† *Alias, Idem.*

QUi doloſe (*a*) * domum incenderint, (*b*) capitis pœna plectentur, velut incendiarii.

Qui

De incendiariis. Rubrica.

(a) QUi *doloſe*. Secus qui culpa, quia tunc eſt pœna, ut ff. de off. præ. in l. nam & ſal. §. 1. nec facile ſine culpa alicujus fit incendium, ut ff. de peri. & com. rei vend. l. ſi vendita.

ADDITIO. *Vide omnino. l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. ubi plene addiſ, & plura con. Alexan. & Bal. & Andr. in conſtitutio. ſuper inciſionibus.* Cæſar.

* ADDITIO. *Quid in domuncula, vide Bal. in l. 1. §. de executoribus, ff. nau. cau. ſtab. & Phil. Dec. in c. 1. extra de appel. nu. 2.* De Bottis.

(b) *Capitis*. Ut de incen. ruina, naufra. l. licere, §. qui data opera, & l. qui ædes, & ſupra de mat. clandeſt. l. ſuper inciſionibus.

Qui

ANDREAS DE ISERNIA.

De pœna vendentium liberum hominem. Rubrica.

QUi *ſciens liberum hominem*. Rationabiliter ordinavit hæc lex, ut qui vendit pro ſervo alium, ipſe fiat ſervus Curiæ, quod fecit ſemper expectet. C. de epiſ. aud. l. 3. & ſi non poteſt reddi liber homo, quem vendidit, tradetur pro ſervo parentibus venditi, & filii nati poſt plagium commiſſum erunt ſervi. C. de lib. & eo. libe. l. 2. ibi, filii etiam, &c.

QUi *ſciens liberum hominem vendiderit*. Rationabiliter ordinavit hæc lex, ut qui vendit pro ſervo aliquem, ipſe fiat ſervus, ut quod facit, ſemper expectet, ut C. de epiſc. aud. l. 3. Et ſi non poteſt rediens liber homo, quem vendidit, tradetur pro ſervo parentibus venditi. Et filii nati poſt flagitium prædictorum erunt ſervi, ut C. de lib. & eorum lib. l. 2. ibi, filii. Bartholomæus de Capua.

De incendiariis puniendis. Rubrica.

QUi *doloſe*. Debet incendiarius domus in civitate puniri ad mortem, ſi autem combuſſit alias res in civitate ſimiliter, maxime ſi homo incendio periit, ff. eo. l. qui ædes, ſi extra civitatem mitius punitur, de pœ. l. capitalium, §. inimicitiæ.

ADDITIO. *Adde l. ſi. ff. de incen. rui. naufrag. l. ſi quis dolo, ff. de ſicar. l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. c. peſſimam, 23. q. ult. gl. in c. cum devotiſſimam. 12. q. 2.*

Quare plus punitur in civitate quam extra? quia tunc poſſet majus periculum reſultare, quia poſſet tota civitas comburi. Vel verius jure Romano ſi homo incendio non periit, ſive extra civitatem, ſive intra, erit pœna arbitraria, ſed magis punietur, ſi in civitate, quam ſi in villa, & aliter punietur ſi precioſas domos combuſſerit, quam ſi unum vile palearē, aliter ſi eſſet vilis perſona, & qui conſuevit talia facere, quam alius, & ſic judex videbit qualitatem perſonæ, & delicti, ff. eo. l. ſi. & l. Pedius, nam licet ſtatuantur pœnæ certæ in hoc extraordinario crimine, ut d. l. ſi. tamen erit judicis arbitrio, quam ſtatuat, ff. de effr. l. 2. §. effractores. Extraordinarium eſt, quando homo non periit incendio, quia inter privata delicta numeratur, in l. 1. de privatis delictis, ponitur titulus de incendio, in quibus judex punit extraordinarie, ff. de priva. deli. l. fin. & de fur. l. fin. & ſic intellige, l. iſtam non eſſe iniquam, immo rationabilem, licet indiſtincte loquatur.

QUi *doloſe domum incenderint*. Incendiarius domus habitatæ punitur ad mortem: ſi autem comburit alias res in civitate ſimiliter, maxime ſi homo incendio periit, ff. eo. l. qui ædes, ſi extra civitatem mitius punitur, ff. de pœ. l. ob inimicitias. Ratio autem, quia in civitate majus periculum reſultat: quia poſſet tota civitas comburi. Vel verius jure hodierno, ſi homo incendio non periit, ſive extra civitatem, ſive intus erit pœna arbitraria. Sed magis in civitate, quam in villa: nam aliter punitur ſi pretioſas domus combuſſiſſet, quam ſi unum paleare, aliter ſi vilis perſona, cui convenit talia facere, quam alius, & ſic judex videbit qualitatem perſonæ, & delicti, ff. eo. l. ſi. & l. Pedius, licet ſtatuantur certæ pœnæ, & in hoc extraordinario crimine. d. l. ſi. tunc erit judicis arbitrio, quam ſtatuat, ut ff. de effrac. l. 3. contra effractorem extraordinarium exequendam, hodie non periit incendio, quia inter privata delicta numerantur, ut l. 1. de pri. delic. de incendio in quibus judex punit extraordinarie, ff. de pri. delic. l. ſi. & de fur. l. ſi. ſic intellige. l. iſtam non eſſe iniquam, ſed rationabilem, licet indiſtincte loquatur. Bartholomæus de Capua.

Qui ramum de alto projiciens, vel ſe præcipitans, hominem occiderit.

TITULUS LXXXVIII.

Qui de alto. hæc l. corrigitur per ſequentem. Lallus de Thuſcia.

† REX ROGERIUS.

† Alias, Idem.

QUi de alto (*a*) ſe ipſum præcipitat, & hominem occiderit, & qui ramum incaute projicit, & non proclamat, ſeu lapidem projicit, hominemque occiderit, pœnæ capitali ſuccumbat.

De pœna hominum alium occidentium diverſis ex caſibus.

TITULUS LXXXIX.

Qui ſe de alto præcipitat, vel ex alto aliquid incaute projecerit, & proinde occiderit aliquem, ſiquidem in loco habitali hoc contingit, per annum carceri mancipetur: ſi vero in campeſtribus hoc acciderit, ſacramento ab ipſo præſtito, quod tranſeuntem non viderit, eſt omni calumnia abſolutus, quod ſi ex prædictis in centum & decem diebus percuſſus non moriatur, omnes impenſas juſtas, pro ſe, & medico incaute projiciens reddere teneatur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDERICUS.

PŒnam (*b*) præcedenti ſanctione ſtatutam imperialiter mitigantes decernimus, Eum qui ſe de alto præcipitat, vel ex alto incaute aliquid projicit, & proinde occiderit aliquem: Siquidem in loco habitabili hoc contingat, per annum carceri mancipatur. Quod ſi hæc in campeſtribus acciderint, ſacramento ab ipſo præſtito, quod tranſeuntem non viderit, omni calumnia abſolutum ipſum eſſe cenſemus. Quod ſi ex prædictis percuſſus † minime moriatur, omnes expenſas juſtas, & † moderatas, quas in ipſa infirmitate fecerit, tam per ſe, quam pro † medicinis, incaute projiciens ei reddere teneatur. (*c*) Abſurdum enim in caſu iſto prævidimus punire æqualiter ſimplicem, & doloſum.

† Alias, in texta additur, centum & decem dies.
† Alias, neceſſarias.
† Alias, medico.
† Alias, de aleatoribus.

De his † qui ludunt ad dados, & ſpolia mortuorum accipientibus.

TITULUS XC.

Omnes, qui continue ludunt, & de ludo vivunt, quia nulli alii officio vacant, niſi in ludis: item omnes tabernarii, & omnes illi, qui in tabernis bibunt, & comedunt de continuo, ſicut in propriis domibus: item omnes illi, qui dados, & aleas tenent, & alii commodant ad ludendum, per iſtam conſtitutionem facti ſunt infames, ita quod non poſſunt facere teſtamentum, nec poſſunt eſſe teſtes, nec ad aliquod officium publicum ſunt admittendi, & iſta conſtitutio comprehendit etiam Judices, Advocatos, & notarios publicos, & etiam milites equeſtres: nam ultra quod efficiuntur infames, & inhabiles ad teſtimonium ferendum debent perdere officium

---

Qui ramum de alto projiciens, &c. Rubrica.

(a) QUi de alto. Corrigitur infra l. proxi.

ADDITIO. *Vide per eam ſupra in conſtitutione, terminum vitæ.* Cæſar.

De pœna hominum alium occidentium, &c. Rubrica.

(b) PŒnam. Centum, & decem diebus percuſſos, quaſi dicat ſi percuſſus morietur infra centum, & decem dies a ſuæ percuſſionis tempore numerandos, conjectura, & præſumptio eſt, quod ſit mortuus ex illa percuſſione, & ſic tenetur, ut ſupra poſuit, tanquam de occiſo: ſed ſi poſt centum & decem dies, tunc teneretur tanquam de vulnerato, quaſi non ſit amodo conjectura propter temporis diuturnitatem, quod ex illa percuſſione defunctus ſit. Alibi dicitur de ſpatio 8. menſium, quod infra hoc tempus mortuus præſumatur ex illa percuſſione defunctus, ut extra de cleri. percuſſo. cap. 2. Alibi dicitur de triduo, ut 50. di. ſi qua fœmina. Alibi dicitur de anno, ut in Lombar. de pla. & comp. li. homi. cap. in omnibus iſtis plagis, ubi de hoc in ſumma Car. Sed de jure Romano quando vulnus eſt mortiferum, etiamſi poſt longum tempus moriatur, præſumitur mortuus ex illo vulnere, ut ff. ad legem Aquiliam. l. ait lex, & l. huic ſcripturæ, licet alias hujuſmodi interpretatio, ſive diſtinctio dierum repellatur, ut C. de emendatio. ſerv. l. una, in principio.

(c) *Abſurdum*. Concord. ff. ad legem Corneliam. l. in lege. Et nota, quod quis delinquit altero de tribus modis. Aut propoſito. Aut impetu. Aut caſu, ut ff. de pœnis. l. reſpiciendum, §. delinquit, & ibi plene de hoc in gloſſa ordinaria, & in hac eſt exemplum, quando caſu. De quo dic plene, ut in ſumma de pœn. in principio.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De pœna projicientium ſe de alto, &c. Rubrica.

QUi de alto. Hæc lex corrigitur, & diſtinguitur per ſequentem. Idem.

De occidentibus. Rubrica.

PŒnam. Diſtinguit, & bene ſumitur ex l. ſi putator, ff. ad l. Aquil. ponit hic gloſſa de vulnerato mortuo poſtea per quantum tempus præſumatur mortuus ex vulnere. Iſtam materiam plene diximus ſup. in 1. lib. de homic. l. terminum. Item nota, quod expenſas infirmitatis, & medicorum debet ſolvere projiciens incaute, quia non debent puniri æqualiter doloſus, & ſimplex, immo in diverſis, quia in uno eſt dolus, in alio eſt culpa. Dolus præponderat culpæ, ff. ad l. Aqu. l. item ſi obſtetrix, in fine.

De

Digitized by Google

cium, & milites privilegia militaria. hoc dicit. Matthæus.

† Alias, Idem.

† IMPER. FREDERICUS.

MOres (*a*) * diſſolute viventium interpoſitæ pœnæ formidioe ad frugem melioris vitæ reducere cupientes: Statuimus eos, qui ad dados, ſie ex quadam conſuetudine ludunt, & in ludo ipſo continue converſantur, ut nulli alii vacent officio, de quo vivant; Tabernarios, etiam qui tabernas, velut naturales lares, & proprios elegerunt; Eos etiam (1) qui oleas, & dados tenent, ut eas prædictis ludentibus commodent, inter infames haberi, ita, ut nec ad teſtimonium, nec ad officium aliquod publicum admittantur. Judices etiam, & advocatos, & notarios publicos, qui hujuſmodi vilem, & ſordidam vitam ducunt, infamia prædicta notatos, a ſuſceptis etiam officiis in perpetuum volumus omoveri. Poſtremo etiam milites, quos ſaltem equeſtris dignitatis decus deberet a talibus coercere, ſi famæ ſuæ prodigi, & pudoris ignari ad vilitatem hujuſmodi deduxerint vitam ſuam, in perpetuum o teſtimonio ſubmovemus, ab eis judicia etiam, quam viris militaribus ſunt conceſſa, in perpetuum abdicantes.

De blaſphemantibus Deum, & Virginem Mariam.

TITULUS XCI.

Quis debet puniri in membro, quo deliquit contra Deum, vel beatam Virginem glorioſam matrem Dei & hominis; mutilatione linguæ debet puniri. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS.

† Alias, Idem.

BLaſphemantes (*b*) ** Deum & Virginem glorioſam linguæ maliloquæ mutilatione punimus.

De

De his qui ludunt ad dados, &c. Rubrica.

(a) M*Ores. Proprios elegerint.* Nota contra illos, qui ſic expendunt ſua in potionibus, & ebrietatibus, ut hic, & in Authen. de conſu. §. ſi enim hoc egerint, & C. de adulteriis. l. quæ adulterium. & facit in Auth. de nup. §. jucundum, & Inſt. de ſen. con. Clau. ad finem.

Additio. Mores. *Vide ſuper hac conſtitutione Parid. de Puteo in tracta. ſyndic. in verbo, inquiſitio. char. 56. & conſtitutionem ſupra, Hi qui.*

* Additio. *Vide contra luſores, Grammat. in deciſ.* 11. & 40. De Bottis.

(1) Additio. Qui aleas. *Adde an facientes aleas, & vendentes teneantur ad reſtitutionem, vide Joan. Baptiſt. de Caccialupis in tract. de Lud. queſtio. decima.* Superantius.

De blaſphemantibus. Rubrica.

(b) B*Laſphemantes. Linguæ.* Imo videtur de jure Romano quod ultimum ſupplicium patiantur, ut in Authent. ut non luxur. contra natoram, collatio. ſexta. Econtra blaſphementes notat & pejuros, ut hic, & infra l. proxima, & C. de aleato. lu. lo l. Græca, alearam uſus: &c.

** Additio. *Vide Modernos in c. regni, ab illo, nume. 49. & omnino Grammat. deciſ. 50. ubi quando quis dicatur blaſphemare, & quomodo practicetur pœna impoſita per hanc conſtitutionem, vide etiam Bov. in deciſ. 301.* De Bottis.

De

ANDREAS DE ISERNIA.

De ludentibus ad azarum, & mortuos ſpoliantibus. Rubrica.

M*Ores diſſolute viventium.* Hæc lex raultura frequeotatur in quotidiano judiciorum uſu contra illos, qui ludunt ad dados ex conſuetudine.

Additio. *Adde Jo. Bapt. de Caccialup. Conſtan. & Paridem de Puteo in ſuis tractatibus de Ludo.*

Et contra eos, qui tabernas elegerunt, ſicut domos proprias. Nec noo qui commodant aleas, & dados ludentibus, quia propter vilitatem eorum etiam a teſtimonio repelluntur. Puniuntur etiam ſimilis vitæ milites, quos equeſtris dignitas, &c. Quid ſit equeſtris dignitas? dic, ut C. de eque. digni. l. 1. lib. 12. Semper inſpicitur conditio teſtis, l. 3. eo. Militibus etiam prædictis militaria privilegia denegantur, ſic ſupra, de his, qui io urbe mili. l. 1. quæ privilegia ſunt in l. univerſis, de off. Juſti. & l. proſequentes de teſt. contra Comites, & Barones.

M*Ores diſſolute viventium.* In textu velut naturales lares. Sed quid in tabernariis, & luſoribus noſtrarum partium, qui exercent tabernas, & ludum, & nihilominus eorum propria negotia in eorum domibus (ut alii burgenſes) gerunt? & videtur in his hanc conſtitutionem locum non habere, cum loquatur de tabernariis, qui tabernas, ut naturales lares, & proprios elegerunt, & de luſoribus, qui continuo converſantur in ludo. Et ſic ad iſtos non trahetur, qui licet ſint tabernarii, in aliis propriis ſuis agendis operara dant, argumen. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. nihil, ff. de jure dotium, l. 2. §. furioſi. & quia iſta conſtitutio eſt odioſa, propterea non extendenda. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſoluto matrimonio. In textu infames. De jure communi videtur, quod non ſint infames, ut ff. de decur. l. eos, licet a teſtimonio repellantur, argumen. l. humilem. C. de inceſt. nupt. & no. in Auth. de teſtibus §. ſancimus, lo 1. in gloſſa not. Bartholomæus de Capua.

De blaſphemantibus Deum. Rubrica.

B*Laſphemantes.* Lingua puniuntur, qua deliquerunt, per hoc quod peccat quis, per hoc & torquetur. Sapien. 20. & C. communia de ſucceſſio. authentica, omnes peregrini.

Additio. *Adde §. & quoniam, in Auth. ut non luxur. contra natur. colla. 6. & in §. auctoritas, juncta gloſſa de pœn. diſt. 4. Doct. in c. ſtatuimus, de elect. per Abb. & Doct. in cap. 2. de male. Et an blaſphemans etiam intervallo temporis, toties poſſit accuſari, & condemnari, quoties blaſphemavit? vide per Barth. Capol. in conſil. crim. conſil. 77. incip. viſa inquiſitione formata per poteſtatem Montisfiluss.*

Sed an blaſphemans ſit infamis? videtur quod ſic: quia poſiti, ſupra l. prox. ita graviter delinquunt, ſicut perjuri. Verius videtur, quod non, niſi condemnatus ſit de blaſphemia, nam hæc conſtitutio punit ad linguam, non dicit, quod ſit infamis, ſi voluiſſet dixiſſet. C. de caduc. tol. l. 1. §. pen. & edictum de infamibus prohibitorium eſt, ut quilibet ſit bonæ famæ, niſi prohibetur, ſicut edictum de teſti. ff. de teſti. l. 1. ex qui. cau. ma. l. necnon, §. quod bellum. Satis ordinare puniontur infames ipſo jure, ff. ex quibus cau. infa. irro. l. 1. per totam, hic non continetur. Licet autem jurare per Deum, & perjurare inducat infamiam, & blaſphemare ſit plus, quam perjurare.

Additio. *Adde glo. in l. Lucius, ff. de his qui notan. infamia. cap. quicunque, 7. queſt. 1. glo. in cap. querelam, de jurejur. Doct. in cap. teſtimonium de teſtibus.*

Hoc

De perjuriis.

TITULUS XCII.

Qui convictus eſt de perjurio doloſe commiſſo in præjudicium alterius, ſive in judicio, ſive extra judicium, punitur pœna amputationis manus. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDERICUS. † *Alias, Idem.*

EOs, qui (*a*) ſcienter * perjurant in judiciis, aut extra judicia, detruncationem manus volu-

De perjuriis. Rubrica.

(a) E*Os, qui ſcienter.* Conc. in Longobarda, de perjuriis. l. de eo. Et nota, quod hujuſmodi perjurus non poteſt eſſe teſtis, ut in Long. de teſt. l. ut qui ſemel, & qualiter quis ſe def. de. l. ut infantes, nam eſt infamis, ut in Longobarda, de perju. ut qui ſe perjuraverit, & ſic repellitur a teſtimonio, ut ff. de ſcna. l. Caſſius, & ff. de his qui notan. infa. Lucius, & quod ibi notatur gloſſa ordinaria, & facit extra de teſt. c. ſicut nobis, in fine.

ADDITIO. *An perjurus perdat cauſam. Saly. in auth. ei qui jurat. C. de bo. auth. jud. poſ. & plene de hac materia per Felyn. in cap. ex parte, in verbo, perjurus, extra de reſcr. Ang. in tracta. malef. in verbo, falſario, in l. ſi quis major. C. de tranſac. ubi quas pœnas incurrit.* Cæſar.

* ADDITIO. *An pro perjurio poſſit judex procedere ex officio,*

ANDREAS DE ISERNIA.

Hoc non concludit, quia pejus, & criminoſius eſt homicidium facere, & non infamat eo ipſo, quod non ſervat tempus luctus, quod quidem infamat. Jus ſcriptum loquitur de uno, non de alio.

B*Laſphemantes Deum.* Blaſphemans Deum efficitur infamis, ut in Authen. ut non luxuria circa principium, & ſic videtur, quod poſſit a teſtificando repelli, quod poteſt adjuvari per l. quiſquis. C. ad legem Jul. majeſt. ubi blaſphemantes principem, ergo multo magis Deum, & non eſt dubium de jure canonico, de jure autem noſtro non reperitur bene cautum, & ideo quidam dicebant, quod non repellitur a dignitate, ut C. de dign. l. a. lib. 12. quia ejus opinio non gravatur inter bonos homines, & ideo dicebant non repelli a teſtimonio. Sed vide quod no. extraudin. In l. fi. C. ex quib. cau. infa. irro. & ff. de teſti. l. 3. §. Jul. Nicolaus Ruffus.

De dejerantibus. Rubrica.

E*Os, qui ſcienter.* Punitur perjurus ſcienter ad manum, ſive in judicio, ſive extra perjuret. Sed nonquid Judæus jurans per legem ſuam, & dejerant teneatur ad hanc pœnam? videtur quod ſic: quia ſtatur in tali ſacramento eorum. ff. de jurejur. l. non erit. §. divus, pro quo eſt. C. de Judæis l. Judæi. Et licet perjurium ſolum Deum habet ultorem, intelligendum eſt de ſacramento non pertinente ad præjudicium alicujus, ut dixit Jo. 6. q. 1. quicunque, & no. C. de jurejur. l. jusjurandi religio. Sed ſi ſacramentum, per quod fuit perjurus, fuit alii nocivum, negotium deciſum ex ſacramento tali non retractatur, ex quo fuit ſibi delatum. Sed perjurus ſcienter debet puniri, ut hic, & ff. de crim. ſtellion. l. fi. de jurejur. l. 1. Unde ſpectabitur ad quid agitur in illo, ſcilicet, actu & negotio deciſo: nam teſtis perjurus in civilibus punitur. C. de teſtibus l. nullum. Hæc videtur veritas, quicquid dictum eſt ſupra de exordiis & præparat. judiciorum. l. edicto. & in titu. de conlnet. recti. ſeu. §. ſacramentum. Sed quia crimen ſtellionatus, quo tenetur perjurus, eſt privatum delictum: non accuſabitur de perjurio, niſi ab illo, cujus intereſt, niſi coram judice perjuretur, ut d. l. nullum. 2. q. 1. Deus omnipotens. §. quando. Quid ſi juravit † Titius, & perjuravit, an heres Titii accuſetur de perjurio? videtur quod ſic, quia ſi defunctus jurat, perinde eſt ac ſi heres juraſſet, qui videtur eadem perſona cum jurante teſtatore, in Auth. de jurejur. a mor. præſt. in prin. Sic econtra, cum juratur defuncto, videtur jurari heredi, quia & promiſſio facta defuncto, videtur facta heredi. ff. de probationibus, ſi pactum, in fine. Verius videtur quod non: quia pœnales actiones civiles ex maleficiis deſcendentes dantur heredibus, ſed non competunt ad vindictam, Inſtit. de perp. & temp. act. §. ſed heredibus, & ſic actio civilis furti pro duplo, vel quadruplo datur heredi; & ſi eſſet mota per defunctum tranſiret in heredem multo fortius: quia non mota, etiam heredi datur. ff. de actio. l. ex judiciorum, in fine. At criminales accuſationes etiam ex publicis judiciis non dantur heredi, dicit gloſſa C. de delic. defunc. l. 1. in fine magnæ gloſſæ, nam & mota extinguetur morte. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. l. fin. Unde ſi defunctus poterat te accuſare de homicidio. l. Corn. de ſicariis, heres ejus non habebit accuſationem defuncti extinctam per mortem: etiam ſi mota fuiſſet, ſed ex ſua perſona poſſet heres, quia & quilibet de populo poſſet. Idem in privatis delictis innuit gloſſa, d. l. ex judiciorum. in fine. De perjurio eſt crimen ſtellionatus. ff. de crim. ſtellion. l. fi. non publicum. C. eod. l. 3. ſed extraordinarium. ff. de crimin. ſtelliona. l. 2. Accuſationem ergo ad pœnam corporalem infligendam competentem defuncto, heres non habet in perjurio, quia extincta eſt morte: etiamſi mota fuiſſet ex ſua perſona, non autem ſi perjuretur poſtquam eſt heres: quia non eſt crimen publicum, nec ſibi, ſcilicet, heredi juratum fuit: ſicut de furto facto Titio heres non accuſat criminaliter, ſed civiliter aget ad duplum, vel quadruplum pro eo, quod intereſt ejus. In criminali non dicitur intereſſe, quia ſatisfit animo ſævienti. ff. de ſervis expor. l. ſi venditor, quamvis hoc non ſit in principali, cui juratum, & perjuratum eſt: debet ergo dari ei, cujus intereſt, ſcilicet, actio civilis ad rem petendam, vel ad pœnam pecuniariam exigendam. Sed criminales dantur cuilibet, ſi ſit publicum crimen. Alias illi, in quem peccatum eſt, non heredi, cui etiam civilis non daretur, ſi competit ad vindictam. d. §. ſed heredibus cum concor. Juramentum illud, de quo dicitur in Auth. de jurejur. a moe. præſti. non eſt in perniciem alicujus de propria ſua ſubſtantia. Juravit teſtatur, oportet quod heredes ſtent ei, quod dixit & juravit defunctus: quia in re propria quilibet etiam ſine juramento diſponit, ſicut vult. C. mand. in re mandata.

† ADDITIO. *Vide Capic. deciſ. 75. ubi etiam, quid ſi accepit juramentum, pro ſe, & hered. & an heredes jurantis pro ſe & heredibus ligentur juramento, vide Fely. in c. cum ſit generale. 6. col. C. limit. de foro comper. & D. Aff. in deciſ. 381. in fi. & Guid. deciſ. 414. & an heredes teneantur de perjurio, vide Pau. de Caſt. in l. ſi quis pro eo. 2. col. ff. de fidejuſ. & in Auth. quod obtinet. C. de probat. in l. fina. verſ. ſed hoc incidenter, in 1. col. C. de pact. & Innoc. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqu. hered. Baver. in tract. de virtu. juramen. num. 48.* De Bottis.

E*Os, qui ſcienter.* Vide ad intellectum, quod notatur per Andream in conſtitutione regni, Pœnam eorum, & per Inno. in c. cum ſuper, eod. de confeſs. de ord. cog. c. 2. de accuſ. c. qualiter & quando, per Spec. in tit. de teſtib. §. 1. verſi. quid ergo ſi per modum exceptionis, vel replicationis, extra de jurejur. c. fi. in 6. Petrus de Monteforte.

In textu manus. Nota, quod perjurus puniretur pœna manus, ut hic. Sed an poſſit redimere manum? dic quod ſic, videlicet, ſolvendo unam libram auri puriſſimi: ut eſt gloſſa in conſtitutione regni, Summo pericu-

Digitized by Google

volumus ſuſtinere, niſi ipſorum perjurium in crimen læſæ majeſtatis inciderit, in quo jura vetera, & Divorum Principum inſtituta ſervamus.

Qui † hominem occiſum ſpoliaverit.

† *Alias, de ſpoliantibus hominem, obitum vel occultum.*

TITULUS XCIII.

Qui ſpoliat hominem mortuum habentem aliquas veſtes, ultra pœnas impoſitas a jure communi, debet ei manus amputari. hoc dicit. Matthæus.

† *Alias, Idem.*

† IMPER. FREDERICUS.

SI (*a*) quis aliquem occiſum, vel obitum forte repererit, vel ad quem ſpecialiter ſe forte contulerit, ſpoliare attentaverit, aut nudum, aut verecundum reliquerit, mutilatione manus ipſum volumus eſſe plectendum. Pœna, quæ in violatores ſepulcrorum, & eis violatis cadavera ſpoliantes veteribus legibus eſt ſtatuta in ſuo robore permanente.

De vitatione jactantiæ.

TITULUS XCIV.

AD (*b*) laudem, & gloriam Dei noſtri ſub ſpe divini favoris opus inceptum, & ejuſdem gratia proſequente completum, univerſitas noſtra recipiat, quæ auguſtalis nominis titulo præ-

officio, vide Moder. in c. regni, ſive quis forjudicetur, nu. 20. fol. 145. & ibi an perjurus poſſit forjudicari, & an procedatur ex officio, vide ca. regni, ad audientiam, in fi. fol. 176. Quid ſi perjurium eſt commiſſum extra regnum, an puniatur hac pœna, vide Affl. in c. 1. §. ſi quis hominem, verſ. nota ſecundo, num. 25. de pace tenen. De Bottis.

Qui hominem occiſum ſpoliaverit. Rubrica.

(a) SI *quis aliquem occiſum*. Alibi ponitur obiter, ideſt velociter, vel ſtatim, ut ff. de origi. juris, l. 2. ad fi. ff. de reſciod. vend. l. 1. in fi. ſed hic ponitur obitum, ideſt, in via.

De vitatione jactantiæ. Rubrica.

(b) AD *laudem*. Conſurgat, ſopra de offic. Juſt. l. cum circa. Marinus.

* Ad-

ANDREAS DE ISERNIA.

riculo, ſupra de campio. in verbo, ſuccumbat, & in Longobar. de teſt. l. 1. & in tit. de perjur. l. 1. per Carolum. Quæro an contra perjurium poſſit ex officio procedi? dic quod poteſt, ut in c. regni, ad audientiam, in fina. Quæro, aliquis juravit ſolvere ad certum diem, non ſolvit, pejeravit: poſtea ſolvit, purgatur juramentum, ſeu ſacramentum, quia redit ad veritatem. Ita notat gloſſa in c. apud miſericordem, 32. q. 1. & ita eſt in pœna conventionali, ut in d. gl. no. & in l. ultra, ff. de arb. facit quod notatur in l. Celſus, ff. de arb. quæ loquitur in pœna. Et intellige prædicta jura ante litem conteſtatam: poſt vero litem conteſtatam non habet locum, nec purgatur: & pro hoc vide ritum Magnæ Curiæ Vicariæ. Quæro an paupertas excuſet a perjurio? dic ut extra de jurejur. c. querelam, pro quo ff. de colla. bono. l. 1. §. ſi cum duobus, arg. C. de ſer. fug. l. quicunque, ff. de verb. obl. l. continuus, §. quid ergo. Nec obſtat hæc conſtitutio generaliter loquens, quia intelligitur ſecundum jus commune: arg. l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. Nec enim videtur dejerare, &c. ff. qui ſatiſd. cog. l. fi. & neceſſitas excuſat. ff. de offic. conſul. l. 1. quæſito. extra de fur. c. ſi quis propter, argum. contra in l. palam. §. 1. ff. de ritu nupt. Quæro, pro perjurio quæ pœna ſtatuatur de jure canonico? dic quod ſi agatur criminaliter, eſt deportatio, ut 30. diſt. c. criminis appellatio. ſi vero agatur civiliter, fit ſuſpenſio officii, & beneficii perpetua amiſſio, extra de jurejur. cap. querelam, & c. tua. & c. 2. de fidejuſſoribus. Quæro, juravi me ſoluturum in certum diem & non ſolvi, an poſſim accuſari de perjurio criminaliter? ad hoc poteſt diſtinguere, quia aut non ſolvi, quia nolui, & tunc indubitanter poſſum accuſari: cum ex contumacia ego ponendus ſim, ut hic: aut non ſolvi, quia non potui: & tunc ſubdiſtinguo, aut impeditus per caſum fortuitum, qui ſunt, ff. ſi quis cau. l. 2. aut propter paupertatem, ſiquidem per caſum fortuitum, & tunc excuſatus ſum, ut d. qui ſatiſd. cog. l. fi. Si vero per paupertatem, ſiquidem accidit paupertas caſu, vel neceſſitate, & tunc etiam ſum excuſatus, prædicta ratione: ſi vero per factum meum, puta propter delictum, vel alio modo, tunc non debeo excuſari, ne ex meo dolo lucrum ſequar, vel pœnam evitem, quod eſſe non debet, ff. de interd. & releg. l. relegatorum, §. ad tempus, & ff. de neg. geſt. l. ſive hereditaria. Sed quicquid dicatur, obſtat, ff. de verb. ob. l. continuus, §. illud. ubi fit differentia inter eum, qui non habet, vel poteſt habere præ manibus, vel quia non poteſt, alia ratione impeditus. Bartholomæus de Capua.

Sed pone quæſtionem, quam habui de facto, promiſi, & juravi certo die pecuniam præſtare, & deinde poſt ipſum diem ad omnem ipſius creditoris requiſitionem: Quæro, utrum perjurium poſſit dici commiſſum per debitorem, tunc quando requiritur ut det, & non dat? & per l. quod dicimus, in fine, ff. de ſolu. & l. promiſſor. ff. de conſt. pecc. & l. ſi quis filium, ff. de coll. bono. fuit determinatum quod non: nec tamen debet venire cum ſacco parato creditor, unde dicitur perjurus debitor poſt lapſum decem dierum a die requiſitionis: & ita tunc judex Bernardus de Auferio de prædicta quæſtione conſultus, reſpondit. Petrus de Monteforte.

Sed vide c. ſi peccatum, 22. q. 2. & c. apud miſericordem judicem, & vide Bar. in l. cum ſtipulatus, ff. de verb. obl. ubi dicit, quod eſt in mora ſtatim elapſo die. Sed an ſi nec principalis, nec heres ejus ſolvit in termino, heres ſit perjurus? dic quod non, ut optime probatur in l. generaliter in principio, ibi, cum multum diſcrepat. C. de reb. cred. Bartholomæus de Capua.

Conſtitutio iſta dicit, quod qui dejerat ſcienter punitur ad manum: Sed quid ſi unam tantum manum habet? dic quod punitur in ea, quam habet, argum. ff. de contrah. empt. l. ſi. emancipatinae, §. pen. Sed quid ſi nullam habet? dic quod punitur arbitrio judicis, ut C. ot intra cert. temp. l. 2. Sed quid ſi duas habet, quæ amputabitur? Dic quod validior. ff. de pœ. l. interpretatione. Bartholomæus de Capua.

Qui hominem occiſum ſpoliaverit. Rubrica.

SI *quis aliquem*. Punitur ad manum, qui ſpoliat occiſum, nec tollitur pœna communis juris introducta contra violatores ſepulcrorum. Et ſic pœna iſta priſcæ ſeveritati accedit. C. de ſepulc. violato, l. 4. in fine.

SI *quis aliquem occiſum*. Nota quod qui mortuum ſpoliat, ad manum punitur, & poteſt eſſe ratio, quia quodammodo injuriam ſibi facere videtur. Et ſic nota, quod cadaveri fit injuria, ff. de injuriis, l. 1. §. injuriarum, & fit etiam vis, ut ff. de vi publ. l. fin. fit etiam dementi, ut C. de hæret. l. Arianus, §. Manichæis. Fit etiam injuria mortuo, Inſtit. qui manumit. poſſ. §. 1. & no. C. de infam. l. nemo. Bartholomeus de Capua.

Excuſatio auctoris Deum præponendo. Rubrica.

AD *laudem*. Non enim boni viri ad mundanam laudem, ſed Dei, qui ſummus eſt, ſecundum Aug. 1. de civi. Dei, condunt libros, aut alia bona opera faciunt,

præſignatur in reverentiam ſerenitatis auguſtæ, & honorem Regiæ dignitatis. Accipite gratanter ò populi, Conſtitutiones iſtas, tam in judiciis, quam extra judicia potituri. Quas per magiſtrum Petrum de Vineis * Capuanum, Magnæ Curiæ noſtræ judicem & fidelem noſtrum mandavimus compilari. Nec ſubſequentis ſæculi poſteritas præſentium conſtitutionum librum compilaſſe nos exiſtimet, ut famæ tantummodo ſerviamus, ſed diebus noſtris temporum præteritorum injuriam, quibus juris lingua ſubticuit, deleamus, ut in novi Regis victoria novella juſtitiæ propago conſurgat.

ACtum in ſolemni conſiſtorio Melfienſi, Anno Dominicæ incarnationis MCCXXI. alias, XXII. menſe Auguſti, indictionis quartæ.

Inſinuatum vero menſe Septembris ſequentis, quintæ indictionis, Amen (1).

---

* ADDITIO. *Vide, cujus conditionis & qualitatis fuerit hic Petrus de Vinea, per Dantem in XIII. Cantu primi Cantici inferni: nam ignobilis, & viliſſima gente fuit, licet nobilis ingenio & doctrina. Hic Petrus de Vinea poſt annum 1236. ab hoc Frederico fuit oculis privatus ſub ſpecie rebellionis, licet non veræ, ſed ut caperet ejus bona, & exiſtens carceratus in turribus Capuæ ſe projecit ab alto & mortuus fuit.* De Bottis.

(1) ADDITIO. Amen. *Adde quod iſta dictio, Amen tria ſignificat. Prima dicitur ſine defectu, ut eſt gloſſa in verbo, Amen. in c. & ſi Chriſtus de jurejuran. Secundo dicitur verum eſt, ut eſt textus in cap. revera, de conſecrat. diſtinctio. 2. Tertio loco dicitur in efficies, ideſt, fiat, fiat, ut per Archidiac. in cap. conſuluiſti, ſecunda quæſtio. quarta, idem Archidiaco. in cap. ſedula. 37. diſtinct. & Abb. in dicta cap. & ſi Chriſtus.* Superantius.

ANDREAS DE ISERNIA.

faciunt, licet hæc per ejus ſcientiæ memoriam, & teſtimonium proferant, & in maximam & æternam memoriam proferantur. C. de quaſt. l. Divo Marco, in fine. Unde Vegetius lib. 2. c. 3. Cato ille major, cum armis victus eſſet, & conſul exercitum ſæpe duxiſſet, plus ſe reipublicæ credidit profuturum, ſi diſciplinam militarem conferret in litteris. Nam unius ætatis ſunt, quæ fortiter fiunt: quæ vero pro utilitate reipublicæ ſcribuntur, æterna ſunt, &c. Andreas de Iſernia.

AD *laudem & gloriam*. Nota quod princeps vocat ſubditum fidelem, & ſic ei ſcribit. Papa autem fratres vocat & filios Archiepiſcopos, & Epiſcopos. Alios autem indifferenter vocat filios, alias litteræ eſſent falſæ, ut extra, de falſ. cap. quod grave, & C. de ſumma Trinit. l. inter claras. Quando autem credatur litteris epiſcoporum, & aliorum, dic, ut no. ** q. 1. c. pure, & extra, de probat. c. poſt ceſſionem, & C. de epiſ. & cler. l. ſi quis per calumniam. Bartholomæus de Capua.

Notarium qui aliquem eſſe aſſerit, probat, in com. col. 1. §. Alii moderni. 148

Notarius ad contractus creatur perpetuus, ad acta juſtitiæ ad annum, ſicut judex, in com. col. 1. §. Secundo limitat. 163

Notarius aliquo modo in officio ſuo delinquens, utrum poſſit, amodo officium exercere, in com. col. 2. §. Judices ubique locorum. 164

Notarius debet conficere ſchedam, ſeu abbreviaturam inſtrumenti, & notare in protocollo, ſine requiſitione, in com. col. 1. §. Neceſſitate. 139

Notarius & judex ſervantes prohibitionem injuſtam non conficiendi inſtrumentum, puniuntur. ibid.

Notarius ex ſuo officio tenetur conficere ſchedam, & protocollum, in com. col. 1. §. In textu, neceſſitate. 141

Notarius non faciens imbreviaturam de contractu, de quo rogatur, an teneatur parti ad intereſſe, & ſit puniendus, in com. col. 1. §. In textu, neceſſitate. Ibid.

Notarius nunquid compellatur iterum conficere inſtrumentum ex protocollo, ſi fuerit amiſſum, vel ſi fuiſſet inveteratum, in com. col. 1. §. In gloſſa. 140

Notarius præciſe tenetur, & cogitur conficere inſtrumenta, ſi rogetur, in com. col. 1. §. Neceſſitate. 139

Notarius publicus ſi falſum inſtrumentum condat, pœna capitis punitur, ſed ſi facit inſtrumentum de contractu prohibito, amittit officium notariatus, & infamis efficitur, & pœna manus punitur, in com. col. 2. §. Judices ubique locorum. 164

Notarius quamvis teſtis ſit, non tamen convertitur, quod teſtis ſit notarius, in com. col. 2. §. Quamvit notarius. 378

Notarius qua ſolemnitate debet recipere ſchedam alterius notarii mortui, & in publicam formam redigere, in gloſ. col. 2. §. Schedam eandem. 139

Notarius qui conficit inſtrumentum inter Judæos, an debeat in eo apponere nomen Domini Jeſu Chriſti, in gloſ. col. 1. §. Additio in nomine. 186

Notarius, qui non facit abbreviaturam de contractu, de quo rogatur, an puniatur, & an teneatur parti ad intereſſe, ſi notarius ſteris per magnum tempus, & oblitus eſt, ita quod contractus probari non poteſt, in com. col. 1. §. Neceſſitate. 139

Notarius relevans inſtrumentum auctoritate judicis ordinarii ex protocollo alterius notarii mortui, quibus verbis uti debeat in ſubſcriptione, & ipſius inſtrumenti publicatione, in com. col. 2. §. Quando autem. 140

Notarius ſcribit acta judicii, & in ejus defectu ſcribunt duo viri idonei, & fideles, quorum unus ſcribit & alter ſe ſubſcribit: & quibus verbis concipere debeat ſubſcriptionem, in gloſ. col. 1. §. Proponat. 241

Notarius ſi ſit fide diminutus, & ſubſcribit inſtrumentum alter notarius idoneus, vel ſubſcribatur teſtis unus idoneus cum non idoneo, an ſuppleatur defectus, in com. col. 1. §. Additio. De reaſſumptione. 148

Notarius ſubſcribit pro teſtibus illiteratis inſtrumentum, in gloſ. col. 2. §. Alii etiam aſſumantur. 146

Notarius unius loci, an poſſit de conſenſu partium facere inſtrumenta in alio loco, in com. col. 1. §. Item Rex. 143

Notoria crimina quæ dicantur, in com. col. 2. §. Item c. de aboli. 111

Notoria delicta ſine accuſatore, & denuntiatore puniuntur, in gloſ. col. 1. §. Juſtitiarii non. 108

Notorium, an includat famam, in com. col. 1. §. Additio. Adde an. 33

Notorium, & manifeſtum, quomodo inter ſe differant. ibid.

Notorium quid ſit, & quid evidens, & quid manifeſtum, in com. col. 2. §. Quæro an. 217

Notorium quot modis dicatur. ibid.

Notorium. Si quis captus ſit in flagranti crimine, ſi quidem ſit notorium permanens, ut quia tenebat publice adulteram in domo, & ex hoc ſine alia examinatione, vel probatione damnabitur. Si vero ſit notorium facti interpellati, ut quia notorium erat eum eſſe uſurarium, vel facti tranſeuntis in conſpectu, ſcilicet multorum, ut populi, tale crimen poteſt inficiari criminoſis. Unde in his notoriis ſi quis ſit captus in flagranti crimine, procedetur hoc modo videlicet. Nam in notorio facti interpellati exigitur ſemiplena probatio, & ſufficit ibi eſſe notorium per famam, quod eſſet uſurarius, ut poſſit excommunicatus denunciari: ſed ut infligatur pœna corporalis ex delicto oportet, quod probationes ſint luce meridiana clariores. Quando ergo captus in flagranti crimine præſentialiter per officiales miniſtros, qui eum ceperunt, vel conſanguineos, aut privatos in præmiſſo caſu, quando in conſpectu populi deliquerat, & omnes ſcelus commiſſum fere proclamant, vel cum inquiritur in prædictis notoriis non capto in flagranti criminoſo, judex ſtatim quærere debet ab eo ſi commiſit crimen: quod ſi confiteatur, damnabitur: & hæc confeſſio dicitur ex abrupto fieri. Si neget, tunc videnti ipſo capto teſtium juramenta, edicto ſuo expoſito ei, quod ex quo inficiatur, ſcire vult judex veritatem, quare ſit captus, & ſi commiſit crimen propter quod captus eſt ſibi præſentatus, examinet teſtes capientes, ſcilicet, & alios: quia quantumcunque ex officio inquirat, & procedat, oportet, quod ſit convictus, aut confeſſus, & ſi hoc conſtet per depoſitiones teſtium, dicat capto, publicando ei depoſita, quod teſtes hoc dixerunt, hoc clamat populus, & dicat ſibi in faciem teſtium, & ut via ipſe, quæ commiſit, negare ſufficiat: & oportet quod teſtes hoc dicant, deliquiſſe in conſpectu populi vel multitudinis coadunatæ. Nec ſufficeret primum teſtem probare. Si poſt hæc confiteatur, procedat, tanquam contra confeſſum, & contra convictum: nam non requiritur in his ordo judiciarius. Si vero non confiteatur, & aliud non dicat, poterit torqueri captus in flagranti, contra quem teſtes depoſuerunt, quod deliquerat in conſpectu tuo. Nam etſi certum ſit per teſtes de crimine, ut ſciat judex alias circumſtantias, torquet. Etſi tortus induratus non fateretur, vel judex nollet torquere, condemnare poſſet ſi fuit convictus per teſtes. Si autem vult ſe defendere, quod ad ſui defenſionem, vel quod alius ſuit, qui occidit, vel deliquit: Vel vult teſtes reprobare, quia inimicos ſibi, vel aliud rationabile dicere velit, audietur. Non negatur quin alios accuſet ſi velit & præponetur ordinarium judicium ut accuſatio, extraordinario, ut inquiſitio, & tunc oportet, quod lis conteſtetur, & omnia ſolemniter fiant. Si vero non appareat accuſator, inquirat ut dictum eſt, quando in

Digitized by Google

in flagranti capitur, quod plus eſt, imo quando fugit quis ex non ſcripto, procedetur ſine juris ordine: & tunc ſi accuſatio fiat, proderit accuſatori capto in flagranti, quia ex vinculis cauſam dicet, nam in fugiente capto idem eſt de jure communi. Non autem ſufficiet probari crimen per capientes tantem, quia habentur loco accuſatoris: ſunt enim cauſa, quare per officiales proceditur, quia deprehenderunt in flagranti, videntur quodammodo in ſuam cauſam deponere, & ſic teſtimonium eorum non videtur validum. Non tamen videtur eorum teſtimonium reſpuendum: quia in cauſa denunciationis, eſt idem denunciator & teſtis, non enim ex hoc, quod ceperunt delinquentem in flagranti, videntur delinquentem offendere: quia cum liceat ex jure ſic capere, juris executio non habet injuriam. Si ergo non eſſent alii teſtes, quam illi, qui eum ceperunt in flagranti, dummodo aliud non obſtet eis, per quod a teſtimonio alias poſſent repelli, videtur ſtandum dictu eorum: quia edictum de teſtibus eſt prohibitorium, iſti propter hoc non repelluntur, ut dictum eſt, & quia non cavetur, ut repellantur, ergo admittuntur, nec eſt anguſtandum, ut probationes cadant, & videtur expreſſum Danielis 12. ubi illi presbyteri, qui exarſerant in Suſannam, denunciaverunt, quod deprehenderunt eam in adulterio, & teſtes fuerunt, & ad eorum teſtimonium condemnata fuit ad mortem, niſi quia falſitatem eorum revelavit Dominus per Danielem. Circa hoc invigilet ſollicitudo judicis, qui debet modis omnibus inquirere veritatem. in com. col. 1. §. Bonus judex, & §§. ſeqq. 214

Novatio, vel pactum de non petendo ſi poſt ſententiam factum ſit, ſtatim victus, qui novavit cauſam, vadat coram judice executore, & ſignificet ei novationem, ſeu pactum, proteſtando, quod non exequatur de cetero, & appellet, ſi non fecerit, in com. col. 2. §. Nec permittitur. 207

Nubilis ætas incipit in 15. annis, in gloſ. col. 1. §. Quintumdecimum. 359

Nullitas eſt ſpecies appellationis, in com. col. 1. §. Nam nullitas. 257

Nullitas & injuſtitia, an ſimul poſſint intentari, & an judex appellationis cognoſcat de nullitate, in com. col. 1. §. Additio. Adde an quis. ibid.

Nullitas ſententiæ executioni mandatæ perpetuo poteſt intentari, ideſt, uſque ad 30. annos, in com. col. 1. §. Nam nullitas. ibid.

Nullitatis cauſa an litis conteſtationem requirat, in gloſ. col. 1. §. Et ſtatim oblato. 256

Nullitatis cauſa etiam pendente appellatione poteſt agitari, nec per hoc renunciatur appellationi, in com. col. 2. §. Non intelligas. ibid.

Nullum annullari non poteſt, in com. col. 2. §. Exceptione filiationis. 238

Nullum quod eſt, etiamſi ſit judicialis, non debet executioni tradi, in com. col. 1. §. Tunc quæritur. 2

Nunciis ſolis de citatione facta credi in magnis rebus eſt abſurdum, cum ii conſueverint eſſe leves perſonæ, publicæque perſonæ, quæ pro duabus habentur, ſoli non credatur, in com. col. 2. §. Alicubi. 171

Nuncio an credatur de citatione, ſi pars neget ſe citatum, in gloſ. col. 1. §. Edictorum ordinem. 166

Nuncio curiæ alicubi extra regnum de maximis factis creditur, in com. col. 2. §. Alicubi. 171

Nuptiæ. In deſcendenti linea ſi eſſet quis ultra ſeptimum gradum & uſque in infinitum, non contraheret nuptias cum aſcendenti: quia iidem dicuntur. Hinc dicitur una familia multorum, qui ab eodem veluti genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicut dicimus familiam Juliam, quaſi a quodam fonte emanate, in com. col. 1. §. Item ſi apparet. 368

Nuptiæ. Si in conceſſione feudi imponeretur conditio, ut non nuberet odioſis domino, alias perdat feudum, ipſo facto videtur valere, & contrahendo perdet feudum, licet matrimonium teneat, & hoc propter cauſam: quia erant odioſi domino: nam ſecus ſine cauſa, ut ſi ſimpliciter dicat, do in feudum tibi, ita ut non nubas ſine conſenſu meo. Vel diceret, do, ut non nubas Titio, cum alii non poſſet æque nubere, vel, ut non nubas Neapoli, cum alibi ſic bene non poſſit nubere. Hæ pactiones inducunt viduitatem, & ideo non valent, & ſi non valent in ultimis voluntatibus, non valebunt etiam inter vivos, in com. col. 2. §. Honorem. 345

Nuptiarum ſolemnitas & ſacerdotalis benedictio præſumitur probato matrimonio contracto de communi conſenſu, in gloſ. col. 1. §. Benedictione. Notæ hic. 343

Nuptiæ, vide, Puella non poteſt.

O

Obedire poteſtatibus omnes debent, in com. col. 2. §. Qui in eadem. 28

Obedientia. De obedientia, quæ a ſubditis debetur ſuis principibus & regibus, late, in proœm. conſt. Mar. de Caram. col. 5. poſt initium. xxxiv

Oblationes de jure Canonico in tres partes dividuntur, de decimationibus & aliis debitis prælatu, fiunt quatuor partes, in com. col. 2. §. Jus reſinæ. 20

Oblationes fiunt pro fabrica eccleſiæ, in com. col. c. §. Sed ſi Epiſcopus, 2c

Occidens alium, ea quibus poſſit excuſari, in com. col. 2. §. Ubi vero teſtes. 34

Occidens habentem merum imperium, dicitur committere crimen læſæ majeſtatis, & quomodo hoc intelligatur, in com. col. 2. §. De his dicitur. 79. & col. 1. §. Et hoc intelligendum eſt. 80

Occidere qui aliquem poteſt, multo magis cum contumelia juris poterit efficere, in gloſ. col. 2. §. Aſſignet. 196

Occidere videtur, qui cauſam mortis præſtitit, ut dando medicamenta nociva, vel clyſtere immittens, vel qui ſcienter oſtendit malam viam, ubi latrones erant, qui occiderunt eum, in com. col. e. §. Item videtur. 32

Occidere videtur, qui mortifere vulnerat, in com. col. 2. §. Sed ſi conſtaret. 73

Occidere volens unum, ſi occidat alium, an teneatur, in com. col. 2. §. Occidiſſe. 31

Occiſi proximior non præſumitur in perſecutione propriæ vindictæ colludere, in gloſ. col. 1. §. Arguatur. Quidam. 73

Occiſorum appellatione, qui contineantur, in gloſ. col. 1. §. Occiſos. 76

Occultum matrimonium dicitur, quod fit ſine auctoritate principis, in gloſ. col. 1. §. Ducere. 347

Occupantes villanos Baronum, vel militum puniuntur, in gloſ. col. 1. §. Quiſquis. 305

Occupatio violenta rerum immobilium, que pœna puniatur, in gloſ. col. 2. §. Violentias. 56

Occupatio, vide, Interitus.

Oculus certior eſt quam auris, in gloſ. col. 1. §. A conſpectibus. 54

Odia reſtringuntur, in com. col. 2. §. An ſit verum hoc. 28

Odia utrum ſemper ſint reſtringenda, in gloſ. col. 2. §. Excludont. 373

Odio ulterius alius gravari non debet, in com. col. 2. §. Pro quo eſt. 246

Odioſa eſt conſtitutio quæ dat judicium compari, in com. col. 1. §. Ut univerſis. 100

Odioſa reſtringuntur, & in talibus maſculinum non concipit fœmininum, in com. col. 2. §. Per hoc patet. 359

Odium unius non extenditur ad aliam perſonam, in com. col. 2. §. Per hoc patet. ibid.

Officia debent eſſe annalia, in com. col. 1. §. Secundo limitat. 263

Officia rerum promiſcuis actibus turbantur, in gloſ. col. 2. §. Reputantes. 158

Officialem ſe faciens ad colligendam pecuniam fiſcalem cum non ſit, punitur in quadruplum, in com. col. 2. §. Illi vero. 104

Officiales admittentes ſcienter aliquem advocare ſine licentia Regis puniuntur, in com. col. 2. §. Advocatos. 149

Officiales ab hominibus juriſdictionis ſuæ recipere non debent mutuum, nec emere domos, vel alia quæcunque, niſi neceſſaria pro victu, nec ipſi nec familiares matrimonia contrahere poſſunt, in com. col. 1. §. Communiter. Et hic. 156

Officiales debent habere gagia ſua, ne deprædent ſubjectos, ſed ſint contenti annuis, quæ a fiſco dantur, in com. col. 2. §. Juſtitiarios regionum. 118

Officiales debent habere manus mundas, in com. col. 2. §. Cum circa. 133
Officiales debent in terris ſuæ juriſdictionis inquirere ſpecialiter de hæreticis, & Patarenis, & eos exterminare, in gloſ. col. 1. §. Et per officiales noſtros. 10
Officiales debent ſibi invicem favere, & ſe juvare, & obedire, quia unus indiget auxilio alterius, in com. col. 2. §. Juſtitiarios reginnum. 118
Officiales durant tantum per annum, in gloſ. col. 2. §. Anni circulo. 162
Officiales intendentes ſecundum juſtitiam ad punitionem malorum a principe laudantur, in com. col. 2. §. Nec præſumptioni. 109
Officiales jurare debent ſeſe in terris ſuæ juriſdictionis. eſſe inquiſituros ſpecialiter de hæreticis & Patarenis, in gloſ. col. 1. §. Et per officiales noſtros. 10
Officiales non poſſunt capere animalia pauperum, ut portentur res ipſorum officialium, & non ſolvant naulum, in com. col. 1. §. Omnes officiales. Nota. 157
Officiales pro quolibet anno officii debent ſtare ad ſyndicatum per 40. dies, vel pro rata temporis & poſſunt accuſari, & inquiri contra eos, & punientur in quadruplum ſicut fures manifeſti, in com. col. 2. §. Volumus. 163
Officiales quot numero eſſe debeant, in com. col. 2. §. Occupatis nobis. 162
Officiales tenentur auxiliari Secreto, in gloſ. col. 2. §. Juſtitiarios. 85
Officiali Imperatoris vel Regis ſi injuria fiat, in duplum punitur, quam ſi fiat privato, in gloſ. col. 1. §. Ut participatio. 79
Officiali injuſte reſiſtere licet, in gloſ. col. 2. §. Obſervent. 400
Officiali limites mandati excedenti impune reſiſti poteſt, in gloſ. col. 1. §. Unde verſus. 159
Officialis accuſatus criminaliter tempore ſyndicatus, non debet fidejuſſores præſtare, ſed juratoriæ cautioni remitti, in com. col. 1. §. Sed nunquid. 217
Officialis aliis injuriam inferens, punitur, in gloſ. col. 2. §. Obſervent. 400
Officialis an poſſit aſſumere aliquem aſſeſſorem de ſua provincia ſine ſpeciali mandato, in com. col. 2. §. In textu, Aſſeſſores. 108
Officialis defenſam imponens, an teneatur denuntiare, & ſi non denuntiet, qua pœna teneatur, in com. col. 2. §. In denunciandis. 46
Officialis finito anno debet reddere rationem, & quare, in gloſ. col. 1, §. Nam neque, & §. Ut facilius. 161
Officialis habens equum non debet compellere ſubditum commodare animal, ſed ſuum proprium debet mittere. Si vero non habet, poteſt compellere animalia ſubditorum ſoluta mercede unius tareni per diem homini cum animali. Sine homine medium tarenum. Hodie ſunt grana 13. & tertia homini ſine animali grana 7. minus tertia. Item ſi negligentia, vel malitia ducentis, animal moriatur, vel deterioretur, diſting. ſuper eum, quia ſi duxit animal ultra locum, ad quem conductum fuit, tenetur, in com. col. 2. §. Sic noſtra ſervitia. 160
Officialis interim non eſt ad officium eligendus, donec a vinculo rationis præcedentis officii ſe liberaverit, & ſatisfecerit fiſco, in gloſ. col. 1. §. Ut facilius. 163
Officialis jure Romano non debet capere eſculenta & poculenta, niſi quæ conſumantur infra dies proximos, & quæ non excedant multam quantitatem: & nunquid poſſit accipere pecuniam pro eſculentis, & poculentis, quæ non excedant multam quantitatem, uſque ad concurrentem quantitatem eorum, quæ poſſunt conſummari infra dies proximos, in com. col. 1. §. Litigatoi. 188
Officialis lædens privatum in bonis, vel in perſona, quomodo puniatur, in com. col. 1. §. Eos tantum. 402
Officialis matrimonium contrahens in provincia quam regit, an aliquam pœnam de jure Romano patiatur, in com. col. 1. §. In textu. 156
Officialis permittens res fiſci perire, de ſuo reſarcit, in gloſ. col. 1. §. Officialis. 85
Officialis per principem ad officium deputatus magis dignus cenſetur, in com. col. 2. §. Ut participatio. 79
Officialis poſitus ad beneplacitum, an æquiparetur perpetuo, in gloſ. col. 2. §. Additio. Adde l. defenſoribus. 162
Officialis poteſt cognoſcere de injuria illata familiaribus ſuis tempore officii, in com. col. 2. §. In §. De criminibus. 108
Officialis pro ſubditis defenſam imponens, an poſſit eam remittere, in com. col. 2. §. Fidelium. 40
Officialis qualiter puniatur, qui per vim vel terrorem uxorem ducit in ſua provincia, vel loco ſuæ juriſdictionis, in com. col. 1. §. In textu. 156
Officialis quicquid agit egrediendo commiſſionis limites, nihil valet, tanquam actum ab incompetenti, in gloſ. col. 1. §. Unde verſus. 159
Officialis qui deliquit circa forum ob delictum ſervus eſt, licet poſtea deſinat eſſe judex, tamen forum non declinat, in com. col. 1. §. Et alios officiales. 94
Officialis qui ſe immiſcet rei impertinenti, puniendus eſt, in gloſ. col. 1. §. Unde verſus. 159
Officialis qui ſe ingerit in non commiſſis, eo ipſo ſuſpectus eſt. ibid.
Officialis quis ſit, in gloſ. col. 1. §. Latrocinia. 97
Officialis quod facit, facit dominus, in com. col. 1. §. Et quia quod facit. 276
Officialis Regis imponit defenſas pro ſubditis, ſicuti pater pro filio, in com. col. 2. §. Fidelium defenſa. 40
Officialis ſi imponat defenſam, an poſſit eam remittere, antequam incidat in eam, in com. col. 1. §. Ut tamen remitti. 44
Officialis ſi non habet familiam ad capiendum forjudicatos, vel alios malefactores, poteſt implorare brachium ſubditorum, in com. col. 1. §. Sed quid ſi officialis. 201
Officialis tempore ſui ſyndicatus accuſatus criminaliter, an teneatur præſtare fidejuſſoriam cautionem, in com. col. 1. §. Sed nunquid. 217
Officialis tenetur denuntiare corruptelam alterius officialis, & hoc jurat, ſicut tenetur nuntiare illum, qui committit contra imperium, in com. col. 1. §. Formam ſacramenti. 185
Officialis videns aliquam rixam, poteſt imponere defenſam partibus, de qua cognoſcunt Juſtitiarii, & Magiſter Juſtitiarius, in gloſ. col. 1. §. Fidelium. Non ſolum. 40
Officii annus olim incipiebat calendis Januarii, in com. col. 1. §. Secundo limitat. 163
Officii ex nomine effectus ipſius ſignificatur: nam ab antiquitate pluribus data ſunt nomina ſignificantia a parte rei, in gloſ. col. 2. §. Magiſtrum Juſtitiarium. 92
Officii ratione aliquid extorquens a ſubditis, tenetur in quadruplum damnum paſſo, ſecus ſi ſponte oblatum accipiat: quia tunc tenetur in quadruplum fiſco, in gloſ. col. 1. §. Eos tantummodo. 402
Officio duplici quis fungi non debet, in gloſ. col. 2. §. Reputantes. 158
Officium circa nepotem ex officio patris erga filium pendet, in gloſ. col. 1. §. Idem jus. 369
Officium eſt loco accuſatoris, in com. col. 1. §. Ut univerſis. 100
Officium habetur pro accuſatore, unde tam forjudicatur quis ſi fuerit bannitus per officium ex inquiſitione, quam ſi per accuſatorem, in com. col. 2. §. Militantibus tamen. 259
Officium judicis fungitur poteſtate accuſatoris, in com. col. 1. §. In gloſſa, verbo hi qui. 113
Officium judicis mercenarium deſerviens judicio datur pro petenda executione ſententiæ, in com. col. 1. §. De hoc non multum. 227
Officium ſibi commiſſum quis extendere non debet ultra mandatum, & tangere de officio alterius, in gloſ. col. 2. §. Reputantes. 158
Omiſſum in libello, an poſtea poſſit in articulis ſuppleri, in com. col. 1. §. Ibi oblato libello. 229
Omiſſus caſus ſi ſit ſimilis expreſſo, quod juris eſt in expreſſo, idem eſt in omiſſo, in gloſ. col. 2. §. Nota tamen. 268
Omittere longe minus eſt quam committere, in com. col. 2. §. Vel reſtringeretur. 52
Omne qui dicit, nihil excipit, in com. col. 2. §. Locorum Bajuli. 125
Omne dicens, nihil excludit, in gloſ. col. 1. §. Ab omnibus. 141

Opera

Opera ferre, qui ad peccandum nos invitat, in com. col. 2. §. Non extendetur. 210
Opera non tranſit ad heredes heredis, in gloſ. col. 2. §. Et poteſt probari. 338
Opinio. Quoties juriſtæ ſunt in diverſis opinionibus, & una canonizatur, proſequuntur opinionem canonizatam, in com. col. 1. §. Non inſtantes inſtet. 284
Oppida habitantes an ſint cives, vel villani, in gloſ. col. 2. §. Quicunque villanus. 257
Oppidum unde ita dictum, in com. col. 1. §. Proſequentes. 256, & in com. col. 1. §. Tamen ſi ſit. 257
Oppreſſi & gravati in juſtitia conſequenda, qui dicantur, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 2. §. In imperio. xxx
Oratores prolixi reprehenduntur, in gloſ. col. 1. §. Phylacteria. 286
Ordinarii judices, quot in qualibet regni civitate eſſe debeant, in gloſ. col. 1. §. In locis demanii. 142
Ordinarii, ſicut Epiſcopi cauſas committendo & delegando ipſi de ſuo debent ſatisfacere pro labore eorum, & non poſſunt expenſarum nomine, vel alia cauſa exigere quicquam a litigante: nam habent reditus, & jura Epiſcopalia, per quæ ſunt debitores juſtitiæ, in com. col. 2. §. Sexageſimam. 134
Ordinarium eſt fortius & durius vinculum extraordinario, in com. col. 1. §. Alias dicitur. 102
Ordo a lege expreſſus eſt ſervandus, in gloſ. col. 1. §. Sed quicquid dicatur. 7
Ordo eſt in notoriis juris ordinem non ſervare, in com. col. 1. §. Quid ergo. 79
Ordo judiciarius non curatur, ſi cauſa agatur coram principe: poteſt enim velle cauſam agi, ſicut placet ei: nam ſi committit alii cognoſcendam ſic abſque ordine judiciario multo fortius & ipſe taliter cognoſcet, & illa, quæ pertinent ad eum, adminiſtrat, ſicut vult: hæc enim poſitiva ſunt, quæ tolluntur eo ipſo, quod ſcienter contrarium agit, in com. col. 2. §. Cordi nobis. 204
Ordo judiciarius non attenditur, quando aliqua cauſa tractatur in præſentia Regis, & de ejus conſcientia, in gloſ. col. 1. §. Vel conſcientia. 205
Ordo. Prælatio ex ordine conſideratur, in gloſ. col. 1. §. Approbatas. 134
Ordo ſcripturæ, quando & in quibus ſit ſpectandus. ibid.
Ordo ſcripturæ ſervatur, quoties quæritur, quis homo, cui perſonæ debeat præferri in aliquo obtinendo. ibid.
Originalis cauſa & ſubſtantialis potius conſideranda eſt, quam titulus actionis, in com. col. 1. §. In gloſſa, verbo hi qui. 513
Origo naſciſcendæ poſſeſſionis exquirenda eſt, in gloſ. col. 1. §. Et tenens. 62

P

PAce gaudet, & quieſcit in tuto, & proficit populus, in gloſ. col. 1. §. Abeſſe non poteſt. 21
Pacis conventio ex publica cauſa procedit. ibid.
Pacis decor, in gloſ. col. 1. §. Eſt autem nomen. 22
Pacis obſervantia inducitur, in gloſ. col. 1. §. Abeſſe non poteſt. 25
Pacis tempus gubernatur per juſtitiam. ibid.
Pacis violatores acriter puniuntur. ibid.
Pacis violatorum pœna, in gloſ. col. 1. §. Capite puniatur. 23
Paciſci licet in criminalibus, quæ non ingerunt pœnam ſanguinis & poſtquam ventum eſt coram judice. Et an in atrocioribus liceat etiam gratuito tranſigere, in com. col. 1. §. Poſtquam. Hanc conſtitutionem. 117, & §. In textu, atroces. ibid.
Paciſci quis poteſt, ut ſi non probet infra certum tempus, res de qua litigatur, ſit adverſarii, ſed ſtatutum hoc non poſſet, quia bona adverſarii citra ſolemnem ordinem in alium transferri non poſſunt, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 2. §. Quod Legatus. xx
Pacta noviſſima debent ſervari, in com. col. 2. §. De præcedentibus. 189
Pacto fieri poteſt, quod quis ſit meus homo, in com. col. 1. §. In quibus autem. 268
Pacto poſſunt partes in aliquo conſentire, & valebit, quod tamen princeps per legem inducere non poſſet, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Cum ſine hujuſmodi. xix
Pactum contra rempublicam, & contra id, quod pro bono publico introducitur, non valet, in com. col. 2. §. Honorem. 345
Pactum de re clientis prohibitum, vide, Advocatus potentior.
Pactum factum ab eccleſia cum emphyteuta, ut receptor ipſe non conveniatur de re ipſa niſi coram eccleſiæ rectore, vel prælato, non valet, in com. col. 2. §. De hoc dic plene. 106
Pactum fieri poteſt a partibus in cauſa civili de jure communi, ſecus de jure conſtitutionum: nam poſt litem conteſtatam etiam in civili non licet, imo puniuntur in decima parte litis, ſi in ſtatuto termino non compareant in judicio proſecuturi litem. Ante vero litem conteſtatam licet deſiſtere, & paciſci indiſtincte. Sed ſi reus compareat, & actor non, cogitur actor reo poſtulante, proſequi cauſam, in com. col. 2. §. Contingit. Hic derogat. 180
Pactum nudum, vide, Acceptilatio.
Pactum poteſt quantum judicis auctoritas, quia ſicut juſte poſſidet, qui prætore auctore poſſidet, ſic qui ex conventione capit, in com. col. 2. §. Sed ab homine. 57
Paganum non poſſe decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, quomodo intelligatur, in gloſ. col. 1. §. Ex utroque parente. 367
Paganus, vel Judæus invocans nomen Domini, an debeat puniri, in gloſ. col. 1. §. Additio. 186
Pagus dicitur villa, unde paganus, quia illa quæ acquirit in pago, villa, ſeu domo, non in militia acquirit, in com. col. 1. §. Proſequentes. 256
Panem coquere in Apulia nemo poteſt, niſi in furno curiæ, in com. col. 2. §. Magiſtris Procuratoribus. 154
Pannos vendentes non debent tirare pannos, quos vendunt, ſed fideliter debent ſe gerere ſine fraude, in com. col. 1. §. Mercatores. 408
Pannum vendentes, quomodo debeant ſe gerere in eo vendendo, in gloſ. col. 1. §. Magiſtros. 407
Papa an poſſit dare bona eccleſiarum ſuis conſanguineis, ut eos præ aliis diviter faciat, in com. col. 1. §. Additio. Adde quid. 21
Papa an poſſit facere, ut laici judicent clericos, in com. col. 2. §. Additio. 506
Papa. Appellatur ad Papam omiſſis mediis, in gloſ. col. 1. §. Sed ad celſitudinem. 145
Papa creat Regem Siciliæ, in com. col. 1. §. Lege Regia. 81
Papa debet compellere ad pacem, vel ſaltem ad treugam, principes Chriſtianos, qui invicem digladiantur, idem eſt in duabus univerſitatibus invicem altercantibus, in com. col. 1. §. Pacis cultum. 22
Papa dicitur lumen ſuperius, vide in verbo, Imperator appellatur luminare.
Papa. Eo ipſo quod quis eſt Papa, eſt Doctor utriuſque juris auctoritate, & non ſcientia, in com. col. 2. §. Additio. Adde. 147
Papa eſt conſtitutus ſuper Reges & regna, & poteſt quemlibet Chriſtianum corrigere de peccato, in com. col. 1. §. Pacis cultum. 22
Papa eſt proprietarius in regno Siciliæ, a quo magnum tenetur in feudum, in com. col. 1. §. Modus Imperii. 147
Papa eſt vicarius Chriſti in terris, in com. col. 1. §. Lege Regia. 85
Papa eſt ſuperior dominus habendo reſpectum ad univerſitatem regni Siciliæ, & quando de toto regno, ſeu quota parte ejus controverſia fieret, ad ipſum cognitio pertinet, in ſingulis vero regni corporibus apud eccleſiam nihil prorſus remanſit, ſed totum & integrum dominium & poſſeſſio ſunt traslata in Regem, nam licet in infeudatione ipſa regni, univerſitas verteretur, ſingula tamen corpora in traditionem venerunt, & ita per traditionem totaliter ab eccleſia ſeparata tranſiverunt ſine aliqua reſervatione in dominum Regem, in procem. conſt. Mar. de Caram. col. 1. circa medium. xxxvii
Papa in quibus caſibus poſſit ab oppreſſo appellante a ſententia judicum regni Neapolitani, adiri, ut juſtitiam conſequatur, in procem. conſt. Andr. Iſern. col. 2. §. In Imperio. xxx
Papa prohibet clericos conſentire in alios judices, quam in ſuum Epiſcopum, in com. col. 1. §. Tamen credimus. 106

Papa quando infeudavit de regno Siciliæ Carolum I. Regem, civiliter tantum tenebat: nam naturaliter princeps Menfredus occupaverat, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col.1. §. Præſumptio vincitur. cxxi

Papa Regi obſequitur, & ei ſe ſubeſſe fatetur, & Chriſtus Dei filius Regi terreno ſubditum ſe oſtendit, in procem. conſt. Mar. de Caram. col. 2. circa medium. cxxiv

Papa ſi provideat eccleſiæ cathedrali, in qua Rex habet jus patronatus: puta, quia devoluta erat ad Papam ex culpa eligentium ſcienter indignum, aut ex negligentia poſt tempus trium menſium, aut alia cauſa, ut quia ſibi reſervavit, an præſentabitur Regi, vel alii, qui jus patronatus haberet, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col.1. §. Alias etiam. cxviii

Papa ſolus eut Rex in regno ſuo, non aliut poſſet cognoſcere vel cauſam cognoſcendam mandere nedum contra, imo nec etiam præter juris ordinem, ſcilicet ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii. Quod nec Legatus de latere poſſet, niſi de eo quod ad ſuum officium pertinet, dummodo generali conſtitutioni non ſit contrarium, in eod. procem. col. 1. §. Secundum exemplum eſt, & col.2. §. Quod Legatus. xx

Papa vocat fratres & filios, Archiepiſcopos & Epiſcopos, alios autem indifferenter vocat filios, alias literæ eſſent falſæ, in com. col. 1. §. Ad laudem & gloriam. 432

Papæ legem tollere nequit Imperator, in gloſ. col.2. §. Si quis clericus. 129

Papa Camerarius, an dicatur habere dignitatem, in gloſ. col.1. §. Additio. Adde. 120

Par in parem non habet imperium, in com. col. 1. §. Econtra quod. 2

Paragium conſiſtit in tertia ejus quod filia deberet habere ſi non excluderetur per fratrem maſculum; & quo modo tunc ſit æſtimatio facienda, in com. col. 2. §. Secundum ſententiam. 361, & in com. col. 1. §. Etſi verum eſt. 360

Paragium datur inſpecta facultate, ſcilicet bonorum illius feudi, necnon dignitatis, & numero liberorum, in com. col.1. §. Hoc denotat nomen. 357

Paragium dotis eſt pro portione legitima ſororis, in com. col. 2. §. Totum hoc eſt diſputare. 355

Paragium debet filia habere, etiamſi non nubat, in com. col. 2. §. Comitibus & Baronibus. 358

Paragium. In dando paragio dicitur non attendi debere quantitatem valoris portionis tertiæ, vel etiam dimidiæ, ſed illam quantitatem, qua poſſit pari nubere: nam ſi pater maxime nobilis habens filium & filiam habeat centum in ſubſtantia: mortuo eo filia ſi haberet tertiam portionis ſuæ, quæ eſt unciæ 16. & taren. 20. quomodo poſſet æque nobili pro 16. unciis, & taren. 20. dotis nubere? unde ſi inhoneſto & indigno, ſcilicet & inæquali nuberet non eſſet ſatisfactum conſtitutioni, quæ vult maritari pari ſeu ad paragium. Attenditur ergo modus facultatum, numerus filiorum, dignitas, & conditio parilitatis in viro & uxore, & hoc indicat verbum Paragii. Item in aliquibus provinciis dantur majores dotes ſicut in Apulia, & hoc etiam attenditur. Unde ſi inveniret ſibi parem propter pulchritudinem, vel propter valorem, vel ſtrenuitatem fratris pro modica quantitate, tunc ſervamus dictum Caroli, ut non fraudetur legitima ſua. Idem ſi fuiſſet jam dotata & maritata per alium. Si autem non poſſet nubere pari, niſi pro tanta quantitate, quanta eſt tota ſua portio, ſi ſuccederet, totam dicimus dari ratione prædicta: quia pari debet nubere. Ultra portionem ſuam quantum eſt ſi ſuccederet, pro medietate vel tertia conſiderato numero filiorum, non dabit frater, etiamſi pari dignitatis non poſſet nubere, tunc enim inveniretur impar ſubſtantia, in com. col.2. §. Quod ſi majores. 362

Paragium non eſt dos, cum dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, at paragium habet filia, etiamſi alteri non nubat, in com. col. 2. §. Super verbo maritare. 353

Paragium non eſt mere legatum, imo debetur filiæ ſicut portio hereditatis, & eſt loco legitimæ portionis debitæ jure naturæ, unde ei debetur ſine onere, in com. col. 2. §. Et ſi intereſt. 358

Paragium non poteſt tranſcendere legitimam, nam attenditur pro modo facultatum, & numero filiorum ſeu liberorum ſuperſtitum, in com. col. 1. §. Unde quantum eſt. 359

Paragium. Quando aliqua mulier debet maritari & habere paragium, illud attenditur in dignitate, numero filiorum, & facultatibus, in com. col.1. §. Quid ſi militet. 335

Paragium quid ſit, in com. col. 2. §. Super verbo maritare. 353

Paragium quodnam dicatur, in com. col. 1. §. Conjugatæ & dotatæ. 371

Paragium. Si filia eſſet maritata, & dotata per alium, deinde pater ejus morietur, nihilominus debet habere dotem de bonis patris ad paragium, ſcilicet, pro modo facultatum, & numero filiorum, & tunc non abſurde dicetur paragium conſiſtere infra tertiam debitam jure naturæ, cum dotes habuerit aliunde. Item multo magis, quando propter pulchritudinem, vel nobilitatem nihil, vel modicum quid in dotem habuit mulier. Alias paragium non conſiſtit infra tertiam, nec infra medium debitæ portionis jure naturæ, cum dotes habuerit aliunde, imo tunc erit tota portio filiæ debita ac ſi ſucceſſiſſet cum maſculo, & ratio eſt, quia ſi pater reliquiſſet dotes jam nuptæ, & conditionaliter ſi nuberet, & eſſet pure legatum, deberetur non obſtante, quod jam nupſerat. Item quando lex dat dotes, vel eas jubet dari, æquiparatur enim poteſtas teſtatoris, & legis, in com. col. 2. §. Per hoc patet. 359

Paragium. Si majores domus ſoliti ſunt dare pro maritagio fœminarum centum, vel incertam quantitatem, an in tanto fiet deinceps a fratre dotante ſororem de paragio, in com. col. 2. §. Quod ſi majores. 362

Paragium. Si pater inſtituerat filiam in tanta quantitate, quantum eſt paragium, quod a fratre ſibi debetur, valeret talis inſtitutio: ſed ſi plus eſſet in inſtitutione, vel legato paragii, ut ſi exprimeret quantitatem quam diceret deberi pro paragio, tunc non credetur ei dicenti tantum deberi e filio ſuo: qua dicitur paragium conſiſtere in tertia parte, quam habere deberet: & ideo ſi plus diceret, vel minus, non ſtaretur ei, & eſſet, ſicut quando debitor legat creditori, quod deberet. Si tamen paragium eſſet decem, & pater inſtitueret filiam in quindecim, aut haberet pro paragio quindecim, & illa quinque eſſent de parte patris, quam poſſet dare, cui vellet, videtur valere: nam debet valere omni jure, quo melius valere poteſt, etiamſi non valeret ut agitur, & alio modo valere poſſet, in com. col. 1. §. Quintum decimum. 354

Paragium ſorori debet dare frater de bonis maternis, ut ea excludatur a ſucceſſione matris, non ſicut meram dotem, ſed tanquam portionem legitimam, in com. col. 2. §. Per hoc patet. 359

Parcere aliis non creditur, qui ſibi ipſi non parcit, in gloſ. col. 1. §. Sæviunt in ſeipſos. 9

Parentes an ſuccedant liberis in feudalibus, in com. col. 1. §. Forjudicatorum bona. 207

Parentes non ſuccedunt in feudo novo, & an in antiquo, in com. col. 2. §. Si quando. 208

Parentes ſuccedunt in avitis feudis, non in acquiſitis, in gloſ. col.1. §. Aſcendentes. 207

Parentes ſuccedunt in feudo antiquo, in com. col. 2. §. Non obſtat. 366

Parentum appellatione venit mater, in gloſ. col. 1. §. Aſcendentes. 207

Parentum appellatione mater etiam continetur, in com. col. 2. §. Per hoc patet. 359

Parentum memoria, ſive perpetuitas relinquitur in liberis, nec dicitur deficere perſona remanentibus liberis, in gloſ. col. 1. §. Injuriam nullus. 375

Pares an examinent cauſam cum Magiſtro Juſtitiario, & de ejus commiſſione pronuntient, in com. col. 1. §. Licet jure feudi. 328

Pares curiæ cognoſcunt de quæſtione feudi inter dominum & vaſallum, in com. col. 1. §. De feudis. 97

Paria ſunt non fieri, vel coram incompetente judice fieri, in com. col.2. §. Sed in cauſis criminalibus. 249

Paribiles leges quæ ſint, & quare ita dictæ, in com. col. 2. §. Leges. 255

Paribiles leges tolluntur, in gloſ. col. 2. §. Paribiles. ibid.

Pari-

Digitized by Google

Pariſicatum. Diſpoſitio ſuperveniens corrigens unum ex pariſicatis, videtur & aliud corrigere, in com. col. 2. §. Fratribus ob dotes. 325

Parium judicium, an ſit tantum de poſſeſſione, an etiam de proprietate, in com. col. 1. §. Licet juta feudi. 328

Pars eſt in toto, & totius appellatione continetur, in procem. conſt. Mar. de Caram. col. 2. circa medium. xxxvii

Pars eſt in toto, in gloſ.col.2. §. Poſſeſſor. Multi. 311

Pars, idest ſimile, in gloſ. col.2. §. Diſputare. 15

Pars. Quota pars differt a re ſingulari, in gloſ. col. 1. §. Et de quota parte. 87

Pars ſi veniat in termino, & nihil dicat, in curia tamen eſt præſens, an ſufficiat, an vero debeat proteſtari ſe veniſſe ob eam cauſam, in com.col. 2. §. In tertia parte. 250

Paſchalibus feſtis, vel natalitiis, an jus reddatur, in gloſ. col. 1. §. Nativitatis Domini. 138

Paſchæ reſurrectionis feſtum majus eſt feſto nativitatis Domini, in gloſ. col. 2. §. Additio. Paſchalibus. ibid.

Paſcua aliena poſt prohibitionem intrans, tenetur injuriarum, ſi publica fuerit prohibitio, in com. col. 1. §. Item ſi uno anno. 412

Paſcua unius diei, & unius noctis non curantur, in com. col. 1. §. Item ſi uno anno. 412

Paſcui & aquæ ſumendæ jus, quomodo poſſit conſtitui in terris univerſitatis duorum caſtrorum. Secundo, an poſſit tale jus præſcriptione per univerſitatem acquiri. Tertio, quid ſi alicui de univerſitate non ſervetur illa libertas paſcui, & aquæ ſumendæ, numquid videatur interruptum jus univerſitatis, ut per hoc ipſa univerſitas conveniri poſſit, & an ille conqueri poſſit. Quarto, quod jus, ſeu quæ ſervitus dicatur iſta communio paſcuorum, & aquæ, in com. col. 2. §. Cum per partes Apuliæ. 412

Patareni. Supplicatio pro patarenis interdicitur, & reſcriptum per eos impetratum non valet, in gloſ. col. 2. §. Intervenire. 11

Patarenorum fautores ſunt excommunicati ipſo jure, ſicut ipſi hæretici, in gloſ. col. 1. §. Patarenorum fautores. 12

Pater an poſſit exheredare filium, qui facit contra ea, quæ ſtatuta ſunt ab eccleſia, & quatuor conciliis principalibus, in com. col. 1. §. Additio. Adde in quibus. 118

Pater bannitus, an ſit a filio alendus, in gloſ. col. 2. §. Additio. Adde. 209

Pater. Bonus præſumitur, qui a bono patre deſcendit, & qui habuit bonum avum, & a bona ſtirpe provenit, in gloſ.col. 1. §. Sic a converſo. 4

Pater cogitur recipere dotem promiſſam filio, ſi aliter pater puellæ noluerit dare dotem filio, quia cum pater teneatur ad majus, ſcilicet ad dotandam filiam, & ad donationem propter nuptias conſtituendam filio, multo fortius cogitur ad recipiendum dotem pro filio, in com.col.1. §. Circa materiam. 363

Pater debet tenantiare filium proditorem, & ſic econtra filius patrem, in com. col.1. §. Sed pater. 118

Pater & alii aſcendentes utrum ſuccedant filius in feudis avitis, & quid in quæſitis noviter, in com. col. 1. §. In gloſſa, injuriam. 377

Pater & filius una & eadem perſona cenſetur, in gloſ. col. 1. §. Injuriam nullus. 375

Pater & mater quando ſuccedat filio in feudo avito, in gloſ. col. 1. §. Excluſo etiam. 368

Pater forjudicati in bonis non punitur, in gloſ. col. 1. §. Ob filiorum. Si. 211

Pater forjudicatus non eſt a filio alendus, nec econtra, in gloſ. col. 2. §. Pœna. 209

Pater in filio habet jus proprietatis, & ſibi pro eo exhibendo, & deducendo competit interdictum, quod jus proprietatis cauſam continet, & in illum competit utilis rei vindicatio, in gloſ. col. 2. §. Et eſt ratio. 13

Pater in pœna filii magis periclitatur, quod filius, in gloſ. col. 1. §. Ipſorum filii. ibid.

Pater in quibus caſibus exheredari poſſit a filio, in com. col. 1. §. Additio. Adde in quibus. 118

Pater in quibus caſibus teneatur pro filio, & econtra, & in quibus non, in com. col.1. §. In gloſſa. Quod hic. 212

Pater non punitur pro filio proditore, in com. col. 1. §. Sed pater. 118

Pater non tenetur pro filio condemnato ſolvere condemnationem, nec legitimam ante vitam ſuam aſſignare, in com. col. 2. §. In texto. 212

Pater ob paupertatem licite filium vendit, in gloſ. col. 2. §. Et eſt ratio. 13

Pater omnium ſubjectorum Imperator poſt Deum dicitur, in gloſ. col 1. §. Poſt Deum. 134

Pater poteſt occidere filiam & adulterum tam in domo ſua, quam generi, dummodo utrumque uno occidat impetu de jure Romano, in gloſ. col. 1. §. Si maritus. 423

Pater pro delicto filii non convenitur, in gloſ. col. 1. §. Affligi vel puniri. 211

Pater pro filio emancipato, an conveniri poſſit, vel libertus pro patrono. ibid.

Pater pro filio in poteſtate, quibus actionibus civilibus conveniatur. ibid.

Pater punitur in filio, ſicut in aliis rebus ſuis, in gloſ. col. 2. §. Et eſt ratio. 13

Pater, qui alimenta ſubminiſtrat filio hæretico, tanquam fautor punitur. ibid.

Pater, qui filiis novercam ſuperinduxit, debet eos extra domum alere, in com.col.2. §. Sed ſi pater. 339

Pater, quod teneatur de delicto filii, princeps ſtatuere non poteſt, pater tamen poteſt ad hoc ſe obligare, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Cum ſine hujuſmodi. 212

Pater ſi de prima uxore habeat filiam, & uſumfructum bonorum maternorum, & ex ſecunda habeat multos filios, vel nullum, & de uſufructu prædicto alet ſe & alios, nihil aliud habens, an pro filia primi matrimonii, cujus eſt proprietas bonorum, teneatur relinquere uſumfructum pro dote, ſi non poteſt aliter maritari, in com. col. 2. §. Sed ſi pater. 339

Pater ſi dedit dotem filiæ de paragio, vel frater, filia vel ſoror excluditur a ſucceſſione materna, in gloſ. col. 2. §. Maritare. 356

Pater ſi exheredet juſte unum filium, an legitima aliorum propter ejus filium exheredatum augeatur, in com. col. 1. §. Additio. Adde. 118

Pater ſi filio emancipato det feudum, an excluderetur pater ſi filius moriatur, per fratrem defuncti, in com. col. 1. §. Item ſi apparet. 368

Pater ſi habeat duas filias, & mater habeat feudum, alteram vero pater nuptui tradat, & dotet, an ſi poſtea mater feudataria moriatur, ſoror, quæ remanſit in capillo, excludat alteram ſororem conjugatam, & dotatam de bonis paternis, in gloſ. col. 1. §. Filiæ autem. 373

Pater ſi in civitate Neapoli legaret filiæ in capillo, non diceretur dotata, nec poſſet etiam ſtatim petere ſupplementum legitimæ, etiamſi ſtatutum diceret, quod eſſet contenta dote, in com. col. 1. §. In aliquibus. 363

Pater ſi teſtetur de feudo, & plus uni filiorum dederit quam alii, & quando ejus diſpoſitio valeat, & quando non, in com. col. 1. §. De quæſtione. 295

Pater tenetur alere omnes, qui continentur appellatione liberorum, & econtra deſcendentes nepotes, & alii tenentur alere patrem, avum & ceteros: & frater tenetur alere fratrem, in com. col. 2. §. Multo fortius. 340

Pater, vel uxor non debet alimenta ſubminiſtrare filio vel marito exuli, in gloſ. col. 1. §. Ex delicto filii. 211

Pater, vide, Balius.

Pater, vide, Filius.

Pater, vide, Filiusfamilias.

Pater, vide, Succeſſores ſingulares.

Paterni nominis pietas conſilium capit pro liberis, in gloſ. col. 2. §. Ipſorum filii. 13

Patrem offerre filium ad ſupplicium non eſt veriſimile. ibid.

Patres cogi poſſunt a præſidibus, ad filias ſuas maritandum, & hoc poteſt judicis officio explicari, & dabitur dos ſecundum dignitatem, facultatem patrimonii, & numerum filiorum. Idem dicitur in matre hæretica, & an filia debeat expectare ad 25. annum, in com. col. 2. §. Circa materiam. 363

Patres nunquam ex delictis filiorum puniuntur, in gloſ. col. 1. §. Ipſorum filii. 13

Patri-

Patrimonia duo unius eſſe non poſſunt, in gloſ. col. 1. §. Injuriam nullam. 375

Patrimonium, vide, Feudum eſt nomen.

Patris appellatione, an contineatur mater, ſicut appellatione fratris continetur ſoror, in com. col. 2. §. Per hoc patet. 359

Patris & filii, heredis & teſtatoris una dicitur perſona, in com. col. 2. §. In gloſſa 1. in verbo. 229

Patris exempla filio præjudicant, ſic & econtra beneficium ad filios & nepotes ipſo ordine ſanguinis defertur, in gloſ. col. 1. §. Villanus aut angarim. 416

Patris in filium maxima poteſtas, in gloſ. col. 2. §. Et eſt ratio. 13

Patris perſona ſemper honeſta & ſancta videri filio debet. ibid.

Patroni cauſarum militant, in gloſ. col. 1. §. Divinæ. Hæc. 415

Patronum faciunt dos, ædificatio fundi, & conceſſio fundi, ubi eſt ædificata eccleſia, in proœm. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Licet hodie. xxvii

Patronus remittendo jus patronatus, reverentiam ſibi debitam non remittit, in com. col. 2. §. Nam in liberis. 129

Patronus, ſi deveniat ad paupertatem, debet ali de bonis eccleſiæ, in qua habet jus patronatus ſecundum Canones, idem eſt in fructuario præſentationis, in com. col. 2. §. Dotarium & tertiaria. 321

Patruus, vide, Servi.

Patruus an ſuccedat nepoti, ſicut nepos patruo, in com. col. 1. §. Idem jus. 374

Patruus an ſuccedat nepoti, in gloſ. col. 1. §. Habeant. 369

Patruus ſi maritaſſet, & dotaſſet neptem filiam fratris ſui, an excludatur pro hoc a ſucceſſione patrui dotantis, in com. col. 1. §. Filii autem. 372

Patruus utrum ſuccedat nepoti in feudo antiquo, in com. col. 1. §. Item ſi apparet. 368

Patruus, vide, Filius fratris, & Feudatarius.

Pauca ſemper aſtringere dicitur, qui ſuperfluum amplexatur, in com. col. 2. §. Cum ſatis. 105

Pauper advocatus in judicio clamans minus punitur, quam dives, in gloſ. col. 1. §. Cultus. 86

Pauper. Laudabile eſt juvare indigentes, & pro pauperibus poſtulare, in gloſ. col. 2. §. Miſerabilium. 150

Pauper, qui non poteſt ſolvere pœnam in ære, luit in corpore, in gloſ. col. 1. §. In quo ſatis. 23

Pauper ſeu quælibet debilis perſona, an poſſit declinare forum cujuslibet judicis, in gloſ. col. 1. §. Juſti cultoris. 83

Paupertas quando excuſet a perjurio, in com. col. 2. §. In textu manar. 430

Pax confirmat imperium, & regna conſervat, in gloſ. col. 1. §. Abeſſe non poteſt. 21

Pax. Epiſcopus poteſt excommunicare propter pacem. ibid.

Pax eſt opus juſtitiæ, & cultus juſtitiæ ſilentium, in com. col. 2. §. Pacis cultum. ibid.

Pax fracta, vide, Inſultum ſi duo.

Pax generalis debet jurari quolibet quinquennio a ſubditis univerſis ſupra 18. annum, & infra 70. conſtitutis, & an hoc hodie ſervetur, in gloſ. col. 1. §. Abeſſe non poteſt. 21

Pax per judicem eſt ſervanda. ibid.

Pax ſi inter duos facta fuerit, ſub pœna 100. unciarum, per eam, qui contravenerit curiæ ſolvenda, & unus ex his alium occiderit, & ſic pacem violarit, an curie poſſit contra eum agere ad pœnam, & filius occiſi ad pœnam corporalem pro homicidio, in com. col. 2. §. Quæro unum. 47

Pax unde dicatur, in gloſ. col. 1. §. Eſt autem. 22

Peccans, ſi peccatum emendet, perinde eſt, ac ſi nunquam morboſus fuiſſet, in com. col. 2. §. Sed quantum. 14

Peccata tanto graviora ſunt, quanto diutius inveniuntur eſſe commiſſa, in com. col. 2. §. Humanitate. 215

Peccatum eſt in voluntate, in com. col. 1. §. Puta ut ceteat. 80

Peccatum nullum eſt adeo parvum, quod non majus fiat propter contemptum, in gloſ. col. 1. §. Sed durus eſt. 3

Peccatum omiſſionis eſt levius, in com. col. 1. §. Summo periculo. 270

Peculatus actio eſt publica, & quinquennio ſopitur, in gloſ. col. 2. §. Puniantur, niſi eis. 84

Peculatus pœna de jure conſtitutionum, & de jure communi quæ ſit, in gloſ. col. 1. §. Officiales. ibid.

Peculii onus peculium ſequitur, ſicut lepra leproſum, in gloſ. col. 1. §. Et omnes. 62

Peculium, vide, Feudum eſt nomen.

Pecunie æſtimat omnes res, & res non æſtimant pecuniam, in com. col. 1. §. Et in prædictis. 265

Pecunia & labor recipit diviſionem, in gloſ. col. 1. §. Si quando aliquem. 208

Pecuniæ appellatione quæ contineantur, & an res mobiles, in com. col. 2. §. Nam indebitum. 263; & in com. col. 1. §. Additio. Adde. 265

Pecuniam recipiens tenetur facere apodixam ei, qui numerat, in com. col. 1. §. Notatur hic. 110

Percuſſio qualiter eſſe debeat ad hoc ut locum habeat pœna manus, ubi non multum læſit percuſſor, arbitrio judicis committitur, in com. col. 2. §. In gloſſe, in verbo minime. 31

Percuſſio quando præcedit, arma ad offenſionem fuiſſe portata præſumuntur, in com. col. 1. §. Idem de navigatione. 24

Percuſſio qualis eſſe debeat ad hoc ut percutiens pœna manus puniatur, in gloſ. col. 2. §. Ita quod percuſſus. 30

Percuſſus in territorio Capuæ ſi moriatur in Averſa diſtrictu, qui teneantur damnum ſolvere, ignoratis malefactoribus, in com. col. 2. §. Sed ſi conſtaret. 75

Percuſſus ſi poſt octo dies, infra octo menſes moriatur, incumbit probatio accuſanti, quod ex eo vulnere mortuus fuerit, & quomodo id probabit, in com. col. 2. §. Præſumptio. 33

Percutere plus eſt, quam portare arma, in com. col. 2. §. Idem ſi ſine punctis. 25

Percutiens an teneatur ad pœnam armorum, & de vi publica, in com. col. 2. §. Et ſimile eſt. 24

Percutiens armis aliquem, & ei veſtimentum tantum incidens, an tunc percuſſor manum amittere debeat, in gloſ. col. 2. §. Ita quod percuſſus. 30

Percutiens armis, aut inſtrumentis non prohibitis, tenetur de percuſſo, non de portatione armorum, in com. col. 1. §. Si poteſt conſtare. 31

Percutiens cum armis prohibitis, ultra pœnam percutientium an teneatur etiam de portatione armorum, in gloſ. col. 2. §. Amittat. 30

Percutiens duos diverſis temporibus, ſi pro uno inciſa eſt ſibi manus dextra, an ſi probetur ſecunda percuſſio, debeat ei amputari alia manus, vel an alia ſit ei pœna irroganda, an vero hæc ſecunda percuſſio erit totaliter impunita, in com. col. 2. §. Amittat manum. ibid.

Percutiens quando oneretur probare, quod vulnus illatum mortuo fuit leve, & non mortale, ne teneatur de occiſo, in com. col. 2. §. Præſumptio. 33

Percutiens utrum poſſit probare vulneratum non ex vulnere, ſed ex negligentia, & malo regimine mortuum, in com. col. 2. §. Nec erit abſurdum. ibid.

Perduellionis crimen, vide, Pugna.

Peregrinos decipientibus pœna ordinaria duplicatur, in gloſ. col. 1. §. Magiſtros. 407

Peregrinos Imperator defendit, & eis jura favorem impendunt, & decipienti peregrinum duplicatur pœna, in com. col. 2. §. Pœnas. 409

Peremptoriæ uſque ad ſententiam poſſunt opponi, in com. col. 2. §. In textu, in verbo. 243

Peremptorio die elapſo, in quo citatus non comparuit, hodie citatus habet triduum de æquitate, infra quod poterit impune exinde comparere. Quo die elapſo poſt peremptorium condemnatur reus contumax, in com. col. 1. §. Et dic circa hoc. 170

Peremptorium an ſit ponendum in prima citatione, in com. col. 1. §. Additio. Adde. 171

Peremptorium circumducitur morte rei, ſicut actoris, & tunc ſi transfertur judicium in heredem, citatur ex integro, ſicut & in contractu interpellatur heres iterum, in com. col. 2. §. Contumax reputetur. 172

Peremptorium debet pervenire ad notitiam citati, & quare id dicatur, in com. col. 1. §. Citationis litteræ. 171

Peremptorium. Jure ſcripto certo modo pervenitur ad peremptorium.

peremptorium, & oportet quod judex dicat, cito te peremptorie, alias non intelligitur hoc verbum, in com. col. 1. §. Peremptorie. 160
Peremptoriom mittere quando vellet in poteſtate judicis erat de jure Romano, in com. col. 1. §. Sed non facit. 167
Peremptorium ſemper eſt exprimendum a judice citante in civilibus. ibid.
Periculi in ſe ſuſceptio a debitore facta creditur facta in fraudem uſurarum, ideo eſt prohibita, in com. col. 2. §. Et ideo licet. 17
Periculum majus eſt in cuſtodia perſonæ, quam in cuſtodia rerum, & pignorum, in com. col. 1. §. Et ſic poſtea. 202
Periculum poſt perfectum contractum pertinet ad emptorem, in com. col. 2. §. Inter multas. 152
Periculum ubi majus eſt, ibi major debet eſſe cautela, in com. col. 1. §. Item ſciendum eſt. 73
Periti multi eſſe debent apud principem, in com. col. 1. §. Cauſam plene inſtructam. 55
Peritia judicis, vide, Judices & notarii.
Peritia notarii, vide, Judices & notarii.
Peritum quem eſſe in arte ſua non ſufficit, niſi ſit approbatus, in gloſ. col. 2. §. Sufficienti ſcientia. 404
Perjuri heres, an accuſari poſſit de perjurio defuncti, in com. col. 1. §. Eos qui ſcienter. 430
Perjuri puniuntur mutilatione manus, in com. col. 2. §. Cum juxta. 136
Perjurii auctor judex eſſe non debet, vide, Judex ſi habet.
Perjurii pœna de jure Canonico quæ ſit, in com. col. 2. §. In texto manus. 430
Perjurii pœna eſt manus amputatio, in gloſ. col. 2. §. De pœna perjurii. 416
Perjurii pœna, quæ ſit, in gloſ. col. 1. §. Præter perjurii pœnam. 133
Perjurium. Accuſationem ad pœnam corporalem infligendam competentem defuncto heres non habet in perjurio: quia extincta eſt morte, etiamſi mora fuiſſet ex ſua perſona, non autem ſi perjuretur poſtquam eſt heres: quia non eſt crimen publicum, nec ſibi, ſcilicet heredi juratum fuit, ſicut de furto facto Titio, ejus heres non accuſat criminaliter, ſed civiliter aget ad duplum vel quadruplum pro eo, quod ejus intereſt. In criminali non dicitur intereſſe, quia ſatiſfit animo ſævienti: quamvis hoc non ſit in principali, cui juratum, & perjuratum eſt, unde debet dari ei, cujus intereſt, ſcilicet actio civilis ad rem petendam, vel ad pœnam pecuniariam exigendam: ſed criminales dantur cuilibet, ſi ſit publicum crimen, alias illi, in quem peccatum eſt, non heredi, cui etiam civilis non daretur, ſi competat ad vindictam, in com. col. 1. §. Eos qui ſcienter. 430
Perjurium. An paupertas excuſet a perjurio, in com. col. 2. §. In textu manus. ibid.
Perjurium habet ſolum Deum ultorem, quando non eſt præjudicium alicujus, ſed ſi ſit alteri nocivum negotium deciſum, ex ſacramento tali non retractatur, ex quo fuit ſibi delatum, ſed perjurus ſcienter debet puniri, in com. col. 1. §. Eos qui ſcienter. ibid.
Perjurium. Promiſi & juravi certo die pecuniam præſtare, & deinde poſt ipſum diem ad omnem ipſius creditoris requiſitionem: quæritur, utrum perjurium poſſit dici commiſſum per debitorem tunc quando requiritur ut det, & non dat, in com. col. 2. §. Sed pone quæſtionem. 431
Perjurus. Aliquis juravit ſolvere ad certum diem, non ſolvit, dejeravit, poſtea ſolvit, an purgetur juramentum, in com. col. 2. §. In textu manus. 430, Et an poſſit accuſari criminalites de perjurio, ibid. Et quid ſi nec principalis, nec heres ſolvit in termino, an heres ſit perjurus, in com. col. 2. §. Sed vide. 431
Perjurus. An contra perjurum poſſit ex officio procedi, in com col. 2. §. In textu manus. 430
Perjurus an perdat cauſam, in gloſ. col. 2. §. Additio. An perjurus. ibid.
Perjurus committit crimen ſtellionatus, quod non eſt publicum, ſed extraordinarium, in com. col. 1. §. Eos qui ſcienter. ibid.
Perjurus eſt extra protectionem Dei, & eccleſiæ, in com. col. 1. §. Additio. 169
Perjurus non accuſatur de perjurio niſi ab eo, cujus intereſt, niſi coram judice perjuretur, in com. col. 1. §. Eos qui ſcienter. 430
Perjurus non poteſt eſſe teſtis, in gloſ. col. 1. §. Eos qui ſcienter. ibid.
Perjurus punitur ad manum, ſed quid ſi unam tantum manum habeat, an in ea puniatur, & quid ſi nullam habeat, & quid ſi duas habeat, quæ debeat amputari, in com. col. 2. §. Conſtitutio iſta. 435
Perjurus punitur pœna manus, ſed an poſſit redimere manum, in com. col. 2. §. In textu, manus. 430
Perjurus quando non teneatur pœna perjurii. ibid.
Perjurus ſcienter punitur ad manum ſive in judicio, ſive extra perjuret, in com. col. 1. §. Eos qui ſcienter. ibid.
Perjurus ſcienter punitur ad pœnam manus, & poteſt eam redimere Rege permittente, ſolvendo unam libram auri puriſſimi, & hoc de jure Longobardo, ſecus in perjuro ignoranter, & quid hodie juris ſit in regno, in com. col. 2. §. Summo periculo. 270 & in com. col. 2. §. In gloſſa ſuccumbat. 271
Perjurus tenetur crimine ſtellionatus, in com. col. 1. §. Eos qui ſcienter. 430
Permiſſum in uno, in alio dicitur prohibitum, in gloſ. col. 2. §. Sed per judices. 369
Permutatio an veniat alienationis verbo, vide, Alienationis verbo.
Perpetuum, id eſt dum vivunt, in gloſ. col. 1. §. Occupatis nobis. 162
Perpetuum in jure multis modis ſumitur, in gloſ. col. 2. §. Additio. Perpetuus. 179
Perſeverantia requiritur, quando juſte adhibentur tormenta, & tunc requiritur quod reus perſeverans ſit ſolutus tormentis, quæ non timeat iterari, ut ſibi præjudicet, in com. col. 2. §. Non enim dicitur. 70
Perſona delinquit, non res, in com. col. 2. §. Nam in liberis rebus. 129
Perſona dignior eſt quam res: nam res gratia hominum ſunt inventæ. ibid.
Perſona non intelligitur, niſi quando exprimitur, in com. col. 1. §. Filii autem fratrum. 372
Perſonalia non dantur heredi, in com. col. 1. §. Contrarium tamen. 374
Perſonæ aliter judicantur, quam res, in com. col. 2. §. Non enim dicitur. 70
Perſonæ leves, vel viles, quæ ſint, in com. col. 1. §. A tenore. 26
Perſonæ miſerabiles, quæ ſint, in gloſ. col. 1. §. Miſerabilium perſonarum. 87
Perſonæ privilegiatæ in earum cauſis audiendis, & decidendis, in com. col. 1. §. Juſti cultoris. 83
Perſonæ qualitas ad præſumendum maleficium inſpicitur, in com. col. 1. §. Idem de navigatione. 24
Perſonæ qualitas gravat, & relevat pœnam falſi, in com. col. 2. §. Qualitas perſonæ. 418
Perſonæ quæ poſſint declinare forum cujuſcunque judicis, in com. col. 1. §. Juſti cultoris. 83
Perſonæ ſervitus ſine perſona eſſe non poteſt, in gloſ. col. 1. §. Ullius uſibus. 4
Perſuaſio bona & mala invenitur, in gloſ. col. 2. §. Quicunque. 419
Pictores pingentes coloribus falſificatis, an puniantur, & ibi etiam de ſcriptoribus, & miniatoribus, & notariis, in gloſ. col. 2. §. Additio. 408
Pignorare auctoritate legis, quando de jure Longobardo liceat, in com. col. 1. §. Defenſas. 48
Pignorare dominum vaſallus, qui pro eo fidejuſſit & ſolvit, licite poteſt propria auctoritate, in gloſ. col. 1. §. Si dominus. 317
Pignoratitia actione agit, qui nondum ſolvit, & ſi pendente judicio ſolvat, confirmatur ejus intentio, in com. col. 1. §. Juxta probata. 75
Pignoris obligatio prohibetur, alienatione prohibita, vide, Alienatio ubi prohibetur.
Pignoris obligatio prohibita, vide, Alienatione a lege prohibita.
Pignoris, vel hypothecæ obligatio videtur prohibita, ſi ſit prohibita alienatio, in gloſ. col. 1. §. Locare. 302
Pignus in bonis debitoris manet, & debitor poſſidet. ibid.
Pignus judiciale in feudalibus per judicem in ſubſidium con-

contrahetur ubi condemnatus non habet alia bona, ſed non vendentur, vel adjicientur ſine mandato Regio: quia non poſſunt alienari ſine Regis mandato, & aſſenſu, in com. col. 1. §. Feudalia. 176
Piſcatio. Non eſt licitum proiicere ramum, vel herbas mortiferas in flumine cauſa piſcandi: quia piſces inficiuntur, inde etiam homines bibentes de illa aqua, in com. col. 2. §. Quicunque. 418
Piſcatores, vide, Artifices omnes.
Plagarum modus debet eſſe pro qualitate delicti, in com. col. 1. §. Item ſciendum eſt. 73
Plura eodem impetu facta, pro uno reputantur, in com. col. 2. §. Appellationum tempora. 282
Plus etiam in tempore dicitur, in com. col. 2. §. Aut dum judex. 198
Pœna aliquando ulterius progreditur, quam requirat delictum, in gloſ. col. 1. §. Quam reliqua. 340
Pœna an peti poſſit contra univerſitatem, vel agi ad damni dati a malefactoribus emendationem, antequam fiat apertum inquiſitionis: quia ignorantur probata, in com. col. 1. §. Juxta probata. 75
Pœna, an ſemper infligatur per conſtitutionem, in com. col. 2. §. Homines extra Regnum. 27
Pœna blaſphemorum, in gloſ. col. 2. §. Blaſphemantes. 429
Pœna capitalis tribus modis imponitur, in gloſ. col. 4. §. Non poteſt. 254
Pœna certa, quando non eſt ſtatuta, quis extraordinarie punitur, in com. col. 1. §. Duram, & diram. 104
Pœna certa ubi non ſtatuitur, remittitur arbitrio judicis, in com. col. 2. §. Locorum Bajuli. 125
Pœna clandeſtini matrimonii, vide, Dotis amiſſio.
Pœna cogitationis, an detur, in gloſ. col. 1. §. Item dicitur. 97
Pœna conſtitutionis, Si damna clandeſtina, de homicidio & damnis clandeſtinis tunc demum habet locum, quando in territorio civitatis commiſſum eſt ipſum maleficium, & non quando in ipſa civitate, & an ea conſtitutio habeat locum in furtis, in latronibus, raptoribus, vel diſrobatoribus, in com. col. 1. §. Si damna clandeſtina, & §. Et vide, & col. 2. §. Fuit de facto. 78
Pœna contrahentium nuptias contra legem, mandata, & conſtitutiones principis de jure Romano, in gloſ. col. 1. §. Honorem. 346
Pœna corporali impoſita, videtur tranſactum de pœna pecuniaria, in gloſ. col. 2. §. Quaſi quadam. 46
Pœna corporalis major imponitur pauperibus quam divitibus, ſecus in pecuniaria, in gloſ. col. 1. §. In quo ſatis. 23
Pœna cudentis falſam monetam, vide, Monetam falſam.
Pœna culpæ debet proportionari, in com. col. 1. §. Nihil veterum. 85
Pœna debet eſſe proportionata culpæ: nam pro quantitate peccati debet eſſe plagarum modus, in com. col. 1. §. Sic remittitur infamia. 200
Pœna debet proportionari delicto, in com. col. 2. §. Verius videtur. 331
Pœna debet proportionari culpæ, in com. col. 1. §. Ut delicti fines. 414
Pœna delicti, an augeatur ex dignitate, vide, Dignitas non auget.
Pœna defenſæ acquiritur fiſco, in com. col. 1. §. Sed utrum pupillus. 42
Pœna divina non excludit legitimam, & legitima non excludit cæleſtem, in gloſ. col. 1. §. Divina ſententia. 133
Pœna eatenus extenditur, quatenus reperitur delictum, in com. col. 2. §. Per hoc patet. 350
Pœna eorum, qui habent feudum quaternatum, & ſine licentia Regis matrimonium contrahunt, in gloſ. col. 1. §. Honorem. 346
Pœna eſt proportionanda delicto, ſeu culpæ, in com. col. 2. §. Humanitate. 215
Pœna eſt ſatisfactio delicti, in com. col. 2. §. Homines extra Regnum. 27
Pœna etiam ultra legem indicitur, vide, Commiſſum cui.
Pœna exaſperatur ex frequentia delictorum, in com. col. 2. §. Bajulus ſi fures. 327
Pœna falſificantis litteras Regis, in com. col. 1. §. Qui litteras. 416
Pœna falſificantis litteras privati, in gloſ. col. 2. §. Qui litteras Regis. ibid.
Pœna in citatione comprehenſa, an a citato contumace ſine alia condemnatione exigatur, in com. col. 1. §. Item probato. 369
Pœna inflicta a lege ſcripta, an ipſo jure incurratur, in com. col. 1. §. Cum is a quo. 57
Pœna injuriantis militem, in gloſ. col. 1. §. Ut dignitatum. 405
Pœna inſultus excogitati, in gloſ. col. 2. §. Quas pœnas. 45
Pœna juris antiqui etſi expreſſim ſit innovata, vel mitigata, poſſet etiam agi antiqua, in gloſ. col. 2. §. Aſperitatem. 28
Pœna legalis non tollit conventionalem, licet ambæ proditæ ſint ad vindictam, in com. col. 2. §. Item quia. 47
Pœna legalis ſuper raptu diſponens, an hodie incurratur, ut perdatur dominium rerum auctoris, complicum & fautorum, ſi mulier contrahat cum rapto matrimonium, in gloſ. col. 1. §. Omnino ſublatis. 53
Pœna Lenonum de jure Romano, quæ ſit, in gloſ. col. 1. §. Attrahentes. 426
Pœna manus imponitur percutienti aliquem cum armis, in gloſ. col. 1. §. Si quis aliquem. 30
Pœna medietatis æſtimationis rerum pro violentia cui applicetur, in com. col. 2. §. Univerſalem ſucceſſorem. 59
Pœna mortis ubicunque de jure canonico imponitur, debet exponi per ſententiam excommunicationis, in com. col. 1. §. Additio. Adde. 50
Pœna multiplicatur propter delicti multiplicationem, in gloſ. col. 1. §. Duplicatam. 29
Pœna non extenditur, niſi quantum delictum extenditur, in com. col. 2. §. Qui in eadem familia. 38
Pœna non obedientium Magiſtris Camerariis, & renuentium officia publica ſubire, in com. col. 2. §. Concedimus etiam. 124
Pœna ordinaria duplicatur decipientibus peregrinos, in gloſ. col. 1. §. Magiſtros. 407
Pœna pecuniaria major divitibus imponitur, quam pauperibus: ſecus in pœna corporali, in gloſ. col. 1. §. In quo ſatis. 23
Pœna perjurii, manus amputatio, in gloſ. col. 2. §. De pœna perjurii. 416
Pœna propter dignitatem in milite augetur, in gloſ. col. 1. §. Si quidem Comes. 26
Pœna proportionari debet delicto, in com. col. 2. §. Et videtur quod ſic. 67
Pœna, quæ imponitur præſentatis in curia, & recedentibus ab ea ſine licentia curiæ, quæ ſit, in gloſ. col. 1. §. Decem auguſtales. 223
Pœna. Quos idem facinus æquat, & inquinat, pœna par feriat, in gloſ. col. 2. §. Pro æqualibus. 222
Pœna radentis monetam, in gloſ. col. 2. §. Qui nummos aureos. 417
Pœna. Rei perſecutio eſt extra pœnam, in gloſ. col. 2. §. Novatas. 45
Pœna ſanguinis, vide, Reus, Exceptio, Tranſactio.
Pœna ſemel fiſco acquiſita, remitti non poteſt tacite, nec expreſſe, in com. col. 2. §. Item quid ſi ſit. 48
Pœna ſpecialis ſi imponatur, generalis non habet locum, in com. col. 2. §. Ut patet. 355
Pœna ſi committatur arbitrio judicis, is non debet modum excedere, leviorem, vel graviorem irrogando, in gloſ. col. 1. §. Honorem. 346
Pœna tranſit in filios in crimine læſæ majeſtatis, in gloſ. col. 1. §. Et hoc verum. 10
Pœna vaſalli contemnentis defenſam domini, in gloſ. col. 1. §. De tertia parte mobilium. 39
Pœna unius, eſt metus multorum, in com. col. 1. §. Nihil veterum. 85
Pœna utentis falſis teſtibus, in gloſ. col. 2. §. Pœna coercetur. 418
Pœna uxoris in adulterio deprehenſæ, in gloſ. col. 1. §. Si maritus. 423
Pœna, vide, Defenſa.
Pœnæ diverſæ ſi pro eodem delicto imponantur in diverſis legibus, an omnes debeant imponi, in gloſ. col. 2. §. Additio. 46
Pœnæ pecuniariæ defectu ſuccedit corporalis, in gloſ. col. 2. §. Habeant aliquid. 159
Pœnæ pecuniariæ quæ imponuntur non habentibus

pon-

pondere legitima, applicantur Bajulis, in com. col. 1. §. Ad legitima pondera. 409
Pœnæ promiſſio habet naturam ejus rei, de qua, & ſuper qua intervenit promiſſio, in com. col. 2. §. Quod vero dicit. 278
Pœnæ remiſſio, vide, Judex non debet pati.
Pœnæ ſunt potius demulliendæ, quam exaſperandæ, in com. col. 2. §. In aliis criminoſis. 199
Pœnalis lex tanquam odioſa reſtringitur, in com. col. 2. §. Homines extra Regnum. 27
Pœnarum impoſitiones in citationibus inſertæ, ſunt comminationes, quæ non habent vim rei judicatæ, in com. col. 1. §. Item probato. 169
Pœnis in legibus comprehenſis debemus eſſe contenti, in gloſ. col. 1. §. Sed durus eſt. 3
Pœnis in legibus comprehenſis contenti eſſe debemus, in gloſ. col. 1. §. Sub quacunque. 42
Pœnitentiam nunquam Deus ſpernit, in gloſ. col. 1. §. Licet quantum. 11
Poetarum dicta, an ſint alleganda in deciſionibus cauſarum, in gloſ. col. 1. §. Additio. Adde an. 2
Pondera falſa tenens de jure communi tenetur pœna falſi, & an poſſit dici, quod hodie ea etiam habeat locum, & ſi una fuerit actum, an & alia agi poſſit, in com. col. 2. §. Ad legitima pondera. 409
Pondera legitima mercatores habere debent, alias puniuntur, & quæ ſit eorum pœna, in com. col. 1. §. Ad legitima pondera. ibid.
Pontificalis, & Imperialis, ſeu Regia dignitates hodie ſunt diſtinctæ, in prooem. conſt. Mar. de Caram. col. 1. circa medium. xxxv
Pontifex Romanus eſt primus omnium ſacerdotum, cum ſit caput, & origo ſacerdotii, in gloſ. col. 1. §. Et eſt de mero imperio. 5
Pontifex Romanus, qui vice Dei dicitur prælatus, habet pleniſſimam ſpiritualis gladii poteſtatem. ibid.
Pontifex ſicut in ſpiritualibus, ita princeps in temporalibus habet plenitudinem poteſtatis, in gloſ. col. 2. §. Et ſicut Papa. ibid.
Populatores nocturni, vide, Aggreſſorum.
Populi appellatione continentur milites, ſenatores, & patricii, in com. col. 2. §. Et quia quod facit. 276
Populi liberi carentes Rege, ſi eligerent ſibi Regem, ſicut Quirites, eo ipſo haberet poteſtatem legis condendæ in eos, illo jure, quo Rex eſt, eorum voluntate, quia ſe ſubjiciunt ei tanquam Regi, in com. col. 1. §. Sed numquid. 81
Populus, vide, Majeſtas Regia.
Poſitio ſi præcedat, quæ non poſſit probari, perinde eſt in effectu, ac ſi non præcederet, in com. col. 2. §. Nam indebitum. 263
Poſitiones, an poſt terminum probatorium fieri poſſint per partem, vel per judicem ex ſuo officio, in com. col. 1. §. In gloſſa, in verbo, prædictam. 243
Poſſe dicimur, quod commode poſſumus, in com. col. 2. §. Ubi commode poſſes. 200
Poſſe non dicimur, quæ cum peccato facere poſſumus, in prooem. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Abſolutam. xxi
Poſſeſſa res a defuncto ſine dominii titulo, & aliquo jure, venit in petitione hereditatis, in gloſ. col. 1. §. Non autem intelligas. 63
Poſſeſſio ablata per judicem, quibus caſibus reſtituatur, in com. col. 1. §. Circa violentiarum. 60
Poſſeſſio, emptio, ultima voluntas, conditio, legis poteſtas, ſtipulatio, actio furti, ſtatus, & dos, & donatio propter nuptias, ambulare in jure dicuntur, in gloſ. col. 1. §. Et omnes. 62
Poſſeſſio, & dominium inter ſe differunt, in com. col. 1. §. Cauſam habeat. 61
Poſſeſſio mea, an probetur per teſtes, quorum alter dicat, me de uno anno poſſediſſe, alter de alio, in com. col. 1. §. Damnetur. 18
Poſſeſſio nullo juris artificio, nullo privilegio fingi poteſt, ut intelligatur acquiſita, niſi fuerit animo, & corpore apprehenſa, in gloſ. col. 2. §. Multo magis. 309
Poſſeſſio per inſtrumenta non probatur, ſed poſſeſſionis initium, in gloſ. col. 2. §. Et licet ibi. 399
Poſſeſſio poteſt a contumace infra annum recuperari, in gloſ. col. 1. §. Cauſa cuſtodiæ. Nota. 179
Poſſeſſio rei non acquiritur fiſco ipſo jure, ſine aliquo actu corporis interveniente, ſecus eſt in dominio, in gloſ. col. 2. §. Multo magis. 309
Poſſeſſio transfertur ex contractu invalido, vide, Contractu etiam invalido.
Poſſeſſionem hanc tibi do, ſi dicam, ex verbis præcedentibus, & ſequentibus dicetur qualis contractus fuit, & ſi non apparet, erit donatio in cauſa modica, quoad dominium nanciſcendum, poſſeſſionem enim poſſem acquirere eo ipſo, quod permittit me poſſidere, in com. col. 1. §. Cauſam habeat. 61
Poſſeſſionis apprehenſio vaſallorum, an probetur per præſtationem ſacramenti ab eis præſtiti, in com. col. 2. §. In gloſſa, in verbo. 313
Poſſeſſionis in translatione debet adeſſe titulus, tamen ſi non transfero, tu qui intras poſſeſſionem adipiſceris eam, in com. col. 1. §. Cauſam habeat. 61
Poſſeſſionis propria auctoritate invaſio, vide, Contractu etiam invalido.
Poſſeſſor, an cogatur dicere fiſco titulum ſuæ poſſeſſionis, in gloſ. col. 2. §. Poſſeſſor. 312
Poſſeſſor etiam intelligitur, qui ſolam proprietatem habet, in com. col. 1. §. In gloſſa magna. 313
Poſſeſſor impeti interdicto, unde vi, de jure Romano nequit, ſed tantum dejector, etiamſi dejector dejecerit dejectorem meum, in gloſ. col. 2. §. Vel detentorem. 61
Poſſeſſor non cogitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis fiſco, in com. col. 2. §. Si dubitatio. 307
Poſſeſſor non cogitur titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere, in com. col. 1. §. Ab officialibus noſtris. 161
Poſſeſſor rei, quæ fiſci erat, ſi vincatur per inquiſitionem generalem procuratoris curiæ Regiæ, an habeat regreſſum contra ſuum auctorem, cum tales inquiſitiones fiant juris ordine non ſervato, in com. col. 2. §. Inter multas. 152
Poſſeſſor, qui poſſidet feudum per triginta annos, vincit feudatarium tam agendo, quam excipiendo: ergo & fiſcum, in gloſ. col. 1. §. Faciente. 309
Poſſeſſori incumbit onus probandi homines eſſe vaſallos ſuos, non autem de Demanio fiſci, in gloſ. col. 2. §. Si dubitatio. 307
Poſſeſſorio judicio, quando contra poſſidentem agi poſſit, & quando non, in gloſ. col. 1. §. Et omnes 62, & in gloſ. col. 1. §. Non autem intelligas. 63
Poſſidens ex donatione Regia eſt ſecurus, in com. col. 2. §. Exceptione filiationis. 238
Poſſidentis conditio in pari cauſa potior eſt, in gloſ. col. 2. §. Quando igitur. 63
Poſſidere poſſumus rem, cujus proprietatem habere non poſſumus, licet non poſſit præſcribi, in com. col. 2. §. At feuda. 58
Poſſidere quis aliquando dicitur, quoad hoc, ut evitet ſatiſdationem, in com. col. 1. §. In gloſſa magna. 313
Poſſideri quæ non poſſunt, veluti publica, non poſſunt per interdictum vendicari, in com. col. 2. §. Ad ea. 58
Poſteriora, quando derogent prioribus, in com. col. 1. §. Sed ſi poſtea. 206
Poſtulare eſt honor, quia infames removentur a poſtulando, in com. col. 2. §. Et ſi poterit. 150
Poſtulare quid ſit, in gloſ. col. 2. §. Clericos. ibid.
Poſtulare qui poteſt, poteſt & procurare, in com. col. 2. §. Et ſi poterit. ibid.
Potentiorum tituli, vide, Prædia aliorum.
Poteſt, ideſt, debet, & econtra, in com. col. 1. §. Dic ad omnia. 330
Poteſtas populi Romani non erat ab alio, ſed a ſe, & ideo eam potuit in Regem, vel alium dare, prout voluit, ſecus ſi fuiſſet ab alio & non a ſe: nam tunc non potuiſſet illam abdicare a ſe invito eo, a quo habet, in com. col. 1. §. Sed numquid. 81
Poteſtas quid ſit, in gloſ. col. 1. §. Gladii materialis. 5
Poteſtatem creare civitates prohibentur, in gloſ. col. 2. §. Cum ſatis. 105
Præcedentia reſtringunt ſignificationem ſequentium, in gloſ. col. 1. §. Nec obſtat. 65
Præceptum an poſſit per alium expediri, in gloſ. col. 1. §. Sed ut quilibet. 173
Præceptum de ſolvendo contra debitorem, quando judex decernat, in com. col. 2. §. Conſtitutionum. 131
Præceptum de ſolvendo in civili in confeſſos fit, in com. col. 1. §. Sed ſi ex abrupto. 198
Præceptum de ſolvendo ſententia dicitur, a qua poteſt appellari, in com. col. 2. §. Conſtitutionum. 131
Præceptum de ſolvendo ſi coram debitore decernatur,

trigeſima judici debetur, in com. col. 2. §. Conſtitutionum. 131
Præceptum, vel reſponſio utrum reſtringatur ad ea tantum, de quibus in ſui principio fecerat mentionem, in gloſ. col. 2. §. Irrita, & inania. 182
Præceptum ut ſolvat, quando fiat debitori, in com. col. 2. §. Regiæ majeſtatis. 128
Præconis vox paucis innoteſcit, in com. col. 1. §. Et præmia debentur. 133
Præconizatio fit in vicu contra abſentem, antequam fiat miſſio in poſſeſſionem, in gloſ. col. 1. §. Forjudicari debebit. 193
Præda capta ab hoſtibus, quæ eſt in poteſtate victoris, cum ſtatim fiat jure gentium occupantis, tota Regi ſervatur, & ei ceditur, licet poſtea (portione ſibi retenta) eam inter milites dividat pro qualitatibus & laboribus perſonarum, in procem. conſt. Mar. de Caram. col. 1. circa finem. xxxiv
Prædeceſſores Friderici, quos ipſe commemorat in ſua conſtitutione, de rebus non alienandis Eccleſiis, quinam ſint, in com. D. A. Varii, col. 2. §. Igitur. 382
Prædeceſſorum noſtrorum Fridericianæ conſtitutionis exemplar corruptum legitur, in com. D. A. Varii, col. 1. §. In cæteris. 381
Prædia aliorum non poſſumus recommendata habere, & in eis potentiorum titulos ponere, in gloſ. col. 1. §. Vel recommendator. 307
Præfatio, & elogium teſtatoris probat mentem ipſius, in gloſ. col. 1. §. Ut de ſucceſſionibus. 364
Prælati pauci hodie peccatis exigentibus ſalvantur, in com. col. 2. §. Jus tuſinæ. 20
Prælati plures ſunt mali, quam boni, in com. col. 1. §. Si autem ſit. 3
Prælati ſæcularibus dominis auxiliarii tenentur, & econtra, in gloſ. col. 1. §. Unum tamen. 6
Prælatio ex ordine conſideratur, in gloſ. col. 1. §. Approbatas. 134
Prælatus, vide, Univerſitas.
Præjudiciales actiones quæ ſint, in gloſ. col. 1. §. Præjudicialibus. 235
Præmia virtuoſos ad virtutes accendunt, in com. col. 1. §. Nihil veterum. 85
Præmium ſi debeatur detegenti malefactorem latitantem, intelligitur cum effectu, ſcilicet, quod curia ceperit eum latitantem, vel per eam ſteterit, quominus ceperit, cum poſſet: ſi curia enim eſſet negligens mittere, & capere, ſatis eſſet huic detegenti: ſecus eſt ſi dicat quis curiæ, talis forjudicatus eſt Romæ, ubi curia de jure capere non poteſt: quia extra fines Regni, vel in alio loco intra fines Regni, quo de facto ire non poteſt ad eum capiendum, oportet inſtruat judicem detegens, ne detectio ſit verbalis tantum. Locus enim latitationis detectus debet eſſe idoneus quantum ad capiendi facultatem, in com. col. 2. §. In aliis criminoſis. 199
Præſcribens poſt præſcriptionem ſciens rem alienam tenetur reſtituere, in com. col. 2. §. Sed ab homine. 57
Præſcribi an feudum poſſit contra fiſcum, in com. col. 1. §. In gloſſa, in verbo. 313
Præſcribi an poſſit feudi ſervitium, in gloſ. col. 1. §. Conſuetudinem. 395
Præſcribi an poſſit demanium Regis, in gloſ. col. 2. §. Præſcriptionem etenim. 307
Præſcriptio aliquando non objicitur actioni, ſed præſtationi, & gratia ejus impedit actionem, licet ſi directo objiceretur actioni, ipſam non tolleret, in gloſ. col. 2. §. Multo magis. 309
Præſcriptio. Caveant poſſeſſores qualiter objiciant præſcriptionem. Nam ſi dicunt ſe præſcripſiſſe triginta annis feudum, & probant fuiſſe Titii, & Titium a Rege tenuiſſe, ipſumque Titium præſentem fuiſſe in Regno, tunc dicitur præſcriptum, niſi fiſcus probaret cauſam, quare de perſona Titii feudum Regi apertum fuit: ſi autem poſſidens dicat conceſſum ſibi fuiſſe, tunc ſi probat ſe poſſediſſe, & ſervitium præſtitiſſe per unum annum, ſufficit: quia defertur ei ſacramentum, vel verius exiguntur triginta anni, alias quadraginta, in com. col. 2. §. Quadragenalem. 398, & in com. col. 2. §. Sed illu. 400
Præſcriptio centenaria, an & quomodo per teſtes probari poſſit, in com. col. 2. §. Quadragenalem. 398
Præſcriptio centenaria contra fiſcum currit, in gloſ. col. 1. §. Faciente. 309
Præſcriptio centenaria non poteſt probari, in gloſ. col. 2. §. Ad centum annorum. Difficilis. 399
Præſcriptio centum annorum æquiparatur privilegio, & poteſt omnia, quæ poteſt privilegium principis, in com. col. 1. §. Conſuetudinem pravam. 397
Præſcriptio centum annorum currit contra fiſcum in quæſitis, & incorporatis, ſecus in quærendis. Quod & in feudis, & in aliis bonis, quæ non ſunt de demanio locum habet, in com. col. 2. §. In his enim. 398
Præſcriptio centum annorum currit contra Romanam eccleſiam, in gloſ. col. 2. §. Ad centum annorum. Sed. 399
Præſcriptio centum annorum currit contra Romanam eccleſiam. Et in quibus bonis hoc procedat, in gloſ. col. 2. §. Ad centum annorum, & §. Additio. ibid.
Præſcriptio centum annorum locum habet contra fiſcum, tam in feudis, quam in aliis: nam feuda publica ſunt, in com. col. 2. §. Quadragenalem. 398
Præſcriptio contra curiam in Regno eſt centenaria, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Alias etiam. xxviii
Præſcriptio contra fiſcum, vide, Fiſco in quærendis.
Præſcriptio, cujus non eſt memoria in contrarium, etiam ſine titulo & alio jure valet in exactione novorum vectigalium, pedagii, & guidagii, ſic in publicis deputatis uſui populi Romani, ſic in demaniis principis, ut præſcribantur tempore, cujus non extat memoria, in com. col. 2. §. Quadragenalem. 398
Præſcriptio cujus non eſt memoria in contrarium poteſt idem, quod privilegium principis. ibid.
Præſcriptio. Cum fiſcus dicit feudum, & ſic datum, oportet probari per fiſcum cauſa, per quam rediit, & incorporatum fuit, alias in acquirendis præſcribitur fiſco 30. annis. Et quia præſcriptio non opponitur ad enervandum, ſed ad tollendum directum dominium fiſco competens, ſed objicitur, ut poſſeſſor per eam jus, quod ſibi in feudo quæſierit, ab eo avocari non poſſit, in com. col. 2. §. Si dubitatio. 307
Præſcriptio 10. vel 20. annorum, per quam præſcribitur ipſa res, impedit actionem perſonalem pro uſufructu competentem, quæ aliter non tollitur, niſi ſpatio 30. annorum, in gloſ. col. 2. §. Multo magis. 309
Præſcriptio. De præſcriptione quadragenaria contra Regem per eccleſiam, removendi ſunt anni, in quibus regnans in regno fuit, & forte excommunicatus, vel invaſor, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 2. §. De præſcriptione. xxix
Præſcriptio, & uſucapio dicitur prohibita, quando eſt prohibita alienatio, in gloſ. col. 1. §. Minuendis. Hoc verbum. 296
Præſcriptio feudi, quando contra dominum currat, in com. col. 1. §. Item nunquid. 299
Præſcriptio feudi, contra privatum, vel fiſcum, ut currat, quæ requirantur, in com. col. 2. §. Si dubitatio. 307
Præſcriptio feudi, vide, Feudi præſcriptio.
Præſcriptio feudi, vide, Feudi poſſeſſor.
Præſcriptio in Demaniis non currit, in gloſ. col. 1. §. Cenſeantur. 313
Præſcriptio. In præſcriptione longa, ſeu modici temporis, oportet, quod oſtendatur titulus, in com. col. 2. §. Quadragenalem. 398
Præſcriptio juris patronatus contra Regem, quanto tempore per eccleſiam perficiatur, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Alias etiam. xxviii
Præſcriptio. Licet ea, quæ ſunt reſervata principi, in ſignum ſupremæ poteſtatis, non poſſint præſcribi: tamen poſſunt centum annis præſcribi, in com. col. 1. §. Conſuetudinem pravam. 397
Præſcriptio non currit ſine poſſeſſione, non currit contra poſſidentem, in gloſ. col. 2. §. Multo magis. 309
Præſcriptio opponendæ exceptionis dilatoriæ, vide, Exceptionis dilatoriæ.
Præſcriptio præſtationis ſervitiorum, vide, Servitiorum præſtationi.
Præſcriptio prohibetur, vide, Alienatione prohibita.
Præſcriptio quadragenalis in rebus feudalibus ſi fuerit incepta ante conſtitutionem, de qua ibi, forte per 20. annos quantum tempus exigatur poſt tempus conſtitutum ad præſcriptionem complendam, in gloſ. col. 2. §. In his enim. 398

Præ-

Digitized by Google

Præſcriptio quadragenalis ſerenda, in gloſ. col. 1. §. Duram & diram. 393
Præſcriptio, quæ opponitur vendicanti dominium, opponitur vendicanti uſumfructum, in com. col. 2. §. In tricennali. 395
Præſcriptio 30. annorum an habeat locum in feudo, in gloſ. col. 1. §. Faciente. 309
Præſcriptio. Ubicunque lex, vel ſtatutum prohibet præſcriptionem quanticunque temporis, non videtur prohibere præſcriptionem centum annorum, in com.col. 1. §. Conſuetudinem pravam. 397
Præſcriptio, vide, Actioni in rem.
Præſcriptio tricennalis eſt inducta in odium poſſeſſoris, in gloſ. col. 1. §. Conſuetudinem. In præſcriptione. 395
Præſcriptio tricennalis ſola, vel major prodeſt in præſcriptione feudorum in totum, vel in quota parte facienda. ibid.
Præſcriptione longiſſima omne jus tollitur, & an jure fiſcali magis longum tempus requiratur, in com.col. 1. §. Item Rex. 143
Præſcriptionem centenariam quando eſſe completam probatum dicatur, in gloſ.col.2. §. Et licet ibi. 399
Præſcriptiones fiſco ſunt communes in acquirendis, in com. col. 2. §. Quadragenalem. 398
Præſcriptiones minores centenaria in non incorporalis fiſco locum habent, in gloſ. col. 2. §. Multo magis. 309
Præſcriptionem, quæ contra fiſcum currant, in gloſ.col. 1. §. Quadragenalem. 398
Præſcriptionum materia debet ſecundum jura communia regulari, in gloſ.col.1. §. Duram & diram. 393
Præſcriptionum ſpecies multæ numerantur, in gloſ.col. 1. §. Duram conſuetudinem. ibid.
Præſcripto feudo, ſi poſt præſcriptionem feudum domino aperiatur, vel agnatis, aut filiis ex providentia concedentis, non nocebit domino, agnatis, vel filiis, niſi ei tantum, contra quem præſcriptum eſt, in com. col. 2. §. In tricennali. 395
Præſentare eſt fructus juris patronatus, in com. col. 2. §. Ibi item fructus. 323
Præſentare in judicio infra quot dies citatus ſe debeat, in gloſ. col. 1. §. Edictorum ordinem. 166
Præſentatio inſtrumenti in regno qualiter fiat, in com. col. 2. §. Et habet locum. 240
Præſentatio rei, vide, Reus uno die.
Præſentatio. Terminus, qui ad ſe præſentandum in judicio alicui indulgetur, quis ſit, in gloſ. col. 1. §. Si quem noſtrorum. 165
Præſentatus in curia non recedit ſine licentia, vide, Pœna, quæ imponitur.
Præſentatus tenetur ad antidora præſentandi, in com. col. 2. §. Decarium, & tertiaria. 321
Præſidentes omni generi humano duo ſunt, alter ſpiritualis, alter temporalis, in gloſ. col. 2. §. Sicut ſunt duo. 5
Præſidi committitur cauſa ſtatus, in gloſ.col.1. §.Item ſi tantum. 126
Præſidis officium major erat, quam juſtitiarii, in gloſ. col. 1. §. Juſtitiarii nomen. 96
Præſidis præſentia, defenſor civitatis juriſdictionem non perdit, in gloſ. col. 1. §. Silere. 93
Præſumitur id tantum, quod ponitur, aut allegatur, in gloſ. col. 1. §. Item dicitur. 97
Præſumptio in facto non eſt, in com. col. 1. §. Si ergo nobilis. 101
Præſumptio, quæ non eſt juris, & de jure, per contrariam probationem certam eliditur, in gloſ. col. 1. §. Octo dierum. 52
Præſumptio. In facto non præſumimus, in com. col. 1. §. Oportet autem. 361
Præſumptio transfert onus probandi in adverſarium, in com. col.2. §. Præſumptio transfert. 33
Præſumptio vincitur per majores præſumptiones, in prœm. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Præſumptio vincitur. xxxi
Præſumptionibus nemo damnatur, in com. col. 2. §. Et ſimile eſt. 24
Prætor non poteſt gratiam facere cauſæ cognitionis, quæ exigitur in tranſactione alimentorum, nec etiam ſolemnitatis, quæ exigitur in decreto interponendo in alienatione rerum minorum, in gloſ. col. 2. §. Gratis. 119
Prætor, vide, Majeſtas regia.
Pragmatica quid ſit, in gloſ. col. 1. §. Additio. Adde. 129
Princeps civitatis eſt magiſtratus, in prœm. conſt. Mar. de Caram. col. 1. poſt initium. xxxvi
Princeps connumerat ſe inter commilitones, in com. col. 2. §. Et quia quod. 276
Princeps continetur appellatione familiæ, in gloſ.col.2. §. Territorium enim. 71
Princeps debet dare in feudum rem cum antiquo, & debito ſervitio, & ſi diminueretur ea certa ſcientia, non valeret, niſi diceret, non obſtante lege, &c. in com. col. 1. §. Excadentias autem. 299
Princeps debet uti poteſtate ordinaria, alias peccat mortaliter. Tamen quia poſſet tollere legem, poſſet etiam in una cauſa revocare appellationem, puta ſi aliter tumultus ſedari non poſſet, & in ſimilibus cauſam juſtam habentibus, unde debet ſecundum leges vivere, quo ſit, ut abſolutam poteſtatem exercere non debeat niſi ex cauſa, alias mortaliter peccat, in prœm. conſt. Andr. de Iſern. col. 2. §. Contra ea. 22. & col. 1. §. Abſolutam. 221
Princeps Deum ſequitur, in gloſ. col.2. §. Divinæ conjungimus. 17
Princeps dicitur de populo, in com. col. 2. §. Et quia quod. 276
Princeps dicitur Deus terrenus, in gloſ. col. 2. §. Divinæ conjungimus. 17
Princeps dicitur pater patriæ, in com. col. 2. §. Fidelium. 40
Princeps dicitur pater patriæ, in com. col. 2. §. De bonis noſtris. 56
Princeps dicitur qui in aliqua re eſt primarius, ut princeps agentium in rebus, princeps delicti, princeps hæreſis, in prœm. conſt. Mar. de Caram. col.1. poſt initium. xxxvi
Princeps ex ſola ſua ſcientia tollit poſitivam legem, ſicut ſi diceret, non obſtante lege, & an legem redactam in corpore juris, in com. col. 1. §. Eſt exæquata conditio. 259
Princeps facere debet in utilitatem ſubjectorum, quod patet in commodum filiorum, in com. col.1. §. Et exponetur ſic. 355
Princeps in conceſſionibus ſuis jam perfectis, & etiam in aliis jure privato quæſitis poteſt conditionem apponere, cujus defectu perditur perfecta conceſſio, & acquiſitum dominium utile revocatur, in gloſ. col.2. §. Cum conceſſiones. 246
Princeps in facto errare poteſt, in com. col. 2. §. Secus ſi ignoraret. 147
Princeps legiſlator, eſt lex animata in terris, in com. col. 1. §. Et exponetur ſic. 355
Princeps non concedit quicquam cum alterius injuria, in prœm. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Nec ad unam. xxiii
Princeps non creditur eligere viam ad impugnandum utilitatem fiſci, in gloſ. col. 2. §. Cum conceſſiones. 246
Princeps non poteſt mandare liberum hominem torqueri non præcedentibus indiciis: nam poteſtam abſoluta non debet uti, niſi cum cauſa, & tamen cor Regis non eſt in manu Dei: quia factus eſt Rex ut faciat juſtitiam rectam, & Rex antequam puniat, debet inquirere exemplo Dei, ad pœnam pervenitur per tormenta, quæ eliciant confeſſionem voluntariam, & ab initio extorquent, & quod dicitur in pœna prohibita, dici debet in eo, per quod pervenitur ad id: nam ſi confiteatur, ubi non debet torqueri, confeſſio non præjudicat: & debet hoc conſtare, quod injuſte mandet, in com. col.1. §. Eſt exæquata conditio, & col. 2. §. Quod dicitur. 259
Princeps non poteſt me privare re mea ſine mea culpa, in prœm. conſt. And. de Iſern. col. 1. §. Cum ſine hujuſmodi. xix
Princeps nullus eſt innocens, in com. col. 2. §. Bene autem facta. 77
Princeps nullus eſt innocens, in prœm. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Præſumptio vincitur. xxxi
Princeps nullus eſt innocens, non habent ii, qui eorum facta dijudicent, in com. col. 2. §. Cum conceſſiones. 246
Princeps philoſophia plenus dicitur, in gloſ. col. 1. §. Veram. 256

Prin-

Princeps poſitiva tollit, quando vult, in com. col. 1. §. Eſt exæquata conditio. 259
Princeps poſitus eſt ut faciat juſtitiam, & judicium, & ideo quando terminos juſtitiæ egreditur, non dicitur Rex, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Et ſic ex cauſis. xxi
Princeps poteſt tollere legem etiam in particulari, & trahitur ad præterita, ſi princeps id dicat, in com. col. 1. §. Dummodo det. 599
Princeps quando cognoſcit de cauſa, ſervabit legem ſcriptam a ſe latam, vel ab alio: licet enim ſit ſolutus legibus, vult tamen legibus vivere, niſi ex certa ſcientia vellet contrarium, poſitiva enim tollit quandocumque, prout vult, & ideo ſi princeps citet abſentem, ſervabit in hoc id, quod a ceteris judicibus eſt obſervandum, in com. col. 1. §. Item probato. 169
Princeps quis dicatur, in procem. conſt. Mat. de Caram. col. 2. in fine. xxxv
Princeps ſi ee ſua conſcientia mandet privilegiatos torqueri, an dicatur tunc tollere privilegium, de quo ibi, in com. col. 1. §. Eſt exæquata conditio. 259
Princeps ſine cauſa non poteſt facere ea, quæ devolvunt, & exhauriunt jus alterius, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 2. §. Et ſic illa. xx
Princeps ſuis ſtipendiis deberet capere malefactores: ideo enim habet tributa, & reditus Regni, ut ſervet, & faciat ſervari juſtitiam, in com. col. 1. §. Sic remittitur infamia. 200
Princeps temporalis non poteſt imponere legem rebus eccleſiæ, imo ſi eſſent aliqua contra eccleſiam, eſſent caſſa & irrita, quæ ſi non eſſent pro eccleſia non acceptarent jura Canonica, ut princeps ſæcularis de rebus eccleſiæ ſe intromittat, in com. col. 2. §. Sed quid in eccleſia. 97
Principale. Factum in principali ſit & in conſecutivo, in com. col. 2. §. In tertia parte mobilium. 250
Principale in acceſſorio non cenſetur, in gloſ. col. 1. §. Sed intus in civitatibus. 71
Principale poteſt eſſe ſine acceſſorio, non econtra, in com. col. 1. §. Nec ab aliis legitime. 172
Principale, vide, Prononriari.
Principe inconſulto procedi non debet in his, quæ fiſcus tenet, in gloſ. col. 1. §. Quæ curia tenet. 92
Principem is ſpernit, qui ſibi uſurpat quod eſt principis, in com. col. 2. §. Comes vel Baro. 2e
Principes boni debent eradicare vitia, & plantare virtutes, in com. col. 1. §. Nihil veterum. 85
Principes debent procurare commoda ſubjectorum, & ut ſubjecti ſint locupletes, in com. col. 2. §. Fidelium. 40
Principi atteſtanti, ita eſſe conſuetudinem, an ſit credendum, in com. col. 2. §. Magiſtris procuratoribus. 154
Principi non obediens mori debet, in com. col. 2. §. Additio. Contemptus. 197
Principi, quando non conſtat eum minus vera dicere, rationabiliter credi debet uti legiſlatori, in com. col. 2. §. Magiſtris procuratoribus. 154
Principi quæ in jure dentur epitheta, & quomodo appellatur, in gloſ. col. 1. §. In præeminenti, & ſeqq. 50
Principi vel Regi invadenti, vel occidenti, an & quando impune reſiſti poſſit, in com. col. 1. §. In Cardinalibus, & col. 2. §. Et hæc eſt ratio. 89
Principis, an omnia eſſe intelligantur, quæ ſunt in Regno, quoad proprietatem, in gloſ. col. 1. §. Faciente. 309
Principis, an omnia ſint quoad proprietatem, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Cum ſine hujuſmodi. xix
Principis conſcientia, vide, Judicandum primum eſt.
Principis Delegatus, vide, Delegato principis.
Principis mandato juſto eſt obediendum, in gloſ. col. 1. §. Additio. Adde quod illa. 3
Principis mandatum, quando ſit lex generalis, & quando ſpecialis, in gloſ. col. 1. §. Porro mandatum. ibid.
Principis motus eſt ex cæleſti ſumptus arbitrio, in gloſ. col. 1. §. Velut executores. 4
Principis nomen eſt commune tam Regi, quam Imperatori, & cuicunque alii monarchæ, in procem. conſt. Mar. de Caram. col. 2. circa finem. exxv
Principis vocationi non obediens, an latitare dicatur, in gloſ. col. 1. §. Additio. Adde quod illa. 3
Principium. Dictum in principio videtur in ſequentibus repetitum, in gloſ. col. 1. §. Reſervamus. 262
Principium eſt potiſſima pars ejus, quod agitur, in com. col. 1. §. Non inſtanter inſtet. 284
Principium legis generale recipit determinationem a fine legis, in gloſ. col. 2. §. In omnibus autem. 473
Primogeniti filiæ non nuptæ, ſi pater idemque avus reliquit, vel promittit dotes inter vivos quando nubet, & pro maritagio, primogenitus heres in feudo hereditario jure tenebitur dare dotes has conſtitutas, ſecus ſi feudum perveniret ad eum ex pacto, & providentia, & an tunc debeatur ſubjectio, in com. col. 2. §. Ubi vero Beto. 341
Primogenitura conſideratur tantum, quando ſucceditur patri, non aliis, in com. col. 2. §. Illi qui tenent. 366
Primogenitus in ſucceſſione præfertur de more & jure Francorum, qui tamen gravatur, ut det minori nato vitam & militiam, in gloſ. col. 1. §. Comitibus. 338
Primogenitus legitimus in Regno Neapolitano ſuccedit, & quid ſi natus ſit quidam non legitimus, deinde natus eſt quidam legitimus, deinde legitimatus eſt ille, qui non erat natus legitimus, quis debeat ſuccedere, in com. col. 2. §. Quæſo, conſuetudo eſt. 374
Primogenitus ſi vivo patre, crimine damnetur, ubi bona publicantur poſt mortem patris, feudum non ad fiſcum, ſed ad ſecundogenitum patris perveniet, in com. col. 2. §. Ut de ſucceſſionibus. 364
Primogenitus ſuccedens in feudo, ſi habeat filium, ſororem & fratrem, & vivo patre, eodemque avo moriatur, quis ſuccedat, & teneatur ſororem maritare? in com. col. 1. §. Ceſſerat, & venerat. 341
Primogenitus ſuccedens in regno tantum debet dare ſecundogenito fratri ſuo pro vita, ut remaneat ipſi primogenito, unde poſſit vivere & facere ſicut Rex, ne ab aliis contemnatur: nec etiam pater hoc poſſet, quia legitime primogenito in Regno eſt totum regnum. Sed hoc in alienatione neceſſaria, quia & de ſuo proprio frater tenetur elere fratrem, multo fortius in voluntaria, in com. col. 2. §. Item nota quod. 203
Primogenitus tenetur maritare filiam fratris minoris quia ſu[illegible] eſt in eo, quod pater ejus debuit habere pro vita & militia, ſi frater minor ejus pater hoc non habuit, & qualiter illa differat in hoc ab amita, & ſorore dotanda, in com. col. 1. §. Ceſſerat & venerat. 341
Principes Arragonios jure hereditario petito Siciliarum Regna a Suevis obtinuerunt, in com. D. A. Varii, col. 1. §. In ceteris. 381
Privatio facta in odium alicujus, non trahitur ad favorem alterius delinquentis, in com. col. 1. §. Et ſi verum eſt. 362
Privatorum pactis jus publicum tolli non poteſt, in procem. conſt. Andr. de Iſern. col. 1. §. Nec ad unam faciem. xxiii
Privatum crimen, vide, Accuſatoris.
Privatus negligens nuntiare fiſco exactionem pœnæ ſpreta defenſa, qua pœna puniatur, in com. col. 2. §. In denunciandis. 46
Privilegia rebus data, ſicut collectarore, clerici habent, non aliem, in com. col. 1. §. Item clericus. 87
Privilegia mulierum, in com. col. 2. §. In textu caſus. 280
Privilegia localia tolluntur, quia poſitiva principes tollunt, quando volunt, in com. col. 2. §. Privilegia. 182
Privilegia jam indulta revocantur per legem, in gloſ. col. 1. §. Cum conceſſiones. 246
Privilegia conceſſa ab invaſoribus Regni, & inſtrumenta facta a judicibus & rebellionibus ab eis creatis renovantur, in gloſ. col. 1. §. Privilegia. ibid.
Privilegia amiſſa ob culpam perdentis nunquam redeunt, in com. col. 2. §. Sed quantum ad alia. 14
Privilegia ſunt privatæ leges, non communes, in com. col. 2. §. Homines extra Regnum. 27
Privilegia ſunt privatæ leges, in com. col. 2. §. Plus videtur. 105
Privilegia valent jure Romano, ſive ſiant in chartis bombycinis, ſive in membranis, in com. col. 1. §. Citationes tantum. 144

Pri-

Privilegiatus, an utatur privilegio ſuo contra privilegiatum, in com. col. 1. §. Obſcuritatem. 280
Privilegiatus non excludit alium privilegiatum, in gloſ. col. 2. §. Hoſtici. 271
Privilegii cauſa ceſſante, ceſſare debet privilegium, in com. col. 2. §. Sed quæro quid. 191
Privilegii cauſa ſupetveniens lite pendente non prodeſt. ibid.
Privilegiis non renovatis conceſſis ante curiam Capuanam, quis uti non poteſt, in gloſ. col. 2. §. Cum conceſſiones. 246
Privilegiis, quæ aliis concedit, Rex gaudere debet, in gloſ. col. 2. §. Quamplurium. 331
Privilegium alicui nobili ab Imperatore conceſſum, an & quando poſſit ab eodem Imperatore revocari, in com. col. 1. §. Ea quæ. 104
Privilegium exigit ſpeciale mandatum, in com. col. 1. §. Item nunquid. 190
Privilegium facilius tollitur, in com. col. 2. §. Ea quæ. 104
Privilegium perdit, qui eo abutitur, in com. col. 2. §. Salvis his. 233
Privilegium principis, quod poteſt tribuere, idem tribuit præſcriptio temporis, cujus non eſt memoria in contrarium: quia tunc jure conſtituti habetur: & privilegium & vetuſtas paria ſunt, & idem jus eſt in uno, quod in alio, onde uno poſito, poſitum intelligitur & reliquum etiamſi taceatur, in com. col. 2. §. Item in fine dicit. 310
Privilegium, quod datur mulieri conjugatæ, ut in criminali poſſit per procuratorem agere, an detur etiam ejus parti adverſæ, in com. col. 2. §. Generalia jura. 190
Privilegium, quod favorem continet, ampliatur, in com. col. 2. §. Quæſtio fuit Neapoli. 260
Privilegium, quod ſubditis Rex concedit, videtur ſibi reſervare, in com. col. 1. §. Sed an illud. ibid.
Privilegium Regium circa donationem alicui factam, per quæ poſſit infringi, in com. col. 2. §. Exceptione filiationis. 238
Privilegium ſi detur nobili, tunc ex ordine ſanguinis porrigitur ad filium, in com. col. 2. §. Militaribus tamen privilegiis. 259
Privilegium tamdiu quis habet, quamdiu facit id, propter quod privilegium datur, in com. col. 1. §. Si ergo nobilis. 104
Privilegium, vide, Clauſula ex certa ſcientia.
Probare qui certo modo aliquid non poteſt, per alium modum ponendo admittitur, in com. col. 1. §. Aut ſi plenim. 44
Probare ſi quis non debeat, nec ad id ſit admittendus: ſi tamen de facto admiſſus probet, non valet, in com. col. 1. §. Item conſtitutio hæc. 35
Probandi latior via eſt in criminali, quam in civili, ne maleficia remaneant impunita, in gloſ. col. 2. §. Quod locum habet. 255
Probandi onus incumbit excipienti in criminalibus, in gloſ. col. 1. §. Item dicitur. 97
Probans accuſationem per teſtes, qui poſtea a reo reprobantur, an puniatur de calumnia, ſicut qui non probavit, in com. col. 1. §. Peſſimam, & horrendam. 56
Probari non poſſunt quæ in animo, vel cogitatione conſiſtunt, ſed per extrinſeca præſumuntur, in gloſ. col. 1. §. Inſultus. 97
Probatio. Agendo, quæ poſſunt probari, poſſunt etiam probari excipiendo, in gloſ. col. 1. §. Inveſtigatione. 70
Probatio fortis eſt per viſum, in com. col. 2. §. Perſonarum levium. 69
Probatio. Infra terminum a judice ſtatutum quis probare debet tam per teſtes, quam per inſtrumenta: quia cum datur terminus ad probandum generaliter, etiam inſtrumenta poſt terminum non poſſunt offerri ſaltem, ut producantur infra terminum, ut ſignentur per actorum notarium, in com. col. 2. §. Et habet locum. 240
Probatio intentionis actoris, & exceptionis rei debet fieri infra biduum poſt litem conteſtatam, alias non audiantur, & quid ſi per procuratorem agatur, in gloſ. col. 1. §. Lite legitime. ibid.
Probatio legitima eſt per ſacramentum, ſive lex deferat, ſive pars, in com. col. 2. §. Excuſatio legitima. 167
Probatio. Non probans in criminalibus punitur ad ſimilitudinem ſupplicii, in com. col. 1. §. Non etiam ad reprobandum. 277
Probatio per acceptionem ferri calidi, & lex paribilis tollitur, in gloſ. col. 2. §. Leges. 255
Probatio per confeſſionem eſt eadem, ut per teſtes, in com. col. 1. §. In quibus autem differant. 268
Probatio per confeſſionem partis tantum valet, quantum per teſtes, in com. col. 2. §. In cauſa depoſiti. 263
Probatio per duellum prohibetur, in gloſ. col. 1. §. Proſequentem. 256
Probatio per interrogationes & confeſſiones litigantium, quando fiat, in gloſ. col. 1. §. Proponat. 241
Probatio per ſcripturam ſi e jure requiratur, per teſtes fieri non poteſt, in gloſ. col. 1. §. Juſſione judicis. 263
Probatio poſt terminum peremptorium, vide, Judex poſt terminum.
Probatio quæ fit per inſtrumenta, arctatur, ut falſitas evitetur, non probationes per teſtes, quæ anguſtari non debent, in com. col. 2. §. Licet alii contradicant. 146
Probatio ſemiplena faciens indicium, & levitas perſonæ ſemper ſaltem requiritur, ut perveniri poſſit ad tormenta, in com. col. 2. §. Perſonarum levium. 69
